BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 K
8

70 . 3

13_12. C. 12

Digitized by Google

Digitized by Google

MARCI ANTONII
SABELLI
J. C. MUTILIANENSIS
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS
Rotæ Criminalis Auditoris

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM,

IN QUIBUS QUAMPLURIMÆ UNIVERSI JURIS Selectiores, Merhodicæ, Practicæ, ac Deciſivæ Concluſiones circa Judicia, Contractus, Ultimas volunrates, & Delicta, ad Forum Sæculare, Eccleſiaſticum, & Conſcientiæ ſpectantes, ordine alphabetico ad inſtar uberrimi REPERTORII habentur, ab Auctoribus probatiſsimis, & Deciſionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Urbis, & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ diſtinctæ, ac plenius pertractantur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, PROCURATORIBUS, cæteriſque Juriſprudentiæ Profeſſoribus, maximè utile, & ad allevandos labores apprimè neceſſarium; dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim, & uſum quotidianum pertinentia, ſummo ſtudio, ac diligentia adnotata exhibentur.

EDITIO SECUNDA VENETA, INNUMERIS ACCESSIONIBUS, à GUIDO ANTONIO SABELLO J. C. ET EQVITE, Auctoris Filio diligenter collectis, ac propriis locis diſtributis, locupletata.

TOMUS TERTIUS.

In quo noviſſima ADDITAMENTA *in calce appoſita reperiuntur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS, M.DC.XCVII.
Apud Paulum Balleonium.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

Index Paragraphorum hujus Tomi.

L

Laborator. 1
Laicus. 1
Laudemium. 3
Laudum. 6
Legatum. 8
Legitima. 27
Legitimatio. 39
Lenocinium. 44
Læſio. 45
Lex. 47
Libellus. 52
Liberatio. 54
Libri. 56
Licentia. 62
Linea. 63
Lis. 64
Litteræ. 66
Locatio. 70
Locupletatio. 76
Locus. 76
Lucrum. 78
Ludus. 82

M

Magiſtratus. 86
Maioratus. 88
Mala fides. 88
Malum. 89
Mandatum. 90
Manutentio. 99
Maritus. 102
Maſculinum. 107
Mater. 109
Matrimonium. 113
Medicus. 122
Melioramenta. 125
Membrum. 130
Mendacium. 130
Menſura. 131
Mentiri. 132
Mercator. 133
Meretrix. 136
Merita. 139
Metus. 139
Militia. 143
Minæ. 146
Minor. 147
Mobilia. 155
Modus. 156
Molendinum. 157
Moleſtia. 158
Monachus,& Monialis. 159
Monaſterium. 162
Moneta. 168
Monitorium. 172
Monopolium. 172
Mora. 173
Mors. 177
Mulier. 180
Mutatio. 190
Mutus. 191
Mutuum. 192

N

Naturalia. 195
Natus. 195
Negatiua. 196
Nobilitas. 200
Nomen. 203
Nominatio. 205
Notarius. 206
Notorietas. 212
Nouatio. 213
Nullitas. 214
Numeratio. 219
Numerus. 220
Nuntiatio. 220
Nuntius. 221

O

Oblatio. 223
Obligatio. 226
Obliuio. 232
Obſeruantia. 232
Officia. 234
Omiſſio. 245
Opinio. 246
Oppoſitio. 247
Ordo. 248
Oſculum. 249

P

Pactum. 252
Papa. 260
Parricidium. 261
Paries. 264
Parochus. 265
Pater. 266
Patrimonium. 275
Patronus. 275
Paupertas. 280
Pax. 282
Peccatum. 286
Peculium. 292
Pecunia. 295
Pœna. 297
Pœnitentia. 304
Penſio. 304
Periculum. 311
Periurium. 313
Peritia. 314
Permutatio. 316
Perſona. 317
Petitio. 320
Pignus. 321
Pluralitas. 321
Portator. 322
Poſitio. 323
Poſitus in conditione. 327
Poſſeſſio. 328
Poſthumus. 339
Poteſtas. 340
Precarium. 340
Præcedentia. 340
Præceptum. 342
Preces. 343
Prædium. 343
Prælatus. 343
Præmium. 344
Præſcriptio. 346
Præſentia. 352
Præſumptio. 352
Præteritio. 352
Pretium. 354
Præuentio. 357
Primogenitura. 359
Princeps. 363
Priuilegium. 375
Probatio. 380
Proceſſus. 383
Procurator. 384
Prodigus. 389
Productio. 391
Prohibitio. 393
Promiſſio. 396
Pronomen. 401
Prorogatio. 401
Proteſtatio. 402
Prouiſio. 403
Proximitas. 403
Pubertas. 405
Publicatio. 406
Punitio. 407
Pupillus. 407
Puteus. 409

Q

Qualitas. 410
Quantitas. 412
Quarta. 413
Quaſi poſſeſſio. 414
Querela. 415
Quietatio. 416

AD LECTOREM.

QVibus rationibus, quibuſque partium ſtudijs huius Operis *Auctor* ducatur, vbicumque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſæculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, & illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, *Candide Lector*. Facillimè etenim id ex lectura animaduertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſsitatem, ſeu mauis corruptelam agnoſces; Cæterùm ne imprimendi Operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuiſſe, ac ſi id ageretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidaſque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra nouarum opinionum ſectatores, ſua iura probè conſtent.

MAR.

Digitized by Google

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS.

De littera L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. LABORATOR. I.

LAborator miſſus ad laborandum in vineam, vel agrum alterius non tenetur de turbata poſſeſſione, niſi fuerit ſciens, & particeps delicti, ſed tantùm mittens, Cabal. *conſ.* 101. *lib.* 2. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſt.* 27. *per tot.* Pract. Papp. *Cauſ. Tuſch. poſſ. gloſ. Animo, & intentione n.* 3. Magon. *deciſ. Flor.* 250. *per tot.* vbi latè concludit pro operario ſi nominet mandantem, & obiecta reſoluit, Menoch. *de arbit. caſ.* 194. *n.* 15. *& caſ.* 354. *n.* 35. vbi *n.* 40. declarat non procedere vbi tali operario denunciatum eſſet, ne agrum illum colendum ſuſciperet, quia tunc ſi ſpreta denunciatione non calumnioſa coluit, in pœnam incidit.

Item intellige dictam concluſionem, ſi operarius faciat de mandato Domini id, quod de ſui natura non eſt delictum, nec illicitum, vt arare, & colere fundum, ſecùs ſi faciat aliquid, quod de ſui natura ſit malum, & prohibitum, vt deſtruere vias publicas, amouere terminos, violentiam facere, & ſimilia, nam tunc non excuſatur, prout videtur diſtinguere Menoch. *d. caſ.* 354. *num.* 35. *&c. de retinend. poſſ. remed.* 3. *n.* 314. Oinot. *in §. retinenda n.* 30. *&* 31. *Inſtit. de interdict.* Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 103. Farinac. *quaſt.* 97. *n.* 131. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. L. concl.* 2. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1286. Conciol. *reſol. crim. verb. operarij reſol. vnic. per tot.* vbi *num.* 8. quòd in caſibus, in quibus operarij non excuſantur, poſſunt ſaltem agere ad damna, & intereſſe contra illum, de cuius mandato laborauerunt, de quo tamen ego dubito, cùm ſint participes delicti, & ex re turpi non detur actio per ea, quæ dixi *in §. Delinquens ſub num.* 9. *& §. Correus num.* 8. Diſtingue vt ibi, & vide Farinac. *quaſt.* 97. *num.* 148.

Quod operarij facientes quid de ſui natura licitum de mandato alterius, non teneantur nominando auctorem, qui ideò ſi ſit Clericus, vel alia perſona priuilegiata, & compareat ad ſuſcipiendum in ſe iudicium, poſſit forum declinare, & totam cauſam, etiam quoad operarios ad ſuum Iudicem trahere, latè probat Sperel. *deciſ.* 24. *per tot.* vbi reprobat Caſtr. *conſ.* 471. *per tot. lib.* 1. & alias rationes in contrarium facientes, idem probat Ciarlin. *contr.* 63. *n.* 19. *&c.* facit quod dixi *in §. Clericus n.* *& §. Laicus num.*

Ad quem Iudicem ſpectet cognitio, quando laicus de ordine Clerici turbat alterius iuriſdictionem, vide Ambroſin. *deciſ.* 8. *per tot.*

2 Laboratores, vel operarij, qui pro mercede ſuorum laborum ſolum recipiunt pecuniam, non concurrente cohabitatione, familiaritate, aut victus ſubminiſtratione, non poſſunt à teſtificando pro domino repelli, ſed etiam pro eo ſunt idonei teſtes, Bald. *conſ.* 50. *lib.* 2. Rot. *part.* 12. *recen. deciſ.* 219. *num.* 12. *&* 13. facit quod dixi *in §. Colonus n.* 2. *§. Melioramenta num.* 17. Rot. *par.* 12. *deciſ.* 295. *num.* 6.

De laboratoribus, & operarijs multa notabilia habentur penes Bertachin. *in Repert. verb. Laborator, & verb. Operarius,* item penes Card. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 1. *&* 2. *per tot.* Conciol. *ad ſtat. Engub. lib.* 4. *Rub.* 39. *num.* 6. *&* 7. Romaguer. in addit. ad eundem Conciol. *d. lib.* 4. *rub* 39. *&* 15. *num.* 10. vbi quòd cauſæ turbatæ poſſeſſionis ſunt criminales, ſi turbatio fiat cum armis, & violentia, aliàs autem ſit ciuiliter procedendum, de quo dixi *in §. Turbatio poſſeſſionis.* 3

§. LAICVS. II.

LAicus non admittitur ad denunciandum, vel accuſandum Clericum, niſi accuſaret Parochum, cùm ſua intereſſet illum eſſe probatum, Clar. *§. fin. quaſt.* 7. *verſ. Quaro etiam.* 1

Qualiter probet contra Clericum, Marant. *par.* 4. *diſt.* 1. *num.* 46. Clar. *§. fin. quaſt.* 14. *verſ. propter reuerentiam, & quaſt.* 24. *verſ. praterea quaro,* Farinac. *quaſt.* 61. *oppoſit.* 13. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 4. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 589. *fol.* 334. vbi quòd regulariter in criminalibus non probat contra Clericum, & quando probet tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, Martha *vot. Piſ.* 138. *n.* 5. *&* 6. *& in tract. de iuriſdict. par.* 4. *caſ.* 117. *art.* 2. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 964. *per tot.*

Laicus falſum perhibens teſtimonium coram Iudice Eccleſiaſtico, poteſt ab illo puniri, licèt aliàs eius iuriſdictioni ſubiectus non eſſet, & etiam à ſuo Iudice ſæculari, inter quos erit locus præuentioni, ab vno tamen ſufficienter punitus, non poteſt ab alio puniri, ſecùs ſi extraordinariè tantùm, nam poſſet ab alio pœna ſuppleri, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 261. *n.* 5. & dixi *in §. Clericus n.* 52. 2

Laicus delinquens ſimul cum Clerico ne continentia cauſæ diuidatur, & ſuper eodem delicto diuerſæ ferantur ſententiæ, poteſt petere ſe remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, vna cum Clerico criminis ſocio, Caldas Pereyra *de empt. & vend. cap.* 10. *num.* 45. *&c.* Griuel. *deciſ.* 30. *num.* 11. Tondut. *de preuent. part.* 1. *cap.* 13. *per tot.* Marſil. *ſingul.* 180. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 412. *num.* 113. *&c. par.* 9. *recen. & in reſolut. practicab. tom.* 1. *cap.* 57. *num.* 158. *&c.* Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 199. *num.* 4. *&c.* vbi idem tenet in cauſis ciuilibus, Conciol. *reſolut. crim. verb. Delictum reſolut.* 4. vbi quòd ita ſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico, & maximè ſi iudex eccleſiaſticus præuenit in captura laici, refert tamen plures contrarium tenentes, & de conſuetudine non ſeruari atteſtantes, Clar. *§. fin.*

quæſt. 36. *verſ. Euenit plerumque*, vbi quòd iſtud non ſeruatur de conſuetudine, Marant. *par. 6. de appellat. num.* 394. Guaz. *d. f. t. cap.* 11. *num.* 17. Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 49 *num.* 22. Menoch. *de arbitr. caſ.* 371. *num.* 13. vbi refert alios contrarium tenentes, & quòd prædictam opinionem vix ſeruant Iudices laici, & ego dico nullatenus ſeruari, & non ſine ratione, vt notaui *in §. Cauſa num.* 13. nec eſſe iuridicam, ſed debere clericos remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, laicos verò retineri, & puniri per ſuos Iudices ſæculares, vt benè probat Couar. *Pract. Quæſt. cap.* 34. *n.* 1. quem ſequitur Franch. *deciſ.* 426. *num.* 4. Nouar. *de elect. for ſect.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 28. Caſtr. Palaus *tom.* 2. *diſput. vn. punct.* 6. *num.* 2. Pereir. *de manu. reg par.* 2. *cap.* 41. *num.* 3. Olaſch. *deciſ.* 103. *num.* 10. Ricc. *Collect.* 3883. *verſ. Sed*, Franch. Thomat. *deciſ.* 21. *num.* 8. Ciarlin. *contr.* 34 *n.* 29. *& ſeqq.* Pac. Iordan. (quamuis Epiſcopus) *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 168. *fol.* 87. vbi quòd cognitio cauſarum eſt diuidua, & facilè poteſt Iudex Eccleſiaſticus ſuum punire delinquentem Clericum, & Iudex ſæcularis laicum, abſque vlla vtriuſque iuriſdictionis læſione, & ita in praxi ſemper ſeruari vidi, & ſeruandum de iure puto ſine contradictione, & facit Ridolphin. *in prax. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 146. *&* 147. ac benè probat Thom. Velaſch. *alleg.* 18. *per tot.*

Nun ſeruari dictam primam opinionem fatetur etiam Sperel. alias iuriſdictionis Eccleſiaſticæ acerrimus, & partialis defenſor *deciſ.* 4. *num.* 20. niſi tamen Iudex Eccleſiaſticus præuenerit in captura laici ſocij criminis cum clerico; quamuis poſteà indiſtinctè ſulito ſtudio Eccleſiaſticus obſequendi *in deciſ.* 19. *per tot.* conetur probare, ratione iuris connexi, etiam laicum cum clerico priuilegio fori potiri debere, quam opinionem alijs relatis probat etiam Dian. *reſolut. moral. par.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 1. vbi quòd dicto caſu poteſt Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere contra laicum, non tamen excludit Iudicem ſecularem, & ideò debet intelligi data præuentione, *& par.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 7. adde Thom. del Bene *de Immunit. par.* 1. *cap.* 10. *dubit.* 17. *fol.* 491.

Quod priuilegium fori competens vni, vbi agitur ciuiliter contra plures ſuper aliquo connexo, extendatur ad omnes, Cabal. *conſ. deciſ.* 46. *lib.* 2.

Vbi de laico offendente Clericum, vel miniſtrum Curiæ Eccleſiaſticæ an poſſit ab vtroque Iudice puniri &c. de hac materia vide Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 1. *§.* 10. *num.* 37. *& ſeqq. per tot.*

4 Laicus delinquens in Eccleſia, vel contra Eccleſiaſticam perſonam poteſt puniri à Iudice ſæculari (licèt aliqui teneant poſſe tantùm puniri ab Eccleſiaſtico ratione loci delicti, vel perſonæ offenſæ) & non ſolum de delicto principali, verùm etiam de ſacrilegio, quod eſt mixti fori, cuius ratione poteſt etiam procedere Iudex Eccleſiaſticus, ita vt pro ſacrilegio ſit locus præuentioni; pro delicto verò principali merè laicali, cognitio ſpectet ad Iudicem ſæcularem tantùm, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 194. *per tot.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Delictum reſol.* 3. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 206. *fol.* 90. vbi quòd in dicto caſu laicus eſt puniendus à Iudice ſæculari, & non ab Eccleſiaſtico, niſi agatur de delicto mixti fori, pro quo ſit locus præuentioni, vide in meis *reſolut. cap* 9. *per tot. & in hoc opere §. Clericus num.* *§. Delinquens num.* 7. *& §. Sacrilegium num.* 5. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 34. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *de inſult. in Eccleſia num.* 3. *fol* 233. vbi quòd delictum in Eccleſia ſi non eſt Eccleſiaſticum, ſed ſæculare, cognoſcit laicus, & Iudex eccleſiaſticus tradit laico, Thom. del Bene *de immunit. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 49. *fol.* 128. vbi dicit locum eſſe præuentioni.

Qualiter laicus iniurians clericum, etiam citra excommunicationem puniri poſſit à Iudice Eccleſiaſtico, ſicut & illius iuriſdictionem turbans, Sperel. *deciſ.* 49. *num.* 28. & vide *in §. Clericus num.*

De laico offendente Clericum, vel miniſtrum Curiæ Eccleſiaſticæ, etiam ſatellitem, quòd poſſit ab vtroque Iudice puniri, idem Sperel. *deciſ.* 86. vide *in §. Delinquens num.* 6. Dian. *par.* 6. *tract.* 8. *reſolut.* 3. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 32. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 2. Ricc. *Collect.* 3883. *verſ. contrarium tamen*, Squillant. *de priuil. Cler. cap.* 6. *num.* 97. Carol. Rota *in ſuo Florileg. concluſ.* 21. *ſub num.* 5. vbi quod in tali caſu competens eſt Iudex ſæcularis, & Eccleſiaſticus, citra iuriſdictionis alterius perturbationem, quia ſæcularis punit percuſſorem pœna corporali, & Eccleſiaſticus mulcta ſpirituali, cùm vna per alteram non tollatur, & ita ſemper ſeruatum vidi Florentiæ ſine controuerſia.

Laicus effectus per dimiſſionem habitus, & tonſuræ, non poteſt puniri à Iudice ſæculari pro delictis commiſſis tempore, quo erat clericus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226. *num.* 1. vide *in §. Clericus num.* 78. Rot. *par.* 14. *recen. deciſ.* 425. *per tot.* 5

Laicus ſi efficiatur clericus poſt delictum commiſſum, an, & quomodo euadat iuriſdictionem Iudicis ſæcularis, Gratian. *d. cap.* 226. *num.* 29. *& per tot.* vide *in §. Delinquens num.* 4. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 7. Coſta *tract. de re integra diſt.* 32. *per tot.* facit Poſſent. *ſing.* 139. vbi quòd laicus factus Clericus in ciuilibus debet finire iudicium cœptum coram Iudice laico, reſeruata executione contra perſonam iudici Eccleſiaſtico, & permiſſa tantùm contra bona iudici ſæculari, ſicut ſeruatur in Clerico ſucceſſore laici, vt dixi *in § Clericus n.* 55. 6

Si laicus poſt obligationem, vel delictum aſſumat habitum clericalem, an euadat forum ſæculare, Thoro *compend. deciſ. Neap. par.* 1. *verb. Laicus*.

Quòd quilibet præſumatur laicus, & contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, quia qualitas, quæ naturaliter ineſt homini ſemper adeſſe præſumitur, donec contrarium probetur, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 963. vide *in §. Clericus*.

Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, niſi haberet iuriſdictionem temporalem, Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicar. Epiſc. num.* 35. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 268. *n.* 63. *&c.* latè D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 18. *per tot.* vbi tamen quòd ſufficeret habere primam tonſuram, quod poteſt eſſe Aſſeſſor, & Conſultor, vel etiam Vicarius in temporalibus tantùm, vel cum diſpenſatione Papæ, vide *in §. Epiſcopus num.* 36. *& §. Vicarius num.* Viui. *comm. opin.* 440. *&* 441. Bich. *deciſ.* 278. *num.* 5. vbi quòd poteſt eſſe Aſſeſſor. 7

Quòd laicus non poſſit eſſe Iudex Clericorum, vel in Spiritualibus, & quando ſecùs, Tuſch. *litt. L. concluſ.* 8. *& 9. per tot.* Viui. *loc. cit.* vide *in §. Iudex num.* 31. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 222. *vol.* 5. Poſſent. *ſing.* 128. vbi quòd non poteſt eſſe delegatus in cauſa criminali contra Clericum, etiam ſi delegetur à Legato de latere, cùm poſſit tantum delegari à Papa in cauſa particulari, & non ad omnes.

Quòd poſſit eſſe Iudex delegatus ab Epiſcopo in aliqua cauſa ciuili, non autem ad vniuerſitatem cauſarum, nec in criminalibus, nec in Spiritualibus. An poſſit eſſe arbiter, & alia, Sperel. *deciſ.* 14. Sanfelic. *deciſ.* 368. *in Addit. verſ. Epiſcopus*, Viui. *loc. cit.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Epiſcopus reſolut.*

Et quòd laicus vxoratus ſit incapax exercendi iuriſdictionem in clericos, & illos ad beneficia inſtituendi, reſiſtente iure, *in c. ſi quis, & c. per laicos, & c. laicis* 16. *quæſt.* 7. Seraph. *deciſ.* 1382. *num.* 1. Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 772. *num.* 4. *& deciſ.* 806. *per tot.*

Laicus non poteſt cognoſcere cauſas matrimoniales, etiam per viam delegationis, cùm non ſit capax, Menoch. *conſ.* 17. *num.* 6. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 738. *n.* 13. *& num.* 32. *&c.* 8

Poſſet tamen cognoſcere ex delegatione Papæ, Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 19. *&* 20. *fol.* 51.

Quorum ſint capaces laici, vel non in ſpiritualibus, Tuſch. *litt. L. concluſ.* 4. *per tot. & ſeqq.*

Laici ſunt incapaces beneficiorum Eccleſiaſticorum, penſionum, oblationum in Eccleſia factarum, primitiarum, decimarum Eccleſiaſticarum, iuriſdictionis Eccleſiæ, niſi tamen ageretur de ſimplici poſſeſſorio meri facti, prout ampliando, & limitando declarat Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *per tot. fol.* 354. *&c.* vide *in §. Iudex num.* Ricc. *Collect.* 1640. 1641. 1991. 1467. Rot. *par.* 19. *recen. dec.* 135. *&* 203. vbi qualiter poſſint eſſe adminiſtratores bonorum Eccleſiæ cum hac conditione relictorum, vel ex immemorabili conſuetudine. 9

Quoad decimas vide *in §. Decima num.* 3. & latè Bich. *deciſ.* 323. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi quando ſint capaces decimarum, Rot. *par.* 16. *recen. deciſ.* 109.

An autem ſint capaces iuris ſedendi, vel habendi ſcamna, ſiue bancos in Eccleſijs, vide *in §. Arma n.* 6.

Et qualiter etiam Clericus per contractum matrimonij

aunt-

imitat beneficia, idem Iordan. *d. lib.10. tit.23. per tot. fol.* 410. vide *in §. Penſio num.* 20. Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.9. num.59. & ſeqq.* vbi de penſione, de qua latè etiam Ricc. *Collect.*4148.

Qualiter laici ſint capaces cuſtodiæ reliquiarum Sanctorum, gubernandi, & adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica ſpectantia ad fabricam Eccleſiæ, perceptionis, & adminiſtrationis eleemoſynarum, & oblationum, quæ fiunt imaginibus, & reliquijs Sanctorum, & cuſtodiæ ornamentorum Eccleſiæ, & huiuſmodi, Andreol. *contron.*381. Torre *de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 137. 244. 318. *&c.* Franciſc. Romaguer. in addit. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.*1. *Rub.*2. *num.*4. *Rub.*8. *num.*3. *& ſeqq.*

Quòd Principes laici ſint incapaces iuris conferendi Epiſcopatus, vel alia beneficia in ſuis ſtatibus, niſi agant ex priuilegio Summi Pontificis, quo caſu etiam non dicuntur ipſi conferre, ſed Papa mediante illorum miniſterio, Dian. *reſolut. moral. par.*3. *tract.* 1. *reſolut.* 65. Rot. *par.*14. *recen. deciſ.*483. *num.*16. *&* 17. vbi quòd ſunt Iuris ſpiritualis penitus incapaces, ſed tantùm poſſunt ſe ingerere circa ius temporale, & materiale à ſpiritualitate diuerſum, vide Anſald. *de iuriſdict.* 2. *part. cap. de collat. num.* 18. Sanfelic. *in Praxi ſect.*24. vbi qualiter Pontifices conſueuerint ex cauſa dicta priuilegia concedere Imperatoribus, Regibus, & Principibus, & quibus Franciſ. *variar. reſolut. cap.*16. *per tot.* vbi plenè agitur de iurepatronatus, quod Sereniſſimi Reges habent in Eccleſijs Cathedralibus, & an eius virtute poſſint impedire quominus penſiones reſeruentur abſque illorum conſenſu, & alia plura ad rem.

10 Laicus fideiubens pro Clerico, vel etiam pro laico apud acta Iudicis Eccleſiaſtici, an poſſit coram eodem conueniri dixi *in* 6. *Fideiuſſor num.* & vide Sanfelic. *deciſ.* 160. vbi an poſſit hoc modo prorogare iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici in præiudicium Iudicis laici, vide *in §. Iuriſdictio num.*7. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 335. *verſ. ideo laicus.*

An laicus agens contra Clericum in foro Eccleſiaſtico poſſit compelli præſtare cautionem pro expenſis, negatiuè reſoluit, nec etiam contrauenire ordinibus, de ſe non ſubijciendo iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, cùm id faciat ea neceſſitate iuris, Aluar. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 16. *n.* 121. *& ſeqq. per tot.*

11 Laicis diſputare de fide Catholica omninò prohibitum eſt, etiamſi docti, experti, & eruditi eſſent, niſi aliqua vrgeret neceſſitas, veluti ſi coram illis aliquis hæreticus peruerteret fideles, & non adeſſent Eccleſiaſtici docti, qui fidei ſuſciperent defenſionem, nam tunc etiam laici docti tenentur ſaluti fidelium ſpirituali pro viribus conſulere, vel niſi exercitij cauſa inter religioſos diſputarent, quia talis non eſt formalis, ſed materialis tantùm diſputatio non prohibita: Clericis verò, & religioſis, licèt ad maiores, vel minores ordines non initiatis, ſi ſaltem ſint tonſurati, permittitur diſputare de fide vbi ſubſit cauſa, & ipſi ſint docti, nec fiat coram rudibus etiam exercitij cauſa, niſi eſſent adeò excellentes, vt ſe etiam ſimplicium intellectui accomodare ſcirent: Nemini autem licèt diſputare, vel diſſerere cum hæreticis alicuius erroris magiſtris, cùm in cauſis fidei nimis ſint tales hæretici obſtinati, ac pertinaces, & indurati, niſi ex cauſa maximæ neceſſitatis, vt ſuprà, & præcipuè ſi diſputans ipſe eſſet hæſitans in fide; laudabile tamen eſt contra hæreticos ad confutandum illorum errores ſcribere, vt colligitur *ex cap.* 2. *§. inhibemus de heret. in* 6. vbi Dominic. Barboſ. & alij, Silueſtr. *in Sum. verb. Diſputare*, vbi etiam quòd contrafacientes laici ſunt excommunicandi, latè Farinac. *de hereſ. quæſt.* 178. *§.* 5. *per tot.* vbi etiam Vulpin. *in fuco*, vbi de pœna arbitraria, Sanchez *Oper. moral. lib.* 2. *cap.* 6. Bonacin. *tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 2. *punct.* 5. *fol. mihi* 188. Azor. *Inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.*26. *quæſt.* 1. Becean. *tom.*3. *de fide cap.*15. *quæſt.*7. Suarez *de fide diſput.* 20. *ſect.* 1. Dian. *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 56. vbi etiam quòd Inquiſitores poſſunt procedere, & punire huiuſmodi diſputantes in caſibus prohibitis, ad Farinac. *d. quæſt.* 178. *n.* 117. Baldel. *Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *diſput.* 21. *per totum*, Bich. *deciſ.* 448. *num.* 11. *&* 12. *inter recent. part.* 11. *deciſ.* 109. Souſa *aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 19. & nouiſſimè alijs eltatis Magiſt. Fr. Dominicus Maria de Brancaccin. Florent. Ord. Seru. & Sereniſſimi Coſmi III. Magni Etrur. Ducis Theolog. in eius elaboratiſſimo *tract. de iur. Do-*

ctor. lib. 2. *cap.* 5. *num.* 14. 15. *&* 16. vbi alia plura ſeruanda docet à Scolaſticis Theologis, quibus ortodoxam incumbit tueri fidem, eiuſque truces expugnare hoſtes.

Multa de laicis, quorum ſint capaces, vel non, & 12
quoad iuriſdictionalia, Ægid. Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Laici, ſeculares*, & modernus Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. eod. verb. par.*5. *fol.* 3. *&c.*

Quòd laici ratione bonorum Eccleſiæ poſſint conue- 13
niri coram Iudice Eccleſiaſtico, tam in actione reali, quàm perſonali, reſponſ. *Boſcol.* 3. *num.* 135. apud Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 2. *fol.* 529.

§. LAVDEMIVM. III.

LAudemium, ſiue laudimium eſt nomen legibus, ac la- 1
tinis antiquis ſcriptoribus incognitum, quod ſecundùm aliquos originem traxit ab Vltramontanis, & eſt barbarum; in iure autem dicitur quinquageſima, & ſecundùm varias locorum conſuetudines aliter etiam nuncupatur tertiaria, Quartaria, Penna-aurea, Accordamentum, Rechatum, Decima, Roriſcapium, Releuium, Caputſolidum, Bailliuatus, & ſimilibus nominibus. Laudemium verò, quod eſt magis frequens dicitur à laudando, eò quia Dominus laudat, & approbat nouum Emphyteutam, eſt enim Ius, quod debetur, & ſoluitur domino directo pro inueſtitura nouo Emphyteutæ, vel emptori facienda de pretio emphyteuſis emptę ad rationem duorum pro centenario, cùm ſit quinquageſima pars dicti pretij, iuxta *l. fin.* vbi Iaſ. & alij *C. de iur. Emph.* Clar. *§. Emphyteuſis q.* 23. Marius Burg. *tract. de laudem. par.* 1. *Inſpect.* 1. *n.*7. Amad. à Pont. *eod. tract. in prin.* Caualer. *dec.* 21. Fulgin. *de iur. Emph. tit. de laudem. quæſt.* 1. *per tot.* niſi ex pacto, vel conſuetudine, ſiue ſtatuto ſumma laudemij deberet eſſe maior, vel minor, & attenditur valor rei de tempore nouæ inueſtituræ, non autem primæ conceſſionis, ac deductis oneribus, & expenſis, intelligendo etiam de valore vtilis dominij tantùm ſeparato à iure directi dominij, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine, prout declarat Fulgin. *loc. cit.* vbi etiam *num.* 9. *& ſeqq.* quærit an laudemium ſit idem quòd intratura, & concludit quòd non.

Quòd Ciuitas Cæſenæ habeat priuilegium non ſoluendi laudemia vltra diſpoſitionem iuris communis, & tale priuilegium tamquam conforme iuri communi, & ad tollendos abuſus, reputetur fauorabile, & reale, ita vt ſuffragetur omnibus etiam commitatinis, & forenſibus ibidem poſſidentibus, latè Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 400. *per tot. & par.*18. *dec.*492. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd Communitas Cæſenæ eſt in quaſi poſſeſſione ſoluendi laudemia ad formam iuris, & ſic duo pro centenario; illa verò Ceruiæ ſoluit quinque pro centum ſtante ſolito, & conſueto.

Quid ſit laudemium, quando debeatur, vel non, & qualiter non ſolutum inducat caducitatem, Tuſch. *litt. L. concluſ.*15. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 264. *volum.* 1. vbi quando debeatùr, vel non, *& deciſ.* 123. *num.* 11. *& ſeqq. per tot. volum.* 3. Ricc. *Collect.* 31. 421. 1942. 2191. 2289. 2170. 2188. 2146. 2190. *&* 2483. Tepat. *variar. ſent. tit.* 389. Coſta *de ratione rata quæſt.* 112. vbi plura quid ſit, à quo, & cui debeatur &c. Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 19. *per tot.* vbi etiam an, & quando ei renunciatum dicatur.

Quod laudemium ſit quinquageſima pars, & ſic aurei duo pro centum pretij rei in emphyteuſim conceſſæ, Altograd. *conſ.* 24. *num.* 41. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 201. *num.* 1. *&* 2.

Quòd debeatur tantùm pro rata pretij exburſati, & non pro rata cenſus, vel alterius oneris accollati ſuper re empta exiſtentis, Gratian. *d. cap.*784. *num.*1. *&c.* & vide *in §. Gabella num.*1.

Laudemium regulariter eſt ſoluendum domino directo 2
pro omni alienatione rei emphyteuticæ, ſiue fiat inter viuos, ſiue etiam in vltima voluntate, *DD. in l. fin. C. de iur. Emph.* Clar. *§. Emphyteuſis quæſt.*23. *in prin.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*32. *num.*32. Salſo *tract. de laudem. quæſt.*1. Amad. à Pont. *eod. tract. quæſt.* 42. Burg. *eod. tract. par.* 2. *Inſpect.* 1. cum alijs per Fulgin. *de iur. emph. tit. de laudem. quæſt.* 8. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* vbi dictam regulam quindecim modis ampliat, & decem limitat cum pluribus declarationibus.

Digitized by Google

Quòd debeatur laudemium Domino directo, etiam ſi alienatio fiat Eccleſiæ pro illa ædificanda, vel amplianda, & cùm Eccleſia acquirens ſit manus mortua teneatur alteri tradere, vel ſingulis quindecim annis ſoluere quindennium loco laudemij, latè Rot. *par. 9. recen. deciſ. 474. & 494. per tot.*

Item pro omni alienatione rei feudalis, Paul. Chriſtin. *deciſ. 70. per tot. vol. 6. & ad leg. municip. tit. 10. art. 1. & art. 5.* Martha *vot. Piſ. 33. per tot.* vbi etiam quòd pro eo ſunt obligata ipſa bona feudalia pro prædeceſſoribus, qui non ſoluiſſent, de quo *infra num. 14.*

Quando ſit ſoluendum, & pro quibus contractibus, an ab alienante, vel ab acquirente, & quantum ſit, Clar. §. *Emphyteuſis quæſt. 23.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 180. per tot.* Surd. *deciſ. 220. num. 4.* vbi quòd eſt ſoluendum ab acquirente, ſequitur plures alios addens Fulgin. *d. tit. quæſt. 3. per tot.* vbi declarat niſi aliter ſit conuentum inter contrahentes, Tuſch. *litt. L. concl. 16. num. 3. &c.* vide *in* §. *Gabella num.* Coſta *de ratione rata quæſt. 1. ta. per tot.* Caldas Pereyra *tract. de Emphyt. extinct. cap. 16.* vbi plenè de materia laudemij, quando, & ex quibus contractibus debeatur, vel non, & alia ad rem.

3 Laudemium eſt ſoluendum per eum, cui res emphyteutica donatur, vel legatur, ſi aliàs in ea non erat ſucceſſurus, quidquid ſecùs ſit in hærede, vel legatario, qui ratione primæ conceſſionis poſſent dici comprehenſi, licèt etiam in hoc caſu deberi videatur concludere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 377.* vbi firmat ſex concluſiones, vide Franch. *deciſ. 201. & deciſ. 447. per tot.* Fulgin. *de iur. Emph. tit. de laudem. quæſt. 6. per tot.* vbi quoad donationem refert contrarias opiniones, affirmatiuam tamen probat, quam ampliat, & limitat pluribus modis.

Quod laudemij ſolutio ſpectet ad emptorem, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 272. num. 6.* vbi citat Clar. §. *Emphyteuſis quæſt. 23.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 52. num. 4. & alios.*

4 Laudemium debetur pro alienatione facta ex cauſa debiti ſoluendi, ſiue per Iudicem dentur in ſolutum creditori bona, ſiue alteri tertio pro ſatisfaciendo creditori, Gratian. *diſcept. forenſ. 544 num 19 &c. cap. 784 num. 6. &c.* Franch. *deciſ. 577.* Poſth. *de ſubhaſt. Inſpect. 48. per tot.* Caualer. *dec. 360 num. 5.* vbi quòd licèt debeatur laudemium, non requiritur conſenſus domini directi, vide Fulgin. *d. tit. quæſt 8. num. 16. & infra, num* 13. Fontanel. *deciſ. 278. per tot. & deciſ. 279 per tot.*

Deberi laudemium, & eo non ſoluto, nec capta inueſtitura caducitatem incurri, quando creditores apprehenderunt bona debitoris decocti, inter quæ adſit emphyteuſis, ſicut etiam ex ſola hypothecatione rei emphyteuticæ pro tanta ſumma, vt non adſit ſpes luitionis ſubſequuta poſſeſſione, latè probat Sperel. *deciſ. 99. per tot.* ad interpretationem Statuti Genuenſis *lib. 4. cap. 7.* vbi etiam de pluribus alijs ſimilibus alienationum ſpeciebus, ex quibus debetur laudemium, & incurritur caducitas, vide *in* §. *Emphyteuſis num.*

Quamuis alias pro ſimplici pignore, vel hypotheca rei emphyteuticæ non debeatur laudemium, Fulg. *de iur. Emph. tit. de laudem. quæſt 9. per tot.* vbi tribus modis declarat, nempè niſi ſit pro tanta ſumma, vt non adſit ſpes redemptionis, vel ceſſet affectio, niſi ſit ſpecialiter hypothecata, & tradita, vel niſi ſit vltrà decennium ſecundùm aliquos, quod vltimum ipſe non ſequitur.

5 Laudemium debetur pro alienatione annui cenſus conſtituti ſuper re immobili emphyteutica, & ſic ſi emphyteuta imponat cenſum ſuper re emphyteutica, tenetur ſoluere laudemium domino directo pro rata pretij, ſiue capitalis cenſus ſecundùm opinionem Tiraquel. *de retract. lignag. gloſ. 1. §. 6. num. 4. & 5.* Surd. *deciſ. 204. num. 6.* Amad. à Pont. *de laudem. quæſt. 1.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 49. num. 8. fol. mihi* 238.

Contrarium tamen, & meliùs probatur Fulgin. *de iur. emph. tit. de laudem. quæſt. 10. num. 2. & 3.* Sperel. *dec. 120. num. 12. & alij per eos relati.*

6 Laudemium quando bona ſubemphyteuticantur ab emphyteuta, debetur domino directo, & non emphyteutæ ſubemphyteuticanti, vt latè firmauit Rot. *in Romana laudemij 4. Maij* 1635. coram Ghiſilerio *in nouiſs. par. 7. deciſ. 40. per tot.* Franch. *deciſ. 437.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de laudem. quæſt. 23. per tot.*

Quòd ſemper debeatur ei, qui eſt maior dominus, & non inferiori, & debeat apparere de dominio illius, qui laudemium prætendit, aliàs non debeatur, Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 168. per tot.* vide Fulgin. *d. quæſt. 23. per tot.* Marcian. *diſput. forenſ. cap. 97. per tot.*

Quòd debeatur vſufructuario, & non proprietario, Oldrad. *conſ. 24.* Clar. §. *Emphyteuſis quæſt. 23. num. 5.* Soccin. Iun. *conſ. 70. num. 31. lib. 3.* Tuſch. *litt. L. concl. 16.*

An autem è contra ſit ſoluendum à proprietario, vel ab vſufructuario, dic ſeruandam conſuetudinem, & illa ceſſante à proprietario, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 375. vol. 1. & deciſ. 13. vol. 6.*

Laudemium non debetur, quando contractus non eſt 7
propriè emphyteuticus, ſed locatio ad longum tempus, vel in perpetuum, & multa ad oſtendendum quòd conceſſio fuerit potiùs locatio perpetua, quàm emphyteuſis, & ſic ad excluſionem laudemij, Rot. *in Romana laudemij 10. Februarij* 1631. coram Ghiſilerio *in Nouiſſ. par. 6. deciſ. 14. per tot.* & declarat Fulgin. *d. tit. de laudem. quæſt. 16. n. 4. &c. infra num. 18. in fine.*

Laudemium non intelligitur remiſſum, licèt res fuerit 8
conceſſa cum clauſulis importantibus licentiam alienandi, vt dixi *in* §. *Feudum n.* facit Surd. *deciſ. 200.* vbi etiam, quòd caducitas non incurritur, ob laudemium non ſolutum, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 377. num. 4. & num. 21.* Fulgin. *de iur. emph. tit. de laudem. quæſt. 8. num. 6. &c.* vbi refert alios contrarium tenentes, quamuis ipſe veriorem, & magis communem profiteatur dictam firmatam opinionem, maximè ſi dictum fuerit in inueſtitura ſaluo, & reſeruato iure domini directi.

Laudemium non debetur pro alienatione nulla, vel quæ 9
nullum effectum fuit ſortita, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 746. num. 5.* Fulgin. *d. quæſt. 8. num. 39. & 40.* vbi etiam quòd ſi fuiſſet ſolutum antè declarationem nullitatis, illa poſtea declarata poteſt repeti, & debet reſtitui, & ſic ſententia nullitatis inter contrahentes præiudicat etiam domino, quamuis ipſe pro iure ſuo lite pendente poſſit aſſiſtere, & cauſam defendere, Rot. *par. 15. recent. dec. 374. num. 5. & ſeqq.* vbi quòd laudemium non ſoluitur de omnibus diſpoſitionibus nullis, & inutilibus, vel effectum non ſortitis, quando ſit reſtituendum, ſi fuerit ſolutum, & alia ad rem, Fontanel. *deciſ. 587. & 588. 280. 277. & ſeqq. & dec. 279. & 281.*

Laudemium non debetur, quando alienatio ſit inter ip- 10
ſos comprehenſos in inueſtitura, cùm inter illos videatur potius renunciatio, & habeat locum ius accreſcendi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 272. num. 10. &c. & cap. 377. n. 10. &c.* Rot. *in Romana deuolutionis 4. Decembris* 1651. coram Bichio *num. 9.* Amad. à Pont. *tract. de laudem. quæſt. 12.* Surd. *deciſ. 305. num. 30.* Guid. Pap. *deciſ. 48. in fin.* Michalor. *de fratr. par. 3. cap. 38. num. 34.* Fulgin. *d. tit. de laudem. quæſt. 5. per tot.* vbi ſex modis ampliat, & tribus limitat, Fontanel. *deciſ. 587. & 588. 280. 277. & ſeqq. & deciſ. 279. & 281.*

Laudemium an ſit ſoluendum pro venditione facta cum 12
pacto reſolutiuo, vel de retrouendendo, & an duplex, vnum ſcilicet pro venditione, & alterum pro eius diſſolutione, vel retrouenditione, Tiraquel. *de retract. conuent. §. 6. gloſ. 2. num. 3. & ſeqq. ad* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 180 num. 6. & ſeq. per tot.* Theſ. *deciſ. 75.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de laudem. quæſt. 4.* vbi firmant deberi laudemium ex dicta venditione, cùm ſit de ſui natura perfecta, non autem pro retrouenditione habente originem ex pacto primæ venditionis, Caualer. *deciſ. 360. num. 5.* Surd. *deciſ. 305. num. 20. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 686. num. 1. &c.* vbi quòd quando alienatio ſit pro executione primi contractus, non debetur nouum laudemium, nec noua gabella, ſed ſufficit vnum, vel vna, Fontanel. *deciſ. 587. & 588. 280. 277. & ſeqq. & dec. 279. & 281.*

Secus tamen ſi diſcederetur à contractu vigore pacti re non integra, ſed ex interuallo appoſiti, aut nullo pacto præcedente, vel vigore prorogationis termini, ſine domini conſenſu, nam his caſibus nouum debetur laudemium, vt probat Fulgin. *d. quæſt. 4. num. 2. & ſeqq.* vbi etiam qualiter ſit reſtituendum emptori laudemium domino ſolutum, cùm immunis recedere debeat à contractu, niſi aliter fuerit conuentum, & alia ad hoc propoſitum, adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 70. num. 5. & ſeqq. vol. 3.*

Laudemium non debetur pro alienatione neceſſaria, 13

ad

Digitized by Google

ad quam deuenitur ex obligatione legis, & non facto voluntario alienantis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 227. *n.* 46. *& c. cap.* 748. *num* 6. *& c.* Sperel. *deciſ.* 99. Poſt. *de ſubbaſt. inſpect.* 48. *num.* 10. *& c.* vbi quòd alienatio dicitur neceſſaria ad hunc effectum, quando neceſſitas adeſt ex parte emptoris, ſiue illius, in quem poſſeſſio transfertur, & tunc non debetur laudemium, aliàs ſecùs ſi neceſſitas ortum habeat ex obligatione contracta per ipſum alienantem, Franch. *deciſ.* 277. Theſ. *deciſ.* 239. Caualer. *deciſ.* 360. *n.* 4. Gratian. *diſcept.* 544. *num.* 19. Fulgin *d. tit. de laudem. q.* 8. *num.* 48. *ſupra num.* 4. *infra n.* 16. In contrarium facit Rot. *par.* 9. *rec. deciſ.* 474. *&* 494. vbi quòd debetur laudemium quando quis cogitur vendere pro conſtructione, vel ampliatione Eccleſiæ: prædictis adde Coſtam *de remed. ſubſid. remed.* 52. *illat.* 1. *per tot.* vbi benè concluſionem declarat, Fontanel. *deciſ.* 587. *&* 588. 280. 277. *& ſeqq. & deciſ.* 279. *&* 281.

14 Laudemium an poſſit peti contra tertium poſſeſſorem rei, & pro eo competat Saluianum, pendet à quæſtione, an habeat hypothecam, quæ multum perplexa, & difficilis eſt, negatiuam enim partem latè ſuſtinet Surd. *dec.* 31. *per tot. dec. ſ.* 200. *num.* 4. cum alijs per Fulgin. *de iur. emph. tit. de laudem. quæſt.* 2. *num.* 2. *& ſeqq.* qui & ipſe videtur hanc ſequi opinionem, niſi ex inſtrumento colligatur hypotheca, Ioſeph. Felin. Cerezo *in Margarita var. concluſ. lit. L. verb. Laudemium fol.* 137.

Contrariam autem opinionem, quòd imò habeat hypothecam, & peti poſſit, etiam contra tertium poſſeſſorem tenent alij, vt per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 272. *num.* 1. *& per tot. cap.* 377. *num.* 24. *& c. cap.* 784. *num.* 16. *& c.* & Franch. *deciſ.* 430. Pacif. de Saluian *Inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 147. *& c.* Rot. *par.* 9. *recen. dec.* 474. *num.* 6. Martha *vot. Piſ.* 33. *num.* 13.

15 Laudemium an debeatur domino directo, quando res emphyteutica datur in dotem, videntur magis communiter diſtinguere DD. vt ſi detur æſtimata tali æſtimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, debeatur laudemium, ſecùs autem ſi detur inæſtimata, Amad. à Pont. *tract. de laudem. quæſt.* 29. Salſo. *eod. tract. collat.* 7. *in fine*, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 108. Velaſc. *de iur. emph. quæſt.* 14. *num.* 10. Burg. *de laudem. par.* 2. *Inſpect.* 12. *num.* 6. *& ſeqq.* & latè declarat videndus Fulgin. *de iur. emph. tit. de laudem. quæſt.* 7. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3037. Rot. *par.* 9. *recen. dec.* 53. *num.* 11. vbi ſimpliciter quòd non debeatur, ſed intellige vt ſupra, Carol. Ruta *in eius Florileg. concluſ.* 25. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi probat dictam diſtinctionem.

16 Laudemium debetur etiam ex venditione facta vigore Conſtitutionis Gregor. XIII. pro ornatu Vrbis, vel alterius ſimilis Pragmaticæ, quia licèt ſit venditio neque neceſſaria, & non requirens conſenſum domini, tamen ex quo emptor tamquàm noua perſona opus habet noua inueſtitura, laudemium domino debetur ſecundùm Fulgin. *d. tit. quæſt.* 8. *num.* 15. vbi citat Burg. *de laudem. par.* 2. *inſpect.* 1. *num.* 15. facit Rot. *part.* 9. *recentior. deciſ.* 474. *&* 494. *per tot.*

Contrarium videtur probare Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 227. vbi citat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 10. facit quod dixi *ſupra num.* 13.

17 Laudemium debetur ex permutatione quocumque modo facta ratione nouæ inueſtituræ ſuſcipiendæ, niſi ageretur inter comprehenſos in prima inueſtitura, inter quos eſt permiſſa omnis alienatio ſine conſenſu domini, & ſine ſolutione laudemij, vt dixi *ſupra num.* 10. vide Fulgin. *d. quæſt.* 8. *num.* 19. *& ſeqq.* Carol. Ruta *in d. Florileg. concl.* 25. *per tot.* vbi probat non deberi, maximè ſi permutatio fiat ex neceſſitate.

18 Laudemium debetur pro venditione melioramentorum in re emphyteutica factorum, ita vt ſi ſimplex area data ſit in emphyteuſim, & ibi poſitum ædificium maximi valoris, quod poſtea vendatur, debeatur laudemium non pro pretio ſolius areæ, ſed totius ædificij, quidquid contrarium teneat Corn. *conſ.* 250. *in princ. vol.* 3. quem malè loqui dicit Fulgin. *d. quæſt.* 8. *num.* 23. *& c.* vide Burg. *de laudem. par.* 2. *Inſpect.* 6.

An debeatur pro impoſitione ſeruitutis, pro ceſſione, pro tranſactione, pro conſenſu, pro emptione actionis, & in ſimilibus caſibus, vide Fulgin. *d. quæſt.* 8. *num.* 27. *& ſeqq. per tot. & in quæſt. ſeqq.*

Item an debeatur pro venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, vel ad tempus, ſiue ad vitam, an ex retractu ſequuto vigore Iuris congrui, an pro pacto, vel promiſſione de vendendo, maximè accedente iuramento, an ſi re integra antè traditionem partes de conſenſu recedant à contractu, an pro alienatione conditionali, pendente adhuc conditione, vel nondum declarato pretio arbitrio tertij remiſſo, an debeatur primo, vel nouo Domino, ſi interim fiat mutatio, & alia, vide per Fulgin. *d. quæſt.* 8. *num.* 32. *& ſeqq. per tot.* cum alijs ab eo citatis, *& quæſt.* 16. *per tot.* vbi qualiter debeatur ex locatione ad longum tempus, vel ad vitam emphyteutæ, ab ipſo emphyteuta alteri facta, facit *ſupra numer.* 7.

Laudemium non debetur domino, quando intra duos menſes fuit negligens in mittendo in poſſeſſionem, & inueſtiendo nouum Emphyteutam, qui ideò vigore permiſſionis legis fuerit à veteri emphyteuta vendente immiſſus, ſecùs autem ſi dominus re integra immittat etiam lapſo bimeſtre, cùm poſſit moram purgare, Fulgin. *de iur. emph. tit. de laudem. quæſt.* 11. *per tot.* Salic. Iaſ. & alij *in l. fin. C. de iur. emphyt.* 19

Laudemium non debetur domino directo, quando ipſe rem aliquam ſuam allodialem, vel etiam emphyteuticam ad ſe reuerſam, & conſolidatam, alteri in Emphyteuſim concedit, Amad. à Pont. *de laudem. quæſt.* 11. Fulgin. *d. tit.* 14. *quæſt.* 14 *per tot.* vbi limitat niſi extaret conſuetudo in contrarium; ſed iſtud, quod ſoluitur domino directo in dictis caſibus appellatur potius intratura, de qua idem Fulgin. *loc. cit. quæſt.* 1. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi qualiter differat à laudemio. 20

Non etiam debetur quando petitur renouatio Emphyteuſis per proximiores, vel per ipſum emphyteutam finita generatione, vel tempore, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine, de qua in patria ſua teſtatur Fulgin. *d. tit. quæſt.* 15 *per tot.*

Deberi autem quando emphyteuta concedit in emphyteuſim rem emphyteuticam ad 29. annos, vel aliud tempus, cum pacto renouandi, niſi ab initio ſit conceſſa in perpetuum; licèt cum dicto pacto, idem Fulgin. *loc. cit. quæſt.* 18. *per tot.*

An autem debeatur à legatario ratione legati de re emphyteutica ſibi facti, an ab hærede, an ab vſufructuario, & an ſit ſoluendum vſufructuario, puta patri, vel proprietario, puta filio, quando emphyteuſis eſt filij, & in ſimilibus caſibus, Fulgin. *d. tit. de laudem. quæſt.* 19. *cum pluribus ſeqq.*

Laudemium non debetur, quando ipſe dominus directus emit rem emphyteuticam, ſicut etiam, nec quando emphyteuta emeret directum dominium à domino, Iaſ. *in l. fin. num.* 43. *C. de iur. emph.* Fulgin. *loc. cit. quæſt.* 24. *per tot.* 21

Si tamen plures eſſent domini directi, & vnus emat rem emphyteuticam, tenetur ſoluere partem laudemij alijs condominis, Amad. à Pont. *de laudem. quæſt.* 22. *in fine*, *& quæſt.* 23 *in princ.* Fulgin. *loc. cit. quæſt.* 25. *per totum.*

Poſtquàm autem dominus directus elegit viam prælationis in emptione rei emphyteuticæ, ſiue petitionem laudemij, non poteſt variare, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 24. *gloſ. vn. num.* 7. *&* 11. Bald. *conſ.* 412. *lib.* 1. *in fin.* Salſo. *de laudem. quæſt.* 3. *prin. num.* 50. Fulgin. *d. tit. quæſt.* 27.

Laudemium non exactum à Prælato, Rectore, vel beneficiato, non debetur illius hæredibus, ſed ſucceſſori, niſi Prælatus defunctus haberet facultatem diſponendi in vita de fructibus; hodie tamen in locum ſucceſſoris fuit ſubrogata Camera Apoſtolica, cui loco ſpoliorum applicantur omnes fructus non exacti, Mareſcott. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. Honded. *conſ.* 85. *per tot. lib.* 2. Nauar. *de Spol. cler.* § 6. *num.* 6. *&* §. 7. *in fine*, Ludouiſ. *deciſ. Peruſ.* 33 Fulgin. *d. tit. quæſt.* 28. *per tot.* vide *in* §. *Fructus num. &* § *Penſio num.* 22

Quid autem ſi dominus directus, cui debetur laudemium, illo non exacto, ius ſuum alteri vendat, nempè directum dominium, an laudemium ſit ſoluendum priori domino, vel potius emptori, vide contrarias opiniones per Fulgin. *d. tit. de laudem. quæſt.* 26. *per tot. & quæſt.* 8. *num.* 57.

Quod laudemium non exactum tranſmittatur ad ſucceſſorem, præmaturè autem ſolutum an, & quando ſit

bonificandum, vel non, & contra quos repeti poſſit non facta bonificatione, Rot. *par.18.rec. dec.492. per tot.* facit quod dixi *in §. Solutio n.39.*

23 Laudemium an debeatur domino directo per renunciationem emphyteuſis factam ab Emphyteuta, an per venditionem vſusfructus, vel proprietatis, an ſit ſoluendum à fiſco in caſibus, in quibus ſuccedit in Emphyteuſi, quid ſi emphyteuta fuerit à Principe reſtitutus ad bona, an pro datione in feudum, an pro conſenſu præſtito alienationi, an pro impoſitione ſeruitutis, an pro recognitione, an pro purgatione moræ, & ſimilibus caſibus, vide Fulgin. *d.t.s. quæſt.29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. per tot.*

24 De laudemijs habentur plura deciſa penes Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.1. 2. & 3. ſect.2. in verb. Laudemium*, & alia remiſſiuè per Ægid. de Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Laudemium*, & Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eod. verb. fol.7. &c.* nouiſſimè, ac plenè Ant. de Vilaplana *Illuſtrat. feudal. Prælud. 3. & ſeqq. fol. 40. & verſ. 1. fol.68. & ſeqq. verſ. 2. fol. 147. & ſeqq.* ferè per totum tractatum cum Addit. & D. Lelius Boſcol. *reſponſ. 6. per tot. poſt par. 2.* Io Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. fol.566. &c.*

§. LAVDVM. IV.

1 Laudum arbitratorum, vel arbitrorum an propriè dicatur ſententia, & inducat conformitatem, Gratian. *deciſ.82. per tot.* vide *in §. Sententia num.* Tuſch. *lit. L. concluſ.18. per tot.* vbi in quibus differant laudum arbitri, & laudum arbitratoris.

Laudi formulam ponit Franch. *dec. 554. ſub num.5. Formular. Florent. fol.259.*

Quam actionem producat laudum, an valeat latum ſub conditione, vel modo, qualiter interpretandum, & alia plura, Tuſch. *litt. L. concluſ. 19. cum multis ſeqq.*

Quòd laudum à partibus approbatum dicatur vera tranſactio, & extinguat litem ſicut res iudicata; ita vt ſi fiat alia tranſactio ſuper contentis in laudo, tamquàm ſuper re iudicata, & deciſa non ſubſiſtat, Rot. *in Romana hæreditatis Ven. 30. Ianuarij 1654.* poſt Vrceol. *tract. de tranſact. dec. 4.* vide *in §. Tranſactio num. 11.* Rot. *par. 18. recent. deciſ. 459.* vbi quòd laudum à partibus acceptatum conſtituit rem iudicatam, tranſactionem, & pactum, in materia iuriſpatronatus.

2 Laudum in dubio præſumitur iuſtum, & rectum ad inſtar ſententiæ, etiam quòd de illius nullitate, vel iniuſtitia fuerit dictum, ſiue petita reductio ad arbitrium boni viri; imò magis quàm ſententia, quia non reperitur iure cautum, quòd petitio reductionis ſuſpendat vires arbitramenti, vel laudi, maximè lati à perſona prouida, & honeſta, vt bene probat Gratian. *dec. 63. num. 12.* & Gabriel. *comm. concl. tit. de ſent. concl. 5 num. 14. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.2. concl. 665.* vbi quòd ideò qui dicit laudum iniquum tenetur probare.

Impeditur tamen executio laudi per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, quæ peti poteſt etiam ſi illi fuerit expreſsè cum iuramento renunciatum, Marant. *p.6. de appell. num. 122.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 148. num. 25. &c.* vide *in §. Compromiſſum num.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 142. & 143. volum 2.* Bich. *deciſ. 218. num. 4. & ſeqq.* vbi quòd laudum non eſt exequibile, quando ab eo fuit interpoſita appellatio, vel renunciatum ipſi laudo per aliam prouiſionem, idem Bich. *deciſ. 548. per tot.*

Ad quem autem Iudicem ſit recurrendum pro huiuſmodi reductione, vide *in §. Iudex num.* & *§. Reductio num.*

Quòd laudum habeat executionem paratam, ſicut ſententia, concurrente maximè validitate, & iuſtitia illius, quæ de iure præſumitur, *l. vt arbitris 4. & l. cum antea 5. C. de recept. arbitr.* Rot. *par. 15. recent. deciſ. 518. num. 1. & 2. & par. 17. deciſ. 160. per tot.* vbi plura pro executione laudi, non ſolum ex præſumptione validitatis, & iuſtitiæ, verùm etiam ex partium conuentione ex pluribus reſultante, & latiùs in eadem cauſa *deciſ. 283. d. part. 17.*

3 Laudum debet proferri intra tempus aſſignatum in compromiſſo, vel prorogatum à partibus, ſiue ab arbitro habente talem facultatem prorogandi, & ipſa prorogatione partibus intimata, licèt huiuſmodi intimationi renunciauerint, aliàs eſt nullum, & quid ſi nullum tempus fuiſſet appoſitum, Pract. Papp. *libell. ad pœn. ex comprom. gloſ. infra duos*, Genu. *de ſcript. priuat. lib.3. quæſt.17. fol.137.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.7. num.113. &c. fol.70.* latè Tuſch. *litt. L. concl.29.* vbi quando ſit nullum etiam ex alijs cauſis, Ioſeph Feliu. Cerezo *in Margarit. var. concl. litt. L. verb. Laudum fol.138.* Buratt. *deciſ. 29. in fine*, Coccin. *deciſ. 438.* Rot. *par. 18. rec. dec. 522. num. 4.* vbi etiam quòd eſt nullum, ſi ſit euidenter iniuſtum, &c.

Niſi adfuerit aliquod impedimentum, Gratian. *diſcept. for. cap. 929. num. 12. &c.* vide *in §. Arbiter num.* & *§. Tempus num.*

Quòd latum nullo compromiſſo apparente, & nulla attributa auctoritate, dicatur carere forma, & origine, & ſit tamquam non latum, Rot. *par.9. rec. deciſ. 307. num.5.* vide *in §. Compromiſſum num.5.*

Valet etiam latum extra tempus compromiſſi, ſi fuerit confirmatum à Superiori magiſtratu, ſicut etiam ſi fuerit petita reductio ſuper meritis, vel vbi conſtat de bono iure, vel vbi fuit renunciatum omnibus exceptionibus, quia ſuſtinetur in vim pacti, vel quando tempus, ſiue inſtantia fuit aſſignata arbitris, & non cauſæ, vel fuit datum arbitrium in procedendo, ſecundùm Bardellon. *conſ.172. per tot. lib.2.*

Quòd laudum non poſſit dici nullum ex eo quòd latum fuerit extra tempus in compromiſſo aſſignatum, vbi non apparet de præſentia, & acceptione arbitrorum, cùm tale tempus currat tantùm à die acceptationis, Gratian. *deciſ. 62. num. 12.* Gabriel. *com. concl. tit. de arbitr. concl. 2.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.7. num.132. fol.72.* Franch. *deciſ.354. num.3.* vbi quid quando fuit dictum, quòd currat tempus ab hodie, vel à tali die, & latiùs idem Franch. *dec.626. per tot.*

Item eo ipſo quòd partes petierunt proferri ſententiam, vel laudum cenſetur prorogatum tempus ad arbitrandum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 103. num.12. vol.1.*

Laudum latum partibus præſentibus, licèt non appareat 4
de præcedente compromiſſo, vel non præcedat compromiſſum, ſuſtinetur in vim taciti compromiſſi, Ang. *in l. ſciendum, ff. de verb. oblig.* Soccin. *contr. 220. num.2. lib.2.* Gratian. *deciſ. 6. num. 36. & melius deciſ. 64. num. 5. & 6.* Tuſch. *litt. L. concl.25. num.2. &c.* Cabal. *conſ. deciſ. 41. & conſ. 117. lib. 2.* vbi quòd non apparente compromiſſo laudum eſt nullum, vide *in §. Compromiſſum n.5.*

Laudum non tranſit in iudicatum per ſpatium decem 5
dierum, ſicut aliæ ſententiæ, quia tempus petendi reductionem ad arbitrium boni viri durat triginta annis, dummodò intra annum pars ſit conqueſta ſaltem extraiudicialiter, & non ſit ſequuta emologatio, Gratian. *deciſ. 62. num. 11.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 966. per tot.* vbi quod laudum non præſumitur emologatum per taciturnitatem decem dierum, nec anni, cùm ab eo poſſit reclamari vſque ad 30. annos, etiam ſi partes in compromiſſo non reclamare promiſiſſent, Cabal. *conſ. deciſ. 41. per tot. lib. 1.*

Intellige de laudo arbitratoris, nam laudum arbitri iuris, emologatur, ideſt approbatur expreſsè, & tacitè per non contradictionem intra decem dies, Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 13. tit 7. num. 13. & 14. fol. 63.* Maſcard. tamen indiſtinctè loquitur vbi ſupra.

Qualiter debeat notificari, vt noceat, niſi ſit expreſsè, vel tacitè approbatum, vel niſi ex diuturnitate temporis poſſit præſumi notificatio, Tuſch. *litt. L. concluſ. 23. per tot.*

Quòd laudum nullum, & iniuſtum non tranſeat in iudicatum, & inſtantia nullitatis non pereat finita inſtantia appellationis, ſed duret triginta annis, Caualet. *dec. 270. per tot.*

Quòd latum à perito, vel tamquam à perito non tranſeat in iudicatum, cùm poſſit per peritiores reuideri, Caualet. *deciſ.292. num.5.*

Quando laudum tranſeat in iudicatum, vel non, & qualiter ſit exequendum, Tuſch. *litt. L. concluſ. 27. & 28. per tot. &c.* Cabal. *conſ. 41. per tot. lib. 1.* vbi quòd in laudo arbitratoris nimis properè petitur executio antè triginta annos.

Laudum latum in die ſequenti poſt compromiſſum, 6

vel ſine cauſæ cognitione eſt nullum, niſi fuerit approbatum, vel niſi arbiter per prius fuerit informatus, vel ſi nullum partis intereſſe poſſit conſiderari, Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 286. *num.* 39. *& ſeqq.* Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 181. *num.* 14. *& par.* 15. *deciſ.* 389. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi de nullitate relationis peritorum ex temporis breuitate duorum, vel trium dierum, *& par.* 18. *deciſ.* 522.

Ex quibus laudum arguatur iniuſtum, vel non, Tuſch. *litt. L. concl.* 24. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 46. *num.* 5. *& ſeqq.* Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 552. *per tot.*

7 Laudum latum per laicum ſuper rebus eccleſiaſticis, vel vbi interuenit Clericus vti reus, ſiue in actione perſonali, ſiue reali eſt nullum, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 379. *per tot. cap.* 674. *n.* 13. *&c. cap.* 732. *n.* 16. *&c.* vide *in §. Compromiſſum n.* 15. *§. Poſſeſſi. n.* 5. *§. Clericus n.* 58. *in fine, §. Iudex n.* 31. *§. Sententia n.* 5.

Valeret tamen ſi cum laico arbitratore, adeſſet Clericus tamquam alter arbiter, qui trahit, & non trahitur, Speziel. *deciſ.* 8. *num.* 49. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 12. *fol.* 97. & latiùs *vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 32. *& ſeqq. fol.* 64.

Quo caſu ſi eſſet petenda reductio ad arbitrium boni viri, eſſet vtique petenda coram Iudice Eccleſiaſtico, etiam ſi litigatores, & alter ex arbitris eſſent laici, ſecundùm Speziel. *dec.* 19. *num.* 26.

8 Laudum ſuper futura ſucceſſione pupilli, vel alterius non conſentientis eſt nullum, licèt factum fuerit compromiſſum vigore ſtatuti, vel confirmatum per ſententiam iudicis, vel per iuramentum, quia diſpoſitio *l. fin. Cod. de pact.* procedit etiam in ſententia, & laudo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 470. *num.* 17. *&c.* vide *in §. Pactum num.* Martha *vot. Piſ.* 46. *num.* 20. vbi quòd procedit etiam accedente conſenſu tutoris, iuxta veriorem opinionem.

9 Laudum latum ſuper compromiſſo nullo, & eo quòd ſit affectatum ſuper re clara, & non dubia, ſed calumnioſè, eſt nullum, Magon. *deciſ. Floren.* 85. *per tot.* vide *in §. Tranſactio n.* 11. Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 412. *num.* 31. *& per tot.*

10 Laudum eſt nullum ſi arbitri excedant, vel extendant formam compromiſſi, vel ſi derogent rebus, quibus derogare non poſſunt, vel ſi imponant ſilentium partibus, volentes laudum habere vim generalis quietationis, quod facere non poſſunt, Duran. *deciſ.* 200. *numer.* 8. *& ſeqq. per tot.* Tuſch. *litt. L. concl.* 29. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.*

Quòd Compromiſſum, & laudum reſtringatur ad rem, de qua erat contentio, Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 151. *num.* 10. Tuſch. *loc. cit.* Martha *vot. Piſ.* 46. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd latum ſuper re, de qua non fuit compromiſſum, eſt nullum, & alia.

Et quando ob generalitate verborum poſſit extendi ad omnia, quæ poſſunt excogitari, & imputandum ſit ei, qui verbis generalibus vſus eſt, & non cogitauit de illorum effectu, Crauet. *conſ.* 294. & Martha *vot. Piſ.* 223. *num.* 10. *& ſeqq.*

Quòd laudum ſit nullum ex defectu iuriſdictionis, quando arbitri, vel arbitratores cognoſcunt de non contentis in compromiſſo, & de non controuerſis inter partes, Grat. *dec.* 6. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 121. *fol.* 71. Altograd. *conſ.* 102. *num.* 29. *& ſeqq. lib.* 2. vbi etiam quòd eſt nullum ex defectu iuſtitiæ quando enormiter, aut enormiſſimè lædit, ſi talis læſio ſit notoria, aliàs vbi non eſſet notoria datur recurſus ad arbitrium boni viri, & quid ſi ſit ita latum pro bono pacis, vide Martham *d. vot. Piſ.* 46. *per tot.*

Plura ex quibus laudum tam arbitri, quàm arbitratoris redditur nullum, vel non, plenè Tuſch. *litt. L. concl.* 29. *& 30. per tot.* Rot. *par.* 15. *recen. dec.* 307. vbi pro validitate.

An laudum latum ſub conditione ſit validum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 103. *n.* 7. *& ſeqq. vol.* 1.

11 Laudum ſimulatum tamquam corpus ſine anima ob defectum conſenſus eſt nullum, etiam ſi fuerit emologatum, & iuramento firmatum, quia cùm ratificatio, & emologatio veniat acceſſoriè ad illud, eodem prorſus vitio laborare dicitur, Altograd. *conſ.* 21. *n.* 1. 9. *&* 55. *lib.* 2. vbi etiam latè declarat quomodo probetur huiuſmodi ſimulatio, & adducit decem coniecturas ſimulationem laudi denotantes, vide *in §. Simulatio num.*

Quod eſt intelligendum, etiam ſi in compromiſſo adhibitæ fuerint ſolemnitates, & decretum iudicis, quia omnes iſtæ cautelæ tamquàm acceſſoriæ eodem vitio ſimulationis laborant, ſi laudum ſit ſimulatum, Altograd. *conſ. n.* 6. *&* 7. *lib.* 1.

Laudum licèt poſſit dici nullum ex defectu poteſtatis, & 12
iuſtitiæ, tamen ſecùs eſt vbi latum fuit pro bono pacis, & pro eximendo partes à rixis, cùm ob bonum pacis remittantur præcepta legis, & recedatur à regulis iuris, ità vt ſtante bono pacis poſſint arbitri iudicare etiam extra contenta in compromiſſo, & limites facultatis illis conceſſę excedere, & vnam partem lædere, nec poſſit dari de nullitate, vel iniuſtitia; intelligendo tamen dummodò læſio non ſit admodum grauis, ſed tolerabilis arbitrio iudicis, & cum bono pacis adæquata, & compenſabilis, ſecùs autem ſi ſit exceſſiua, cùm pax, quæ eſt domus Dei, non poſſit, nec debeat pro eius fundamento habere iniuſtitiam, & oppreſſionem proximi, ac dummodò arbitri non omninò excedant limites compromiſſi, ſed ſe contineant circa rem controuerſam, illam vni tantùm aſſignando pro bono pacis, refuſo ab altera parte pretio, ſecùs ſi vellent ſe ingerere circa aliam rem omninò diuerſam, de qua non controuertebatur, & de qua non loquitur compromiſſum, vt benè probat Altograd. *conſ.* 102. *per tot. lib.* 2. vide *in §. Arbiter num. & §. Compromiſſum num.* 3.

Intellige etiam prædicta propter præſentiam partium probationi laudi conſentientium, cùm ſic ſuſtineatur quaſi ex nouo compromiſſo, & dummodò tale bonum pacis adeſſe probetur, Gratian. *deciſ.* 6. *num.* 23. *&c.*

Laudi ſubſcriptio ante publicationem continet tacitam 13
conditionem ſi fuerit iuſtum, & validum, nec nocet quando ſubſcribens ignorabat contenta in ſcriptura, etiam ſi iurauerit, & præſumitur ignorantia ante publicationem, ſicuti quando non fuit lectum. Duran. *deciſ.* 252. *num.* 2. *& ſeqq. & dec.* 200. *n.* 33. *& ſeqq.*

Quòd approbatio laudi antè illius publicationem cum promiſſione de non contrauenendo quomodocumque facta, & iurata, etiam ſub verbo nobilium, vel ipſius Principis, ſemper intelligatur ſub conditione iuſtitiæ, & æquitatis, ita vt ſtante enormi, vel enormiſſima læſione, etiam quòd prætendatur pro bono pacis factum, poſſit impugnari abſque offenſa honoris, & ſine præiuditio verbi dati ſub fide nobilium, vel Principis, vt ad viam iuris reducatur, latè Altograd. *conſ.* 102. *num.* 20. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Cabal. *conſ. deciſ.* 8. *per tot. lib.* 1. vbi quòd quælibet ratificatio laudi facta ſiue per procuratorem, ſiue per ipſum dominum ante illius prolationem intelligitur quatenùs ſit æquum, & iuſtum, aliàs non nocet, vide *in §. Ratificatio num.* 8.

Laudum licèt nullum ſi fuerit à partibus approbatum, ſu- 14
ſtinetur tamquam pactum, & noua conuentio inter partes, niſi nullitas reſultaret ex defectu iuriſdictionis, vel niſi approbantes ignorauerint nullitatem illius, nam his caſibus nec in vim pacti valere poteſt, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 286. *num.* 50. *&c.* vide Duran. *deciſ.* 200. *&* 252. *per tot.* vbi quòd laudum debet publicari in præſentia partium ad hoc vt præſumatur ſcientiam, ad effectum, vt ſi ſit nullum poſſit valere in vim pacti, aliàs nec in vim pacti ſuſtinetur, & alia vt ibi per eum, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 103. *n.* 6. *vol.* 1.

Quando dicatur emologatum, & qualiter tunc valeat, latè Tuſch. *litt. L. concl.* 25. *&* 26. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 203. vbi quando dicatur acceptatum.

Quòd poſt emologationem habeat vim pacti, & tranſactionis, ac rei iudicatæ, Caualer. *deciſ.* 118. *num.* 2. Grattian. *diſcept. for. cap.* 755. *num.* 2. *&* 34. *&c.* Tuſch. *d. concl.* 26. *per tot.*

Intellige quando ſumus in materia, in qua ipſæ partes habent facultatem diſponendi, aliàs ſecùs, veluti ſi eſſet de hæreditate viuentis, Martha *vot. Piſ.* 46. *n.* 17. *& ſeqq. & vot.* 163. *num.* 8. *&c.* vbi idem ſi ageretur de confinibus iuriſdictionalibus, ſuper quibus non poſſent ſubditi approbare laudum in præiudicium Dominorum.

Quando tamen valet in vim pacti tantùm, non habet executionem paratam, ſed agendum eſt via ordinaria, Duran. *deciſ.* 200. *num.* 35.

Quòd laudum nullum non ſuſtineatur in vim laudi, nec pacti ex emologatione ſubſequuta, niſi interueniat conſenſus ambarum partium ſimultaneus, & expreſſus, & niſi accedant omnes ſolemnitates, quæ fuiſſent neceſſariæ in actu principali, & in omnem caſum poſſet ſicuti quodli-

Digitized by Google

quodlibet aliud pactum ex capite enormiſſimæ læſionis impugnari, adeò vt nec in vim pacti ſuſtineatur, Altograd. *conſ.* 22. *num.* 9. *&c. lib.* 3. vide Tuſch. *d. concl.* 25. *&* 26. *per tot.*

De ſimultaneo conſenſu neceſſario, Gratian. *deciſ.* 6. *num.* 47.

Quòd ex obſeruantia laudi diuturna reſultet illius tacita approbatio, Card. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 26. *num.* 70. Niſi partes tacuerint ex eo, quia ſciebant ius ſuum durante, cùm tunc ex taciturnitate non reſultet laudi emologatio, vt reſpondet Altograd. *d. conſ.* 22. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 2.

15 Laudum emologatum à partibus, an poſſit amplius peti, reduci ad arbitrium boni viri, & reuideri, Pariſ. *conſ.* 89. *&* 97. *lib.* 1.

An dicatur emologatum per ſubſcriptionem folij albi, vide *in* § *Ratificatio num.* Tuſch. *litt. F. concl.* 409. vbi plura de folio albo.

Qualiter poſſit impugnari, Becc. *conſ.* 99. *num.* 11. *&c. lib* 1. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 286. *num.* 16. *&c.* latè, & pulchrè, non obſtante prætenſa emologatione videndus Duran. *deciſ.* 200. *&* 252. *per tot.* cum alijs per eum citatis.

Quòd per emologationem videatur renunciatum nullitatibus, ſicut etiam per ſuſceptionem termini ad ſoluendum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *num.* 20. *& ſeqq.*

An, & quando præſumatur pro laudo, vel non, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 76. *per tot.*

Quanta debeat eſſe læſio, vt reſcindatur, vide *in* §. *Læſio num.*

Multa pro nullitate laudi, Gratian. *diſcept. for. cap.* 529. *per tot.* Rot. *par.* 9. *rec. deciſ.* 307. *num.* 5. *& ſeqq.* Martha *vot. Piſ.* 46. *per tot.*

16 Laudum requirit citationem, etiam ſi à partibus data fuerit poteſtas, illis abſentibus pronunciandi, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 10. *fol.* 188. vide *in* §. *Arbiter n.* Rot. *d. deciſ* 307. *num.* 6. *par.* 9. *recen. & par.* 15. *deciſ.* 307. vbi quod non eſt neceſſaria citatio, quando fuit data facultas procedendi *altè, & baſſè, de iure, & de facto*, vel quando fuerunt auditæ partes, vel ſumus in arbitratore, & alia pro ſubſiſtentia laudi.

Quòd laudum latum ſine debitis ſolemnitatibus non ſuſtineatur, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 56. *n.* 18.

Quòd prolatum prout in cædula ſit nullum ſi cædula non apparebat in actis, Paril. *conſ.* 49. *num.* 91. *lib.* 3. vide *in* §. *Sententia.*

17 Laudum ex ſui natura eſt indiuiduum, ità vt non poſſit pro parte acceptari, & pro parte impugnari, *arg. tex. in l. Padius*, §. 1. *ff. de arbitr.* Franch. *deciſ.* 173. *& deciſ.* 354. Martha *vot. Piſ.* 46. *num.* 24. *&c. vot.* 226. *num.* 15. Bich. *deciſ.* 218. *num.* 9. *&* 10. vbi quòd in hoc differt à ſententia, quæ ſi contineat capitula ſeparata, poteſt pro parte acceptari, & pro parte impugnari, quia illa redditur in inuitos, laudum autem procedit à voluntate partium, quando compromiſſum fuit volunarium.

18 Laudum inter alios latum non præiudicat tertio non citato, Caeberan. *deciſ.* 157. Martha *vot. Piſ.* 226. *num.* 10. *& ſeqq.* vide *in* §. *Sententia num.* 43. vbi plura, & plures allegaui.

19 Laudum latum à tertio arbitro electo in caſu diſcordiæ aliorum duorum arbitrorum, eſt nullum, quando alter illorum laudare noluit, aliud enim eſt diſcordare ab alio arbitrio, aliud ſe à laudando abſtinere, ac ideò laudum à tertio prolatum, remanet ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis nullum, Alex. *conſ.* 124. *n.* 110. *& ſeqq. lib.* 2. Dec. *conſ.* 475. *num.* 40. cum alijs per Rot. *par.* 15. *recen. dec.* 389. *num.* 1. *& dec.* 390. *num.* 1. vide *in* §. *Tertius num.* 8. §. *Arbiter num.* 5. *&* § *Peritis num.*

Quando autem vnus arbiter dicatur ab alio diſcordare, vel laudare nolle, quomodo poſſit compelli captis pignoribus, mulcta indicta, vel etiam manu in corpus iniecta, & alia plura ad rem, Rot. *d. deciſ.* 390. *per tot.*

Quod laudum ſit nullum ex defectu poteſtatis, ſi ſit latum à tertio electo in caſu diſcordiæ, quia non poteſt ſe intromittere, niſi prius verificata conditione diſcordiæ aliorum, Rot. *par.* 18. *recen. deciſ.* 522. *num.* 2. *& ſeqq.*

20 De laudis nonnulla deciſiuè tradit Thoro *Compend. deciſ. Neapol. par.* 1. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Laudum*, & alia remiſſiuè Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Arbiter, Arbitrator*, & modernus Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. legal. art.* 5. *verb. Laudum fol.* 8. *&c.*

De laudo an habeat executionem paratam, vltra citatos ſub *n.* 2. vide latè Fontanel. *deciſ.* 452. *&c.* 21

Laudum quando ſit nullum, tam ob nullitatem compromiſſi, quàm ob iniuſtitiam ſententiæ, & alia ad rem, Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. par.* 2. *quæſt.* 43. *per tot.* 22

Latum ex falſa cauſa, licèt emologatum eſt nullum, & reſcindi poteſt, ſicut ex enormiſſima læſione, ex reſtitutione in integrum, ex non implemento, & huiuſmodi ad latè tradita per Andreol. *contr.* 284. *n.* 19. *& ſeqq. per tot.* 23

§. LEGATVM. V.

Legatum eſt deliberatio (hoc eſt diminutio) hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret alicui quid collatum velit; vel melius, eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab ipſo hærede præſtanda, *l. legatum eſt, ff. de legat.* 2. §. 1. vbi Oinot. *& alij Inſtit. de legat.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 12. *art.* 1. *num.* 1. *fol.* 485. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. §. 1. *in princ. fol.* 335. 1

Quòd non ſolum in teſtamentis, verum etiam in contractibus poſſint fieri legata, & ſuam reuocabilem naturam retineant, Bart. *in l. legatum* 37. *num.* 3. *ff. de l.* 2. Surd. *dec.* 127. *num.* 9. *&* 10. cum alijs per Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 189. *num.* 9. *&* 10.

Olim quatuor modis relinquebantur legata, nempè per vendicationem, per damnationem, per ſinendi modum, & per præceptionem; hodie verò eſt vna omnibus legatis natura, vt per quæcumque verba mentem, & voluntatem teſtatoris denotantia relinqui poſſint, vt explicat Oinot. *in* §. *Sed olim Inſtit. de legat.* vbi etiam notant alij ſcribentes, Altograd. *conſ.* 88. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 2.

Imò legata relinqui poſſunt etiam ſimplici nutu, & per coniecturas probari, licèt teſtator non poſſet amplius articulatè loqui, ſicut idem eſt in particulari inſtitutione, quæ legatis æquiparatur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 973. *n.* 59. *&c.* vide *in* §. *Teſtamentum num.* Tuſch. *lit. L. concl.* 34. Gibalin. *loc. ſup. cit.* Vaſquez *loc. cit. dub.* 1.

Quando poſſint duobus tantùm teſtibus probari, vide Surd. *deciſ.* 149. *pertotam*, & dixi *in* §. *Teſtatur n.*

Non poſſe probari per teſtes ſingulares, & de auditu, Maſcard. *de probat. concluſ.* 970. *num.* 4. *& concluſ.* 1357. *num.* 7. Gregor. *deciſ.* 510. *num.* 6. Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 3. *num.* 12.

Quòd (quicquid antiquitus legata non poſſent fieri ſine teſtamento, & hæredis inſtitutione) hodie de iure Digeſtorum, & Codicis poſſint legata relinqui etiam in codicillis, & prorſus ab inteſtato, ac per teſtes probari, *l.* 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. *Sciendum, ff. de legat.* 3. *l.* 2. *C. com. de legat. &* §. *Sed non vſque*, *&* §. *Ante hæredis Inſtit. de legat.* Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *Legatum quæſt.* 13. *num.* 6. Camatel. *tract. de legat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *& ſeqq. fol.* 12. Gob. *conſ.* 37. *num.* 7.

Qualiter poſſint relinqui, & probari per verba enunciatiua, Genu. *de verb. enunc. lib.* 2. *quæſt.* 28. *fol.* 61.

Item per confeſſionem hæredis factam in teſtamento etiam reuocato, & per legatum factum ab ipſo hærede, maximè fauore piæ cauſæ, Rota poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ.* 20. *& par.* 11. *rec. deciſ.* 63. *per tot.* vide *in* §. *Confeſſio n.* 18.

Quòd etiam per Epiſtolam quinque teſtibus munitam legata, ſicut & fideicommiſſa relinqui poſſint, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 22. *&* 23. *fol.* 140.

Item per ſcripturam ab ipſo legatario ſcriptam, ſi fuerit à teſtatore ſubſcripta, & approbata ſpecialiter, licèt non in indiuiduo, latè Rot. *par.* 13. *rec. deciſ.* 190. *per tot.* dixi *in* §. *Notarius n.* 5.

An autem ex verbis commendatitijs à teſtatore prolatis, inducatur legatum, vt quando teſtator commendat aliquem hæredi ſuo, vide Alex. *conſ.* 158. *lib.* 7. *cum alijs* per Genu. *d. lib.* 3. *tit. de litt. commendat. num.* 7. *fol.* 165. vbi remiſſiuè, vide *in* §. *Fideicommiſſum num.*

Quando verba dubia legati ſint latè interpretanda, vel non, plenè Tuſch. *litt. L. concl.* 58. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 35. *vol.* 4. cum aliquibus antecedentibus, & ſequentibus, vbi plura de legatis.

Plu-

Digitized by Google

Plura de interpretatione legati latè, vel ſtrictè ſumenda, Rota *part.9. recent. deciſ.* 260 *per tot.* vbi etiam an ſub legato contenti, veniat continens, *& part.* 10. *deciſ.* 77. *num.*41. *& ſeqq. part.*14. *deciſ.*295. vbi ponderatur cauſa legati.

2 Legatum factum ad interrogationem alterius, & ſolo nutu, ac etiam in alterius, vel ipſius interrogantis voluntatem collatum, ſuſtinetur fauore piæ cauſæ, vt notant communiter Doctores *in cap. cum tibi, vbi gloſ. in fin. extr. de teſtament.* Couar. *in relect. ſub num.*21. *& ſeqq.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.*74. *num.*19. & Merlin. *deciſ.*805. *num.*10.

Dummodò tamen aliàs ceſſet omnis ſuſpicio inſanæ mentis, importunæ ſuggeſtionis, & conſtet, teſtatorem ita voluiſſe determinare, diſponere, & cum effectu diſpoſuiſſe, quod argui poteſt ex præordinaria voluntate ipſius teſtatoris in ſpecie legati, de quo ageretur Clar. §. *Teſtamentum quæſt.*37. Rot. *in Senogallien. Bonorum* 30. *May* 1644. *&* 15. *May* 1645. coram Cerro, penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.*2. *deciſ.*85. *&* 86. *& part.9. recent. deciſ.*208. *&* 346. *per tot.* vbi pro nullitate huiuſmodi legati, etiam fauore piæ cauſæ facti, vide *in* §. *Teſtamentum num.*20.

Quod etiam nutus debeant eſſe certi, & non æquiuoci, ita vt ex illis clara diſponentis intentio colligatur, & agnoſcatur, *l. quoties* 9. *ſi quis, ff. de hæred. inſtit. l. nutu* 21. ibi dummodò is nutu relinquat, qui & loqui poteſt, *ff. de leg.* 3. Rota *in Peruſina penſionis* 28. *May* 1649. *num.*2. *&c.* coram Peutingerio penes Paul. Zacch. *loc. cit. deciſ.*92. vbi loquitur de translatione penſionis, an nutu fieri poſſit, & in eadem cauſa coram eodem 9. Decembris 1650. penes Zacch. *vbi ſupra deciſ.*95. vbi fuit reuiſa prima deciſio, & confirmata, quod non valuerit dicta translatio per nutus facta, ſtante illorum incertitudine, & dubietate, vide *in* §. *Penſio num.*

Quòd legatum in meram hæredis voluntatem collatum, ſit nullum, *l. Senatum,* § *legatum. ff. de leg.* 1. Tuſch. *litt. L. concl.*49. vbi pluribus modis limitat.

Relictum autem ad arbitrium hæredis omninò debeatur, itaut hærede non arbitrante reuocetur ad iudicis arbitrium, Caualer. *deciſ.*374. vide Tuſchus *d. concluſ.*49. *per tot.*

Et eidem eſt ſi ſit relictum ad arbitrium Executoris, Caualer. *deciſ.*413.

3 Legatum in alterius liberam voluntatem collatum per modum conditionis, vt ſi dixerit teſtator, *lego centum Seio, ſi Titius voluerit*, non valet iuxtà magis communem opinionem, quia voluntas Teſtatoris, non debet ex alieno arbitrio pendere, *l. Nonnumquam, ff. de condit. & demonſtrat.* Alex. & Iaſ. *in l. captatorias, ff. de Milit. Teſt.* prout teſtatur alios pro hac parte allegando Duran. *tract. de condit. & mod. impoſ. part.*3. *cap.*4. *num.*4. *& ſeqq.* vbi tandem ipſe alteram opinionem contrariam, nempè legatum dicto modo conceptum valere, multis oſtendit de iure veriorem, vide *in* §. *Inſtitutio num.* *&* §. *Teſtamentum num.* Tuſchus *littera L. concluſ.*49. *per tot.* Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*8. §.3. *dub.*1. *&* 2. *fol.*341.

Quòd valeat legatum, ſi Teſtator commiſerit in ſecreto alicui tertio declarationem perſonæ, cui dandum ſit, cùm talis tertius non fungatur vice arbitri, ſed teſtis à teſtatore approbati, Altograd. *conſ.*88. *num.* *lib.*1.

Qualiter valeat legatum factum iuxta mentem ſecretam teſtatoris alicui tantùm in ſecreto propalatam, Tuſchus *littera L. concluſ.*56. *per tot.* vide *in* §. *Teſtamentum num.*38.

4 Legatum non vitiatur ex falſa cauſa adiecta, cùm cauſam non requirat, §. *longè, Inſtit. de legat. l. cum tale*, §. *Falſam, ff. de condit. & demonſtr.* vide in §. *Teſtamentum num.* latè Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*326. *num.*3. *& ſeqq. per tot.* adde Cyriac. *contr.*336. *&* 337. *per tot.*

Limita tamen, niſi cauſa eſſet finalis, vel conditionaliter appoſita, quia tunc ſi falſa eſt, vitiat legatum, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſ. part.*3. *cap.*2. *num.*9. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.*142. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 24. vbi declarat quando cauſa dicatur finalis, vel impulſiua tantùm, Altograd. *conſ.*44. *num.*21. *lib.*2. vbi quòd cauſa finalis, ſi ſit falſa, vitiat legatum, vide *in* §. *Cauſa num.* 23. *&c.* §. *Modus num.* Tuſchus *littera L. concluſ.*42. vbi quòd vitiatur ex falſa cauſa, ſed intellige vt ſupra, & ita Rota *part.*11. *recent. deciſ.*326. *num.*15. *&c.* vbi quid ſit probandum.

Quando autem ceſſante, vel mutata cauſa, ob quam fuit factum legatum, dicatur reuocatum, Menoch. *lib* 3. *præſumpt.*172. Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa, verb. Legatis num.* 126. *&* 127.

Plura de legato, cui ſit adiecta cauſa, demonſtratio, modus, vel conditio, an & quando debeatur, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ.*49. *per tot. vol.*4. Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 326. *num.*3. *& ſeqq. per tot.*

5 Legatum relictum Seio, ſoluendum ex centum, quæ ſe Titio dicit Teſtator legaſſe, cùm verè nihil Titio legaſſet, valet reſpectu Seij, qui aſſequitur legatum, ac ſi vera eſſet dicta demonſtratio adiecta, quia falſa demonſtratio non nocet; ex prædictis autem verbis, nihil cenſetur diſpoſitum ad fauorem Titij, quia quæ fuerunt adiecta ad diminuendum, non debent operari augmentum, & quoad Titium erit legatum deriſorium, text. & gloſ. *in l. cum tale legatum* 71. §. *fin. ff. de cond. & demonſtr.* Genuen. *de verb. enunciat. lib.*1. *quæſt.*3. *num.*49. *fol.*7. vbi addit rationem, quia verba enunciatiua, etſi falſa non nocent, nec derogant verbis ipſis diſpoſitiuis, adde Cyriac. *contr.*336. *&* 337. *per tot.*

Sed in contrarium facit idem Genu. *de verb. enunciat. lib.*3. *quæſt.*9. *num.*9. *fol.*73. vbi quòd ſi Teſtator dicat Sempronio ex centum, quæ tibi legaui, da Meuio decem, per huiuſmodi verba cenſentur legata illa centum Sempronio, quia aliàs non poſſet mens teſtatoris ſortiri effectum. Pro concordia tamen animaduerte, quod hæc verba ſunt directa legatario, in priori verò caſu hæredi, quod longè differt, idem Genu. *dict. lib.*3. *quæſt.*10. *num.* 1. *fol.*74.

Et quando falſa demonſtratio vitiet legatum, in ſimilibus terminis contra prædictam concluſionem, vide Surd. *deciſ.*161. *num.*5. *& ſeqq. & deciſ.* 337. *num.* *& ſeqq. lib.*2.

Qualiter autem legatum quantitatis, quam teſtator ſe legatario debere aſſeruit, valeat, etiam ſi verè teſtator nihil ei debeat, quia falſa cauſa, vel demonſtratio non vitiat legatum, niſi ſit adiecta per viam conditionis; intelligendo quando in legato fuit expreſſa certa quantitas, quam teſtator debere putauit, ſecus è contra, quia legando generaliter quod debet, ſi nihil debet, legatum corruit ob incertitudinem, & non exiſtentiam rei legatæ, & idem eſt ſi legetur, quod tertius, vel legatarius debet, ſi nihil debeat, vt benè probat, & declarat Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*316. *nu.* 2. *& ſeqq. per tot. & deciſ.*332. *per tot. & part.*12. *dec.*4. *n.*9. *& ſeqq. per tot.*

Quòd facto legato nominis debitoris, ſi debitum non ſit verum, hæres non teneatur ad legati præſtationem, ſed tantùm ad ceſſionem actionis, & legatarius ſuis expenſis, & periculo agat, Martha *vot. Piſ.* 91. *num.*6. *&* 7.

An autem legatis vni ſexcentis ex mille, quæ à Caio teſtatori debentur, & quadringentis alteri, ſi Caius debeat tantùm octocentum, cedat diminutio pro rata damno vtriuſque legatarij, & quomodo, Coſta *de ratione ratæ qu.* 163. *per tot.*

6 Legata poſſunt relinqui nomine pœnæ, quando ſcilicet teſtator aliquid iuſtum, & honeſtum præcipit, & vt magis adimpleatur iubet in caſu inobſeruantiæ dari centum Titio; Si verò aliquid præcipit, quod ſit turpe, vel impoſſibile adiecta conditione, quòd ſi non obtemperet, alteri certum quid dare teneatur, tunc tale relictum ſub nomine pœnæ non valet, §. *fin. Inſtit. de legat.* vbi DD. *& in l.*1. *ff. de his, quæ ſub nom. pœn. & l. vnic. C. eod.* latè declarat Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.*3. *cap.*9. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*39. *volum.*4.

Non valere relicta, nec ademptionem nomine pœnæ in voluntate captatoria tamquam reprobata, quando dicatur adiecta pœna, vel conditio, & alia vide latè per Surd. *deciſ.*7. *deciſ.*228. *& deciſ.*232. *per tot.* dixi *in* §. *Teſtamentum num.*

Plura quando Legatum dicatur conditionale, vel pœnale, quod multum refert, quia conditionale eueniente conditione ſtatim debetur, pœnale verò non, niſi prius hærede in mora per interpellationem conſtituto, ita vt ad effectum incurrendi pœnam (quicquid ſit vt debeatur intereſſe, vel interius rei) non ſufficiat mora irregularis per lapſum temporis, vel fauore piæ cauſæ con-

contracta, quia in pœnalibus dies non interpellat pro homine, & alia, pulchrè Rot. *part.9. recent. deciſ.*201. *per tot.* vbi pro excuſatione hæredis, & inter impreſſas Bich. *deciſ.*132.

An autem ob factum, vel non factum alterius, poſſit hæres, legatarius, vel fideicommiſſarius pœna affici, & rebus relictis priuari, dic quòd ſi conditio pendens ex facto tertij adijciatur acquiſitioni, ceſſat relictum deficiente conditione; quando verò relictum fuit purum, & in caſu quo tertius aliquid fecerit, vel non fecerit, ademptum, tunc defectus conditionis proueniens ex facto tertij, non impedit acquiſitionem, quia neminem ex facto alterius ſine propria culpa hæreditate, vel legato priuari conuenit, ſicut quando poſt rem quæſitam iubet euidam tertio, vt aliquid faciat, & ſi non fecerit, vult hæredem, vel legatarium priuari, hoc quidem caſu adiectio pœnæ, cenſetur illicita, cùm ſit iniquum aliquem ex facto alterius prægrauari, & pœnæ ſuos debeant tenere auctores, *l. paterfam. ff. de hered. inſtit.* & latè declarat Duran. *d. tract. part.*3. *cap.*9. *num.* 14. *& ſeqq.* vbi refert plures Doctores de hac re diuerſimodè ſentientes, facit Altograd. *conſ.*73. *num.* 24. *lib.*1. vbi quod ſi ex facto tertij impediatur conditio, non amittitur legatum, vide Surd. *deciſ.*101. *per tot.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*459. *num.*22. *& ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*1. *Prælud.*2. §.2. *num.*52. vbi quòd ſi conditio deficiat facto tertij habetur pro defecta, & datur actio legatario ad intereſſe contra illum tertium impedientem ſi eſt ſoluendo, & ſi eſt non ſoluendo habetur pro impleta, & idem eſt ſi impedimentum à tertiò illatum fuit iniuſtum, Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*13. *num.*20. *& ſeqq.* Mantic. *de coniecturis vlt. volunt. lib.*1. *tit.*16. *num.*17. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*16. *num.*152. *& ſeqq.* Caſtill. *lib.* 4. *contr. cap.*25. *num.*82. *& ſeqq. & de aliment. cap.*41. *num.* 13. *& ſeqq.*

Quibus modis fiant legata, nempè ſimpliciter, & purè, in diem certum, ſub modo, ſub demonſtratione, ſub cauſa, & ſub conditione, benè declarat Gabr. Vaſquez *Opuſcul. moral. tract. de teſtament. cap.*8. §.2. *per tot. fol.*338. *&c.*

7 Legatum relictum hæredi dicitur prælegatum, & an debeatur titulo hæreditario, vel iure legati, & quomodo poſſit ſuſtineri in totum, vel tantùm pro parte cohæredis, quaſi debitum, & creditum in eadem perſona reſpectu eiuſdem rei conſiſtere non poſſit, & alia plura de natura prælegati, Altograd. *conſ.*87. *num.*22. *& ſeqq. & conſ.*88. *num.* 10. *& ſeqq. lib.*2.

Quòd hæredi à ſeipſo non poſſit legari, cùm debeat eſſe differentia inter legatarium, & hæredem, & quando poſſit ſuſtineri ſaltem iure retentionis in legato quantitatis, latè Surd. *deciſ.*205. *per tot. & deciſ.*230. *per tot.* Tuſchus *littera L. concluſ.*67. *per tot.*

8 Legatum quando dicatur factum contemplatione oneris appoſiti, vel non, adeò vt onus dicatur cauſa finalis, vel tantùm impulſiua, ad hoc vt primo caſu deficiat, ſi onus, & conditio appoſita non impleatur; ſecundò verò debeatur, prout debetur quando onus, & conditio fuit tantùm cauſa impulſiua, licèt non adimpleatur, cùm teſtator etiam alias fuiſſet relicturus, prout non deficit quando onus, & conditio mero fauore legatarij ſuit adiecta, etiam ſi non ſequatur implementum, Altograd. *conſ.* 63. *num.*25. *& ſeqq.* & Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*301. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd emolumentum executori relictum cenſetur intuitu officij relictum, quando conſtat teſtatorem ſolum officium executoris contemplaſſe, vt quia prius nomen officij, quàm perſonæ expreſſit, ſecus verò quando prius fuit nominata perſona, & poſtea nomen officij demonſtrationis tantùm gratia fuit appoſitum, & alia vt ibi, *& infra num.*82. *&c.*

9 Legatum factum Eccleſiæ ſub conditione, vel modo non poteſt reuocari, nec amittitur, etiam non ſequuto implemento, licèt eſſet cum clauſula, *non aliàs, nec alio modo,* ſed tantum poteſt agi ad implementum præciſum, & non ad amiſſionem, Gratian. *diſcept. for. cap.*803. *num.*32. *&c.* vide *in* §. *Donatio num.* *&* §. *Modus num.*

10 Legatum factum Eccleſiæ pro Miſſis celebrandis, cenſetur factum contemplatione Sacerdotis, pro ipſius labore; & illi, non Eccleſiæ debetur, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*311. *num.*4. Gratian. *diſcept. for. cap.*614. *num.*11. *&c.* facit *infr. num.*115. vide *in* §. *Teſtator num.* §. *Hæres num.*18.

An, & quando præſumatur factum contemplatione Eccleſiæ, vel Prælati, Maſcard. *de probat. concluſ.*967. *per tot.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*112. *per tot.* Bich. *deciſ.*613. *&* 654. vbi quòd relictum Eccleſiæ cum onere celebrandi Miſſas cenſetur fauore animæ, ac ſimul contemplatione Eccleſiæ relictum, & ideò ſit adminiſtrandum ab vtraque confraternitate in eadem Eccleſia exiſtente, quia ipſam Eccleſiam repræſentant.

Quòd relicto legato Eccleſiæ ad effectum celebrandi tot miſſas, non expreſſo ad cuius nominationem, vel per quem Sacerdotem ſint celebrandæ, nominatio Sacerdotis non ſpectet ad hæredem, ſed ad Rectorem Eccleſiæ, cui fuit relictum, & poſſit etiam ipſe ſi velit per ſe illas celebrare; quicquid ſi ageretur de aliquo iure patronatus, vel de deputatione Capellani certi, & perpetui, nominatio ſpectaret ad hæredem, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*294. *per tot.* & rurſus in eadem cauſa *deciſ.*339. *d. part.*9. *vol.*2. vbi ſtetit in deciſis, repetitis eiſdem rationibus, & nonnullis alijs additis.

Quando autem legatum pro celebratione Miſſarum efficiatur beneficium Eccleſiaſticum ex erectione, & inſtitutione Ordinarij, ita vt non poſſit Sacerdos deputatus amoueri, Rot. *part.*14. *recent. deciſ.* 249. *per tot.*

An Miſſæ de neceſſitate ſint celebrandæ in Eccleſia, vbi cadauera benefactorum ſunt ſepulta, Caualer. *deciſ.*44. *per tot.* vide *in* §. *Sepultura num.*10. Poſſevin. *ſingul.*136. vbi quòd alio non expreſſo ſunt celebrandæ in Eccleſia, in qua cadauer reperitur, maximè ſi ſit ſua Parochialis, & per Parochum ſi velit, & poſſet, Samuel. *de ſepult. tr.*2. *contr.*7. *fol.*309. *&c.*

Relictum Eccleſiæ ſimpliciter, cui Eccleſiæ debeatur, præcipuè quando teſtator habet plures Parochias, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*114. *per tot.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*8. *tit.*6. *per tot.* Viui. *commun. opin.*444. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *Legatum quæſt.*64. *num.*4. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*244. *num.*5. *infra num.*12. *verſ. Cui autem, & num.*115.

Quomodo autem ſit probanda celebratio Miſſarum ad effectum conſequendi legatum, Caren. *reſolut.*41. *per tot.* vbi quòd probatur per iuratas atteſtationes Præpoſiti, & Curati Eccleſiæ, quicquid dixerit Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.*1. *quæſt.*86. *num.*2. *&c.* qui reprobatur à Catena *loc. cit.*

Factum genericè, an intelligatur de minori re, vel ſumma, vel de maiori, Dian. *part.*3. *tract.*6. *reſolut.*29. *verſ.*30.

Factum alicui Sancto, cuius corpus, vel reliquiæ non ſunt in Eccleſia ei dicata, ſed in alia, cui Eccleſiæ debeatur, Afflict. *deciſ.*244. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 124. *num.*9.

Quòd legatum pro Miſſis, tanquam pium debeatur, etiamſi res deſtinata ad dictum effectum non reperiatur in hæreditate, quia in legato pio verba dicuntur ſtare demonſtratiuè, & non taxatiuè, niſi taxatiua ſint clariſſima, Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*157. *per tot. infr. num.*19.

Legatum poteſt relinqui Collegio futuro, Hoſpitali, vel Eccleſiæ conſtruendæ, tanquam poſthumo alieno, cuius fauore contrahitur mora ſine interpellatione, & debentur fructus, niſi dilatio fuerit data gratia hæredis, & non ſolùm Epiſcopus, vel executor, ſed etiam iudex ſecularis ex officio, Syndicus Ciuitatis, & quilibet de populo poteſt agere ad huiuſmodi implementum, Gratian. *diſcept. for. cap.*358. *per tot. cap.*400. *num.*18. *cap.*540. *num.*41. *&* 62. vide *in* §. *Eccleſia num.* § *Epiſcopus num.*53. Rom. *conſ.* 69. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib* 3. *cap.*27. *num.*104. vbi quòd quilibet de populo poteſt agere. 11

Qualiter valeat factum Monaco cum conditione, vt nihil quæratur Monaſterio, vide *in* §. *Abbas num.*

Quòd valeat Legatum, vel donatio facta Eccleſiæ nondum conſtructæ, vel Collegio nondum erecto, Dian. *par.* 8. *tr.*6. *reſol.*125. *per tot.*

Qualiter ſint exequenda legata pia, & ſub qua pœna vigore Statutorum, & legum Municipalium ſtatus Florentini dixi *in Pract.* §. *Legat. num.*1. *&c.*

De facultatibus fabricæ S. Petri Romæ ſuper executione piorum legatorum, & nullo iure, vel priuilegio cautum reperiri, quòd dicta fabrica poſſit ſibi applicare fideicommiſſa particularibus perſonis relicta, Caualer. *deciſ.*2 2. *num.*2. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*172. Quomodo a[illegible], & quando dicta fabrica S. Petri ius habeat in legatis [illegible]

pro

Digitized by Google

pro exonerat ione conſcientiæ teſtatoris, & ſic pro incertis malè ablatis, & alia plura ad rem, Carol. Marant. *contr. part.4. reſponſ.92. per tot. infra num.116.*

Quod executio piorum legatorum ſit mixti fori, & ſpectet ad vtrumque iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, Fontanel. *deciſ.288. & 289.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap.31. num.57. & ſeqq.* vbi tamen quòd Iudex Eccleſiaſticus procedit tantùm contra executores teſtamenti laicos, non verò contra hæredes, vel poſſeſſores laicos, contra quos benè poſſunt dicti executores teſtamenti Iudicis officium implorare, vt compellantur tradere bona ad hoc vt debita, & legata ſoluantur, &c. Tiraquel. *de priuil. piæ cauſ. priuil.149.* Martha *de iuriſdict. p.2. cap.11. num.14.* & alijs relatis per Dian. *part.4. tract.1. reſol. 99.* vbi tamen ipſe de iure canonico tenet ſpectare priuatiuè ad Epiſcopos; ſed poſtea *part.7. tract.6. reſol.32.* conuenit eſſe mixti fori cum Ciarlin. *contr.21. num.10. & ſeqq.* ac alijs, idem Dian. *part.8. tract.5. reſol.55.* latè Fagundez *de inſt. & contract. lib.6. cap.4. per tot.* vbi benè probat eſſe mixti, etiam ſi agatur de legatis pijs à perſonis Eccleſiaſticis relictis, quando hæredes illa ſoluere recuſantes ſunt ſeculares.

12 Legatum relictum Canonicis cenſetur relictum Capitulo, & Collegio vt Vniuerſis, non vt ſingulis, nec debetus Eccleſiæ, niſi eſſent Regulares, qui non poſſent habere proprium, nam tunc deberetur Eccleſiæ, & an debeatur tam nouis, quàm antiquis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.533. num.15. &c. cap.867. num.54. &c.* Maſcard. *de probat. concluſ.967. num.13. & ſeqq.* Menoch. *lib.4. præſumpt. 113. per tot.* facit Merlin. *deciſ.697. num.15. & ſeqq.* Viuia. *commun. opin. 445.* vbi refert contrarias opiniones *infra num.114.* Gabr. Vaſquez *Opuſcul. moral. tract. de teſtam. cap.8. §.5. dub.2. per tot. fol.349.* vbi etiam quomodo ſit diuidendum.

Quod admittantur etiam ad dictum legatum cum Canonicis alij Beneficiati, & Clerici eiuſdem Eccleſiæ, niſi obſtet conſuetudo, vel mens teſtatoris, latè Merlin. *deciſ. 685. per tot.*

Cui autem Eccleſiæ, vel Monaſterio debeatur ſi adſint duæ Eccleſiæ, vel Monaſteria eiuſdem nominis, attendendæ ſunt coniecturæ, Ger. Spin. *conſ.59. per tot. ſupra num. 10. verſ. relictum*, Rot. *part.13. recent. deciſ.446. per tot.* vbi plura de coniecturis demonſtrantibus identitatem perſonæ à teſtatore prædilectæ, quando extant plures eiuſdem nominis, cognominis, atque conſanguinitatis, *& part. 14. deciſ.44.*

De legato Eccleſiæ relicto, an debeatur Capitulo, vel Canonicis, vel fabricæ, vel vtrique pro rata, latè Coſta *de ratione rata qu.199. per tot.*

13 Legatum factum mendicantibus cum onere, quòd debeant acquirere nouum locum, valet, & debetur reiecto illo onere, tamquam impoſſibili, & difficili propter licentiam, & conſenſum Apoſtolicum ad id neceſſarium, Caſtren. *in l. eadem, §. conſtat num.8. ff. de leg.1.* Magon. *deciſ. Lucenſ.25. num.82.* vide *in §. factum num.2. & §. Impoſſibilitas num.1.*

14 Legatum relictum Dominicanis ſub conditione ſi teſtator in illorum Eccleſia ſepeliatur, an debeatur ſi decedat excommunicatus, ita vt in Eccleſia ſepeliri non poſſit, & deberi, quia conditio deficit ex facto, & vitio teſtatoris, concludit Menoch. *lib.4. præſumpt. 183. num.46. & ſeqq.* vbi etiam multa in contrarium adducit.

15 Legatum annuum relictum Eccleſiæ, an tranſeat ad ſucceſſorem in illa, & destructa, an in ſubſidium vadat ad Eccleſiam Romanam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.131. num.3. & per tot.* Rot. *part.6. recent. deciſ.24.* vbi quòd cùm Summus Pontifex vices Dei gerat, omnia Eccleſiæ relicta, cenſetur ei donata, ita vt destructa illa Eccleſia, vel Monaſterio, cui relicta fuerunt bona, tranſeant in adminiſtrationem Summi Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ, niſi tamen Eccleſia destructa eſſet membrum alterius Eccleſiæ, ad quam tunc bona deuoluerentur, probata annexione.

An factum alicui ſub nomine dignitatis, tranſeat in ſucceſſionem, Menoch. *lib.4. præſumpt. 121. per tot.*

16 Legatum an in dubio præſumatur annuum, & reiterabile, vel vnius præſtationis tantùm quando Teſtator reliquit Fratribus S. Dominici, vel alijs in die Feſti vnam pietantiam, vel quid ſimile, ita vt ſemel tantùm ſit præſtandum legatum, vel quotannis, benè explicat Menoch. *lib.4. præſumpt.132. per tot.* Tiraquell. *in repet. l. Boues, § hoc Sermone, ff. de verb. ſignif. verſ.48. inter regul. diuerſ. fol. mihi 561. & limit.15. per tot. fol.586.* Giouagn. *conſ.84. num.14. &c.* Additi. ad Sanfelic. *deciſ. 344. verſ. Et legatum*, vbi tenet eſſe annuum, contra Bart. *in l. cum qui ann. num 3. ff. de ann. legat.* & ſequaces ſentientes pro vna vice tantùm deberi.

Quòd regulariter in dubio non præſumatur annuum, nec reiterabile, ſed vnius præſtationis tantùm, niſi ex coniecturis ductis à qualitate verborum, vel perſonarum, vel rei legatæ contrarium appareat, Altograd. *conſ.72. per tot. lib.2.* vbi adducit ſex coniecturas denotantes in caſu ſuo præſtationem eſſe annuam.

De legato alimentorum quòd in dubio præſumatur annuum, & quando ſecus, latè Surd. *de aliment. tit.9. quæſt. 6. per tot.*

Quod legatum aliquibus de familia relictum, primis admiſſis, regulariter expiret; ab iſta tamen regula recedatur ex veriſimili teſtatoris voluntate coniecturis probata, ex qualitate legatarij, & alijs facti circumſtantijs, & legatum reiterabile inducatur, ita vt quod teſtator omiſit, poſſit ex coniecturis ſuppleri, velut ſi agatur de legato alimentorum, vel pro ſtudio, & huiuſmodi, pulchrè Rota *part.13. recent. deciſ.302. per tot.* vbi de perpetuitate legati ad fauorem familiæ, pro duobus iuuenibus pauperibus ad effectum ſtudendi, licèt videretur reſtricta diſpoſitio ad primos, facit quod dixi *in §. Fideicommiſſum num.10. & §. Subſtitutio num.37.*

Legata annua regulariter ſolui debent in principio anni, niſi ſint ſoluenda de fructibus, quia tunc debentur ſolùm tempore recollectionis; vel niſi etiam legatarius teneatur aliquid ex parte ſua implere, quod actum ſucceſſiuum requirat, quia tunc non debentur niſi in fine anni, vt benè probat Ger. Spin. *conſ.40. num.23. &c. infra num. 50.* Tuſchus *littera L. concluſ. 128.* vbi etiam quòd debetur ſecundùm æſtimationem monetæ currentis tempore teſtamenti. 17

Quòd legata annua debeantur ſtatim à morte teſtatoris, etiam quòd per multos annos hæreditas non ſit addita, & abſque vlla interpellatione, cùm petantur, vt ſors, Franc. *deciſ.634.*

An legatum annuum dicatur vnicum in plures præſtationes diſtinctum, vel multiplex, vide text. quos allegat Altograd. *conſ.77. num.44. & 45. lib.2.* Tuſchus *littera L. concluſ.129.* vbi etiam de importantia quando eſt vnicum, vel multiplex.

An debeatur legatario pro annis, quibus fuit captiuus apud hoſtes, ſi poſtea fuerit reuerſus, iure poſtliminij, & plura de hoc iure, Cabal. *conſ. deciſ.132. num.10. & ſeqq. per tot. lib.1.*

An fideicommiſſarius vniuerſalis, cui reſtituta fuit hæreditas teneatur ad legatum quantitatis annuatim ſoluendæ pro terminis ab hærede non ſolutis, antequam fideicommiſſi dies, & conditio venerit, plenè Gratiel. *deciſ.55. per tot.* vbi concludit fideicommiſſarium non teneri, & contrarijs eum aliquibus declarationibus ſatisfacit.

Legata annua regulariter ſunt per hæredem ſoluenda de fructibus annuatim percipiendis, & ſic non poſſunt detrahi in reſtitutione fideicommiſſi, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris; cætera verò legata ab hærede ſoluta, poſſunt repeti, ſicut & debita pariter ſoluta, vt benè probat Pontirol. *in Reſponſ. ſiue tract. pro Mambellis num. 423. & ſeqq. ad 429. Caſenæ impreſſo de anno 1645.* vide *in §. Granatus num.9.* Rot. *part.9. recent. deciſ.241. num. 29. &c. part.11. deciſ. 260. per tot.* vbi plenè an, & quando legata annua à fideicommittente relicta, ſint ſoluenda ex fructibus, vel ex proprietate bonorum fideicommiſſariorum, quid ſi eſſent relicta pro alimentis, & alia. 18

Solutio tamen eſt plenè probanda per hæredem, vt poſſit illa detrahere, & ea probata, præſumitur de ære proprio, & non de hæreditario, niſi probetur extitiſſe pecunias, idem Pontirol. *d. reſponſ. num.438. & ſeqq.*

Quòd ſint ſoluenda de fructibus, & ideò ſi fructus caſu perierint, hæres habeat iuſtam excuſationem à pœna per teſtatorem adiecta, Altogr. *conſ.84. num.146. & 152. lib.1.*

Quòd legata annua ſint ſoluenda non ab hærede, ſed ab vſufructuario, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, Surd. *deciſ.193. per tot.* Tuſchus *littera L. concl.146. & littera V. concl.321.*

Digitized by Google

Quòd debeantur in principio anni pro toto anno, ita vt etiam non ſoluta tranſmittantur ad hæredes legatarij, Franch. *deciſ.*155. Tuſch. *littera L. concluſ.*129. Dian. *part.* 3. *tract.*6. *reſol.*29. *verſ.*2. vbi quando debeantur in principio, vel in fine anni.

An ſint debita in principio, medio, vel fine anni, vide magiſtralem doctrinam, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*8. *num.*65. *& ſeqq. ad* 92. *fol.*152.

Quod legata annua poſſint peti ante tempus, ſoluenda tamen in tempore, Surd. *deciſ.*120. *per tot.*

Qualiter legata annua non durent vltra centum annos, etiam ſi ſint relicta in perpetuum, Alexand. *conſ.*60. *lib.*1. latè Tuſch. *littera L. concluſ.*86. Ricc. *Collect.*3081. vide *in §. Hæres num.*47. Viui. *commun. opin. lib.*2. *opin.*446. Naldus *in Summ. verb. vſusfructus num.*12. *& verb. infirmitas num.*1. Dian. *reſolut. moral. part.*5 *tract.* 14. *reſolut.* 84. vbi refert etiam contrarium tenentes, vtramque opinionem probabilem putat, iſtam tamen probabiliorem, ſed contrariam in praxi ſeruari, vide eumdem Dian. *part.*9. *tract.*8. *reſolut.*68. *per tot.* Ciarlin. *controuerſ.*143. *per tot.* vbi quòd durant in perpetuum ſi ita ordinauit teſtator, & quare, facit quod dixi *in §. Verba num.*55. *&* 66. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.*70. vbi plura qualiter ex non facto, & inobſeruantiæ piæ diſpoſitionis teſtatoris, non poſſit deſumi præſcriptio, etiam centenaria, & quare, Caluin. *de æquit. lib.*2. *cap.*184. *per tot.* vbi quòd verior, & communior eſt opinio, vt fauore Eccleſiæ duret vltra centum annos, & non præſcribi etiam longiſſimo tempore centum annorum, niſi aliter ſenſiſſe teſtatorem appareat, vt quia eſſent ſoluenda de fructibus certi fundi, vel per infraſcriptos hæredes, &c. de quo plenè Carol. Marant. *controu. part.*4. *reſponſ.*96. *&* 97. *per tot.*

19 Legatum fructuum, qui naſcentur ex tali fundo, an debeatur fructibus non naſcentibus, ita vt ſit ſoluendum de alijs bonis; videndum eſt an fundus ſit adiectus demonſtratiuè, vel taxatiuè, & an ſit facienda vnica præſtatio, vel plures, Pract. Papp. *pro leg. rei ſing. gloſ.*1. *num.*43. Franch. *deciſ.*721. vbi de legato ſoluendo ex creditis exigendis, & quod quando ſunt duæ diſpoſitiones, vel orationes, vna, in qua mandatur dari, vel ſolui, altera vnde debeat ſolui, dicitur demonſtratio, & non taxatio, vide Ricc. *Collect.*4212. Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*63. *num.*21. *& ſeqq. part.*14. *deciſ.*106. *num.*8. *& ſeqq.* vbi quando fundus ſtat taxatiuè, & limitatiuè, quo caſu tamen eſt onus hæredis probare bona non eſſe fructifera, ſiue fructus diminutos, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*62. *num.*7. *&c. cap.*256. *per tot. cap.*988. *num.*18. *cap.*683. *per tot.* facit *in cap.*251. *num.*7. *& cap.*916. *per tot.* vide *in §. Obligatio num.* & *§. Hypotheca num.* Tuſchua *littera L. concluſ.* 130. Merlin. *deciſ.*55. vbi de legato bonorum cum onere implicationis fructuum pro nubendis puellis, an diminutis redditibus ſint etiam minuendæ dotes, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*165. *per tot.* vbi diſtinguit vt ſupra in terminis dotium, & Bonac. *de contract. diſput.*3. *quæſt. vltim. punct. vltim. num.*15. Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*117. *per tot.* vbi quod in legatis pijs, verba in dubio interpretantur ſtare demonſtratiuè, & non taxatiuè, niſi taxatiua ſit ſatis clara, de quibus omnibus plenè Carol. Marant. *controu. part.*4. *reſponſ.*15. *per tot.* Rouit. *deciſ.* 57. *per tot.* vbi an legatum pium habeat priuilegium, vt taxatiua reſoluatur in demonſtratiuam.

Quod poſſit ſolui in pecunia, vel concedi cura fundi legatario etiam inuito, idem Gratian. *diſcept.*116. *num.*5. *&c.* facit quod dixi *in §. Hæres num.* Tuſch. *dict. concl.* 130. vbi intelligit quando debetur ex certo fundo, aliàs ſecus, vide Surd. *de aliment. tit.*9. *quæſt.*41. *per tot.* Rot. *part.*9. *recent. dict. deciſ.*165.

An nullis fructibus primo anno natis, vel conſumptis, ſit ſoluendum ex fructibus anni ſequentis, vide Tiraquel. *in repet. l. boues, §. hoc Sermone, ff. de verb. ſignif. limit.*16. *inter reg. diuerſ. fol. mihi* 587.

Vino autem legato, quid veniat, latè Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.*274. *per tot.* Proſper. Bandell. *tract. de vinea, vindem. & vino parc.*3. *tit. de vin. legat. fol. mihi* 65. & habetur *in l.*1. *&* 9. *ff. de trit. vin. & ol. leg.* de quibus Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*152. *per tot.* vide *in §. Vinum num.*

Libris legatis, an veniant bibliothecæ, & armaria, ſcrinia, vel cætera, in quibus libri continentur, & generaliter an ſub legato contenti, veniat etiam continens, licèt non expreſſum, dic quòd non regulariter, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, *l. librorum* 52. *§. libris, ff. de leg.*3. cum ſimilibus adductis per Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*260. *num.*2. *& ſeqq. infr. num.*55. *& num.*68.

Quòd legatum quantitatis debitum reſpectu certæ ſpeciei extinguatur perempta illa ſpecie, per text. *in l. Titia textatores, §. fin. ff. de legat.*1. Gabr. Vaſquez *opuſc. mor. tr. de teſtam. cap.*4. *§.*4. *dub.*12. *fol.*348. *infr. num.*101. *verſ. ſi verò, &c.* vide Marant. & alios ſupracit.

Legatum de omni penu, præter vinum, quod eſt Romæ, 20
vel de omni argento exiſtente in tali fundo, vel loco, propter huiuſmodi adiectionem loci reſtringitur ad illud tantùm, quod eſt in loco deſignato, & ſic generi per ſpeciem derogatur, & quando ſecus, vide Gratian. *diſcept. for. cap.*922. *num.*11. *&c. num.*33. *& per tot.* Magon. *dec. Flor.*146. *num.*21. *&c.* Ger. Spin. *conſ.*8. *num.*22. facit Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*282. *Secunda per tot.*

Penu legata, quæ veniant in huiuſmodi legato, vide Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*156. *per tot.* Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.*195. *per tot.*

Legatum frumenti, quando teſtator habet in Ciuitate 21
continet illud tantùm, quòd in Vrbe reperitur, non autem quod reperitur in continentijs, & ſuburbijs, quia legatum ſtrictam habet interpretationem, niſi ſit factum conſanguineis, & affinibus, quia tunc latam recipit interpretationem, ita vt factum de omnibus domibus ſitis in Ciuitate comprehendat etiam ſitas in ſuburbijs, Crauet. *conſ.*297. *num.*2. Menoch. *de arbitr. quæſt.*99. *num.*6. *&* 15. vide Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*489. *num.*3. *& ſeqq.* dixi in *§. Appellatiua num.*35.

Legans quæ in Vrbe habet, dicitur legaſſe ſolùm quæ in ipſa Ciuitate muris circumdata habet, legans verò quæ Romæ habet, & ſic expreſſo nomine Ciuitatis, dicitur legaſſe etiam ea, quæ in ſuburbijs habet; & ſi vtrumque nomen ſit expreſſum, puta legando, quæ quis habet in Ciuitate Romæ, vel Florentiæ, tunc ſpectandum eſt verborum principium, vt ſi dictum ſit, quæ in Ciuitate Romæ ſunt, veniant tantùm, quæ intra muros ſunt, ſi verò, quæ in Romæ Vrbe ſunt, veniant etiam ea, quæ in continentijs, & ſuburbijs reperiuntur, vt benè alijs relatis diſtinguit Menoch. *de arbitr. caſ.*155. *num.*4. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*58. *per tot.* vbi videtur ſequi dictam diſtinctionem diuerſo tamen modo relatam, & concludit venire cenſum in Comitatu exiſtentem, concurrente præcipuè fauore coniunctæ perſonæ, generalitate verborum, & communi vſu loquendi, vide in *§. Ciuitas num.*10.

Legatis bonis, quæ in Ciuitate ſunt, vel in Ciuitate exiſtentibus, an veniant ea, quæ in Comitatu reperiuntur, idem Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*126. *per tot.*

De proximo tamen aſportanda in Ciuitate, vel domo habentur pro aſportatis ad effectum, vt veniant in legato, cùm de proximo faciendum habeatur pro facto, ad tradita per Peregrin. *deciſ.*71.

De legato eorum, quæ ſunt in Camera teſtatoris, quòd contineat ea, quæ ibi tunc poſita erant, & quæ poſtea de conſenſu, vel mandato ipſius teſtatoris apponentur; item de legato lanæ, vt intelligatur de lana tonſa, & huiuſmodi, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*8. *§.*4. *dub.*10. *fol.*340.

Legatum bonorum mobilium, & immobilium non comprehendit iura, & actiones, ſecùs autem ſi bona omnia fuerint ſimpliciter legata abſque huiuſmodi ſpecificatione, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*922. *num.*30 *&c.* vide *in §. Nomen num.* *infra num.*58. Tuſch. *littera L. concluſ.*124.

Quòd regulariter comprehendat tantùm bona præſentia tempore teſtamenti, & non poſtea quæſita, idem Gratian. *cap.*98. *num.*8. *& per tot.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*127. *per tot.* Martha *vot. Piſ.*6. *per tot.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*3. *tit.*11. *num.*6. Honded. *conſ.*63. *num.*17. *& ſeqq. lib.*1. Bartel. *de vlt. vol. deciſ.*85. *per tot.* vbi quòd quando legatum factum eſt per verbis præſentis temporis non comprehendit futurum.

Legatum mobilium eſt reſtringendum ad ea, quæ teſta- 23
tor habebat tempore conditi teſtamenti, & non extendendum ad ea, quæ habebat tempore mortis, niſi conſtet de contraria mente teſtatoris, vel niſi ſit factum coniunctæ perſonæ, vel per verba vniuerſalia, nam tunc comprehenderet etiam acquiſita de tempore mortis, Altograd. *conſ.*70. *num.*7. *&c. lib.*1. vbi etiam *num.*20. *&c.* quid ſi

legatum ſit reſtrictum ad mobilia exiſtentia in certo loco, puta domo, an & quando limitatur ad ea, quæ ſuot ad perpetuum vſum domus deſtinata, vel etiam comprehendat alia non ſic ad perpetuum vſum domus deſtinata, ſed ad tempus, & quando aliquid dicatur ad perpetuum vſum, vel ad tempus deſtinatum, pulchrè, & latè declarat vſ. or ad num.37. & conſ.35. num.11. & ſeqq. vbi etiam quando comprehendat mobilia plurium domorum, & facit latè Rot. part.13. recent. deciſ.282. ſecunda per tot. Baitel. de vlt. volunt. deciſ.85.

De legato mobilium quid contineat, latè Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.9. tit.3. per tot. Rot. in Fulginaten. legat.6. Nouembris 1620. coram Pamphilio, & part.13. recent. deciſ.282.

Qualiter legatum regulariter reſtringatur ad bona teſtatoris temporis teſtamenti, & quando extendatur etiam ad poſtea quæſita tempore mortis, latè Tuſch. litt. L. concl. 59. per tot. Baitel. dict. deciſ.85. vbi quòd legatum per præſens tempus non continet ea, quæ reperiuntur in eſſe tempore mortis, ſi non extabant etiam tempore teſtamenti, licèt in codice meo ſit corruptos.

24 Legatum mobilium attenta proprietate verborum comprehendit omne id, quod eſt aptum moueri de loco ad locum, Mantic. loc. cit. num.1. Merlio. de pign. lib.2. tit.1. quæſt.49. dixi in meis reſol. cap.10. num.29. & ſeqq. Tuſch. littera L. concluſ.119. & ſeqq. Ludouiſ. deciſ.257. Ricc. Collect. 2935. vbi quòd comprehendit etiam ſeruos, licèt fugitiuos, ſegetes ſeminatas, & adhuc non recollectas, & alia apta de loco ad locum moueri, licèt quoad ſegetes, referat Theſaur. quæſt. forenſ. lib.1. contrarium tenentem.

Quod comprehendat pecunias, iuxta text. in l. ſi chorus 77. §.1. ff. de legat.3. Rot. part.3. diuerſ. deciſ.1169. num.4. Gratian. diſcept. for. cap.811. per tot. vbi etiam quando veniant fructus pendentes, latè Theſaur. deciſ.164. per tot. Menoch. lib.4. præſumpt.138. per tot. vbi plures caſus diſtinguit, Altograd. conſ.89. num.12. lib.2. vbi intelligit, niſi de pecunijs ſit facta diſcretiua, vel ſeparata mentio, ſiue diſpoſitio, latè Rot. part.11. recent. deciſ.259. per tot. vbi qualiter comprehendat omnem pecuniam, & alia huiuſmodi mobilia, ac etiam fructus cenſuum maturatos ante mortem teſtatoris, & latè etiam Baitel. de vltim. volunt. deciſ.81. per tot.

Quòd legatis omnibus mobilibus, non contineantur denaria, niſi aliqua denaria fuerint exceptuata, nam tunc reliqua continerentur ex vi huiuſmodi exceptuationis, Bart. in l. generaliter, §. vxori, ff. de vſufruct. leg. vide Menoch. d. præſumpt.138. Magon. deciſ. Florent. 146. num. 20. &c. Altograd. conſ.33. num.17. & lib.2. vide in §. Pecunia num.13.

An dictum legatum mobilium comprehendat res venales, Menoch. lib.3. præſumpt.137. per tot. Altograd. conſ.70. num. 33. lib. 1. vbi quòd venalia mercimonij cauſa non comprehendit, ſed benè alia, quæ ſuperſunt, & hac de cauſa ſunt venalia, vide latè Rot. part.13. recent. deciſ. 282. ſecunda per tot.

Quando in legato mobilium veniant pecuniæ, vel non, latè pluribus legibus ſibi inuicem oppugnantibus perpenſis declarat videndus Altograd. conſ.70. num.38. & ſeqq. per tot. lib.1. vbi præcipuè ſub num.69. & 70. & 43. videtur firmare regulam, quòd generaliter pecuniæ veniant in huiuſmodi legato mobilium, niſi ſint quæſtuariæ, ideſt fœneratitiæ, & negotiationibus deſtinatæ, cùm tunc dicantur eſſe in domo accidentaliter, & ad tempus, donec venerit occaſio illas fœnori dandi, & ideo iſto caſu non venire in legato, niſi probetur per legatatium de voluntate teſtatoris, quæ ſatis probata dicitur per adiectionem ſigni vniuerſalis omnia, & cuiuſcumque qualitatis, vt ibi per eum, & in Addit. ad dict. conſ.70. ſub num.78. in fine tomi, pulchrè etiam Peregrin. deciſ. Pat.32. per tot. Rot. part.11. recent. dec.259. per tot. & part.13. deciſ.282. ſecunda per tot. vbi plura de huiuſmodi dictionibus vniuerſalibus quid operentur quando ſunt adiectæ rebus, & quando ſunt adiectæ exiſtentiæ in loco.

Nec obſtat communis vſus loquendi in contrarium, quo attento in legato mobilium videtur tantùm comprehendi ſupellectilia ad vſum domus, quia debet probari ab allegante, & probatus non obſtat, quando ſunt adiecta verba vniuerſalia omnia, & cuiuſcumque generis, Ludouiſ. deciſ. 257. num.10. Altograd. d. conſ.70. num.13. & ſeqq. lib.1. vide in §. Vſus communis num. Rot. part.13. recent. deciſ. 282. ſecunda num.22. & ſeqq.

Quòd legatum mobilium contineat vaſa argentea, torques, ſiue catenas aureas, fructus, veſtes, & alia omnia, quæ ad modum mobilium deſtinata ſunt, & quæ poſſunt moueri de loco ad locum, attenta maximè proprietate verborum, & propter ſigna vniuerſalia adiecta, Natt. conſ.117. num.5. lib.1. Rot. coram Seraphin. in Romana legatorum Veneris 10. February 1685. Gratian diſcept. forenſ. cap.585. num.14. Gratian. de dict.147. Ludou. cum Beltramin. deciſ.257. vbi etiam de vetijs perlarum, Barboſ. eod. tract. dict.241. dixi in reſol. cap.10. num.32. & ſeqq. Rot. in Fulginatenſi legati 6. Nouembris 1620. coram Pamphilio, Ricc. Collect.2935. Rot. part.11. recent. deciſ. 259. per tot.

Quæ veniant in legato mobilium, latè, & pulchrè videndos Altograd. conſ.70. num.1. & ſeqq. per tot. vbi quòd veniunt frumentum, farina, vinum, oleum, veſtes, gemmæ, monilia, vaſa argentarea, libri, picturæ, & ſimilia, quæ ſunt apta moueri de loco ad locum, & idem Altogr. conſ. 35. per tot. lib.1. plenè Tuſcb. littera L. concluſ.119. cum pluribus ſeqq. Peregrin. deciſ.71. vbi quòd veniat frumentum, vinum, & huiuſmodi de proximo colligenda, vel collecta, & in domum aſportanda, licèt facta fuerit mentio mobilium in domo exiſtentium, cùm facienda de proximo habeantur pro factis, latè etiam Ludouiſ. cum Beltram. deciſ. 257. per tot.

Quid ſi prædictæ res fuerint conſumptę, & reperiantur diuerſæ tempore mortis? dic deberi quæ reperiuntur, ſed pro quantitate de tempore teſtamenti, Francb. deciſ.313. vide Tuſcb. littera L. concluſ.59. per tot.

Quòd teſtatore legante vxori mobilia ſua, non veniant pecuniæ, & nomina, per text. in l. ſi chorus, §.1. ff. de leg.3. Bart. in l. quintus, §. argento, ff. de aur. & argent. leg. iudicatum teſtatur Paul. Chriſtin. ad leg. municip. tit.16. art. 30. num.12.

Quòd legatum omnium, & quorumcumque mobilium in domo exiſtentium factum vxori comprehendat etiam equos, & thedam, ac cætera animalia, Marth. vot. Piſ.82. per tot. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.9. cap.3. in princ. Baitel. de vlt. volunt. deciſ.85. in fine.

Legatum ſuppellectilis quid contineat, vide Menoch. lib.4. præſumpt.160. per tot. Barboſ. de appellat. verb. ſignif. appell. 253. per tot. Tuſch. litt. L. concluſ.122. per tot. & litt. M. concluſ.104. vbi quid veniat appellatione maſſaritiarum, quæ idem reputantur cum ſupellectilibus, Rot. part.13. recent. deciſ.282. ſecunda num.22. & 23. 25

Legato auro, vel argento, quid comprehendatur, Menoch. lib.4. præſumpt.162. per tot. pulchrè Barboſ. de appell. verb. ſignif. appellat.23. per tot.

An autem valeat legatum rei in genere, dic quòd non in genere generaliſſimo, aut ſubalterno, quia eſſet ridiculum, ſed benè in ſpecie atoma, vt ſerui, equi, vini, &c. vt benè declarat Gabr. Vaſquez Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 8. §.4. dub.7. fol.347.

Legatum factum vxori de veſtibus ſuis, de quibus intelligatur, & cuius generis veſtes comprehendat, an debeantur etiam non conſutæ, an illæ, quarum vſus erat communis, non feſtiuæ, ſericeæ, aureæ, laneæ, & lineæ; quid ſi teſtator iuſſerit vxorem veſtiri, an intelligatur de veſtibus vidualibus tantùm, an ſemel tantùm, vel ſingulis annis, & alia plura notabilia de hac materia, vide per Menoch. lib.4. præſumpt.167. per tot. Barboſ. de appellat. verb. ſignific. appellat.268. per tot. vbi quòd veniant ſciſſæ, & nondum conſutæ penes ſartorem adhuc exiſtentes, & alia. 27

Quòd legatis veſtibus, quas vxor domi habet, veniant etiam illæ, quæ ſunt extra domum, & fiebant de nouo propter deſtinationem teſtatoris, Iaſ. in l. huiuſmodi, §. legatum num.8. ff. de legat.1. Altograd. conſ.70. num.55. lib.1. vbi tamen quòd deſtinatio non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante.

Legatum ornamentorum factum vxori quid contineat, Menoch. lib.4. præſumpt.163. per tot. benè Barboſ. de appell. verb. ſignif. appell.180. per tot. & appell.182. vbi quid veniat in legato pannorum. 28

An autem legatum relictum primæ vxori, quæ deceſſit ſuperſtite viro, qui aliam duxit, debeatur ſecundæ vxori, vide Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.122. Berlich. deciſ.298. vbi concludit ad fauorem ſecundæ vxoris, prout re-

Digitized by Google

refert, & ſequitur Addit. ad Sanfelic. 344. *verſ. Imò Berlich; & verſ. Ideo legatum, &c.*

29 Legatum factum vxori quandiù caſtè, & honeſtè vixerit, amittitur per tranſitum ad ſecundas nuptias, quia mulier tranſiens ad ſecunda vota, quoad primum maritum non dicitur caſtè, & honeſtè viuere, ſed illi iniuriam facere, eius memoriam negligere, & fidem illi non ſeruare, vt latè pluribus de more cumulatis probat Tiraquel. *in repet. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. ſub ampliat. 89. verſ. Ex quo etiam inter reg. diuerſ. fol. mihi* 567. Iaſ. Ang. Salic. & alij *in l. vlt. C. de indic. viduit.* Caſtr. *conſ.* 259. *col. pen. lib.* 1. Tuſch. *littera L. concluſ.* 104. *&* 105. *per tot.* vide latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 131. *num.* 25. *& ſeqq. per tot. volum.* 3. Viui. *commun. opin.* 444. vbi refert contrarias opiniones.

Quòd dictum legatum ex communi vſu loquendi intelligatur donec non nupſerit, Bart. *in §. cum igitur in Auth. de non elig. ſec. nub. c. Nicena* 31. *diſtinct. & l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.*

Intelligendo quando legatum ſub dicta conditione caſtè, & honeſtè viuendi fuit à marito (vt dixi) relictum, ſecus autem ſi ab alio extraneo, nam tunc non impediretur, nec amitteretur per tranſitum ad ſecunda vota, Tiraquel. *loc. cit. verſ. Et ita vt dicit,* Angel. Sanchez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *diſp.* 91. *num.* 16.

An ſit verùm quod per dictum tranſitum ad ſecunda vota contriſtetur anima viri defuncti dixi *in §. Mulier num.* 27. *in fine.*

Imò legatum vxori relictum ſub dicta conditione, non cenſeri relictum ſub conditione viduitatis, & poſſe peti per tranſeuntem ad ſecondas nuptias, cùm etiam dicatur caſtè, & honeſtè viuere transiens ad ſecunda vota, ex quo ſecundæ nuptiæ ſunt permiſſæ, & conditio viduitatis differt ab iſta probat ingenioſè de more, & in praxi recipiendum teſtatur Altograd. *conſ.* 63. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. vbi tamen refert alios contrarium tenentes, *& ſub num.* 11. firmiter non perſiſtit in hac opinione, quæ certè iudicio meo non eſt tuta, vſu recepta, nec recipienda, niſi iuxta prædictam diſtinctionem legati facti à marito, vel ab alio extraneo, vide *in §. Conditio num.* 38. *&* 39. §. *Vxor num.* 24. Dian. *part.* 10. *tract.* 5. *reſol.* 21. vbi dicit relatam opinionem eſſe probabiliſſimam, non amitti legatum per tranſitum ad ſecundas nuptias, etiam à marito factum, niſi aliter de eius mente appareat, Peregrin. *deciſ.* 41. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 7. §. 1. *dub.* 7. *fol.* 311. vbi idem dicit in legato facto à filio, & non amitti etiam per tertias, & quartas nuptias, cùm omne matrimonium caſtum ſit, & honeſtum, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, cui ideò conſulendum eſt, vt explicet an de ſecundis nuptijs intelligat. Hanc opinionem, ſequitur etiam Ricc. *Collect.* 1927. vbi tamen eam intelligit pro tempore præterito, quo vxor caſtam vitam duxit, ſecus pro futuro, vide Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 95. *per tot.* vbi quod legatum vſusfructus factum à marito vxori, non amittitur, etiam ſi vxor ſtatim, & intra annum luctus conuolet ad ſecundas nuptias, niſi conditio viduitatis fuerit expreſsè appoſita, vel efficaciter colligatur ex coniecturis, quarum multas adductas ibidem refellit; non tamen meminit de conditione *caſtè, & honeſtè viuendi,* & eadem Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 302. *num.* 10. vbi quòd non appoſita conditione viduitatis cenſentur remiſſæ pœnæ ſecundarum nuptiarum, etiam in legato à marito facto.

Quòd legatum relictum ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias non amittatur per matrimonium nullum, vel non conſumatum, an verò per fornicationem, & alia, Dian. *d. reſol.* 21. *per tot.*

30 Legatum factum mulieri donec in viduitate vixerit, reſoluitur ſub duplici euentu, & reuertitur ad hæredes legantis, nempè per tranſitum ad ſecunda vota, & per mortem; ſi verò de vita mulieris non ſit facta aliqua mentio, reſoluitur tantùm per tranſitum ad nuptias, ad quas ſi non conuolauerit, remanet perpetuum, & tranſit ad hæredes ipſius legatariæ, Caſtr. *conſ.* 451. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 563. *num.* 16. *&c. cap.* 696. *num.* 7. Mart. Medic. *deciſ.* 4. *num.* x. *& ſeqq.* vide in meis *reſol. cap.* 38. *num.* 15. *& ſeqq. & in hoc opere, § Cautio Mutiana num.* 11.

Quod conditio viduitatis numquam ſubintelligatur, niſi fuerit expreſſa, Altograd. *conſ.* 63. *per tot. lib.* 1. vide *in §. Conditio num.* 39.

Quod factum per maritum ſub conditione, ſi non nupſerit, ſit reſtituendum vnà cum fructibus, ſi vxor nupſerit, Franch. *deciſ.* 231. vide *in dict. cap.* 38. *num.* 15. vbi quando debeatur pro tempore præterito antè contractas nuptias.

Legatum tamen factum vxori donec caſtè vixerit, & vidualem vitam ſeruauerit, debetur etiam ei, quæ religionem ingreditur, quia tunc dicitur pinguius adimplere conditionem, vel modum, Bald. *in l. Deo nobis col.* 3. *verſ. iuxta prædicta, C. de Epiſc. & Cler.* Ioſeph. Feliu. Cereſo *Margar. var. concluſ. verb. Legatum col.* 1. *fol.* 141. dixi *in §. conditio num.* 39.

Legatum relictum vxori caſu quo non poſſit cum hæredibus habitare qualiter debeatur, vide *in §. Conditio num.* facit Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 123. *per tot.* vbi de legato facto vxori, vel alteri, vt habitet cum filijs, an ipſius legatarij, vel filiorum fauore factum præſumatur, ita vt primo caſu illud conſequatur legatarius, etiam non habitando, ſecundo autem caſu extinguatur legatum, ob dictum non implementum. 31

Et quanto tempore debeat vxor cum hæredibus habitare, vt annuum legatum conſequatur, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 595. *per tot.*

Quòd legatum alimentorum factum vxori non impediat repetitionem dotis, Gratian. *deciſ.* 47. *num.* 13. *& diſceptat. forenſ. cap.* 134. cum alijs per Ioſeph. Feliu. *in Margar. variar. concluſ. verb. Legatum fol.* 142. *column.* 1. & quid in legato vſusfructus omnium bonorum, Guid. Pap. *quæſt.* 541.

An filijs mortuis, ita vt non poſſit amplius cum illis habitare extinguatur legatum, Cabal. *conſ. deciſ.* 119. *lib.* 3. vbi quòd ſic quando factum eſt aliud legatum in hoc caſu ad fauorem vxoris; alias fortè ſecus, vt dixi *in §. Vxor num.* 26. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 664. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi quòd mortuis filijs non tenetur habitare cum nepotibus, nec etiam cum ipſis filijs poſt litem ſibi ab eis motam, & nihilominus conſequitur legatum ſub conditione habitandi cum filijs relictum, Carol. Marant. *controu. part.* 4. *reſponſ.* 41. vbi diſtinguit an importet conditionem, vel modum, & an vxoris gratia, vel filiorum ſit factum.

Legatum factum per maritum vxori, præſumitur in recompenſationem fructuum per illum perceptorum de bonis vxoris, & cum eis compenſatur pro rata, quod compenſatur etiam cum alimentis, & veſtibus lugubris, Romaguet. plures allegans in Addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib* 2. *Rub.* 48. *num.* 33. vide *in §. Teſtes num.* 1. Arias de Meſa *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 9. *& ſeqq.* vbi de materia compenſationis legatorum, de qua etiam plenè Ramon. cum pleniori Annot. Iacob. Balduc. *conſ.* 36. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 44. vbi in id adducit 15. coniecturas, benè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 274. *per tot.*

Numquam tamen intelligitur factum animo compenſandi cum dote, niſi dicatur expreſsè, Addit. ad Afflict. *d. deciſ.* 44. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 134. *per tot. cap.* 198. *cap.* 274. *cap.* 565. *num.* 65. *&c. cap.* 696. *num.* 5. *cap.* 954. *num.* 29. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 131. *per tot. & deciſ.* 152. *num.* 16. *& ſeqq. & part.* 16. *deciſ.* 17. *num.* 11. *& ſeqq. & deciſ.* 96. *&* 124.

Ex coniecturis nihilominus poteſt ab hac regula recedi, & legatum etiam cum dote compenſari, vt ſi fideicommiſſum aliàs notabiliter remaneret extinctum, ſi legatum conueniat cum credito dotali, ſi expreſſerit aliqua bona, cum quibus nolebat intrare compenſationem, ſi penes hæredem nihil ferè remaneret, cum quo dos ſolui poſſet, ſi dixerit nolle quidquam aliud prætendere, etiam ſi poſtea dixerit relinquere propter obſequia, & benemerita vxoris, vt latè per Rot. *in Auenionen. fideicommiſſi* 11. *May* 1637. coram Panzirolo *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 311. *per tot.* vbi allegat Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 110. Mantica *de coniect. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 16. *&c.* Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 20. *&c.* aliosque multos, vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 152. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi hincindè coniecturas adducit, *& deciſ.* 460. vbi de vxore inſtituta in medietate hæreditatis vltra dotem, quando dictam medietatem liberam conſequi debeat, & integram dotem à cohærede repetere, nulla inuicem relicti, & dotis facta compenſatione, nec actionum confuſione pro ſua medietate.

De hac materia vltra præcitatos vide latè Card. Tuſchus *littera L. concluſ.* 141. *num.* 34. *&c.* Thomat. *deciſ.* 50. *num.*

Digitized by Google

*num.*195. Sperel. *deciſ.*176. *per tot.* Marcian. *diſput. forenſ. cap.*49. *num.*1. *& ſeqq.* dixi *in* §. *debitor num.*59. §. *Pater num.*16. *infra num* 34 *&* 40. *&* 49. *in fine, & in reſolut. cap.*10. *num.*7. *& ſeqq.* vbi vide, & Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 233. *vol.*1. Merlin. *deciſ.*249. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*8. §.3. *dub.*7. *&* 8. *fol.*343.

Et firma regulam generalem, quòd in debito neceſſario neceſſitate legali, legatum præſumitur ſactum aoimo compenſandi, quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit; Secus autem in debito voluntario ortum habente à contractu, vel quaſi, niſi aliter in vtroque caſu appareat ex coniecturis de mente teſtatoris, Altograd. *conſ.*68. *num.*2. *&c. lib.*1. *& num.*30. vbi etiam quando debitum dicatur neceſſarium, vel voluntarium, plenè Sperel. *deciſ.* 176. *per tot.* cum alijs ſupracitatis, & dixi *in* §. *Debitor num.*59. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*79. *num.*22. *& part.*15. *dec.*170. *num.*12. *&c.* Bich. *deciſ.*80. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.*27. *per tot. lib.*2. vbi quòd ſi pater legauit filiæ centum pro dote, & poſtea filius hæres patris eidem filiæ nondum nupræ leget ducentum, cenſetur legaſſe animo compenſandi cum primo legato, cuius ipſe hæres debitor erat, idem Cabal. *conſ.*115. *per tot. dict. lib.*2. vbi tranſit cum dicta regula, quam tamen declarat procedere, quando tam legatum, quàm debitum conſiſtunt in quantitate, ſecùs autem ſi vnum in quantitate, & aliud in ſpecie, vel ſi eſſent diuerſo tempore præſtanda, & alia ad rem, vide *in* §. *Compenſatio*, *&* §. *Lucrum*, plenè P. Zamoran. *tract. de compenſat. diſput.*4. *cap.*8. *per tot. facit infra num.*58.

39 Legatum dotis factum à marito ſuæ vxori quid cootineat, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*145. *per tot.* vide *in* §. *Maritus num.*18. *&c.*

Factum vxori alterius, vel propriæ, an debeatur etiam ſecundæ ductæ poſt mortem primæ, latè idem Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*122. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.*9. *quæſt.* 10. *per tot.*

34 Legatum factum per vxorem marito computatur, & coofunditur cum lucro eidem vigore Statuti debito, ſecus ſi huiuſmodi lucrum debeatur tantùm vigore pacti, quia tunc non compenſatur cum legato, Rolaod. *tract. de lucr. dot. quæſt.*96. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*199. *per tot. cap.* 816. *per tot.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*109. *num.*35. *& ſequentib. ad* 55. Surd. *deciſ.*119. *per tot.* Sperel. *deciſ.*176. *num.*15. 16. 82. *& ſequentibus*, Altograd. *conſ.* 34. *num.* 2. *&c. lib.*2. vide *in* § *Lucrum num.* 22. vbi diſtinguitur ſupra *num.*32. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.* 79. *num.*24. *&* 25.

36 Legatum relictum vxori donec vitam vidualem ſeruauerit, & quòd poſt eius mortem vadat ad alium, an ſi tranſierit ad ſecunda vota, debeatur ſtatim illi tertiò, non expectato mortis euentu, vide Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*185. *num.* 31. Altograd. *conſ.*76. *num.*28. *lib.*1. vbi affirmatiuam probat, dixi *in* §. *Maritus num.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt.* & alij relati per Paul. Chriſtin *deciſ. Belg.*176. *num.*8. *volum.*2.

Quod poſſit legatario ſubſtitui in re legata, Tuſch. *litt. L concl.*153.

36 Legatum mulieri ſub conditione, *ſi vidua efficiatur*, non amittitur, ſi facta vidua iterùm nubat, quia ſufficit conditionem exiſtiſſe licèt implementum non durauerit, cùm non requirat tractum ſucceſſiuum, niſi aliter appareat de mente teſtatoris, Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 51. *num.*4. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*501. *num.*1. *cap.*137. *num.*7. *cap.*481. *num.*8. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 87. *per tot.* vbi benè declarat quando hæc, vel ſimilis conditio requirat tractum ſucceſſiuum, & permanentiam, vel non, Gratian. *deciſ.*187. *per tot.* vbi de conditione *ſi viduabit*, an ſit perpetua, vel momentanea, Dian. *part.*10. *tract.*11. *reſol.*36. Paul. Chriſtin. *deciſ.*39. *vol.*4.

38 Legata domo vxori pro habitatione ſimpliciter videtur legata etiam quoad dominium, & proprietatem, & ideò bonum eſt addere donec vixerit, Pract. Pap. *legat. rei ſing. gloſ.*1. *num.*111. Capyc. *deciſ.*188. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*138. *num.*2. *& num.*17. *&c. infra num.*53.

Quando proprietas cenſeatur legata, vel vſusfructus tantùm, ſiue ſimplex vſus, vel fructus tantùm, latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 133. *& ſeqq.* vide *in* §. *Habitatio num.*6.

Legatum ad vſum, & vſumfructum (niſi adſit aliqua 38
præfinitio temporis) dicitur liberum, comprehendit proprietatem, & tranſmittitur ad hæredes, ſicut etiam quando legatario fuit prohibita alienatio, vel data facultas alienandi, Ferret. *caut.*2. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*138. *per tot. cap.*216. *num.*23. *&c. cap.*254. *num.*43. *cap.* 471. *num.*8. *& cap.*443. *per tot. cap.*937. *in princip.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*35. *num.*18. *& lib.*4. *præſumpt.*133. *per tot.* vide *in* §. *Vſusfructus num.* Tuſchus *littera L. concluſ.*90. Surdus *de aliment. tit.*2. *quæſt.*1. *per tot.* vbi plura.

Quod legatum factum ad vſum, ſiue pro vſu comprehendat etiam proprietatem, ſecus autem ſi relinquatur vſus, vel vſusfructus, Rota *part.*2. *diuerſ. deciſ.*121. *num.*7. *& ſeqq.* vbi etiam quòd cauſa, vel modus adiectus legato quando reſpicit fauorem legatarij non limitat legatum.

Item legatum vſusfructus cum onere conſtituendi hæredi aliquam ſeruitutem, comprehendit dominium, & proprietatem ad fauorem legatarij, & hoc in neceſſariam conſequentiam oneris adiecti, quod aliàs legatarius præſtare non poſſet, niſi conſequeretur dominium, per text. *in l. Proculus*, *ff. de vſufr.* Genu. *de verb. enunciat. lib.*1. *qu.* 3. *num.*36. *fol.*6.

Quali et facto fundo ad alimenta veoiat etiam dominium, & tranſmittatur ad hæredes, *l. cum hi*, §. *ſi vni*, *ff. de tranſact. l.*4. *ff. de aliment. & cib. leg.* Menoch. *de arbitr. caſ.*169. *num.* 10. *& caſ.*170. *num.* 26. Gratian. *diſcept. for. cap.*138. *num.*2. *&c. & num.*17. *&c.* vide *in* §. *Teſtator num.*7. Surdus *de aliment. tit.*2. *quæſt.*1. *num.*1. *& ſeqq.*

Legatum factum alicui ſimpliciter ſine appoſitiooe tem- 39
poris ſubſtantiæ ipſius legati, reſtituendum tamen alteri poſt mortem legatarij, dicitur perpetuum, licèt vt ſupra ex fideicommiſſo ſit alteri reſtituendum, ex quo ſequitur, quòd ſi ſubſtitutus præcedat legatario, caducata ipſa ſubſtitutione remanere debeat penes legatarium, & eius hæredes, & non conſolidari cum hæreditate, oec ad eam reuerti: Si verò ſit relictum ad vitam tantùm legatarij, vel aliud tempus, hoc caſu licèt ſubſtitutio efficiatur caduca, finito tempore conſolidatur cum hæreditate, & ad illam reuertitur tamquam vſusfructus ad ſuam proprietatem, vt benè diſtinguit Bart. *in l. Titia cum teſtamento*, §. *Titia*, *ff. de legat.*2. vbi etiam Caſtr. & alij Mart. Medic. *deciſ.*4. *num.*14. *&c.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*343. *num.*11. *&c.* quos ſequitur Altograd. *conſ.*47. *per tot. lib.*1. vbi diſtinguit quatuor caſus, quando caducatis ſubſtitutionibus legatario factis in re illi legata, legatum reuertatur ad hæreditatem, vel potiùs remaneat perpetuum penes ipſum legatarium, & illius hæredes, & in caſu ſuo oſtendit remanſiſſe perpetuum penes hæredes legatarij, facit *infra num.* 66. *& num.*100. vide latè Tuſch. *littera L. concluſ.*87. *&* 88. *per tot.*

Quòd factum ſub conditione matrimonij carnalis, vel ſpiritualis, dato ſubſtituto in caſu mortis legatariæ quandocumque ſine filijs, non debeatur ſubſtituto, donec legataria naturaliter viuit, licèt aduerſa valetudine ſit impedita nubere, Santelic. *deciſ.*87.

Legatum relictum per grauatum fideicommiſſario, non 40
cenſetur relictum animo compenſandi cum fideicommiſſo, quod legans tenebatur reſtituere legatario, ſed vtrumque venit præſtandum, nempè legatum, & fideicommiſſum, cùm tale fideicommiſſum dicatur debitum voluntarium, quod regulariter non compenſatur cum legato, vt benè probat Altograd. *conſ.*68. *num.*1. *& ſeqq. ad* 18. *lib.*1. vbi tamen *numeris ſequentibus per tot.* oſtendit compenſationem eſſe admittendam in caſu ſuo, licèt agatur de debito voluntario, cùm etiam in voluntarijs debitis poſſit eſſe locus compenſationi, vbi ex coniecturis apparet de voluntate teſtatoris, & plures coniecturas ibidem latè examinat pro compenſatione, vt ſi bona legata erant obligata pro debito, ſi hæres fuerit in alijs grauatus, ſi legatum ſit amplum, conueniat debito, vel illud ſuperet, ſi ſit dictum pro omni, & toto eo, quod legatarius prætendere poſſet, & addita alia verba vniuerſalia, vel ſi Teſtator excepit aliquam cauſam, in quam ooluit fieri compenſationem, vel ſi verba legati in alijs debitis verificari non poſſent, ſi teſtator iuſſerit, vel rogauerit legatarium contentum eſſe debere, Altograd. *d. conſ.*68. *num.*21. *& ſeqq. ad* 48. vbi poſtea diluit coniecturas in contrarium adductas, vide Spe-

rel,

Digitized by Google

rel. *deciſ.177.per tot.* Ger. Spin. *conſ.18.per tot.ſupra num. 32. & 34. & in §.Cenſus num.*

Quod ſit locus compenſationi etiam ſi legatum non ſit perpetuò permanſurum penes legatarium ob commodum intermedij temporis, ita vt compenſatio non fiat pro rata, ſed in totum quando legatarius ſimpliciter illud acceptauit, idem Altograd. *conſ.68.num.70. &c. lib.1. & conſ. 89. num. 16. &c. lib. 1.* vide *infra num.* Rot. *part. 13. recent. deciſ.276.num.2.& ſeqq.* vbi de legato pro alimentis compenſando cum obligatione alendi à teſtatore contracta.

Prout etiam in debito neceſſario excluditur compenſatio ex coniecturis, Altograd.*conſ.95.num.34. & ſeqq. lib.1.* vide ſupra *num.32.*

41 Legatum factum puellæ, vt nubat, habet certum tempus, vt ſcilicet præſtetur poſt triennium à pubertate illius, intra quod ſi nuptiæ non ſequantur dicitur defecta conditio, & amplius peti non poteſt, nec mora purgari, ac idem eſt ſi ſit factum, vt Monaſterium ingrediatur, quod ſpeciale eſt in legato, latè Gratian. *diſcept. foreaſ.cap.137.per tot. cap. 254.per tot.* Ger. Spin. *conſ.61. num.30. & ſeqq.* vide *in §. Conditio num.*

42 Legatum dandum puellis virginibus orphanis, licèt propriè orphanæ dicantur, quæ vtroque carent parente, & tutore, poteſt tamen dari etiam orbatis patre tantùm, maximè non concurrentibus alijs prædictis, Gratian. *diſcept. foreaſ.cap.666.per tot.* Dian. *part.4. tract.4. reſol.*140. vbi tenet poſſe dari etiam habentibus parentes, ſed pauperes, & inutiles, & alia plura de ſimilibus legatis, idem Dian. *d. tract.4.reſol.164.* vbi quòd dicuntur Orphanæ, quæ tantùm patre carent.

Quòd legatum factum pro dotandis mulieribus, non intelligatur pro viduis pauperibus, ſed tantùm pro prima vice nubentibus, per textus *in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb.ſignif.* Iaſ. *in l. diuortio, §. quod in anno col. 3. ff. ſolut. matrim.* Tiraquell. *in repet. d.l. boues, §. hoc ſermone, ampliat.62. & 64. inter regul. diuerſ. fol. mihi 563. & 566. verſ. poſtremo illud,* vbi latè contendit appellatione, ſiue denominatione nuptiarum intelligi de primis, & quare.

Sed quòd imò debeatur etiam, & procedat quoad viduas pauperes, Dian. *part.3. tractat.6. reſolut.29. verſ. 4.* vbi allegat Caualcan. *deciſ. 326. num.20.part.2.& alios,* Fagundez *de iuſtit. & contract.lib.6. cap.5. num.42.* vbi primam ſequitur opinionem, quam dicit per viros doctos reſolutam.

Item quòd poſſit dari puellæ iam nuptæ ſine dote, vel modica, niſi expreſsè ſtet pro virginibus, Dian. *d. reſolut.29. in fine,* facit *infra num.46.* Fagund. *loc. cit. num.43.* vbi intelligit quandò legatum fuit factum pro dotandis, ſecùs ſi pro maritandis, cùm iam ſint nuptæ.

Item virgini corruptæ, quæ communiter virgo reputetur, Dian *part.8. tract.6. reſol.126. verſ.adde,* Fagund. *loc. cit. num.41.*

An relictum viduis poſſit dari virginibus, videtur affirmare Dian. *part.11. tract.3. reſol.8.*

Plura de huiuſmodi legatis pro virginibus maritandis, quando, & quibus debeantur, vel non, quid ſi eſſent corruptæ, & alia, latè Lara *de Anniuerſ. lib.1. cap. 21.* & alij per Dian. *part.2. tract.15. reſolut.26.* vbi vide, *& part.3. tract.6. reſol.29. & 63.* vbi de puellis expoſitis, *part.4. tract. 4. reſolut.140. & 164.* Ricc. *Collect.2555.* vbi de expoſitis, Fagund. *d. cap.5. num.40. & ſequentib. per tot.*

Quòd dicta legata pro virginibus, non poſſint dari corruptis, nec per illas retineri tam in foro fori, quàm conſcientiæ contra Laram, & Dianam probat Mich. Ferro Manriquez *Quæſt. Vicar. part.2. quæſt.70. per tot.*

Quando legatur certis, & determinatis perſonis ad effectum nubendi, poſſunt ipſæ legatum conſequi etiam Religionem ingrediendo; Secùs autem ſi ſit generaliter legatum pro maritandis virginibus, nam non poteſt diſpenſator dare ingredientibus monaſteria, ſed tantùm nubentibus pro vt teſtator reliquit, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.8. tit. 5. num.12.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.2. lib.9. tit.1. num. 364. fol.199. infra num.45. &c.* Gutierez *canon. quæſt. lib. 1. cap.52. num.20.* Sanchez *de matrim. lib.1. diſput.35. num. 29.* Mich. Ferro Manriquez. *Quæſt. Vicar. part.1. quæſt. 70. per tot.*

Sed ſiue legatum ſit factum certæ perſonæ, ſiue generaliter pro maritandis puellis, poſſe per executores applicari etiam ingredientibus religionem, & hoc Religionis fauore probabilius, & ſeruandum dicit Dian. *part.5. tract.14. reſolut.35.* vbi citat Natt. *conſ.296. num.4.* Boer. *deciſ.3.num. 13.* & alios, facit Roc. *part.9. recent. deciſ.124. num.13.* vide Maſtrill. *deciſ.153.* & latè Fagund. *dict. cap.5. num.44. & ſeqq.*

Quòd legatum pro maritandis puellis ciuibus, comprehendat etiam illas de Comitatu, cum in fauorabilibus, quidquid conceditur ciuibus, intelligatur conceſſum etiam Comitatiuis, vel de Comitatu, quia appellatione Ciuitatis venit Comitatus, quidquid ſecùs ſit in odioſis, vel quando eſſet adiecta certa qualitas, quæ ciuibus tantùm conueniret, latè Gratian. *deciſ.96. per tot.* dixi *in meis reſol. cap. 49. per tot.*

Contrarium probat Leoncil. *deciſ. Ferrarien. 63. per tot.* ſed vide quæ dixi *in §. Appellatiua num.35. & §. Dictio num.26.*

An poſſit dari puellis expoſitis, Dian. *part.3. tract.6. reſolut.63.* vbi quòd ſic, niſi concurrant aliæ originariæ, quæ eſſent præferendæ, & ita etiam concludit Ricc. *Collect.2555.*

An poſſit dari exteris, & forenſibus facit *infra num.68. verſ. quod Collegium.*

Quòd regulariter electio dictarum puellarum debeat eſſe libera, niſi expreſsè ſit à teſtatore qualificata, Rot. *part. 14. recent. deciſ.332.*

Quòd legatum factum viduis, ſiue orphanis, debeatur etiam illis, quæ habent virum, vel patrem inutilem, qualis eſſet damnatus ad remum perpetuum, vel ad perpetuos carceres, & huiuſmodi, Calum. *de æquit. lib.3. cap.246. per tot.* An autem ſemel ſolutum ſi fuerit amiſſum, vel à procuratore conſumptum, ſit iterùm ſoluendum, latè Carol. Marant. *contr. part.4. reſponſ.35. per tot.* vbi videtur negatiuè concludere.

Legatum relictum pauperibus, non poteſt ante tempus præſtari, quia variari poſſunt pauperes, vt qui nunc extant, tunc non ſint, & è contra, Menoch. *de arbitr. quæſt.83. num.3.* vide *in §. Hæres num.50.* 43

Quòd legatum certa die præſtandum, non poſſit ante illum diem præſtari, Dian. *part.3. tract.6. reſolut.29. verſic. 1.* vide *in §. debitor num.52. & §. Primogenitura num. 19.* Facto legato pauperibus, de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe, & qui eligi debeant, vel poſſint, Menoch. *lib.4. præſumpt.125. per tot.* Surd. *de aliment. tit.1. quæſt.93. & ſeqq.* Ricc. *Collect.226. & 522.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.5. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.2. lib. 9. tit.1. num.558. &c. fol.199.* vide *in §. Hæres num.50. & §. Executor num.2.* Dian. *part.10. tract.11. reſolut.59.* vbi an poſſit diſtribui inter duos, vel vni tantùm, *& dict. part. 10. tractat. 13. reſolut.5. per tot.* vbi an ſint præferendæ moniales.

Quomodo probetur adimpletum iuxta mentem teſtatoris, Caualer. *deciſ 377. per tot.*

Quod pauperes de familia primum locum obtinere debeant ex ſententia D. Auguſtini, & per text. *in cap. eſt probanda, diſtinct.86.* Rot. *part.13. recent. deciſ.302. num.11.*

Legatum dicitur pium, & debetur ex teſtamento minus ſolemni, quod eſt relictum conſanguineo pauperi, cui potiùs ratione pietatis, quàm conſanguinitatis videtur relictum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.605. num.18 &c.* Dian. *part.7. tract.12. reſolut. 11.* Merlin. *deciſ. 805.* vbi quòd probatur etiam ex ſcriptura Parochi coram duobus teſtibus, & licèt ſit ad fauorem ſuæ Eccleſiæ, Gabriel. Vaſquez *opuſc. moral. tract.de teſtam. cap.8. §.5. dub.1. num.98. fol.349.* 44

Contra ad aliud propoſitum, vide Ger. Spin. *conſ.28.nu. 28. &c.* Caualer. *deciſ.212.num. 6. & deciſ.377. num.6.* dixi *in §. Teſtamentum.*

Quando legatum dicatur pium, vel ad pias cauſas, latè Tiraquell. *in procem. tract. de priuil. piæ cauſ.* Franch. *deciſ.565.* Menoch. *lib.4. præſumpt.115. per tot.* vbi 19. exempla adducit, Merlin. *deciſ.805.* facit quod dixi *in §. Seruitus num.* vide Tuſchus *littera L. concluſ.106. per tot. cum pluribus ſeqq.* latè Dian. *part.7. tract.6. reſolut. 30. & 31. per tot.* vbi ſingillatim enumerat legata pia, & quæ ad piam cauſam reduci poſſunt, Gabriel. Vaſquez *d. §.5. per tot. fol. 349. &c.*

Quod legata pia amplientur, & nullam reſtrictionem pa-

Digitized by Google

patiantur, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 782. num. 16. &c.* Tuſch. *littera L. concl. 109. & ſeqq.*

Diſtribuenda in pios vſus, poſſunt pijs locis applicari; licèt in eodem teſtamento alijs legatis honoratis, Franch. *deciſ. 568.*

Quando legata debeantur ex minus ſolemni voluntate, maximè in foro conſcientiæ, latè Magon. *deciſ. Flor. 58. per tot. & deciſ. Luc. 32. num. 58.* Si tamen defectus procedat ex imperfectione voluntatis non deberi etiam fauore piæ cauſæ, & quando ſecus, latè Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 11. num. 98. & ſeqq. per tot.* vide *in §. Teſtamentum num. 17. & 18.*

An, & quando legata pia poſſint, & per quos commutari de vno vſu, ad alium vſum, an patiantur detractionem, & alia, Tuſchus *littera L. concluſ. 111. cum pluribus ſeqq.* vide *in §. Falcidia*, Vaſquez *vbi ſupra dub. 3. fol. 350.*

An legata pia ſint in hoc priuilegiata, vt integra perſoluantur, & non minuantur per deductionem æris alieni, vel legitimæ, Peregrin. *deciſ. 85. num. 1. &c.* vbi quòd non.

Quindecim priuilegia legatis competentia colligit Nouar. *in Pragm. Reg. Collect. 124. num. 8. & ſeqq.*

Qualiter differens legata pia ſoluere donec à Magiſtratu compellatur, teneatur ad duplum, vide *text. in §. Maleficijs in fine, §. in duplum in fine, & §. Sed furti*, vbi Doctores *Inſtitut. de act.* facit quod dixi *in §. Hæres num. 18.*

45 Legatum dotis factum puellæ quandocumque nupſerit, vel monialis efficiatur, debetur etiam ſi in vita teſtatoris nubat, exactio tamen differtur poſt illius mortem, Petr. Cabal. *conſ. deciſ. 61. lib. 1.* Magon. *deciſ. Luc. 28. per tot. vbi num. 21.* quòd debetur etiam ſi tempore facti teſtamenti eſſet nupta, vide Tuſch. *littera L. concluſ. 97. & ſeqq.* Ricc. *Collect. 1420.*

Dicitur pium, & præſumitur relictum pro alimentis, maximè ſi ſit factum pauperi, & in illo venit quòd maximum, & non quòd minimum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 565. num. 8. &c. cap. 666. num. 5. &c.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 115.* Caualer. *deciſ. 27. num. 2. &c. & deciſ. 49.* vbi quòd etiam ſi ſit deletum, præſumitur inconſultò deletum, & non adimitur, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris.

46 Legatum relictum mulieri pro illa maritanda, ſecundùm aliquos peti non poteſt, ſi iam nupſerit ſine illo, cùm videatur ob certam cauſam, qua ceſſante videtur ceſſare, & hanc partem in extraneo legante, quidquid ſecus in patre, probat Mandel. *conſ. 52. per tot.*

Contrarium tamen verius eſſe reſpondit Magon. *deciſ. Luc. 28. num. 23. &c.* quem refert Michaloc. *de fratr. part. 3. cap. 6. num. 1. &c.* facit Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ. 230. per tot.* latè Cabal. *conſ. deciſ. 79. lib. 1.*

Quod huiuſmodi legatum non extinguatur, nec compenſetur cum dote ab alio ſoluta, & alia ad rem facientia, vide per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 565. num. 25. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 7. num. 12. & ſeqq. per tot.* vbi etiam an tali caſu requiratur conſenſus hæredum in matrimonio, ita vt illo non requiſito non debeatur legatum.

Quòd debeatur legatum in dicto caſu, cùm illius cauſa per matrimonium iam contractum, non dicatur extincta, ſed potius adimpleta, & confirmata, Tiraquel. *tract. ceſſante cauſ. limit. 18. per tot. inter reg. diuerſ. fol. mihi* 185. Gratian. *deciſ. 213. in Addit. num. 5. &c.* vbi infert ad plura ſimilia, vide Tuſch. *littera L. concluſ. 97. & ſeqq.* Ricc. *Collect. 3420.* Valenzuel *conſ. 13. lib. 2.* vbi latè de hac materia, Ioſeph. Felix. Cerezo *Margar. var. concl. verb. Legatum fol. 143. col. 1.*

47 Legatum relictum filiæ ſi nupſerit, debetur etiam ſi monaſterium ingrediatur, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 3. part. 3. fol. 321. & part. 6. fol. 341.* Franciſc. *Conſult. Moral. 10. per tot.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. num. 82. & ſeqq.* arguendo à matrimonio carnali ad ſpirituale, Euerard. *loc. à matrim. carnal. ad ſpirit. num. 8.* Boer. *quæſt. 3. num. 14.* Capyc. *deciſ. 204.* Marſil. *de fideiuſſ. num. 127.* Ludouiſ. *deciſ. 64. num. 24. &c.* Menoch. *de præſumpt. 148. lib. 4.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 6. num. 15. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 481. num. 28. & per tot. cap. 533. num. 19. &c. cap. 813. num. 20. &c.* dixi *in §. Dos num. 29.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 33.* Gutierez *de ſponſal. cap. 20.* idem Ludouiſ. *deciſ. 301.* vbi latè probat, & coniecturas contrarias reſoluit, & Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ. 130. per tot. & deciſ. 450.* vbi benè declarat, dummodò dos quæratur Monaſterio, aliàs ſecus ſi alteri cedatur, Thom. del Bene *de Immunitat. Eccl. part. 1. cap. 8. dubit. 21. ſect. 3. per tot. fol. 335.* Sed quid dicendum in foro conſcientiæ, vide *in §. Teſtator in Addit.*

Poteſt tamen Pater declarare, vt maiorem dotem habeat filia nubendo, quàm monaſterium ingrediendo, Duran *tract. de condit. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 3. num. 36. & ſeqq.* Gratian. *deciſ. 40. in Addit. num. 11.* vide *in §. Pater num. 18.* Tuſch. *litt. L. concl. 135. num. 4.* latè Michalor. *d. tract. part. 3. cap. 6. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 63. per tot.* Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. dict. deciſ. 450.* vbi idem ſi ſit ab extraneo factum legatum, vide Thom. del Bene *loc. cit.* vbi contrarium probat.

Relictum autem alicui ſi efficiatur religioſus, non debetur in caſu nuptiarum temporalium, & quare, Duran. *d. cap. 3. num. 40. &c.*

Item an factum alicui ſi Religionem ingrediatur, debeatur pro ſolo ingreſſu, vel requiratur profeſſio, Dian. *part. 10. tract. 11. reſolut. 56.* vbi refert contrarias opiniones, & ipſe probat verificari in ſolo ingreſſu, omni ceſſante fraude, aliàs ſecus ſi quis ingrediatur cum intentione ingrediendi poſt conſecutionem legati.

An factum pro Monacatu, poſſit dari mulieribus, quæ cælibem vitam in proprijs domibus ſub voto ducunt, vide *in §. Sorores num. 1.*

Quòd valeat conditio hæreditati, vel legato adiecta, ſi à matrimonio abſtinens religioſus, aut clericus efficiatur, vel vt accipiat ſibi religionem, aut clericatum aſſumens, minus autem, ſi nubat, quia in fauorem religionis eſt adiecta, & alia ad rem, Thom. Delbene *loc. ſupra cit. ſect. 4. per tot. fol. 337.*

Legatum dotis factum ab extraneo mulieri non nuptæ eſt conditionale, ſcilicet ſi nupſerit, factum verò a Patre eſt purum, niſi vltra illud reliquerit filiæ legitimam, Pract. Pap. *pro leg. res ſing. gloſ. 1. num. 66. cum Addit.* Crauett. *conſ. 101. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 275. num. 21. &c. cap. 542. num. 43. &c. cap. 943. num. 12. &c.* Graſſ. *§. Legatum quæſt. 48.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 21.* cum alijs per Ludouiſ. & Beltramin. *deciſ. 346. per tot. & deciſ. 495. num. 14. & 16.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 4. per tot.* vbi conſiderat an dos ſuccedat loco legitimæ, vel non, vide *in §. Dos num. 13.* adde latè Menoch. *lib. 4. præſumpt. 146. per tot.* Ger. Spin. 81. *num. 8.* Caualer. *deciſ. 112. num. 1. & deciſ. 162. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 14. per tot.* vbi quòd eſt conditionale etiam factum à Patre, intelligendo prout *infra num. ſeq.* vide Tuſch. *litt. L. concl. 100. & ſeqq.* Maſtril. *deciſ. 78. part. 1.* Ricc. *Collect. 708.* Sanfelic. *deciſ. 87.* vbi quod factum ab extraneo eſt conditionale, nec debetur volenti caſtè viuere in propria domo, vel aduerſa valetudine impeditæ nubere, Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ. 450.* vbi quòd eſt conditionale, & non debetur, niſi legataria nupſerit, aut monaſterium ingreſſa fuerit, nec poteſt alteri cedi, adde Rot. *part. 18. recent. 211. per tot.* vbi an, & quando legatum dos ab auo, vel proauo factum, ſit purum, vel conditionale, *& deciſ. 408.* in eadem cauſa, vbi fuit præcedens deciſio confirmata, Bartel. *de vlt. volunt. deciſ. 83. per tot.* vbi quòd eſt conditionale, ſiue ſubſtantiæ, ſiue executioni apponatur præſtatio, & idem eſſe etiam ſi ſit factum à patre quando extat ſtatutum excludens filiam ſimpliciter, quia licèt pater teneatur dotare, non tamen arctatur niſi tempore matrimonij, & ſic legatum eſt conditionale, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 3. per tot. fol. 302. &c.* vbi plenè an, & quando legatum pro dote ſit conditionale, vel purum, & tranſmittatur ad hæredes, vel non, *& d. gloſ. 3. part. 4. fol. 327.* vbi etiam quid ſi teſtator dixerit ſi nubat tali, *& part. 5. fol. 332.* vbi quid ſi dixerit, vt nubat de conſenſu, & licentia talis, vel ne nubat tali, & alia plura ad rem, de quibus etiam Mant. *conſult. 315. per tot. lib. 4.* & Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 53. & ſeqq.* 48

Legatum conditionale, mortuo legatario ante conditionis euentum, quando tranſmittatur, vel non ad hæredes legatarij, Manſ. *conſult. 426. lib. 5.* & dixi ego latè *in hoc §. num. 10. & ſeqq.*

Quòd legatum factum puellę ab extraneo poſtquam certam ætatem compleuerit, & nupſerit, ſit conditionale, tam reſpectu temporis, quàm nuptiarum, ita vt ſi puella

Digitized by Google

etiam poſt completam ætatem, ſed innupta deceſſerit, illud non tranſmittit ad ſuos hæredes, ſed remaneat penes hæredes legantis, refutata opinione tenentium, quòd conditio nuptiarum potius intelligatur adiecta ad deſignandum tempus, quàm ſubſtantiam legati, latè Rot. *part.11. recent. deciſ.291.* & Bautel. *d. deciſ.83. per tot.*

Quòd debeatur licèt ſit incertum, vide *in §. Dos num.* & debeat quantitas declarari intra annum ab hærede, Magon. *deciſ. Flor.7. num 21. &c.*

Factum filiabus an recipiat onus reciprocæ ſubſtitutionis vide *in §. Fideicommiſſum num.*

An accreſcat de vna ad aliam, vide *in §. Ius accreſcendi num.*

Relictum filiabus nubendis, quando dicatur conditionale, vel purum, Rot. *part.9. recent. deciſ.124. num.3. & ſeqq.* latè Boſſ. *de dot. cap.7. num.91. & ſeqq. per tot. fol. mihi 255. &c.*

49 Legatum factum à Patre, an ſuccedat loco legitimæ, an videatur filia ex illo dotata, & an ſtatim peti poſſit, vel differatur in tempus nuptiarum, Pract. Pap. *pro leg. rei ſing. gloſ.1. num.69. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.70. nu. 26. &c.* Magon. *deciſ. Flor.14. num.5. &c.* vbi quòd eſt conditionale, quando dos vigore ſtatuti non ſuccedit loco legitimæ, Addit. ad eumdem Magon. *deciſ. Luc.28. num.24. littera C.* vide *in §. Dos num.3. & §. Pater num.* Tuſch. *litt. L. concluſ.100. & ſeqq.* Rot. *part.10. recent. deciſ.123. num.13. & ſeqq. & part.15. deciſ.10. num.1. & ſeqq.* vbi quòd relictum à patre filiabus innuptis, etiam nulla facta mentione nuptiarum, intelligitur pro dote ſor ita naturam legitimæ, à qua omne reijcitur onus, *& part.16. deciſ. 180.* adde latè etiam Boſſ. *de dote cap.7. num.57. & ſeqq. fol. 248. &c.*

Quod legatum dotis factum à patre, vbi dos vigore Statuti non ſuccedit loco legitimæ, & quando verba illa, *pro dote*, ſunt appoſita ſubſtantiæ legati, & non ſolutioni, & executioni, ſit conditionale, & non tranſmittatur à filia decedente antè nuptias, pulchrè Altograd. *conſ.87. num.6. & ſeqq. lib.1.* Rot. *part.10. recent. deciſ.123. num.13. & ſeqq.* vbi quòd vigore Statuti Vrbis non ſuccedit loco legitimæ, nec tranſmittitur, & alia; ſed contrarium quòd imò vigore Statuti Vrbis *cap.141.* ſuccedat loco legitimæ firmat Rot. *part.15. deciſ.10. num.12. & ſeqq. & part.16. deciſ.100.*

Si verò legatum ſuperet legitimam, & ſit purum, an tranſmittatur in totum, vel ſolùm pro quantitate legitimæ, idem Altograd *dict. conſ.87. num.28. & 29. lib.9.* vbi refert Gratian. *diſcept. forenſ. cap.542. num.54.* tenere tranſmitti in totum, ſed ipſe contrarium verius eſſe oſtendit, nempè tranſmitti tantùm pro quantitate legitimæ.

Quid importet legatum quòd filia vidua poſſit redire in domum teſtatoris, Tuſch. *littera L. concluſ.103. per tot.*

An autem, & quando legatum factum à patre, vel à matre imputetur in legitimam filiſs debitam, vel non, ita vt vtrumque nempè legatum, & legitima debeatur, vel vnum tantùm, pendet à coniecturis, vt per Bich. *deciſ. 80. & 137. per tot.* & alios citatos *in §. Legitima num.38.* meliùs idem Bich. *in eadem cauſa deciſ.168. per tot. ſupra num.32. & ſeqq.*

50 Legatum factum filiæ quot annis donec vidua manſerit, illa nubente in principio anni, debetur pro toto illo anno, ac ſi eſſet completus, & idem eſt in ſimilibus legatis annuis, *l. filia, & l. à vobis, ff. de annu. leg.* Pract. Pap. *pro leg. rei ſing. gloſ.2. num.48.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.471. nu. 13. &c.*

Legata enim annua cedunt legatario, & illi debentur in principio cuiuslibet anni, tam quoad petitionem, quàm quoad tranſmiſſionem, quia pro primo anno ſunt plura, & pro ſequentibus conditionalia ſi legatarius viuat, & ideò debentur, etiam ſi paulò poſt inceptum annum decedat, niſi appareat ex coniecturis de contraria mente teſtatoris, vel niſi eſſent præſtanda de fructibus ex certo fundo recolligendis, quia tunc deberentur non in principio anni, ſed in tempore recollectionis, vt benè probat Altograd. *conſ.72. num.13. &c. per tot. lib.2.* vide *ſupra nu. 17. & ſeqq.*

51 Legatum factum per Amaſium ſuæ concubinæ, vel meretrici, ſiue è contra, per concubinam Amaſio, quando valeat, vel non, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.31. per tot.* & dixi *in §. Donatio num.53.* vbi adde Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt.39.* Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſſ. lib.3. quæſt.3.* Rot. *part.16. recent. deciſ.47. per tot.* vbi pro validitate donationis factæ ab adultero ad fauorem adulteræ, vel ſimilium perſonarum, etiam monialium, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, quia quidquid turpiter agant, non turpiter accipiunt ex cauſa concubitus. Clerici tamen vigore Conſtitutionis B. Pij V. prohibentur diſponere de bonis tam ab Eccleſia quæſitis, quàm patrimonialibus ad fauorem filiorum illegitimorum, eorumque matris, Rot. *part.18. recent. deciſ.489. num.5. & ſeqq.* vide etiam *in §. Meretrix num.12. & §. Filiatio num.9.*

Legato fundo alicui in proprietate, & alteri in vſufructu, concurrunt legatarij ad medietatem fructuum, & idem eſt in habitatione, *l. ſi alijs, & l. Sempronius, §. fin. ff. de vſufr. leg.* vbi DD. Crauet. *conſ.187. num.1.* Rolan. *conſ.8. lib.2.* Socin. iun. *conſ.115. lib.1.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.350. per tot.* facit quod dixi *in §. Hæres num.9. & §. Teſtator num.7.* Rot. *part.12. recent. deciſ.99. num.15. &c. deciſ.280. per tot.* vbi idem concludit in cenſu, vt ſupra legato, intelligendo de legato particulari, & Cabal. *conſ. deciſ.132. num.5. & 6. lib.2.* 52

Quando detur, vel non huiuſmodi concurſus, Sperel. *deciſ.145. num.29. & 30.* latè Tuſch. *litt. L. concluſ.79. per tot.* Rot. *part.12. recent. deciſ.99. num.5. & ſeqq. & part.14. deciſ.502. num.2.*

Quòd legatum vſusfructus omnium bonorum, ſit compatibile cum legato proprietatis alicuius rei particularis, etiam eidem perſonæ facto, ſicut & cum legato alimentorum, & ſint duo legata ſeparata, quæ inuicem non confunduntur, ſed vtrumque ſit præſtandum, vide Altograd. *conſ. 88. num.39. &c. lib.1.* Corn. *conſ.308. per tot. lib.4.* Tuſch. *littera L. concluſ.125. per tot.* vbi quando factum in genere, & in ſpecie eidem perſonæ debeatur vtrumque, ſiue generi per ſpeciem derogetur.

Si teſtator rem, quam vni legauit, alteri poſteà leget, an legatum dicatur primo ademptum, latè Menoch. *lib 4. præſumpt.173. per tot.*

Legata domo, vel ſtantia, quæ veniant in huiuſmodi legato, & quid operetur expreſſio confinium, pulchrè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.657. num.18. & per tot.* vide *in §. Appellatiua num.38.* 53

Quòd legatum domus, etiam nullo addito ſigno vniuerſali, comprehendat totam domum, quam teſtator habitare ſolebat, *l. vxori, ff. de leg.3.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.775. per tot. cap.947. num.3.* & ſi fuerit dictum pro ea parte, quam teſtator inhabitabat, & incertum ſit, quam partem habitauerit, pariter comprehendit totam domum, idem Gratian. *cap.946. num.43. &c.*

Quod imò non intelligatur de domo illa ſplendida, & ampla, quam teſtator cum vxore conſueuit habitare, ſed de illa, quæ conuenit qualitati viduæ, & modicæ familiæ, vide Menoch. *lib.4. præſumpt.106. num.7. &c.* vbi tamen loquitur in diuerſis terminis à ſupradictis, & vide in meis *reſol. cap.10. num.17. & ſeqq. & in hoc opere, §. Vxor num.25. in fine.*

Legatum domus cum Inſtrumentis quid contineat, Menoch. *lib.4. præſumpt.154. num.18. & per tot.*

Quòd legatum domus cum omnibus in ea exiſtentibus, non contineat inſtrumenta, & pecuniam, *l. ſi mihi Mæuia 90. ff. de leg.3. l. vxori, §. legauerit, ff. eodem,* Iaſ. *in l. ſingularia num.28. ff. ſi cert. pet. & in l. non vtique, §. Item Iulianus, ff. de eo quod cert. loc.* Ioſeph. Felic. Cerezo *Margar. variar. concluſ. verb. Legatum col. 2. fol 741.*

Legata domo, vel vendita an veniat hortus, ſiue viridarium, & ſtabulum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.896. num. 28. &c.* Viui. *comm. opin.202.* vide *in §. Appellatiua num.58. & in §. Venditio num.51.*

Quòd legatum domus, vel habitationis comprehendat etiam apothecas ſub illa exiſtentes, maximè ſi verificentur confines expreſſi; vel adſit dictio, *totum*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.775. per tot.* Viui. *d. comm. opin.202.* Menoch. *lib.4. præſumpt.129. per tot.* vbi etiam quæ ex duabus legata præſumatur, latè Rot. *par.10. recent. deciſ.77. per tot.* vbi an, & quando ſub legato domus veniant apothecæ, & remiſſæ pro thædis, vel curtibus, ſiue non, & iterùm in eadem cauſa *deciſ.304. per tot. d. part.10.* vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quòd

Digitized by Google

Quod legatum domus factum ſimpliciter, & in genere, ſit deriſorium, & inutile, vbi teſtator nullas domos in patrimonio ſuo habebat, ita vt hæres non teneatur aliam domum extra patrimonium teſtatoris quærere, *l. ſi domus*, vbi Alexand. & Iaſ. *ff. de legat.* 1. Diaz. *reg.*412.

Si verò teſtator domus habebat in patrimonio, cenſetur vnam ex illis legaſſe ad electionem hæredis, niſi aliter appareat ex coniecturis, Socin. *reg.*492.

Et ſi fuerit legata domus habitationis teſtatoris, intelligitur de domo, in qua ordinariè habitabat, non autem ex accidenti, Rom. *conſ.*264. *num.*4. Menoch. *præſumpt.* 129. *num.*2. *lib.*4. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*278. *num.*8.

54 Legatum apothecæ comprehendit etiam domum ad illius vſum deſtinatam, ſicut legatum vineæ continet arundinetum annexum, ſi tempore mortis teſtatoris ſeruiat ad huiuſmodi vſum, nec fuerit mutata deſtinatio, aliàs ſecus, & quid in ſimilibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 126. *per tot.* vide Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*77. & 304. *per tot.*

55 Legato lecto, regulariter continentur omnia illius ornamenta, Gratian. *diſcept. forenſ cap.*138. *num.*23. *&c. cap.*610. *num.*12. *&c.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appell.*126. *per tot.* Surd. *deciſ.*250. *vbi num.*10. *&c.* benè diſtinguit.

Quam interpretationem recipiant legata dubia, & obſcura, latè Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*106. *per tot.* Surd. *d. deciſ.* 250. *per tot.* vbi de legato librorum facto I.C. an legales tantùm libros, vel alios quoque contineat, *infra num.*64. *in fine*, latè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*260. *per tot. ſupra num.*1. *in fine*, *& num.*19. *in fine*.

56 Legato fundo, & poſtea ei aliquo adiecto, debetur non tantùm fundus, ſed etiam id, quòd illi fuit adiectum, *l. quod in rerum* 24. *§. Si quis*, *ff. de legat.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 782. *num.* 7. *&c.* Barboſ *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 203. *ſub num.* 1. *& de Axiom. iur. Axiom.*34. *num.*9. Surd. *deciſ.*241. *per tot.* vbi quòd legato fundo ſito in certo loco (non obſtante expreſſione loci, quæ ſolet reſtringere) veniunt etiam prædia alibi exiſtentia, quæ tamen à teſtatore fundo legato erant vnita, & annexa, ac eodem ſub vocabulo nuncupata, cùm deſtinatio, & opinio teſtatoris ſit attendenda in ijs, quæ ab eius voluntate dependent, vide *in §. Fundus num.* *§. Locus num.* *§. Diſpoſitio num.* *§. Donatio num.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*127. Tuſch. *litt. l. concluſ.*59. *num.*13. *& ſeqq.* Odd. *conſ.*11. *per tot.* Gabr. *conſ.*93. *num.*4. *lib.*1. Borgn. *deciſ.*6. *in princ. lib.*1. Battel. *de vltim. volunt. deciſ.* 86. *per tot.*

Legatum fundi ſimpliciter quid contineat, & quid fundi inſtituti, vel fundi, & inſtrumentorum, idem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*154. *per tot.* Tuſch. *litter. L. concl.*123. *per tot.* Borgn. *deciſ.*44. *num.*138. *&c.*

Quòd legatum certi fundi, contineat quidquid ſub tali nomine nuncupabatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*947. *num.*28. *&c.*

Quòd omne augmentum ſuperueniens ſpectet ad legatarium, & quando ſecus, vide Diaz. cum alijs ab eo citatis *reg.*724. *per tot.* dixi *in §. Augmentum num.*9. adde Gabriel. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*8. *§.*4. *dub.*4. *per tot. fol.*345.

Sed imò omne augmentum legati factum à teſtatore poſt conditum teſtamentum cedere ad fauorem hæredis, & non legatarij, niſi legatum ſit factum in piam cauſam, vel coniunctæ perſonæ, pluribus comprobat videndus Martha *vot. Piſ.*6. *per tot.*

57 Legato armento continentur boues, & animalia groſſa, non autem pecudes, capræ, & alia animalia minuta, *l. boues*, vbi Rebuff. *ff. de verb. ſignif.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.*24. *per tot.*

Legatis autem equis, veniunt etiam equæ, cùm in legatis maſculinum contineat fœmininum, niſi aliud ex coniecturis appareat; non tamen veniunt equi venales, ſi eſſet ſir de ſuis, ſed illi tantùm, quos teſtator ſui vſus gratia habebat, niſi aliter appareat de ipſius voluntate, Barboſ. *d. tract. appell.*90. *num.*1. *&c.*

Quòd legato animali, eo mortuo neque pellis, ſiue corium, neque caro debeatur, intelligendo ſi mors contingat viuo teſtatore, aliàs ſecus, *l. Mortuo boue*, *ff. de leg.*2. vbi gloſ. & Bart. Gomez. *de vlt. vol unt. cap.*12. *num.*16. Ioſeph. Feliu. Cerezo *Margar. var. concluſ. verb. Legatum fol.*141.

Legans debita ſua, intelligitur legaſſe acquiſitiuè, ideſt credita ſua, & iura exigendi contra ſuos debitores, Bardellon. *conſ.*190. *num.*9. *&c. lib.*2. 58

Quòd legans omnia bona mobilia, & immobilia, non videatur legare nomina debitorum, Addit. ad Pract. Pap. *libell. pro leg. rei ſing. gloſ.*1. *verb. omnes res mobiles*, vide ſupra *num.*22.

Legans debitori rem obligatam, cenſetur tantùm legare ius pignoris, quod poterit debitor liberè conſequi ante ſolutionem debiti, non autem videtur legare principale debitum, niſi legauerit chirographum, Neguſ. *de pign. part.*6. *memb.*3. *num.*20. *&c.*

Legans rem aliquam, ſi illam non poſſideat, ſed in ea habeat ius pignoris, cenſetur huiuſmodi ius legaſſe, Caualer. *deciſ.*503. *num.*4.

Legans rem, cenſetur legaſſe omnem actionem ſibi competentem in dicta re, ad rem, pro re, & occaſione rei, & etiam actionem de euictione rei, & non ſolùm ius actuale, ſed etiam potentiale, Ger. Spin. *conſ.*19. *num.*47. *& ſeqq.*

An autem legans aliquid debitori ſuo, cenſeatur etiam debitum remiſiſſe, Carol. Rota *in eius Floril. concluſ.*26. *per tot.* vbi concludit pro hærede, vt ſoluto legato exigat debitum à legatario.

Legatum nominis debitorum factum ſiue ipſimet debitori, ſiue alteri, ſi nihil debeatur, non eſſe præſtandum etiam ſi certa quantitas fuerit expreſſa, vide Surd. *deciſ.*142. *num.*4. *& per tot.* latè Tuſch. *litt. L. concl.*60. *&* 61. *per tot.* Martha *vot. Piſan.* 170. vbi quòd legato nominis debitoris, hæres cedendo actiones legatario liberatur, in tantum, vt nec etiam expenſas legatario præſtare teneatur pro conſecutione legati, ſed legatarij periculo ſit vindicandum, & quando legatum dicatur tale, licèt videatur in duabus orationibus factum, Rota *part.*18. *recent. deciſ.*651. *per tot.* vbi quòd nec etiam requiritur ceſſio, ſed ipſo iure tranſit in legatarium, cui etiam, & non hæredi imputatur inexigibilitas, nec tenetur hæres notificare legatum, ſed ſufficit quòd interpellatus non ſit in mora. 49

An autem debitoris nomine legato veniant anteacti, ſiue præteriti temporis fructus, & vſuræ, latè idem Surd. *deciſ.*88. *per tot.* Franch. *deciſ.*254. *per tot.*

Plura de liberatione legata, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*625. Bich. *deciſ.*332. *num.*4. *& ſeqq.* & habetur inter recent. *part.*10. *deciſ.*144. Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*8. *§.*4. *dub.*11. *fol.*349. vbi etiam quòd legatum liberationis factum debitori prodeſt etiam fideiuſſori, factum verò fideiuſſori non prodeſt debitori.

An dicatur reuocatum per illius exactionem, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*168. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*251.

Quid contineat legatum generalis liberationis, Tuſch. *litt. L. concluſ.*126. vide *in §. Liberatio num.*11.

Quòd legatum factum à creditore debitori comprehendat etiam debitum in diem, quidquid ſecus ſit in legato facto de eo, quod alius debet, Theſ. *deciſ.*235. cum alijs per Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*17. *num.*1. *& ſeqq & deciſ.*96. *&* 124. in quibus fuit confirmata prima deciſio, & vide Vaſquez *loc. ſup. cit.*

Legatum cenſus continet tantùm ius exigendi annuam reſponſionem, non autem ſortem principalem, quæ in caſu redemptionis erit reſtituenda hæredi, & non legatario, Rot. per Ludouiſ. penes Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 446. *num.*31. Cenſ. *de Cenſ. quæſt.*72. *num.*24. *&c.* Guid. Pap. *deciſ.*264. Sperel. *deciſ.*177. *num.*66. dixi *in Praxi*, *§. Legata num.*11. Fontanel. *deciſ.*539. *& ſeqq. & deciſ.* 542. vbi quòd eſt reinueſtienda ad fauorem legatarij, aliàs facilè eſſet illum deludere, facit Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*280. 60

An autem fructus maturati viuente teſtatore ſpectent ad hæredem, vel ad legatarium tamquam acceſſorij, Franch. *deciſ.*254. vbi quòd ſpectant ad hæredem, cùm non conſiderentur tamquam acceſſorij, ſed de per ſe ſtantes.

Non extinguitur per redemptionem cenſus factam viuo teſtatore, niſi aliter probetur de illius voluntate, cùm huiuſmodi alienatio dicatur ex neceſſitate, ita diſponente Bulla Pij V. de cenſibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*251. *num.* 65. *cap.*316. *num.*1. *&c.* cum alijs per Cenc. *de cenſ. qu.*72. *num.*30. *&c.*

Legatum cenſetur reuocatum per voluntariam alie- 61

Digitized by Google

nationem rei legatæ, non autem per neceſſariam, adeò vt non reuiuiſceret, licèt poſtea fuerit per alienantem recuperata; ſi tamen eſſet factum ad pias cauſas, vel coniunctæ perſonæ non videretur reuocatum per quamlibet alienationem, Petr. Cabal. *conſ. deciſ.* 80. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 172. *in princ. cap.* 251. *num.* 24. *&c. cap.* 422. *num.* 17. *&c.* Pract. Pap. *lib. ll. prub. g. rei ſing. gloſ.* 1. *num.* 18. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 167. *per tot:* Socin. *regul.* 276. *per tot.* Franch. *deciſ.* 283. Ger. Spin. *conſ.* 13. *num.* 69. *&c.* & melius *conſ.* 75. *per tot.* vbi quando non cenſeatur reuocatum per donationem vniuerſalem ſubſequentem, adde Paul. Chriſtin. *deciſ.* 33. *per tot. vol.* 4. vbi plures caſus diſtinguit, nempè per donationem cenſeri reuocatum, non autem per pignorationem, in alijs verò alienationibus dicendum vt ſupra.

Qualiter cenſeatur etiam reuocatum per pignorationem rei legatæ factam à teſtatore, Gratian *d. cap.* 172. *num.* 3. *&c. d. cap.* 251. *num.* 44. *&c.* vbi diſtinguit, & melius *in d. cap.* 422. *num.* 17. *&c.* Menoch. *d. præſumpt.* 167. *num.* 41. *&c.* Diaz. *reg.* 738 Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. num.* 36. vbi limitat niſi res legata fuerit maiorum, quia tunc militat præſumptio redemptionis.

De legato ſpeciei, an extinguatur alienatione, hypothecatione, tranſlatione, & mutatione de vna ſpecie in aliam, ſiue mutatione formæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 251. *per tot. cap.* 256. *num.* 28. *&c.*

Quando deſtructione, vel refectione, & mutatione formæ rei legatæ dicatur ademptum legatum, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 171. *per tot.*

Qualiter legatum ſpeciei, vel quantitatis debitæ ex certa ſpecie determinata extinguatur perempta illa ſpecie, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 62. *num.* 12. *&c.* Tuſch. *littera L. concl.* 83.

Quid de diminutione contingente in rebus particulariter relictis, idem Gratian. *cap.* 570. *num.* 8. *&c.*

An & quando legatum ademptum, & reuocatum præſumatur adempta, & reuocata conditione, vel modo illi appoſitis, & adiectis, Menoch. *lib* 4. *præſumpt.* 169. *per tot.* vide *in §. Conditio num.* *& §. Modus num.*

Quid ſi fuerit ſolutum à teſtatore viuente, vide *in §. Teſtator num.* 4.

Item quando cenſeatur reuocatum propter ſuperuenientem inimicitiam inter Teſtatorem, & legatarium, idem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt* 170. *per tot.* vide *in §. Inimicitia n.* Rom. *ſing.* 169. Tiraquel. *tr. Ceſſante cauſa num.* 127.

Ex quibus legatum dicatur reuocatum, vel non, latiſſimè Tuſch. *littera L. concluſ.* 138. *per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. §. 1. *dub.* 6. *fol.* 337. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1280. *num.* 138 vbi quòd reuocatio non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante, & ex quibus inducatur plenè.

Quando perdatur per tranſitum ad ſecunda vota, vel non, idem Tuſchus *loc. cit. concl.* 136. dixi *in §. Diſpoſitio num.* *& §. Mulier num.*

Quòd legatum pecuniarum non cenſeatur reuocatum per illarum exactionem à teſtatore factam, ſi poſtea ſuperuixit, & legatum non reuocauit, quia voluntas non cenſetur mutata, niſi ademptio euidenter probetur, maximè in legatis pijs, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 117. *num.* 5. *& ſeqq.*

Legatum relictum ſub conditione, *ſi ambo hæredes ſine filijs deceſſerint*, licèt in vltimo tantùm verificetur conditio, debetur reſpectu illius portionis, niſi ſuperſit perſona, quæ ex veriſimili mente teſtatoris legatarium excludat, quia etiam in legatis particularibus pluralitas reſolui poteſt in ſuas ſingularitates, vt benè probat Ger. Spin. *conſ* 86. *&* 87. *per tot.* vide *in §. Conditio num.* *§. Fideicommiſſum num.* *& §. Subſtitutio n.*

Quid autem ſi hæres grauatus ſub dicta conditione efficiatur monachus? an debeatur legatum, & cui, & ſi non debetur prædefuncto legatario, ſi deindè naturaliter moriatur hæres, an ſpectet ad hæredes legatarij, vel ad monaſterium, latè Carol. Rota *in Floril. concluſ.* 8.

63 Legatum tutori relictum, an intuitu tutelæ dicatur relictum, ita vt alio tutore poſtea dato, dicatur ademptum, vide Surd. *deciſ.* 38. *per tot.*

Quòd præſumatur relictum vt tutelam gerat, & ideò illo recuſante regulariter amittatur, vide *in §. Tutela num.* 61. latè Tuſchus *littera L. concluſ.* 94. vbi idem concludit in alio officiali dato in teſtamento.

Non tamen amittitur ſi ob defectum ætatis, vel aliud impedimentum nequeat legatarius tutelam ſubire, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 43. *num.* 51.

Legatum factum alicui quamdiù permanſerit in furore, reſoluitur ceſſante furore, & ſi contingat illum decedere furioſum tranſmittitur ad hæredes, nec reſoluitur, *l. ambiguitatem, C. de vſufruct.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 563. *num.* 19. 64

Legatum ſcutorum mille, vel alterius ſummæ factum Mutinæ, vel alio in loco, & ſoluendum Romæ, vel alibi, ſtante diuerſitate valoris ſcutorum in huiuſmodi locis, de qua moneta ſit ſoluendum, & cuius loci valor ſit attendendus, ceſſante coniectura mentis teſtatoris, de qua moneta intellexerit, in dubio eſt intelligendum de minori, & currente in patria teſtatoris, *l. nummis, ff. de leg.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 565. *per tot.* facit Surd. *deciſ.* 227. *per tot.* Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. §. 4. *dub* 6. *fol.* 346. & quod dixi *in §. Promiſſio n.* Merlin. *deciſ.* 97. *num.* 10. *&c.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 17. *& deciſ.* 124. vbi quando intelligatur de maiori, ex conſuetudine, & vſu Teſtatoris, notarij rogati, ac etiam legatarij perſonæ ipſi teſtatori prædilectæ, *& part.* 17. *deciſ.* 101. *in eadem cauſa*, vbi fuerunt confirmatæ primæ deciſiones. 65

Quòd tamen fauore dotis, & piæ cauſæ immediatè Deum reſpicientis, intelligatur legatum de maioribus aureis, & non de minoribus, Surd. *deciſ.* 298. *per tot.*

De legato pecuniarum, vel facto in pecunia, quod non poſſit ſolui in bonis ſtabilibus, ſed ſoluendum ſit in pecunia, & quando ſecus, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *to.* 1. *deciſ.* 203. *per tot.* vide *in §. Debitor num.* 44.

Legatum factum ſub conditione reſtituendi hæredi ſcripto, quatenus legatarius decedat ſine filijs, an ſi hæres priuſquàm conditio euenerit moriatur, reuertatur ad eius hæredes, vel potiùs tranſmittatur ad hæredes legatarij ſine filijs mortui, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 612. *per tot.* facit *ſupra num.* 39. 66

Legata cum omnibus diſpoſitis in teſtamento firma remanent, licèt illud ſit nullum ex cauſa præteritionis, propter quam vitiatur ſola inſtitutio, niſi præterito fuerit facta ignoranter, quo caſu annullarentur omnia, vide Gayl. *obſeru.* 113. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 398. *num.* 6. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *num.* 20. *&c.* dixi *in §. Præteritis per tot.* *& §. Teſtamentum num.* 27. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 50. *per tot.* vbi latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 9. *per tot. vol.* 4. *& deciſ.* 200 *vol.* 5. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 332. *num.* 2. *&* 3. 67

Si tamen huiuſmodi legata abſorberent totam hæreditatem, non deberi, vide Magon. *deciſ. Lucen.* 32. *in fine*, vbi allegat Clar. *in §. Teſtamentum qu.* 46. *in fine.*

Quòd legata non debeantur ex teſtamento nullo, & inualido, *l. Titia, ff. de inoff. teſtam. & l. ſi non ſcire, C. de teſt. manumiſſ.* Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 467. *num.* 10.

Legatum factum alicui cùm doctorabitur, intelligitur præcedente congruo examine, & non debetur ei, qui ſolo verbo Principis fuit creatus Doctor, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 186. *num.* 78. *&c. cap.* 217. *num.* 87. *&c.* facit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 804. *per tot.* 68

Quòd legatum factum in ſubſidium ſtudij, ſit præſtandum vbi legatarius ſtudio incumbit, & in loco vbi ſemel præſtari cepit, dicatur pium, & habeat omnia priuilegia piæ cauſæ, idem Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 62. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 484. *per tot.* vbi quòd eſt latè interpretandum, & factum pro ſubſtentatione in ſtudio publico importat alimenta, tam pro victu, quàm pro alijs neceſſarijs ad ſtudia, quæ taxari debent arbitrio iudicis iuxta conſuetudinem loci, in quo debent præſtari, & non patriæ ſtudentis, & fuerunt taxata in ſcutis quindecim menſtruis non obſtante quòd priùs fuerint præſtita in ſcutis octo, vide *in §. Alimenta num.* 14. Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 397. *&* 398. vbi quòd debeat taxari ſecundum conſuetudinem loci, & in qua ſumma taxentur Rauennæ.

Intelligitur ſi legatarius ita profecerit, vt ad Doctoratum perueniat, Dec. *conſ.* 177. Iaſ. *conſ.* 149. *lib.* 4. cum alijs per Menoch. *de arbitr. caſ.* 237. *num.* 31. *&c.* vbi tamen ipſe firmat, ſufficere ſi per legatarium non ſtet, quin ſtudia perficiat, & contrarium procedere vbi fuit adiecta conditio, ſi legatarius perfecerit ſtudium, & non aliter, nec alio modo, Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 56. *in fine*,

vbi

Digitized by Google

vbi quòd ſufficit vt fiat aptus ad gradum Doctoratus, licèt de facto illum non aſſumat, facit latè Rot. *part.18. recent. deciſ.804. per tot.* vbi quòd debent concurrere omnes conditiones, & qualitates à teſtatore requiſitæ in legatarijs, aliàs non debetur legatum, & quando debeatur eadem Rot. *part.19. recent. deciſ.126. per tot.*

Quòd Collegium erectum pro alendis, & inſtruendis iuuenibus ſtudioſis, intelligatur ordinatum pro Conciuibus teſtatoris, non autem pro exteris, licèt patriæ teſtatoris aggregatis, vel vicinis, Corn. *conſ.39. num.4. lib.1.* Cabal. *conſ.17. num.65. lib.2.* cum alijs per Rot. *part.12. recent. deciſ.296. per tot. & deciſ.368. per tot. in eadem cauſa confirmata, & part.11. deciſ.84.* vbi cuius ætatis, & qualitatis eſſe debeant pueri recipiendi iuxta Concil. Trid. *ſeſſ.23. cap.18.* & an illi præſumatur ſe conformaſſe teſtator, vel non, & *deciſ.370. d. part.11. in Append.*

Legatis autem libris, quos teſtator habebat, an veniant alij poſtea empti, & alia de legato librorum, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.133. per tot. ſupra num.55. in fine, & num.19. in fine.*

Legatum factum amico intimo debetur etiam ex teſtamento minus ſolemni, vel inter liberos, cùm in eo intelligatur clauſula codicillaris; qualis autem debeat eſſe huiuſmodi amicitia, quæ non poteſt ſtare ſine virtute, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.200. num.8. & per tot. cap.611. num.53. cap.930. num.15. &c.*

Et quis dicatur amicus intimus, cùm valeat legatum rei alienæ illi factum, remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.146. per tot. infra num.*

70 Legatum factum alicui ſub conditione *ne nubat tali*, amittitur ea non ſeruata, licèt matrimonium cum tali contractum eſſet nullum, & etiam amittitur viuendo inhoneſtè cum illo, abſque matrimonio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.213. num.24. &c.* vide *in §. Conditio num. §. Mulier nu. & §. Pœna num.*

71 Legatum rei emphyteuticæ, ſeu feodalis, vel vſusfructus debiti teſtatori ſuper re aliena, qualiter non valeat, Ant Gob. *conſult.75.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.2. clauſ. 6. gloſ.3. part.6. num.37. & ſeqq. fol.341.* vbi valet pro dote, tanquam collatum in tempus, quo omne ius legantis remanet extinctum, & an ſuperueniente in eo proprietate reconualeſcat, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.237. per tot.*

Quod ſuſtineatur ſaltem quoad æſtimationem vbi conſtat de expreſſa teſtatoris voluntate, etiam ſi agatur de bonis emphyteuticis Eccleſiæ, latè Gratian. *deciſ.56. per tot.*

72 Legatum rei alienæ, quam teſtator ſciebat eſſe alienam valet, ſecus autem ſi ignorabat, text. *in §. non ſolum autem, Inſtit. legat.* niſi eſſet relictum coniunctæ perſonæ, vel ad pias cauſas, quia tunc debetur æſtimatio, quando teſtator ſciebat rem eſſe alienam, niſi aliter appareat ex coniecturis, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.1. tom.1. deciſ.265.* Franc. *deciſ.547.* Pract. Pap. *pro leg. rei ſing. gloſ.1. num.17.* vbi quod ſpectat ad legatarium probare huiuſmodi ſcientiam, & eſt text. *in §. & verius eſt, Inſtit. de legat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.233. num.53.* vbi quòd de iure canonico non valet, *& in cap.237. num.17. cap.988. num.7.* Altograd. *conſ.68. num.75. lib.1.* Tuſch. *littera L. concluſ.63. per tot. & littera T. concluſ.141. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.32. num.5. volum.4.* vide Ricc. *Collect.3251.* vbi plura, Rot. *part.9. recent. deciſ.148. num.16. deciſ.405. num.52.* Anſald. *conſ.123. per tot.* & dixi *in §. Æſtimatio num.11.*

Quòd valeat etiam de iure canonico ad fauorem coniunctæ perſonæ, & piæ cauſæ, idem Grat. *diſcept 611. num.20.* vide Menoch. *lib.4. præſumpt.116. per tot.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.9. tit.1. num.20. & tit.10. num.* Paul. Chriſtin. *deciſ.213. num.167. & ſeqq. vol.4.* vbi notabiliter limitat, adde Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.8. §.4. dub.1. 2. & 3. fol 344.*

Et quæ dicatur coniuncta perſona ad hunc effectum, vel amicus intrinſecus, cuius etiam fauore valet huiuſmodi legatum, remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.146. per tot.*

Idem eſt in donatione rei alienæ, vt facta coniunctæ perſonæ ſcienter, valeat quoad æſtimationem, & quid ſi donatarius rem donatam ab alio conſequutus fuerit, latè Rot. *part.10. recent. deciſ.181. per tot. infra num.73.* vide *in §. Cauſa num.22. §. Res num.1.*

De legato rei hæreditis, an, & quando valeat, Menoch.

lib.4. præſumpt.117. per tot. Gratian. *diſcept. forenſ. c.602. num.7.* Tuſch. *litt. T. concluſ.141. per tot.* Gabr. Vaſquez *loc. ſupra cit. dub.2. num.66.*

De legato rei feudalis, quòd debeatur æſtimatio, idem Gratian. *diſceptat.611. num.39. & deciſ.56. per tot.* Menoch. *lib.4. præſumpt.119. num.6.* vide *in §. Feudum num.16.*

De legato rei litigioſæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.464 num.23.* Cuius ſumptibus ſit præſtandum *gloſ. in Auth. nunc ſe hæres, C. de litigioſ.*

Quòd legatum rei prohibitæ alienari valeat quoad æſtimationem, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.110. num.25.* Menoch. *lib.4. præſumpt.119. per tot.* vbi loquitur de rebus Eccleſiæ, & feudalibus, Gratian. *deciſ.56. per tot.* vbi de legato, vel inſtitutione rei Eccleſiæ, ſiue emphyteuſis Eccleſiæ, quòd valeat quoad æſtimationem, Tuſchus *litt. L. concluſ.65.* vide Text. *& gloſ. in §. Non ſolum autem, Inſtit. de legat.* vbi contra, & intellige cum declarationibus, de quibus *gloſ. ibidem.*

De legato rei pignoratæ, vt gemmarum, & iocalium, quando hæres teneatur luere, & rem liberam præſtare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.986. num.9.* Franch. *deciſ.547.* Ger. Spin. *conſ.19. num.39.* vide *in §. Creditur num. infra num.74.* Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.8. §.4. dub.9. fol.347.*

De legato rei communis quòd cenſeatur tantùm relictum reſpectu partis ad teſtatorem ſpectantis, niſi ſit conceptum verbis vniuerſalibus, quia tunc pro alia parte deberetur ſaltem æſtimatio, Socin. *reg.272. per tot.* Altograd. *conſ.68. num.76. lib.1.*

An ſtante incapacitate legatarij poſſidendi rem legatam, debeatur ei ſaltem æſtimatio, vide *in §. Æſtimatio num.11.*

Quod dictum eſt de legato rei alienæ, vt valeat quoad æſtimationem, procedit etiam in inſtitutione rei alienæ, quæ ſuſtinetur quoad æſtimationem, latè Rot. per Farinac. *part.1. deciſ.309. 337. & 453. in eadem cauſa Romana hæreditatis de Mareſcottis*, in qua vltima deciſione reſolutum fuit tam in legato, quàm in inſtitutione rei alienæ non deberi æſtimationem ex pluribus coniecturis ibi relatis denotantibus mentem teſtatoris, quæ totum poteſt, ac efficit in vltimis voluntatibus.

Legatum rei ſuæ, ideſt propriæ legatarij, regulariter non 73
valet, licèt tempore teſtamenti non eſſet ſua, ſed cedente die legati facta fuerit ſua ex cauſa lucratiua, intelligendo quando eſt facta legatarij irreuocabiliter, ſecus ſi ſub aliqua conditione, vel pacto reuocabili, cùm id, quod meum eſt, amplius meum fieri non poſſit, & non poſſint duæ cauſæ lucratiuæ concurrere in eodem ſubiecto reſpectu eiuſdem rei, Tiraquell. *de retract. conuent. §.2. gloſ.1. num.11. & num.43.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.237. num.16. & cap.251. num.24. 55.* Menoch. *lib.4. præſumpt.116. n.9.* Tuſch. *litt. L concluſ.63. & 64. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.213. num.148. vol.4.* vbi quòd hæres ideò liberatur quando res peruenit ad legatarium ex alia cauſa lucratiua, ita vt nec teneatur ad æſtimationem, de qua tamen vide Rot. *part.10. recent. deciſ.281. num.13. & ſeqq. per tot.* vbi benè declarat, & dixi *in §. Cauſa num.22.*

An autem legatarius emendo rem ſibi legatam videatur renunciare legato, diſtingue pluribus modis, vt per Gabr. Vaſquez *quæſt. moral. tract. de teſtam. cap.8. §.4. dub.8. per tot. fol 347.*

Legatum rei, pro qua debetur cenſus, tranſit cum ſuo 74
onere ad legatarium, Pract. Pap. *libell pro leg. rei ſing. gloſ.1. num.20.* niſi eſſet enim aliquo onere, vel ad pias cauſas, vel coniunctæ perſonæ relictum, quibus caſibus teneretur hæres rem luere, & liberam præſtare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.611. per tot. cap.955. num.23. & per tot.* vbi etiam quid fauore amicitiæ, & an requiratur ſcientia huiuſmodi qualitatis in teſtatore, & quomodo intelligantur contraria, quòd ſcilicet teſtator videatur tantùm legaſſe ius, quod habet in re, & alia, vide *in §. Cenſus num.*

Quando hæres teneatur luere rem legatam à cenſu, vel alia obligatione, & liberam legatario præſtare, vel non, & ſic etiam quando teneatur de euictione, Martha *vot. Piſ. 108. per tot.* vide alios citatos *in §. Euictio num.22.*

Quòd ceſſet fauor coniunctionis vbi agitur contra agnatum pariter coniunctum, Magon. *deciſ. Flor. 146. num.20.* vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.611. num.18. 30. & ſeqq.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

An & quando teſtator, ſimpliciter aliquam rem legando videatur legaſſe ius tantùm, quod illa habet, vel totam rem, vide Socin *reg.493. per tot.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat Ger. Spin. *conſ.19. num.36. & ſeqq. per tot.* Caualer. *deciſ.503. num.4.* Tuſch. *litt. L. concluſ.* [illegible]o. *per tot.* Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.8. §.4. dub. 3. per tot. fol.345.*

75 Legatum vſusfructus non agnitum per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes à die ſcientiæ, extinguitur, & reuertitur ad proprietarium, an autem in præſcribente requiratur bona fides, & titulus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.807. num.1. &c.*

Qualiter legata præſcribantur, vide *in §. Hæres num.*

Quæ veniant in legato vſusfructus, vide *in §. Vſusfructus num.*

76 Legatum ſimpliciter relictum nepoti ab auo paterno, dicitur aduentitium, & non profectitium, niſi ſit expreſsè relictum contemplationem patris, Marant. *in l. is poteſt num.7. ff. de acquir. hæred.* Menoch. *lib.3. præſumpt. 28. per tot. & lib.4. præſumpt.22. & 23.* Michalor. *de fratribus lib.1. cap.7. per tot.* vide *in §. Donatio num.16. & §. Dos num.31.* Rot. *part.11. recent. deciſ.181. num.20. & ſeqq.* vbi idem firmat in inſtitutione, & benè declarat *part.13. deciſ.159. per tot. & part.14. deciſ.358. num.12. & ſeqq. & deciſ.417. num.14. & ſeqq.* vbi de legato à patruo facto.

Vel niſi ſit expreſſa aliqua cauſa, ad quam partes de neceſſitate tenebantur, Magon. *deciſ. Flor.13. num.5. & ſeqq. per tot.* vide Marcian. *diſput. forenſ. cap.29. num.30. & ſeqq. per tot.* Surd. *conſ.488. num.20.* Mantic. *de coniectur. lib. 8. tit.16. num.8.* Rot. *part.11. dict. deciſ.181. num.34. & part.13. deciſ.159. num.11. & ſeqq.* Cabal. *conſ.143. per tot. lib 1.* vbi quòd in dubio præſumitur dos conſtituta contemplatione filij, ac ob id profectitia cenſetur, & in legitimam, & trebellianicam imputatur, vt dixi *in §. Dos num 31.*

77 Legatum factum ab vxore marito per metum reuerentialem, & importunitatem in alterius damnum non valet, Afflict. *deciſ.69. num.5.* Menoch. *lib.4. præſumpt.11. num. 9 & l.5. præſumpt.3. num.114.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 108. num.14. & 25.* Vrſil. ad Afflict. *loc. cit.* vide *in §. Metus num.* *& §. Vxor num.*

78 Legata non conſeruantur hæreditate non adita, & ſic ante aditam hæreditatem peti non poſſunt, *l. ſi nemo, ff. de teſt. tut.* Pract. Pap. *pro leg. rei ſing. gloſ. Valere num.11. & Addit. in gloſ.1. verb. tres actiones*, latè Tuſch. *litt. L. concl. 52 per tot.* Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 8. §.1. dub.2. fol.335.*

Niſi eſſemus in caſu, quo poſſit agi rei vendicatione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.254. num.40.* vel niſi in teſtamento adſit clauſula codicillaris, idem Gratian. *cap.62. num. 25.* vide *in §. Teſtamentum num.*

Vel niſi agatur de fauore libertatis, vel ad pias cauſas, nam tunc legatarij poſſunt petere ſibi addici bona fauore libertatis, & piæ cauſæ, Euerard. *loc. à libert. piam cauſam num.9. & Inſtit. tit. de eo, cui bon. libert. cauſ. addic.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.62. num.25.* vide Tuſch. *d. concluſ.52. per tot.* Dian. *part.7. tract.6. reſol.26.*

Quòd ex diſpoſitione ſtatuti Florentini *Rub.31. lib.2.* legata debeantur executiuè legatarijs etiam hæreditate non adita, Card. Tuſch. *litt. L. concluſ.152. num.12.* cum alijs per Altograd. *c*[illegible]*ſ. 49. num.29. lib.1.*

Quòd etiam de iure communi poſſint legatarij hæreditate non adita petere dari curatorem hæreditati iacenti, & contra illum ſuas actiones dirigere pro conſecutione legatorum, vel ſecundùm multos capere rem legatam propria authoritate, idem Altograd. *d. conſ.49. num.31. &c. infra num 80. verſ. ſicut etiam.*

Sicut etiam debentur legata ſi hæres inſtitutus in fraudem repudiauit, vt hæreditatem poſſideat ab inteſtato, vt habetur *in tit. C. ſi omiſſa ſit cauſ. teſtam.* vbi DD. Paul. Chriſtin. *deciſ 34. vol.4.*

79 Legatarij habent tres actiones ad conſequenda legata, nempè rei vindicationem, hypothecariam, & perſonalem ex teſtamento; poſſunt etiam implorare officium iudicis, agere via executiua, remedio Saluiani, & ſimilibus; quid in legato quantitatis, ſpeciei, vel annuo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.61. num.27. & per tot. cap.254. num. 44. &c. cap.294. num.8. &c. cap.683. per tot.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 47. volum. 4.* Sanfelic. *deciſ. 204.* vbi etiam an ſit neceſſaria excuſſio hæredum antequam agatur contra poſſeſſores, *in §. Hypotheca num.36. & §. Fideicommiſſum num.* Rot. *part.12. recent. deciſ.273.* vbi de Saluiano, &c. Merlin. *de pign. lib.3. tit.1. quæſt.14. per tot.* Card. Tuſch. *litt. L. concluſ.147. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ. 131. per tot. lib.2.* Rot. *part.15. recent. deciſ.315.* vbi de remedio *l. fin. C. de edic. D. Adr. toll.* Saluiano, & hypotheca, non tantùm contra alia bona teſtatoris, ſed etiam contra ipſas res legatas iuxta veriorem opinionem, Ridolphin. *in prax. part.2. cap.11. num.90. & ſeqq.* vbi plura an poſſint agere via executiua & refert contrarias opiniones cum illarum ſequacibus, Merlin. *deciſ. 104. & deciſ.212.* vbi de tacita hypotheca in bonis teſtatoris, non autem in bonis hæredis, vide *in §. Remedium num.31. in fine.*

Quòd de ſtylo Rotæ non detur via executiua, Addit. ad Buratt. *deciſ.208. num.12.* Rot. *part.9. recent. deciſ.260. num.1. & part.12. deciſ.354. & part.13. deciſ.502. & part. 16. deciſ.416.* vbi tamen quòd datur de ſtylo aliorum tribunalium, quem non improbat Rota, *& part.18. deciſ. 651. num.1. & 2. & deciſ.716. per tot. part. 19. deciſ.217. & 402.*

Quod detur Saluianum vigore dictæ hypothecæ, Rot. *part.13. recent. deciſ.210. num.1.* vide *in §. Saluianum*, Rot. *d. part.16. deciſ.416. num.28.*

Quòd ad hypothecariam, intellige in eo, quod ſupereſt deducto ære alieno, vt ſcilicet non poſſint prius effectualiter experiri, non autem quòd æs alienum impediat ortum actionis ab initio, Magon. *deciſ. Flor.59. num.1. 12. & per tot.* vide *in §. Hæres num.* *& §. Hypotheca n.36.* Tuſch. *dict. concl.147. per tot.* Merlin. *deciſ.212. num.15.* Ganauer. *deciſ.42. & 43. per tot.*

Quando legatarij in re legata præferantur creditoribus teſtatoris, vt ſi hæreditas ſit ſoluendo, & agatur de creditoribus chirographarijs, ſecus autem ſi hæreditas non ſit ſoluendo, vel creditores habeant hypothecam, quia tunc iſti præferuntur legatarijs, vide Rot. cum alijs citatis *part.10. recent. deciſ.61. num.9. & ſeqq. part.13. deciſ. 436. num.14. &c.* Cabal. *conſ. deciſ.26. lib.2.* vbi quando creditores etiam non hypothecarij recuperent à legatarijs ſolutum conditione indebiti, ſi hæreditas non ſit ſoluendo.

Quod legatarij præferantur in bonis teſtatoris omnibus creditoribus hæredis, etiam hypothecarijs, & poſſint petere ſeparationem bonorum, vide *in §. Creditor num.6.* Caualer. *deciſ.41. num.4.* Sperel. *deciſ.176. num.95.* Rot. *part. 13. recent. deciſ.61. num.9.* vbi etiam ſi contraxerint occaſione à negotij teſtatore ordinati.

Qualiter poſt moram in traditione rei legatæ remaneant obligata etiam bona hæredis, Rota *part.12. recent. deciſ. 273. num.10. & ſeqq.*

Quid autem ſi hæredi fuerit mota lis ſuper hæreditate, adhuc tenetur ſoluere legata, præſtita ſibi cautione de reddendo legato, hæreditate euicta, text. *in l. ſi in fraudem, C. de legat. lib.2.* vbi DD. Cabal. *conſ. deciſ.131. num.29. lib.2.*

Legatarij non poſſunt regulariter propria auctoritate ca- 80
pere res ipſis legatas, aliàs priuantur iure ſuo, niſi habeant licentiam à teſtatore, *l. non eſt dubium, C. de leg.* Pract. Pap. *pro leg. rei ſing. gloſ. penult.* Gratian. *diſcept. for. cap.571. num. 1. & ſeqq. ad 22. cap.696. num.1. &c.* Card. Tuſch. *litter. L. concluſ.151. & 152. per tot.* Farinac. *qu.175. part.11. per tot. infra num.94. & 108.* Ridolphin. *in prax. part.2. c.10. n.65. & ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.71. num.1. & ſeqq. vol.2.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.8. §.3. dub. 6. fol.343.* vbi quòd in conſcientia non priuatur dominio ipſo facto, cùm lex ſit pœnalis.

Quòd capientes res legatas propria auctoritate, ita demum cadant è iure ſuo, ſi id faciant poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem ab hærede, omiſſa diſtinctione an clam, vel palam occupauerint iuxta communem intellectum DD. *in d. l. non eſt dubium*, Peregrin *de fideic. art.47. num.12.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.147.* vbi tamen dicit veriorem eſſe diſtinctionem, an occupatio facta fuerit clam, vel palam, vt primo loco ſit locus caducitati, ſecundo verò non, prout nec quando occupatio fieret à Prælato nomine Eccleſiæ, cui ſit factum legatum, vide Diaz. *reg.407. cum quatuor limitationibus*, Ridolphin. *vbi ſupra num.68. & ſeqq.*

Quòd poſſint capere propria auctoritate, quando ipſo iure verbis directis, & ſecum executionem trahentibus tacitè,

vel

Digitized by Google

vel expreſsè fuit data facultas à teſtatore, Altograd. *conſ.87. num.54. lib.2. & conſ 88. num.31. & 32. lib.2. & ibidem nu. 46.* Rot. *part.9. recent. deciſ.335. num.10. vol.2.* Gratian. *diſcept.47. num.12.*

Quòd poſſint apprehendere poſſeſſionem etiam propria auctoritate, quando certum eſt hæredi nullam competere detractionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.771. num.49.* Rot. *dict. deciſ.335. num.11. part.9. recent.* vbi etiam *per tot.* qualiter ſint manutenendi vigore clauſulæ *conſtituti* in legato, vel donatione appoſiti, non obſtante expulſione de facto ſequuta, & iterum in eadem cauſa *deciſ.356. d. part.9.*

Sicut etiam quando poſſeſſio eſt vacaus poſſunt illam capere propria auctoritate, imò impedire immiſſionem hæredis ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* quando nulla eſt facienda detractio, niſi adeſſet Statutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hærede, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.342. num.1. 13. 32. 40. &c. cap.731. per tot.* vide *in §. fideicommiſſum num.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.71. num.1. & ſeqq. vol.2.*

Et qualiter re legata ipſis euicta agere, poſſint aduerſus hæredem de euictione vide gloſ. & Bart. *in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg.1. & l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. 3.* latè Menoch. *lib.4. præſumpt.118. per tot.* Tuſch. *litter. E. concluſ.356. littera L. concl.140.*

An autem legatarijs pro pijs legatis aſſequendis poſſint agere in ſolidum contra vnum tantùm ex hæredibus, vel agere debeant contra omnes pro hæreditarijs portionibus, latè Carol. Marant. *controu. part.4. reſponſ.16. per tot.* vide *in §. Hæres num.22.*

81 Legatarij, ſi dubitetur eos accepiſſe tantùm, quòd hæredi non remaneat integra falcidia, poſſunt cogi ad ſatiſdandum de reſtituendo quidquid plaries accepiſſe apparuerit, *l. niſi, §.1. & tot. tit. ff. ſi cui plus quod per Falcid. &c.* Maur. *tract. de fideiuſſ. part.1. ſect.3. cap.22. per tot.*

Sicut etiam tenentur dare fideiuſſores de implendo modo ſibi adiecto, & eo non impleto de reſtituendo legato vnà cum fructibus, ita vt ante huiuſmodi ſatiſdationem non poſſint petere legatum, idem Maur. *d. tract. part.1. ſect.3. cap.23. per tot.* vbi dat quatuor limitationes, Afflict. *deciſ.382. num.7.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.250. num.23. &c.*

82 Legatarius acceptans legatum tenetur implere onus ſibi iniunctum, ſi non excedat vires legati, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.130. in princ.* facit Ger. Spin. *conſ.92. per tot.* vide latè Tuſchus *littera L. concluſ.69. & ſeqq. ſupra num.8.*

Quòd imò teneatur implere etiam ſi excedat vires legati, poſtquam illud acceptauit ſine vlla proteſtatione, cùm tanti videatur æſtimaſſe legatum, Magon. *deciſ. Flor.117. num. 12. & 15.* Sperel. *deciſ.73. num.66. &c.* Altograd. *conſ.68. num.71. lib.1.* vide Toſch. *litt. L. concluſ.70. &c.* Rot. *part. 10. recent. deciſ.80. num.15. &c.* vbi quòd legatarius non poteſt grauari vltra vires legati, & nulla patitur æquitas, vt teneatur de proprio, ac ideò quæcumque acceptatio debet intelligi iuxta iuris diſpoſitionem, ſcilicet quatenus legatum ſufficiat.

Quòd legatum relictum cum onere non moleſtandi, vel quidquam aliud non petendi, non poſſit peti per legatarium, niſi prius acceptoſerat id, quod petere fuerit prohibitus, vel cautionem Mutianam de non petendo præſtet, Cer. Spin. *conſ.98. per tot.* Tuſchus *littera L. concluſ. 72. & ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.167. per tot.* vbi quòd mota quoquo modo lite amittitur legatum, vide *in §. Moleſtia num. 1. &c.*

Quòd legatarius agnoſcens legatum teneatur parere iudicio defuncti, ac dicatur in omnibus, & per omnia approbare teſtamentum, & voluntatem teſtatoris, ita vt amplius ei contrauenire non poſſit, etiam quoad alia, cùm teneatur agnoſcere legatum cum onere illi adiecto, adeò vt repudians onus, cenſeatur quoque repudiare legatum, vndè ſi poſt legatum factum dixerit teſtator, legatarium ſibi debere aliquam ſummam, acceptato legato efficiatur debitor, & poſſit compelli ad ſoluendum, vt probat Genu. *de verb. enunciat. lib.2. quæſt.23. num.33. & ſeqq. fol. 55.* vide *in §. Falſus num.* latè Tuſchus *litt. L. concluſ. 69. & ſeqq.*

83 Legatarius, cui fuit aliquid relictum in recompenſationem ſeruitiorum, & pro omni eo, quod poſſet prætendere, excluditur ab omni prætenſione ſi illud conſequi voluerit, nam tenetur acceptare cum onere, & omnibus qualitatibus adiectis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.844. per tot.* Magon. *deciſ. Flor.117. num.12. & ſeqq.* vbi ampliat etiam ſi onus excederet legatum, & quòd tunc admittitur compenſatio de ſpecie ad quantitatem, vide *in §. Compenſatio n.* Ger. Spin. *conſ.93. num.33. &c.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.34. per tot.* vbi quòd acceptans legatum in quo fuit dictum eſſe compenſandum cum ſalario, non poteſt amplius petere ſalarium, exceptis aliquibus caſibus, vt ſi plura eſſent legata, & hæres recuſaret alia ſoluere, vel ſi onus eſſet adiectum in codicillis, & ſic in ſcriptura ſeparata ab ipſo legato, vel ſi acceptaſſet legatum ab hæredibus ſponte offerentibus, & tacentibus onus adiectum, vide Tuſch. *litt. L. concluſ.73. & 74. per tot.* Arias de Meſa *var. reſolut. lib.2. cap.8. per tot.*

Quòd prohibitus nil aliud petere, non poſſit etiam compenſatione allegare, cùm hoc quoque modo petere diceretur, Altograd. *conſ.89. num.18. lib.1.*

Legatarius an, & quando propter onus adiectum cenſeatur ſimplex legatarius, vel potius merus executor, ita vt cognoſcatur an ad ipſum, vel ad hæredes ſpectet emolumentum, quod remanet impleta voluntate teſtatoris, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.446. per tot. cap.563. num. 47. &c. cap.666. num.28. cap.916. num.8. &c.* facit *in cap. 254. num.36. &c.* Ludouiſ. *deciſ.544.* vbi plenè com Beltramin. Tuſchus *littera L. concluſ.95. per tot.* Rot. in ſelectis per Farinac. *part.1. tom.1. deciſ.391. per tot.* Ricc. *Collect.3184.* Rot. *part.14. recent. deciſ.301. num.11. &c.* vbi quòd ſi onus eſt momentaneum dicitur nudus miniſter, ſi verò eſt ſucceſſiuum legatarius, & tranſmittit ad hæredes. 84

An autem diminuto legato, minuatur etiam onus adiectum, Franch. *deciſ.362. per tot.*

Quando factum pro certo onere debeat augeri, vel minui, aucto, vel diminuto onere, Tuſchus *littera L. concluſ.72.*

Legatarius prohibitus quidquam aliud prætendere ſub pœna amiſſionis legati, illam non incurrit, niſi iam conſequutus fuerit legatum ab hærede ſponte ſoluente, ſeu realiter offerente, & niſi etiam ab illo fuerit impleta voluntas teſtatoris; & ſi fuerit interpellatus ad parendum voluntati teſtatoris poſt caducitatem incurſam, cenſetur illi remiſſa omnis contrauentio, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 246. per tot. cap.250. num.24. &c. cap.254. num.22. &c. cap.316. num.12. &c. cap.844. num.12. &c.* vide *in §. Moleſtia num.* 85

Quando legatarius priuetur vel non legato ob contrauentionem voluntati teſtatoris, Tuſch. *litt. L. concl.150. & ſeqq.* vel ob non acceptationem muneris, ſiue officij ſibi impoſiti, veluti executoris, vel tutoris, vide *in §. Executor num.8. & §. Tutela num.*

Legatarius in vno legato prohibitus nil aliud petere, poteſt habere alia legata ſibi in eodem teſtamento, vel in codicillis facta, & erit intelligenda prohibitio, vt non poſſit petere vltra diſpoſita ad illius fauorem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.922. num.10. &c.* 86

Quòd dicta prohibitio non extendatur ad actionem realem, & quin legatarius poſſit vindicare quod ſuum erat, Magon. *deciſ. Flor.117. num.20. vbi num.28.* quòd reſtringitur ad ſpecificata, Altograd. *conſ.68. num.58. lib.1.* vide *§. Teſtator num.*

Legatarius acceptans legatum videtur approbare teſtamentum, nec amplius poteſt illud impugnare, dummodò tamen habuerit ſcientiam nullitatis, nam aliàs ſi fecerit ignoranter, & erroneè ſibi non præiudicat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.429. num.17. &c.* vide *in §. Falſus num. §. Renunciatio num. & §. Teſtamentum num.* 87

An autem, & quando legatarius poſt acceptatum legatum poſſit ab inteſtato petere hæreditatem, & ſic impugnare teſtamentum, ſaltem reſtituto legato, *l. poſtquam, ff. de petit. hæredit. & l. poſt legatum, ff. de his, quibus vt indig.* Ludouiſ. *deciſ.271. num.4. & ſeqq.*

Legatarius non poteſt diuidere legatum, & illud pro parte acceptare, & pro parte repudiare, quamuis eſſet diuiſum in plures præſtationes in vnica oratione, niſi eſſet relictum pro diuiſo in pluribus orationibus, vel niſi eſſent plures res ſeparatæ, nam poteſt vnam acceptare, & aliam repudiare, dummodò non eſſent ſub nomine vniuerſali, & collectiuo, quo caſu pro vna tantùm reputarentur, & recuſando pro parte onus adiectum, amittit totum 88

legatum: illius autem hæredes cum ipſo iure diuidatur inter eos actio, poſſent vnus repudiare partem ſuam, & alter acceptare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.248. per tot. cap.247. num.43. cap.844. num.4. &c.* vide *in §. Contractus num.* Tuſch. *litt. L. concluſ.155. per tot.* Peregrin. *deciſ. 151. num.6.* Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 8. §.4. dub.13. fol.349.*

Quòd legatarius, cui plura legata facta fuerunt ſeparatim, & in diuerſa oratione, poſſit vnum repudiare ratione oneris adiuncti, cætera verò libera conſequi, & retinere, ſecùs autem ſi eſſent in eadem oratione, vel correſpectiuè relicta, latè Ger. Spin. *conſ.30. & 31. per tot.* Tuſch. *d. concluſ.155. per tot.* Peregrin. *d. deciſ.151. num.6.* facit Gabriel. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.4. §.3. dub 4. fol.343.* vbi qualiter poſſit legatarius ex perſona ſua, vel collegatarij, acceptare rem legatam, ad quam ſimul vocabantur, vel repudiare, ſi fortè vni eorum fuerit appoſitum grauamen, & alteri non, & ſic quod ſibi magis expediat eligere, per text. *in l. ſi mihi, & Titio, ff. de leg.2. &c.*

89 Legatarius eſt idoneus teſtis in teſtamento, cùm non tractetur de eius commodo principaliter, ſed ſecundariò, *l. qui in teſtamento, ff. de teſt. & l. dictantibus, C. eodem*, Maſcard. *de probat. volum.2. concluſ.972. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.995. num.37. 49. 75. &c.* vbi aliquibus modis limitat, Menoch. *de arbitr. caſ.106. num.14. &c.* Diaz. *regul.409.* latè Farinac. *quæſt.60. illat.9. per tot.* vbi multis modis ampliat, & pluribus limitat, & quid in hærede, & fideicommiſſario particulari, vel vniuerſali, Rot. *part.14. recent. deciſ.460. num.3.* vbi quòd legatarius eſt legitimus teſtis in teſtamento per dicta iura, Ferdinand. de Scanno *tractat. de teſtam. cap.24. per tot.* vbi quòd materia eſt iudici arbitraria, & non videtur idoneus; nec admittendus quando agitur de probanda perfectione teſtamenti cœpti, & non completi ob impedimentum ſuperueniens, cùm tunc eſſet verè teſtis in cauſa propria, &c.

90 Legatarij omnes ſiue quantitatis, ſiue ſpeciei, ſequuntur eamdem fortunam ſi diminuatur hæreditas, & efficiatur non ſoluendo, & tenetur pro rata contribuere, nulla attenta prioritate, vel poſterioritate temporis, vel ordinis ſcripturæ, & quando poſſint agere contra fideicommiſſarium pro legatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.626. per tot.* vide *in §. Hypotheca num 7.* Salgad. *Labyrint. credit. part.2. cap.4. num.2. & ſeqq.* Munoz. *de ratiocin. comput.10. per tot.* Michael Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar. par.1. qu.69.* vbi limitat in legato ſpeciei, & ad pias cauſas, vt illa debeantur ſine defalcatione, *& part.2. quæſt.77.* vbi plura an in legatis ſoluendis ſit ſeruandus aliquis ordo, tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ.

An, & quando, vel quibus concurrentibus poſſint legatarij prætendere pro conſequendis legatis contributionem ex bonis ſubiectis fideicommiſſo particulari, vide Rota *part.9. recent. deciſ.153. num.9. & ſeqq.*

An in legatis ſoluendis ſit ſeruandus aliquis ordo, Dian. *part.3. tract.5. reſol.60.* vbi quòd non.

An legatarius ſpeciei concurrat cum legatario quantitatis ad effectum diminutionis, magnam quæſtionem dicit Rot. *in Venuſina Legati 28 Iunij 1623. coram Coccino num. 16.* vbi ſe remittit ad Franch. *deciſ.236. per tot.* quem vide, & Peregrin. *deciſ.85. num 6. &c.* vbi diſtinguit, Olea *de ceſſ. iur. tit.4. quæſt.5.* vbi etiam de legatis pijs an diminutionem patiantur; an diminutis legatis, minuantur etiam onera pro rata; an poſſint collegatarij agere ſine ceſſione contra alios, quibus integrè ſoluta ſunt, & alia plura.

Quando legata debeantur à fideicommiſſario vniuerſali, qualiter diminuantur diminuta hæreditate ex cauſa de præterito, & ſi excedant vires hæreditatis quomodo ſoluenda, vel non, latè Tuſch. *littera L. concluſ.53. 54. & 55. per tot.*

Qualiter legatum factum pro dote præferatur alijs, vel non, idem Tuſch. *littera L. concluſ.99. per tot.*

Quod legata pia debeantur antè profana, etiam ſi bona non ſufficiant pro omnibus, Bart. *in l. ſi quis ſeruum, §. fin. num.6.* vbi etiam Caſtr. *ff. de leg.2.* Tiraquel. *de priuil. piæ cauſ. priuil.72.* Leoncil. *de priuil. pauper. part.2. priuil.218.* Rot. *part.12. recent. deciſ.286. num.13.*

Quòd legatarius non teneatur ſoluere debita, ſed tantùm pati alienationem, & alia ad rem, Couar. *variar. reſolut. lib.2. cap.2.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.9. §.3. dub.7. & 8. fol.367.* dixi *in §. Vſusfructus num.7.*

Legatarius an poſſit aliquid annuatim recipere, donec ſibi ſoluatur legatum, vel an receptum teneatur tamquam vſuram computare in ſortem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 34. num.34. cap.244. num.49. cap.696. num.18. cap.848. per tot. cap.853. num.18. cap.920. num.28. &c.* Canalet. *deciſ. 591.* Bardellon. *conſ.122. lib.2.* Griuell. *deciſ.149. per tot.* vbi loquitur de alimentis legatis vxoris, donec dotem ſuam non petierit, & firmat eſſe vſuram, latè hinc indè videndus Vrceol. *conſult. forenſ. cap.39. num.21. & ſeqq. per tot.* dixi *in §. Heres num.49. & §. Fructus num.19. §. Vſura num.5.* Tuſch. *littera L. concluſ.131. per tot. & concl.154. num.6.* Gaſpar. Roderic. *de ann. reddit. lib.3. quæſt.6. per tot.* Surd. *de aliment. tit.8. priuil.29. & tit.9. qu.18.* latè Rot. *part.10. recent. deciſ.42. per tot.* vbi plura ad excluſionem vſuræ, & imputationis in ſortem, quando teſtator ea liberalitate voluit interim legare etiam fructus, & non propter moram hæredis, *& part.14. deciſ.74. nu.14. & 15.* vbi quòd non committitur vſura, ſi interim non poſſit capitale exigi, & idem eſſe in donatione. 91

Quòd in ſimplici legato pecuniarum ſit controuerſa opinio, an poſſit teſtator mandare fructus ſolui, ſed quando agitur de legato pecuniarum reinueſtiendarum de mandato teſtatoris debeantur dicti fructus ratione pœnæ, & moræ inueſtimenti non facti, Rot. *part.1. recent. deciſ.446. num.4.* Sicut etiam debentur quando legatum pecuniarum erat præſtandum in bonis fructiferis ea ordinatione teſtatoris, Rot. *part.17. recent. deciſ.192. num.4. & part.18. deciſ.774. num.7. & ſeqq.* vbi benè declarat.

Legatarius an in alternatiuis habeat electionem, animaduertendum eſt, ad quem verba ſint directa, vt ille habeat electionem, & quid in dubio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.76. num.9. &c.* 92

Quòd electio ſit legatarij, niſi verba ſint ad hæredem directa, Altograd. *conſ.88. num.32. lib.1.*

Optione legata quid conſequatur legatarius, Menoch. *lib.4. præſumpt.150. per tot.*

Quòd ſemper mediocre ſit eligendum, cuicumque ſit data electio, Gratian. *diſcept.700. num.1. & ſeqq. ad 19.* & iſtud procedat in omni diſpoſitione, idem Gratian. *cap.610. num.5. &c.*

Legatarius ſub conditione expendens in re legata pro illius conſeruatione ad hoc vt aduenıente conditione illam conſequi poſſit, non dicitur huiuſmodi expenſam donaſſe hæredi, Menoch. *lib.4. præſumpt.32. num.11.*

De legatario ſub conditione quando incipiat illius hypotheca, vide *in §. Hypotheca num.*

Legatarius poſſidens ſine vitio rem ſibi legatam in teſtamento minus ſolemni, cùm ſit ſibi ſaltem naturaliter debita, poteſt ſe exceptione retentionis tueri, agentem repellere, & illam retinere, licèt ſecus ſit in hæreditate, niſi adſit clauſula codicillaris, cuius vigore poteſt etiam hæreditas in vim fideicommiſſi retineri, & etiam non adita ad filios tranſmitti, vide Capyc. *deciſ.89.* Manſi *conſult.199. num.6. & ſeqq. lib.2.*

Legatarijs duobus inuicem contendentibus, vt quia vnuſquiſque prætendat eſſe ille, cui legatum fuit relictum, poteſt hæres in hac dubietate, cui eorum voluerit ſoluere, recepta cautione defenſionis, niſi alter probet de ſe teſtatorem intellexiſſe, & in hoc attendendæ ſunt coniecturæ, Ger. Spin. *conſ.59. per tot. infra num.107.* 95

Legatum ſi transferatur de vna perſona in aliam, videtur translatum cum qualitate adiecta primæ diſpoſitioni, *l. Cum ff. de alim. & cib. l. legatum, ff. de adim. leg.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.808. num.13. &c.* Menoch. *lib.4. præſumpt.174. per tot.* Ger. Spin. *conſ.82. per tot.* vbi etiam quid ſi transferatur de vno in eumdem ex diuerſa diſpoſitione, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit.3.* vide *in §. Qualitas num.* 96

Et ſi fuit reuocatum quoad principalem, cui relinquebatur, cenſetur etiam reuocatum quoad ſubſtitutum in illo, Seraphin. *deciſ.1409. num.6. &c.* vide *in §. Subſtitutio num.*

Legata præſtanda ab inſtituto, non videntur in dubio repetita venientibus ab inteſtato, niſi adeſſet clauſula codicillaris, vel clauſula, *omni meliori modo*, vel niſi eſſemus in caſibus notatis, *in l. Eam, C. de fideicomm.* ſecus autem eſt in ſubſtituto, à quo videntur omnia repetita, Proſd. Pap. *pro leg. rei ſing. gloſ.1. num.22.* Gratian. 97

diſcept.

Digitized by Google

*diſcept. forenſ. cap.*747. *num.* 10. Franch. *deciſ.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 16. *& deciſ.* 58. *per tot.* vide *in §. Teſtamentum num.*

Quando legata ab inſtituto dicantur repetita à ſubſtituto, latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 108. *per tot.* Soccin. *reg.* 414. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 104. *num.* 45. *&c. cap.* 603. *num.* 13. *&c.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 140. *num.* 2. *&c.* vbi quòd nominatim relicta ab inſtituto, non cenſentur regulariter repetita, niſi ſint piæ cauſæ facta, quia tunc debentur etiam à ſubſtituto, vide Tuſch. *litt. L. concluſ.* 92. *per tot.* Dian. *par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 68. *per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. c.* 8. §. 3. *dub.* 5. *fol.* 343. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 15. *per tot.* Cabal. *conſ. dec.* 119. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 2.

Quando cenſeantur relicta ab hærede, vel à fideicommiſſario præſtanda, & ab vtroque repetita, idem Tuſch. *litt. L. concluſ.* 91. *&* 93. *per tot.*

98 Legata in codicillis relicta ab hæredibus præſtanda, ſi prædecedant hæredes teſtatori, & ſic efficiatur locus ſubſtitutis vulgaribus eiſdem hæredibus in teſtamento datis, non debentur ab ipſis ſubſtitutis, qui actu ipſi teſtatori ſuccedunt, quia ſicuti non valerent legata relicta ei, qui tempore codicillorum in humanis non eſſet, cùm in rerum natura debeat eſſe ille, cui relinquitur, ita relicta ab hæredibus, non debentur ſi hæredes prædecedant. & licèt ſubſtituti per vulgarem veniant appellatione hæredum, tamen quia non ſunt illi hæredes, ad quos teſtator ſermonem direxerat, & de quibus ſenſerat, primis hæredibus ſcriptis prædefunctis, legata non debentur à ſubſtitutis, ſed efficiuntur caduca, & euaneſcunt, niſi ſuſtineantur à cohærede ſcripto viuente, *l. quidam referunt in prin. & §. quod ſi duo, ff. de iur. codicill.* quem textum ſic expendit, & declarat Altograd. *conſ.* 49. *n.* 34. *&c. lib.* 1.

Quod tamen intelligendum puto vbi appares teſtatorem non cogitaſſe veriſimiliter de ſubſtitutis vulgaribus, ſed tantùm de primis hæredibus, cùm aliàs ſubſtituti vulgares comprehendantur ſub illis verbis, *quiſquis mihi hæres erit*, & ſic veniant ſub nomine hæredum per doctrinam Aret. *in l. quæ liberis*, *§. hæc verba ſub num.* 8. *ff. de vulg. & pupill.* quem ſequitur Altograd. *loc. cit.* facit latè Rot. *par.* 11. *rec. deciſ.* 94. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* ubi qualiter legatario, vel hærede deficiente antè teſtatorem inducatur caducitas legati, vel hæreditatis, & quid ſi adſit ſubſtitutus vulgaris, vel fideicommiſſarius, quæ omnia ibidem benè declarat, *infra n.* 109.

99 Legatum præſtandum à ſecundo, vel tertio ſubſtituto ſub conditione primi gradus deficientis, non debetur à dicto primo gradu exiſtente, & ſuccedente, cùm non ſit locus ſecundo, vel vlteriori gradui nominatim grauato; quod tamen fallit fauore piæ cauſæ, vel alterius perſonæ priuilegiatæ, cùm tunc onus dicatur impoſitum omnibus gradibus, qui tenentur illud implere non ſecùs ac ſi ſpecialiter, & nominatim fuiſſet illis adiectum, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 603. *per tot.* facit *in cap.* 662. *per tot.* ſequitur, & de communi teſtatur fauore piæ cauſæ, Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 120. *n.* 1. *& per tot.*

Relictum in vno caſu, puta ſi hæres decedat ante obitum vxoris teſtatoris, an debeatur in alio caſu, quo decedat poſt dictum obitum vxoris, dic quòd ſic fauore piæ cauſæ, aliàs ſecùs, Rot. *deciſ.* 140. *per tot.* vide *in §. Subſtitutio.*

100 Legatum alimentorum durat durante vita legatarij, niſi aliter ſit expreſſum, & licèt fuerit nominatim relictum ab hæredibus ſcriptis, debetur etiam ab hæredibus hæredum, etiam ſi dictum fuerit, quòd præſtetur durante vita hæredis ſcripti, quia huiuſmodi verba cenſentur appoſita ſolutioni, & non diſpoſitioni, neque mutant naturam alimentorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 104. *num.* 54. *&c.* vbi etiam plures allegat in contrarium, vide eumdem *in cap.* 131. *num.* 4. *&c.* ſequitur Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 193. *num.* 3. *&c.* vide *in §. Alimenta num.* *& §. Verba num.* 55.

Quid, & quantum veniat in legato victus, vel partis ſolitæ facto ab aliquo Principe, vel Cardinali ſuis familiaribus, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 110. *per tot. & deciſ.* 159. *per tot.*

De legato facto famulis, vt debeatur iis, qui interueniebant tempore teſtamenti, Capell. Tholoſ. *quæſt.* 191. refert Ioſeph. Feliu. Cerezo *in Margar. variar. concluſ. verb. Legatum fol.* 141. *col.* 2.

Quod legatum alimentorum præſumatur annuum, *l. Mela, ff. de alim. & cib. leg.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 132. *num.* 10. Altograd. *conſ.* 62. *num.* 6. *&* 9. *lib.* 2. Debetur tamen ſecundùm vires patrimonij, nec pro illo præſtando eſt alienanda proprietas, niſi debeatur ei, ad quem ſit reuerſura proprietas ipſa, Cabal. *conſ.* 131. *num.* 9. *lib.* 1.

Quando fuerunt legata alimenta neceſſaria, non debentur ſi legatarius habeat aliundè viuere, Altograd. *conſ.* 73. *in fine lib.* 2. Reliqua vide *in §. Alimenta num.*

Qualiter legatum ad vitam legatarij factum, mortuo legatario reuertatur ad hæredes teſtatoris, & quando ſecùs ſi legatum ſit ſimplex, quia tunc reputatur perpetuum, latè Tuſch. *litt. L. concluſ.* 97. *&* 88. *per tot. ſupra num.* 39.

Legatum quantitatis factum duobus coniunctim, & in 101
eadem oratione, non intelligitur cuilibet in ſolidum, ſed pro æquis portionibus, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 70. *per tot. vbi num.* 27. limitat niſi fuerit bis expreſſa quantitas, & quando ſit facienda ampla, vel ſtricta interpretatio, & alia ad prædictorum declarationem, Ant. Gob. *conſult.* 55. vbi de legato quantitatis eidem facto in duplici ſcriptura ſeparata, an ſemel tantùm, vel bis debeatur.

Eadem verò re disiunctim duobus legata, an ſit præſumenda ademptio quoad primum, Bart. *in l. ſi pluribus, ff. de leg.* 1. Paul. Chriſtin. *dec.* 33. *n.* 2. *vol.* 4. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1280. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd non præſumitur reuocatio quoad primum, ſed præſumuntur ambo re coniuncti, ita vt faciant partes per concurſum, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 2. *& ſeqq.*

An legatum eiuſdem rei, vel quantitatis pluries factum, poſſit pluries exigi, Pract. Papp. *pro leg. rei ſingul. gloſ.* 1. *num.* 167. Franch. *deciſ.* 422. Surd. *deciſ.* 161. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 128. *& de Arbitr. caſ.* 213. *n.* 12. *&c.* facit quod dixi §. *Confeſſio num.* vide latè Tuſch. *litt. L. concl.* 76. *&c.* Rot. *par.* 12. *recen. deciſ.* 416. *per tot.* vbi de duobus legatis factis in diuerſis diſpoſitionibus eidem legatario, an ambo debeantur, vel vnum tantùm, & quid ſi ſint inæquales ſummæ, an debeatur minus, vel maius, & totum pendet à coniecturis, & latiùs in eadem cauſa *deciſ.* 418. adde Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. §. 4. *dub.* 8. *n.* 84. *fol.* 347.

Quòd in dubio ſemel tantùm debeatur, *l. planè*, *§. ſi eadem*, vbi Iaſ. *ff. de legat.* 1. Diaz. *reg.* 413. Tuſch. *d. concl.* 66. *num.* 1. *&c.*

Si verò legatum ſit factum duobus in ſolidum debetur vtrique, vni ſcilicet res ipſa, & alteri æſtimatio ad electionem eius, qui primò petierit, ſed ſi res vni tradita petierit, an liberetur hæres ab æſtimatione alteri præſtanda, videtur quòd ſic, per text. *in l. Titia textores, §. fin. ff. de leg. fin.* 1. Paul. Chriſtin. *dec.* 213. *n.* 29. *vol.* 4. Vaſquez *loc. cit. dub.* 12. *fol.* 348.

De legato facto filijs, vel filiabus ſuis, vel alterius naſcituris, an debeatur pro virili portione; vel in ſolidum vnicuique, ſi plures naſcantur, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. §. 3. *dub.* 4. vbi benè diſtinguit ex Ant. Gomez.

Legatum relictum Meuio, & filijs Titij, debetur pro 102
dimidia Meuio, & pro altera dimidia filijs Titij quotquot ſint, qui vicem vnius tantùm ſuſtinent, & diuidunt poſteà inter ſe æqualiter illam dimidiam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 70. *num.* 14. *&c.* vbi multis ampliat, reſtringit, & declarat, *& cap.* 521. *num.* 1. *&c. ad* 13. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 80. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 209. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 18. Mart. Medic. *Exam.* 33. *num.* 5. *& deciſ.* 56. *per tot. cum Addit.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 4. §. 4. *dub.* 1. *per tot. fol.* 263.

Legatum, vel hæreditas an poſſit repudiari in præiu- 103
dicium creditorum ipſius legatarij, vide *in §. Debitor num.*

Quid in legitima, dixi loco citato, & vide Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 29. *per tot.*

Legatum frumenti, vini, vel olei, quo tempore ſit 104
præſtandum, & ad quem ſpectet periculum ſi huiuſmodi fructus pereant, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 62. *num.*

Quæ

Google

Quæ contineantur in huiuſmodi legatis frumenti, vini, & olei, Menoch. *lib.4. præſumpt.* 151. 152. 153. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 184. *per tot.*

105 Legatum omnium bonorum an comprehendat debita in diem, vel ſub conditione, Rom. *conſ.* 164. Iaſ. *in l. ſtipulatus, §. cum ſtipulantur num.* 9. *ff. de verb. obligat.* Addit. ad Pract. Papp. *pro leg. rei ſingul. gloſ.* 1. *verb. omnia bona.*

106 Legatum relictum filijs, vel nepotibus, an, & quando extendatur etiam ad poſthumos, vel poſthumas, vide *in §. Poſthumus num.*

107 Legatum factum incertæ perſonæ, quæ ex aliquo futuro euentu venit certificanda valet, *l. quidam relegatus,* vbi Bart. *ff. de reb. dub.* vide *in §. Incertitudo num.* 2. *&c. ſupra num.* 95.

Quando legatum dicatur incertum ratione rei, vel ratione perſonæ, & non debeatur propter incertitudinem, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. L. concluſ.* 43. *& ſeqq.* Dian. *par.* 10. *tract.* 15. *reſolut.* 18. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 50. *num.* 3. *volum.* 4. vbi benè diſtinguit, & declarat Rot. *part.* 16. *recen. deciſ.* 130. vbi quòd recurritur ad coniecturas, ex quibus ſi appareat de qua perſona intellexerit teſtator, illa eſt admittenda, *& par.* 17. *deciſ.* 93. *per tot. in eadem cauſa.*

108 Legata quando cedant legatarijs quoad tranſmiſſionem, Pract. Papp. *pro leg. rei ſing. gloſ.* 1. *num.* 12. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 201. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 176. *per tot. cap.* 248. *num.* 43. Altograd. *conſ.* 87. *numer.* 74. *& ſeqq.*

Quando illorum dominium recta via tranſeat de teſtatore in legatarios, vt illis debeantur fructus, Soccin. *reg.* 274. *per tot.* vide *in §. Fructus num.* Rot. *par.* 14. *recen. deciſ.* 181. *num.* 10. vbi quòd legata particularia tranſeunt quoad dominium recta via in legatarios à die mortis teſtatoris, etiam ignorantes, Sanfelic. *deciſ.* 353. *num.* 44. vbi intelligit quatenus res legata adſit in hæreditate deducto ære alieno, & ſuperficialiter quoad dominium, ſecùs quoad poſſeſſionem, quæ eſt capienda de manu hæredum, dixi *in §. Dominium num.* 12. adde Ioſeph. Felic. Cerezo *in Margar. var. concluſ. verb. Legatum fol.* 139. vbi benè declarat pluribus alijs modis.

Quo tempore peti poſſint legata, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 199. *per tot.*

Quo in loco ſolui, vel præſtari debeant, idem Menoch. *loc. cit. præſumpt.* 200. *per tot.*

Quòd pura etiam non agnita tranſmittantur ad hæredes, ſicut & modalia cum ſuo onere, quando eſt tale, quod poſſit per hæredes impleri, Tuſch. *litt. L. concluſ.* 39. *&* 40. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 42. *num.* 5. *& volum.* 4.

Ad quem ſpectet periculum rei legatæ, vide *in §. Periculum n.* *& §. Debitor n.* 10.

Quòd legata purificata, etiam non agnita tranſmittantur, quidquid ſecùs ſit in hæreditate, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 137. *n.* 14. *&* 15.

109 Legata quibus modis, & qualiter fiant caduca, & quomodo tranſmittantur ad hæredes, vide *l. vn. C. de caduc. tollen. cum tit. ſeq.* Pract. Papp. *pro legat. rei ſing. gloſ.* 1. *num.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 637. facit *in cap.* 62. *num* 23. *cap.* 254. *num.* 47. vbi quòd legata pia non deficiunt, quamuis fiant caduca, quod intellige prout benè declarat Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 552. *& ſeqq. fol.* 198. vide Tuſch. *litt. L. concluſ.* 109. *&* 110. *per tot. concluſ.* 117. *&* 118. *per totum,* Paul. Chriſtin. *dec.* 57. *vol.* 4.

Quid ſi teſtator, & legatarius ſimul ex eadem ruina, naufragio, vel peſtilentia obierint, an legatum fiat caducum, dic quòd ſic, niſi appareat legatarium ſuperuixiſſe, Bott. *conſ.* 80. *num.* 10. *& per tot.* cum alijs per Altograd. *conſ.* 69. *num.* 16. vbi latè multa ſimilia diſtinguendo adducit.

Qualiter efficiantur caduca per mortem legatarij antè teſtatorem, ita vt non ad alios legatarios, nec ad hæredes defuncti pertineant, ſed ad hæredes vniuerſales teſtatoris, & quid ſi eidem legatario prædefuncto eſſet datus ſubſtitutus vulgaris, vel fideicommiſſarius, quæ ſit differentia inter vtrumque, & alia, pulchrè Rot. *part.* 14. *recentior. deciſ.* 94. *per tot.* facit *ſupra num.* 98.

Quòd fiant caduca per mortem legatarij ante euentum conditionis, niſi aliter de mente teſtatoris appareat, Magon. *deciſ. Floren.* 14. *num.* 26. *& ſeqq.* latè Altograd. *conſ.* 87. *num.* 62. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in §. Fideicommiſſum num.* 27. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 57. *num.* 6. *volum.* 4. Sanfelic. *deciſ.* 279.

Quod legata caduca comprehendantur ſub fideicommiſſo, quamuis teſtator illa ab eo ſeparaſſet, Surd. *deciſ.* 269. *num.* 11. *&c.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 652. *num.* 3. *& ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recen. deciſ.* 278. *num.* 10. vide *in §. Grauatus num.* 6.

Legatum conditionale, & in diem incertam decedente legatario ante conditionis, vel diei euentum, non tranſmittitur ad hæredes, nec ad proprios filios legatarij, niſi agatur de conditione intrinſeca, neceſſaria, vel quæ à lege, ſiue ex natura rei tacitè inſit, nam huiuſmodi conditiones etiam ſi fuerint expreſſæ à teſtatore non reddunt legatum conditionale, quoad tranſmiſſionem, ſed tantùm quoad natiuitatem actionis, & obligationis, & quales ſint huiuſmodi conditiones intrinſecæ, latè Altograd. *d. conſ.* 87. *num.* 66. *& ſeqq. ad* 86. *lib.* 2. vbi declarat iuxta doctrinam Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 201. & aliorum, vide Matt. Medic. *exam.* 2. *& deciſ.* 3. *&* 4. *per tot. cum Addit.* Tuſch. *litt. L. concl.* 39. *&* 40. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2621. *&* 3150. Sanfelic. *deciſ.* 279. *per tot.* latè Rot. *part.* 18. *rec. deciſ.* 534. *per tot.* vbi plura, an, & quando tempus, vel dies incerta reddat legatum conditionale, vel non, ita vt poſſit eſſe locus tranſmiſſioni, vel non, *& deciſ.* 677. *in eadem cauſa,* vbi pro tranſmiſſione, quia tempus adiectum legato à patre filijs relicto (quidquid ſit in extraneo) importat diem, & non conditionem, ex quo cenſetur appoſitum executioni, & ſolutioni, non autem ſubſtantiæ legati, quod ideò remanet purum, tranſmiſſibile. 110

Quando legatum dicatur ſub conditione, vel modo, & tranſmittatur ad hæredes legatarij decedentis ante implementum, & quòd conditio habens tractum ſucceſſiuum, eo ipſo quòd eſt incœpta habeatur pro impleta, & non impediat tranſmiſſionem, ac alia, vide per Gratian. *dec.* 153. *per tot.* Rot. Rom. coram Coccino *in Macerat. legati* 27. *February* 1606. *ſuper eadem cauſa,* Matt. Medic. *loc. cit.* Toſch. *d. concluſ.* 39. *&* 40. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2621. *&* 3150. vbi quando, & ex quibus coniecturis tranſmittatur, vel non.

Legatum conditionale, etiam per conditionem intrinſecam, & tacitè ex natura rei reſultantem non tranſmittitur, quando apparet, quòd teſtator appoſuerit illam tacitam conditionem ad verè conditionandum legatum, & illius tranſmiſſionem impediendam, vt quando conditio, quæ tacitè inerat, fuit à teſtatore expreſsè adiecta ſubſtantiæ ipſius legati, & quando etiam aliter dicatur conſtare de huiuſmodi voluntate teſtatoris reddendi legatum conditionale per appoſitionem conditionis, quæ tacitè inerat ad effectum impediendi tranſmiſſionem, pulchrè idem Altograd. *d. conſ.* 87. *num.* 86. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Matt. Medic. *d. Exam.* 2. *& dec.* 3. *&* 4. *per tot.* Battel. *de vlt. volunt. deciſ.* 12. *per tot.* 111

An autem pro legatis conditionalibus ſit præſtanda cautio de illis ſoluendis adueniente conditione, videtur quòd ſic, per text. *in l.* 1. *& tot. tit. ff. vt legat. nom. cau.* Ludouiſ. *deciſ.* 428. *num.* 7. Contrarium ſeruari de conſuetudine dixi *in §. Grauatus num.* 13. vbi plura.

Quòd conditionalia non tranſmittantur, legatario decedente antè conditionis euentum, ſed ſit locus iuri accreſcendi ad fauorem collegatarij coniunctim dati, concurrentibus requiſitis iuris accreſcendi, latè Altograd. *conſ.* 103. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. *& alij ſupra citati.*

Alia vide *in §. Conditio n.* *§. Fideicommiſſum n.* 27. *& §. Tranſmiſſio n.* 10.

Plura quando legatum dicatur purum, vel conditionale qualiter cognoſcatur, quòd conditionale non debeatur ante conditionis euentum, neque tranſmittatur, quidquid ſecùs ſit in puro etiam non agnito, & in modali, & alia, latè Tuſch. *litt. L. concluſ.* 36. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 479. vbi quòd decedente ſubſtituto ante grauatum non ſit tranſmiſſio.

De legato ſub conditione præſtandi obedientiam patri, qualiter propter inobedientiam amittatur, latè Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 358. *& part.* 11. *deciſ.* 397. *per tot.*

Lega-

Digitized by Google

2 Legatum qualiter tranſeat in donationem inter viuos, & efficiatur irreuocabile, ſi à teſtatore viuente fuerit legatario traditum, Tuſch. *litt. L concluſ.* 134. *&* 137. *per tot.* dixi *in §. Teſtator num.* 4. vide Ricc. *Collect.* 2943. vbi etiam quando poſſit repeti, Bich. *dec.* 590. *per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. de teſtam. caſ.* 8. §. 1. *dubit.* 4. *&* 5. vbi etiam an legata poſſint per iuramentum fieri irreuocabilia.

An autem, & quando legatum à teſtatore ipſo poſt teſtamentum ſolutum, & adimpletum, ſit ab hærede præſtandum, vel potiùs remaneat extinctum, pendet ex coniecturis, vt per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 2. Rot. *par.* 2. *recen. deciſ.* 499. cum alijs per Ludouiſ. & Beltramin. *deciſ.* 236. vbi pro non extinctione legati, & vide *in §. Teſtator num.* 4. *&* §. *Pater num.* 14. Bich. *deciſ.* 590. *per tot.* vbi ex quibus probetur fuiſſe præuentiuè ſolutum, & tranſijſſe in donationem, nec reuocatum per aliud ſubſequens teſtamentum.

113 Legatum relictum ſub conditione nubendi in certo loco, vel Ciuitate, illudque adimendi, vel certam ſummam ſoluendi alicui tertio in caſu contrauentionis, eſt validum, etiam quoad conditionem, quia per eam non coarctatur, vel impeditur libertas matrimonij, quando in loco adſunt occaſiones nubendi, nec tale legatum in caſu contrauentionis dicitur pœnale iuxta veriorem opinionem ad tradita per Bich. *deciſ.* 89. *per tot.* de quo plura, alios allegando, dixi *in §. Conditio num.* *&* §. *Matrimonium num.* 13.

4 Legatum factum Confraternitati laicorum non dicitur factum Eccleſiæ, ſed ipſis confratribus laicis, & ideò non gaudet priuilegio Eccleſiæ, nec fori electione, Viui. *in Addit. ad deciſ.* 516. *num.* 40. nec de eo debetur quarta Epiſcopo, Barboſ. & alij *in c. officij num.* 4. *& ſeqq. & in c. requiſiti de teſt.* Gabriel. *conſ.* 162. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *conſ.* 635. *num.* 5. *& de recup. poſſ. remed.* 15. *num.* 30. *& ſeqq.* Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. §. 5. *dub.* 2. *in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 481. *num.* 2. Coſtantin. Caſſar. *ſpecul. peregr. quæſt.* 18. *per tot.* vbi plenè probat confraternitates laicorum indiſtinctè quoad omnia ſubeſſe iudicibus ſæcularibus, & contrarijs reſpondet.

De quo tamen valdè dubitari poteſt per ea, quæ notat Gratian. *d. cap.* 481. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi dicit contrarium verius, & ſequitur, & dixi ego cum diſtinctione *in §. Confraternitas num.* 1.

115 Legatum factum Deo, debetur Eccleſiæ matrici, ideſt maiori illius loci, in quo teſtator legatum fecit, vel domicilium habuit per text. *in §. ſi quis in nomine Magni Dei, Auth. de Eccleſ. tit.* ſicque ſi fuerit factum Eccleſiæ Diuæ Mariæ, vel alterius Sancti, & in loco ſint plures Eccleſiæ eiuſdem nominis, in dubio cedit Parochiali ſi tali nomine vocetur, alioquin cedit maiori, vel pauperiori, & ſi omnes eſſent æquales, conſignatur Epiſcopo loci, vt ad ſui arbitrium diſtribuat, & ſi nulla ſit Eccleſia talis nominis in loco, cedit Eccleſiæ Cathedrali, de quibus tamen vide Afflict. cum Vrſil. *deciſ.* 244. *per tot.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *per tot.* & Card. Tuſch. *litt. L. concl.* 45. adde ſupra *n.* 10.

116 Legatum factum pro maiori ſecuritate conſcientiæ, & ob dubium incertorum, an dicatur pro reſtitutione malè ablatorum incertorum, & in eo ius habeat fabrica S. Petri, & qualiter cedat in commodum animarum eorum, quibus ſunt verè debita, an vti æs alienum antè omnia ſit ab hæreditate deducendum, vel paulatim ex fructibus ſoluendum, aliaque plura de hac materia, doctè, & eruditè Carol. Marant. *contrpark. par.* 4. *reſponſ.* 92. *per tot.* vide *in §. Peccatum num.* 10. *&* §. *Reſtitutio in fine*. Et de eadem materia latiùs idem Marant. *contrau. part.* 5. *reſponſ.* 42. 43. *&* 44. *per tot.*

117 De legatis prout ſunt donationes, vel relicta à defunctis, multa deciſa refert Thoro *compend. deciſ. Neap. p.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *in verb. Legatum*, Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Legatum per tot.* & alia remiſſiuè tradunt Caſteton. *Alphab. iuridico verb. Legatum* per plures paginas, Modernus Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. par.* 5. *eod. verb. fol.* 12. *&c.* pleniſſimè totam materiam explicat Camatel. *tract. de legat. per tot.*

Multa de legatis tradit etiam Io: Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in diuerſis locis*, prout in Indice generali in fine *part.* 3. *verb. Legatum*, Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 20. *per totum*.

An legata omnia ſint æqualiter diminuenda, ſi hæreditas non ſit ſoluendo, vel legata certæ ſpeciei ſint integrè ſoluenda, & alia ad rem, Manſ. *conſult.* 127. *per tot. lib.* 2. Andreol. *controu.* 154.

De Legatis à latere Pontificis, item de Legatis Regum, & aliorum Principum, Rerumpub. Vniuerſitatum, & Communitatum plura indicant Caſtelon. *loc. cit. verb. Legati*, & Com. Auguſt. Fontan. *d. Biblioth. par.* 5. *eod. verb. fol.* 9. *&c.* 118

Plura de poteſtate, & auctoritate Legatorum à latere, & Vicelegatorum circa multa, & præcipuè de facultatibus Legationis Auenionenſis plenè Tondut. *quæſt. canon. par.* 3. *cap.* 200. *per tot. & tract. de præuent. par.* 2. *cap.* 7. *per tot.* vbi quoad præuentionem cum Delegatis Summi Pontificis, &c. *par.* 3. *cap. ſeu deciſ.* 9. *per tot.* 119

§. LEGITIMA. VI.

Legitima nil aliud eſt in ſubſtantia, (vltra alias deſcriptiones à Doctoribus, & præcipuè à Merlino loco citato allatas) quàm portio quædam bonorum à lege determinata, quam habebat defunctus tempore mortis ſuæ, debita perſonis pariter à lege determinatis, Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *per tot.* Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 33. *n.* 1. *&c.* Tuſch. *litt. L. concluſ.* 181. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 169. *n.* 3. *vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 26. *num.* 2. *&c.* 1

Legitima eſt tertia pars bonorum, quando filij ſunt quatuor, vel pauciores, quando verò ſunt plures, & ſic vltra quatuor eſt dimidia, habito reſpectu bonorum exiſtentium tempore mortis, inter ipſos filios æqualiter diuidenda *Auth. Nouiſſima C. de ineff. teſtam.* Ricc. *Collect.* 105. vbi plura de legitima, Pract. Papp. *hæredit. ex teſtam. gloſ. Ac etiam num.* 24. *cum Addit.* Michalor. *de fratr. par.* 1. *d. cap.* 33. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 127. *per tot. & deciſ.* 192. *num.* 6. *& ſeqq. par.* 14. *deciſ.* 303. *num.* 1. *&c. part.* 18. *deciſ.* 88. *num.* 1. *&c. deciſ.* 240. *num.* 12. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *per tot.* vbi benè declarat, *infra num.* 21. Tuſch. *d. concluſ.* 181. *per tot. & latius concluſ.* 183. *&c. per tot.* 2

Et idem eſt in legitima matris, ideſt ſuper bonis maternis, vt pro illa calculanda attendatur vt ſupra numerus Filiorum tam maſculorum, quàm fœminarum vtriuſque matrimonij, quando mulier contraxit plura matrimonia, & reliquit liberos ex vtroque, ad latè tradita per Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 128. *per tot.* vide *in §. Filiatio num.* 89. facit *infra num.* 17. *& in locis ibi citatis*, *& num.* 27.

Quòd ſit quota bonorum regulariter, & non hæreditatis, licèt quibuſdam reſpectibus etiam dicatur quota hæreditatis, Altograd. *conſ.* 91. *num* 77. *& ſeqq. ad* 85. *lib.* 1. meliùs *conſ.* 42. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 2. Franch. *deciſ.* 127. vbi an pendente diſcuſſione æris alieni negati, vel non liquidi, ſit ſtatim ſoluenda cum cautione per filium præſtanda de ſeruando hæredem illæſum, & vide Merlin. *d. tract. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *per tot.* Tuſch. *d. concluſ.* 181. *num.* 30. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 170. *num.* 1. *&c. vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 26. *num.* 2. *& ſeqq.* Vrceol. *conſult. for. cap.* 93. *num.* 33. *&c. vol.* 2. Rot *par.* 10. *recent. deciſ.* 230. *num.* 10. *& par.* 13. *deciſ.* 415. *num.* 12. vbi quòd eſt quota bonorum, & ideò cenſentur debita fuiſſe prius detracta, Ludouiſ. *deciſ.* 244. *num.* 6. vbi quòd eſt valdè controuerſum an ſit quota bonorum, vel hæreditatis, & eſt quota hæreditatis ad effectum, vt illi accreſcat reliquum hæreditatis.

Quòd legitima ſit quota bonorum, ideſt eius, quod remanet deducto ære alieno, & non quota hæreditatis, ac ideò agens ad eius ſupplementum teneatur liquidare, & probare ſtatum hæreditatis, vt poſſit cognoſci quanta debeat eſſe legitima, Rot. *par.* 15. *recen. deciſ.* 198. *num.* 4. *&c. infra n.* 12. *in fine*.

Legitima cùm ſit debita à iure naturæ, & diuino, non poteſt per ſtatutum in totum auferri, ſed tantùm diminui, Addit. ad Pract. Papp. *pro leg. res ſing. gloſ.* 1. *litt. K.* Oinot. *in §. fin. num.* 4. *Inſtit. de legit. agnat. tut. fol.* 56. latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. & lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 6. vbi quo iure debeatur, alter Merlin. *deciſ.* 848. 3

Quod procedit etiam reſpectu legitimæ aſcendentibus debi-

bitæ, Altograd. *conſ.* 56. *num.* 8. *& conſ.* 57. *num.* 73. *&c. lib.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 285. *num.* 7. *& ſeqq. vol.* 1. vbi refert contrarias opiniones.

Contrarium quòd imò legitima poſſit per Statutum tolli ex aliqua iuſta cauſa, puta ratione agnationis conſeruandæ, vel quando aliquid aliud aſſignatur loco alimentorum, vel dotis, vel ipſius legitimæ, etiamſi loco legitimæ non ſuccedat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 300. *num.* 1. *&c.* Michalot. *de fratr. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. Magon. *deciſ. Flor.* 14. *num.* 16. *in fine, & num.* 12. *& deciſ.* 107. *num.* 3. Merlin. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 1. *num.* 15. *& per tot.* Altograd. *conſ.* 17. *num.* 20. *lib.* 2. vbi teſtatur de veriori, & receptiſſima ſententia, *& conſ.* 57. *num.* 73. *&* 74. *lib.* 1. vbi intelligit hanc opinionem procedere non alternatiuè, ſed coniunctiuè, ideſt concurrente cauſa, & facta aliqua reſeruatione vt ſupra, vide Merlin. *loc. cit.* latè Tuſch. *litt. S. concl.* 588. *per tot.* Chriſtin. *d. dec.* 285. *num.* 10. *&c. vol.* 1. *& dec.* 169. *num.* 3. *&c. vol.* 2.

An autem, & quomodo poſſit indirectè prohiberi à teſtatore, Dec. *conſ.* 687. Peregrin. *de fideicom. art.* 36. *n.* 62. *infra n.* 31.

Qualiter autem poſſit prohiberi per Principem, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. *& cap.* 10. *num.* 81. Rot. *par.* 10 *recen. deciſ.* 318. *num* 24. *& ſeqq.*

4 Legitima debetur filijs legitimis, & naturalibus ſimul, licèt emancipatis, ac etiam nepotibus, parentibus de medio ſublatis; naturalibus tantùm non debetur à patre, ſed benè à matre, niſi ipſa mater eſſet illuſtris; debetur legitimatis per reſcriptum Principis, niſi adſit clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, prout communiter apponi ſolet; item tantò magis legitimatis per ſubſequens matrimonium; arrogatis autem debetur quarta, adoptiuis nihil, niſi eſſent adoptati ab auo, vel niſi eſſent impuberes, ſeu à patre naturali emancipati; debetur etiam aſcendentibus, vt dixi *in §. Aſcendens num.* non autem debetur tranſuerſalibus, niſi fratribus, & turpi perſona inſtituta, vt dixi *in §. Frater num.* de quibus omnibus videndi latè Michalot. *de fratr. par.* 1. *cap.* 33. *num.* 12. *& ſeqq. ad* 57. & latiùs Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *per tot.* vbi ſingillatim tractat de omnibus perſonis, quibus legitima debetur, vel non, nempè de filijs primi gradus, de adoptiuis, de emancipatis, de naturalibus, de ſpurijs, de legitimatis omnibus modis, quibus legitimatio fieri poteſt, de nepotibus, de aſcendentibus, & de collateralibus, item an debeatur monaſterio in bonis ingreſſi, & patrono in bonis liberti.

Quòd adoptiuis non debeatur ab adoptante; ſed à patre naturali, & quare, Rot. *par.* 11. *rec. deciſ.* 309. *& par.* 12. *deciſ.* 97. *num* 2. *& ſeqq.*

Quòd debeatur nepotibus ex propria perſona, & quando parentes ſunt præmortui, ita vt eis nihil præiudicet quæcumque renunciatio à dictis parentibus prædefunctis facta, cùm intelligatur pro iure ſuo tantùm, & non pro iure nepotum, latè Galuan. *conſ.* 1. *&* 2. *per tot.* vnà cum ſubſcriptione, & additione Peregrini, vide Merlin. *d. tract. lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 10. *&* 11. *per tot. infra num.* 6. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 193. *num* 9. *& ſeqq.* vbi de legitima debita nepotibus ex propria perſona in bonis auiæ, quæ nec minuitur ob dotem illorum matri aſſignatam, vide *in §. D s num.* 32. Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 117. *per tot. & deciſ.* 311. *num.* 4. *& ſeqq.*

Quibus debeatur legitima, vel non, Tuſch *litt. E. concluſ.* 182. *per tot.*

Quanta ſit legitima debita filijs, nepotibus, parentibus, & fratribus inſtituta turpi perſona, latè idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 183. 184. 185. *&* 186 *per tot.*

Quòd legitima, & ſupplementum debeatur etiam legitimatis per reſcriptum Principis, non obſtante clauſula, *ſine præiudicio &c.* & quòd fuerint prohibiti quidquam aliud petere vltra id, quod ſibi in teſtamento fuerit relictum, dummodò agatur de vera legitimatione, & non de ſimplici diſpenſatione, plenè videndus Galuan. *conſ.* 3. *per totum, cum alijs quatuor conſ. ſeqq.* in eadem materia vbi ſatisfacit omnibus obiectis, Rot. *part.* 13. *recentior. deciſ.* 239 *num.* 15. *& ſeqq. deciſ.* 441. *num.* 15. *&* 16. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 342. vbi plures allegat.

Intellige tamen reſpectu bonorum exiſtentium in territorio Principis legitimantis, & ad illa tantùm habuo reſpectu, & non quoad alia, vt benè probat Ger. Spin. *conſ.* 7. *num.* 6. *& ſeqq.*

Quoad huiuſmodi legitimatos per reſcriptum, ſiue cum dicta clauſula, ſiue non, vide Gratian. *diſcept. for. cap.* 496. *num.* 37. *&c. cap.* 567. *num.* 1. *&c. cap.* 635. *n.* 4. *&c. & cap.* 751. *num.* 12. *&c.* Merlin. *d. tract. lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 6. 7. 8. *&* 9. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 135. *per tot. & deciſ.* 201. plenè Vrceol. *Conſult.* 93. *per tot. vol.* 2. vbi probat ſtante clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato non deberi legitimam huiuſmodi legitimantis, non ſolùm ſtantibus filijs legitimis, & naturalibus legitimantis, ſed etiam ſolis tranſuerſalibus vſque ſaltem ad quartum gradum, quid ſi iſti non fuerint inſtituti, vel non in primo gradu, ſed tantùm ſubſtituti, & alia de hac materia, vide *in §. Legitimatio num.* 11. *& ſeqq.* Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 239. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi contra in diuerſis tamen terminis, *& deciſ.* 441. *num.* 15. *&* 16.

5 Legitima debet relinqui honorabili titulo inſtitutionis, niſi ſit ſublata per ſtatutum, per quod aliud ſubrogetur loco legitimæ, putà dos, vel alimenta, quo caſu non eſt neceſſarius titulus inſtitutionis, & idem eſt in legitima debita matri, vel alijs aſcendentibus, vt ſit dicto titulo inſtitutionis relinquenda, Soccin. *Reg* 196. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 44 *per tot. cap.* 448. *num.* 6. *&c. & cap.* 702. *per tot.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. & cap.* 17. *num.* 18. *&* 19. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 248. *vol.* 1. *& dec.* 169. *num.* 4. *&c. & deciſ.* 170. *num.* 2. *&c. vol.* 2. *& dec.* 182. *n.* 9. *&c. vol.* 5. Sperel. *deciſ.* 32. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 12. *num.* 5. & latè *lib.* 5. *tit.* 2. *quaſt.* 1. *cum pluribus ſequentibus*, vbi examinat, an, & quando poſſit relinqui ſine titulo inſtitutionis, & teſtamentum ſuſtineri, Rot. *par.* 11. *rec. deciſ.* 20. *num.* 22. vbi quòd aſcendentibus poteſt relinqui titulo legati, *& par.* 13. *dec.* 316. *n.* 3. vbi quòd hodie pro ſuſtinendo teſtamento ſufficit quid minimum inſtitutionis titulo relinquere, & ſupplementum petitur conditione ex lege, contra voluntatem teſtatoris, & non actione hypothecaria, *infra n.* 12.

Si tamen in teſtamento, vel relicto ſimpliciter à patre facto adſit clauſula *omni meliori modo*, non poteſt teſtamentum impugnari ſub prætextu, quòd deficiat honorabilis titulus inſtitutionis, quia dicta clauſula ſupplet, ac veram expreſſionem dicti tituli præſefert, non ſecus ac ſi filius fuerit à patre apertè inſtitutus, Bald. *in l. quoties* 13. *num.* 9. *&* 10. *C. de hæred. inſtit.* quem pluribus alijs citatis ſequitur Rot. *par.* 14. *rec. deciſ.* 254. *num.* 11. *& ſeqq.* dixi *in §. Clauſula num.* 15.

Quòd debeatur ſupplementum, quamuis fuerit relictum legatum pro omni, & toto eo, quod occaſione legitimæ prætendi poſſet, & filius paternam diſpoſitionem, & iudicium agnouerit, mediante dicti legati conſecutione, ſi non ſit ſufficiens pro integra legitima, vnà cum fructibus ad rationem quinque pro centenario, vbi hæreditas conſiſtit in ſtabilibus, Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 188. *per tot.*

6 Legitima debita nepotibus in bonis aui, vel auiæ eſt ſemis, vel triens iuxta illorum numerum, cùm veniant directè, & immediatè pro virili tamquam liberi primi gradus, nec loco vnius habeantur, licèt ex vno tantùm patre deſcendant, ſi ille præmortuus ſit auo; quod eſt intelligendum niſi dicti nepotes concurrant cum patruo ſuperſtite tempore mortis aui, vel cum alijs nepotibus ex altero fratre præmortuo natis, quia tunc non conſiderantur in capita, nec ea propria perſona, ſed in ſtirpes, & repræſentatiuè ex perſona patris, & ideò loco vnius tantùm habentur, Salic. *num.* 51. Iaſ. *num.* 51. *in Auth. Nouiſſima, C. de inoff. teſt.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quaſt.* 2. *per tot.* Duran. *deciſ.* 347. *num.* 3. *&* 4. Rot. *in Bonon. ſucceſſionis* 15. *Martij* 1647. coram Bichio *inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 293. & penes Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 18. *num.* 25. Altograd. *conſ.* 58. *num.* 13. *&c. lib.* 1. *& num.* 21. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. L. concl.* 184. *ſupra num.* 4. *verſ. Quod debetur nepotibus*, Rot. *par.* 11. *rec. deciſ.* 117. *num.* 1. *& ſeqq.*

7 Legitima matri, vel auiæ debita, ſiue alteri aſcendenti eſt tertia pars totius hæreditatis, quando fratres defuncti filij, vel filiæ, ſunt omninò præteriti, qui non inſtituta turpi perſona habentur pro exhæredatis, nec faciunt numerum in illa computanda, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 178. *&* 448. *per tot.* Altograd. *conſ.* 56. *num.* 1. *&c. conſ.* 57. *n.* 22. *&c. lib.* 1. Sperel. *deciſ.* 34. *per tot.* Tuſch. *litt. L. concl.* 185. *per tot.* Ludouic. Bell. *conſ.* 77. *num.* 40. *& conſ.* 161. vbi refert contrarias opiniones.

Quòd legitima aſcendentibus debita, licèt ſit aucta ſicut illa

Digitized by Google

illa deſcendentium de quarta ad trientem, ſiue tertiam partem, tamen ſemper ſit triens, & ſic tertia pars, & numquam dimidia, Craſſ. §. *Legitima quæſt. 9. in fine*, Mangil. *de imputation. quæſt. 8. num. 3.* Merlin. *de legitima lib. 1. tit. 3. quæſt. 4.* Altograd. & Sperel. *loc. cit.* Rot. *par. 18. recen. deciſ. 662.* vbi quòd eſt triens totius axis, & tranſmittitur in filios, & hæredes, vt infra *n. 35. & 41.*

An autem legitima alijs debita, ſit eodem modo in omnibus caſibus aucta de quarta ad tertiam partem, latè idem Merlin. *d. tit. 3. quæſt. 2. 3. 5. & 6. per tot. infr. num. 18.*

Nulla tamen debetur legitima parentibus, vbi extant deſcendentes filij, vel filiæ defunctæ, Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. num. 12. &c.* vide *in §. Aſcendens n. 2. &c.* Rot. *par. 11. recen. deciſ. 326. num. 2. & per tot.* vbi tamen quòd debetur ſi fuit legata, & quare, & in eadem cauſa *d. part. 11. deciſ. 332. per tot.* vbi fuit confirmata prima deciſio, *& part. 12. deciſ. 4. num. 9. & ſeqq. per tot.*

Sed poſtea ex nouiter deductis fuit receſſum à deciſis, quia ſcilicet tempore teſtamenti non extabant filij teſtatoris, & ideò tunc erat debita, ſed illis poſtea natis fuit caducata abſque alia reuocatione, Rot. *par. 12. recent. deciſ. 251. & deciſ. 352. per tot.*

Quando ſit tantùm tertia illius portionis, quam habiturus quis fuiſſet ab inteſtato, & non totius hæreditatis, Franch. *deciſ. 63. per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap. 942. per tot.* Rot. *in Imolen. legitimæ 1. Iulij 1644.* coram Dunozetto penes Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 18. num. 35.* latè Sperel. *deciſ. 34. per tot.* vbi reprobat Franch. *loc. cit.* vide Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. per tot.* Tuſch. *d. concl. 185. per tot.* Rot. *par. 11. recent. deciſ. 20. num. 38. & par. 13. dec. 491. num. 3. & 4.*

Quòd ſi fratres defuncti filij, vel filiæ, non ſint omninò præteriti, ſed in aliqua parte agniti; illa pars ſit deducenda ante legitimam, & ſic eam minuat, Sperel. *d. deciſ. 34. per tot.*

Quòd debeatur etiam matri excluſæ per ſtatutum à ſucceſſione ab inteſtato, quando non eſt ei aliquid reſeruatum, latè de veriori, & æquiori opinione teſtando, & contrarijs ſatisfaciendo, probat Altograd. *conſ. 56. & 57. per tot. lib. 1.* vbi etiam quòd eſt debita iure naturæ prout illa filiorum, & non iure ciuili prout multi ab eo relati *num. 32.* cenſuerunt, quorum rationibus reſpondet, de quo Sperel. *deciſ. 32. num. 8. & ſeqq.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. & tit. 3. quæſt. 4.*

Qualiter legitima aſcendentibus debita differat, vel conueniat cum legitima deſcendentibus debita, & an in eam ſcilicet aſcendentium imputentur fructus, Peregr. *deciſ. 84. per tot.*

8 Legitima non debetur matri reſpectu portionis, quam vigore ſtatuti fuiſſet lucratus maritus filiæ prædefunctæ, illud enim lucrum prius deducitur, & poſtea de reliquo legitima, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 300. num. 33. &c.* Rot. *in Imolen. legitimæ Vener. 1. Iulij 1644. coram Dunozetto*, vide *in §. Lucrum num. 8.* & diſtingue prout ibi.

Si tamen dos data filiæ fuiſſet inofficioſa, eſſet ante omnia deducenda legitima matris, & ſic etiam de lucro debito marito, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 950. num. 10. &c.*

Quòd ſi mater tranſierit ad ſecunda vota, non poſſit in bonis filij à patre profectis petere legitimam, vel eius ſupplementum, ſed debeat eſſe contenta relicto ſibi facto, quando adſunt alij filij ex primo matrimonio ſucceſſibiles, & in aliqua parte agniti; in aduentitijs verò poſſit pleno iure ſuccedere, & ſic etiam legitimam, vel eius ſupplementum petere, etiam contra voluntatem filij, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 17. per tot.* vide *in §. diſpoſitio num. 3. &c. §. Mater num. 1. & §. Pater num.* Merlin. *de legitim. lib. 4. tit. 2. quæſt. 2. per tot.* latè Rot. *par. 11. recen. deciſ. 20. per tot. & par. 19. deciſ. 308.*

Quòd legitima debeatur etiam in profectitijs non obſtante tranſitu ad ſecunda vota, ſed cum hac differentia, quòd mater vidua præterita poſſit impugnare teſtamentum, illa verò, quæ conuolauit ad ſecunda vota, non; ità vt in primo caſu legitimam conſequatur pleno iure, in ſecundo verò quoad vſumfructum tantùm, proprietate alijs filijs eiuſdem matrimonij reſeruata, latè Sperel. *deciſ. 32. per tot.* vbi reprobat Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 2.* quatenùs tenet dictum vſumfructum nullam habere rationem legitimæ, & latè de prædictis idem Sperel. *deciſ. 33. & 34. per tot.* Rot. *par. 11. recen. deciſ. 20. per tot. & par. 19. deciſ. 308.* vbi quòd non extantibus alijs filijs prioris matrimonij, debetur legitima matri, etiam binubæ in plena proprietate vnà cum fructibus, & alia plura de hac materia ad fauorem matris, etiam binubæ.

Legitima debetur filijs habito etiam reſpectu ad valorem 9
bonorum feudalium, & emphyteuticorum, licèt agatur de fœminis, quæ regulariter in huiuſmodi bonis non ſuccedunt, Bellon. *conſ. 48.* Curt. iun. *conſ. 21. num. 11.* Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 33. n. 4.* Martha *vot. Piſ. 115. n. 12. & ſeqq.*

Intellige de feudo nouo, vel emphyteuſi noua, ſecùs in antiquo, vel antiqua, Capye. *deciſ. 2. per tot.* vide latè Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 4. & 5. per tot. quæſt. 6.* vbi quid in feudo hæreditario, *quæſt. 7.* vbi de feudo mixto, *& quæſt. 8.* vbi quid ſi feudum, vel emphyteuſis ex conſuetudine regionis ſit alienabilis ad inſtar bonorum allodialium, & dixi *in §. Feudum num. 6. & §. Emphyteuſis n. 34.* Tuſch. *litt. L. concluſ. 197. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ. 140. per tot. lib. 2.* Rot. *par. 17. recentior. deciſ. 283. num. 6. & ſeqq.*

An legitima deduci poſſit ante ius primogenituræ, & ſic de primogenitura, Gudellin. *de iur. feud. part. 3. cap. 4. num. 9.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 366. num. 11. &c. vol. 1.*

Quòd legitima ſit debita ex vniuerſa ſucceſſione, & ſic etiam in iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, etiam hæredis ipſius, cùm in præiudicium eius, cui debetur legitima non fiat confuſio debitorum, & creditorum per aditionem hæreditatis, Altograd. *conſ. 90. num. 79. & 91. lib. 2.* latè Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. per tot.* vbi etiam de fructibus ipſius legitimæ debitis, *& quæſt. 2. & 3.* quid in Regno, Ducatu, & ſimilibus, in quibus ſeruatur ius primogenituræ.

Legitima ſemel filiæ aſſignata, ſi abſque eius culpa fuerit 10
deperdita, eſt iterùm aſſignanda, *l. etiam, §. 1. ff. ſolut. matrim.* cum alijs per Gratian. *diſcept. for. cap. 689. num. 43. & cap. 792. num. 1. &c.*

Quòd debeatur filiæ, etiam ſi à marito fuerit dotata propter eius nobilitatem, vel pulchritudinem, Franch. *deciſ. 119. num. 1. &c.*

Quòd ſi legitima fuerit euicta, teneatur hæres de euictione, Rot. *par. 15. rec. deciſ. 290.*

Legitima debetur filiæ à patre dotatæ, ſuper bonis ma- 11
ternis, inſpecto maximè iure communi, Caualer. *deciſ. 256. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 637. num. 18. &c.* latè Rot. *part. 9. recent. deciſ. 207.* vbi in terminis ſtatuti Vrbis *lib. 1. cap. 145. & part. 13. deciſ. 46. & deciſ. 159. num. 1. &c.* Bich. *deciſ. 80. per tot. & deciſ. 137. num. 1. & ſeqq.*

Quid autem ſtantibus ſtatutis excludentibus fœminas dotatas, & nuptas, an tunc filiæ à patre dotatæ, cenſeantur excluſæ à bonis maternis, etiam reſpectu legitimæ, vide Gratian. *diſcept. for. cap. 490. num. 25. &c. cap. 637. n. 35. &c. cap. 890. num. 1. &c.* dixi plenè in meis *reſol. cap. 90. per tot.* vbi in terminis ſtatutorum Mutilianæ, & Florentiæ probaui, fœminas à patre dotatas excludi vigore dictorum ſtatutorum non ſolùm ab hæreditate patris dotantis extantibus perſonis à ſtatuto nominatis, ſed etiam à ſucceſſione matris, etiam reſpectu legitimæ, ſi extent maſculi vt ſupra nominati, & ſic fœminas à patre competenter dotatas non poſſe prætendere legitimam in bonis maternis, ſtantibus terminis, & rationibus, de quibus ibidem, vbi vide, & in hoc opere *§. Filia num. 82. & §. Statutum excludens num. 29.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. per tot.* Altograd. *conſ. 5. num. 35. & 36. lib. 2.* latè idem Merlin. *loc. cit. quæſt. 17. per tot.* vbi quando ſtatutum intelligatur excludere tantùm à ſucceſſione dotantis, vel etiam aliorum.

Quòd legitima, vel eius ſupplementum debeatur filiabus etiam à patre dotatis, in bonis maternis vnà cum fructibus à die obitus matris ad rationem quinque pro centenario, dummodò in hæreditate adſint res, quæ fructus ferant, etiam ſtantibus ſtatutis excluſiuis, non tantùm à coæquali ſucceſſione, ſed etiam à legitima, quando maſculi, quorum fauore ſunt excluſæ, non ſunt inſtituti vniuerſaliter, ſed alia fœmina, vel extraneus, cùm tunc cauſa, & ratio finalis excluſionis ceſſet, Rot. *par. 13. rec. dec. 46. per tot.*

Legi-

Digitized by Google

12 Legitima, vel eius ſupplementum petitur non actione hypothecaria, ſed conditione, ex l. omnimodo, C. de inoff. teſtam. & l. ſi libertus, §. Libertus, ff. de bon. liber. quæ eſt in rem ſcripta, & datur contra poſſeſſores, Craueit. conſ. 109. num. 5. &c. Petr. Iacob. in ſua Pract. fol. mihi 93. vide Pacif. de Saluian. Inſpect. 2. cap. 2. num. 300. &c. Scapuc. eod. tract. lib. 1. quæſt. 9. per tot. vbi quòd pro ea non datur Saluianum, Afflict. deciſ. 162. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 702. num. 16. &c. cap. 198. num. 18. &c. Michalor. de fratr. par. 1. cap. 33. num. 75. &c. Neguſ. de pign. par. 2. membr. 4. num. 164. &c. Tuſch. litt. L. concl. 192. & 193. per tot. & concl. 203. per tot.

Quòd legitima non habeat hypothecam, niſi ſit legata, & alia, vide per Merlin. de pign. lib. 3. tit. 3. quæſt. 97. per tot. & melius in tract. de legit. lib. 5. tit. 4. quæſt. 1. cum pluribus ſeqq. per tot. vbi pleuè agit, quæ actiones, & remedia competant, vel non pro conſequutione legitimæ, vel illius ſupplementi, vide Tuſch. loc. cit. Peregrin. deciſ. 37. num. 4. & ſeqq. per tot. Rot. part. 9. recen. deciſ. 96. per tot. vbi plura, & eſſe agendum via ordinaria, Bich. deciſ. 94.

Pro ſupplemento dari tantùm actionem perſonalem ex d. l. omnimodo, & non tribuere retentionem, nec impedire immiſſionem dixit Rot. in Romana de Guidis 13. Ianuarij 1631. coram Veroſpio in Nouiſſ. par. 6. deciſ. 5. num. 4. vide Merlin. de legit. loc. cit.

Quòd quando legitima fuit legata competat pro illa hypotheca, & immiſſio ex vtili Saluiano non ſecùs, ac pro alijs legatis, Burat. dec. 115. num. 12. vbi Addit. Rot. par. 11. rec. deciſ. 326. num. 1 par. 12. deciſ. 20. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 363. num. 1. &c.

Qualiter pro ea debeatur immiſſio ſaltem pro indiuiſo, Rot. part. 13. recent. deciſ. 301. num. 1. &c. & deciſ. 427.

Quod quando ſupplementum petitur contra voluntatem teſtatoris non competat hypothecaria, nec immiſſio, ſed actio perſonalis, & conditio ex d. l. omnimodo contra hæredes inſtitutos, à quibus eſt petenda in iudicio ordinario; & licèt aliàs cui debetur legitima competat remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. intelligitur vbi eſſet ſcriptus hæres, vel ſaltem ei legata legitima, & ſic peteretur eo modo, & forma, ſub qua fuit relicta, nam tunc intraret diſpoſitio d. l. fin. vel hypotheca, ſicuti pro cæteris legatis, ſecùs autem ſi petatur ex diſpoſitione legis ſimpliciter contra voluntatem teſtatoris, vt pluribus citatis benè declarat Rot. par. 13. recen. deciſ. 316. per tot. & deciſ. 427. num. 27. et ſeqq.

Quid autem ſit probandum, & liquidandum per filium agentem ad ſupplementum, Cabal. conſ. 28. lib. 1. Bartol. conſ. 17. lib. 1. vbi de quantitate, & valore bonorum, Rot. part. 15. recent. deciſ. 198. dixi ſupra num. 2. in fine.

13 Legitima eſt debita ſine vlla dilatione, ita vt hæres iudicium, ſiue ſententiam expectans, teneatur in pœnam ſuæ moræ duplicatam legitimam ſoluere, l. ſi quis 33. C. de inoff. teſt. vbi Bart. cum alijs per Gratian. diſcept. for. cap. 698. num. 6. et 7. Galuan. conſ. 2. per tot. Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 60. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 4. quæſt. 9. n. 6. et per tot. vbi qualiter cauſa legitimæ ſit executiuè, & ſummariè tractanda.

Et quòd filio agenti pro legitima, debeantur alimenta, & ſumptus litis, idem Merlin. d. lib. 5. tit. 3. quæſt. 12. per tot. vide in §. Expenſa num.

Quòd non admittat compenſationem, vel retentionem pro debito filij, etiam liquido, Altograd. conſ. 59. num. 55. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 20. num. 10. vide in §. Compenſatio in Addit. vbi quòd imò compenſatio admittitur, etiam in legitima, & alia materia fauorabili, ad Ludouiſ. deciſ. 568. num. 11. et 12.

14 Legitima debetur tantùm poſt mortem, & in illa calculanda habetur ratio bonorum exiſtentium tempore mortis illius, de cuius bonis agitur, niſi pater per immenſam donationem patrimonium ſuum exhauſerit, quia tunc eſſet attendendum tempus donationis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 247. num. 52. cap. 470. num. 31. cap. 688. num. 41. cap. 751. num. 13. Merlin. de legit lib. 5. tit. 3. quæſt. 1. per tot. Tuſch. lit. L. concl. 190. et 191. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 182. num 5. vol. 5. Rot. par. 16. recen. deciſ. 47. num. 10. et ſeqq. infra num. 25. in fine.

Nec attenditur augmentum, ſiue diminutio contingens poſt mortem, idem Gratian. cap 194. num. 1. 11. Menoch. lib. 4. præſumpt. 33. num. 6. vide Surd. tit. 3. quæſt. 7. per tot. & quæſt. 8. Mangil. de imput. quæſt. 9. per tot. Rot. par. 14. recent. deciſ. 218. num. 4. & ſeqq. quos vide, quia concluſio non ità ſtrictè procedit.

Quòd imò omne augmentum intrinſecum contingens bonis hæreditarijs à die obitus patris vſque ad diem petitionis, & conſecutionis legitimæ cedat commodo ipſius legitimæ, Fontanel. deciſ. 571. 572. 573. & 574. per tot. vel filiorum, quibus debetur, quia cùm debeatur in corporibus, par eſt, vt augeatur tam in fauorem filiorum, quàm hæredis, & ſic in calculanda legitima attenditur tempus mortis quoad quantitatem bonorum, tempus verò petitionis, & conſecutionis quoad illorum qualitatem, & valorem, quia vt dixi debetur in corporibus, vt benè explicat Bich. deciſ. 94. num. 6. & ſeq. facit Vrceol. de tranſact. quæſt. 18. num. 15. Rot par. 15. recen. deciſ. 198. num. 13. & 14. vbi quòd attenditur augmentum intrinſecum, non autem extrinſecum proueniens ex facto, & induſtria hæredum.

Quòd viuente patre, vel matre, nullum ius conſiderabile in legitima filijs competat, & ſpes non dicatur certa, nec probabilis, (quidquid contrarium teneat Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 1. num. 3. & per tot.) probat Altograd. conſ. 41. num. 64. & ſeqq. lib. 2. vbi etiam vide num 62. & 63. & conſ. 40. & conſ. 43. per tot. d. lib. 2. vbi late ſuſtinet, quòd viuente patre, vel matre, nullo modo ſit debita legitima, & ſpes ad illam competens non ſit probabilis, nec à iure conſiderabilis, ſed omninò incerta, & vana propter multa accidentia, quæ contingere poſſunt, vt non debeatur, & vide Giurb. de conſuet. Meſſan. par. 1. cap. 1. gloſ. 3. num. 66. cap. 4. gloſ. 5. num. 6. & 7. Bardellon. conſ. 12. num. 4. &c. lib. 1. Tuſch. litt. L. concl. 200. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 170. num. 4. 5. & 16. vol. 2.

Quòd legitima, vel eius ſupplementum non poſſit capi propria auctoritate, ſed ſit facienda liquidatio citato hærede, Tuſch. litt. L. concl. 202.

Legitima quandoque debetur etiam in vita patris, vt ſi adſit ſtatutum, quòd pater teneatur pro delicto filij ſoluere eius legitimam, vel ſi bona patris confiſcentur, vel ſi cogatur dare legitimam loco dotis, pro alimentis, pro redemptione à carceribus, pro ſeruanda vita, vel libertate, vel ſi ſimus in filio Iudæi effecto Chriſtiano, vel ſi pater conſentiat, ſiue monaſterium ingrediatur, quibus caſibus ſi patrimonium tempore mortis patris reperiatur auctum, poteſt etiam peti ſupplementum, Duen. reg. 356. per tot. Petr. Cabal. conſ. deciſ. 137. num. 11. Michalor. de fratr. p. 1. cap. 33. num. 57. & ſeqq. ad 70. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 3. cum aliquibus ſeqq. Tuſch. litt. L. concl. 190. & 191. per tot. Viui. comm. opin. 455. 15

Quòd in dictis caſibus augeatur legitima pro modo augmenti ipſius patrimonij viuente patre facti, Menoch. de arbitr. caſ. 149. num. 18. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 33. num. 12. & ſeqq. vide Merlin. loc. cit. quæſt. 7. per tot. & quæſt. 8. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 170. num. 4. &c. volum. 2. Fachin. controu. iur. lib. 4. cap. 27. Viui. comm. opin. 456.

Quòd pater poſſit præuenire in ſolutione legitimæ, & illam etiam in vita aſſignare filijs conſentientibus, ità vt iſto caſu non ſit attendendum augmentum, vel diminutio bonorum poſtea ſubſequens, ſed ſit habenda ratio bonorum exiſtentium tempore aſſignationis, non attento tempore mortis, probat Altograd. conſ. 8. num. 36. lib. 1. Viui. d. opin. 456. vbi refert contrarias opiniones, vide Vrceol. tract. de tranſact. quæſt. 18. per tot. vbi an, & quando ſit licita tranſactio ſuper legitima inter patrem, & filium, & quando poſſit impugnari, vel non, & tranſit cum Altogrado, ſtante iuramento, aliàs ſecùs, plures allegando, adde Rot. par. 18 recen. deciſ. 383. vbi quòd talis præmatura aſſignatio habet vim vltimæ voluntatis, & poteſt ad libitum patris reuocari, prout per ſubſequens teſtamentum reuocata cenſetur, de quo tamen vide in §. Diuiſio num. 11. & 12. & §. Pater num. 34. Rot. par. 18. deciſ. 385. vbi quando dicta aſſignatio ſit irreuocabilis cum translatione dominij vigore iuramenti, obligationis Cameralis, & aliarum clauſularum, ità vt non veniat ſub fideicommiſſo poſtea facto, & part. 19. deciſ. 344. num. 1. & ſeqq. vbi quòd licèt debeatur tantùm poſt mortem, tamen de conſenſu filij poteſt etiam à patre viuente perſolui, vt in caſu dotis, &c.

Quòd

Quòd imò etiam in caſu ingreſſus religionis, & profeſſionis patris, non debeatur ſtatim legitima, ſed ſit expectanda mors naturalis, & interim per monaſterium ſoluantur alimenta tantùm, niſi eſſemus in monaſterio bonorum incapace tam in communi, quàm in particulari, Grat. an; *diſcept. for. cap.* 102. *per tot. cap.* 815. *num.* 9. *&c.* Ger. Spin. *conſ.* 2. *n.* 37. *& ſeqq. per tot.* Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 17. *num.* 189. *&c. & quæſt.* 8. *n.* 625. Giurb. *de conſuet. Meſſan. part.* 1. *cap.* 4. *gloſ.* 5. *num.* 32. Vaſqu. *de ſucceſſ. reſol.* § 12. *num.* 13. *Auth. ſi qua mulier. vbi DD. C. de Sacroſanct. Eccl. & in c. ſi qua mulier* 19. *quæſt. vlt.* latè Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 1. *& ſeqq.* vide *in* §. *Monaſterium num.* 8. Dian. *par.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 55.

Contrarium autem, nempè deberi legitimam à die profeſſionis, non expectata morte naturali firmat Sperel. *dec.* 32. *num.* 21. Rot. *par.* 5. *recen. deciſ.* 116. *num.* 223. *&* 267. hancque partem pluribus citatis ſequitur Merlin. *d. quæſt.* 3. *num.* 9. *& ſeqq. per tot.* vbi ampliat idem eſſe; in deſcendentibus, qui ſi monaſterium ingrediantur, & profeſſionem emittant, eodem modò tenentur legitimam aſcendentibus præſtare; item ſiue monaſterium ſit capax bonorum, ſiue non, item etiam ſi filij moriantur ante parentes profeſſos, nam cùm à die profeſſionis ſit illis debita legitima, eam licèt non petitam tranſmittunt ad ſuos hæredes, vide Bordon. *de profeſſ. cap.* 5. *quæſt.* 31. Spada *conſ.* 306. *num.* 10. *lib.* 3. Tondut. *quæſt. benef.* 96. *num.* 22. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 41. *num.* 9. *& in Append. in fine* 2. *volum. fol.* 27.

16 Legitima filiorum, patre dilapidante, ac bonis malè vtente, ſiue culpa, ſiue in fraudem; poteſt excorporari de bonis ipſius patris, etiam viuentis, & ipſis filijs aſſignari, ad effectum vt reddantur tuti à dilapidatione patris, & à fraudulentis, & captioſis alienationibus, quæ legitimæ non præiudicant, Dueo. *reg.* 356. *ampliat.* 1. *verſ. contrariam.* Soccin. *reg.* 355. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 44. *n.* 18. *&c.* Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 16. Mangil. *de imput. quæſt.* 44. *num.* 7. Carpan *ad ſtat. Mediol. cap.* 485. *num.* 85. *&c.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 26. *num.* 10. *priuil.* 88. *n.* 3. Giurb. *de conſuet. Meſſan. par.* 1. *cap.* 7. *gloſ.* 9. *num.* 17. *&* 18 Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 6. *per tot.* vbi poſt relatas plures diuerſas opiniones circa modum prouidendi indemnitati filiorum in huiuſmodi caſu dilapidationis, hanc vti veriorem amplectitur, ampliando etiam in caſu fideicommiſſi, limitando, & declarando, prout ibidem, facit quod dixi *in* §. *Pater n.* 53.

Qualiter in foro conſcientiæ teneatur paterfamilias diſtribuere bona ſua, Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 83. *& ſeqq.*

Quòd legitima non poſſit filijs auferri, nec diminui in officioſis donationibus, fraudulentis, & voluntarijs alienationibus, ità vt detur reuocatio vſque ad illius quantitatem, etiam ſi non malo animo ſint factæ, ac etiam ſi non ſint in tanta quantitate, vt redargui poſſint de inofficioſitate, vel etiam ſi eſſent factæ loco pio, vt benè probat Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 539. *per tot.* & ideò tantò magis ſi ille, in quem ſit alienatio ſit particeps fraudis, Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap* 33. *num.* 58. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 247. *num.* 52. *&c. cap.* 751. *n.* 14. *&c.* Hodiern. *in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. quæſt.* 39. *num.* 15. *&c.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *&* 21. *per tot. & lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 2. *& ſeqq.* facit quod dixi *in* §. *Donatio num.* 19. latè Tuſch. *lit. L. concl.* 188. Rot. *in Bonon. ſeparationis bonorum* 15. *Iulij* 1661. coram Veroſpio apud Vrceol. *Conſult.* 85. *num.* 30. *volum.* 2. vbi quòd donationes tamquam alienationes voluntariæ legitimam non minuunt, nec etiam confeſſiones de recepto per Patrem ad fauorem alterius factæ, Maſcard. *de probat. concluſ.* 364. & idem eſt in dote inofficioſa, quæ mortuo patre poteſt reuocari pro modo legitimæ aliorum filiorum, etiam conſtante matrimonio, Merlin. *d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 20. *per tot.* vide *in* §. *Dos num. infra num.* 25. *&* 26.

17 Legitima filiorum primi matrimonij an, & quando ſit ante omnia deducenda, & poſteà reliquum diuidendum cum ſecundo viro, Altograd. *conſ.* 34. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 18. *per tot.* dixi in meis *reſolut. cap.* 46. *per tot.* & in hoc opere *in* §. *diſpoſitio num.* 8. *&* §. *Diuiſio num.* 15. *&* §. *Lucrum num.* 8. Merlin. *deciſ.* 38. *num.* 17. *&c. deciſ.* 828. *per tot. deciſ.* 853. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 406. *per tot.* Bich. *deciſ.* 293. latè Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 47. *per tot.*

Legitima fratri debita, quando fuit inſtituta turpis perſona, quanta eſſe debeat, Natt. *conſ.* 478. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.* 204. Corn. *conſ.* 176. *num.* 3. *lib.* 4. Theſſ. *deciſ.* 128. *n.* 13. Vaſqu. *de ſucceſſ. creat.* §. 20. *num.* 213. Mangil. *de imputation. quæſt.* 8. *num.* 6. *&* 7. Craſſ. §. *Legitima quæſt.* 10. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, multorum tenentium, legitimam tranſuerſalibus debitam eſſe auctam de quarta ad trientem, & aliorum plurium affirmantium, imò non eſſe auctam iſto caſu, ſed remanere quartam ſecundùm iura antiqua, & ipſe hanc vltimam partem ſequitur, ac contrarijs reſpondet, vide *in* §. *Frater num.* *ſupra num.* 7. Tuſch. *lit. L. concl.* 186. vbi quod ſi ſint quinque fratres erit medietas, ſi verò pauciores tertia pars, & citat Alex *conſ.* 63. *lib.* 2. & quando poſſit etiam in totum reſcindi teſtamentum, Iaſ. *conſ.* 71. *lib.* 1. 18

Legitima poteſt detrahi, & eſt debita, etiam ſi inuentarium confectum non fuerit, præcipuè vbi agitur de fideicommiſſo vniuerſali, quamuis, & idem eſſe in fideicommiſſo particulari latè examinato articulo comprobat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 7. *& ſeqq.* Tuſch. *lit. L. concl.* 213. *per tot.* Gayl. *lib.* 2. *obſeru.* 188. *num.* 14. Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 140. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 51. *n.* 5. *volum.* 4. *& dec.* 201. *num.* 17. *&c. volum.* 5. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 53. *num.* 23. *volum.* 2. Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 293. *num.* 22. *& ſeqq. & deciſ.* 336. *num.* 15. *& ſeqq. d. par.* 9. *vol.* 2. *& deciſ.* 399. *num.* 21. *& ſeqq. eadem par.* 9. vbi quòd verum eſt in fideicommiſſo vniuerſali, ſecùs autem in particulari, quia de iure nouo, non facto inuentario, hæres legata, & fideicommiſſa particularia integrè ſoluere tenetur, *infra num.* 33. Bich. *deciſ.* 251. *num.* 22. *&* 23. 19

Prædicta concluſio obtinet etiam in trebellianica ſaltem quoad liberos primi gradus, ac etiam quoad extraneos hæredes, Gregor. *deciſ.* 266. *num.* 5. vbi Addit. Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 399. *num.* 5. *&* 6. cum alijs per Conſultiſſimum Pontirol. *in Reſponſ. vel tract. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno* 1645. *num.* 218. *& ſeqq.* vbi etiam quòd iſtud nedum procedit vbi ſeiunctim altera tantùm quarta debetur, ſed etiam vbi coniunctim vtraque deducitur, vide *in* §. *Trebellianica num.* 15. Surd. *deciſ.* 316. *per tot. vbi num.* 16. *&c.* quòd hæres tenetur de ſuo poſtea refundere legatarijs.

Prædictam opinionem de veriori teſtando firmat Caualer. *deciſ.* 192. *n.* 2. vbi reprobat Surd. *loc. cit.* ac alios contrarium tenentes, ſequitur etiam contra Surd. & alios Mar. Medic. *deciſ.* 6. *num* 27. *& ſeqq.* vide latè Merlin. *d. quæſt.* 24. *per tot.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 19. *per tot.* vbi plures deciſiones allegat, Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 294. *num.* 3. *&c. par.* 12. *deciſ.* 136. *per tot.*

Si tamen conſtet de alienationibus factis non confecto inuentario, & hæres prætendat non ſufficere pro ſibi debitis detractionibus, & ſic velle reſiduum deducere, non auditur niſi probet negatiuam inſufficientiæ bonorum, & alia non habuiſſe, cùm ex omiſſione inuentarij reſultet maligna ſuſpicio ſubtractionis bonorum, & adequatæ ſatisfactionis, Merlin. *deciſ.* 265. *num.* 5. *& ſeqq. & deciſ.* 383. *num.* 15. *&* 16. *&c. deciſ.* 633 *per tot. deciſ.* 644. *deciſ.* 707. *deciſ.* 776. *num.* 14. *&c. deciſ.* 900. *num.* 1. *&c.* Rot. *par.* 9 *recent. deciſ.* 241. *num.* 31. *& ſeqq. deciſ.* 293. *num.* 25. *&c. dec.* 336. *num.* 6. *& ſeqq. per tot. & dec.* 384 *in eadem cauſa d. p.* 9. *recen. & par.* 10. *dec.* 318. *num.* 17. *&c. par.* 11. *dec.* 31. *n.* 9. *& ſeqq. par* 14. *dec.* 201. *&* 264. & benè probat Pontirol. *loc. cit. num.* 521. *& ſeqq.* vbi latè docet modos, & praxim probandæ huiuſmodi negatiuæ, vide *in* §. *Negatiuo num.* 12. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 53. *num.* 23. *& ſeqq. vol.* 2. vbi etiam citat *meas reſol. cap.* 33. *num.* 23. idem Vrceol. *cap.* 65. *num.* 18. *& ſeqq. vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 278. *n.* 6. *& ſeqq. & dec.* 294. *per tot.* vbi quòd fideicommiſſarius allegans fuiſſe factas alias alienationes teneatur probare, *& par.* 11. *deciſ.* 270. *num.* 19. vbi hoc idem clarè probat, & vide *par.* 12. *deciſ.* 96. *&* 97. *& deciſ.* 136. *& par.* 13. *deciſ.* 263. *num.* 13. *&c.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 78. plura ad rem, & quòd legitimæ, & trebellianicæ conſumptio probatur ex confeſſione filij hæredis grauati.

Quòd legitima præſumatur habita, & non ſit iterum de fideicommiſſis detrahenda, quando filius ſe immiſcuit paternæ hæreditati nullo confecto inuentario, nec probata negatiua non exiſtentiæ aliorum bonorum, Natt. *conſ.* 199.

nam.

Digitized by Google

*num.*11. *&* 12. *lib.*1. Surd. *deciſ.*316. *num.*12. *& ſeqq.* Peregrin. *de fideicomm. art.*39. *num.* 14. Addent. ad Gregor. *deciſ.*266. Merlin. *dec.*633. *num.*1. *&c.* ac alibi ſæpè vt ſupra, & præcipuè *d. par.*14. *deciſ.* 201. Duran. *deciſ.* 360. *num.* 1. vbi etiam *num.*2. *&c.* quòd etiam præſumitur conſumpta ex alienationibus factis, ità vt filio contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, dixi *in reſol. cap.*33. *num.*23. vide Vrceol. *d. cap.*19. *per tot. & cap.* 53. *num.* 23. *& ſeqq. vol.* 2. & alios ſupracitatos, Fachin. *contr. lib.*4. *cap.*34. Paul. Christin. *deciſ. Belg.*248. *num* 6. *&c. volum.* 1. latè Rot. *par.*11. *recent. deciſ.*31. *num.*9. *& ſeqq. per tot. & dec.* 167. *num.* 11. *&c. & par.*12. *deciſ.*37. *per tot.* vbi quòd tunc non habet retentionem, ſed agere debet iudicio ordinario, Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 78. *num.* 7. *&c.* vbi docet praxim quiſnam teneatur probare alienationes factas æquare, vel non debitas detractiones.

20 Legitima, & eius ſupplementum debetur contra voluntatem teſtatoris, & dicitur debitum neceſſarium, etiam quoad hæredem, ità vt omne relictum videatur factum animo compenſandi, Gratian. *diſcept. for. cap.* 198. *per tot. & cap.*688. *num.*39. Sperel. *deciſ.*176. *num.* 79. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.*13. *num.*23. *&c.* vide *in* §. *debitor num. &* §. *Legatum num.*

21 Legitima an calculari debeat, habito reſpectu tam ad maſculos, quàm ad fœminas, etiam à ſtatuto excluſas, vel ad alios exhæredatos, ad effectum cognoſcendi quanta eſſe debeat, an ſcilicèt triens, vel ſemis ſecundùm numerum filiorum, iuxta ſuperiùs dicta *num.*2. & ſic an perſonæ excluſæ à ſucceſſione faciant partem perſonis non excluſis, & augeant numerum ad reddendum legitimam vberiorem, & pinguiorem ad fauorem non excluſorum, vel potiùs ad fauorem hæreditatis, latè Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.* 4. *quæſt.* 1. *& ſeqq. per tot.* Mart. Medic. *deciſ.* 7. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 69. *per tot.* dixi *in* §. *Ius accreſcendi num.* 11. vbi cui accreſcat portio exhæredati, Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 137. *per tot. & deciſ.* 160. *num.* 18. *et ſeqq. per tot.* Tuſch. *lit. L. concl.*208. *et* 209. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 170. *num.* 17. *vol.*2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 180. *per tot. part.* 12. *deciſ.* 136. *numer.* 17. *part.* 13. *deciſ.* 128. 247. *et* 267. *et part.* 18. *deciſ.* 88 *num.* 2. *et ſeqq.* vbi quòd fœminæ licèt à ſtatuto ab inteſtato excluſæ, faciant partem ad fauorem maſculorum, quando condito teſtamento fuerunt agnitæ, relinquendo eis dotem iure inſtitutionis, quo caſu dicuntur reſtitutæ ad iura ſuitatis per ſtatutum ablata, vide *in* §. *Filia nu.*89.

Quomodo autem dotes, fœminarum à ſtatuto propter maſculos excluſarum ſint deducendæ ex hæreditate, an ſcilicèt tamquam æs alienum ante legitimam, quò caſu illam indirectè minuerent, vel ex ipſa filiorum maſculorum legitima, ſiue de reſiduo hæreditatis poſt deductam legitimam ad fauorem maſculorum, vide latè Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*4. *quæſt.*6. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 565. *per tot.* dixi *in meis reſol. cap.*60. *num.*1. *et in hoc opere* §. *Dos, nu.*12. *etc.* vide Rot. poſt Merlin. *d. tract. dec.*106. *per tot. et par.*11. *recent. deciſ.*180.

Quæ loco dotis eſſe dicantur, vel non, Tuſch. *lit. L. concl.* 206. *per tot.*

22 Legitima an comprehendatur ſub generali diſpoſitione, vel requirat ſpecialem mentionem, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.*1. *quæſt.*2 *num* 36. *et ſeqq. et tit.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 1. *etc. et quæſt.*26. *per tot.* penes Tuſch. *lit. L concluſ.* 214. *ad nu.*108. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg* 249. *vol.*1. *et deciſ.* 279. *numer.* 18. *etc. d. vol.*1. *et deciſ.* 169. *nu.* 13. *vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*218. *num.* 11. *etc.* Ludouiſ. *deciſ.*489. *num.*18. *etc. deciſ.* 539. *num.*11. *et ſeqq.* Altograd. *conſ.* 78. *nu.* 24. *lib.* 2. Galuan. *conſ.* 1. *et* 2. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.*4. *num.* 12. *etc.* Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.*9. *num.* 1. *etc.* dixi *in reſol. cap.* 90. *num.* 8. 17. *&* 26. vbi quòd fœmina ſimpliciter à ſucceſſione per ſtatutum excluſa, cenſetur etiam excluſa à legitima iuxta magis communem opinionem, quicquid ſecùs ſit in renunciatione, vt dixi *in* §. *Filius num.*85. *& ſeqq.*

Et an poſſit legitimæ, vel eius ſupplementum renunciari, Merlin. *lib.*3. *tit.*2. *quæſt.* 25. *per tot.* vbi videtur negatiuè concludere, vide Chriſtin. *d. deciſ.*249. *vol.*1.

23 Legitima debetur vnà cum fructibus à die mortis illius, de cuius bonis agitur, quod caret difficultate quando conſiſtit in bonis, ſed idem eſt dicendum ſi conſiſtit in pecunia ſubrogata loco legitimæ, vel etiam hæreditaria, eò quod in hæreditate non adſit niſi pecunia ſi penes hæredem exiſtat, ſecùs ſi penes tertium ſecundùm opinionem Stalban. *tract. de Intereſſ. lib.*2. *tit.*2. *quæſt.* 1. *per tot.* dixi *in* §. *Intereſſe n.*15. §. *Fructus n.*14.

Quòd debeatur vnà cum fructibus à die mortis, Rot. *par.*13. *recen. deciſ.*301. *num.* 1. *&c. deciſ.* 536 *per tot.* Galuan. *conſ.*2. *per tot. & conſ.*31. *num.*137. *& ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*1. *quæſt.*1. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 204. *per tot.* Rot. *par.*12. *recent. deciſ.*20. *num.* 24. vbi quando hæreditas conſiſtit in ſtabilibus, licèt legitima ſit relicta in quantitate, Caualer. *deciſ.* 341. vbi etiam quòd debetur abſque onere, & ideò poteſt ſtatim peti illius ſeparatio ante purificationem fideicommiſſi, *ſupra num.*41. *& ſeqq.*

Quòd imò fructus legitimæ non debeantur, quando illa conſiſtit in pecunia, iocalibus, & mobilibus, articulo maturè diſcuſſo firmauit Rot. *in Romana legitima del Nero* 4. *Iulij* 1646. *coram Otthobono*, & ſequuta eſt Rot. *par.*11. *recent. deciſ.*248. *num.* 11. *& par.*13. *deciſ.* 46. *num.* 4. Thomat. *deciſ.* 87. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 39. vbi quòd ſtantibus interpellatione, & mora debentur fructus legitimæ ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, etiam ſi pecunia tantùm fuerit in hæreditate relicta; quod eſt intelligendum concurrentibus, & probatis requiſitis neceſſarijs, de quibus dixi *in* §. *Intereſſe*, Fontanel. *deciſ.* 92. *num.* 12. *& ſeqq* Griuel. *deciſ. Dolan.* 98. plenè, & diſtinctè Andreol. *contrau.* 315. *per tot.*

Legitima, & Trebellianica, ſiue etiam Falcidia, olim ad inuicem confundebantur; hodie autem non ità ſeruatur, ſed inuicem ſe compatiuntur, ita vt filius grauatus ſub conditione poſſit ſtatim ſequuta morte patris legitimam detrahere habito reſpectu ad totam hæreditatem, & poſtea adueniente tempore reſtitutionis fideicommiſſi, ſiue ſolutionis legatorum Trebellianicam, vel Falcidiam deducere habito reſpectu ad id, quod remanſit in hæreditate, quæ portiones ſimul iunctæ aſcendunt ad dimidiam totius hæreditatis, vt dixi *in* §. *Filius num.* 47. vide latè Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*3. *quæſt.*1. *num.*5. *& ſeqq. per tot.* vbi docet praxim faciendi omnes huiuſmodi detractiones, Petr. Caball. *reſol. crim. caſ.*56. *num.*144. *& conſ. deciſ.*83. *num.* 5. *& ſeqq. lib.*1. *cap* 583. *num.*19. *&c. cap.*694. *num.* 18. *&c.* vbi quomodo liquidentur huiuſmodi detractiones, adde plenè Tuſch. *lit. L. concl.* 211. *&* 212. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 245. *vol.*1. *& deciſ.* 315. *vol.* 1. *& deciſ.* 14. *n.*2. *vol.*4. *& deciſ.*203. *num.* 11. *& ſeqq. vol.* 5. Peregrin. *deciſ.* 91. *num.*25. Martha *vot. Piſ.*8. *num.*62. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.*459. vbi quod idem eſt in aſcendentibus a filijs inſtitutis, & vt ſupra grauatis. 24

Quòd Trebellianica, vel Falcidia deducatur etiam in caſu, quo legitima per ſe aſcendit ad dimidiam, Mandel. *conſ.*41. *num.*2. *&c.* Peregr. & alij relati per Gratian. *deciſ.* 112. *in Addit. num.* 1. vide *in* §. *Trebellianica num.*11. Merlin. *loc. cit. num.*11. *&c.* Chriſtin. *d. dec.* 245. *&* 315. *vol.* 1. Fachin. *contr. lib.*5. *cap.*3.

Quòd ſit locus detractioni duarum quartarum, & ſic legitimæ, & Trebellianicæ, quando filius fuit ſub conditione grauatus, ſecùs autem in fideicommiſſo puro, & quare, quod in vtroque iure ſeruatur, quicquid eſſet controuerſum de iure ciuili, benè Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambelles Caſone impreſſo de anno* 1645. *num.*213. *& ſeqq.* Gratian. *deciſ* 59. *num.*13. *& in Addit. & deciſ.*112. *per tot.* vbi etiam quòd dictæ detractiones poſſunt fieri ſimul, & eodem tempore, de quo tamen vide Merlin. *loc. ſup. cit. n.*16. Surd. *deciſ.* 251. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 29. *num.* 17. Laderch. *conſ.* 51. *num* 2. Tuſch. *lit. L. concl.* 212. *per tot.* Chriſtin. *d. deciſ.* 245. *vol.* 1.

Legitima minuitur per funeris impenſam, cùm huiuſmodi expenſæ ſint antè legitimam deducendæ, intelligendo propriè, & ſtrictè de illis expenſis, quæ fiunt circa actum ſepeliendi cadauer, ipſo cadauere præſente, ſecùs autem in illis, quæ poſtea fiunt, etiam ſi ſuffragium animæ reſpiciant, vt benè probat Pontirol. *in d. Reſponſ. num.* 319. *& ſeqq.* quicquid omnes indiſtinctè comprehendi tenuerit Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.*15. vt dixi *in* §. *Expenſa num.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.*16. *art.* 26. *num.* 6. *&c.* 25

Sicuti etiam ante legitimam eſt deducendum omne æs alienum teſtatoris, nedum extraneis debitum, ſed ipſi hæredi tempore mortis, cùm legitima ſit quota bonorum, quæ dicuntur tantùm deducto omni ære alieno, Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *per tot.* Pontirol.

loc.

Digitized by Google

loc. cit. num. 328. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 201. Chriſtin. vbi ſupra.

Quod eſt intelligendum de debitis naturali, & ciuili ſimul iure, vel etiam naturali tantùm efficacem actionem habentibus, vel ſi ipſi hæredi grauato debeantur, quia ad fauorem hæredis deducitur ante legitimam etiam debitum naturaliter tantùm, licèt efficacem actionem non habeat, quòd ſi ſit hoc modo extraneo debitum, ſtatim non deducitur, ſed ità demùm ſi fuerit ſolutum, & non poſſit repeti, & ſuper hoc futuro euentu præſtatur hincinde cautio inter hæredem, & fideicommiſſarium ad inſtar debiti conditionalis, ſuper quo eodem modo cauetur, debitum verò ciuile tantùm nulla obligationis naturalis concomitantia vnquam coloratum, vel poſtea deſtitutum, non eſt attendendum tamquam omninò indebitum, niſi concomitetur naturali, licèt præſumpta tantùm, & ficta obligatione, nam tunc eſſet detrahendum, ſicut & debitum prætorium vii verum, & efficax deducitur, prout eruditiſſimè probat, & diſtinguit Pontirol. *in d. Reſponſ. ſine tract. num.* 329. *& ſeqq. ad* 373. vbi propterea rectè infert dotes maternas, & alia quæcumque ex materna linea filijs obuenientia tamquam per mortem patris plenè conſolidata, & vtroque iure filijs debita, eſſe ante omnia detrahenda, prout etiam dotes nuruum, quatenus pater ad illarum reſtitutionem tenetur, vt ibi *num.* 374. *& ſeqq.* quamuis indiſtinctè eas omnes eſſe detrahendas dixerit Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 37. vide eumdem Merlin. *quæſt.* 15. 16. 17. *&c. d. lib.* 2. *tit.* 1. qualiter impenſa funeris, æs alienum, dotes, & ſimilia debita detrahantur ante legitimam.

Quid in dotibus legatis filiabus, vide *in §. Dos num.*

Quando pater teneatur ad reſtitutionem dotis nurus, vide *in §. Pater num.*

An pendente diſcuſſione æris alieni, teneatur filius expectare, vel poſſit cautionem dare de conſeruando hæredem illæſum, & ſtatim legitimam conſequi, Franch. *dec.* 127.

Qualiter æs alienum debeat eſſe euidens, & concludenter probatum, aliter quàm per confeſſionem patris, etiam iuratam ad effectum, vt poſſit detrahi in præiudicium legitimæ filiorum, circa quam pater illis præiudicare non poteſt, per ſuam confeſſionem, niſi ageretur de aliqua modica ſumma arbitrio iudicis, quamuis huiuſmodi confeſſio patris, etiam in magna quantitate poſſit ſuſtineri in vim legati, ſi ſit facta in teſtamento; ſed hoc modo non præiudicat legitimæ ex infra dicendis, vide Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 4. *per tot. infra num.* 16.

An quarta debita vxori inopi iuxta *Authen. præterea, C. vnde vir. & vx.* ſit antè legitimam filiorum detrahenda, & ſic illam minuat, Merlin. *loc. cit. quæſt.* 23. *per tot.* vbi videtur negatiuè concludere, facit quod dixi *in §. Vxor num.*

Quòd legitima non minuatur per æs alienum voluntarium, ſiue per alienationes voluntarias, ſed ſuppleatur ex bonis donantis, ſi bona, quæ remanſerunt non ſufficiant, quia etiam donata habentur pro extantibus ad hunc effectum, Rouit. *deciſ.* 100. *num.* 26. cum alijs per Rot. *par.* 17. *recen. deciſ.* 47. *num* 10. *& ſeqq. ſup. num.* 14. *& deciſ.* 384. *in eadem cauſa.*

26 Legitima non minuitur ex legatis etiam ad pias cauſas factis, quia legitima deducitur ante legata, donationes cauſa mortis, & alia huiuſmodi gratuita relicta: non tamen deducitur ex ipſis legatis, niſi in ſubſidium, ſic neque ex legatis pro malè collatis, nec ex donationibus ob benemerita factis, dummodò tamen de ipſis malè ablatis, vel benemeritis plenè conſtet aliter quàm per confeſſionem donantis, Bart. *in l. ſi quis ad declinandam num.* 6. *vbi gloſ. C. de Epiſc. & Cler.* Greg. *deciſ.* 339. *num.* 6. *&* 7. plenè Merlin. plures deciſiones addens in vltima impreſſione *d. tract. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *per tot.* Pontirol. *d. Reſponſ. num.* 411. *&c.* Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 57. *num.* 11. *& ſeqq. & part.* 12. *deciſ.* 286. *per tot. & deciſ.* 263. *num.* 2. *& ſeqq.*

Quòd regulariter non minuatur legitima ex legatis, ſed ante illa ſit detrahenda, & quare; quod tamen videtur intelligendum de legatis factis perſonis extraneis, ſecùs autem de factis perſonis ſuccedentibus, pulchrè declarat videndus Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 18. *num.* 14. *& ſeqq.* Rot. *in Imolenſ. legitimæ* 1. *Iulij* 1644. penes Vrceol. *loc. cit. num.* 34. *& ſeqq.* Rot. *par.* 11. *recen. dec.* 57. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam an minuatur ex diminutione valoris bonorum, vel propter expenſas factas pro exactione creditorum hæreditariorum.

An autem ex legato famulis facto pro ſalario, & mercede minuatur legitima, dic quòd ſi petere poterant tamquam debitum neceſſarium, minuitur per illud legitima, quia tamquam æs alienum venit ante legitimam deducendum, aliàs autem ſecùs, Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 33. *per tot.*

Quòd legitima minuatur per legatum vſusfructus omnium bonorum vxori relictum, ſed prius ſit detrahenda, niſi dictum legatum eſſet ſimul filijs, & vxori factum, quia tunc pro medietate ſpectat ad filios, in qua medietate concluditur illorum legitima, vt benè probat Vrceol. *Conſult. for. cap.* 58. *vol.* 2. *& cap.* 71. *num.* 18. *&* 32. *vol.* 2. Merlin. Pignatell. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. *&c.* vbi quando comprehendatur in vſusfructu.

27 Legitima reſeruatur quando bona patris ob delictum confiſcantur, & niſi aliter conſtet de conſuetudine, vel lege municipali diſponatur, ſi ſunt duo filij, habent dimidiam bonorum pro legitima, ſi verò ſint plures habent totam hæreditatem, & ceſſat confiſcatio, iuxta text. *in l. quando C. de bon. damnat. & l. numeratio, ff. de bon. damnat. vbi gloſ. & DD.* Rol. *conſ.* 92. *num.* 30. *&c. lib.* 2. Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *verſ. videndum eſt*, Pract. Papp. *for. Inquiſit. gloſ. vlt. num.* 2. *cum Addit.* vbi quòd reſeruatur etiam patri ex bonis filij confiſcatis quoad trientem, Michalor. *de fratribus par.* 1. *cap.* 33. *num.* 5. *& par.* 3. *cap.* 17. *num.* 4. & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 135. *num.* 11. *&c.* Conciol. *reſol. crimin. verb. legitima reſol.* 1. *per tot.* latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 28. *&* 29. *per tot.* vbi ampliat etiam ad dotes filiorum, & ad alimenta, ac alijs modis declarat, & quid in Matre delinquente, ac alia huiuſmodi, Conciol. *d. verb. Legitima reſol.* 4. *&* 5. vbi quòd idem eſt in Matre delinquente, vt ex eius bonis debeatur eodem modo legitima filijs, etiam in crimine læſæ Maieſtatis, licèt alij contra, & idem è conuerſo, vt debeatur parentibus ex bonis filiorum confiſcatis, quando non extant eorum deſcendentes.

Fiſcus tamen occupat omnia bona, & facta confiſcatione conuenitur pro excorporatione, & deductione legitimæ, & dotium, ſicuti ſeruat generalis conſuetudo, teſte Merlin. *d. quæſt.* 28. *num.* 12. & me, qui in Statibus Etruriæ ſemper practicatum vidi, & alibi.

Quoad alimenta detrahenda ſequitur Altograd. *conſ.* 95. *num.* 1. alibi Conciol. *d. verb. Legitima reſolut.* 1. *num.* 4. *&c.*

De dicta materia reſeruationis legitimæ filiorum delinquentis, latè Farinac. *quæſt.* 24. *num.* 34. *& ſeqq.* Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *limit.* 19. *&* 23. *per tot.* Conciol *d. reſol.* 1. Peregr. *de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 34. *&c.* Theſ. *deciſ.* 104. Benintend. *deciſ.* 91. Sord. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 31. Merlin. *d. quæſt.* 28. *&* 29. *per tot* Caluin. *tract. de æquit. lib.* 1. *cap.* 96. *per tot.* cum alijs per eos citatis, Card. Tuſch. *lit. C. concl.* 727. *num.* 12. *& ſeqq. & lit. L. concluſ.* 189. *per tot. &c.* vbi videtur intelligere, quando confiſcatio venit à iure communi, à quo procedit dicta reſeruatio ex cauſa miſerationis, ſecùs autem ſi ſit impoſita à ſtatuto principaliter in pœnam delicti; vide alios citatos, quibus adde Farinac. *conſ.* 145. *num.* 16. *lib.* 2. Conciol. *reſol. crim. verb. Confiſcatio reſol.* 7. vbi latè contra fiſcum, etiam in terminis ſtatuti, cùm per illud redeamus ad ius antiquum, à quo recipere debet interpretationem vt ſupra, dixi in mea Practica §. *Confiſcatione num.* 12. *&* §. *Doti num.* 4. *&* 5. vbi etiam qualiter vigore legum Municipalium Florentiæ reſeruentur dotes filiabus, & ſororibus delinquentium.

Si tamen patris bona confiſcentur ob crimen læſæ Maieſtatis, nulla hoc caſu reſeruatur filijs legitima, *l. quiſquis, §. filij vero, C. ad l. Iul. Maieſt.* Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 3. *tit.* 9. Clar. *in §. Læſa Maieſtatis, verſ. Præterea*, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 1. *&c.* Farinac. *quæſt.* 116. §. 3. *num.* 76. *& ſeqq.* plenè Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 30. *per tot.* dixi *in Pract. §. Figliuoli num.* 4. 5. *&* 10. *& §. Machinatori per tot.* vbi quid in hoc diſponant leges Municipales Florentiæ, adde Conciol. *reſol. crim. verb. confiſcatio reſol.* 7. *num.* 12. *cum addit. & in verb. Læſa Maieſtas reſol. vnic. in fine*, vbi quòd hodie dictæ pœnæ, *in l. quiſquis non ſunt in vſu de generali conſuetudine*,

& in verb. Legitima reſol.4. num.43. vide *in §. Filius n.38. & §. Fiſcus num.7.*

Et idem eſt in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vt filij hæreticorum priuentur etiam legitima, ad latè tradita per Merlin. *loc. cit. quæſt. 31. per tot.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 3. &c.* Farinac. *quæſt. 190. num. 191.* vbi pluribus modis ampliant, & limitant adde Conciol. *in verb. Legitima reſol. 1. num. 9. & ſeqq. per tot.* vbi tamen quòd ſaltem debentur alimenta de æquitate, & alia ad rem.

An autem legitima, & Trebellianica poſſit per Fiſcum deduci, & prætendi ex perſona filij delinquentis poſt mortem patris ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, vide latè Merlin. *loc. cit. quæſt. 32. per tot.* vbi videtur concludere quòd non, cùm de mente patris prohibendi detractiones quoquomodo apparere poteſt, Guaz. *de confiſcat. bon. concl. 27. num.30. et ſeqq. per tot.* facit quod dixi *in §. Confiſcatio num. 16. et §. Trebellianica num. 26.* Conciol. *reſol. crimin. verb. confiſcatio reſol.6. num.5. et 7.* vbi quòd ex fideicommiſſo ordinato in caſu delicti non poteſt per fiſcum deduci legitima, neque Trebellianica, cùm ſit onus fauorabile filijs, & alia ad rem, Fului. Maioran. *in Opoprax. lib. 1. cap. 11. num. 38. et ſeqq. fol. 34.* vbi citat Maſtril. *dec. 181.* Vermigliol. *conſ. 51. et alios infra num. 30. in fine*, Arias de Meſa *var. reſol. lib. 3. cap. 29.*

De materia an confiſcatis bonis patris, ſit reſeruanda legitima filijs, & an ius adeundi, vel hæreditas non adita tranſeat in fiſcum, ſi filius poſt mortem patris delinquat ante aditam hæreditatem, & alia ad rem Antunez. Portugal. (cum pluribus citatis) *l. donat. Reg. lib. 3. cap. 25. per tot.*

28 Legitima filij non poteſt propter eius delictum patre viuente confiſcari, niſi adſit ſtatutum aliter diſponens, Surd. *deciſ. 167.* Clar. *§. fin. quæſt. 86.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 271. num. 8. etc. cap. 594. num. 13. etc.* vbi de cautela, vt ſemper fiſcus excludatur à legitima filij, etiam propter delictum commiſſum poſt mortem patris, *et cap. 983. per tot.* Duen. *reg. 356. ampliat. 2. et limit. 5.* Maur. *de ſolut. cap. 47.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 132. etc.* Farinac. *quæſt. 25. num. 137. etc. et quæſt. 24. num. 16. etc.* Giurb. *de Conſuet. Meſſan. par. 1. cap. 4. gloſ. 5. num. 18. et ſeqq.* Tuſch. *lit. L. Concluſ. 190. per tot.* latè Conciol. *reſol. crim. verb. Legitima reſol. 3. per tot.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 33. per tot.* vbi etiam videtur firmare, quòd non obſtante dicto ſtatuto compellente patrem ad ſoluendum legitimam pro filio delinquente, (prout in tota ferè ditione Eccleſiaſtica ex Conſtitutionibus Marchiæ Sixti, & Cardinalis Ægidij *lib. 4. cap. 18. et 19.* & in pluribus alijs Italiæ Ciuitatibus extat) poſſit pater præueniendo fiſcum, filium ingratum exhæredare, ſicque fiſcum etiam a legitima excludere, facit quod dixi ſupra *num. 27. in fine, et in §. Statutum puniens num. 26.*

De Bullis Pij IV. & Sixti IV. compellentibus patrem ad ſoluendam legitimam pro filijs, & earum intellectu, Conciol. *reſol. crim. verb. Bulla reſol. 2. 3. et 6.* vbi quòd tanquam odioſæ ſunt reſtringendæ, non procedunt quando fuerunt nulliter condemnati, nec quando ſunt Clerici, & alia ad rem, de quibus plenè idem Conciol. *in verb. Legit. reſol. 4. per tot.* & quod tunc pater pro intereſſe proprio admittatur in iudicio pro filio abſente, & quando, idem Conciol. *verb. Legit. reſol. 2. per tot.* Rot. *par. 18. recen. deciſ. 735. num. 27.* vbi quod in Statu Eccleſiaſtico poteſt confiſcari legitima, & ſemel detracta per confiſcationem, amplius detrahi non debet.

Florentiæ tamen (quod ſciam, vel vnquam audiuerim) non extat ſimilis Conſuetudo, vel ſtatutum compellens patrem ad ſolutionem legitimæ filij delinquentis, ipſo patre viuente, de quo tamen vide Card. Tuſch. *lit. S. concl. 605. n. 7. et ſeqq.* vt dixi *in §. Statutum puniens num. 26.*

Et de iure communi, poſteà decedente patre, legitima nō confiſcatur, ſed ius ſuccedendi (reperto filio delinquente ob bannum incapace) integraliter defertur alijs ſequentibus in gradu ab inteſtato venientibus, vel à patre inſtitutis, quia confiſcatio non porrigitur ad iura futura, & conditionalia non delata tempore commiſſi delicti, Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 4. ſub n. 7.* Gomez. *var. reſol. tom. 3. tit. de confiſc. n. 1. etc.* Farinac. *q. 24. n. 19. etc. q. 125. n. 138. et ſeqq.* Merlin *de legit. lib. 3. tit. 1. q. 33. n. 4. et ſeqq. vbi n. 6. in Addit.* ampliat etiam ſi Pater per modum diuiſionis, vel legitimę aliquid filio inter viuos aſſignauerit, quia cùm irreuocabiliter illi nō quæratur, non venit in confiſcatione, ſecùs autem ſi irreuocabiliter filio delinquenti fuerit quæſitum, Bertaz. *conſ. crim. 110. lit. B.* Guaz. *de confiſcat. limit. 19. num. 23.* Giurb. *de Conſuet. Meſſan. par. 1. cap. 1. gloſ. 12. num. 8. &c.* vide *in §. Filius num. 32. §. Bannitus num. 20. §. Confiſcatio num. 5. & §. Fiſcus num. 7. & 8.*

Quid ſi mortuo patre Filius delinquat ante aditam hæreditatem, vel agnitam legitimam, an fiſcus poſſit illam prætendere, dic quòd non, quia ius adeundi eſt meræ facultatis, & non in bonis, ſed extra bona, & qui non vult acquirere, non dicitur diminuere in fraudem, Cephal. *conſ. 321. lib. 3.* Franch. *deciſ. 101.* Farinac. *quæſt. 25. n. 141.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæſt. 9. num. 44. & ſeqq.* vide *in §. Hæreditas num. 11. & 12.*

Quid ſi filius viuente patre delinquat, condemnatio verò, cuius vigore ſequitur confiſcatio facta ſit poſt mortem patris, Calu. *de æquit. lib. 3. cap. 265. n. 7. & ſeqq.* vbi quòd conſideranda ſunt verba legis, vel ſtatuti confiſcationem imponentis, an reſpiciant tempus delicti, vel condemnationis, nam ſi tempus delicti non comprehendunt bona poſtea quæſita, ſi tempus condemnationis attenditur, quæ tunc poſſideat, ad Farinac. *quæſt. 24. n. 187.* Mangil. *de imput. quæſt. 41.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 39.* Hodiern. ad Surd. *dec. 167. n. 17.* adde Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. de teſtam. cap. 9. §. 1. dub. 5. fol. 355.*

An in confiſcatione bonorum filijfam. veniat legitima, examinat multis citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 23. n. 1. & ſeqq.* vbi etiam de peculio.

Legitima an poſſit retineri à filio, qui vult abſtinere ab 29
hæreditate patris, Marani. *in l. ſi poteſt n. 62. ff. de acquir. hæred.* Soccin. *reg. 155.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 249. n. 2. & per tot.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 2. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & quinque caſus diſtinguit, Rot. *par. 18. recen. deciſ. 743. num. 12.* vbi quòd ſecluſo titulo hæreditario, vt quia filius repudiauit hæreditatem patris, non poteſt habere legitimam.

Legitima nullum recipit onus, & grauamen, & appoſi- 30
tum reijcitur ipſo iure, ideòque nec eius alienatio regulariter impediri poteſt, Gratian. *diſcept. for. cap. 594. num. 4. & per tot.* Ger. Spin. *conſ. 22. num. 5. & ſeqq. per tot.* Vrceol. *conſult. for. cap. 6. num. 3. & ſeqq.* latiſſimè Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 3. per tot.* Altograd. *conſ. 17. num. 1.* & latiùs *conſ. 18. num. 13. &c. lib. 2. infra num. 35. verſ. Item tranſmittitur per tot.* plenè Tuſch. *lit. L. concl. 187. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 170. n. 8. &c. vol. 2. & ad leg. municip. tit. 16. art. 26. n. 11. &c.* vbi ampliat, & limitat Rot. *par. 4. rec. deciſ. 119. per tot. & par. 18. tom. 1. deciſ. 49. & par. 19. deciſ. 11. per tot.* vbi etiam quòd non eſt neceſſaria aliqua reclamatio filij, *& dec. 70. in eadem cauſa d. par. 19.*

Quòd nullum onus recipiat, etiam reciprocæ ſubſtitutionis inter filias, loquendo in dote loco legitimæ ſubrogata, (quamuis non deſint contrarium tenentes reſpectu reciproci oneris) plenè Galuan. *conſ. 31. num. 4. & ſeqq. & num. 97.* Et in ſimili quòd non admittat onus reciprocæ ſubſtitutionis verius eſſe profitetur, Gratian. *deciſ. 112. num. 9. &c.* vide Tuſch. *d. concl. 187. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 182. num. 21. & ſeqq. vol. 5. & ad leg. municip. d. tit. 16. art. 26. num. 11. &c.* Rot. *in Romana tranſactionis Lunæ 6. Martij 1673.* coram Vicecomite poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 40.*

Quæ autem, & quando ſubſtitutiones in legitima admittantur vide Merlin. *d. tit. 2. quæſt. 13. per tot.* Rot. *par. 9. rec. deciſ. 387. num. 54. & ſeqq.* dixi *in §. Dos num. 16. & 17. & §. Fideicommiſſum num. 20.* vbi quòd admittuntur quando reſpiciunt commodum ipſius filiæ, & eius deſcendentium, ex Rot. *par. 16. rec. deciſ. 379. per tot.*

Poteſt tamen prohiberi filio alienatio legitimæ donec peruenerit ad ætatem 25. annorum, Arias de Meſa *var. reſol. lib. 3. cap. 29. per tot.* vbi etiam ſi filius interim delinquat, an legitima tranſeat ad fiſcum, & ſic onus in legitima admittitur ad tempus vbi commodum, & fauorem filiorum reſpicit, Franch. *deciſ. 14. num. 3.* Ferret. *caut. 35.* Magon. *deciſ. Flor. 149. num. 38. &c.* Cabal. *conſ. deciſ 61. num. 3. & ſeqq. lib. 2.* Gratian. *deciſ. 76. in Addit. num. 1.* vbi quòd non ob id prohibetur filius alienare, vide *in §. Prohibitio num.* latè Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 11. per tot.* vbi etiam diſputat an huiuſmodi prohibitio poſſit ſuſtineri vſque ad 30. annos adducendo cōtrarias ad inuicē opiniones, & ſuppoſita validitate prohibitionis in vtroque caſu, non poſſe illi renunciari per filiū, ità vt ſi alienauerit,

etiam

Digitized by Google

etiam cum iuramento (ſecloſa omni neceſſitate) alienatio ſit nulla, & admittantur ſubſtituti, vel alij cohæredes inſtituti, vide Tuſch. lit. L. concl. 187. num. 99. & ſeqq. Spada conſ. 306. lib. 3. Vrceol. in Append. ad cap. 6. in fine 2. vol. fol. 9. Peregrin. deciſ. 35. num. 11. & ſeqq. Martha vot. Piſ. 115. num. 3. & ſeqq. vbi quòd talis prohibitio valet, vt conſilium, non vt præceptum, & ſi illi contrafiat non amittitur legitima, nec admittitur ſubſtitutus.

An autem ſtante dicta prohibitione, ſi filius decedat intra dictum tempus prohibitionis, poſſit ſaltem teſtari, & ſibi hæredem inſtituere, affirmatiuè reſoluit, diſtinguendo tamen plures caſus idem Merlin. loc. cit. quæſt. 12. per tot. vide in §. Prohibitio num.

Item an prohiberi poſſit alienatio legitimæ, caſu quo bona peruenire deberent ad fiſcum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 594. et cap. 983. per tot. Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. quæſt. 32. vbi videntur affirmatiuè concludere, cùm hoc non ſit onus, ſed commodum filij, vide Farinac. quæſt. 25. num. 45. Cyriac. contr. 148. num. 31. etc. vbi contrarium defendit pro fiſco, ſed contra communem aliorum opinionem, vt inquit Merlin. loc. cit. in Addit. num. 5. in fine, et quæſt. 33. ſub num. 13. ſupra num. 27. in fine, Fului. Maioran. in Opoprax. lib. 1. cap. 11. num. 38. et ſeqq. fol. 54. vbi pariter tenet contra fiſcum.

An, & qualiter ex conſenſu filij hæredis, poſſit per patrem onus, vel grauamen legitimæ apponi, ſaltem ſub conditione, vide Couar. in cap. Raynaldus §. 2. num. 3. Gabr. Vaſqu. Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 6. §. 4. dub. 2. per tot. fol. 308. Baitel. de vltim. volunt. deciſ. 28. num. 15. etc.

An filius poſſit conſentire, & approbare grauamen legitimæ appoſitum in præiudicium ſuorum creditorum, latè Carleual. de iudic. lib. 2. tit. 3. diſput. 25. num. 18. et ſeqq. Aloyſ. Manſ. Conſult. 226. per tot. lib. 3. vbi ſimpliciter an in legitima poſſit grauari, & filius approbare, infra num. 37.

31 Legitima cùm vt dixi nullum onus recipiat, non etiam venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando filius fuit expreſsè, & nominatim grauatus; veniret autem in fideicommiſſo, quando non ipſe filius, ſed illius hæres, vel ſubſtitutus eſſet grauatus, & ſic quando fideicommiſſum eſſet relictum poſt mortem filij, vel per verba impersonalia, cùm tunc non dicatur iniunctum onus ipſi filio, ſed eius hæredi, vel ſubſtituto, venit etiam reſtituenda legitima, & non poteſt retineri ab eius hærede, vel ſubſtituto, quia licèt non poſſit filius, vt ſupra in ea grauari, poteſt tamen illius hæres, vel ſubſtitutus, vt benè probat Ger. Spin. conſ. 22. num. 27. et ſeqq. facit Gratian. dec. 76. in Addit. num. 2. etc. vide Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 8. per tot. Baitel. de vlt. volunt. deciſ. 28. per tot. Tuſch. lit. L. concluſ 187. num. 104. et ſeqq. Bich. deciſ. 88. vbi de dote ſuccedente loco legitimæ, vt non poſſit à Patre fideicommiſſi onere grauari, & plura quando dos ſuccedat loco legitimæ, vel non, de quo dixi in §. Dos num. 16. et 17. Rot. par. 15. recen. deciſ. 196. vbi quòd vigore ſtatuti Bononiæ dos licèt ſuccedat loco legitimæ, poteſt onere fideicommiſſi grauari, quicquid aliter tenuerit Rota Bononienſis, quæ ibi reprobatur.

De cautela prohibendi legitimam, ſcilicet inſtituendo filium cum onere non detrahendi legitimam, & Trebellianicam, ſed omnia reſtituendi per fideicommiſſum, & ſi nolit acquieſcere huic diſpoſitioni inſtituendo in ſola legitima, cæteris priuando bonis, plenè cum reſolutione contrariorum Andreol. controu. 250.

Et quòd non poſſit dos fideicommiſſo grauari, quando ſuccedit loco legitimæ, latè Rot. par. 17. recent. deciſ. 76. vbi quid ſi excedat legitimam, vel fuerit cum tali onere acceptata, et deciſ. 267. in eadem cauſa, et par. 18. tom. 1. dec. 49. per tot.

Cautelam autem, vt pater poſſit grauare filium etiam in legitima, tradunt communiter Doctores, nempè ſi pater inſtituat filium in plus, quàm importet legitima ſub onere fideicommiſſi, vel alio etiam in legitima expreſsè appoſito, cum conditione expreſſa, quòd quatenus filius nolit parere præcepto, vel grauamini adiecto intelligatur in ſola legitima inſtitutus, & à reliquo excluſus, ponendo in poteſtate filij acceptare hæreditatem cum onere appoſito, vel nudam legitimam ſine onere, nam hoc modo expreſsè, vel etiam tacitè adhibita dicta cautela, ſi velit hæreditatem, vel illud plus, in quo fuit inſtitutus conſequi, tenetur oneri etiam acquieſcere, & adeundo hæreditatem cenſetur illud approbare gloſ. & Angl. in §. iubemus, Auth. de trient. & ſemiſſ. Duran. tract. de arc. teſt. tit. 5. caut. 31. num. 6. Soccin. iun. conſ. 121. num. 9. lib. 1. Franch. dec. 293. num. 11. &c. Rot. par. 14. recen. deciſ. 119. per tot. & deciſ. 202. per tot. & deciſ. 254. vbi etiam quòd dicta cautela ſuppletur per clauſulam, omni meliori modo, Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 489. num. 20. & ſeqq. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 11. Coſta de facti ſcient. & ignorant. diſtinct. 58. cont. 2. Baitel. de vltim. volunt. dec. 28. per tot. Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 62. & 97. Sord. deciſ. 21. num. 20. Foiat. de ſubſtit. quæſt. 296. num. 58. &c. Merlin. plures DD. & deciſiones allegans tract. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 7. num. 4. 9. 15. 16. & per tot. & quæſt. 8. num. 9. Ricc. Collect. 3158. & inter meas Allegat. diuerſ. manuſcript. volum. 2. fol. 154. &c. Tuſch. lit. L. concluſ. 187. num. 102. & ſeqq. per tot. Merlin. deciſ. 642. num. 5. &c. deciſ. 664. num. 43. Vrceol. in Append. ad cap. 6. ſub num. 3. in fine volum. 2. fol. 10. vbi an dicta cautela contineatur ſub clauſula, omni meliori modo, & dicit, quòd non, quando fuit appoſita ſine antecedenti copula, & prædictis adde Rot. par. 9. recen. deciſ. 459. per tot. vbi quid ſi filius impugnauit teſtamentum, an poſſit poſtea validè illud acceptare per tranſactionem, & velle maius emolumentum cum onere appoſito, & rurſus in eadem cauſa deciſ. 481. per tot. d. par. 9. & melius par. 10. deciſ. 218. vbi qualiter poſſit prohiberi legitima, mediante dicta cautela, & part. 12. deciſ. 426. num. 11. par. 13. deciſ. 412. num. 20.

Qualiter legitima tranſmittatur reiecto omni onere, infra num. 5.

Legitima non poteſt peti, nec offerri ſuper re particulari, & magis benè viſa, ſed arbitrio iudicis, & de iure eſſet debita de ſingulis rebus, Menoch. de arbitr. caſ. 163. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. & lib. 5. tit. 3. quæſt. 11. Michalor. de Fratr. par. 1. cap. 33. num. 72. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 698. num. 26. &c. cap. 700. n. 24. cap. 743. num. 6. &c. cap. 794. Magon. deciſ. Flor. 35. num. 44 &c. Surd. dec. 316. per tot. Mart. Medic. deciſ. 6. per tot. Tuſch. lit. L. concl. 194. & 495 per tot. vbi ex quibus debeatur, & quomodo exitabatur, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 170. n. 9. & ſeqq. vol. 2. 32

Poteſt tamen per Patrem relinqui in vna re particulari, ac etiam in pecunia hæreditaria, quam filius recuſare non poterit; licèt aliàs nec per filium peti, nec per hæredem offerri poſſit in re particulari, ſed arbitrio iudicis conſtituenda ſit, & qualiter iudex arbitrari debeat, Menoch. d. caſ. 163. num. 1. & ſeqq. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. num. 13. &c. latè Merlin. d. lib. 5. tit. 3. quæſt. 11. per tot. alter Merlin. deciſ. 866. num. 5. &c. vbi quòd non tantùm à patre, ſed etiam à iudice poteſt aſſignari in pecunia ex cauſa arbitrio ſuo æſtimanda.

Quòd poſſit ex conuentione reduci ad pecuniam, cùm filius tanti ſuo renunciare valeat, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 853. num. 43. &c. Rot. par. 13. recen. dec. 301. vbi quòd inuito filio non poteſt in pecunia ſolui, ſed in corpore hæreditario.

Quòd cenſeatur electa in re alienata, ità vt non ſit locus pœnitentiæ, vide in §. Grauatus num. Tuſch. lit. L. concluſ. 196. vbi quando, & qualiter dicatur electa.

Si conſiſtat in re particulari, quæ minuatur poſt mortem patris, ad quem ſpectet periculum, & damnum, Gratian. cap. 165. num. 5. &c. & cap. 794. num. 1.

Licèt non poſſit ab initio conſtitui in pecunia, fructibus, vel vſufructu, ſed in corporibus hæreditarijs conſtituenda ſit, tamen ſi agatur de imputatione, non refert quòd filius aliquid conſequutus fuerit in pecunia, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. num. 10. &c. & facit in cap. 265. per tot. vide Tuſch. lit. L. concluſ. 194. & 195. per tot.

Quòd quamuis in fructibus perceptis aſſignari non poſſit, in vſufructu tamen conſiſtere valeat, & quomodo, vide Sperel. deciſ. 32. num. 21. & ſeqq. Rot. par. 5. rec. dec. 62. num. 9. deciſ. 340. num. 6. & deciſ. 607. num. 13. Tuſch. d. concl. 194. per tot. contra Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 2. quem ex profeſſo impugnat Sperel. loc. cit. vide ſupra n. 8. in fine.

Quamuis de iure iuxta prædicta, legitima ſit debita ex ſingulis corporibus hæreditarijs, tamen ex æquitate, quæ in iudicijs diuiſorijs ſeruatur, & ob partium commo-

ditatem, non detrahatur de ſingulis corporibus, ſed in vno, vel pluribus arbitrio iudicis aſſignetur, ſicque etiam poſſit bona fide eligi à filio expreſsè, vel tacitè, Rot. p. 9. recent. deciſ. 336. num. 20. & ſeqq. vol. 2. & par. 15. dec. 234. num. 9.

33 Legitima, vel Trebellianica non poteſt prætendi ſuper re particulari prohibita alienari, vel alteri legata, vbi adſunt alia bona libera, vel fideicommiſſo vniuerſali ſubiecta ſufficientia, æquè vtilia, & commoda; cui autem incumbat huiuſmodi probatio, & alia, vide per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 334. num. 5. &c. vbi num. 9. quòd incumbit filio, cap. 404. num. 19. &c. facit in cap. 570. cap. 646. num. 6. &c. cap. 700. num. 23. &c. Magon. deciſ. Flor. 35. num. 12. &c. Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 113. num. 4. Mart. Medic. deciſ. 6. per tot. Caualer. deciſ. 246. vbi quòd probatio incumbit hæredi ſi non fecit inuentarium, ſi verò fecit inuentarium citatis citandis, transfertur onus probandi in aduerſarios, quam diſtinctionem poſt plures hincindè relatos ſequitur Mart. Medic. deciſ. 9. num. 15. & per tot. Merlin. deciſ. 265 per tot. Rot. par. 9. recentior. deciſ. 399. n. 21. & ſeqq. vbi quòd hæres non facto inuentario tenetur integrè ſoluere legata, & fideicommiſſa particularia de iure nouo, & ob id non poteſt huiuſmodi detractiones prætendere in rebus particularibus prohibitis alienari, vide ſupra num. 19. Rot. par. 10. recent. deciſ. 12. num. 35. & ſeqq. per tot. & deciſ. 363. num. 31. & ſeqq. & par. 12. deciſ. 336. num. 5. &c. deciſ. 363. num. 3. & ſeqq. vbi quando poſſit detrahi ex bonis alteri relictis, nempè ſi alia non extent æquè vtilia, & commoda, Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. num. 10. &c. Rot. part. 14. recentior. deciſ. 352. num. 13. & 14. Bich. deciſ. 251. num. 15. &c. deciſ. 278. numer. 16. &c. deciſ. 559. Caren. reſolut. 124. per tot. cum ſeqq.

Quòd non poſſit prætendi de legatis, vel fideicommiſſis particularibus quando hæreditas eſt ſoluendo, contrarium debeat probari per filium, & alia, Gratian. deciſ. 181. per tot. Surd. deciſ. 316. per tot. vbi etiam quid ſi filius fecerit inuentarium, vel non, vide Rot. d. deciſ. 399. num. 21. & ſeqq. par. 9. recen. & par. 11. deciſ. 167. num. 1. & ſeqq. & par. 13. deciſ. 183. num. 27. Bich. deciſ. 251. num. 15. & ſeqq. & deciſ. 278 num. 16. & ſeqq. vbi etiam quomodo fideicommiſſum particulare diſtinguatur, & agnoſcatur ab vniuerſali.

Quòd ſpectet ad fideicommiſſarium probare adeſſe alia bona, ex quibus poſſit legitima, & Trebellianica deduci, Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 210.

Quòd imò ſpectet ad hæredem probare non extare alia bona, auctoritate Rot. tenet Pontirol. in Reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſ. de anno 1645. num. 600.

Concordat iuxta ſuprapoſitam diſtinctionem, & vide in §. Exceptio num. §. Negatiua num. & §. Prohibitio num.

34 Legitima etiam ex fideicommiſſo, ſiue ſubſtitutione facta inter viuos eſt detrahenda quemadmodum in vltimis voluntatibus, ſicut & falcidia, quicquid ſecùs ſit in Trebellianica, vt dixi in §. Trebellianica num. quod procedit etiam in donatione reciproca, vel fideicommiſſo reciproco, licèt filius conſenſerit donationi, niſi ſpecialiter, & in indiuiduo renunciauerit legitimæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 247. num. 21. &c. vide Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 19. per tot. et quæſt. 9. vbi qualiter detrahatur ex fideicommiſſo vniuerſali, vel alijs ſubſtitutionibus.

35 Legitima, vel eius ſupplementum tranſmittitur ad hæredes, quamuis non fuerit agnita, nec actio deducta in iudicium, cùm ſit quota bonorum ipſo iure debita, niſi tamen fuerit præſcripta, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 118. num. 36. etc. cap. 602. per tot. cap. 743. num. 1. etc. vbi ampliat etiam ad Trebellianicam, Magon. deciſ. Florent 10. num. 12. etc. Rot. in Nouiſſ. par. 6. deciſ. 160. per tot. Mart. Medic. deciſ. 6. num. 15. etc. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæſt. 9. per tot. Tuſch. lit. L. concl. 210. per tot. Bich. deciſ. 320. num. 27. et ſeqq. vbi quòd (quicquid ſit in hæreditate) legitima ex eius ſpeciali priuilegio tranſmittitur abſque aliquo onere ad quoſcumque hæredes, quamuis extraneos, & hæredes hæredum, Rot. par. 18. recen. deciſ. 662. num. 2. etc. infr. n. 41.

Quòd tam legitima, quàm Trebellianica licèt per filium non agnita tranſmittatur ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, Altograd. conſ. 31. num. 33. etc. lib. 1. vbi multos allegat, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 807. num. 33. &c. Pontirol. in Reſponſ. pro Mambellis num. 412. &c. Merlin. d. quæſt. 9. num. 2. vbi quòd tranſit etiam in fiſcum, Rot. par. 9. recen. deciſ. 267. num. 16. & par. 11. deciſ. 20. num. 2. vbi de legitima, & ſupplemento.

Intellige poſt mortem patris, nam illo viuente nullo modo eſt conſiderabilis ad effectum tranſmiſſionis, vel ceſſionis, latè Altograd. conſ. 40. cum tribus ſeqq. per tot. lib. 2. Seraphin. deciſ. 815. num. 4. &c. dixi in reſol. cap. 60. num. 7. & in hoc opere §. Dos num. Merlin. d. quæſt. 9. num. 25. vbi quid ſi pater, & filius ſimul naufragio, vel alio caſu perierint.

Quòd etiam poſſit cedi, cùm ea quæ ſunt tranſmiſſibilia in extraneos hæredes, ſint etiam ceſſibilia, Altograd. conſ. 58. num. 8. lib. 1.

Et tranſmittitur non tantùm illa, quæ eſt debita deſcendentibus, ſed etiam illa, quæ debetur aſcendentibus, vt matri ſecundùm veriorem opinionem, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 448. num. 21. &c. Rot. par. 6. Nouiſſ. d. deciſ. 160. num. 6. &c. vide Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 9. num. 11. & ſeqq.

Item tranſmittitur reiecto omni onere appoſito, quamuis filius tacuerit, & onus reijci non petierit, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 594. num. 11. &c. cap. 702. num. 18. &c. Merlin. d. quæſt. 9. num. 21. &c. vbi refert etiam contrarium tenentes quoad oneris reiectionem, Paul. Chriſtin. ad leg. municip. tit. 16. art. 26. num. 11. Vrceol. in Append. ad cap. 6. in fine 2. vol. 9. vbi quod talis reiectio oneris ſit ipſo iure, & ideò tranſmittitur libera, etiam ad hæredes extraneos, quicquid alij diſtinguant, vt tranſmittatur ad ſuos hæredes reiecto onere, non autem ad extraneos; quam diſtinctionem tamen amplexa eſt Rot. par. 14. recent. deciſ. 202. num. 10. & 11. & par. 19. deciſ. 11. vbi quòd tranſmittitur ſine onere, quod ipſo iure reijcitur, etiam ſi filius in vita ſua non reclamauerit, & deciſ. 70. in eadem cauſa dict. part. 19.

Si tamen legitima fuiſſet per filium expreſsè cum onere acceptata, non poſſet per eius hæredem peti huiuſmodi oneris reiectio, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 983. & dec. 76. in Addit. intelligendo vt dixi dummodò expreſsè tale onus fuerit acceptatum, cùm ex ſimplici approbatione teſtamenti paterni onus legitimæ, vel Trebellianicæ apponentis non inducatur oneris approbatio, Altograd. conſ. 31. num. 35. lib. 1. Merlin. de legitim. d. quæſt. 9. num. 23. &c. Rot. par. 9. recen. deciſ. 387. num. 90. &c. par. 14. deciſ. 202. num. 10. & ſeqq. vbi etiam ſi non fuerit expreſsè onus acceptatum, ſed ei non contradictum, & par. 13. deciſ. 196. num. 9. vbi quòd hæres filij non poteſt petere oneris reiectionem, quia eſt priuilegium perſonale, quod non tranſit ad hæredes, & per petitionem legati inducitur approbatio teſtamenti, adde Gabr. Vaſquez Opuſ. moral. tract. de teſtamen. cap. 6. §. 4. dub. 2. numer. 89. fol. 309. vbi videtur intelligere de extraneis hæredibus, ſecùs in deſcendentibus, qui poſſunt huiuſmodi conſenſum reuocare.

Quando per agnitionem, & approbationem teſtamenti paterni, ſiue per agnitionem legati in eo facti dicatur approbatum, onus ipſi legitimæ appoſitum, plenè Ger. Spin. conſ. 92. per tot. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. & 10. per tot. Rot. d. deciſ. 196.

Quòd tamen legitima admittat onus, & grauamen reſpiciens commodum filiorum, vt ſi fuerit relicta à matre ſub conditione ſi filius fuerit à patre emancipatus, vel cum hoc vt patri non quæratur in ea vſusfructus, Altograd. conſ. 41. num. 53. &c. lib. 2. iſtud autem non eſt propriè onus, ſed commodum, vide Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 6. num. 3. & ſeqq. vbi quando, & quale admittat onus, vel non, cum alijs citatis ſupra num. 29. & in eius Append. ad d. cap. 6. in fine 2. vol. fol. 9.

Legitima præſcribitur 30. annis contra filium non petentem, & non declarantem ſe illam velle conſequi, cùm hæres non teneatur offerre, & poſſit cogitare de repudiatione, ità vt non dicatur eſſe in mala fide, Gratian. diſcep. forenſ. cap. 649. num. 17. &c. cap. 458. num. 17. &c. & deciſ. 4. per tot. latè Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæſt. 10. per tot. Bich. deciſ. 94. num. 27. & ſeqq. vide in §. Hæres num. 36
Tuſch. litt. L. concluſ. 207. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 169. num. 11. volum. 2. & ad leg. municip. tit. 16. art. 26. num. 12. Rot. part. 1. recen. deciſ. 20. num. 3. latè Sanfelic. deciſ. 384. num. 6. & ſeqq. cum Addit. vbi quòd querela

inoffi-

Digitized by Google

inofficioſi teſtamenti præſcribitur quinquennio; conditio verò ex lege non niſi ſpatio triginta annorum, & idem in petitione hæreditatis, deducto etiam tempore minoris ætatis, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 489. per tot.* vbi quòd idem eſt contra hæredem filij, & quòd etiam obſtaret mala fides, an præſcriptio ſtatutaria breuior, & alia ad rem.

37 Legitima an poſſit repudiari per filium in præiudicium ſuorum creditorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.882. n.32.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.2. quæſt.29. per tot.* vbi etiam quid in præiudicium Fiſci, vide *in §. Debitor num. 8. & §. Hæreditas num.12.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.6. tit.7. num. 39. & fideicomm. art. 3. num. 129. & ſeqq.* Coſt. *tract. de re integ. diſtinct.72. num.1. & ſeqq.* Giurb. *de conſuet. Meſſan. par. 1. cap.4. gloſ.5. num.5. & ſeqq.* Ioſeph. de Seſſe *deciſ.127. n. 28.* Trentacinq. *var. reſol. lib.1. tit. de pecul. reſol.3. num.1. &c.* Noguerol. *alleg. 19. num. 63. & 64.* Salgad. *Labyrint. Credit. part. 2. cap. 16. num. 41. &c.* Rot. *in Bononien. ſeparationis bonorum 15. Iulij 1665. coram Veroſpio in fine*, penes Vrceol. *Conſult. 85. num. 57. volum. 2.* Bich. *deciſ. 292. num. 20. & ſeqq. per tot.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 239. num. 16. & ſeqq.* vbi quicquid ſit in legitima fratris, legitima filio ex bonis patris debita, etiam abſque vlla aditione, vel petitione, tamquam ius quæſitum, & non quærendum, repudiari non poteſt in præiudicium creditorum, &c.

38 Legitimæ, & Trebellianicæ quid veniat regulariter imputandum, Andreol. *controu. 404.* latè Caldas Pereyra *tractat. de inoff. teſtam. fol. mihi 123. &c.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtit. gloſ. A. per fideicommiſſum num. 7.* Marant. *in l. ſi po. eſt num. 28. &c. ff. de acquir. hæred. gloſ. & DD. in l. in quartam, ff. ad l. falcidiam,* Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 34. cum pluribus ſeqq.* latè Merlin. *de legit. lib.2. tit. 2. per tot.* Mangil. *tract. de imput. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 170. num. 6. & ſeqq. volum. 1.* vbi an imputentur fructus, & ea, quæ liberi habent vigore *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* & dicit quòd non, quia ex diuerſis cauſis procedunt.

An pater poſſit mandare filio imputationem fructuum ex hæreditate percipiendorum in legitimam, & alia ad rem, Manſ. *Conſult. 152. & 153. lib. 2.* & quid legitimæ ſit imputandum, vel non, idem Manſ. *Conſult. 353. num. 133. & ſeqq. lib. 4.* & deciſio *Rotæ Florentinæ in cauſa DD. de Berzighellis cum locis Pijs Ciuitatis Collis*, in qua & ego fui vnus ex Iudicibus pro reuiſione delegatus.

De fructibus an imputentur ſaltem in legitimam aſcendentibus debitam, Peregrin. *deciſ. 84.* vbi refert contrarias opiniones, vide *infr. in fine huius num. & in §. Fructus num.25.*

Quòd imputentur ea omnia, quæ filius capit ex teſtamento patris, ſiue iure inſtitutionis, ſiue iure legati, ſiue in vim modi, vel alia ratione, Curt. iun. *conſ. 180. num.5. lib.2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.448. num.12.* Merlin. *d. tit. 2. quæſt. 1. num. 5. &c.* Michalor. *loc. cit. cap. 36. per tot.* Ludouiſ. *deciſ.568.* Tuſch. *d. concluſ.205. num. 1. & ſeqq.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 34.* vbi de legato alimentorum, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 137. num. 7. & 8. dec. 251. num. 2. & ſeqq. & deciſ.262. num. 1. & ſeqq.* vbi declarat procedere quatenus conſtet de relicti acceptatione, aliàs ſecùs.

Intellige quando filius capit ex iudicio, & libera voluntate parentum, nam ſi id ſibi proueniat ex diſpoſitione legis, vt in terminis *l. hac edictali*, vel ſtatuti mandantis bona, vel dotem filijs relinqui, non imputantur in legitimam, etiam ſi in teſtamento relicta fuerint, ſed legitima debetur ex alijs bonis liberis, quid ſi fuerit per ſtatutum aucta, & alia benè declarat Rot. *par. 9. recen. deciſ.66. n.6. & ſeqq. per tot.*

Item intellige, niſi aliter appareat de voluntate teſtatoris, à qua pendet imputatio, vt quia vtrumque diſpoſitiuè reliquit, latè Rot. *par. 9. rec. dec. 207. num. 28. & ſeqq.* facit Bich. *deciſ.80. & 137. per tot.* vbi latè quando legatum imputetur in legitimam, vel non, & melius idem Bich. *in eadem cauſa dec. 168. per tot.*

Item imputantur omnes alienationes factæ, adeò vt non confecto inuentario præſumantur adæquare detractiones, nec poſſit reliquum prætendi, niſi probata negatiua inſufficientiæ, & non exiſtentiæ aliorum bonorum, Caualer. *deciſ. 140. per tot.* latè probat Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno 1645. ſub num. 521. & ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.2. tit. 2. quæſt. 3. per tot. & quæſt.4. per tot.* vbi benè declarat cum multis per eum citatis, Bich. *deciſ.62.* vide *in §. Exceptio num.* facit *ſupra num. 19.* Rot. *par. 13. recen. deciſ.137. num. 9.* vbi quòd procedit etiam inuito ipſo alienante, & alia, *& deciſ.262. num. 11. & ſeqq.* vbi quòd fideicommiſſario volente in odium alienantis attenditur pretium ſtabilitum tempore alienationis.

Numquid imputetur feudum, vel emphyteuſis, Surd. *deciſ.235. per tot.* Franch. *deciſ. 368.* Merlin. *de legit. d. tit. 2. quæſt. 19. & d. lib. 2. tit. 1. quæſt. 4. cum pluribus ſeqq.* vide *in §. Feudum num. 6. & §. Emphyteuſis num. 34. ſupra n. 9.* Cabal. *conſ. deciſ. 140. per tot. lib. 2.*

Numquid imputetur dos data per auum, vel patruum nepti, vide *in §. Dos num.31. &c.* latè Merlin. *de legit. lib. 2. tit.2. quæſt.8. per tot. cum pluribus quæſt. ſeqq.*

Quòd dos data filiæ per patrem imputetur in eius legitimam, Rot. *par.9. rec. dec.320. num.4. vol 2.* vide *in §. Dos n. 30.* Cabal. *conſ.129. per tot. lib.1.* vbi benè declarat quomodo ſit facienda iſta imputatio, an in toto patrimonio, deducendo poſtea de eo legitimam, vel in ipſam legitimam tantùm deductam de reliquo patrimonio dotibus non computatis in illo, & concludit dotes eſſe vniendas cum reliquo patrimonio, & de eo ſic vnito ſumendam tertiam partem pro legitima.

Quid in dote data à patre, vel matre an imputetur in legitimam nepotibus ex bonis aui, vel auiæ debitam, Merlin. *deciſ. 433. per tot.* dixi *in §. Dos num. 31. & 32. ſupra num. 4.*

Non imputantur pecuniæ conſumptæ, licèt ſi extarent imputarentur, Corn. *conſ. 105. lib. 3.* Gratian. *diſcept. for. cap.649. num.9. &c. cap.743. per tot.* vbi quando, & qualiter credita exacta, vel bona alienata imputentur, ità vt filius non poſſit variare, & ſuper alijs bonis petere, facit *in cap.983. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 35. num. 13. 27. &c.* Rot. *par. 9. recent. deciſ. 384. per tot.*

An pecuniæ, mobilia, ſuppellectilia, & alia huiuſmodi, quæ vſu conſumuntur imputentur in legitimam, latè Merlin. *de legit. lib.2. tit.2. quæſt. 6. per tot. cum Addit.* Ludouiſ. *deciſ.568. num.6. & ſeqq.* vbi quòd imputantur habita ex teſtamento, & ex ſubſtantia teſtatoris, ſiue conſiſtant in mobilibus, ſiue in pecunia, ſiue in nominibus creditorum, vide *in §. Mobilia.*

Quòd non imputentur data, & donata à patre viuente, intelligendo de donatis inter viuos, & validè ab initio, nam ſi indigerent mortis confirmatione, vel eſſent donata ſub conditione imputandi vtique imputarentur cùm id totum pendeat à voluntate patris, *l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſt. l. pen. C. de collat.* Rot. *par. 9. recent. deciſ. 387. num. 27. & ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 568.* Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 37. per tot.* Merlin. *de legitim. d. tit. 2. quæſt. 20. & quæſt. 29. per tot.* Mangil. *de imput. quæſt. 14.* Craſſ. *in §. legitima quæſt. 22. &c.* vide *in §. Donatio num. 17. & ſeqq.* Vrceol. *Conſult. 85. per tot. volum. 2.* vbi inferit tres Rotæ Romanæ deciſiones de hac materia in eadem cauſa emanatas, nempè *in Bononien. ſeparationis Bonorum 15. Iunij 1661. 5. Iulij 1662. & 15. Iunij 1665. omnes coram Veroſpio, & poſt tract. de tranſact. deciſ. 75.*

Item non imputantur ea, quæ filius capit extra patrimonium patris, & quid de acquiſitis ex ſubſtitutionibus, vel ex iure accreſcendi, Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 34. per tot.* Merlin. *de legitim. d. tit. 2. quæſt. 18. per tot.* vbi quòd omnia, quæ capiuntur extra iudicium patris, vt lucrum dotis, lucrum *ex l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* lucrum iuris accreſcendi, & ſimilia non imputantur in legitimam.

Item non imputantur data à patre cauſa conditionis implendæ reſpectu illius, quod filius conſequi poterit ex futuro euentu, reſpectu autem eius, quod iam habuit ob conditionem impletam imputantur; & quid de acquiſitis ob conditionem ab ipſo filio implendam, non eſſe locum imputationi, vide Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 35. n.13. & per tot.*

Numquid imputentur expenſæ factæ à patre pro vno ex filijs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.50. num. 1. & ſeqq.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 25. per tot.* vbi loquendo de expenſis ſolutis à patre pro condemnatione filij, vel pro illo excarcerando firmat imputari in eius legitimam,

& quæſt.22. per tot, loquendo de expenſis cauſa ſtudiorùm, vel militiæ comparandæ, probat illas non imputari, vide *in §. Expenſa num.*

Aut Pater ſoluit voluntariè fiſco pro filio, tunc ſolutum non imputatur in legitimam, aut ſoluit coactè quia erat fideiuſſor, vel ex ſtatuto obligatus, & tunc imputatur in legitimam, Surd. *deciſ.* 167. *num.* 10. Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 37. *&* 38. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 436.

Item an officium à patre filio procuratum, vel emptum, & ſalarium ex illo prouenieus, ſit ei in legitimam imputandum, vide diſtinctiones relatas per Laufranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.*32. *per tot.* Seraph. *deciſ.* 589. *num.*6. *deciſ.* 1294. *num.*6. *deciſ.* 1365. *num.*6. Sperel. *deciſ.* 176. *num.* 14. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſtion.* 21. *&* 24. *per tot.* Mangil. *de imput. quæſt.* 34. Merlin. *deciſ.* 273. vide *in §. Officia num.* 1.

Item an patrimonium conſtitutum à patre filio pro adipiſcendo ſacerdotio imputetur in eius legitimam, & ſit cum fratribus in diuiſione conferendum, vide *in §. Donatio num.* 24. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 170. *num.* 13. *vol.* 2. vbi affirmatiuam ſequitur.

Item an peculium profectitium, aduentitium, caſtrenſe, vel quaſi imputetur in legitimam filiorum, vel ſit cum fratribus conferendum, vide *in §. Peculium.*

Item an in legitimam imputentur melioramenta, & expenſæ per patrem factæ in bonis aduentitijs filiorum, vide Mangil. *de imput. quæſt.* 39. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 28. *per tot.*

Item, an imputentur fructus à filio percepti ex hæreditate patris, Merlin. *loc. cit. quæſt.* 32. *per tot.* vide *in §. Fructus num.* 25. *ſupra in princip. huius num.* Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 146. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi pro non imputatione.

Quòd vſusfructus formalis imputetur in legitimam iuxta computationem, *l. hereditatem, ff. ad l. falcid.* Merlin. *deciſ.* 771. Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 185. *num.*9. *& deciſ.* 274. *num.*6.

Sicut etiam imputatur legatum alimentorum ſi fuit acceptatum, & debet æſtimari, iuxta *d. l. hereditatem,* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 186. vide Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 389. *num.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 390. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi quòd regulariter alimenta non imputantur in legitimam, ſed benè in illius fructibus ſi petantur, quid ſi vtrumque fuerit legatum, & alia ad rem.

39 Legitima poteſt ex cauſa ingratitudinis filijs auferri; cauſæ autem huiuſmodi ſunt quatuordecim, quas ſtatuit Iuſtinianus *in §. Cauſas, Auth. vt cum de appell.* ſufficiunt tamen aliæ ſimiles, vel maiores expreſſis, vt latè declarando ſingillatim proſequitur Merlin. *de legit. lib* 4. *tit.* 1. *per tot.* vbi etiam *quæſt.* 7. qualiter per pœnitentiam tollatur macula ingratitudinis, *& quæſt.* 20. enumerat plura, & varia requiſita ad hoc vt exhæredatio rectè facta dicatur, vide *in §. Filius num.* 37.

Item etiam aſcendentes ex cauſa ingratitudinis poſſunt legitima illis debita per filios priuari, & octo cauſas huiuſmodi ingratitudinis aſcendentium erga deſcendentes refert idem Iuſtinianus *in §. ſine igitur verſ. ſancimus itaque Authent. vt cum de appell.* quamuis ex alijs etiam ſimilibus, & maioribus, vt ſupra priuari poſſint, quas ſingillatim proſequitur Merlin. *d. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.*8. *cum pluribus ſeqq.*

Item & tranſuerſales, nempè fratres poſſunt propter ingratitudinem priuari legitima, in caſibus, in quibus illis debetur, cuius ingratitudinis cauſæ tantùm tres referuntur à Iuſtiniano *in §. Ingratitudinem Auth. de nupt.* nempè ſi frater in necem fratris conſpirauerit, ſi querelam criminalem aduerſus eumdem propoſuerit, & ſi ſubſtantiæ eius properauit magnam arbitrio iudicis inferre iacturam, Merlin. *d. lib.*4. *tit.* 1. *quæſt.*19.

40 Legitima eſt portio fauorabilis, & à legibus multis decorata priuilegijs, ità vt ſit etiam magis fauorabilis, & priuilegiata, quam Eccleſia, & pia cauſa ex ſententia D. Auguſtini, de qua *in cap. vltim.* 17. *quæſt.*4. & dixi *in §. Eccleſia num.* 11. Ludouiſ. *deciſ.* 539. An procedat à pari cum alimentis, & dote, an veniat ſub generali ſtatuti diſpoſitione, quo iure ſit debita, & alia, vide per Merlin. *de legit. lib.*5. *tit.* 1. *per tot. ſupra num.*22.

Legitima (quicquid ſit ad effectum tranſmittendi, & recollectionis onerum, vt quæratur ipſo iure iuxta notata ſupra 35.) ad effectum acquiſitionis realis, & incommutabilis non dicitur acquiſita ſine declaratione; & petitione, & ideò datur repudiatio, & præſcriptio cum alijs ſimilibus effectibus, Gomeſ. *de teſtam. tit.* 11. *de ſucceſſ. contr. teſtam. num.* 23. Gratian. *deciſ.* 4. *num.* 22. *& ſeqq. diſcept. forenſ. cap.* 271. *num.* 13. *&* 14. Theſaur. iun. *quæſt. forenſ.* 74. *n.* 2. *lib.* 3. Bich. *deciſ.* 345. *n.* 15. vbi quòd non dicitur delata, niſi poſtquam fuerit agnita ad effectum prædictum. 41

Et licèt quando legitima conſiſtit in bonis fructiferis ſit debita vnà cum fructibus à die mortis teſtatoris, non ratione moræ, ſed vel ratione dominij, vel hæreditatis, & iuris vniuerſalis debiti ei, cui debetur legitima, ad tradita per Gratian. *d. deciſ.* 4. *num.* 31. *& ſeqq.* & alios per me citatos ſupra *num.* 23. *& in §. Fructus num.* 14. quibus adde Rot. *par.* 16. *rec. deciſ.* 188. *num.* 7. *& par.* 18. *deciſ.* 88. *num.* 5. *& ſeqq. & deciſ.* 774. *num.* 14. *& ſeqq.* 42

Tamen conſulendo Florentiæ de anno 1678. pro Genero, dicebam indubitatum eſſe fructus legitimæ non deberi, quando hæreditas conſiſtit in pecunia ex allegatis ſupra *num.* 23. *in fine,* vel credito pecuniario infructifero tempore mortis teſtatoris, quod attendi debet, & non quid poſtea ſequutum fuerit ex induſtria hæredum per regulas iuris notiſſimas. 43

Verùm quia deſiderabantur rationes differentiæ, dixi in anguſtia temporis, & extra officium, plures extare ad effectum conſecutionis fructuum inter caſum legitimæ debitæ ex bonis ſtabilibus, & caſum debitæ ex pecunia, item inter fructus naturales, & induſtriales.

Prima quia quando legitima debetur ex bonis immobilibus fructiferis, actio, & præſtatio eſt realis, & de natura realium præſtationum veniunt fructus iure dominij, *l. Herennius Modeſtinus* 42. *ff. de vſur.* At quando legitima debetur ex pecunia dicitur præſtatio perſonalis, & de natura perſonalium præſtationum non debentur fructus, cùm ceſſet ratio dominij, *l. videamus* 38. *§. ſi actionem, ff. de vſur.* & in terminis legitimæ Bald. *conſ.* 22. *in fine lib.* 5. Angel. *conſ.* 101. *num.* 1. *in fine,* Gratian. *deciſ.* 4. *n.* 35. Fontanel. *deciſ.* 92. *num.* 12. *& ſeqq.* 44

Et ratio rationis eſt quia incertitudo pecuniæ in genere debitæ, impedit illius dominij, & poſſeſſionis tranſlationem ad text. *in l.* 3. *§. incertam, ff. de acquir. poſſ.* vide *in §. Incertitudo.* 45

Hinc videmus eadem ratione in legato puro ſpeciei fructiferæ deberi fructus propter dominium, quod rectà via tranſit de teſtatore in legatarium, ſecùs autem in legato quantitatis, quia tamquam genus propter eius incertitudinem non tranſit in legatarium ipſo iure, *gloſ. in l.* 2. *verb. actiones in fine, C. comm. de legat. l. fin. cum gloſ. C. de vſur. & fruct. legat.* plenè Gratian. *diſcept.* 400. *& diſcept.* 848. *per tot.* vbi quòd nulla cauſa eſt adeò priuilegiata, vt poſſit facere quòd pecunia pariat pecuniam, quamuis etiam teſtator mandauerit fructus ſolui. 45

Secunda ratio ex prædictis conſecutiua eſt, quia fructus induſtriales valdè differunt à naturalibus; naturales enim titulo lucratiuo ſine expenſa, & ſine induſtria percipiuntur, induſtriales verò ſecùs, & ideò cùm pecunia non producat fructus natura, & bonitate ſua, ſed ex ſola negociatione, obligatur ad pecuniam, non tenetur ad aliquos fructus, niſi quatenus probetur damnum, & intereſſe cum debitis requiſitis, Bald. *d. conſ.* 22. *in fine lib.* 5. Cardin. Tuſch. *lit. F. concl.* 503. *num.* 16. 20. *&* 24. Gratian. *d. cap.* 400. *num.* 6. vbi quòd vſuræ quantitatis ſunt fructus induſtriales, & ciuiles, in quibus non poteſt conſiderari eadem ratio, quæ militat in fructibus ſpeciei, confert Ger. Spin. *conſ.* 57. *&* 58. alijque plures per me citati *in §. Fructus, & §. Intereſſe.* Nemo enim tenetur negociari ad commodum alterius, ſed quilibet negocians nomine proprio, & ſuo periculo, quicquid lucri, vel damni fecerit, ſibi & non alteri debetur, vt eſt notorium. 47

Tertia eſt non minus eſſentialis differentia, an hæreditas conſiſtat in bonis ſtabilibus fructiferis, vel in pecunia; nam ſi conſiſtat in ſtabilibus, & legitima fuerit relicta, vel aſſignata in pecunia, tunc cùm agatur de pecunia loco legitimæ ex bonis fructiferis debitæ ſubrogata, debentur fructus ex æquitate, *l. Curabit. C. de act. empt.* & in his terminis, vel pecuniæ ex pacto, ſiue ordinatione teſtatoris reinueſtiendæ loquuntur DD. tenentes 48

legi-

Digitized by Google

legitimam etiam in pecunia conſiſtentem producere fructus, & dixi *in §. Intereſſe num.* ſecùs autem quando prout in caſu, de quo agebatur hæreditas, vel legitima conſiſtit in pecunia abſque huiuſmodi ſubrogatione, vel onere inueſtiendi, ſicuti legentibus patet.

49 Eſt & alia magna differentia inter legitimam à patre relictam, & eam, quæ petitur contra teſtatoris voluntatem, nam quicquid ſit de legitima relicta, vt pro ea conſequenda detur actio hypothecaria, Saluianum, perſonalis ex teſtamento, immiſſio vigore *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* petitio hæreditatis, & ſimilia remedia realia, & executiua, de quibus Merlin. *tract. de legit. lib.5. tit.4. per tot.*

50 Secùs autem eſt in legitima contra voluntatem teſtatoris prætenſa, pro qua competit ſolùm conditio ex lege, & filius, ſiue alius, cui debeatur dicitur ſimpliciter creditor, ac ideò ante aſſignationem ſibi à iudice factam, non eſt dominus, quia ſimplex titulus legitimæ non eſt habilis ad translationem dominij, neque poſſeſſionis ſine traditione, & non poſſunt deberi fructus iure dominij, vt latè comprobant Mangil. *de imput. quæſt. 9. num.* 30. *& ſeqq per tot.* Peregrin. *de fideicomm. art. 4. num.* 15. *& art.* 36. *num.* 33. alijque ab iſtis cumulati, & conferunt relati ſupra *num.* 41.

51 Neque etiam ex alijs cauſis in caſu noſtro poterant fructus deberi, cùm hæreditas de tempore mortis teſtatricis conſiſteret in pecunia infructifera (prout fuit declaratum imputando fructus ſolutos in ſortem) quo caſu non deberi fructus admittunt ferè omnes, & fuit ſæpè reſolutum à Rota, vt dixi ſupra *num.* 23. in fine, nec ex aduerſo negabatur, ſed tantùm iure dominij deberi contendebatur, quod non ſubſiſtit ob incertitudinem pecuniæ in genere, ob ſolius tituli inſufficientiam, & ex quo fructus induſtriales non acquiruntur, neque debentur creditori ex prædictis.

52 De legitima nonnulla deciſa exhibet Thoro *compend. deciſ. Neapol. par.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *in verb. Legitima*, Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 3. & plura ſatis remiſſiuè Ægyd. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Legitima*, & Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 28. *&c.* vbi indicat Auctores materiam legitimæ tractantes.

53 Multa de legitima aſcendentium, & deſcendentium, quoad actionem pro illa petenda, quoad grauamen, & onus reijciendum, & alia communia tradit Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in diuerſis locis*, vt in Indice generali in fine *par.* 3. *verb. Legitima*. De legitima matri debita in bonis filiorum, Manſ. *Conſult.* 237. *&* 238. *lib.* 3.

Quòd legitima ſtatim poſt profeſſionem factam, etiam in Monaſterio bonorum capace, debeatur, tam aſcendentibus, quàm deſcendentibus de veriori ſententia, & tranſmittatur ad hæredes, etiam cum fructibus, quia mors ciuilis, & naturalis æquiparatur, quando reſultat idem effectus, & militat eadem ratio, Tondut. *quæſt. ciuil.* 194. *per tot. par.* 2. vide *in §. Mors num.* 1. *cum addit.*

54 Legitima qualiter ſit filijs aſſignanda, etiam in vita patris, ſi ipſe pater malè vtatur ſubſtantia ſua, & dilapidet, quod procedit etiam fauore filij arrogati, Merlin. *de legit. lib.5. tit.3. quæſt.6. ſub num.*16. *& lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* Mangil. *de imput. quæſt.* 44. *nu.* 7. Paſchal. *de patr. poteſt. par.4. cap.* 10. *num.* 33. cum alijs per Caſtald. *conſult.* 107. *per tot.*

55 Legitima non venit ſub generali diſpoſitione, ſiue renunciatione, niſi de illa ſit facta ſpecialis mentio, ſiue ſit iam delata, ſiue deferenda, vt vltra iam per me citatos *in hoc § num.* 22. alijs additis probat Rota *in Romana donationis* apud Iacob. Balduc. in Obſeruat. ad Ramon. *deciſ.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.* & latiùs *deciſ.*22.

§. LEGITIMATIO. VII.

1 Legitimatio filiorum naturalium poteſt fieri pluribus modis, nempè per oblationem Curiæ, vt quando pater filium Curiæ Principis offert, vel filiam Curiali in matrimonium collocat, de qua text. *in §. quod verò, & §. ſeq. Auth. quibus mod. nat. eff. ſui.* Sed iſte modus legitimandi ſecundùm aliquos abijt in deſuetudinem.

Secundò fit per præſumptionem, vt quando pater in teſtamento, vel alia ſcriptura trino teſte munita aliquem nominat filium, *Auth. ſi quis, C. de nat. lib. & in Auth. vt liceat matri, & auiæ, §. ad hæc C. eod.* Boer. *deciſ.* 240. *n.* 15. Sanfelic. *deciſ.*342. *num.* 3.

Tertiò per ingreſſum religionis, non tamen ad effectum ſuccedendi, Soccin. iun. *conſ.*48. *num.* 18. *&c. lib.*4. Mantic. *deciſ.*32. *num.*4. vide Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 9. *num.* 33. *& ſeqq. per tot.* Faiard. *tract. de legitim. per ſubſeq. matrim.* 3. *poſt Allegat. fiſc. fol.* 672. Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.*480. *num.*5. *& ſeqq. per tot.*

Quartò per ſubſequens matrimonium, & ita legitimati dicuntur verè legitimi ad omnes effectus, prout infra latiùs dicetur.

Quintò per reſcriptum Principis, & huiuſmodi legitimatio poteſt fieri etiam in ſpurijs, & à quocumque Principe in ſuo Statu, & territorio: legitimare enim eſt de reſeruatis Principi, vel ei, cui ipſe mandauerit, *DD. & gloſ. in Auth. quibus mod. nat. eff. legit. & quibus mod. tot. eff. ſui. & in C. tit. de nat. lib.* Oinot. *de patr. poteſt. in princip. n.*16. *& ſeqq.* Iaſ. *in l. Barbarius, ff. de off. Prat.* Martin. de Cazaetijs *tract. de legitimat. per tot.* Addit. ad Oinot. *loc. cit.* Roſell. *tract. de legitimat per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.*2. *quæſt.*6. 7. 8. *&* 9. *per tot.* vbi latè quodnam ius conſequantur huiuſmodi legitimati circa ſucceſſiones, & legitimam, cum alijs infra citandis, latè Sanfelic. *deciſ.* 342. *cum plena Addit. per tot.*

De dictis quinque modis legitimandi, Tuſch. *lit. L. concluſ.*228.

Hodiè tamen huiuſmodi modos legitimandi eſſe ſublatos, duobus tantùm exceptis, nempè per ſubſequens matrimonium, & per Principis reſcriptum, benè explicat Sanfelic. *deciſ.*342. *cum Addit.* vbi plura notabilia de legitimatione per reſcriptum.

Quid ſit legitimatio, ad quid inuenta, quid operetur, & conferat, ac alia, late Tuſch. *litt. L. concluſ.* 215. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *dec.* 145. *num.* 18. *& ſeqq. per tot. vol.* 3. Faiard. *tract. de legitim. per ſubſequens matrimonium per tot. poſt Allegat. fiſci. fol.*671. *& ſeqq.* Donadeus *tract. de renunciat. cap.*6. *per tot.* vbi etiam qualiter legitimationi renunciari poſſit, Conciol. cum Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *Rub.*64. & latè etiam pluribus citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*16. *per tot.*

Qui poſſint legitimare, vel non, an Imperator in Terris Eccleſiæ, & Papa in Terris Imperij, idem Tuſch. *lit. L. concl.*218. *&* 219. *per tot.*

Qualiter ſit probanda facultas legitimandi, & quomodo, idem Tuſch. *loc. cit. concl.*224. *per tot.*

Quòd Princeps poſſit legitimare etiam filium ſuum proprium, vt ſibi ſuccedat in certa parte bonorum, non obſtante ſpurietate, latè probat Martha *vot. Piſ.* 57. *per tot.*

Legitimatio facta per ſubſequens matrimonium eſt ple- 2
niſſima, & efficit filios tamquam natos ex iuſto matrimonio, ſi à principio potuiſſet inter coeuntes ſtare matrimonium; ita vt admittantur ad feuda, dignitates, Maioratus, & ſimilia, etiam ſi eſſent vocati tantummodò nati ex iuſto matrimonio, latè videndus Duen. *reg.* 350. *per tot.* vbi 20. modis ampliat, & 14. limitat Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 112. *num.* 10 *&c.* Michalot. *de fratr. par.* 3. *cap.*23. *&* 24. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*653. *per tot. & cap.*754. *num.* 15. *&c.* Altograd. *conſ.*93. *per tot. lib.*2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.*10. *tit.*18. *num.*34. *& ſeqq. fol.* 372. Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*2. *quæſt.*7. *per tot.* vbi qualiter poſſint petere legitimam, & alias ſucceſſiones, latè Tuſch. *litt. L. concl.* 229. *per tot.* Paul Chriſtin. *deciſ.* 145. *n.* 21. *& ſeqq. vol.*3. Veceol. *conſult. forenſ. cap.* 57. *per tot. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 107. 832. Peregrin *de fideicomm. art.*24. *per tot. & dec.* 107. *per tot.* Martha *vot. Piſ* 94. vbi quòd excludit etiam ſubſtitutum, licèt teſtator geminatè dixerit filios legitimos, & naturales, atque de legitimo matrimonio natos, *infra num.* 4. plenè Faiard. *tract. de legitim. per ſubſeq. matrim. poſt Allegat. fiſc. fol.*671. *& ſeqq. ad* 713. vbi plures notabiles quæſtiones de hac materia reſoluit, quas proponit *ſub num.*20. Noguerol. *allegat.*23. *per tot.* vbi latè qualiter legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in maioratibus, in quibus legitimi vocantur, & totam materiam per quattuor caſus diſtinguit.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium operatur 3
omnes ſuos effectus, etiam quoad vulgò quæſitos, conceptos, & natos ex publica meretrice, ſi poſteà cum

illa contracto matrimonio, agnoſcantur à patre pro filijs propr ijs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 653. *per tot. cap.* 744. *num.* 9. *& num.* 57. vbi tamen quòd legitimanti eſſet exponenda conditio matris, ſi agatur de legitimatione per reſcriptum, facit *in cap.* 159. *num.* 10. *&c.* vide Pac. Iordan. *loc. cit.* & dixi *in* §. *Filiatio num.* 7. *verſ. Item dicta præſumptio*, *& num.* 14. *verſ. Quod imo*, Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 317. *num.* 23. *& ſeqq.* vbi benè declarat quomodo illud intelligatur, & latè Faiard. *dict. tract. num.* 46. *& ſeqq.*

Quòd dicta legitimatio procedat, ſi vnus coeuntium ſit in bona fide, & ignoret impedimentum, quod aderat tempore copulæ, quamuis dederit operam rei illicitæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 468. *num.* 60. Pac. Iordan. *loc. ſupra cit.*

Quòd filij efficiantur legitimi per ſubſequens matrimonium, licèt tempore copulæ, & conceptionis non poſſet matrimonium ſtare inter coeuntes, vt quia aliquis eorum eſſet coniugatus, ſi tempore natiuitatis ceſſauerit impedimentum, ita vt tunc poſſet inter eos ſtare matrimonium, licèt nondum ſit contractum, ſed poſt natiuitatem filij contrahatur, plenè Ger. Spin. *conſ.* 55. vbi de veriori, & magis communi opinione, quidquid alij contrarium teneant, Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 40. vbi contrarium firmat.

Quòd vt filij poſſint legitimari per ſubſequens matrimonium requiritur, quòd potuerit validè contrahi tempore conceptionis, vel partus, & tempore contracti matrimonij, Rot. *part.* 10. *recentior. deciſ.* 214. *num.* 15.

Non tamen poteſt ſuffragari legitimatio per ſubſequens matrimonium filijs naturalibus prædefunctis antè illud contractum, ita vt nepotes legitimè ex illis procreati, non efficiantur legitimi reſpectu aui, nec ei poſſint ſuccedere, vel ad fideicommiſſum admitti iuxta magis communem, & veriorem opinionem, quia legitimatio debet proficiſci ab auo ad nepotem mediante perſona filij, qui cùm mortuus ſit, extremorum coniunctio impeditur, licèt etiam alij de æquitate, & fauore filiorum contrarium ſentiant, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 214. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 254. *num.* 28. *d. par.* 9. *in eadem cauſa*, vbi firmatur dicta prima opinio, vide §. *Filiatio num.* 14. Secundam verò opinionem vti veriorem, & æquiorem ſequitur Faiard. *tract. de legitim. num.* 157. *& ſeqq.*

Quid ſi aderat aliquod impedimentum, an, & quando diſpenſatio obtenta ſuffragetur etiam proli antea conceptæ, Rot. *par.* 17. *recen. deciſ.* 377. *num.* 56. *& ſeqq.* vide *in* §. *Diſpenſatio*.

4 Legitimatus per ſubſequens matrimonium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, *ſi ſine liberis*, ſecundùm Ciarlin. *controu. forenſ. cap.* 111. *lib.* 1. vbi multos allegat, vide *in* §. *Subſtitutio num.* 43. Peregrin. *de fideicomm. ar.* 24. *& deciſ.* 107. vbi intelligit quando ſunt vocati procreati de legitimo matrimonio per geminata verba cum clauſula *non aliter etc.* ita vt appareat teſtatorem habuiſſe reſpectum ad tempus procreationis, quia tunc legitimatus etiam per ſubſequens matrimonium non venit ſub nomine legitimorum; qua opinione ſtant etiam Bald. *conſ.* 367. *volum.* 5. Theſ. *dec.* 196. Surd. *dec.* 319. & alij ab ipſis citati, Bich. *dec.* 101. *per tot.*

Contrarium pro legitimato latè defendit Altograd. *conſ.* 93. *per tot. lib.* 2. vbi diſputat ad partes adducendo iura, rationes, & auctoritates, contrarijſque omnibus reſpondendo, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 310. *per tot. volum.* 1. plenè Vrceo. *conſult. forenſ. cap.* 57. *volum.* 2. vbi tamen non agebatur de excluſione alicuius ſubſtituti, ſed de admittendo ſucceſſore ad fideicommiſſum familiæ relictum, & latiùs Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 409. *per tot.* Martha *vot. P. ſ.* 94. *per tot.* vbi idem dicit in legitimato per reſcriptum Principis.

Quando apparet teſtatorem voluiſſe ab initio, & tempore conceptionis extare iuſtum matrimonium, non ſufficere quòd ſubſequatur, & adſit etiam tempore natiuitatis ad effectum excludendi ſubſtitutum, plenè Rot. *in Romana fideicommiſſi de Arronijs* 23. *Iunij* 1642. *coram Bichio inter impreſſ. eiuſdem dec.* 101. & penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 82. *num.* 11. *et per tot.* vbi etiam *num.* 10. Quòd talis legitimatio ſupponit filiationem, de qua prius conſtare debet, & eſt *in par.* 9. *recent. deciſ.* 105. *num.* 14. *et ſeqq. per tot.* vbi plures allegat, & latè idem Rot. *probat in alia cauſa Bonon. fideicomm. de Bologninis* 29. *Februarij* 1644. coram Carillo *d. p.* 9. *dec.* 555. *n.* 17. *& ſeqq.*

Quòd prius conſtare debeat de filiatione ad hoc vt dicta legitimatio ſuum ſortiatur effectum, & de illa ſatis non conſtet ex eo quòd mater domi retinebatur, niſi etiam probetur, quod nullus alius ad illam haberet acceſſum, & alia, vide per Rot. *in Farfen. bonorum* 23. *Ianuarij* 1647. coram Cerrado penes Zacch. *vbi ſupra*, *deciſ.* 90. *per tot. infra num.* 10. *&* 12. *& in Pract.* §. *figliuoli num.* 30. Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 347. *num.* 44. *&* 45. Ludouiſ. *deciſ.* 208. *& deciſ.* 253. Bich. *d. deciſ.* 101. *num.* 10. *&c. par.* 15. *deciſ.* 125. 217. *&* 246. vbi quòd ſi agatur de muliere nobili, quæ non potuerit haberi niſi ex furtiuis amplexibus, filiatio quoad patrem probatur præſumptionibus, & coniecturis abſque dicta coarctata probatione, vt dixi *in* §. *Filiatio*.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium facta ab exiſtente in articulo mortis, vt ſit valida debet ſeruari forma Concil. Trid. *de reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. prout in alijs matrimonijs, vel impetrati licentia ab Epiſcopo contrahendi ſine ſolemnitatibus, & denunciationibus, Duen. *reg.* 350. *lim.* 1. *&* 12. Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 23. *num.* 11. 5

Matrimonium enim clandeſtinum non operatur effectum legitimationis, Boer. *quæſt.* 107. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 1. *num.* 100. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 18. *num.* 63. *fol.* 375.

Quòd imò ob breuitatem temporis, tunc non ſint neceſſariæ denunciationes, & ideò ſi ex hac cauſa nec poſſit haberi diſpenſatio Ordinarij, valeat matrimonium, (non eſſe tamen interim licitam copulam, donec poſtea fiant ſi tal s ſic contraheos ſuperuiuat) & filij efficiantur legitimi vi tute Sacramenti, de cuius eſſentia non ſunt dictæ denunciationes, ſed tantum de præcepto, cuius omiſſio non vitiat, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 105. *num.* 3. *& ſeqq.* cum alijs per P. Manar. *in Noct. Malencol. Interrog.* 118. *fol.* 191. & plurimis citatis probat Faiard. *d. tract. de legitim. per ſubſeq. matrim. num.* 212. *& ſeqq.*

Quòd dicta legitimatio facta in mortis articulo præſumatur in fraudem creditorum, & aliorum agnatorum, quibus probata per illos huiuſmodi fraude non præiudicet, Michalor. *de fratr. d. cap.* 23. *num.* 12. *&c.* vide *in* §. *Subſtitutio num.* 43.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non tollit 6
ius primogenituræ iam nati, quando quis habuit ex concubina filium naturalem, & poſteà duxit vxorem, ex qua ſuſcepit filium legitimum, & naturalem ſimul, & dicta vxore mortua deſponſat, ac ducit concubinam in vxorem, quia licèt ille primus filius ex concubina ſuſceptus legitimetur per ſubſequens matrimonium, non tamen excludit ſecundogenitum legitimum à ſucceſſione Maioratus, vel primogenituræ, vt pluribus relatis probat Duen. *reg.* 350. *limit.* 14. *& vlt.* latè Martha *de ſucceſſ. legal. par.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 2. *per tot.* Faiard. *d. tract. de legitim. per ſubſeq. matrim. num.* 234. *& ſeqq.* vide *in* §. *Filius num.* 15. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 217. *num.* 2. *&c.* latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 262.

Contrarium autem ad fauorem dicti legitimati per ſubſequens matrimonium, reſpondendo contrarijs, niſi illi expreſſè, & litteraliter obſtet voluntas inſtitutionis maioratus, latè concludit Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. par.* 1. *cap.* 4. *per tot. fol. mihi* 37.

Legitimatio fieri poteſt per quemcumque Principem 7
non recognoſcentem ſuperiorem, vel alios ab eo auctoritatem habentes, vt per Comites Palatinos, vel ſimiles, quibus dicta auctoritas ſit demandata, & hoc modo per reſcriptum Principis legitimari poſſunt omnes illegitimi, ex quocumque coitu nati, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 25. *&* 26. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 342. *per tot. cum Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 138. *num.* 38. *&c. cap.* 496. *per tot. cap.* 567. *cap.* 635. *& cap.* 637. vbi quid operetur clauſula, *citatis, vel non citatis*, poſita in priuilegio legitimandi, ſi fuerit facta legitimatio ſine citatione ſubſtitutorum, & vocatorum ad fideicommiſſum, an illis præiudicet, vt ab huiuſmodi legitimato excludantur, Peregrin. *deciſ.* 10. Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 33. *num.* 14. *&c. & par.* 12. *deciſ.* 151. vbi quod ita legitimati dicuntur habere vtramque qualitatem vocatorum ad fideicommiſſum ſub nomine filiorum legitimorum, & naturalium, & latius *par.* 18. *deciſ.* 637. *& par.* 19. *deciſ.* 88. *per tot.*

Quòd

Digitized by Google

Quod regulariter legitimatio non requirat cauſæ cognitionem, neque citationem, & quando ſecus, Tuſch. *litt. L. concluſ.230. per tot.*

Qualiter reddatur nulla ex falſa cauſa, vel alijs de cauſis, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.235. & ſeqq.* Martha *vot. Piſ.212.* vbi multa pro nullitate plurium legitimationum ex defectu citationis, ſi non conſtet de poteſtate legitimantis, de filiatione legitimati, & alijs ex cauſis.

An autem valeat legitimatio facta à Principe de non ſubdito ſuo, & ſic de extero ſine licentia ſui Principis naturalis, & quatenus ſic, non tamen trahatur ad bona ſita extra territorium Principis legitimantis, Ger. Spin. *conſ.7. num. 6. & ſeqq. per tot.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.408. num.129.* Rot. *in Perуſina reintegrationis* 11. *Ianuarij* 1647. coram Royas *verſ. Altera vero*, Merlin. *de legit. lib.1. tit.2. qu. 8. in fine.*

In Statibus Etruriæ non poteſt fieri legitimatio ſine conſenſu, licentia, & auctoritate Sereniſſimi Magni Ducis ex Decreto Magiſtratus ſupremi ſub die 7. Martij 1558. vt dixi *in Pract. §. Figliuoli num.* 15. vbi etiam qualiter legitimati non poſſint exercere officia in Ciuitate, Comitatu, vel diſtrictu Florentiæ ſine gratia particulari.

Idem ſeruari in Statibus Parmæ, & Mediolani, vt non poſſit fieri legitimatio per Comites Palatinos ſine licentia, Martha *vot. Piſ.212. num.*34.

Quòd Domini de Campegijs Bononienſes habeant amplas facultates legitimandi ſibi conceſſas à Summis Pontificibus Leone X. & Clemente VII. ac ab Imperatore Maximiliano, & illis ſæpè vtantur, & fuerint pluries approbatæ à Rota Romana, teſtatur eadem Rota *in Bononien. Aggregationis ad Collegium* 23. *Martij* 1640. *coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.*382. *num.*8. *&c.* Rot. *part.9. recent. deciſ.32. num.1. & deciſ.33. num.4. &c. part.13. deciſ. 151. num.7. &c. & deciſ.379. & part.14. deciſ.167. num.18. & per tot.* Martha *vot. Piſ. 212. num.*36. vbi tamen quòd iſti, & alij ſimiles non poſſunt legitimare natos Principum, Comitum, & Baronum, Rot. *part.18. recent. deciſ.*310. *num.16. & ſeqq.* vbi tamen quòd dicti Domini Comites de Campegijs non habent plus iuris, & auctoritatis, quàm habeat Princeps, & ideò nec eorum legitimationes retrotrahuntur, *infra num.11. in fine*, & latiùs *part.18. dec.673. num.9. & ſeqq.* vbi plura de facultatibus dictorum DD. de Campegijs legitimandi, etiam ſine citatione, quoſcumque naturales, ſpurios, adulterinos, inceſtuoſos, ac etiam natos ex Epiſcopo, & moniali profeſſa, *& deciſ.751. per tot. in eadem cauſa.*

Plura de legitimatione, & eius effectibus, quòd ſit actus ſupremæ poteſtatis, & non poſſit fieri niſi à Rege, vel ab officialibus ab ipſo ad id deputatis, Cabed. *deciſ.169. per tot. part.2.* & Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap.16. per tot.* Andreas Pierij in voto deciſiuo apud Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.3. deciſ.73. per tot.* Boſcol. *reſponſ.4.* apud eundem Torre *part.2.* & ipſe Torre *in pluribus locis dicti tractat. indicatis in Repertorio generali in fine part.3. verb. Legitimare, &c.* vbi quid ſit legitimare, quid conſequantur legitimati, de legitimatione per ſubſequens matrimonium, & alia communia, Andreol *controuerſ.300. per tot. & controuerſ.*302.

8 Legitimatio facta per reſcriptum Principis ſecularis operatur tantùm quoad temporalia in ſuis Terris, & Dominijs, non autem quoad ſpiritualia, & illis annexa ex defectu Iuriſdictionis, pro quibus recurrendum eſt ad Papam, Fac. Iordan. *Lucubr. v lum.2. lib.* in *tit.18. num.65. & ſeqq. fol.*336, Mancil. *de impor. quæſt.85. num.9. &c.* Peregrin. *de fideicomm. art.23. num.*11. Giouagn. *conſ.37. lib.2.* Rota *part.2. recent. deciſ.41. per tot.* facit Peregrin. *deciſ.*11. vbi quòd valet legitimatio filiorum Presbyteri, vt ſuccedant ſaltem pro medietate iure alimentorum, & ita refert fuiſſe deciſum, illamque deciſionem in re valdè ambigua imitandam.

9 Legitimatio ne poſſit dici ſubreptitia, debet in primis narrari qualitas natiuitatis ipſius filij legitimandi, an ſcilicet ſit naturalis, ſpurius, vel inceſtuoſus, ſecundò concubinam, ex qua ille ſuſceptus eſt non poſſe iuxta ex cauſa in vxorem duci, tertiò an habeat filios legitimos, quartò ſi aliàs fuerit petita legitimatio, quintò qualitas matris, an eſſet vilis, vel nobilis, ſoluta, vel coniugata, ſextò facienda eſt mentio de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, idem eſt de ſtatuto prohibente legitimatos ab inteſtato ſuccedere, vt poſſit fœminis præiudicare, & derogare ſtatuto illos à ſucceſſione repellente, ſeptimò narrandum eſt fideicommiſſum à teſtatore factum, octauò feudi qualitas, vt poſſit in eo legitimatus ſuccedere, & ſimilia, prout benè explicat Menoch. *de arbitr. caſ.203. per tot.* Tuſch. *littera L. concluſ.227. per tot.* vbi ex quibus ſuſtineatur ne ſit ſubreptitia, & quando ſecus, Merlin. *deciſ.389. per tot.* vbi quòd ſit facienda mentio filiorum, & deſcendentium, non autem tranſuerſalium, niſi ius quæſitum, vel ſaltem in ſpe probabili habeant, Rota *part.13. recent. deciſ.312. num.26. & ſeqq.* Plura de requiſitis ad eſſentiam dictæ legitimationis per reſcriptum, Addit. cum pluribus citatis ad Sanfelic. *deciſ.342. verſ. ad eſſentiam.*

Legitimatio per reſtitutionem natalium ex reſcripto 10
Principis cadit etiam in ſpurio, & mentio legitimæ ſobolis omiſſa non reddit illam nullam, licèt ei non præiudicet, debet tamen legitimatus probare ſe non filium illius, cuius enunciatur, niſi ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, & alia, vide per Ger. Spin. *conſ.62. per tot. ſupra num.4. in fine, & in Pract. §. Figliuoli num.30. infra num.*12.

Quòd legitimatio poſſit impetrari ad preces cuiuſcumque, nec ab initio requiratur conſenſus legitimati, ſed ſufficiat ratihabitio ex poſt facto re integra, & alia, vide per Ger. Spin *conſ.63. & 64. per tot.*

An poſſit fieri legitimatio abſentis, & infantis, Tuſch. *litter. L. concl.223. per tot.*

An filij inceſtuoſi, ſiue aliàs ex damnato, vel adulterino coitu nati poſſint reſcripto Principis legitimari, vide Fachin. *controuerſ. iur. lib.3. cap.57. cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.129. num.21. & ſeqq. volum.3.* Peregrin *deciſ.*11. vbi de filijs Presbyterorum, vide ſupra *num.8. in fine.*

Qualiter Papa poſſit ex diſpenſatione filium inceſtuoſum ſequuto matrimonio legitimare, quando ſic diſpenſaſſe dicatur, poſſitque in toto orbe principaliter, & in conſequentia legitimare tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.1. tom.1. deciſ. 191. per tot.*

Legitimatio facta cum clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, quid importet, & quomodo admittat ad ſucceſſionem, Capyc. *deciſ.22. per tot.* Michalor. *de fratr. part.8. cap.26. num.28. &c.* vbi quòd hodie ſemper fieri ſolet cum huiuſmodi clauſula, de qua latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap 496. per tot. cap.724. num.22. &c.* vbi an operetur ad fauorem tranſuerſalium, vel tantùm ad fauorem deſcendentium, & an ab inteſtato, vel etiam condito teſtamento, idem Gratian. *cap.567. cap.635. per tot. cap.958. num.15. &c.* plenè Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 158. per tot.* Merlin. *de legit. lib.1. tit.2. quæſt.9. per tot.* Galuan. *conſ.3. cum alijs ſeqq. per tot. & conſ.18. per tot.* Tuſch. *littera L. concluſ.*225. Paul. Chriſtin. *deciſ. 145. num.29. & ſeqq. volum.3.* Vrceol. *conſult.93. per tot. volum.2.* vbi quòd ſtante dicta clauſula non poteſt legitimatus prætendere legitimam, vide *in §. Legitima num.4. infra num.*17.

Quòd clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, adimat legitimato facultatem dicendi de nullitate teſtamenti ex cauſa præteritionis ipſius legitimati, & præſeruet legitimis omnes ſucceſſiones ex diſpoſitione maiorum, Rot. *part.13. recent. deciſ.312. num.31. &c.* Martha *vot. Piſ.212.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.134. & 135. per tot. & deciſ.*201.

An clauſula, *ſine præiudicio*, præſeruet ius in petitorio tantùm, vel etiam in poſſeſſorio, & an inducat conditionem ſuſpenſiuam, vel reſolutiuam, benè declarat, & diſtinguit Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.*332. vide *in §. Conditio.*

Quod tamen Princeps poſſit legitimare ſpurium in vita patris in præiudicium venientium ab inteſtato, imò etiam poſt mortem patris ante aditam hæreditatem, cùm agatur ſolùm de iure quærendo, & nondum quæſito, quod Princeps tollere poteſt etiam ſine cauſa, Altograd. *conſ.49. num.29. lib.2.* Tuſch. *littera L. concluſ.*222. Peregrin. *deciſ.*10. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.217. num. 500. & ſeqq. part.9. recent.* vbi intelligit de legitimatione facta ad inſtantiam eius, qui poteſt de bonis ſuis diſponere, ſecus ſi iam eſſet alijs ius quæſitum, etiam ſolùm in ſpe probabili, & vide Sanfelic. *deciſ.342. cum Addit.*

per

per tot. vbi etiam an ſit neceſſaria citatio agnatorum, Martha *vot.* 212.

Qualiter poſſit fieri legitimatio per Principem etiam poſt mortem patris, & in præiudicium iuris tertiò quæſiti, vel non, latè Tuſch. *littera L. concluſ.* 221. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 163. *num.* 45. *& ſeqq. lib.* 1. Peregrin. *deciſ.* 10. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 32. *num.* 36. vbi quòd legitimatio facta ex præordinatione patris poſt eius mortem retrotrahitur ad diem ſucceſſionis, etiam in præiudicium eorum, quibus fuit delata hæreditas, quidquid ſecus ceſſante dicta præordinatione, de qua materia latiùs *in deciſ.* 33 *d. part* 9. *recent.* & Paul. Rub. *loc. cit.* Sanfelic. *deciſ.* 342. *per tot. cum plena additione*, Bich. *deciſ.* 54. vbi qualiter poſſint obſeruari plures legitimationes, vt ſi vna non ſufficiat, proſit alia, etiam voluntate, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 310. *per tot.* vbi quòd legitimatio obtenta poſt delatam hæreditatem, & aditam, ac capta poſſeſſione à ſubſtituto, non ſuffragatur, nec retrotrahitur ad fauorem legitimati, niſi procedat ex teſtatoris præordinatione, de qua ibidem plura ad eius excluſionem, *& deciſ.* 246. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, *& deciſ.* 773. *num.* 8. *& ſeqq. per tot.* vbi plura in alia cauſa ad oſtendendum præordinationem teſtatoris ad effectum vt legitimatio retrotrahatur in præiudicium ſubſtituti, reſpondendo obiectis cum diſtinctione, *& deciſ.* 751.

12 Legitimatio quantumuis ampliſſima non ſufficit in præiudicium tertij, niſi probetur, quòd legitimatus ſit filius patris in legitimatione nominati, Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 744. *num.* 4. *&c.* Peregrin. *deciſ.* 10. Duran. *deciſ.* 254. *num.* 12. *&c.* vbi quando non ſit neceſſaria probatio filiationis ſupra *num.* 4. *in fine*, *& num.* 10. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 317. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* vbi benè declarat Martha *vot. Piſ.* 212. *num.* 15. *& ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 208. *&* 223.

Quòd tamen ex aſſertione patris, tractatu, & communi repetitione, ac ex alijs ſatis dicatur conſtare de filiatione, Menoch. *de arbitr. caſ.* 89. *num.* 69. *&c.* Merlin. *deciſ.* 389. *num.* 33 *&c.* vide *in §. Filiatio num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 151. *num.* 2. *&c. part.* 15. *deciſ.* 217. *deciſ.* 125. *&* 246. *& part.* 18. *deciſ.* 673. *num.* 8.

Quòd legitimatio facta in præiudicium creditorum ſit inualida, maximè ſtante clauſula, *ſine præiudicio cuiuſcumque iuris quæſiti alicui perſonæ*, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 14. *per tot. & deciſ.* 96. vbi fuit confirmata prima deciſio, *& deciſ.* 167.

13 Legitimatio ſemel facta non poteſt reuocari ex ſuperuenientia filiorum legitimorum, Iaſ. *in l. pactum*, *§. Pater num.* 8. *ff. de pact.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 496. *num.* 34. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 23. *num.* 17. latè de more Tiraquel. *in repet. l. ſi vnquam*, *C. de reuoc. donat. verb. Donatione largitus quæſt.* 16. *& in tractat. ceſſante cauſa num.* 128. *&c. verb. Legitimationis*, vbi plurimos contrarium tenentes allegat, licèt ipſi videatur tranſire cum hac concluſione.

14 Legitimatus per reſcriptum Principis habetur tamquam legitimus, parentibus tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedit, amplius ſpurius vocari non poteſt, excludit ſubſtitutum, & acquirit omnia priuilegia, quæ legitimis, & naturalibus ſimul competere ſolent, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 477. *num.* 2. *&c. cap.* 673. *per tot.* plenè Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 408. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 167. *per tot.* vbi plura in contrarium Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 342. Martha *vot. Piſ.* 94. vbi quòd excludit ſubſtitutum, Sperel. *deciſ.* 73. *num.* 25. *& ſeqq.* vbi plura ad oſtendendum quod tollat omnem maculam, Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 8. *per tot.* vbi qualiter debeat habere legitimam, & aliàs ſucceſſiones, vide Tuſch. *littera L. concluſ.* 218. *per tot.* vbi an excludat fœminam, & ſubſtitutum, *& concluſ.* 238. *&* 239. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 199. *num.* 10. *& ſeqq. per tot. volum.* 1. *deciſ.* 155. *per tot. vol.* 3. *& deciſ.* 193. *num.* 22. *& ſeqq. volum.* 5. Peregrin. *deciſ.* 35. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 32. *num.* 2. *& deciſ.* 33. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi plura qualiter ſuccedat etiam in concurſu legitimorum, & naturalium, & ad excluſionem fœminarum, licèt legitimatio ſequatur longè poſt mortem patris, de illius tamen voluntate, & quomodo de illa conſtare debeat.

Non tamen ſuccedit in primogenitura, in feudis, in emphyteuſi, non habet querelam inofficioſæ donationis, non excludit fœminas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 635. *num.* 11. *&c.* latè cum ampliationibus, & limitationibus videndum Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 26. *per tot.* Sperell. *ad d. deciſ.* 73. *num.* 43. *& ſeqq.* vbi quòd non ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, vide Merlin. *d. quæſt.* 8. *num.* 28. *cum Addit.* Tuſch. *d. concluſ.* 217. *&* 226. *per tot.* vbi quòd legitimatio in multis non habilitat, vide *in §. Statutum excludens num.* 33. *infra num.* 19.

Quando poſſit ſuccedere in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & in feudis, quid ſtante pacto affrancandi, & an excludat ſubſtitutum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 477. *per tot. cap.* 673. *per tot. cap.* 758. *num.* 23. *&c.* Magon. *deciſ. Lucen.* 10. *per tot.* Duran. *deciſ.* 254. *per tot.* Merlin. *de legit. d. quæſt.* 8. *num.* 29. *&c.* vide *in §. Emphyteuſis num.*

An & quando ſuccedat in Iurepatronatus, vel non, Tuſch. *litt. L. concluſ.* 237. Ciarlin. *contron. tom.* 2. *cap.* 157. *num.* 38. Cyriac. *controuerſ. tom.* 3. *quæſt.* 472. *num.* 5. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 342. vbi etiam quid in Emphyteuſi, & Feudis.

Quòd non comprehendatur in ſtatuto loquente ſimpliciter de filio, niſi eſſet legitimatus per ſubſequens matrimonium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 734. *num.* 23. *&c.*

Continetur tamen appellatione filiorum legitimorum, Bald. *in l. cum acutiſſimi*, *C. de fideicomm.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore num.* 285. *ff. de vſucap.* Alexand. *conſ.* 2. *num.* 33. *lib.* 1. Peregrin. *de fideicomm. art.* 23. *num.* 29. Merlin. *d. quæſt.* 8. *num.* 9. Tuſch. *littera L. concluſ.* 238. *per tot. &* 239. vbi an, & quando veniat appellatione filiorum legitimorum in conditionibus, & ſuccedat in præiudicium ſubſtituti, de quo vltimo Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 241. *num.* 15. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.* 96. *num.* 7. *& deciſ.* 167. *part.* 15. *deciſ.* 85. vbi plura qualiter legitimatus in concurſu extraneorum admittatur ad fideicommiſſum, in quo ſint vocati proximiores legitimi, & naturales de familia, & agnatione, *& deciſ.* 217. vbi plura in alio ſimili caſu, probata tamen filiatione ex coniecturis, *& part.* 18. *deciſ.* 642. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi quod admittitur, niſi repugnet mens teſtatoris, &c. *part.* 19. *deciſ.* 173. vbi quòd legitimati in ampla forma veniunt ſub vocatione filiorum legitimorum, & naturalium, ac ideò admittuntur ad fideicommiſſum filij legitimi, & naturales ex parte legitimatio procedentes, & *deciſ.* 377. vbi etiam de filiatione ex coniecturis, relecta rigida mulieris cuſtodia, aliàs neceſſaria, cùm ageretur de matrona nobili, & illuſtri.

Legitimati an dicantur de familia, vel prole legitima, & 15
quæ requirantur ad eſſentiam legitimationis, vide Bardellon. *conſ.* 195. *per tot. lib.* 2. Cyriac. *controu.* 208. vbi quòd dicuntur de domo, ſuccedunt actiuè, & paſſiuè, familiam conſeruant, prout legitimi, efficiuntur nobiles, & illuſtres iuxta paternam nobilitatem, ac admittuntur ad fideicommiſſum fauore nobilium de domo ordinatum, niſi aliter appareat de mente teſtatoris.

Legitimatus verè quando quis dicatur, vel potiùs di- 16
ſpenſatus, loquendo de legitimatione per reſcriptum, etiam poſt mortem patris, & quæ ſit differentia inter diſpenſationem, & legitimationem, plenè Galuan. *conſ.* 4. *per tot. cum alijs ſeqq.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 23. *num.* 32. *&c.* Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 22. *& quæſt.* 9. *num.* 32. *&c. in Addit.* vbi quòd quando legitimatio non eſt generalis quoad omnia, ſed tantùm particulariter ad quædam, dicitur diſpenſatio, & ita particulariter legitimatus, vel diſpenſatus non habet ius petendi legitimam, nec eius ſupplementum, vide Tuſch. *litt. L. concluſ.* 220. *per tot.* Sanfelic. *cum Addit. deciſ.* 342.

De vera legitimatione, eius vi, & effectibus, quæ in ea requirantur, & quid operetur clauſula *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, plenè Galuan. *conſ.* 18. *per tot.* Cabal. *conſ.* 163. *lib.* 1. Merlin. *de legit. d. quæſt.* 9. *per tot.* vbi de dicta clauſula, Vrceol. *conſult.* 93. *per tot. vol.* 2. vbi quòd ſtante dicta clauſula non poteſt legitimatus prætendere legitimam, vide *in §. Legitima num.* 4.

Legitimati cum clauſula *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, non habet ius petendi legitimam, nec ſucceſſionem ab inteſtato, non faciunt partem in legitima, nec deficere conditionem ſi ſine filijs, nec excludunt fœminas, Galuan. *conſ.* 18. *num.* 24 *&c.* Cyriac. *controuerſ.* 236. *num.* 16. Rot. *in Peruſina reintegrationis* 11. *Ianuary* 1647. *coram Royas*, Giouagn. *conſ.* 30. *num.* 3. *& conſ.* 31. *num.* 1. *lib.* 1. Galuan. *conſ.* 4. *num.* 37. Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 4. Vrſel. *conſult.* 42. *num.* 211. Vrceol. *conſult.* 93. *per tot.*

vol.

Digitized by Google

vol.2. Ludouiſ. cum Beltram. deciſ.135. per tot. & deciſ. 201. Viui. comm. opin.452. Niſi legitimatio cum dicta clauſula fuerit plenariè facta, itaut certa videatur mens legitimantis pro legitima conſequenda, dummodò ipſe legitimans habeat auctoritatem plenariè legitimandi, alias eina legitimatio non operaretur, ſi limitatam tantum auctoritatem haberet, & ideò ſemper auctoritas legitimantis eſt diligenter atendenda, vt colligitur ex ſupracitatis, & Merlin. de legit. lib.3. tit.2. quæſt.8. num.15. & ſeqq. per tot. in Addit. & 9. per tot.

18 Legitimati maximè cum dicta clauſula non præiudicant legitimæ liberorum legitimorum à natiuitate, quæ non minuitur per legitimationem naturalium, ſed iſta legitimatorum detrahitur de reſiduo bonorum, cùm non valeat legitimatio in præiudicium tertij, vide Mangil. de impat. quæſt. 83. num.50. &c. Galuan. conſ.18. num.24. &c. Merlin. d. qu. 8. num.17. & ſeqq. cum Addit.

Quid capere poſſint, vel non legitimati, ſtantibus legitimis, Tuſch. litt. L. concluſ.232. per tot. Cabal. conſ. 163. per tot. lib.1. vbi quantum capere poſſint tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, & loquitur de legitimato à Sereniſſimo Magno Duce Etruriæ cum clauſula ſine præiudicio legitimorum, & naturalium, vide in §. Succeſſio num.4.

19 Legitimati (quidquid ſit de iure iuxta ſuperius dicta in pluribus caſibus) ſtante Bulla Pij IV. de legitimatione ſpuriorum edita anno 1562. & apud Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 408. num.189. in Terris Eccleſiæ non admittuntur ad fideicommiſſa, cùm per dictam Bullam ſubuertantur legitimationes in præiudicium fideicommiſſariorum factæ, & ideò ex ſtylo Curiæ Romanæ legitimationes non præiudicant legitimis ſucceſſoribus, maximè ſi etiam mens teſtatoris obſtet legitimatis, ſi agatur de filijs verè ſpurijs, ideſt natis ex perſonis, inter quas matrimonium ſtare non poterat, & legitimatio ſit facta poſt ius quæſitum fideicommiſſario, quæ ſunt requiſita neceſſaria, vt diſpoſitio dictæ Bullæ procedat; niſi in legitimatione adeſſet clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, quia tunc etiam ceſſantibus dictis requiſitis Bulla procederet, & videretur præſeruatum ius ſubſtitutorum, Fuſar. de ſubſtitut. dict. quæſt. 408. num.187. &c. Cyriac. controuerſ.207. cum tribus ſeqq. Decian. conſ.38. num.22. lib.3. Laderch. conſ.23. in fine, Peregrin. de fideicomm. art.23. num.6. 23. &c. Gionagn. conſ. 21. per tot. lib.1. & ibi Rot. Bononien. Rot. Roman. part.1. recent. deciſ.667. & in Ferrarien. bonorum 27. Nouembris 1630. coram Vereſpio, Merlin. de legitim. lib. 1. tit.2. quæſt.8. num.27. cum Addit. facit Vrceol. Conſult. 93. volum.2. & in terminis facultatis Dominorum de Campegijs, Eugen. conſ.52. num.65. lib.1. Menoch. conſ. 461. num.34. Rot. part.9. recent. deciſ.214. num.5. & deciſ.241. num.20. & ſeqq. vbi quòd dicta Bulla comprehendit tantùm legitimatos volentes ſuccedere contra voluntatem teſtatoris, non autem ſecundum illius voluntatem, & alia quando admittantur, vel non, & in eadem cauſa dict. part.9. deciſ.255. num.17. & ſeqq. & part. 10. deciſ.41. num.40. &c. part.13. deciſ.151. vbi quòd dicuntur habere vtramque qualitatem, & veniunt ſub nomine filiorum legitimorum, & naturalium, ac admittuntur ad fideicommiſſum, loquitur in priuilegio DD. de Campegijs, & meminit de dicta Bulla, & deciſ.379. dict. part. 13. vide in §. Filiatio num.3. & part.15. deciſ.213. num.13. & ſeqq. vbi plura ad intelligentiam dictæ Bullæ, & part. 18. deciſ.673. num.32. vbi quòd dicta Bulla reſiſtit naturalibus legitimatis in præiudicium ſubſtitutorum, quando legitimatio facta fuit contra voluntatem teſtatoris, aliàs ſecus.

Quinimò etiam circumſcripta dicta Bulla, hæres grauatus fideicommiſſo non poteſt facere legitimare filium baſtardum ad præuertendum ordinem ſucceſſionis, & tollendum ius quæſitum alijs ſecundùm Surd. conſ.552. num. 35. &c. Rota in Peruſina reintegrationis 11. Ianuarij 1647. coram Royas, verſ. fuit pariter, vbi loquitur in terminis reintegrationis fœminarum per deficientiam maſculorum, Merlin. loc. cit. in Addit. facit Tuſch. littera L. concluſ. 239. Peregrin. deciſ.96. num.2.

An autem poſſit Princeps legitimando baſtardum, abſque cauſa, & citatione ſubſtitutorum illis præiudicare, licèt multi affirment, tamen verior eſt negatiua; niſi ſubſit iuſta cauſa publica, & probata, vel ſi ſucceſſuri non haberent ius radicatum, & conſiderabile, ſed tantùm euentuale, ad tradita per Paul. Rub. in Annot. ad deciſ.217. num. 492. & ſeqq. part.9. recent.

Quòd legitimatio non poſſit fieri de abſente, vel infante, niſi legitimans id habeat expreſſum in facultatibus; ſuſtinetur tamen legitimatio ſi abſens, vel infans illam poſtea ratificet, Ludouiſ. deciſ.41. per tot. vbi de legitimatione facta à Dominis Gozzadinis Bononienſibus.

Quæ quidem ratificatio cùm ſit actus concernens fauorem legitimati inducitur ex ſola ipſius ſcientia ſine contradictione, & ex alijs, ac ſufficit etiam ſi ſequatur poſt mortem patris, cùm retrotrahatur ad diem legitimationis, nec poſſit dari de nullitate ab alio, quàm ab eo, in cuius fauorem eſt nulla, idem Ludouiſ. in eadem cauſa deciſ.82. per tot.

Quòd vigore ſtatuti Vrbis lib.1. cap.144. ſit adempta facultas relinquendi filijs legitimatis vltra medietatem bonorum patris, non tamen comprehendat forenſes, neque incolas tamquam correctorium, & odioſum, aliaque plura ad intelligentiam dicti ſtatuti, latè Rot. part.18. recent. deciſ.529. per tot.

Legitimatio perſonarum qualiter ſit facienda in omni iudicio, ex quibus facta dicatur, reſpicit perſonas, non cauſam, & requirit cognitionem, vt latè declarat Tuſchus littera L. concluſ. 244. 245. & 246. per tot. Sanſt. Tiber. in Prax. lib.1. cap.44. Ridolphin. in Prax. part.1. cap.5. per tot. Merlin. deciſ.553. num.15. & ſeqq. Rot. part.14. recent. deciſ.535. num.1. & ſeqq. quæ eſt votum deciſiuum D. Marcelli Seueroli, Rot. part.17. recent. deciſ.310. 20

Intellige parte opponente, & contradicente, aliàs valet proceſſus, etiam non facta legitimatione perſonarum, Iaſ. in Rub. C. qui admitti num.4. Boer. deciſ.171. num.19. Rot. part.9. recent. deciſ.307. num.24. & 25. & d. part.15. deciſ. 535. num.2. & part.17. deciſ.310.

Quod parte opponente ſit nullus proceſſus, & ſententia ob non factam legitimationem perſonarum, Rot. part.5. recent. deciſ.234. num. fin. part.6. deciſ.141. num.16. & part. 14. deciſ.2. num. 24. & deciſ. 135. num. 2. latè Sanfelic. deciſ.338. num.1. & ſeqq. cum Addit. vbi plura de hac concluſione, & in Praxi 642. per tot. vbi etiam de qualitate fundante iuriſdictionem ante omnia probanda, vt in iudicibus delegatis.

Quòd etiam in iudicijs ſummarijs, & executiuis ſit neceſſaria legitimatio perſonarum, alias parte opponente, proceſſus, & ſententia ſubiaceant nullitati; non tamen ſufficere generaliter oppoſitionem, ac huiuſmodi legitimationem requirere plenam probationem, & alia, Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ.264. per tot.

Qualiter legitimatio perſonarum ſit plenè probanda ab aſſerente in omni iudicio ſe habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio, & ſufficiat aduerſario negare, tam de præſenti, quàm de præterito, Maſcard. de probat. volum.2. concluſ.974. per tot. Muſcatel. in prax. part.3. gloſ. comparentis, Ioſeph. Felin. & Cerezo Margar. uar. concluſ. verb. Legitimatio num.144. Rot. part.17. recent. deciſ.310. latè Carleual. de iudic. lib.2. tit.2. diſput.4. per tot. vbi an legitimatio perſonæ actoris ſit de neceſſitate facienda ante litem conteſtatam, vel ſufficiat illam fieri in termino probatorio, & ante deciſionem cauſæ, plures caſus diſtinguendo, & declarando.

Legitimatio proceſſus criminalis quid ſit, quomodo neceſſaria, quotuplex ſit, quot, & quibus modis fiat, quæ in illa requirantur, quomodo fiat per repetitionem teſtium, cuius expenſis an Fiſci, vel inquiſiti, quomodo per confrontationem, vel declarationem de habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatis, & repetitis, vel per confeſſionem veram, ſiue fictam ex contumacia reſultantem, & alia plura de hac materia Zuff. tractat. de legitim. proceſſ. lib.2. & 3. per tot. dixi in §. Repetitio num.1. & alibi in locis opportunis, ac in mea Praxi in Præfatione, vbi etiam quid ſeruetur in Statibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ. 21

De legitimatione filiorum, ac de legitimatione perſonarum in iudicijs, aliqua deciſiuè habentur apud Thoro Compend. deciſ. Neap. part.1. 2. & 3. ſect.2. verb. Legitimatio, & Legitimatus, & plura per Caſtion. Alphab. iurid. verb. Legitimatio, Legitimati filij, & Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. eod. verb. fol.32. &c. 22

Legitimati, & quales admittantur ad feuda, & dignitates, vel non, qui poſſint legitimare, vel diſpenſare, & 23

alia

Digitized by Google

alia ad rem, latè Leli. Boſcol. *reſp.4. per tot. poſt part.2. tr. 10.* Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. fol.*538. Andreas Pierij in voto deciſiuo impreſſo per Torre *d. tract. part.3. deciſ.73. per tot.*

§. LENOCINIVM. VIII.

1 Lenocinium eſt genus delicti peſſimum, peſtiferum, nefandum, crudele, odioſum, ſceleratum, ac adulterio, ſiue etiam homicidio grauius; lenones autem dicuntur præpoſiti meretricum, & ſeductores miſerarum mentium, ſic à leniendo, vel ab alliciendo dicti, quaſi ad ſtupra alliciant, vel qui expreſsè exercent artem ad mulieres proſtituendas, vel qui quæſtuaria mancipia habent, etiam alterius artis occaſione, vt caupones, ſtabularij, ſeu balneatores huiuſmodi mulieres quæſtuarias pro quæſtu retinentes, *l. Athletas, §. Prætor ait, ff. de his, qui not. infam. l. palam, §. ſi qua cauponam, ff. de rit. nupt.* Petr. Gregor. *Syntag. iur. lib.35. cap.*11. Peguer. *deciſ.*15. Maiol. *de irregul. lib.5. cap.*41. *num.1. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 534. *num.1. &c.* vbi plura, Card. Tuſch. *littera L. concluſ.* 290. Farinac. *quæſt.*144. *§. Lenones, & §. domum accommodans per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.82. num.35. & ſeqq. vol.5. & ad leg. Municip. tit.2. art.13. num.5. & art.14. per tot.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.*125. Gutierez *in Prax. qu.*149. Gibalin. *de vniu. neg. lib.1. cap.4. Conſect. 12. num.8. & per tot. fol. mihi* 96.

Quòd lenocinium pluribus modis committatur, nempè ſuadendo mulieres, vel maſculos ad inhoneſtates, effectu etiam non ſequuto, præſtando locum, vel commoditatem opportunam ſcienter, vel aliter ad dictum effectum cooperando, imò quoad maritum erga vxorem ex ſimplici permiſſione, & tolerantia accepto lucro; propriè tamen committitur inducendo puellas, vel alias mulieres honeſtas, vel pueros ad turpitudinem lucri cauſa, ita vt pro eſſentia lenocinij requiratur præmium, & delictum debeat eſſe reiteratum ſaltem tribus vicibus, excepto marito, qui etiam pro vna vice tantùm dicitur leno; non poſſunt lenones ſuæ turpitudinis præmium licèt promiſſum in iudicio exigere, quamuis hoc ſit permiſſum meretricibus, vt dixi *in §. Meretrix num.* poſſunt tamen ſolutum retinere, cùm in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis, Lanfranch. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quæſt.3. per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.1. §.3. cap.4. num.12. & ſeqq.* Farinac. & alij ſupracitati, dixi *in Pract. §. Ruffiani num.4.* Gutierez *in Prax. quæſt.49. & 50.* vbi etiam de pœna lenonibus impoſita iure regio Hiſpanorum, Gibalin. *loc. ſupra cit.* vbi plura de negotiatione lenonum, & lupanarium in Republica non permittenda.

2 Lenocinium de iure communi punitur pœna mortis, *l.1. §. qui puero, ff. de extr. crimin. & §. Sancimus, Auth. de lenon.* de conſuetudine verò pœna fuſtigationis cum mitra in capite ſuper aſino, vel alia iudici arbitraria; eſſet tamen ſemper augenda pœna quando huiuſmodi crimen eſſet commiſſum erga perſonas ſanguine coniunctas, puta vxores proprias, vel filias proſtituendo, Menoch. *de arbitr. caſ.534. num.6. & ſeqq. per tot.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.171. per tot.* Scanarol. *de viſitat. carcer. lib.1. §.3. cap.4. per tot.* Cardin. Tuſch. *littera L. concluſ.*290. Clar. & Baiard. *in §. fin. quæſt.68. num.24.* Ang. *de maleſ. verb. Che hai adulterato la mia Donna num.69.* Peguer. *deciſ.* 14. Petr. Gregor. *Syntag. iur. lib.36. cap.11.* Farinac. *qu.* 144. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1795. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.125. per tot.* vbi tamen *num.11.* limitat in marito, vel alijs, qui ea vi paupertatis moti tale crimen commiſerint, nam non debent tunc puniri de lenocinio, & iudicatum refert ad Viui. *deciſ.* 454. quod ego intelligo de pœna ordinaria, non autem in totum excuſari.

Quando tamen lenocinium eſſet pro ſodomia inter maſculos, ſequuto effectu, & pluries reiteratum pro præmio, debet puniri pœna mortis (non obſtante allegata conſuetudine) & furcarum, ſicuti ſeruaſſe, & benè teſtatur Petr. Cabal. *reſol. crimin. caſ.248. per tot.* vide Farinac. *& alios ſupracitatos.*

Tria requiruntur ad hoc, vt lenones poſſint pœna mortis puniri de iure, nempè quòd pluries, & non vna vice tantùm perſuaſerint ad delictum, vel turpitudinem carnis, ſecundò quòd huiuſmodi perſuaſiones effectum habuerint, & tertiò quòd lenones mercedem, & lucrum reportauerint, P. Manar. *in Nott. Malencol. interrog.* 200. *§. 13. fol.* 322. dixi *in Pract. §. Ruffiani num.3. & num.7.* vbi addidi quartum requiſitum, nempè, vt ſit commiſſum cum muliere non malæ vitæ, vel famæ, quando agitur de mulieribus, nam in maſculo non cadit huiuſmodi conſideratio; aliàs autem ceſſante aliquo ex dictis requiſitis, non eſſet locus dictæ pœnæ ordinariæ lenocinij, ſed alteri arbitrariæ mitiori iuxta facti, & perſonarum qualitatem, Scanarol. Cabal. & alij in locis citatis, Menoch. *de arbitr. caſ.*534. *num.48. & 49.* Pichard. *Pract. Inſtitut. part.3. tit. de pœn. num.77. & 78. fol.*102. Nouar. *Pragm. Regn. Collect.* 125. *num.12. &c.*

Quoad maritum erga vxorem, vt leno dicatur, & tamquam talis puniatur arbitrio iudicis ſufficere ſolum conſenſum in adulterio vxoris, etiam abſque præmio innuit textus *in l. mariti 29. ff. ad l. Iul. de Adult.* Peguer. *deciſ.*15. *num.7.* & fuit dictum per Aſſeſſorem Magiſtratus DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & ab eodem Magiſtratu approbatum, ac deciſum (citata dicta mea *Pract. in §. Ruffiani*) de anno 1665. in cauſa cuiuſdam Ferdinandi Peratti, qui fuit repertus in lecto cum Adultero, & vxore in medio, & ob id condemnatus ad fuſtigationem cum mitra ſuper aſino, & inſcriptione viſibili cauſam indicante, ac ad triremes per quinquennium; & eadem pœna fuit etiam damnatus quidam alius Vincentius Iacobi Calozzi de menſe Octobris 1666. prout in filza Proceſſuum Cancellariæ dicti Magiſtratus 617. *num.* 196.

Quando autem maritus propriè dicatur leno vxoris, & qua pœna plectendus de iure, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 534. *num.* 20. *& ſeqq. per tot.* quod à Iuſtiniano eſt ſancita pœna vltimi ſupplicij *in Auth. de lenon. §. Sancimus*, & plures alias pœnas contra lenones ex varijs conſtitutionibus, & legibus indictas refert Menoch. *loc. cit.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 82. *num.* 38. *& ſeqq. volum.* 5. Sanfelic. *deciſ.* 266. vbi quòd maritus etiam leno non repellitur ab accuſando de adulterio, quia lenocinium mariti illum onerat, & non mulierem excuſat, & ideo mulier, & adulter de Adulterio puniuntur, & maritus de lenocinio.

Quòd maritus leno repellatur de iure ciuili ab accuſando vxoris adulterium, *l. cum mulier, ff. ſolut. matrimon.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 125. *num.5.* ſed non recedas à primo, cùm etiam iudex in omnem caſum poſſit ex officio ſupplere.

Lenones grauiſſimè peccare non eſt dubitandum, quidquid alij locatores domorum meretricibus, vel alijs ad malum finem, vel vſum conducentibus poſſint excuſari, quando ob id carius non locant, & conſenſum præſtant habitationi tantùm, & non peccato, Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.12. cap.18. quæſt.3.* P. Stefan. de Neapol. *lib.2. cap.45. num.17. &* 18. Didac. Mari ad Gizzarel. *deciſ.54. num.2.* 3

Quòd lenones, maximè vxores efficiantur irregulares, imò omnes lenocinium exercentes propter infamiam, quam ipſo facto incurrent, Maiol. *de irregularitate lib.5. cap.41. n.3.* Vgolin. *eod. tract. cap.60. §.1. num.3.* Menoch. *de arbitr. caſ.534. num.22.*

Eadem ratione infamiæ repelluntur etiam à teſtimonio, ſicut & meretrices, præter quàm ſi ageretur de geſtis in lupanari, & proſtribulo, vel ſi aliter veritas haberi non poſſet, ſed non ob integra eſſet illorum fides, Menoch. *d. caſ.534. num.36. & 37.* vide *in §. Infamia num. & §. Meretrix num.*

Lenones tanquam peſti ſunt à Ciuitatibus expellendi, *§. Sancimus, Auth. de lenon. inter Nouell. Conſtit.31. tit. de lenon. toll.* Ripa *tract. de peſt. tit. de remed. præſeruat. num.*161. Menoch. *d. caſ.534. num.42.* Ricc. *Collect.* 2705. *part.* 7. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 54. *num.* 12. vbi etiam quòd ſicuti meretrices, poſſunt & iſti, (ac tantò magis iudicio meo) de ciuitate expelli, Paul. Chriſtin. *deciſ.82. num.35. & ſeqq. vol.5. & ad leg. municip. tit.2. ar.*14. Gibalin. *de vniuerſ. negot. lib.1. cap.4. conſect.12. per tot. fol. mihi* 99. *&c.*

Qualiter de anno 1483. fuerint lenones expulſi ſub pœna capitis à Ciuitate Florentiæ, & toto eius Dominio, & iterùm de anno 1520. ſub mitioribus pœnis dixi *in Pract. §. Ruffiani num.5.* vbi etiam *num.6.* an poſſint deſcribi ad officium Honeſtatis, & alia huiuſmodi.

Ali-

Digitized by Google

Aliquando autem potiùs expelluntur ſtudioſi, quàm lenones; illi enim à nemine aſpiciuntur, & iſti ab omnibus amplectuntur; calamitas noſtrorum temporum in quibus ſæpè virtutes reputantur defectus, & illarum ſequaces à pluribus irridentur; vitia autem virtutes, & illorum imitatores à ſimilibus acclamatur, ita vt verificentur verba Taciti *lib.1. Hiſt. Nobilitas, opes, omiſſi, geſtique honores pro crimine, & pro virtute certiſſimum exitium*. Sed loquendo cum Iſaia *cap.5. verſ.20. Væ illis qui dicuntur malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum*.

Hodie tamen regnante Sereniſſimo Coſmo III. Principe Religioſiſſimo, Florentiæ ſumma enim vigilantia ferè omnes continentur cum debita honeſtate ſaltem externa, ac delinquentes debitis afficiuntur pœnis, maximè in hac materia tam lubrica, & lenæ, lenoneſque vt ſupra expelluntur.

5 Quòd ex defectu mercedis, & aliorum requiſitorum quis non dicatur propriè leno, vel lena, & ideo ſi Curia ordinaria præuenerit in cognoſcendo de delicto, non teneatur remittere cauſas ad iudices meretricum, & lenonum, cùm eorum iuriſdictio ſit intelligenda de veris, & propriis lenonibus, & meretricibus deciſum, refert Franch. *deciſ.68.* & illum alijs etiam citatis ſequitur Thoro *compend. dec. Neapol. part.1. verb. Lena*.

6 Florentiæ tamen poſſet dubitari de huiuſmodi deciſionibus, cùm iudices meretricum, & lenarum ſoleant procedere etiam contra ſuſpectos, & ſuſpectas, & ideò in occurrenti caſu eſſent conſiderandæ leges, & ſtatuta eorum officij, quod honeſtatis per ironiam appellatur, an tribuant iuriſdictionem priuatiuè, vel cumulatiuè cum iudicibus ordinarijs, vt verius puto, & aliquando ſeruatum ſcio data præuentione.

7 An lenocinij delictum ſit mixti fori, Garzia *de nobilit. gloſ.3. num. 36.* annuit Carol. Anton. Theſaur. *infra cit.*

8 De lenonibus plura tradunt DD. citati à Matth. Sanz. *de vt crimin. contron.59. num.43.* Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Leno, Leno inium*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.36.*

9 Quod lenones ſint infames, & conſequenter irregulares, illos recipientes in domos ad illum effectum, domum amittunt, ſi ſint patres, aut domini priuantur patria, ſeu dominica poteſtate, amittunt vſumfructum aduentitiorum; & quidquid in alijs requiratur pluralitas actuum, & quæſtus, in marito ſufficit vnus actus, etiam ſine quæſtu, vt ex Menoch. *de arbitr. caſ.534.* & alijs probat Carol. Ant. Theſaur. *de pæn. Eccleſ. part.2. verb. Lenocinium fol.213.* & de his omnibus ne deſeras videre Philipp. Paſcal. *tract. de viribus patr. poteſt. part.2. cap.10. per tot. cum annot. Prati*.

§. LÆSIO. IX.

1 LÆſio alia eſt modica, alia magna, ſiue enormis, alia enormior, & alia enormiſſima, qualis autem vnaquæque dicatur, & ad quam ſummam aſcendat, variæ extant Doctorum opiniones, inter quas receptior eſt, totum iudicis arbitrio remitti, attenta qualitate rerum, perſonarum, & contractuum, Odd. *de reſtit. in integr. part.1. quæſt.4. art.13. per tot.* Couar. *var. reſolut. lib.1. cap.3. nu.11.* Menoch. *de arbitr. caſ.74. & 75. per tot.* Altograd. *conſ.102. num.28. 47. & ſeqq. lib.2.* Tuſch. *littera L. concluſ.292.* latè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.2. l.56. gloſ.11. &c. fol.819.*

Quando læſio dicatur enormis, vel enormiſſima, ad hoc vt competat reſtitutio in integrum, etiam poſt quadriennium, quæ non datur ſine læſione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.184. num.17. &c. cap.734. num.74. &c.* Magon. *deciſ. Flor.10. num.22. &c.* Ricc. *Collect.2783.*

Quando quis dicatur læſus, Tuſch. *littera L. concluſ.297.*

Non ſufficit tamen læſio in vna re tantùm, ſed in toto contractu vltra dimidiam debet eſſet, Ricc. *Collect.3191.*

2 Læſio quando quotidiè originari dicatur, & habere tractum ſucceſſiuum in præiudicando, ita vt numquam currat tempus quadriennij ad petendam reſtitutionem in integrum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.601. num.31. &c.*

Læſio eſt probanda à minore, qui petit reſcindi contractum, quando fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, & ſic vbi ſumus in contractu valido, & habente ſtatum validitatis, quando verò ſumus in contractu nullo, eo quia non fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, non tenetur minor probare læſionem, ſed qui cum illo contraxit debet probare verſionem in vtilitatem ipſius minoris, quia tunc præſumitur mala fides, & dolus, Menoch. *lib.3. præſumpt.84. per tot.* plenè videndus Odd. *de reſtit. in integr. part.1. quæſt.36. per tot.* Pinel. *in l.2. C. de reſcind. vendit. part.3. cap.1. num.24. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.176. num.2. vol.3.* Caldas Pereyra *tractat. de reſtitut. in integr. verb. Sua felicitate, & verb. Vel aduerſarij dolo*, ac alibi ſæpè, & præcipuè *in Verb. Læſis*, vbi plenè de læſione probanda, & quomodo. 3

Idem eſt etiam in Eccleſia, quæ quando fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, ſi alleget læſionem, tenetur illam probare, Odd. *dict. quæſt.36. art.2. num.15. &c.* Altograd. *conſ.28. num.5. lib.1.* vbi etiam *num.11. &c.* qualiter teſtes de læſione deponentes debeant eſſe informati de omnibus qualitatibus rei alienatæ, vt ſcire poſſint an interceſſerit læſio, vel non, & ibidem *num.53. &c.* de læſione probanda ab Eccleſia, quando fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, cùm illis adhibitis præſumatur vtilitas, Merlin. *deciſ.219. per tot.* Ricc. *Collect.2271.*

Quòd læſio regulariter non præſumatur, ſed ſit probanda, exceptis aliquibus caſibus, in quibus præſumitur, Menoch. *lib.3. præſumpt.85. per tot.* Odd. *d. quæſt.36. art.2. & 3.* Altograd. *conſ.5. num.72. lib.1.* Maſcard. *de probat. vol.2. concluſ.962.*

Qualiter probetur læſio, Cagnol. *in l.2. C. de reſcind. vendit. num.234. & ſeqq.* Tuſch. *litt. L. concluſ.299.* Maſcard. *loc. cit.* vbi etiam quando debeat attendi tempus contractus, vel ſucceſſiuum, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſs. lib.3. quæſt.23. num.15. & ſeqq.* vbi quando ſufficiat ſemiplena probatio ad obtinendam reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem.

Quando læſus dicatur minor abſque alia probatione, eo ipſo quòd pro alio fideiuſſit, Socin. iun. *conſ.47. num.7. lib.4.* Canaler. *deciſ.301. num.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.108. num.49. &c.* vbi quando illud non procedat, Odd. *d. quæſt.36. art.2. & 3. num.30. &c.* vide *in §. Minor num.*

Læſio omnis excluditur quando contractus fuit celebratus in præſentia conſanguineorum, & iudicis, & cum illorum conſenſu, & decreto, cùm tunc actus præſumatur geſtus bona fide, & ex libera voluntate, Corn. *conſ.36. num.8. & ſeqq. lib.1.* cum alijs per Altograd. *conſ.5. num.82. lib.1.* vbi etiam *num. ſeqq.* quòd quando actus fuit pius, & laudabilis pro ſubleuando patre, vel fratribus, nulla conſideratur læſio, quod vltimum ſequitur, Odd. *d. qu.36. art.3. num.35. & qu.53. art.3. & 4. per tot.* 4

Læſio in renunciationibus non conſideratur, quando ſunt factæ iuxta morem, & conſuetudinem regionis, vel cauſa ingreſſus Religionis, vel coram iudice cum interuentu proximiorum, & illorum conſenſu, vel pro conſeruatione decoris familiæ, vel pro alia cauſa pia, & laudabili, vel quando filia recepiſſet congruam dotem, Vrceol. *conſult. forenſ. cap.48. num.37. & ſeqq.* vbi etiam an poſſit allegari ſtante iuramento, vide *in §. Sacramentum num.* Tuſch. *litt. L. concluſ.294. per tot.* vbi quòd non attenditur in multis caſibus, de quibus ibidem. 5

Quòd mulier dotata non dicatur læſa renunciando etiam pingui hæreditati dotantis, Fontanel. *de pact. nupt. Clauſ. 9. gloſ.1. par.1. num.35. &c.* ſequitur Rot. *part.11. recent. dec.150. num.13.* vide *in §. renunciatio num.16.*

Item læſio non eſt conſiderabilis inquirendis, & ſic renunciatio, vel ceſſio iuris quærendi, non dicitur continere donationem, nec requirit ſolemnitates ſtatuti, licèt renunciatio, vel ceſſio videatur ſupponere ſaltem per ordinem intellectus præcedentem acquiſitionem, cùm aliàs nihil contineret, quia cùm ſit momentanea, & ordinata non ad acquirendum, ſed ad renunciandum, talis acquiſitio intellectualis non attenditur, Gratian. *deciſ.17. num.22. & ſeqq.* vide *in §. Statutum requirens num.* Rot. *part.11. recent. deciſ.150. num.12.*

Item non conſideratur læſio in actu, in quo liberalitas exercetur, vt in donatione, quæ dicitur de ſui natura læſi-

na,

Digitized by Google

ua, ſed attenta liberalitate ſuſtinetur, Gratian. diſcept. forenſ. cap.592. num.26. &c. Caualer. deciſ.479. Altograd. conſ.5. num.80. &c.lib.1. Duran. deciſ.121. num.1. &c. Rot. part.14. recent. deciſ.283. num.8.

Poſſet tamen etiam in donatione conſiderari læſio, ſi deducatur per modum coniecturæ ad præſumendum dolum, metum, vel ſoggeſtionem, Magon. deciſ. Flor. 18. num.4. Rot. part.2. diuerſ. deciſ.102.nu.8. Vel ſi agatur de donatione correſpectiua, quæ fit reſpectu alicuius dati, aut remiſſi, quia tunc attenditur læſio etiam ad effectum, l.2. C. de reſc. vendit. quamuis dictum fuerit, quod plus eſt dono, ſicut etiam conſideratur in ſimplici donatione, quando fuit donata res magni valoris, quam donas iuſto errore ductus credebat eſſe modici valoris, Duran. d. deciſ.121. num. 21. & ſeqq. Rot. part.2. diuerſ. deciſ.102. num.6. &c. part. 15. recent. deciſ.193. num.10. Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt.58. art.1. num.12. & ſeqq. Gratian. deciſ.40. vbi quòd numquam attenditur læſio, quando donatio fit ob ingreſſum monaſterij.

Qualiter deceptus in pretio, propter conſenſum videatur exceſſum donare, quando ſciuit iuſtum pretium, nulloque dolo, fraude, leuitate, imprudentia, vel neceſſitate fuit ductus, ſed liberè contraxit inter ſanguine coniunctos, vel amicos, & tunc alter contrahens remaneat tutus etiam in foro conſcientiæ, Dian. part.8. tract.6. reſol.114. per tot. infra num.9.

6 Læſio non conſideratur quando ex contractu poteſt reſultare lucrum, & damnum, quo caſu ceſſat etiam reſtitutio pro minore, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 576. num. 30. & cap.756. num.8. &c. num.42. &c. vt quando eſſet renunciatum fideicommiſſo reciproco, Magon. deciſ. Flor. 92. num.7. &c. vide in §. Diuiſio num. & §. Minor n. Rot. part.16. recent. deciſ.408. per tot.

Quòd non poſſit allegari læſio in incertis dependentibus à futuro euento, & quæ poſſunt ſe habere ad damnum, & vtilitatem, Altograd. conſ.65. num.81. lib.2. Rot. part.11. recent. deciſ.150. num.12. &c. vbi quòd non conſideratur in iure euentuali, & incerto, & latè part.13. dec.134. num. 34. & ſeqq. per tot. vbi in terminis oblationum, & eleemoſynarum, in quibus ratione dictæ incertitudinis non conſideratur læſio, ſi de illis fuerit facta tranſactio, & part. 24. deciſ.6. num.16. &c. in eadem cauſa, & plenè ad excludendam læſionem ob incertitudinem, Rot. part.16. recent. deciſ.407.

Sed quòd imò quando læſio ex poſteriore euentu remanet patefacta, & ſic actus incipit eſſe læſiuus, poſſit dari reſtitutio in integrum, idem Altograd. conſ.77. num.58. lib.2.

Quòd vbi contractus vnico momento perficitur, attendatur læſio ſolùm habito reſpectu ad tempus illius, quando verò contractus habet tractum ſucceſſiuum, vel aliquid de futuro eſt explendum, attendatur etiam tempus futurum, Rot. part.13. recent. deciſ.124. num.11. &c. vide tamen d. part.13. deciſ.374. num.14. & ſeqq. per tot. vbi plura in contrarium, quando non attendatur læſio etiam in contractu habente tractum ſucceſſiuum.

Alia vide in §. Minor, & §. Reſtitutio.

7 Læſio quando dicatur vltra dimidiam iuſti pretij, & quale ſit pretium iuſtum, vt ſit locus remedio, l.2. C. de reſcind. vend. Pract. Pap. cum Addit. in cauſ. vendit. gloſ. pro pretio, Gratian. diſcept. forenſ. cap.461. num.26. &c. latè Vrceol. conſultat. forenſ. cap.3. per tot. vbi qualiter ſit probanda læſio, & quando dicatur de illa conſtare, vel non, & an attendatur in dote æſtimata, Paul. Chriſtin. deciſ.66. num.8. vol.3. Ricc. Collect.81.

Plura de læſione, qualis eſſe debeat, vt ſit locus reſciſſioni contractus, & ad alios effectus Hermoſil. ad leg. Partit. tom.2. leg.56. gloſ.4. &c. fol.766. &c. Conciol. & Romaguet. ad Stat. Eugub. lib.5. Rub.58. per tot.

Quid autem narrare, & probare debeat agens huiuſmodi remedio, Aret. in §. ſi quis agens, Inſtit. de act. num. vide in §. Remedium n. Cagnol. in l.2. C. de reſcind. vendit. num.334. & ſeqq. Tuſchus littera L. concluſ.299. Cabal. conſ. dec.144. per tot. lib.1. vbi plura de remedio d. l.2. tam ex læſione enormiſſima, quàm ex omiſſione ſolemnitatum in alienatione rerum minoris, de ratificatione, & huiuſmodi.

8 Læſio vltra dimidiam dicitur ad effectum reſcindendi contractum ex remedio, l.2. C. de reſcind. vend. quando (exempli gratia) res valebat decem, & fuit empta pro ſex, numerando medietatem illius decem, & ſic eſt vltra dimidiam iuſti pretij, ac idem eſt in ſimilibus caſibus, & è contra reſpectu venditoris iuxta calculum, gloſ. in d.l.2. quam ibidem ſequuntur Alberic. Odofred. Salic. Cagnol. Caſtr. Bald. Padil. Couar. var. reſol. lib.2. cap.3. num.8. quam opinionem tamquam æquiorem, & veriorem approbat etiam Franch. deciſ.245. num.3. Dian. part.7. tract.10. reſol. 22. per tot.

Sed dictam opinionem vti ineptam, & falſam refutari à grauioribus auctoritate, & numero DD. qui tenent, imò, læſionem vltra dimidiam idem eſſe an vltra duplum ſit ſi res valebat decem, & fuit empta pro viginti, & vno, & hoc modo eſſe in eumdem calculum, ſiue computum; aſſerit, & probat Vrceol. conſult. forenſ. cap.3. num.35. &c. vide Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.144. vol.1. vbi quòd reſpectu emptoris magna eſt controuerſia inter DD. idem Chriſtin. deciſ.66. num.8. vol.3. vbi plures hinc inde allegat Myſinger. obſeru.73. cent.4. idem Vrceol. in Append. ad d.cap. 3. num. 35. in fine vol.2. fol.8. vbi quòd idem eſt è contra in venditore, vt tunc læſus dicatur quando rem dignam pretio centum vendidit pro 48. vel 49.

Læſio quando non eſt vltra dimidiam, vt ſupra, licèt 9
læſo maiori nullum videatur competere remedium, cùm ſit permiſſum contrahentibus ſe inuicem decipere vſque ad dictam ſummam, (intelligendo in foro exteriori, & de iure ciuili, ſecundùm quòd tolleratur huiuſmodi læſio non tamquam iuſta, ſed tamquam expediens in iudicio dedoci, aliàs plures eſſent lites, quàm contractus, ſecus autem in foro conſcientiæ, in quo omnis læſio excedens limites latitudinis iuſti pretij ſcienter commiſſa obligat ad peccatum, & reſtitutionem iuxta veriorem, & magis communem Theologorum, & Iuriſperitorum ſententia, ad tradita per Michael. Salon. tract. de iuſt. & iur. tom.2. quæſt.77. art.1. controu.17. & ſeqq. Sperel. deciſ. 119. num. 66. 69. & ſeqq. Leotard. de vſur. quæſt.1. num.27. &c. dixi in Pract. §. Vendere num.34. & §. Vſura num.17. ſupra num.3. in fine.) Tamen operatur, vt poſſit contractus reduci ad æqualitatem, & iuſtum valorem, vel reſcindi, faciendo poſitiones aduerſario, inter quas ponatur, quòd ille ſit vir bonus, & probus, cui reſpondebit affirmatiuè, at prædicta deceptio, & læſio non conuenit viro probo, & bono, & ideò alterum ex prædictis tenebitur adimplere, vt docet Ferret. caut.4. vbi allegat gloſ. in l. ſemper in contractibus, ff. de reg. iur. facit quòd dixi in §. Pactum num. 36. in fine.

Hanc autem cautelam improbat Menoch. lib.5. præſumpt. 1. num.23. & ſeqq. facit Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.110. num. 55. & ſeqq. vol.1.

Quòd in foro conſcientiæ non ſit licita aliqua deceptio vt ſupra ſub pœna peccati, & reſtitutionis, ratione cuius peccati poteſt læſus etiam infra dimidiam iuſti pretij recurrere ad iudicem Eccleſiaſticum, vt compellat aduerſarium ad reſtitutionem, etiam per cenſuras, Couar. variar. reſolut. lib.2. cap.4. Cardin. de Lugo de iuſt. tom.2. diſput.26. ſect.7. num.84. Dian. reſolut. moral. part.7. tract. 10. reſolut.22. verſ. Nota tamen, &c. vide in §. Contractus num.42.

Quòd ad reſcindendum contractum ſufficiat læſio vltra tertiam partem veri valoris vigore Statuti Vrbis, Rota part.18. recent. deciſ.698. num.6.

Læſio facit reſcindere contractum, etiam à maiore ini- 10
tum, quando eſt vltra dimidiam, cùm arguat dolum, & circumuentionem, Gratian. diſcept. forenſ. cap.823. num. 37. cap.824. num.41. &c. Franch. deciſ.247. Vrceol. conſult. forenſ. cap.3. num.10. &c. latè Tuſch. littera L. concluſ. 293. per tot. vbi qualiter læſio vltra dimidiam habeat locum in omnibus contractibus, & quibus, Bich. deciſ.609. vbi quòd ſufficit in ſexta parte, quando agitur de venditione facta à iudice, & reddit rationem diuerſitatis, vide infra num.11.

Quòd ſtante enormiſſima læſione, quæ æquiparatur dolo, actus ſit ipſo iure nullus, Caualer. deciſ.301. num.5. &c. vide in §. Dolus num. Giurb. deciſ.105. num.1. & per tot. Vrceol. tract. de tranſact. qu.89. num.55. & ſeqq. vbi qualiter, & à quo tempore ſint reſtituendi fructus, de quo dixi in §. Fructus num.9. & 10.

Quòd procedit etiam ſtante iudicis decreto, curatoris auctoritate, iuramento, & ſimilibus cautelis, Rot. par.2. diuerſ. deciſ.82. num.2. & deciſ.102. num.1. &c. vide Giurb. dict. deciſ.105.

Et

Digitized by Google

Et quando apparet ex publicis inſtrumentis, non dicitur acquirere a-ctiorem indaginem, Rota *dict. deciſ.*82. *per tot.*

An autem renunciari poſſit læſioni enormiſſimę, contrarias opiniones, negatiuam ſequendo, maxime de æquitate, illamque pluribus modis declarando, refert Caluin. *de æquit. lib.*2. *cap.*101. *per tot.*

11 Læſio conſideratur etiam in ſubhaſtatione ad effectum, *l.* 2. *C. de reſcind. vend. & quid ſi d. l. fuerit renunciatum*, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*451. *num.* Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.*316. *num.*4. *&c.* Attento tamen tempore ſubhaſtationis, & non ante, idem Gratian. *cap.*926. *num.* 13. *&c.* vide *in* §. *Remedium num.*36. §. *Subhaſtatio num.*8. §. *Pretium num.*2.

Quòd regulariter læſio ſit attendenda de tempore, celebrati contractus, & quando ſecus, latè Ludouiſ. *deciſ.*553. Tuſch. *littera L. concluſ.*295. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 178. vbi etiam quòd in ſubhaſtatione ſufficit læſio in ſexta parte quidquid alias in conditione voluntaria requiratur vltra dimidiam, & quare, ac de modo illam probandi. Sed iſta deciſio fuit poſtea reuocata *eadem part.*14. *dec.*270. vbi fuit firmatum, lęſionem etiam in ſubhaſtatione ad effectum illam ex hoc capite impugnandi requiri vltra dimidiam, prout in venditione iuxta veriorem, & à Rota receptam opinionem, de qua etiam *part.*18. *recent. deciſ.*268. vbi fuit pariter reprobata deciſio Bichij 609. firmans ſufficere læſionem in ſexta parte.

Excluditur tamen læſio ex incertitudine valoris, & pretij, & quando fit oblatio rei, ſuper qua prætenditur læſio, Rot. *part.*11. *recent.. deciſ.*64. *num.*29. *&c.* Nec probatur ex locationibus, & alia ad rem, Rota *part.*18. *recent. deciſ.* 668. *per tot.*

Qualiter etiam excludatur lęſio ex qualitatibus minuentibus rei valorem, vt ſi vendita ſit pro parte tantùm à venditore debitis grauato, ſine cautione, & huiuſmodi, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.*554. *num.*11. *& ſeqq.* vide *in* §. *Pretium num.*2. vbi plura, & §. *Valor.*

12 Læſio enormis in laudo ad effectum reſciſſionis, ſufficit in ſexta parte quantitatis controuerſæ, & quandoque in maiori, vel minori ſumma arbitrio iudicis, Bart. *in l. ſi ſocietatem*, §. *arbitrorum*, *ff. pro ſocio*, Socin. iun. *conſ.*48. *num.* 22. *conſ.*71. *n.*7. *& conſ.*144. *num.*14. *lib.*1. Odd. *de reſtitut. in integr. part.*1. *quaſt.*4. *art.*13. *num.*119. Menoch. *de arbitr. quaſt.*71. *num.*16. *& caſ.*73. Duran. *deciſ.*200. *num.*21. *&* 22. vbi tamen *num.*25. videtur ſecundùm alios requirere læſionem vltra dimidiam, intelligendo quando fuit emologatum ex certa ſcientia, & poſtquam fuit publicatum, aliàs procedit prima opinio, quam ibidem ſequitur, cùm minor ſufficiat læſio, quæ procedat ex facto alterius, quàm ſi procedat ex facto proprio.

Quòd qualiſcumque læſio contingens in arbitramento præter ſpem compromittentium, operetur ne ſtandum ſit in arbitramento, prout ſtante probatione erroris, Altograd. *conſ.*21. *num.*29. *&c. lib.*1.

Quòd læſio enormis verificetur in amiſſione ſextæ partis rei debitæ, Altograd. *conſ.*5. *num.*73. *lib.*1. *& conſ.* 102. *num.* 28.47. *& ſeqq. lib.*2. vbi quòd læſio in ſexta parte dicitur enormis, enormior in medietate, & enormiſſima vltra dimidiam, vel in totum, & ſufficiat in ſexta parte ad reſcindendum laudum, vel arbitrio iudicis iuxta facti, & perſonarum qualitatem.

Quòd læſio, & iniquitas laudi non præſumatur, ſed ſit probanda ab allegante, Tuſchus *littera L. concluſ.* 298.

13 Læſio in tranſactionibus debet conſiderari habito reſpectu ad dubium litis euentum, vt dixi *in* §. *Tranſactio num* 17. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*72. *num.*7. *& per tot.* vbi quòd ex ſtatuto Vrbis ſufficit læſio excedens tertiam partem, vel de iure communi dimidiam, habito tamen reſpectu ad dubium litis euentum, quo ceſſante, & ſic dum ſumus in claris, & deciſis, nullo modo valere tranſactionem, tamquam ſine cauſa, calumnioſè, ac per dolum dantem cauſam contractui initam, *eadem part.*13. *deciſ.* 144 *per tot.* plenè examinato articulo, & relatis tribus opinionibus Vrceol. *tract. de tranſact. quaſt.*98. *per tot.* vbi in ſubſtantia concludit vt ſupra, Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*193. vbi quòd tranſactio facta ſuper re omninò clara, veluti ſuper obligatione nulla, tamquam in totum læſiua non ſuſtinetur, *& part.*18. *deciſ.*698. *per tot.* vbi quòd reſcinditur propter læſionem, vltra dimidiam, *& deciſ.*707. *per tot.* vbi plura ad excluſionem læſionis propter dubium litis euentum, & alijs ex cauſis in materia beneficiali.

Læſio an poſſit conſiderari in contractu emphyteutico, 14
ita vt competat remedium, *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*235. vbi refert diuerſas opiniones, & diſtinguit vt affirmatiua procedat quando ſoluitur penſio fructibus correſpondens, cùm tunc ſit potius locatio; negatiua verò, quando ſoluitur modica penſio, dixi *in* §. *Remedium num.*36. vide Rot. *dict. part.* 14. *deciſ.*468. *num.*19. *& ſeqq. per tot.* vbi ad quam ſummam aſcendere debeat, an attendatur ſolum habito reſpectu ad tempus contractus, vel etiam futurum, & ſucceſſiuum, & alia.

In quot ſpecies diuidatur læſio, ſiue quotuplex ſit, & alia, 15
idem Hermoſil. *d. leg.*56. *gloſ.*11. *&c. fol.*819. *&c.*

De læſione, & eius effectibus, ac quando attendatur, 16
vel non, vltra iam citatos plura tradunt Merlin. Pignat. *contron.*57. *tom.*1. Manſ. *conſult.*30. *num.*18. *& ſeqq.* Lattea *deciſ.*68.69.70. Andreol. *contron.*214. Caſtill. *controuerſ. tom.*3. *cap.*2. *de Tertijs cap.*18. *& de aliment. cap.*36. §. 2. *cap.*59. Cyriac. *contron.*55. *&* 130. *in fine*, cæterique plures relati ab Ægid. Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Læſio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *cod. verb. fol.*2. *&c.*

§. L E X. X.

LEx eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, & prohibens 1
contraria, vel eſt ſententia de moribus à Magiſtratu lata, præcipiens honeſta, & prohibens turpia, *l.* 1. *&* 2. *ff. de legibus*, vel eſt diſpoſitio, cui omnes homines obedire decet, cùm ſit inuentio quædam, & donum Dei, dogma ſapientum, correctio voluntatis, Ciuitatis compoſitio. Cauſa autem legis eſt Magiſtratus auctoritas; forma, vt ſit honeſta, iuſta, poſſibilis, & Reipublicæ vtilis; finis, ad conſeruandam humanam ſocietatem; officium, imperare honeſta, prohibere, & punire turpia, ſiue delicta, & permittere licita, vel indifferentia; & eſt duplex generalis ſcilicet, quæ ad omnes pertinent, & particularis, quæ potiùs dicitur priuilegium, vel reſcriptum, quod ad alios non extenditur, vt colligitur ex traditis per Oinot. & alios *in* §. *ius autem*, *Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* & altiùs repetendo de varijs legis definitionibus, diuiſionibus, & alijs, vide latè Ludouic. Carbon. *in tract. de legibus lib.*2. *diſput.*4. 5. *&c.* Tuſch. *littera L. concluſ.* 252. *&c. per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.*41. *per tot.* Baldell. *Theol. moral. tom.*1. *lib.*5. *diſput.*1. *& ſeqq.* vbi alio modo legem deſcribit, nempè, vt ſit ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis promulgata, ſecundùm D. Thom. 1. 2. *quaſt.*90. *art.*4. quem locum latè explicat Gabr. Vaſquez *tom.*2. *diſput.*150. *fol.*1. *& ſeqq.* vbi plura de legibus.

Quòd lex ſit, aut diuina, aut humana, quæ talis dicatur, à quo procedat. & alia, Tuſch. *litter. L. concl.*249. *& ſeqq.* Tepat. *var. ſentent. tit.*41. Gabr. Vaſquez *loc. cit. quaſt.*91. *fol.*11. *&c.*

Ciuilis, & Canonica, in quibus vna alteri præualeat, vel non, latè idem Tuſch. *littera L. concluſ.*277. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*54. *vol.*2.

An autem lex requirat cauſam expreſſam, vel tacitam, quotuplex, & qualis cauſa conſideretur in lege, qualiter cauſa, & ratio legis potius, quàm verba ſit attendenda, & alia, latè Gibalin. *de ſcient. canon. tom.*3. *lib.*8. *princip.*1. *fol.* 237. *& ſeqq.*

Lex poſitiua requirit publicationem, aliàs eſt inutilis, & non ligat, Ricc. *Collect.*1580. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 469. *num.*22. *&c. cap.*516. *num.*1. *&c. cap.*574. *num.*31. *&c.* vbi loquendo de regulis Cancellariæ dicit ſufficere publicationem factam Romæ, & eam afficere, ac extendi vbique locorum, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*69. *in fine*, Carbon. *d. tract. lib.*3. *diſput.*7. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*342. *vol.* 1. Tuſch. *littera L. concl.*255. *per tot.* latè Dian. *part.*1. *tract.*10. *reſolut.*8. *& part.*7. *tract.*1. *reſolut.*28. vbi in materia immunitatis Eccleſiaſticæ, vt ſufficiat publicatio Romæ facta, ac afficiat omnes, etiam ſi non conſtet de acceptatione, & quid ſi de contrario vſu; ſed in terminis Bullæ Clementis VIII. de largitione munerum Religioſis prohibita, quòd non obliget vbi non eſt vſu recepta, &

quòd

quod non ſit vſu recepta, Dian. *part.1. tract.6. vol.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.291. num.17.* idem Dian. *d. part. 1. tract. 10. reſolut.3. & 27.* Baldel. *Theol. moral. tom.1. lib.5. diſput.13. & ſeqq.* vbi plura de neceſſaria publicatione legum poſitiuarum, vt obligent ad obſeruantiam, Gibalin. *iur. canon. & Eccl. tom.2. lib.7. cap.2. per tot. fol.325. vbi nu. 7. &c.* quòd licèt de ſtylo Curiæ vera ſit opinio, vt ſufficiat publicatio Romæ facta, contraria tamen ſit iuri, & rationi conformior, ac veteris Eccleſiæ praxi magis conſentanea, latè Gabr. Vaſquez *in S. Thom. 1. 2. diſput.155. & 156. per tot. fol.44. &c.*

Quòd Conſtitutiones Pontificis, Romæ tantùm publicentur, aliæ verò publicatæ in vna Prouincia non ligent exiſtentes in alia Prouincia, vbi non eſt facta publicatio, licèt fuerit facta in Curia Regis, vel Imperatoris, Oſaſch. *deciſ.141.* Tepat. *var. ſentent. tit.41. cap.12.* vbi plura de legibus, Anton. de Ballis *tract. var. lib.5. in præludio de Pragm. num.155. & ſeqq.* vbi quòd de legibus, & pragmaticis regiſtratis in volumine non admittitur allegatio ignorantiæ, ex non publicatione, Cabal. *conſ.32. num.4. lib.1.* vbi quòd non ſufficit publicatio Florentiæ facta, vt lex afficiat in alijs locis ſubditis, ac ita ſeio ſuiſſe ſæpè iudicatum, & me ipſum iudicaſſe. Arguitur tamen publicatio ex obſeruantia, & alijs per Rot. *part.17. recent. deciſ.239. num. 4. & ſeqq.*

Quando autem, & à quo tempore, lex ſiue vniuerſalis, ſiue particularis ſubditos ligare incipiat, latè Menoch. *de arbitr. caſ.135. per tot.* vbi quòd regulariter incipit ligare poſt duos menſes à die publicationis, quando aliud tempus non eſt præſtitutum; & quomodo ignorantia probetur, idem Menoch. *de arbitr. caſ.186. per tot.* Pau. Chriſtin. *deciſ. Belg. 52. vol.2.* Carbon. *d. tract. lib.3. diſp.8. & 9. per tot.* Tuſch. *litt. L. concluſ.256. per tot.* Dian. *part. 1. tract.10. reſol.9. &c. & part.15. tract.14. reſol 25.* vbi an vt lex Pontificia obliget ſit neceſſe vt publicetur in ſingulis Diœceſibus, & latiùs *part.6. tract.6. reſol 38. & 39.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.53. per tot. vol 1.* vbi an publicatio in vno loco facta liget in alio, Rot. *part.12. recent. deciſ.123. num.18. &c.* Addit. ad Sanſelic. *deciſ.386.* vbi plura, Gabr. Vaſquez *d. diſp.156. cap.3. per tot.*

Si lex contineat decretum irritans, quod habet vim ligandi etiam ignorantes, an liget ante publicationem quoad incurſum pœnæ, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.631. n.15. &c.* Menoch. *de arbitr. d. caſ.185. num 23. & 24.* vide *in §. Clauſula num.41.*

An lex humana tam ciuilis, quàm Pontificia, vt obliget in conſcientia requiratur conſenſus, & acceptatio populi, an poſſit ſine cauſa non recipi, an in dubio præſumatur recepta, & alia, Dian. *part.1. tract.10. reſol.1. & ſeqq. & part.5. tract.14. reſol.8. & part.11. tract.1. reſol.16. per tot.* Baldell. *Theolog. moral. tom.1. lib.5. diſp.18. per tot.* Gibalin. *d. tract. lib.7. tom.2. cap.2. quæſt.2. fol.333.* Gabr. Vaſquez *d. tr. diſput.156. cap.5. per tot. fol.49. &c.* Addit. ad Sanſelic. *deciſ.386.* vbi tamen quòd præſumitur vſu recepta, & ad probandum non eſſe vſu receptam non ſufficit probare non vſum, etiam per mille annos, niſi non vſus habeat implicitum vſum contrarium, & non tollitur per non vſum, quia ſemper loquitur, ſed per contrarium vſum cum ſcientia legiſlatoris, & alia ad rem quando dicatur non vſu recepta, veluti ſi populus per decennium legem publicatam contrauueniendo non ſeruat, & Princeps ſciens diſſimulat, vide *in §. Statutum circa generalia num.28.* Baldel. *loc. cit.* Rnt. in ſelectis per Farinae. *part.1. tom.1. deciſ.197. 213. & 221.* vbi quòd Conſtitutio Papæ non tollitur per non vſum, neque per contrarium vſum, niſi data ſcientia Papæ, & illius tolerantia, & acquieſcentia, ac inſuper 40 annorum curſu, *infra num.10.* eadem Rnt. *dict. part.1. deciſ.356. per tot.* vbi pulchrè quomodo probetur non vſus, & probatus releuet data ſcientia Papæ, ex quibus arguatur dicta ſcientia, & alia ad rem notabilia, Rot. *part.16. recent. deciſ.404. num. 27.* vbi quòd non vſus, vel contrarius vſus non releuat, niſi data ſcientia Papæ in ſtatutis à Sede Apoſtolica confirmatis, *& part.17. deciſ.239. num.4. & ſeqq.* vbi ex quibus arguatur legis publicatio, atque acceptatio, & vſu receptio, *& deciſ.260. per tot.* vbi plenè ex quibus dicatur Conſtitutio vſu recepta.

De omnibus ſub hoc numero contentis, Antunez. Porgal. *de donat. Regal. lib.2. cap.10. num.27. & ſeqq.*

Quòd vt lex obliget ſit neceſſaria publicatio, & licèt quoad leges, & conſtitutiones Pontificias multi teneant ſufficere publicationem Romæ factam, non deſunt alij contrarium aſſerentes, & præcipuè ſi iura ſpecialia alicuius Regni, & Prouinciarum lædant; ſicut etiam quamuis lex ſecundùm plures obliget, etiam ſi à populo non ſit vſu recepta, maximè quoad leges Pontificias, quia Summus Pontifex habet iuriſdictionem immediatè à Deo, & non à populo, & in dubio lex præſumitur vſu recepta, & contrarium dicens probare tenetur, tamen verius eſt, quòd lex à ſubditis ab initio non recepta ipſos minimè ligat, quia ſemper habet tacitam conditionem, dummodò vſu recipiatur, etiam ſi ſit lex Pontificia, & contineat decretum irritans cum clauſulis ampliſſimis, poteſt tamen vſu recipi quoad aliqua, & quoad alia non. Et quamuis etiam à lege lata per Summum Pontificem, aut alium Principem ſupremum non detur appellatio, ſi lex ſit generalis, & non condita in præiudicium certarum perſonarum tantùm, tamen ab ea licitum eſt ſupplicare ex iuſta, & rationabili cauſa, & tunc ſupplicatio ſuſpendit illius effectum, executionem, obligationem, & obſeruantiam; qui quidem modus non admittendi legem ſuperioris mediante ſupplicatione non ſolùm eſt modeſtior, ſed & in foro animæ tutior, quàm ſimplex ſubditorum inobſeruantia, quæ abſque peccato, ſaltem primorum inobedientiam, aut eius rei cauſam præſtantium vix accidere poteſt; atque in omnem caſum lex etiam Pontificia ex rationabili cauſa non recepta, cenſetur ſpatio decem annorum per non vſum abrogata, imò ſufficiunt duo, vel tres actus contra legem facti, ſciente, & patiente ſuperiore, ſaltem generaliter, & implicitè, vel etiam vſu recepta aboletur per præſcriptionem ſpatio quadraginta annorum, Suarez *de legibus lib.7. cap. 18. lib.4. cap.16.* Creſp. de Valdaur. *obſeruat.63. par.2.* Salgad. *de Reg. protect. part.1. cap.1. Prælud.5. num. 322.* Vela *Diſert.36. lib.2.* Leonard. *de vſur. quæſt.44.* Salas *de Legibus tract. 14. diſput. 13. ſect.4.* Anguian. *de Legibus controu.5. per tot.* alijque plures in vnaquaque propoſitione citati per Cortiad. *deciſ.149. num.4. & ſeqq. per tot.* vbi in terminis Bullæ Gregorianæ de immunitate Eccleſiæ ad oſtendendum per prædictas, & alias rationes non eſſe vſu receptam, nec ſeruandam in Regnis Hiſpaniarum, & alijs Prouincijs, & Regnis, in quibus pariter non fuit vſu recepta, ſed ſeruatur ius commune, vt dixi etiam *in §. Eccleſia in addit.*

Lex generaliter loquens, eſt generaliter intelligenda, 3
etiam ſi maior ratio ſit in vno caſu, quàm in alio, ac comprehendit etiam perſonas priuilegiatas, quando tempore legis conditæ non erant ſpecialiter in illo caſu priuilegiatæ, cùm ſufficiat legem tale quid comprehendere verbis vniuerſalibus, licèt indiuidualiter non exprimat, vt inferendo ad plura probat Altograd. *conſ.83. num.67. & ſeqq. lib.1.* Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. verb. Lex fol.145.* vbi quòd indiſtinctè loquens, eſt indiſtinctè intelligenda, niſi poſſit diſtingui per alias leges, vel niſi tractetur de magno præiudicio, quia tunc non debet intelligi niſi prout loquitur, & alia vt ſupra.

Quando lex generaliter loquens poſſit reſtringi, latè Socin. *reg.284. per tot.* vbi 55. limitationes adducit.

Quòd generaliter loquens, generaliter ſit intelligenda, & vbi illa non diſtinguit, nec nos diſtinguere debeamus, quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, & id, quod non expreſſit, noluiſſe præſumitur, recipit tamen reſtrictionem de habilitate, & ne quis indebitè damnum patiatur, vel lucrum conſequatur, & niſi ſaltem virtualiter diſtinctionem contineat, Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.136. num. 1. & ſeqq.*

An generaliter loquens comprehendat legitimam, vide *in §. Legitima num.*

An cauſam dotis vide *in §. Dos num.* *& §. Statutum requirens num.*

Lex, vel ſtatutum ampliatur vſque ad limites rationis il- 4
lius, & quando ratio eſt generalis, tota diſpoſitio generalis eſſe debet, *l. regula eſt, §. ſi quis, & §. vlt. ff. de iur. & fact. ignor.* Euerard. *loc. à rat. leg. num.1. & num.76.* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.7. in princ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.474. num.25. &c. cap.607. num.22. &c. cap.913. num.20. &c. cap. 920. num.2. &c.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.298. per tot.* vbi etiam quòd extenditur fauore Eccleſiæ, licèt ſit pœnalis, & odioſa, Dian. *par.1. tract.10. reſol.26.* Anton. de Ballis *loc. infr. cit. num.7. & ſeqq.*

Quòd poſſit extendi quando aliàs remaneret eluſoria,

vel

Digitized by Google

vel quando militat eadem ratio, quamuis eſſet pœnalis, pluribus citatis probat Dian. reſolut. moral. part. 6. tract. 1. reſol. 35. verſ. probatur & t.

Quòd legis cauſa, ſiue ratione ceſſante, ceſſet & ipſa lex, vel ſtatutum, & ſic reſtringatur, vel amplietur vſque ad limitem rationis, vel cauſæ expreſsæ, latè Tiraquel. tract. Ceſſante cauſa verb. Legis num. 130. & ſeqq. ad 179. fol. mihi 149. inter regulas diuerſ. Dian. part. 1. tractat. 10. reſolut. 28.

Plura de ratione legis, quid ſit, quando tamquàm vnica habeatur pro expreſſa, vbi militat, ibi lex loquitur, & diſponit, regulat ipſam legem, & quando ſecùs, Tuſch. litt. R. concl. 30. & ſeqq.

Quòd lex pœnalis non ſit extendenda, niſi ex identitate rationis in lege expreſsæ, vel ex mente, & ratione legis, vel de vno correlatiuo ad aliud, vel in interpretatione intenſiua, quia bis caſibus non dicitur extenſio, ſed comprehenſio; vel fauore Reipublicæ, vel ſalute animæ, ne delicta remaneant impunita, quæ tamen extenſio fauore Reipublicæ non procedit in præiudicium tertij, nec reſpectu pœnæ ſanguinis, nec vbi delictum eſſet ab alia lege, vel ſtatuto ponitum, nec vbi caſus eſſet dubius, & qualitas incerta, Iaſ. in l. ſi conſtante num. 70. ff. ſolut. matrim. Dec. in l. factum §. & in pœnalibus ff. de reg. iur. Bolognet. in l. omnes populi num. 224. ff. de iuſt. & iur. & alij per Anton. de Ballis tract. var. lib. 5. in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ num. 16. & ſeqq. ad 30. & dixi in §. Extenſio num. 1.

Quòd lex ſemper ſit intelligenda, vt plenior fiat eius interpretatio, & prouiſio, l. adoptiuus §. 1. ff. de rit. nupt. Cravett. conſ. 278. num. 5. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 563. num. 40. lib. 5.

Qualiter ſit interpretanda, Tuſch. litt. L. concluſ. 261. per tot. Quòd ſolus Princeps poſſit legem dubiam interpretari, vbi agitur de poteſtate, vel intentione, ſiue de intereſſe ipſius Principis Legislatoris; aliàs autem poſſit etiam per iudices lex interpretari, & alia plura de legis interpretatione l. 1. & l. fin. vbi Auguſt. Barboſ. C. de leg. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 3. nu. 104. & alij plures relati ab Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 10. n. 26. & ſeqq. vide in §. Interpretatio.

Quòd dicatur impoſita rebus, & non verbis, idem Tuſch. loc. cit. concl. 272.

Legem condere eſt quid iuriſdictionis, & meri, ac maximi imperij, & de reſeruatis Principi ſuperiorem non recognoſcenti, nam qui ſuperiorem recognoſcit propria auctoritate legem condere non poteſt, niſi ex ſpeciali priuilegio, vel antiqua conſuetudine, vel mediante approbatione ſuperioris, à quo vim ligandi obtinere poteſt, adeò vt nec ille, cui à Principe ſupremo fuit conceſſa Ciuitas, vel Caſtrum cum iuriſdictione tantùm, poſſit legem, vel ſtatuta condere, niſi de hoc ſit facta ſpecialis mentio in conceſſione, Altograd. conſ. 71. num. 3. & ſeqq. per tot. lib. 2. vide in §. Vniuerſitas num. Tuſch. litt. L. concl. 254.

Multa de poteſtate condendi nouas leges tam ciuiles, quàm Eccleſiaſticas in Republica Chriſtiana, an ſit ſolius Principis leges condere, an Pontificis Romani, & quomodo, altiùs repetita lectione, Ludouic. Carbon. tractat. de legibus lib. 2. diſputat. 9. & lib. 3. diſputat. 5. & 6. per tot. Gabr. Vaſquez in S. Thom. 1. 2. tom. 2. diſput. 152. per tot. fol. mihi 28. &c. diſputat. 153. & 154. vbi etiam qualiter lex humana iam ciuilis, quàm Eccleſiaſtica poſſit multa præcipere, & multa vetare, quæ antea nec lege naturali, nec diuina præcepta, aut vetita erant, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 10. & 11. per tot. cum pluribus alijs per eum citatis, & dixi in §. Princeps num. 16. in Addit.

6 Lex ciuilis in præſumptione fundata, vel ad obuiandum fraudibus, an obliget in foro conſcientiæ, ſi in aliquo caſu particulari veritas ſit in contrarium, latè diſputat ad partes, Sperel. deciſ. 162. per tot. vbi poſt relatas quatuor opiniones diuerſas, tandem ſub num. 53. & ſeqq. quintam diſtinguentem, quam veriſſimam profitetur, amplectitur, nempè quòd aut quis legem in præſumptione fundatam bona fide, & ſine propria culpa tranſgreditur, ita vt non modò ceſſet fraus præſumpta, ſed etiam voluntas tranſgrediendi ab initio, & tunc licèt poſteà ſuperueniat ſcientia tranſgreſſionis, non tenetur rem contra legis formam acquiſitam reſtituere, ſed poteſt illam tuta conſcientia retinere, quia in voluntaria de iure diuino excuſant, lex non eſt appoſita iuſto, & omnis actus moralis pendet eſſentialiter ab intentione. Aut verò culpabiliter, ſeu data opera, & ſcienter tranſgreditur, & tunc licèt re vera nulla interueniat fraus, vel deceptio, non eſt coram Deo tutus, quia ſcienter, & voluntariè contrafaciendo, dicitur in mala fide, vt benè proſequitur ad plura inferendo idem Sperel. d. deciſ. 162. & 163. per tot. adde Dian. part. 1. tractat. 10. reſolut. 27. & 28. & part. 5. tractat. 14. reſolut. 66. Hurtad. de Mendoza in 2. 2. tom. 1. diſputat. 74. ſect. 3. §. 26. Dian. part. 7. tractat. 10. reſolut. 33. facit Suarez de legibus lib. 6. cap. 9. Gibalin. de iur. canon. & Eccl. tom. 2. lib. 7. cap. 8. quæſt. 2. fol. 377. vbi de ceſſatione legis, ceſſante illius cauſa, Gabr. Vaſquez in S. Thom. 1. 2. tom. 2. diſput. 163. cap. 2. & 3. fol. 83. Creſpin. à Borgia Quæſt. moral. ſelect. contra Caramuel. quæſt. 8. per tot. vbi benè declarat quomodo ceſſante fine legis, ceſſet lex ipſa ad plures caſus particulares inferendo.

Quòd regulæ Cancellariæ ſeruiant tantùm in foro exteriori, & non obligent in foro conſcientiæ, Dian. part. 1. tractat. 10. reſolut. 43. & latiùs part. 10. tractat. 15. reſolut. 7. per tot. vbi an dictæ regulæ obligent in omnibus Prouincijs, & in foro conſcientiæ, & quid de ſtylo Curiæ.

Multa quando lex Eccleſiaſtica, vel ciuilis, & humana poſſit obligare, & obliget in conſcientia, vide latè per Ludouic. Carbon. tractat. de legibus lib. 7. diſput. 1. & ſeqq. per tot. Tuſch. litt. L. concluſ. 268. Dian. part. 1. tract. 10. reſolut. 17. & ſeqq. vbi poſt relatas opiniones firmat legem pœnalem, etiam in materia graui non obligare in conſcientia, Mattha vot. Piſ. 98. vbi probat leges ciuiles non obligare in conſcientia, quando ſunt contra naturalem rationem, vel contra ius diuinum, vel in ſola præſumptione fundatæ, inferendo ad plures caſus particulares, quando leges, & præcepta humana præſertim Eccleſiaſtica obligent in conſcientia, concludit obligare, & quare, plenè Gabr. Vaſquez in 1. 2. S. Thom. tom. 2. quæſt. 96. art. 14. diſput. 158. & ſeqq. fol. 60. & diſput. 161. vbi an obliget cum diſpendio, & periculo vitæ, & benè Thom. de Rota tractat. de reſident. Epiſcop. cap. 3. num. 1. & ſeqq. vbi quòd omnis lex ſiue humana, ſiue naturalis, ſiue diuina poſitiua admittit aliquam interpretationem, & epicheiam, ac deſinit obligare quandoque per ſolas extrinſecas occaſiones, etiam ſtante integra eius materia cum eiuſdem intrinſecis circumſtantijs, & alia inferendo ad reſidentiam epiſcopalem quando non obliget, & allegat Suarez de leg. lib. 2. c. 16. Meroll. Filliuc. ac D. Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. & 1. 2. q. 46. art. 8. quidquid ſecus ſit in lege diuina abſoluta, quę continet ſemper bonum immutabile, & inuariabile.

Et de lege humana pœnali, an obliget conſcientiam ad peccatum, vel ad ſolam pœnam & an antè iudicis ſententiam quando continet ſententiam ferendam; quid ſi ſit latæ ſententiæ, & ipſo facto pœnam imponat, an adhuc requiratur ſententia declaratoria, & alia, idem Carbon. d. tract. lib. 8. diſput. 4. cum pluribus ſeqq. Vaſquez loc. cit. diſput. 159. & 168. Aluarez de Velaſc. de iud. perfect. Rub. 9. annot. 12. num. 17. & ſeqq. per tot. latè Baldel. Theol. moral. tom. 1. lib. 5. diſput. 19. per tot. Dian. loc. cit. reſolut. 17. & ſeqq. ad 29. & facit part. 6. tract. 6. reſolut. 49. vbi an lex vetans legere libros prohibitos obliget quando non eſt periculum nocumenti, quia ſi ceſſante fine legis, ceſſet lex ipſa, & probat obligare, quia illa lex plures fines habet, & ideò vno deficiente non deficit obligatio legis, & iterùm idem Dian. part. 11. tractat. 1. reſolut. 1. per tot. vbi refert Caramuel. in ſpecie contra illum tenentem, quoad libros prohibitos; & illos nititur concordare, tranſeundo tamen cum opinione Dianæ, Creſpin. à Borgia d. q. 8. §. 1. nu. 9. & ſeqq.

Ex quibus dignoſci poſſit an lex humana obliget in conſcientia ad mortale, latè Dian. part. 10. tract. 15. reſolut. 45. et 46. per tot. vide in §. Princeps num. 40. Anton. de Ballis tract. var. lib. 5. in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ num. 160. vbi quòd lex ciuilis præceptiua de materia graui obligat ad peccatum mortale, & reſtitutionem, de materia leui ad veniale, niſi adſit contemptus, & exemplificat materiam grauem in prohibitione extractionis frumentorum, & armorum, tempore famis, & belli, materiam leuem in prohibitione armorum, introductionis ſericorum, & huiuſmodi, vide Nauar. in Manual. cap. 23. num. 48. & ſeqq. vbi latè quæ lex humana obliget ad mortale, vel non

D plenè

plenè Baldel. *d. diſput. 19. cum pluribus ſeqq.* vbi de omnibus prædictis, & alijs ad rem, & Gabr. Vaſquez. *d. diſput. 158. c. 3. & ſeqq.*

Quòd lex ciuilis pœnalis in materia graui obliget etiam in conſcientia tranſgreſſores, magis communem, & probabiliorem opinionem, quamuis contrariam etiam probabilem pluribus hinc indè relatis docet Diana *reſol. moral. part. 1. tract. 10. de legibus reſolut. 17. cum aliquibus ſequentibus*, Guttierez. *tract. de Gabellis quæſt. 2. num. 22. &c.* Couar. *in c. peccatum part. 2. §. 5. num. 1. & ſeqq.* Vaſquez *controu. 29.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 62. numer. 1. volum. 2.* Vaſquez *de ſucceſſ. §. 28. num. 28.* Baldel. *loc. cit.* Gabr. Vaſquez *loc. cit.*

De lege aliquid præcipiente ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, irregularitatis, &c. an obliget ad mortale, Dian. *part. 9. tract. 7. reſolut. 5. per tot.*

An, & quando lex obliget ad peccatum, Sperel. *deciſ. 46. num. 6. & ſeqq. per tot. deciſ. 103. num. 11. &c. deciſ. 147. per tot.* vbi benè declarat, & diſtinguit totam materiam firmando concluſionem, quòd lex ciuilis, etiam municipalis per ſe obliget in conſcientia, quam tamen limitat non procedere vbi lex eſſet iniuſta, ſi deſit voluntas, vel intentio ſuperioris obligandi in conſcientia, quæ poteſt colligi ex coniecturis ſi aliter non ſit expreſſa; ſi materia ſit leuis; ſi ſit per conſuetudinem abrogata dummodò non contineat præceptum naturale, vel diuinum; ſi ſit obſcura; ſi adſit diſcrepantia, ſi ceſſet ratio legis; & ſi ſit in præſumptione fundata, & detur veritas in contrarium in aliquo caſu particulari, quia tunc præſumptio cedit veritati, vt latiùs ibi per eum, & Carbon. *de leg. lib. 7. diſp. 2. & ſeqq.* vide *in §. Cenſus num.* §. *Contractus num. 11.* §. *Clericus num.* §. *Gabella num. 2.* §. *Heres num. 12. & §. Pœna num. 4. &c.* Dian. *part. 10. tract. 15. reſol. 44. per tot.* Baldel. *Theol. moral. tom. 1. lib. 5. diſp. 19. cum pluribus ſeqq.* Gabr. Vaſquez *loc. ſup. cit.*

An contemptus formalis legis in re leui ſit peccatum mortale, vel tantùm veniale, Dian. *part. 3. tractat. 6. reſolut. 72.* vide *in §. Peccatum numer. 8.* Dian. *part. 10. tractat. 15. reſolut. 33. per tot.* Baldel. *loc. cit. diſp. 24. per tot.* vbi quòd eſt mortale, & in quo conſiſtat huiuſmodi contemptus.

Qualiter omnis lex, etſi dura debeat ſeruari, & caſus legis attendi, Tuſch. *litt. L. concl. 262. per tot.*

Quòd leges ſint ab omnibus obſeruandæ, & qui ligentur legibus, vel non, Tuſch. *loc. citat. concluſ. 267. per tot.*

An leges ciuiles obligent Clericos vide *in §. Clerici nu. 44.* Baldel. *loc. cit. diſp. 33. &c.* Vaſquez *loc. cit. diſput. 167. cap. 4. per tot. fol. 110.*

An obligent aduenas, & forenſes, Baldel. *Theol. moral. tom. 1. lib. 5. diſput. 32. per tot.* & dixi *in §. Forenſes.*

Qualiter, & quibus modis ceſſat obligatio legis humanæ, videlicet per interpretationem, æquitatem, vel epicheiam, per ceſſationem cauſæ ipſius legis, ac deniquè per eius abrogationem, latè Gibalin. *de iur. canon. & Eccl. tom. 2. lib. 7. cap. 8. per tot. fol. 375.* Gabr. Vaſquez in S. Thom. 1. 2. *tom. 2. diſput. 176. fol. 142.* vbi de Epicheis, *& diſput. 178.* vbi de abrogatione, & diſpenſatione *fol. 158.* Thom. de Roſa *tractat. de reſid. Epiſc. cap. 3. num. 1. & ſeqq.* vbi plura, quando lex non obligat ad Epicheiam.

7 Lex, ſiue conſtitutio an, & quando liget ſucceſſorem, vel non, ità vt non poſſit per eum immutari, Caualer. *dec. 45. per tot.*

An, & quando comprehendat omnes ſubditos mediatè, vel immediatè legiſlatori ſubiectos, vel tantùm immediatè ſubiectos, & non Barones, Rot *part. 12. recent. deciſ. 340. nu. 10. & ſeqq.* vide *in §. Confiſcatio nu. 1. §. Iuriſdictio num. 4.*

8 Lex poſterior in dubio eſt interpretanda, vt potiùs declaretur, diſtinguatur, aut limitetur per præcedentem, quàm quòd præcedens per poſteriorem tollatur, & corrigatur, quando vtraque poteſt ſtare, & ſimul concordari, Altograd. *conſ. 83. num. 87. & ſeqq. lib. 1.* facit quod dixi *in §. Clauſula num. 49. in fine*, benè Aluarez de Velaſc. *tract. de ind. profect. Rub. 9. annot. 3. num. 28. &c. annot. 8. ſub num. 3. annot. 12. §. 1. num. 8. &c.* Sanfelic. *deciſ. 393. num. 9.* vbi quòd lex noua ſemper interpretari debet, vt minùs lædat legem antiquam.

Qualiter lex noua diſtinguatur per legem antiquam, vel non, Tuſch. *litt. L. concluſ. 259. per tot.* & recipiat ab ea interpretationem paſſiuam, Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 5. in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ num. 93. & num. 167.*

Quòd lex posterior non continens clauſulam derogatoriam, non corrigat legem præcedentem, & quando ſecùs idem Tuſch. *litt. L. concluſ. 260. per tot.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 2. num. 7. &c.* Aluarez de Velaſc. *tract. de iud. perfect. Rub. 9. annot. 2. nu. 9. & ſeqq.* vbi plures hinc indè allegat, & benè declarat, *& annot. 12. §. 1. num. 8. & ſeqq.*

Quando præcedit lex, vel Conſtitutio prohibitiua, & annullatiua actus, ſi deindè alia noua fiat, quæ pœnam ſuperaddat, non tollitur nullitas in alia priori Conſtitutione contenta, ſed ea magis confirmatur Rot. *part. 13. recent. dec. 54. nu. 37.*

Quòd lex prior in dubio non cenſeatur abrogata per poſteriorem, nec quando erat ſpecialis, vel ſpecialiter diſponebat, poſterior verò generalis, quia credendum eſt mentem legiſlatoris nouæ legis generalis eſſe cum illa particulari limitatione, & præſeruatione legis antiquæ ſpecialis, Suarez *de legibus lib. 6. cap. 27. numer. 13.* cum alijs per Bich. *deciſ. 229. nu. 15. & ſeqq. & deciſ. 238. nu. 32. infr. nu. 22.*

De abrogatione legis, quid ad illam requiratur, à quo fieri poſſit, & quomodo, Gibalin. *de iur. canon. & Eccl. tom. 2. lib. 7. cap. 8. q. 3. per tot. fol. 378.*

Lex noua loquens de obligationibus inducendis, non 9
autem tollendis, extenditur ſolùm ad futura, & non ad præterita, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 465. per tot.* facit *in cap. 608.* vide *in cap. 985. numer. 16. &c. cap. 499. num. 39. &c.* vbi quando extendatur etiam ad præterita, vel non, & Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom. 136. num. 22. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 115. num. 7. volum. 6.* vbi quòd quando continet declarationem iuris antea dubij extenditur etiam ad caſus præteritos, idem *ad leg. municip.* Mechlin. *in prælud. num. 58.* Rot. *part. 9 recent. deciſ. 179. num. 82. & part. 11. deciſ. 15. nu. 46.* vbi de reſolutione Sacræ Congregationis Martha *vot. Piſ. 125. num. 14.* Ludouiſ. *deciſ. 401. num. 18.* vbi quòd non extenditur ad ea de quibus pendet lis, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 352. num. 24. & ſeqq.* vbi quòd lex emanata ad declarationem, non ſolùm reſpicit futura, ſed etiam præterita, præſertim quando præterita explentur per actus ſucceſſiuos, *& deciſ. 404. num. 17. & ſeqq. & part. 17. deciſ. 99. num. 5. & ſeqq.* vbi etiam quòd quando executio ſit poſt nouam legem, comprehendit etiam præterita, &c.

Quòd lex ſuperueniens ſit ſeruanda in facto, quod expectat complementum poſt illam latam, Seraph. *deciſ. 920. num. 5.*

Qualiter lex noua reſpiciat futura, & non trahatur ad præterita, neque ad lites pendentes, & quando ſecùs, latè Tuſch. *lit. L. concl. 264. per tot.* Martha *vot. Piſ. 17.* vbi quòd ſtatutum nouum ſuper electione non trahitur ad ius alteri quæſitum vigore ſtatuti antiqui, & in alijs terminis idem Martha *vot. Piſ. 37.* Rot. *part. 19. recent. dec. 235. per tot.* vbi plura an, & quando ſtatutum nouum reſpiciat tantùm futura, vel etiam præterita.

Si reſpiciat etiam præterita, ad quæ extendatur, vel non, idem Tuſch. *loc. cit. concl. 265. per tot.*

Qualiter ſemper loquatur, & ſemper diſponat, idem Tuſch. *vbi ſupra concl. 266.*

An autem, & quando declaratio iuris dubij, vel legis antiquæ trahatur ad negotia præterita iam aliter communi errore deciſa, vel tantùm ad futura, benè declarat Cabal. *conſ. 167. n. 10. et ſeqq per tot. lib. 1.*

De lege noua, vt futura negocia, & non præterita reſpiciat, quando etiam comprehendat præterita, quomodo per antiquiores declaretur, alia notabilia Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 10. num. 115. et ſeqq.*

Quòd concordia præcedens non reuocetur, nec cenſeatur reuocata per legem generalem, niſi de illa ſit facta expreſſa mentio, & reuocatio, etiamſi eidem legi generali reperiatur contraria, Suarez *de legib. lib. 8. cap. 18. num. 17.* Pereyra *deciſ. 118. num. 21.* Cortiad. *deciſ. 119. num. 7.*

Lex continens plura capita, poteſt vſu recipi quoad ali- 10
qua, & quoad alia reſpui, Gratian. *diſcept. for. cap. 516. num. 4. etc.*

Sed

Digitized by Google

Sed an ad hoc, vt lex obliget, ſit neceſſaria acceptatio, & vſus, benè Carbon. *tract. de legibus lib. 3. diſput.* 10. vbi videtur firmare quòd ſi ſit facta à Principe non habente abſolutam poteſtatem, non obliget niſi accedente approbatione, & vſu populi. Si verò à Principe dictam abſolutam poteſtatem habente, vel à Pontifice, ſit iuſta, & legislator velit eam obligare, ſtatim obliget abſque vſu, & approbatione populi, imò ipſo populo renitente, vel omnibus mundi Epiſcopis reclamantibus, Merlin. *deciſ.* 814. *num.* 4. *& c. deciſ.* 845. *num.* 2. *& c.* Ricc. *Collect.* 461. *ſupra numer.* 2. latè Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 260. *per tot.* Baldel. *Theol. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 18. *per tot.* facit quod dixi *in §. Statutum num.* 28. Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *reſolut.* 1. *& ſeqq. part.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 62. vbi an poſſit abrogari per conſuetudinem, & quæ requirantur tam in foro fori, quàm conſcientiæ, vide §. *Conſuetudo num.* 2. *& §. Immunitas n.* 18. *in fine*.

Quòd præſumatur vſu recepta, & quando ſecùs, latè Tuſch. *lit. L. concluſ.* 257. *per tot.* Dian. *d. part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 3.

Quòd lex non tollatur per non vſum, ſed per contrarium vſum, quia legem non recipere in vſum non ſpectat ad ſubditos, cùm iuriſdictio non pendeat ab eorum conſenſu, ſed Principis, & quod dicitur de non vſu, vel contrario vſu, pendet à tacito conſenſu ipſius Principis legislatoris, vt videatur ab ea recedere, vel diſpenſare, Bero. *conſ.* 181. *lib.* 3. Burſat. *conſ.* 321. *numer.* 26. *&* 27. Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Lex fol.* 146. *col.* 1. *ſupra num.* 2. *in fine*, Antunez. Portugal. cum pluribus ab eo citatis *in tract. de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 99. *& ſeqq.*

Quòd lex abrogata reuiuiſcat, ſi lex abrogans reprobetur, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 440. *n.* 12.

Et abrogata lege, non cenſeri abrogatam illius rationem, ſed poſſe allegari ad deciſionem cauſarum, Rot. *d. part.* 13. *deciſ.* 538. *nu.* 89.

An autem liceat ſupplicationem aduerſus legem aliquam porrigere, ad effectum vt interim eius obligatio ſuſpendatur, & non obſeruetur, Michael Ferro Mauriq. *Quæſt. Vicar.* 122. *per tot. part.* 2. vbi refert contrarias opiniones, negatiuam amplectendo.

11 Lex, vel ſtatutum inducens aliquid ipſo iure vel ipſo facto non procedit niſi prius lata ſententia facti declaratoria, vt dixi *in §. Pœna n.* 4.

Quòd annullans aliquid ipſo iure in fauorem alterius, intelligatur ſi fuerit petitum, aliàs ſecùs, Addit. ad Pract. *libell. ſpol poſſ gloſ. Ipſo facto*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 559. *num.* 63.

Quòd factum in fraudem legis non valeat, *l. ſi libertus in princ. ff. de iur. patr. vbi DD.*

Non dicitur tamen lex eludi, nec in eius fraudem fieri, quando eligitur via permiſſa, vt reſpondet Altograd. *conſ.* 88. *n.* 35. *& c. lib.* 1.

Lex iubens aliquid fieri ab aduerſario, vel à iudice,
12 etiam ſub pœna, intelligitur dummodò petatur, Marſil. *in repert. Rub. de fideiuſſ. num.* 144. *& c.* Maur. *eod. tract. part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 8. vide *in §. Index num.* *& §. Statutum num.*

13 Legibus prohibitiuis non poteſt renunciari, niſi cum iuramento, imò neque cum iuramento, quando prohibitio principaliter reſpicit publicam vtilitatem, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 86. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 233. *num.* 33. *& c. cap.* 531. *num.* 95. *& c. cap.* 591. *num.* 31. *& c. cap.* 735. *num.* 2. *& c.* Sperel. *deciſ.* 104. *num.* 91. vide *in §. Renunciatio num.* 16. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 281. *per tot.*

Quando lex prohibens aliquid fieri annullet actum in contrarium factum, vel non, latè Tuſch. *lit. L. concl.* 269. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 6. *&* 7. *per tot.* vide *in §. Forma n.* 2. *& §. Actus n.* 7.

14 Lex Moſaica ab Aduentu Chriſti infra apud Chriſtianos eſt ſublata quoad præcepta myſtica, & figurata, quò verò ad moralia, vt Decalogus, eſt adhuc in vſu; apud Iudæos in omnibus viget, & derogat iuri communi Romanorum in ſucceſſionibus, teſtamentis, matrimonijs, ac iuramentis, Matant. *part.* 3. *numer.* 47. *& c.* Rom. *conſ.* 154. Tiraquel. *de iur. primog. quæſt.* 66. Gabr. Vaſquez in S. Thom. 1. 2. *tom.* 2. *quæſt.* 98. *& ſeqq. fol.* 162. *& c.* Surd. *deciſ.* 138. *per tot.* vbi quando lex Moſaica ſit ſeruanda inter Hebræos.

Sabelli Sum. Tract. Tom. III.

Quòd imò leges noſtræ, & ſtatuta, etiam excludentia fœminas propter maſculos, & ſimilia ligent etiam Iudæos, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 29. *num.* 17. *& c.* vide *in §. Iudæus nu.* 6. *et* 14. latè Rot. in ſelectis per Farinac *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 414. vbi qualiter mater de iure ciuili ſuccedat filio, excluſo patruo, etiam in ſucceſſione Hebræorum, & alia plura de illorum ſucceſſione ſecundùm legem Moſaicam, & ius ciuile, de qua materia plenè etiam Tiraquel. *de iure primogen. q.* 66. *per tot.*

Lex Iulia de vi publica, quæ delicta puniat, quot capita contineat, ſicut & lex Iulia de vi priuata, habetur *in tit. ff. et C. ad l. Iul. de vi pub. et priuat.* latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *per tot.* vide *in §. Vis, ſiue Violentia num.* 15

Lex *fin. ff. fin. regun.* diſponit, quòd qui ſepem ad prædium affixerit terminum non excedat, ſi murum, pedem relinquat, ſi domum pedes duos, ſi ſepulchrum, aut ſcrobem, ſiue foſſam quantum profunditatis habuerit, tantùm ſpatium relinquat, oleam, vel ficum ab alieno ad nouem pedes plantet, cæteras arbores ad pedes quinque, Oinot. *in §. quadam Inſtitut. de act. cap. act. fin. regun. fol. mihi* 449. Cæpol. *de ſeruitut. vrb. præd. cap.* 81. *tit. de arbitr.* Ricc. *Collect.* 3980. *etc.* vbi plura ad intelligentiam *d. l. fin.* & qualiter ædificium debeat diſtare ab ædificio per vnum, vel duos pedes, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 287. *et part.* 17. *deciſ.* 129. vbi de varijs traditionibus circa diſtantiam arborum, alijs intelligentibus de quinque pedibus, alijs de duobus tantùm. 16

Procedit tam in prædijs vrbanis, quàm in ruſticis, Bellon. *conſ.* 61. *n.* 3. *et per tot.*

Quòd procedat in Vrbanis tantùm, & non habeat locum circa arbores, Ricc. *Collect.* 1874. vbi citat Rot. Bonon. teſte Duſio *dec.* 110. vide *in §. Vicinus nu.* 18.

Si tamen quis velit maceriem, ideſt murum de lapidibus ſine cæmento, vulgò murum ſiccum facere iuxta fundum alterius, poteſt nullo dimiſſo ſpatio, dummodò terminum non excedat, ſicut & ſepem, ſi verò velit facere murum cum calce, ſiue cæmento debet pedem relinquere, *d. l. fin. ff. fin. regund.* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. c.* 79. *nu.* 1. *etc.*

Dicta lex loquitur, quando quis iuxta agrum alienum vult ædificare, ſed ſi iuxta alienum ædificium quis velit aliud ædificium conſtruere habet locum, *l. ſi cui, et l. Meniana C. de ædif. priuat.* quæ vult quod inter priuatos relinquatur ſpatium decem pedum, ſi verò priuatus iuxta publicum ædificare velit, quindecim pedes relinquet, *gloſ. tamen dicit, quòd d. l. non ſeruatur*, & ideò vide Interpretes, Cæpol. *tractat. de ſeruitut. cap de pariete, et muro col.* 1. Bellon. *conſ.* 61. *num.* 3. vbi quòd diſpoſitio *d. l. fin ff. fin. regun.* habet locum tam in prædijs vrbanis, quàm in ruſticis, Viui. *comm. opin.* 233. *in fine*, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 18. *per tot.* & alios modernos ibi citatos.

Ceſſat diſpoſitio *d. l. fin.* ſi plantetur ſciente, & patiente vicino, & plantatum tunc non erit eradicandum, *gloſ. in l. Meniana C. de ædific. priuat.* vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 314. *num.* 7. *etc. et cap.* 957. *num.* 51. Coſta *de facti ſcient. et ignorant. diſtinct.* 1. *per tot.* & dixi *in §. Arbor numer.* 6. *etc.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 129 vbi quòd præſumitur ab initio debitum ſpatium dimiſſum ad euitandam vſurpationem, & ſtante longo temporis curſu cum ſcientia, & patientia vicini intrat legitima præſcriptio 30. vel 40. annorum.

Item non procedit in pariete diuiſorio, vel communi Merend. *contr. iur. lib.* 7. *cap.* 37. *per tot.* Theſ. *deciſ.* 115. *n.* 5. *etc.* vide *in §. Ædificium nu.* *et in reſol. cap.* 15. *nu.* 18. Ricc. *Collect.* 1874.

Quòd præſcribatur actioni finium regundorum ſpatio 30. annorum, *text. Gloſ. et DD. in l. fin. C. fin. regun.* Giouagnon. *reſponſ.* 30. *per tot. lib.* 2. vide Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 287. cum pluribus citatis ad intelligentiam, & vſum, *l. fin. ff. fin. regund. et part.* 17. *deciſ.* 129. *per tot.*

Quòd per modum acceſſionis, & indirectè præſcribatur etiam ſpatio decem annorum, & quomodo, benè declarat Sperel. *deciſ.* 178. *nu.* 47. *et ſeqq.* vbi plura *per tot.* in materia confinium agrorum probandorum.

Pes autem ad intelligentiam prædictæ *l. fin. ff. fin. regun.* interpretatur eſſe quindecim digitorum, Oinot. *in §. rurſus Inſtit. de act. num.* 40. *fol.* 378. Alex. Iaſ. & alijs

in l. 1. ff. ſi quis caut. per text. & gloſ. in cap. ſicut cauſ. 17. q. 4. Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 190. fol. 532.* vbi quòd paſſus eſt quinque pedum, & pes quindecim digitorum in materia immunitatis Eccleſiæ, incipiendo menſuram à foribos Eccleſiæ.

Quòd pes ſit ſexdecim digitorum, Menoch. *de arbitr. caſ. 2. num. 2.*

Et quòd menſura pedis in ædificando iuxta murum vicini, ſit ſumenda ab ipſo muro, & eius regione, non autem à termino, in quo cadit ſtillicidium ipſius muri, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine, benè probat Bellon. *conſ. 61. per tot.* facit quod dixi *in reſol. cap. 79. num. 3. &c. num. 15. &c.* vide Ricc. *Collect.* 1874. vbi quando debeat ſumi à ſtillicidio.

17 *L. meminerint C. vnde vi*, imponens pœnam capienti poſſeſſionem propria auctoritate quando locum habeat, vel non, Toſch. *lit. L. concl. 282. per tot.*

18 *L. ſi quis maior C. de tranſact.* puniens non obſeruantem contractum, vt cadat à iure ſuo reputatur rigoroſa, quando, & in quibus caſibus procedat, vel non, quæ ſint neceſſaria, vt locum habeat, & alia, latè Tuſch. *litt. L. concluſ. 183. 184. & 185. per tot.* vide *in §. diſpoſitio num. 13.*

19 *L. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* quam cognitionem cauſæ requirat, vt ei locus ſit, & in quibus caſibus procedat, vel non, latè Tuſch. *lit. L. concl. 287. & 288. per tot.* dixi *in §. Remedium n. 22. & ſeqq.*

20 Leges, ſiue Pragmaticæ, quæ fiunt in aliquo Regno locum habent etiam in terris Baronum, & locis infeudatis, nam omnis Iuriſdictio pendet à Rege, & Fiſcus Baronis habet idem ius, quod Fiſcus Regis, quia ſubrogatur in locum eius, Natt. *conſ. 446. & 346.* Surd. *conſil. 210. lib. 2.* cum alijs per Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. in præl. ad Pragm. Regni Siciliæ num. 86. & ſeqq.* facit quod dixi *in §. Dominus num. 38. §. Feudum num. 26. & §. Iuriſdictio num. 4.*

Et quia lex ſemper loquitur, comprehendit etiam Ciuitates, & loca poſtea deuoluta, vel vnita, vt dixi *in §. Statutum circa generalia nu. 58.* de quo tamen vide Peregrin. *tract. var. lib. 1. tit. de iuriſdict. ordin. & deleg. lib. 1. nu. 21. & ſeqq.* vbi benè diſtinguit.

21 Lex, vel ſtatutum, ſiue Pragmatica loquens de cauſis ciuilibus, non procedit in cauſis criminalibus, quia licèt dicatur in criminalibus procedi ad inſtar ciuilium, per text. *in l. abſentem ff. de pœnis*, Rom. *ſing. 694.* Bald. *in l. quis crimen, col. 3. ad finem C. qui accuſ. non poſ.* Euerard. *in Topic. legal. in loc. à contract. ad delict. & in loc. à ciuil. ad crimin.* Maſcard. *de probat. concl. 332. nu. 6. lib. 1.*

Tamen hoc ceſſat ſtante diuerſitate rationis, ac quando contrarium reperitur expreſsè diſpoſitum, vel ſeruatum in altero, vt benè aduertit idem Euerard. *in loc. citat.* Et ideò cùm æquiparatio non ſit generalis, ſed multæ ſint differentiæ inter iudicia ciuilia, & criminalia, de quibus latè Marſil. *in Pract. §. Expedita numer. 62. & ſeqq. ad 83.* vbi colligit vltra quindecim differentias, & de alijs ſe remittit ad lectorem, inter quas potiſſima videtur illa *ſub num. 66.* vt in cauſis ciuilibus poſſit iuriſdictio prorogari, non autem in criminalibus, de quo dixi *in §. Iuriſdictio num. 7.* non valet argumentum de cauſis ciuilibus ad criminales, vt benè probat Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 5. in præl. ad Pragm. Regni Siciliæ num. 162. & ſeqq. per tot.* vbi reſpondet contrarijs, & firmat legem, vel Pragmaticam loquentem de cauſis ciuilibus, non habere locum in criminalibus, in quibus agitur de maiori præiudicio, & ad materiam vide Surd *conſ. 163. lib. 2.* vbi de decreto quando habeat locum in cauſa criminali.

22 Lex, vel ſtatutum præcedens indiſtinctè loquens declaratur, & modificatur per legem poſteriorem loquentem cum diſtinctione, & qui vtitur lege præcedente, debet vti cum declarationibus, & limitationibus in poſteriori contentis, vt benè probat Bich. *deciſ. 288. num. 9. et ſeqq.*

Quòd lex poſterior deroget priori, niſi prior diſponat in aliquo caſu particulari, quia tunc per legem generalem poſteriorem non tollitur prior ſpecialis, Felin. *in cap. gratum in princ. de off. iud. deleg.* Ioſeph. Feliu. Cerezo *in Margar. var. concluſ. verb. Lex fol. 145. col. 2. in fine*, vide ſupra *num. 8.*

Plura in materia contrarietatis plurium legum, vel ſtatutorum in eodem volumine, vel diuerſo inſertorum, ac eorum interpretationis, & conciliationis, vel prælationis data incompatibilitate, Cabal. *conſ. 162. per tot. lib. 1.* dixi *in §. Statutum circa generalia nu. 35.*

De interpretatione canonis, aut legis quomodo ſit facienda, Gibalin. *de iur. canon. et Eccl. tom. 2. lib. 7. c. 8. q. 1. per tot. fol. 375.* vide *in §. Interpretatio.*

Quòd cauſa, & ratio legis potius, quàm verba ſit attendenda, idem Gibalin. *de ſcient. canon. tom. 3. lib. 8. princ. 1. fol. 237. et ſeqq.*

De legibus, & earum materia multa, variaque traduot DD. citati ab Ægid. de Caſtejon. *Alphab. iurid. v. Lex.* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 20. etc.* Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Lex*, vbi quando lex dicatur contempta, quando obliget ad peccatum, quando contractus nullus ſit ſeruandus in foro conſcientiæ & alia plura ad rem. 23

Leges laicales contra clericos non ſeruantur in vim diſpoſitionis, ſed in vim declarationis, quaſi ius canonicum adiuuantes, nec poſſunt prohibere, ne Religioſi ſuccedant, & alia, & Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. et Primog. Ital. part. 1. cap. 30. num. 1. et ſeqq. part. 2. reſponſ.* Boſcol. *1. nu. 6. etc.* ſed quo ad prohibitionem ſucceſſionis, vide alios per me in contrarium citatos *in §. Clerici num. 45.* verſus finem in his *Addit. et in §. Monaſterium num. 9. in fine cum Addit.* 24

§. LIBELLVS. II.

Libellus eſt breuis oratio continens intentionem actoris, & conſtat tribus partibus, vel propoſitionibus, nempè narratione facti, quæ ſtat loco maioris propoſitionis, iure actoris, ſiue obligatione rei conuenti, quæ obtinet locum minoris propoſitionis, & concluſione, quæ ex præmiſſis ſequitur pro obtinenda iuſtitia. Et quòd libelli oblatio, vel ſaltem qualiſqualis petitio, ex qua actoris intentio colligi poſſit, ſit de ſubſtantia iudicij, ac multa de illius aptitudine, vel ineptitudine, Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. ſiue ordin. num. 18. et ſeqq.* Marant. *in prax. part. 6. memb. 3. de libell. oblat.* Specul. *de libell. concept.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 3. de libell. oblat. per tot. fol. 134.* vbi etiam de libelli ſignificatione, oblatione, emendatione, clauſulis, & cautelis in eo adhibendis, & ſimilibus ad materiam, latè Tuſch. *lit. L. concl. 300. et ſeqq. ad 323.* vbi plura in materia libellorum, Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 978.* vbi qualiter libellus poſſit probari per teſtes, vel ex tenore ſententiæ ſi fuerit amiſſus. 1

Qualiter confeſſio facta in libello, etiam parte abſente probet, & præiudicet libellanti, niſi fuerit ab aduerſario impugnata, Gratian. *diſcept. 789. numer. 3. et deciſ. 19. num. 21.* Ricc. *Collect. 3511. et 3800.* Carol. Tap. *deciſ. 2. num. 44.* & plenè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſs. lib. 2. q. 1. per tot.*

Libellus in quibus cauſis de iure communi non ſit neceſſarius plenè Aſo. *in Prax. §. 4. cap. 3. per tot.* vbi octuaginta caſus per ordinem refert, *et cap. 4.* infert ad ſtatutum Florentinum, cuius intentio cùm fuerit priuilegia addere, & iuris rigorem remittere, non autem adimere, dicit non procedere in huiuſmodi cauſis priuilegiatis de iure communi, ſed illas remanere cum ſuis fauoribus; vide *in §. Cauſa num.* Card. Tuſch. *lit. L. concl. 300. cum pluribus ſeqq.* 2

Quòd libellus ſit latiſſimè interpretandus, Magon. *deciſ. Luc. 32. numer. 29.* latè Tuſch. *litt. L. concluſ. 308. per tot.*

Cuius autem expenſis ſit mittenda copia libelli, debet in primis attendi conſuetudo, vel ſtatutum loci, quibus ceſſantibus, expenſis actoris debet reo dicta copia tranſmitti, Menoch. *de arbitr. caſ. 228. numer. 14. et ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 3. numer. 5. fol. 134.*

Libellus in Saluiano debet continere maiorem, minorem, & concluſionem; maiorem, videlicèt narrationem crediti cum hypotheca, minorem, quòd res petita poſſidebatur tempore obligationis, vel poſtea per debitorem, nunc verò per reum conuentum, & concluſionem, petendo immitti in poſſeſſionem huiuſmodi rei obligatæ ad effectum detinendi in ſatisfactionem crediti de fructibus: quãdo verò intentaretur hypothecaria debet narrari, quòd res erat in bonis debitoris, & nunc in bonis rei conuenti, atque 3

ex hu-

ex huiuſmodi narratione dignoſcitur quodnam remedium fuerit intentatum, Ang.& Iaſ.in §. *Item Serriana in fine Inſtit.de act.* Scæpuc.de Saluian.*lib.1.q.20.*Merlin.*de pign.lib.5. tit.2.q.77.& 78.*

Quòd vigore clauſularum ſalutarium cenſeatur deducta omnis actio, quæ ex narratis colligi poteſt, Magon. *deciſion. Florent.* 111. *numer.* 24. vide *in §. Clauſula num.*

Quòd vigore clauſularum ſalutarium cenſeatur deducta omnis actio,quæ ex narratis colligi poteſt,Magon. *dec.Flor.* 111.*n.*24. vide *in §.Clauſula nu.*

4 Libellus non poteſt Iudici offerri die feriata cum citatione partis, & ſic quando eſt actus iudicij, niſi res, vel actio eſſet tempore peritura, Marant. *de libell.oblat.num.*19. *&c.* Scacc. & alij per Fenzon. *ad ſtat.Vrb. cap.* 58. *num.* 28. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 3. *num.* 37. *&c. fol.*136. vbi quòd poteſt præſentari die feriata in honorem hominum, ſecùs in die feriata ad honorem Dei, niſi periculum ſit in mora, vel niſi agatur de libello appellatorio, vide *in §.Citatio nu.* *& §.Feria num.* dixi *in Pract. §. Libelli nu.*9. *&* 10.

5 Libellus incertus, licèt procedat reo non apponente tamen ſecùs eſt quando reus ſe opponit, & petit illum declarari, & nulla ſequitur declaratio, etiam quòd contineret clauſulas ſalutares *peto iuſtitiam &c.* omni meliori modo &c. Duran.*deciſ.*327.*n.*8. *& ſeqq.*

Plura de libello, & petitione facta in iudicio tradit deciſo Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *ſolt.* 2. *verb. Libellus*, & remiſſiuè Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Libellus*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb fol.*37. *&c.*

Plura de libello generali, & obſcuro, Tuſch. *litt. L. concl.* 805. *& ſeqq.* & de libello incerto quando admittatur, vel non, benè explicat Oinot. *in §. Curare Inſtitut. de act. fol.*503. *&c.*

Quando libellus poſſit emendari, & mutari in iudicijs vniuerſalibus, & vſquequò, quando, & vſquequò in generalibus, quid in ſingularibus, qua in parte, & quoties ſit permiſſa huiuſmodi mutatio, vel emendatio, & alia, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 176. *per tot.* Card. Tuſch. *litt.L.concl.*322.*per tot.* Paul.Chriſtin. *deciſ.*89.*num.*2. *&c.vol.*4. *& deciſ.*208.*nu.*14. *& ſeqq. vol.* 5. *& ad leg. municip.tit.*23. vbi an poſſit exhiberi poſt lapſum termini purgando moram.

6 Libellum famoſum componens, & publicans, vel alteri publicandum tradens, punitur de iure pœna capitali, *l.vn.C.de fam.libell.* latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 263. *nu.*34. *& ſeqq.per tot.* vbi ſex caſus diſtinguit,& quid in cantilenis diffamatorijs,Franch. *deciſ.* 533. vbi quòd punitur pœna mortis naturalis, Clar.§. *Iniuria nu.*21. Farinac. *quaſt.* 18.*nu.*422. *&c.* Silueſt. *in ſumm. verb. libellus*, Nouar. *in Pragm.Reg.Collect.*117.*&* 118. latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*74.*n.*15. *& ſeqq.*vbi quòd pœna famoſi libelli capitalis eſt ab antiquiſſimo tempore, ideſt mortis naturalis, dummodò tamen crimen in libello irrogatum talem pœnam meruerit, & ſimus in verò illius auctore, ſecùs in alijs complicibus, qui mitiùs puniuntur, adde Conciol. *ad Stat. Eugub.lib.*4. *Rub.*42. *per tot.* vbi etiam Romaguer. plurca alios modernos adducit.

Quòd ſcribens libellum famoſum in infamiam alterius ſit etiam anathema, *c.quidam* 5. *q.*1. refert Ariſmin. Tepat. *var.ſent.tit.*35.*cap.*6.

De materia, & pœna libelli famoſi, latè Farinac. *quaſt.* 105. *Inſpect.*11.*per tot.* Caualer. *deciſ.*35. *per tot. lib.* 5.Card. Tuſch. *litt.L.concluſ.*321.*per tot.* Cabal.*reſol.crim. caſ.* 235. *&* 271. *per tot.* plenè Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr.* 74. *&* 75. *per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. §. 13.*cap.* 1. *num.* 44. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 202. *num.* 16. *& ſeqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 49. *&* 2630. Farinac. *conſ.* 30. *per tot. lib.* 1. vbi plenè Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *ampliat.* 91. *per tot.* vbi quòd Romæ vigore Bullarum Pontificalium punitur pœna vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum iuxta facti, & perſonarum qualitatem arbitrio Pontificis, etiamſi veritatem contineret, & eſt in viridi obſeruantia, de quo latè Conciol. *reſol. crim. verb. Libellus reſol.vnic. per tot.* & dixi *in §. Iniuria*, adde Franciſc. de Angel. *tract.de confeſſ.lib.*2.*q.*28.*per tot.* Gutierez *in prax. q.*141.*per tot.* Scortiam *in ſelect.Pontif. Conſtit. Epit.* 121. *theorem.* 326.

Quòd libellus famoſus, vt ſit punibilis, requirat dolum, & qui illum legeret, vel retineret ex ioco, vel curioſitate, & non animo irridendi, nec iniuriandi quemquam, vel ex neceſſitate officij tranſcriberet, vel autenticaret, vel ad correctionem agere, debet à pœna excuſari, & in omnem caſum videtur ſolùm punibilis primus caſus publicationis, ſicuti ex Menoch. *d. caſ.* 263. *numer.* 41. Cephal. *conſil.* 341. & alijs nititur probare Bardelon. *conſil.* 124. *per tot. lib.*2. vbi ſcribit ad defenſam; ſed punctus iudicio meo eſſet in excludendo dolo, & animo iniuriandi, qui in actu de ſui natura malo videtur præſumi, ad tradita per Farinac. *quaſt.* 89. *inſpect.* 4. *præſumpt.* 3. *& quaſt.*90. *inſpect.* 1. vide *in §. Dolus num.* §. *Iniuria num.* 2. *& in Pract.* §. *Libelli num.* 19. *&c.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 117. *&* 118. *per tot.* Thom. Triuil. *deciſ.* 10. *numer.* 48. *lib.* 2. vbi declarat *d. l. vn. de fam. libell.* non procedere contra publicantem, quando ſcitur libelli auctor, vt poſſit puniri, & alia ad rem, Conciol. *d.verb. Libellus reſol.vnic. per tot.*

Quòd libellus famoſus nihil detrahat nominatis apud probos, & quoad iuris effectus, neque examinari debeant crimina in eo contenta, cùm nullam fidem mereatur ſi careat nomine auctoris, vel nomen ſuppoſitum continear; eius pœna ſaltem arbitraria, comprehendat etiam ſcribentes, diuulgantes, inuenientes, & non ſtatim lacerantes, retinentes, typis mandantes, & pingentes, ſacros oratores perſonas in concionibus notantes, quorum tamen punitio ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat. Quoad concionatores, qua modeſtia ſe gerere debeant in prædicando, aliàs teneatur, prout Farinac. *quaſt.* 105. *numer.* 406. qualiter in hoc crimine famoſi libelli poſſit Iudex ex mero ſuo officio tamquam in crimine publico procedere, etiamſi nullus extiterit accuſator, vel extiterit, & deſtiterit, cùm ad vindictam publicam ſpectet punitio delictorum, & alia ad rem, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 74. *&* 75. *per tot.*

Libellus ſupplex Principi oblatus an, & quando habeat vim litis conteſtationis, ita vt perpetuet actionem, & producat alios effectus litis conteſtationis, vide *tit. C. quando libel. Princip. dat.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 72. *num.* 2. 7

Quando inducat confeſſionem, vel non, dixi *in §. Confeſſio num.*5. & latè Franciſcus de Angelis *tract. de Confeſſ. lib.*2. *q* 1. *per tot.*

Libellus accuſatorius quomodo formari debeat, & in cauſis criminalibus quas ſolemnitates requirat, Ricc. *Collect.* 1199. *&* 2316. vbi quòd debet continere locum commiſſi criminis, annum, menſem, diem, & Conſulem, iuxtà *l. libellorum ff. de libel. oblat.* vide *in § Inquiſitio num.* 1. *&c.* 8

Libellus famoſus deſcribitur, vel definitur, vt ſit cartula quædam reperta quocumque loco ad alterius infamiam ſcripta, ſeu dicta, vel picta, iuxta text. *in l. vnica C. de famoſ. libell. & Canonizatur* 5. *quaſt.* 1. *cap. ſi quis famoſum*, adnotata per Muſcatel. *in Prax. crim. de cognit. ſiue probat. delict. in gen. tit. de iniur. & famoſ. libell. fol. mihi* 600. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi qualiter in iſto crimine poſſit, & debeat conſtare de corpore delicti, ſiue de delicto in genere, ſaltem per teſtes deponentes de tenore illius, ſi cartula fuerit lacerata, vel combuſta, vt non poſſit recognoſci, ſequitur Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 11. §. 2. *n.*8.*& ſeqq.* vbi quòd talis recognitio debet fieri per Notarium coram teſtibus ſi extet, vel per teſtes deponentes de tenore, ſi non extet, & quòd debent eſſe ſaltem duo, aliàs dubitaretur de corpore delicti. Et qualiter fiat etiam ſine ſcriptura per proponentes famoſa carmina contra aliquem, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 235. *numer.* 25. *& ſeqq.* ſequitur nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 11. §. 1. *numer.* 3 *& ſeqq.* vbi quod libellus, etiam ſcriptus quandoque retinet naturam ſimplicis iniuriæ, veluti ſi non contineat requiſita ſubſtantialia huius criminis, quæ ſunt copulatiuè neceſſariæ ad imponendam pœnam illius ordinariam. 9

Primò, quòd Auctor non exprimat nomen ſuum, licet hoc ſit controuerſum.

Secundò, exprimat nomen iniuriati, cùm non ſufficiat illud præſumi, vel coniecturari, niſi appareat ex deſcriptione, vel affixione, vel alijs ſignis de perſona infamata, quod poſſet etiam per torturam inquiri.

Tertiò, requiritur affixio, vel alia publicatio ex qua oriatur diffamatio.

Digitized by Google

Quartò, quòd crimen obiectum non ſit verum ſecundum aliquos, licet contrarium ſit verius, ſaltem quoad pœnam extraordinariam, & ſi ſit contra perſonas honeſtas.

Quintò, requiritur quòd interueniat dolus malus.

Sextò, quòd contineat non ſolum contumeliam, ſed etiam aliquod delictum conſiderabile, aliàs eſſet ſimplex iniuria in ſcriptis redacta imò alij requirunt quòd crimen impictum ſit tale, pro quo ſi verùm eſſet imponeretur pœna capitalis, verius tamen eſt ſufficere, quòd quis generaliter imputetur de crimine ad infamiam, prout iſta requiſita probat, & colligit Raynald. *loc. cit. num. 7. & ſeqq.* ex text. *in l. vnic. C. de famoſ. libell.* & ex doctrina Philipp. Mareſc. penes Anel. de Sarno *prax. crim. part. 2. formul. 10. verſ. & primum &c.* Collier. *deciſ. 154. part. 1.* Carpzou. *pract. crimin. quæſt. 98. num. 28. & ſeqq. part. 2.* Chriſtin. *deciſ. 202. volum. 4.* Carol. Anton. de Luca ad Franc. *deciſ. 533.* Farinac. *quæſt. 105. num. 459. & ſeqq.* Felic. *alleg. 68.* Baſilicò *deciſ. 26.* Sanz. *de re crimin. contr. 74.* Petr. Theodoric. *tit. de delict. priuat. cap. 2. Aphor. 16. & aliorum, &c.*

Quibus ex modernis materiam tractantibus addì poſſunt, Antonel. *de Regim. Eccleſ. Epiſc. lib. 6. cap. 14.* Baron. *de corpor. tit. de lingua num. 91. & ſeqq.* Pegas *ad ordinam. Reg. Portugal. tom. 5. tit. 65. §. 25.* Altimar. *de nullit. Rub. 13. quæſt. 27.* de Bictis *in Prax. quæſt. 126.* Berlich. *concl. legal. part. concl. 67.* Cortiad. *deciſ. 99.* Rouit. *ad Pragm. de iniur. per tot.* Theſaur. *de pœn. Eccleſ. verb. Libelli Famoſi cap. 1. per tot.* & Romaguer. in addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib. 4. Rub. 42. per tot.* vbi *num. 6. & 7.* auctoritate plurium ex citatis firmat, quòd licèt pœna libelli famoſi (in conficiente maximè) ſit mortis iuxta qualitatem perſonarum delinquentium, & in quas delinquitur, tamen, niſi aliter ex atrocitate reſultet reducitur vt plurimum ad pœnam extraordinariam mitiorem ex traditis præcipuè à Cortiad. *d. dec. 99. n. 44.*

31 Quòd hodiè de conſuetudine componentes, & publicantes libellos famoſos non puniantur pœna mortis, ſed pœna fuſtigationis, ictuum funis, banni, vel pecuniaria, & ad ſummum triremium iuxta facti, & perſonarum qualitates, niſi eſſent contra ſuum Principem, vel Pontificem, vel Cardinalem, vel contra Principis Vicarium, vel alium ex ſupremis Magiſtratibus, vel eſſent affixi in Eccleſia, vel poſiti ſuper Altare, & huiuſmodi, Angel. *in l. vnic. C. de libel. famoſ.* Clar. *§. fin. quæſt. 68. num. 25. & ſeqq.* Buſatt. *conſ. 94. num. 33. & conſ. 20. num. 55.* Binsfeld. *tract. de iniur. & damn. dat. cap. 1. quæſt. 13. concluſ. 4.* Muta *ad Pragm. tit. 40. de pœn. edent. famoſ. libel.* Cabal. *caſ. 235. numer. 36. & ſeqq.* Baſilicò *deciſ. 26. numer. 8.* Gargiareus *tractat. de libell. famoſ. cap. 6. & cap. 10.* Guaz. *de confiſcat. bon. concluſ. 13. ampliat. 91.* Farinac. *conſ. 145.* Sanz. *de re crimin. contr. 74. num. 15.* Carpzou. *quæſt. 98. num. 5. & ſeqq. part. 2.* cum alijs per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 51. §. 1. numer. 40. & ſeqq. & §. 4. & 5. numer. 36. &c.*

32 Et ſecluſa etiam dicta conſuetudine, ac vbi non vigeret, poteſt recedi à pœna ordinaria mortis, ceſſantibus prædictis requiſitis, vel aliquo ex eis ad conſtituendum verè libellum famoſum neceſſarijs, & ideò mittens litteras infamatorias alicui de tertio, cùm hoc vt teneatur ſecretæ, vel ipſi iniuriato, & infamato, & ſic deficiente publicatione non incidit in crimen libelli famoſi, ſed ſimplicis iniuriæ; ſic & faciens per iocum, vt præſumi poteſt vbi non apparet de cauſa delinquendi, & in iuuene faceto, vel læto, ac bonæ famæ, & ità ceſſante dolo; vel ſi faciens fuerit prouocatus ſimili libello famoſo, cùm tunc videatur ſpecies defenſionis omni iure, etiam diuino permiſſæ, vt habetur Prouerb. 26. *verſ. 5. Reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur*, & dicatur incontinenti facta, etiam interpoſito ſpatio, quo quis retorquendi habuit poteſtatem, imò cùm iniuria in ſcriptis ſemper maneat, & lædat calumniatum poteſt quandocumque propulſari, donec fuerit per calumniatorem reuocata, vt pluribus citatis infert Raynald. *d. cap. 11. §. 1. num. 23. & ſeqq. vbi numer. 30.* refert etiam Sanctos Patres, qui ſcriptis laceſſiti, mordaciter, & cum alijs iniurijs pariter in ſcriptis reſponderunt, vide Berlich. *concluſ. 67. num. 38. part. 5* Farinac. *quæſt. 105. num. 487. & conſ. 123.* Cartar. *deciſ. crim. 68. num. 38.* Surd. *deciſ. 89.* Thor. *vot. deciſ. 50.* Caualcan. *deciſ. 35. part. 5.* Gargiar. *de libel. famoſ. cap. 4. & cap. 7.* Mut. *ad Pragm. tit. 40. num. 42.* Carol. Marant. *in tractat. Apologet. impreſſ. in fine part. 3. ſuorum reſponſ.* Struuium *tractat. de vindict. priuat. cap. 10. Aphor. 6. nu. 9. & ſeqq.* Filliuc. *Oper. Moral. tract. 40. in 8. præcept. Decalog. cap. 3. num. 85. & 86.* facit quod dixi *in §. Compenſatio num. 46.*

13 Sicut etiam non habet locum pœna famoſi libelli in eo, qui ab alio factum publicat ob curioſitatem, leuitatem, vel ſimplicitatem, vel ob peregrinam compoſitionem, & delectatur non de infamia proximi, ſed de modo compoſitionis, & ingenij libidine, Siluester. *in Summa verb. Libellus*, Gargiar. *d. tract. cap. 8. nu. 26. & ſeqq.* Raynald. *loc. ſup. cit. nu. 51.*

14 Alia plura curioſa, & ſcitu digna de libellis famoſi tradunt DD. ſupracitati, & præcipuè Gargiar. *eodem tract.* & ex illis, Raynald. *d. cap. 11. per tot.* vbi *in §. 3. citat.* Cæpol. *conſ. crim. 29. num. 27.* Spad. *conſ. crim. 117. num. 6. & 17. lib. 1.* Beneman. *Coment. de iur. retorſionis*, & alios tenentes non eſſe licitam retorſionem iniuriarum, nec excuſari facientes libellum famoſum ſub prætextu reſponſionis ad ſimilem libellum contra ſe factum, ac ità diſponere bannimenta Legationis Bononiæ; & certè mihi magis arridet iſta opinio, cùm non ſit permiſſum reddere maledictum pro maledicto, vt alliàs notaui *in § Fama num. 4. verſ. Quod ſi infamator, & in §. Compenſatio num. 46. in addit.* Vel dic prouocationem poſſe etiam in hac materia excuſare prouocatum à quanto, ſed non à toto iuxta opinionem Struuij *tract. de vir. dict. priuat. cap. 10. Aphor. 6. 7. 8.* Farinac. *quæſt. 105. nu. 489.*

15 De libellis famoſis, & eorum pœnis ſcripſerunt etiam alij citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Libelli famoſi*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 39.*

16 Quòd reus libelli famoſi ſequuta ſententia efficiatur infamis, & per conſequens irregularis, quandoque incurrat excommunicationem, & alia, tradit Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccl. part. 2. verb. Libelli famoſi fol. 213.*

§. LIBERATIO. XII.

1 Liberatio generalis facta cum clauſulis, & verbis ampliſſimis, ſuffragatur quoad omnia in genere cogitata, licèt non expreſſa, *l. qui iure militari ff. de teſtam. mil.* cum alijs per Duran. *deciſ. 362. num. 5. &c.* vbi ponit pro regula, vide latè Menoch. *lib. 3. præſumpt. 111. per tot.* Surd. *deciſ. 217. per tot. & deciſ. 176.* Cæpol. *caut. 221. per tot.* vide *in §. Quietatio, & §. Tranſactio nu. 8.* plenè Vrceol. *Conſult. for. cap. 99. nu. 19. & ſeqq. per tot. vol. 2.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 247. nu. 16. & ſeqq. per tot. & deciſ. 357. per tot. d. part. 9. & part. 10. deciſ. 144.*

Nemo tamen cogitur facere liberationem generalem, Tuſch. *lit. L concl. 327. & ab illa*, ac nimis effuſo ſermone, ne quis incidat in laqueum, & ſubeat periculum turpiter, ac ſtultè dicendi non *putaram*, cauendum eſſe docet Bald. *in l. pactum quæſt. 16. C. de collat.* alijque plures relati per Vrceol. *d. c. 99. n. 1. &c.* & Rot. *part. 9. recent. deciſ. 357. n. 1. & ſeqq.*

2 Liberatio cùm clauſula, *cuiuſcumque generis, & ſpecies ſit, ad quamcumque ſummam aſcendat, ex quocumque capite, et occaſione*, extenditur ad omnia, etiam in correſpectiuis, ità vt non poſſit allegari læſio quantumuis enormiſſima, Bart. *in l. ſi quis in fine ff. de verb. oblig.* Alex. *conſ. 105. num. 3. lib. 6.* Duran. *d. deciſ. 362. num. 14. etc.* vbi limitat quando fuit per dolum extorta, & in fauorem illius, cui aliquid per dolum adeſt, *et num. 16.* quando remittens taliter ignorabat factum, quod ſi ſciuiſſet, veriſimiliter non liberaſſet, *et num. 17.* quando importaret donationem ob cauſam finalem, quæ non ſit vera, ſed falſa, & erronea, vide latè Vrceol. *d. cap. 99. per tot. volum. 2.* vbi egregiè præ cæteris omnibus hanc materiam declarat, & Rot. *part. 9. recent. deciſ. 247. n. 14. et ſeqq. per tot. et deciſ. 357. per tot. d. part. 9.*

3 Liberatio generalis, quando præceſſit petitio, & proſequutio pariter generalis, comprehendit omnia, & exceptis ijs, quæ dolo eſſent occultata, & quæ iure dominij vindicari poſſent, & ſi ſit facta à patre non præiudicat quoad res. & bona filiorum.

Quando autem petitio, & proſequutio fuit ſpecialis reſtrin-

Digitized by Google

reſtringitur liberatio, licèt generalis ad rem petitam tantùm, vel iuxta cauſam expreſſam, & ad rem, de qua agebatur vnà cum illius acceſſorijs, appendicibus, & connexis, niſi ex obſeruantia ſubſequuta per multum tempus aliter appareat, vt quia nil vlterius fuerit petitum, vel niſi fuerint aliqua reſeruata, quia tunc reliqua non excepta, nec reſeruata comprehenduntur, Afflict. *deciſ.* 319. *nu.* 5. *&c.* cum alijs per Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 151. *nu.* 2. *& ſeqq. ad* 16. Vrceol. *d. cap.* 99. *per tot. vol.* 1. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 247. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi approbat dictam diſtinctionem, *& deciſ.* 357. *per tot. d. part.* 9. vbi plura ad ſuſtinendam liberationem generalem, vt omnia comprehendat, *& par.* 10. *deciſ.* 144. *per tot.*

4 Liberatio facta verbis vniuerſalibus, & ampliſſimis, quæ ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poſſunt ſolùm ad rem petitam, & de qua erat controuerſia, vt quando fuit dictum ea quacumque cauſa, vel occaſione cuiuſcumque debiti, comprehendit omnia, & non reſtringitur ad cauſam expreſſam, cùm in dubio non ſit recedendum à generalitate verborum, & ſic extenditur etiam ad ea, quæ in genere tantùm fuerunt cogitata, vel ad penitùs incogitata quando fuit ità expreſſum, vndè patet cauendum eſſe à ſermone nimis effuſo, quò liberantes, & renunciantes iuribus ſuis incidunt in periculum ſibi præiudicandi plusquàm cogitauerint, Afflict. *deciſ.* 319. Menoch. *d. præſumpt.* 151. *numer.* 7. *& ſeqq. per tot. lib.* 3. Martha *vot. Piſ.* 283. *num.* 10. *& ſeqq.* Ger. Spin. *conſ.* 18. *num.* 19. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 68. *num.* 68. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 217. *num.* 9. *&c.* Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 5. *&c.* plenè videndus Vrceol. *Conſult. for. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. d. deciſ.* 247. *num.* 14. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 357. *& part.* 10. *dec.* 144. *per tot.*

5 Liberatio plena, & generalis reſtringitur ſemper ad ſpeciem contractus, de quo agitur, & non vltra, ex not. per Bart. *in l. Aurelio §. Cams, ff. de liberat. leg. & in l. ſub prætextu C. de tranſact.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 292. *nu.* 15. *&c.* vide *in §. Quietatio num.*

Quòd liberatio generalis ex certa cauſa non comprehendat aliam cauſam, & quando ſecùs, latè Tuſch. *lit. L. concl.* 326. *per tot.* Vrceol. *d. cap.* 99. *vol.* 2. Rot. poſt eundem Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 27. & vide *in §. Tranſactio num.* 8. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 351. vbi pro reſtrictione ad cauſam præcedentem, & expreſſam, & quando contraria procedant.

6 Liberatio quantumuis generalis non ſuffragatur, quando ille, in cuius fauorem fuit facta habebat explicitam ſcientiam eorum, quibus renunciatur, ſed dolo non expreſſit, timens fortè futurum, quòd non fieret liberatio, ſi exprimerentur, Crauet. *conſ.* 192. *nu.* 13. *&c.* Cancer. *var. reſol. cap.* 15. *num.* 152. *&c.* cum alijs per Duran. *dec.* 362. *nu.* 6. *&* 7. vbi pulchrè.

An liberatio ampliſſima extendatur ad doloſè commiſſa, ſi propter dictum dolum nihil adſit adminiſtratori, ità vt dolus præteritus videatur remiſſus, dubitant DD. ſed abſque dubio non extenditur quando ex cauſa huiuſmodi doli præteriti aliquid adeſt, niſi fiat expreſſa mentio, quia vbi aliquid adeſt, dolus habet cauſam permanentem, & cenſetur doloſè extorta, nec iuramento firmatur Duran. *d. deciſ.* 362. *num.* 10. *&c.* vide *in §. Dolus num.*

Quòd dolus futurus non poſſit remitti, niſi conſiſtat tantùm in omittendo, benè probat Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 98. *per tot. part.* 2. *fol.* 185.

7 Liberatio generalis quantumuis ampliſſima reſtringitur, aut ampliatur ex cauſis expreſſis in præfatione, ex quibus vel finalibus dignoſcitur mens contrahentium, Surd. *deciſ.* 217. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 151. *nu.* 8. *&c.* Duran. *d. deciſ.* 362. *nu.* 8. Vrceol. *Conſult.* 99. *per tot. vol.* 2. Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 351.

Quòd liberationis cauſa, vel ratione ceſſante, ceſſet, & ipſa liberatio, ſicque quantumcumque ſit per ampla, & prægnantia verba concepta, ſi illius cauſa non poſſit ex proprietate ſermonis adaptari ad aliquam ſpeciem debiti, illam non comprehendat, Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa Verb. Liberationis nu.* 179. Vrceol. *loc. cit.*

Quod liberatio, ſiue ſolidatio computorum inter ſocios facta quantumcumque generalis non comprehendat negocium diuerſum, ac ſeparatum, Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 40. *num.* 21. *& ſeqq.* cum alijs per Bich. *deciſ.* 177. *num.* 12. *& per tot.* vbi etiam ex quibus diuerſitas arguatur, Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 27. *per tot.* vbi qualiter liberatio reſtringatur ex prooemio, tractatu, lite, cauſa, & computis in ea præinſertis, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 351.

Liberatio quantumuis ampliſſima facta adminiſtratori, poteſt quandocumque reuocari, quando adminiſtrator oſtentauit bonam adminiſtrationem fingendo conſcientiam timidam, & & aſſecurando de bona, cùm mala eſſet, *l. ſi quis affirmauit, ff. de dolo*, Crauet. *conſ.* 192. *nu.* 14. ſequitur Duran. *d. deciſ.* 362. *nu.* 9. vide *in §. Tutor, nu.* 21. *&c.* 8

Quòd liberatio inualida ex defectu conſenſus, non ſuſtineatur ex quibuſcumque clauſulis prægnantibus, cùm debeant regulari ſecundum naturam contractus, cui adijciuntur, Duran. *d. deciſ.* 362. *num.* 18. vide *in §. Clauſula num.*

Quòd liberatio obtenta non ſuffragetur, quando verè ratio non fuit reddita per exhibitionem partitarum, calculationem diligentem, & reſtitutionem reliquorum, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 436. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* vide *in §. Tutor.*

Quando, & ex quibus cenſeatur remiſſa redditio rationis, vel non adminiſtratori, vel negociorum geſtori, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1256. *per tot.* vide *in §. Adminiſtrator.*

Liberatio generalis non comprehendit ea, quæ iure dominij vendicari poſſunt, *l. Aurelius §. Mania ff. de liberat. leg.* vbi Bart. & alij Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 151. *num.* 5. & idem eſt in liberatione facta per viam legati, idem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 164. *num.* 12. *&c.* Altograd. *conſ.* 68. *lib.* 1. vbi ampliat etiamſi adeſſet clauſula *pro omni*, *& toto eo &c.* vide Sperel. *deciſ.* 29. *numer.* 3. *& ſeqq.* 9

Liberatio facta vni tutori qualiter, & quando poſſit alijs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 86. *numer.* 33. *&c.* vbi etiam quid in pluribus reis debendi, Surd. *conſ.* 270. vbi quòd proſit liberatio illius, contra quem pro parte erant cedendæ actiones, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 127. vide *in §. Creditor num. & §. Pupillus num. §. Tranſactio num.* 15. 10

Qualiter facta vni ex pluribus reis debendi proſit alijs, vel non, Afflict. *deciſ.* 319. *nu.* 13. Franch. *deciſ.* 476. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 966. *nu.* 11. *&c.*

Quòd facta ab vno ex correis credendi perimat obligationem etiam reſpectu alterius, *l.* 2. *ff. de duobus, rei*, vbi Ronchegal. *nu.* 97. concordantes allegat, & Bich. *deciſ.* 367. *n.* 9. *& ſeqq.* vbi etiam quæ requirantur, vt dici poſſint duo, pluresue rei credendi, vide *in §. Correus, & §. ſolutio*, Bich. *deciſ.* 631. *n.* 15. vbi quòd liberatio, ſiue ceſſio extinctiua facta vni ex correis ſuffragatur omnibus.

Liberatione legata Tutori, vel adminiſtratori filiorum, ſiue proprio, quid veniat, & an facta principali proſit fideiuſſori, & è contra, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 164. *per tot.* vbi alia plura de huiuſmodi legato, vide *in §. Teſtator num. §. Tutor num.* 15. *§. Legatum num.* 59. Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 8. *&c.* vbi quòd non continet ſolutionem reliquatus, niſi ſit dictum, nec id, quod poteſt vindicari ab eo, ſicut à quolibet extraneo, vide latè Tuſch. *lit. L. concl.* 388. *per tot. & lit. T. concl.* 457 *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.* 2. *quæſt.* 15. 11

Plura de legato liberationis à moleſtijs, vt ſcilicet legatarius debeat liberari ab omnibus moleſtijs, quid importet, & qualiter ſit interpretandum, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 148 *per tot.* & in eadem cauſa *deciſ.* 247. *num.* 16. *& ſeqq. per tot. d. part.* 9. *recent. & deciſ.* 357. *eadem part.* 9. *& part.* 10. *deciſ.* 144. *per tot.* vbi quando poſſit referri etiam ad debita futura habentia tamen cauſam de præſenti.

Quando liberatio facta vni ex obligatis proſit alijs, vel non, Tuſch. *lit. L. concluſ.* 300. vide *in §. Tranſactio num.* 15.

Liberatio facta per Prælatum, & tutorem quando procedit ex cauſa neceſſaria liberat ſoluentem ab obligatione, & quando ſecùs, Tuſch. *lit. L. concl.* 331. facit quod dixi *in §. Confeſſio nu.* et *§. Solutio num.* 12

Quòd ſit facilior liberatio quàm obligatio, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 333.

Liberatio debitoris præſumitur ex reſtitutione chirographi lacerati, vel cancellatione inſtrumenti, ex lapſu temporis, coniunctione ſanguinis, ſæpè calculatis rationibus, & 13

huiuſmodi, de quibus Tuſch. *litt. L. concluſ.* 332. vide *in §. Solutio num.* 5. *& ſeqq.* latè Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 982. *per tot.* vbi plura, ex quibus liberatio à debito probatur.

14 Liberatio à moleſtijs promiſſa verbis exuberantibus ſemper debetur, etiamſi agatur cum fideiuſſoribus dictam liberationem promittentibus, vigente tamen eadem cauſa promiſſionis, nec reſtringitur ad aliquod tempus, Rot. *in Fauentina fideiuſſionis, vel liberationis à moleſtijs* 1. *Iulij* 1650. coram Albergato *part.* 11. *recent. deciſ.* 77. *per tot.*

Et debetur dicta liberatio à moleſtijs abſque vlla diſcuſſione veritatis, & qualitatis illarum, quia ſic obligatus debet de illarum exceptionibus agere contra moleſtantes, non contra moleſtatos, cùm ſufficiat moleſtias de facto eſſe illatas, non attento an iuſtæ, vel iniuſtæ ſint, ad effectum conſequendi liberationem promiſſam, Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 572. *per tot.*

Quando tamen qui liberationem à moleſtijs promiſit, litem in ſe ſuſcepit, illamque defendit, non poteſt interim aliud à moleſtato prætendi, quia ſic ſatisfacit promiſſæ liberationi, nec ideò moleſtatus tranſigere poteſt cum moleſtante, & tranſigendo non habet actionem ex ſtipulatu contra promittentem, qui ſuæ ſatisfecit obligationi, aſſumendo in ſe litem, & cauſam defendendo vt ſupra, ſed exceptione doli remouetur, cùm ſit factum voluntarium, & culpoſum, ad quod liberationem promittens non obligatur, Coſt. *de fact. ſcient. vel ignorant. cent.* 1. *diſtinct.* 48. Valeron. *de tranſact. tit.* 5. *nu.* 38. cum alijs per Rot. *d. part.* 18. *deciſ.* 626. *per tot. in eadem cauſa*, vbi fuit reuocata alia præcedens deciſio.

15 De liberationibus varijs, & ad quæ extendantur generales, Caſtil. *lib.* 4. *contr. cap.* 92. Vela *diſſert.* 8. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 6. alijque citati a Caſteion. *Alphab. iuridic. verb. Liberatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 39.

16 Liberatio facta per creditorem vni ex pluribus ad eius fauorem obligatis, quid operetur, maximè ſi ſit facta cum reſeruatione agendi contra alios, vide Anton. Gob. *Conſult.* 41. *per tot.* & quæ dixi *in §. Fideiuſſor*, Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. *conſ.* 39. *num.* 49. *& ſeqq.* vbi *num.* 56. cum Gob. & alijs firmat, quod quando liberatio non fit per viam ſolutionis, ſeu acceptilationis, ſed per viam pacti de non petendo, ſeu de non moleſtando non prodeſt alijs ſimul obligatis, niſi ſequatur ſatisfactio, Cyriac. *contr.* 213. *n.* 8. *&* 9. *& contr.* 280. *n.* 10. *& ſeqq.* vbi quod liberatio ſupponitur præcedentem adminiſtrationem, & facta cum clauſula omni meliori modo, vel mediante Aquiliana ſtipulatione vni correo debendi, & non per viam tranſactionis liberat etiam alios, & facta vni tutori, qui prius erat conueniendus liberat alios, &c.

§. LIBRI. XIII.

1 Libri Mercatorum noſtri temporis, cùm nullam habeant auctoritatem publicam, conſiderantur prout quælibet alia ſcriptura priuata, & nihil probant de iure ad fauorem ſcribentis, niſi adſit ſtatutum, vel Conſuetudo (prout extat in tota ferè Italia) illis fidem tribuens, quæ quidem Conſuetudo (niſi ſit notoria, prout eſt maximè Florentiæ) articulari, & probari debet, vel ſtatutum oſtendi, & operatur tantùm in pertinentibus ad mercaturam, & exercitium ſuum, & non in alijs negocijs diuerſis, ac in modicis ſummis arbitrio iudicis, latè Genua *de ſcriptur. priuat. tit. de libr. mercat. numer.* 2. *& ſeqq. ad* 47. *fol.* 241. *&c.* vide *in §. Statutum numer.* *& infra per diſcurſum*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 25. *numer.* 2. *volum.* 3. Menoch. *de arbitr. cap.* 91. 92. *&* 93. Ricc. *Collect.* 72. 3457. 2854. 2817. *etc.* plenè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *part.* 9. *recent. volum.* 2. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 16. *per tot.*

Ceſſante autem dicto ſtatuto, vel conſuetudine, an, & quando probent tàm pro ſcribente, quàm contra ſcribentem, vel pro tertio contra tertium, latè idem Genua *de ſcriptur. priuat. d. tit. quæſt.* 1. 2. *et* 3. *per tot. fol.* 249. *etc.* Ricc. *Collect.* 2854. 2817. 3388. *et* 3535. Paul. Rub. *in d. Annot. per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 79. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 975. *num.* 9. *et ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 80. *num.* 1. *et ſeqq. et deciſ.* 587. *per tot.* vbi quòd libri mercatorum non ſolum de iure, ſed etiam ex generali conſuetudine totius Italiæ, iunctis adminiculis plenè probant, maximè inter mercatores, & ſtante bona fama ſcribentis, & quòd ſint ordinatè ſcripti, omniaque continenda contineant, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 74. *per tot.* Aluarez. Pegas. *reſolut.* 1. *nu.* 33. *etc.*

Libri Mercatorum, vt probent etiam ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd eis fides habeatur, multa requiruntur, quæ ad maiorem cautelam pro certa victoria obtinenda eſſent articulanda, & probanda; debent enim continere cauſam debiti veriſimilis, & pertinentis ad exercitium, de quo agitur, diem, menſem, & annum, ſolitam inſcriptionem, & ſecundum loci conſuetudinem facti, & cartulati, ſcripti manu propria Mercatoris, qui alias veritatem ſcribere conſueuerit, legalis, fide digni, & pro tali communiter habiti, nec infamia publica notati, appareat res fuiſſe traditas, adſit aliquid ſcriptum etiam contra ipſum mercatorem, non ſint libri mendoſi, ac diuerſa manu, vel atramento ſcripti, ſi enim in aliquo reperiantur falſi, vitiantur in totum, & debent ad petitionem partis exhiberi, ac etiam mercator iurare debet contenta in illis eſſe vera, niſi ab initio ſuſcepti officij iurauerit de iuſtè, & fideliter artem ſuam exercendo, quibus requiſitis concurrentibus, vel eorum maiori parte, & magis ſubſtantialibus, plenè probant libri pro ſcribente etiam, & in ſummis magis; alias autem ſecùs, cùm abſurdum, & pernicioſum ſit, vt ei ſcriptura credatur, qua vnuſquiſque annotatione propria ſibi debitorem conſtituit, vt inquit *text. in l. exemplo C. de probat.* latè Genua *de ſcriptur. priuat. lib.* 4. *tit. de libris mercat. num.* 48. *et ſeqq. ad* 102. *fol.* 244. *etc.* vbi etiam *num. ſeqq.* an admittatur probatio in contrarium, Marant. *part.* 6. *verſ. teſtium productio num.* 23. *etc.* Cyriac. *contr.* 140. *numer.* 18. *etc.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 171. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 91. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *numer.* 51. *fol.* 393. *etc.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 975. Surd. *deciſ.* 199. *et* 312. *per tot.* vbi quòd concurrentibus prædictis probant etiam contra tertium, vide *in meis reſolut.* 11. *per tot.* vbi quando non probent ex defectu prædictorum; & plenè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *part.* 9. *recent. volum.* 2. *num.* 45. *et ſeqq. per tot.* vbi plures deciſiones, & Doctores allegat. 2

Quòd tamen ſtante ſtatuto, vt dictis libris adhibeatur fides, eximatur mercator ab onere probandi dicta requiſita, Gratian. *deciſ.* 203. *in Addit. num.* 9. Surd. *dec.* 312. *in fine.*

Qualiter vigore ſtatuti fori mercatorum Bononiæ, libri plenè probent, etiam fauore ſcribentis contra tertium, Rot. *Bonon. inter recollect. per Gypſ. deciſ.* 80. *num.* 38. *et* 55. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 139. *num.* 15. *etc.*

Quòd ſtante dicto ſtatuto, vel Conſuetudine, probent etiam ſi alibi producantur extra locum vbi conſuetudo, vel ſtatutum viget, Diaz. *reg.* 137. vide *infra num.* 5.

Quòd libri non compaginati, nec habentes alia debita requiſita, vocentur *ſcartafogli*, vel *ſcartafacci*, & non probent, Gratian. *deciſ.* 137. *et* 146. Genua *de ſcript. priuat. lib.* 5. *tit. de ſcartafac. per tot. fol.* 287. *in meis reſol. cap.* 11. Paul Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *nu.* 129. *et ſeqq. part.* 9. *recent. vol.* 2.

Quòd Giornale probet vide Genu. *d. lib.* 5. *tit. de Giornali fol.* 286. Card. Tuſch. *litt. L. concl.* 346. *nu.* 11.

Quòd liber paruus memoriæ tantùm cauſa conſcriptus, vulgò *la Vacchetta*, nec contra ſcribentem probet Iaſ. *in l. admonendi numer.* 81. *verſ. quanto limita, ff. de iureiur.* Honded. *conſ.* 39. *numer.* 53. *&* 54. *lib.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 407. *numer.* 19. vbi concordantes allegat.

Libri mercatorum regulariter non probant pro tertio contra tertium, de quo vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 727. *num.* 25. *&c. cap.* 767. *num.* 55. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 977. *per tot.* latè Genua *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. quæſt.* 3. *per tot. fol.* 251. Surd. *deciſ.* 312. Caualer. *deciſ.* 552. Magon. *deciſ. Luc.* 5. *num.* 18. *&* 37. vbi quòd probant ſemiplenè Ricc. *Collect.* 2817. 3535. vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 345. *num.* 1. *& num.* 16. cum plena ibidem Annot. Paul. Rub. Ludouiſ. *deciſ.* 302. *num.* 4. *& ſeqq.* 3

Digitized by Google

& ſeqq. vbi quòd concurrentibus alijs adminiculis probant etiam pro tertio, & contra tertium, & ſine adminiculis probant ſolitum, & quòd ita factum fuerit, quia quando agitur de probando aliquo facto, etiam res inter alios acta probat veritatem facti, licèt effectus illius tertio non noceat, vt notat ibi Beltramin. *in Addit. nu.* 10.

Quòd probent inter ipſos ſocios, cùm præſumantur ſcripti de illorum conſenſu, ſicut & pro tertio contra mercatorem, & dominum libri, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 62. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 135. *& c. fol.* 398.

Qualiter libri rationum probent inter ipſos ſocios, Menoch. *de arbitr. caſ.* 92. *per tot.*

Quòd libri tenti legaliter, & adminiculati probent etiam pro ſcribente, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 196. *num.* 1. *& ſeqq.*

Item probant etiam pro tertio contra tertium concurrentibus adminiculis, Poſt. *de manuten. obſeru.* 35. *num.* 29. Burat. *cum Addit. deciſ.* 119. *num.* 20. Rot. *part.* 18. *rec. deciſ.* 643. *nu.* 7.

4 Libri Mercatorum Florentiæ vigore ſtatuti illorum partitis ſumptis, & exemplatis de commiſſione iudicis, habent vim publici inſtrumenti, & continent hypothecam bonorum debitoris, quæ retrotrahitur ad tempus formatarum partitarum, & ſi concurrant cum publicis inſtrumentis, attenditur prioritas temporis, quod generale eſt in quacumque ſcriptura priuata habente vim publici inſtrumenti vigore ſtatuti, Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *numer.* 47. *& c.* Gratian. *deciſ.* 203. *per tot.* quoad partitas librorum ſequitur Magon. *deciſ. Flor.* 122. *nu.* 8. vbi tamen quoad alias ſcripturas contrarium firmat, non obſtante dicto ſtatuto, & ita etiam diſtinguere videtur Gratian. *d. deciſ.* 203. vbi etiam an habeant executionem paratam.

Quòd libri continentes ſcripturam continuatam abſque ſuſpicione fraudis, & antidatæ probent veritatem temporis, etiam in concurſu creditorum, ſtante maximè legalitate mercatoris, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 392. *num.* 3. *& ſeqq. per tot.* Genua *de ſcript. priuat. lib.* 2. *quæſt.* 16. *concl.* 2. *num.* 28. *& c. & lib.* 5. *in notabil. fol.* 284. *in fine*, vide in §. *Scriptura num.*

Ceſſante autem ſtatuto prædicto, libros habere tantùm perſonalem actionem, & hypothecariam, Magon. *dec. Flor.* 76. *n.* 8. vide in §. *Mercator nu.*

Romæ quale priuilegium habeant dicti libri vigore conſuetudinis, licèt non adſit ſtatutum de hoc particulare, & vigore Conſtitutionum Pij IV. & Vrbani VIII. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *num.* 155. *& ſeqq. part.* 9. *recent. vol.* 2.

5 Libri Mercatorum, quibus vigore ſtatuti Principis ſæcularis fides adhibetur pro ſcribente, non probant contra Clericos, ſtet alias Eccleſiaſticas perſonas, etiam in foro ſæculari litigantes, Soccin. *reg.* 268. *limitat.* 3. Alex. *conſ.* 211. *numer.* 5. *lib.* 2. Cyriac. *contrem.* 140. *per tot. lib.* 2. Genua *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. numer.* 28. *& c. fol.* 240. vbi quòd nec etiam probant in illorum fauorem, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 179. *per tot.* vbi etiamſi eſſet confirmatum à Papa in forma communi, & idem eſſe in conſuetudine, niſi probetur inducta, etiam de Clericorum conſenſu.

6 Libri Mercatorum, quorum fides pendet à ſtatuto, probant tantùm de pertinentibus ad mercaturam, ad quam debet ſtatutum reſtringi; ſi verò pendeat à iure communi probant quoad omnia, ſiue de mercatura, mutuo, vel depoſito, vel quacumque alia cauſa agatur, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 171. *numer.* 9. *& c. cap.* 727. *nu.* 1. *& c.*

Primum dictum ſequitur Leoncil. *deciſ. Ferr.* 108. vbi allegat Menoch. *de arbitr. caſ.* 91. *num.* 23. *& c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 66. *fol.* 394. Ricc. *Collect.* 2314. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *&* 133. *& ſeqq. part.* 9. *recent. vol.* 2.

Quòd de iure communi non probent, & ideò docendum eſſe, illorum fidem prouenire, vel ex conſuetudine, Menoch. *caſ.* 91. *nu.* 15. & dixi *in reſol. cap.* 11. *nu.* 2.

Quod concurrentibus adminiculis probent pro ſcribente in ijs tamen ſolùm, quæ concernunt negotium, non autem in alijs, & ſic non quoad mutua depoſita, vel alios contractus à negocio non dependentes, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 272. *num.* 4. *&* 5.

7 Libri mercatorum probant non tantùm quando res tradita fuit ipſi debitori, ſed etiam quando fuit tradita alteri de debitoris mandato, dummodò mercator atteſtatur, & ſcribat in libro, ſe tradidiſſe de mandato debitoris, & dummodò agatur inter præſentes, & non inter abſentes, vide Gratian. *diſcept. for. cap.* 171. *nu.* 8. *& c. cap.* 727. *num.* 6. *& c.* vbi etiam an depoſitio ſartoris aliquid probet, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *nu.* 65. *fol.* 394. dixi *in reſol. cap.* 66. *n.* 14. *&* 15. *& in Pract.* §. *Scripture nu.* 16. vbi qualiter probetur huiuſmodi mandatum, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 345. *nu.* 1. *&* 15. vbi quòd ordo probatur concurrentibus adminiculis, Remarg. *d. Rub.* 74. *num.* 14.

Quòd libri licèt poſſint probare mandatum iuxta prædicta, non tamen probent traditionem mercium, ſed tantum quantitatem, & pretium, ac ideò poſſit exceptio rei non traditæ, Genua *de ſcriptur. priuat. tit. de lib. mercat. fol.* 241. *num.* 82. dixi *in reſol. cap.* 11. *num.* 3. *etc.* vide in §. *Exceptio nu.* 39. *et* §. *Mercator num.* 23. vbi quando dicitur res datas deſeruiſſe pro alio, an detur actio mercatori contra eum, pro quo ſeruierunt merces.

Quòd concurrentibus veriſimilitudine, & alijs coniecturis, probent etiam contra tertium, tam de traditione mercium, quam de cauſa, in quam ceſſerunt, Gratian. *diſcept.* 750. *nu.* 3. Surd. *deciſ.* 199. *nu.* 2. *et ſeqq.* cum alijs, Bich. *deciſ.* 568. *nu.* 17.

Liber mercaturum in Statu Eccleſiaſtico probat vſque ad ſummam ſcutorum viginti, Pauli III. *Bull.* 47. Et quòd probant vſque ad triginta, Pius IV. *Bull.* 59. refert Genua *de ſcriptur. priuat. lib.* 5. *colum.* 3. *verſ.* 6. *fol. mihi* 284. 8

Dictas Conſtitutiones fuiſſe extenſas ad ſummam ſcutorum 50. monetæ per Vrbanum Octauum, cum priuilegio etiam prælationis poſt Piſtores, & Aromatarios omnibus alijs, etiam habentibus obligationem Cameralem, & ex cauſa dotis, dummodò dicti libri ſint mercantales, & cum alijs debitis conditionibus ſupra relatis, Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *num.* 155. *et ſeqq. part.* 9. *recent. vol.* 2. vbi etiam teſtatur de conſuetudine Romæ credendi dictis libris benè tentis, quæ tamquam ſtatutum ſeruari debet.

Quòd priuilegium conceſſum mercatoribus, vt eorum libris credatur, vſque ad certam ſummam, intelligatur de qualibet partita, ſeu ſumma per ſe non coacervata cum alijs Addit. ad Felin. *in cap. ex parte numer.* 2. *de reſcript.* Ioſeph. Felin. *in cap. ex parte numer.* 2. *de reſcript.* Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concl. verb. Priuilegium fol.* 47. *col.* 1.

Libri partitæ ſi verificentur in parte, cenſentur veræ in totum, Crauet. *conſ.* 158. *nu.* 6. Gratian. *diſcept. for. cap.* 505. *num.* 13. *etc.* intelligendu quando agitur de vnico actu, ſeu ſcriptura diuerſatū partellarum ab eodem mercatore, & pro eadem perſona ſcriptarum, idem Gratian. *cap.* 570. *numer.* 36. *etc.* Magon. *deciſ. Flor.* 3. *num.* 32. *etc.* & ita intelligendo in connexis, non autem in ſeparatis, ſequitur Genua *de ſcriptur. priuat. tit. de lib. rat. numer.* 44. *et ſeqq. ad* 54. *lib.* 4. *fol.* 193. *et fol.* 247. *numer.* 104. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 79. vide Surd. *deciſ.* 199. *num.* 12. *etc.* vbi loquitur etiam in ſeparatis, Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num.* 82. 9

Quòd verificatis pluribus partitis, liber præſumatur verus in alijs, communem opinionem dicit Addit. ad Magon. *deciſ. Luc.* 5. *in fine*, Duran. *deciſ.* 352. *num.* 10. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 63. *per tot.* vbi bene declarat, Duran. *deciſ.* 344. *num.* 16. *cum Addit.* Rot. *part* 9. *recent. deciſ.* 473. *num.* 11. *et ſeqq.* vbi quòd procedit quando partitæ ſunt veriſimiles, alias ſecus, *et part.* 11. *deciſ.* 179. *numer.* 15. vbi quòd procedit in libro nullum patiente defectum, ac ſcripto per perſonam ratione officij ad eam ſpectantis, ſecùs in libro prorſus informi, & non ſpectante ad officium ſcriptoris, ad Burat. *deciſ.* 163. *numer.* 13. *deciſ.* 156. *numer.* 9. *deciſ.* 199. *num.* 7.

E contra etiamſi liber in parte reperiatur defectuoſus, in reliquis amittat fidem, etiam quòd defectus per errorem imputetur, Addit. ad Gregor. *deciſ.* 79. *nu.* 6. Rot. *in Neuiſa. part.* 6. *deciſ.* 1. *num.* 10. *etc.* Menoch. *d. præſumpt.* 63. *nu.* 2. *et* 8. vbi quòd in vna parte falſus, præſumitur etiam in reliquis falſus.

Quòd liber continens plures partitas annexas, non poſſit pro parte acceptari, & pro parte reprobari, Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 276. *lib.* 2. *et part.* 9. *recent. deciſ.* 359. *num.* 5. *et ſeqq.* vbi tamen quòd ſecus eſt in non connexis, &

dita

quan-

Digitized by Google

quando liber non eſt legaliter tentus, nam tunc poteſt approbari quoad partitas facientes contra ſcribentem, & reprobari quoad facientes ad illius fauorem.

An, & quando contenta in libro, poſſint pro parte acceptari, & pro parte reprobari, latè, & pulchrè ſex caſus diſtinguendo declarat Menoch. *de arbitr. caſ. 93. per tot.* vide Rot. *d. deciſ. 359. nu. 7. & ſeqq.*

Quòd liber continens partitas debiti, & crediti, non poſſit acceptari quoad creditum, & reprobari quoad debitum, ſed acceptans partitas crediti, debeat etiam acceptare partitas debiti contrapoſita in eodem libro; niſi in ſe aſſumat onus probandi, quòd illæ partitæ debiti non ſint veræ, & ſi oſtenderit quòd aliquæ partitæ ſint erroneæ, & indebitè notatæ, & poſitæ, tunc licitum erit acceptare partitas crediti, & negare illas debiti, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ. 377. per tot.*

10 Liber Campſoris, & Banchetij plenè probat, etiam in ſummis magnis, tam pro ſe, quàm contra ſe, ac contra tertium, cum quo geſtum ſit negocium, ſi ſit auctoritate publica approbatus, alias probat tantùm iudicis arbitrio, ac dummodò omni ſuſpicione careat, veriſimilia, ac ad eius officium ſpectantia, & non extranea negocia contineat, & ſit manu propria, vel alia cognita ſcriptus, latè Genoa *de ſcriptur. priuat. lib. 4. tit. de lib. Camp. & Banch. per tot. fol.* 257. vbi etiam *nu.* 21. quòd ſi robur accipiat à conſuetudine, & non à iure, talis conſuetudo eſt probanda, quòd ego intelligo niſi ſit notoria, prout eſt hodie ferè vbique, & ideò ſufficit illam allegare.

De libro rationum Campſoris quando probet, vel non, latè Tuſch. *lit. L. concl. 547. per tot.*

11 Liber rationum priuati non probat pro ſcribente, ne ita de facili detur occaſio delinquendi, & cum exemplo pernicioſum ſit, vt ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit, *l. exemplo C. de probat.* dixi *in reſolut. cap. 11. num. 1.* latè Ludouiſ. cum Beltram. *dec. 79.* plenè Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 975. per tot.*

De libro rationum priuati Conciol. & Romaguer. *lib. 2. Rub. 75. per tot.*

Probat tamen in his, quæ à libera ſcribentis voluntate, & ſolo eius conſenſu dependent, vel ſi multa capitula rationum ipſius libri vera oſtendantur, & liber in nihilo redargui poſſit, nam tunc probat in alijs connexis, non autem in ſeparatis, vel ſi continet admodum veriſimilia, & adiungatur iuramentum ſcribentis, vel ſi agatur de modica ſumma iuncto pariter iuramento, vel ſi verſemur in connexis eorum, quæ producuntur ex ipſo libro contra ſcribentem, vel ſi ex conſuetudine, ſiue ſtatuto approbetur illius fides, vel ſi ſcribens ſit perſona nobilis, & honeſta, vel ſi verſemur in antiquis, vel ſi contineat data, & recepta ita clarè, & ſpecificè, vt omnis ceſſet ſuſpicio, latè Genua *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. rat. num. 6. & ſeqq. ad 94. fol. 191. &c.* Ludouiſ. cum Beltramin. *d. deciſ. 76. per tot. & deciſ. 468. nu. 12.* vbi maximè ſtante morte ſcribentis ante motum iudicium, Mart. Medic. *deciſ. 88. per tot. cum Addit.* pulchrè Rot. *part. 10. recent. deciſ. 225. per tot.* vbi quòd probat ſi ſcribens ſit perſona qualificata, vt Cardinalis, aliaque concurrant adminicula, de quibus ibidem ad effectum ſolutionis per eum factæ, Rot. *part. 19. recent. deciſ. 347. per tot.* vbi latè qualiter liber priuatus admittendus ſit, & probet, etiam contra tertium, concurrentibus adminiculis, de quibus ibidem.

An, & quando probet pro ſcribente, an contra ſcribentem, & an contra tertium, vide multa ſummatim per Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. numer. 50. &c. fol. 393.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 431. numer. 1. & ſeqq.* vbi quòd liber priuatus iunctis adminiculis probat contra tertium, maximè ſi ſit ſcriptus tempore non ſuſpecto, attenta veriſimilitudine partitarum, & illarum connexitate.

Quòd pro tertio contra tertium non probet, ſed tantùm adminiculum faciat, vel etiam ſemiplenè probet ſi ſit hominis probatæ fidei, Genua *loc. ſup. cit. num. 150. & ſeqq. fol. 200.*

Quòd liber priuatus legaliter tentus, & formiter recognitus benè probet etiam pro tertio, Crauet. *de antiquit. temp. part. 1. limit. 4. numer. 24.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 426. num. 7.* & contra tertium cum adminiculis, de quibus Rot. *part. 19. recent. deciſ. 347.* vbi pro extinctione cenſus.

De multis librorum ſpeciebus quando, & qui probent, vel non, & quid veniat appellatione libri, latè Tuſch. *litt. L. concl. 346. per tot.*

Quòd vbi liber non eſt legalis, nec etiam contra ſcribentem probet, Burat. *deciſ. 282. nu. 7.* cum alijs per Bich. *deciſ. 139. num. 9.*

Quòd vbi non dubitatur de debito in genere, liber priuatus probet quantitatem debiti etiam pro ſcribente, ſicut etiam adminiculis concurrentibus, Rot. *part. 1. recent. dec. 362. nu. 7. & 8.*

Liber rationum defuncti, qui fuerit vir probus, & bonæ famæ continens debitam formam, data, & recepta facit aliquam præſumptionem pro hærede, vel etiam ſemiplenam probationem, ità vt ad plenam inducendam ſufficiat poſtea vnus teſtis, vel iuramentum, ſi ille defunctus fuerit vir probus probitate præexcellenti, & non ordinaria, ſiue etiam plenam probationem iunctis alijs præſumptionibus, & adminiculis, Maſcard. *de probat. concl. 975. num. 3. & ſeqq.* Genua *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. rat. num. 16. & ſeqq. ad 33. fol.* 191. vbi tamen *num. 65. fol.* 194. videtur intelligere id verum eſſe tantum in his, quæ quis moriens dixit, vel ſcripſit, & non in alijs, de quibus moriens veriſimiliter non recordatus fuit, vide *in ſ. Scriptura num.* 12

De liberculo rationum defuncti, quòd probet concurrentibus alijs coniecturis, Pariſ. *conſ. 104. num. 75. lib. 1.* Genua *lib. 2. quæſt. 2. nu. 26. fol. 97.*

Qualiter liber rationum defuncti probet pro hærede, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 143. nu. 8. & ſeqq. per tot. vol. 1.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 225. per tot.*

Quòd ſi quis librum rationum vidit, & non contradixit, fidem illius approbare dicatur, Rot. per Farinac. *deciſ. 845. num. 3.*

Liber priuatarum rationum non probat pro ſcribente, niſi multis veriſimilitudinibus concurrentibus, Magon. *deciſ. Flor. 95. num. 5. &c.* Guid. Papp. *deciſ. 441.* vt conſuetudo, quòd aliæ partitæ fuerint approbatæ, & ſimilia, Duran. *deciſ. 416. num. 4. &c.* vide Mart. Medic. *deciſ. 88. per tot. cum Addit.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num. 51. fol.* 393. Genu. *de ſcript. priuat. lib. 1. qu. 4. num. 77.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 537.* vbi quòd etiam liber priuatus pro ſcribente probat quando aliundè eſt adminiculatus. 13

Quòd tamen admittat probationem in contrarium, etiam in connexis, Addit. ad Gregor. *dec. 377.* Duran. *deciſ. 352. nu. 6.*

Liber rationum priuati, etiam ſine die, & alijs ſolemnitatibus plenè probat contra dominum, & habentes cauſam ab eo, ſiue ſcriptus ſit ab ipſo domino, ſiue ab alio, & ſiue præſente, ſiue abſente parte, dummodò viuo adhuc ſcribente ſequatur ratihabitio. 14

Non tamen probare deficiente cauſa debiti, nec vbi allegaretur, & probaretur error, nec vbi fuerit impugnatus, niſi impugnans pœnituerit ante ſententiam, nec vbi totus liber negetur à domino, niſi comprobetur per litterarum comparationem, nec vbi ageretur de aliquo folio, vel ſchedula in ipſo libro reperta, vt latè declarat Genua *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. rat. num. 95. & ſeqq. ad* 136. *fol.* 197. vbi etiam *nu.* 109. quòd exceptis dictis caſibus probat contra dominum, licèt ſcriptus ſit manu aduerſarij, quia ipſius domini voluntate ſcriptus præſumitur, niſi contrarium probetur Maſcard. *de probat. concl. 976. per tot.* Et non probat in parte, ſed aut omninò probat, aut omninò improbatur, vt ibidem Genua *nu.* 137.

Liber rationum priuati, quamuis regulariter non probet pro ſcribente, ſi tamen producatur contra aliquem, & is contra quem producitur velit ſe in eo fundare, tenetur etiam contra ſe illi acquieſcere pro ſcribente, ſi ità iudicis arbitrio videatur inſpecta ſcribentis qualitate, & alijs veriſimilitudinibus, maximè in connexis ratione eiuſdem cauſæ, & temporis, vel officij, per text. *in l. Publica ſ. fin. ff. depoſ.* Menoch. *de arbitr. caſ. 93. num. 2. &c.* Fachin. *contr. iur. lib. 11. cap. 33.* Munoz. *de ratiocin. cap. 13.* Genua *de ſcript. priuat. lib. 4. fol. 201. num. 3. & ſeqq.* vbi plures caſus diſtinguit, vide *in ſ. Confeſſio num. & ſ. Littera num.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 243. num. 4.* vbi quòd tempore non ſuſpecto ſcriptus, & legitimè recognitus, atque aliundè adminiculatus benè probat. 15

Quòd liber priuatus confectus pro ſimplici memoria

non

Digitized by Google

non probet, etiam contra ſcribentem, niſi teriò ſcriptus appareat, vel fuerit productus, Burat. *deciſ.* 274. *nu.* 21. Rot. *par. 9. recent. deciſ.* 422. *nu.* 2 *&c.*

16 - Liber rationum in Archiuio publico repertus plenè probat, ſi fuerit repoſitus inter ſcripturas autenticas, vel pro talibus habitas, & eidem Archiuio præſit officialis, qui ſuo teſtimonio illum corroboret, vt latè probat Genua *de ſcript. priuat. lib.* 5. *tit. de liber. at in Archiuio publ. repert. per tot.* vide *in §. Scriptura num.*

An autem ſit neceſſaria citatio partis in extractione ſcripturæ ab Archiuio, & alia, idem Genua *loc. cit. n.* 21. *& ſeqq. fol.* 266.

17 Liber rationum inter diuerſas perſonas, & de diuerſis negocijs conſcriptus, ab vno approbatus, non probat contra alios, & licèt ſit inter eaſdem perſonas ſi contineat diuerſam cauſam, vel negocia, & capitula ſeparata approbatus quoad vnum capitulum pro ſe, non cenſetur approbatus quoad alia contra ſe, nam vbi ſeparatæ ſunt cauſæ, & parcellæ quis poteſt partem approbare, & partem improbare, ſecus autem ſi agatur de eodem negotio à ſcribente tractato nomine ſui, & aduerſarij, vt in libro tutoris, curatoris, depoſitarij, œconomi, & ſimilium, nam ſi in eo ſint adnotata accepta ad fauorem domini, & ſoluta ſiue impenſa ad fauorem ſcribentis, etiam diuerſis modis, temporibus, & cauſis, tunc ſi ille minor, vel dominus acceptet quæ ſcripta ſunt ad ſuum fauorem, tenetur etiam acceptare alia, quæ ſunt in ſui detrimentum, & ſic contra ſe, cùm talia data, & accepta in eodem libro contenta tamquam connexa, & inſeparabilia propter vnitatem officij, & adminiſtrationis reputentur, *gloſ. & DD. in l. Publica §. fin. ff. depoſit.* Menoch. *de arbit. caſ.* 93. *nu.* 10. *& ſeqq.* Genua *d. lib.* 4. *num.* 14. *& ſeqq. ad* 29. *fol.* 202.

Quæ dicantur connexa, & quæ ſeparata, latè explicat Menoch. *de arbitr. caſ.* 95. *per tot.* Genua *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de connex. & ſepar. fol.* 204. *& ſeqq. ad* 208.

18 Liber rationum domini probat contra ruſticos, & colonos, ſi contineat partitas veriſimiles, quæ pro maiori parte verificentur, ac data, & recepta, vel ſi de conſenſu ipſorum ruſticorum ſit conſcriptus, vel ſi ab illis allegetur, vel ſi agatur de modica quantitate, cùm inter colonos, & dominum procedatur de bono, & æquo, prout inter ſocios, M. Anton. Macerat. *var. reſolut. lib.* 5. *cap.* 19 *num.* 2. *& ſeqq.* Genua *d. lib.* 4. *tit. de lib. Dom. contr. ruſtic. fol.* 208.

19 Liber rationum ſocietatis plenè probat inter ipſos ſocios, etiam pro ſocio ſcribente, & in ſummis magnis, cùm de conſenſu omnium ſcriptus præſumatur, & cùm illorum perſonæ inter ſe ſint iam approbatæ, dummodò contineat veriſimilia iuxta qualitatem negotij data, & recepta, ſit ſcriptus ſaltem manu vnius ex ſocijs, vel alterius ad id per omnes deputati, contineat tantùm attinentia ad illam ſocietatem, & non alia extrinſeca, non ſit in aliqua parte cancellatus, & contineat diem, menſem, annum, quibus deficientibus probare ſolùm contra ſcribentem, & non pro illo, latè Genua *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib. rat. ſociet. per tot. fol.* 223. vbi etiam quòd talis liber eſt edendus ad inſtantiam aliorum ſociorum, & alia.

20 Liber rationum tutoris debet omnia, data, & accepta, redditus, & exitus, ac expenſas clarè, & ſingillatim cùm die menſe, & anno continere, ac cùm cauſa, ex quo fundo, à quo colono, à quo debitore, & huiuſmodi, aliàs datur iuramentum in litem contra tutorem, de quo dixi *in §. Iuramentum num.* *& §. Tutor num.* 14. & dictus liber probat circa expenſas veriſimiles, & alia, vt per Montan. *de Tut. cap.* 32. *reg.* 8. *per tot. fol. mihi* 117. Genua *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de tut. curat. & ſimil. num.* 3. *& ſeqq. fol.* 210. Menoch. *de arbitr. caſ.* 208. *num.* 19. *&* 20. Munoz. *de ratiocin. cap.* 10. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 189. *per tot.* Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 590. *nu.* 5. *part.* 7. *deciſ.* 111. *num.* 5. *& part.* 9. *dec.* 126. *nu.* 9. *&c.*

Quòd libri rationum tutorum, curatorum, & ſimilium adminiſtratorum probent pro illis, etiam in magnis ſummis, dummodò clarè, & diſtinctè omnia complectantur, cauſam contineant, adſit dies, & annus, perſona, quæ ſcripſit ſit fide digna, contineant veriſimilia, & negotia tantùm ſpectantia ad perſonam illius, cuius bona adminiſtrantur, & addatur iuramentum ipſius ſcriptoris, niſi ſit mortuus, latè Genu. *loc. cit. num.* 7. *& ſeqq. ad* 29. *fol.* 211. vbi etiam *num.* 41. an probent contra tertium, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 84. *&c.*

Deficientibus autem debitis requiſitis probant tantùm contra ſcribentes, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 126. *per tot. & deciſ.* 359. *num.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 410. *numer.* 16. *&* 17. *eadem part.* 9. *& part.* 11. *deciſ.* 54. vbi in alijs terminis.

Liber adminiſtratoris, & factoris domus, licèt regulari- 21
ter, non probet pro ſcribente, fallit concurrentibus adminiculis, puta legalitate ſcribentis, illius morte, ſi maior pars partitatum fuerit verificata, & iuſtificata, ſi contineat cauſam, & partitæ ſint veriſimiles, Duran. *deciſ.* 352. *nu.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 3. *&c.* quòd probat ſi fuerit retentus à Domino penes ſe abſque contradictione, & approbatus, non probando aliundè ſuum creditum, quàm ex illo, quo caſu dum illo vtitur ad ſui fauorem, tenetur approbare omnia in eo contenta, & deſcripta.

Quòd liber factoris probet contra dominum conſtituentem, ac illius hæredes, non tantùm in fauorem tertij, ſed etiam ipſius factoris, quatenus eius fides ſit agnita à domino, cui etiam tenetur dictum librum exhibere, aliàs ad intereſſe, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. fact. fol.* 209. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 475. vbi quòd expenſæ modicæ probantur ex libro factoris, imò etiam magnæ, ſtante illarum veriſimilitudine ſecundum aliquos; licèt ſecundum opinionem Rotæ attendatur diſtinctio inter modicas, & magnas, vt in modicis credatur libro, etiamſi ſimul coaceruatæ faciant notabilem quantitatem concurrente illarum veriſimilitudine, ſecus autem in magnis, quæ æſtimari debent arbitrio iudicis iuxta rei, actus, & perſonæ qualitates, idem Ludouiſ. *deciſ.* 512. *in eadem cauſa*, vbi de expenſis victus factoris, pro viaticis ad tollenda impedimenta, & moleſtias, & de eſculentis donatis procuratoribus, *infr. num.* 41.

De libro rationum Inſtitoris quòd plenè probet contra dominum præponentem, ſi veriſimilia contineat, & inſtitor ipſe fecerit id quòd de iure, aut conſuetudine tenetur, ac manu propria ſcripſerit, ita vt idem ſit in ſimplici eius ſcriptura priuata, Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. Inſtitut. numer.* 94. *et ſeqq. fol.* 221. vbi etiam quòd ſcripta in iure de Inſtitoribus hodie trahuntur ad factores, & quoſcumque alios adminiſtratores, ac plura alia notabilia in hac materia Inſtitorum, latè deducit, & declarat.

Liber non deputati ad ſcribendum, ſed pro ſimplici 22
memoria ab aliquo comparatus in iudicio nullam fidem facit, ne ſit in poteſtate vnius Copiſtæ adnotare aliquid in præiudicium alterius, vt dixit Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 14. *num.* 1. *et part.* 16. *recent. deciſ.* 119. *num.* 6. vbi quod liber memoriæ cauſa retentus non probat etiam contra ſcribentem.

Liber autem Officialis à publico ad ſcribendum deputati, etiamſi aliàs non ſit perſona publica, plenè probat, etiam ad fauorem ipſius ſcribentis, & tertij in concernentibus illius officium, dummodò (agatur cùm ſubditis, ſecùs contra non ſubditos) & cauſam contineat, ita vt magis ſtandum ſit huiuſmodi libro, quàm depoſitioni teſtium contrarium aſſerentium, vt latè probat Genua *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. rat. offic. per tot. fol.* 225.

Quòd eſt notandum pro Cancellarijs, & ſimilibus Miniſtris in Statu Etruriæ, ac alibi.

Quòd libri Communitatum plenè probent, Cabal. *conſ. deciſ.* 95. *nu.* 50. *lib.* 2. *infra nu.* 34.

Liber patroni nauis benè compoſitus, & tentus facit ple- 23
nam fidem contra omnes participes, etiam ad commodum ipſius patroni circa expenſas pro fulcienda, reficienda, vel expedienda naui factas, vel pro alijs ſimilibus ad vſum eius neceſſarijs, cùm ſcribæ nauis ſit credendum in his, quæ ad eius officium ſpectant, Genua *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib. patr. nau. per tot. fol.* 243.

Liber proxenetarum, ſeu mediatorum, vel ſenſario- 24
rum nihil probat ad illorum fauorem, etiamſi ſint à publico approbati, nec etiam ad fauorem aliorum contrahentium, cùm illorum teſtimonium non admittatur, niſi ſint à publico deputati, & agatur de pertinentibus ad illorum officium, nam tunc plenè probat, modò ſit benè compoſitus, & clarè conuentiones partium continens, ac eiuſdem fiat editio, vt per Genu. *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib.*

pre-

Digitized by Google

proxenet. per tot. fol. 214. vide *in §. Teſtis nu.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 514. *num.* 29. *cap.* 753. *numer.* 4. *&c.* Card. Tuſch. *lit. P. concl.* 954. *lit. T. concl.* 203. Maſcard. *de probat. concl.* 140. *num.* 4. 16. *&c.* Farinac. *quæſt.* 60. *illat.* 16. Altograd. *conſ.* 10. *num.* 38. *lib.* 1. dian *in Pract. §. Senſali num.* 8. *&c.* vbi plura circa proxenetas vigore legum Municipalium Florentiæ.

25 Libri theſaurarij, prout etiam Maſſarij alicuius Villæ, ſiue Communitatis, Doganeorum, Fiſcalium, venditorum ſalis, ac ſimilium auctoritate publica ad aliquid peragendum deputatorum, plenè probant in pertinentibus ad illorum officium, ſi cauſam contineant, & alia iuxta conſuetudinem, & ſtatuta loci, Genua *de ſcriptur. priuat. lib.* 4. *tit. de lib.* Theſaur. *Maſſar. &c. per tot. fol.* 238. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *titul.* 20. *numer.* 71. *&c. fol.* 395. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 343. vbi etiam de libris Principum.

26 Libri Vſurariorum plenè probant contra illos, non autem pro illis, niſi quatenus approbentur ab aduerſario petente illorum editionem; Libri verò recipientium ſub vſuris nihil probant contra ipſos vſurarios, ad quos conuincendos, & odio illorum poſſunt compelli, edere libros ſuarum rationum, *Clem. vn. §. caterum, de vſur.* Menoch. *de Arbitr. caſ.* 499. *nu.* 21. *& ſeqq.* Genua *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. vſur. per tot. fol.* 259. *&c.* vide *in §. Vſura num.*

27 Libri Hebræorum, & Iudæorum plenè probant, etiam contra Chriſtianos in pertinentibus ad illorum officium, dummodò tamen ex priuilegio Papæ, qui habet poteſtatem derogandi canonibus, illorum fides ſit approbata, aliàs ſecus ſi ab alio Principe, qui non habeat huiuſmodi poteſtatem, Alea. *conſ.* 53. *per tot. lib.* 2. Genu. *d. tract. lib.* 4. *tit. de lib. Hebræorum per tot. fol.* 261. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 138. vbi damnat huiuſmodi priuilegia, & dicit iniquum, irrationabile, & inhoneſtum eſſe, vt credatur ſcripturæ Hebræorum contra Chriſtianos, cui libenter aſſentior propter illorum perfidiam, & falſitatem, quàm ſæpè adhibent in illorum negotijs, & rebus, maximè contra Chriſtianos, vide *in §. Iudæi num.*

28 Libri Aromatariorum de iure non probant, ſecus autem de generali conſuetudine, vel alijs concurrentibus coniecturis, de quibus latè Camil. Borell. *conſ.* 82. *per tot.* Purpur. *conſ.* 31. *lib.* 1. M. Anton. Macerat. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *per tot.*

In Statu Eccleſiaſtico ſi ſint compoſiti, & tenti more mercantili plenè probant vſque ad quinquennium per Mot. prop. Iulij Papæ III. confirmatum à Clemente VIII. vt teſtatur Genu. *de ſcript. priuat. lib* 4. *tit. de lib. Aromat. nu.* 8. Romaguer. *in Addit. ad Conciol. ſtat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 2. *nu.* 2. *& ſeqq. per tot.* vbi alia plura de Aromatarijs, & Protomedicis.

Probant etiam in ſtatu Etruriæ iuxta ampla priuilegia, Conſtitutiones, & ſtatuta Artis Aromatariæ.

Qualiter autem taxari, & reduci debeant pretia, vide ſtatuta dictæ Artis, & quæ notaui *in §. Taxatio num.* 4.

29 Libri Monaſteriorum, vel aliarum Eccleſiarum plenè probant, etiam pro ipſis Monaſterijs, & Eccleſijs, ſi cuſtodiantur per officiales ad id deputatos, vel ſi ſint antiqui, vel vbi ageretur de parua ſumma, & modico præiudicio, vel ſi contineant plures partitas veras, nam in conneais probant, vel ſi conſuetudine receptum ſit illis credi, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 5. *tit. de lib. Monaſter. fol.* 267. vbi etiam an per huiuſmodi libros cenſuales probetur dominium ad fauorem Eccleſiæ, vel Monaſterij, vide *in §. Dominium nu.* Tuſch. *litt. L. concl.* 344. *per tot.*

30 Libri Confraternitatum ſcripti à ſcriba deputato ab ipſis Confratribus probant in pertinentibus ad illam Confraternitatem, vel Collegium, Genu. *d. lib.* 5. *tit. de lib. Confrat. fol.* 270. Cabal. *conſ. deciſ.* 138.

31 Liber rationum priuati non eſt regulariter à reo edendus ad inſtantiam actoris, qui prætendit aliquid in eo ad ſui fauorem ſcriptum eſſe, niſi duobus concurrentibus, nempè quòd ſit ſcriptus de mandato expreſſo, vel tacito illius, & ſtante eius intereſſe, ac vtilitate, vel niſi æquitas aliud ſuadeat, vt in ruſtico, vel amico, qui ſequutus fuit fidem domini, vel amici, cuius rationes poſtea ſibi edi petat: Actor autem ad inſtantiam rei tenetur edere ipſi reo librum ſuarum rationum vtcumque priuatum, & eo non mandante ſcriptum, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib. rat. nu.* 139. *& ſeqq. ad* 149. *fol.* 199. Card. Tuſch. *lit. E. concl.* 44. *per tot.* vide *in §. Actor num.* 3. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 237. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 38. vbi quòd probata exiſtentia, & intereſſe petentis intrat officium iudicis pro exhibitione, abſque eo quòd editionem petens declaret velle ſtare libris pro, & contra ſe.

In caſu autem editionis fiendæ ſufficit librum oſtendere, & copiam deſcribendi, vel legendi facere, non autem effectualiter tradere, Rot. penes Farinac. *dec.* 767. *n.* 2. *&c.* Genu. *d. lib.* 14. *tit. de lib. adminiſtrat. n.* 7. *&* 8. *fol.* 213. Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 151. *per tot.*

Et quando ſit facienda exhibitio librorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 909. *nu.* 10. *&c.* vide *in §. Mercator n.* 18. *§. Inſtrumentum nn.* 20.

Quòd quis non teneatur ad exhibitionem librorum, niſi verè, & plenè (non autem ſolùm præſumptiuè) probata penes eum exiſtentia, loquendo in libro tutelari, qui non præſumitur extare penes hæredem tutoris, niſi concludenter probetur, Merlin. *deciſ.* 569. Ludouiſ. *deciſ.* 199.

Quòd vt quis poſſit prætendi obligatus ad cuſtodiam, & exhibitionem ſcripturarum ſit probanda illarum exiſtentia de tempore captæ poſſeſſionis, nec teneatur de facto anteceſſorum, etiam dolosè, Bich. *dec.* 227. *n.* 2. *& n.* 8. vbi quòd probata ſemel exiſtentia penes aliquem, qui dicit deſijſſe habere tenetur probare, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 38. *& dec.* 73. vbi quod poſt ſemel redditam rationem, & poſt ſententiam, non tenetur amplius adminiſtrator cuſtodire, nec exhibere libros.

Liber ratione publici officij conſcriptus, eſt ad inſtantiam petentium proculdubio edendus, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib. argent. n.* 40. *& ſeqq. fol.* 232. *& tit. de lib. pubellar. n.* 21. *&c. fol.* 238. 32

Prout etiam Mercatores noſtri temporis tenentur ſuarum rationum libros edere, etiam ad fundandam actoris intentionem, vt latè probat idem Genu. *d. lib.* 4. *tit. de lib. Mercat. quæſt. vlt. per tot. fol.* 253. *&c.* vide *in §. Mercator num.* 18. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.* 122. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 115.

Et præcipuè Iudæi, vt dixi *in §. Iudæi nu.*

Liber non eſt edendus ab actore, vel reo ſub iuramento 33 aſſerente illum eſſe deperditum, & feciſſe diligentias in perquirendo, dummodo ad illum cuſtodiendum non eſſent obligati, nam ſi ea contractu, vel obligatione tenebantur illum cuſtodire, amiſſio non probatur per ſolùm iuramentum; aliàs autem exhibitionem, vel editionem petens, exiſtentiam penes eum, à quo edi petit probare debet, Rot. per Farinac. *deciſ.* 238. 239. *et* 241. *per tot.* Genu. *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib. rat. num.* 149. *fol.* 200. vide *in §. Amiſſio num.* *§. Inſtrumentum num.* *et §. Scriptura numer.*

Merlin. *deciſ.* 569. *et deciſ.* 709. *per tot.* vbi quando non ſit facienda exhibitio librorum, Ludouiſ. *deciſ.* 199.

Quòd liber rationum tutoris, curatoris, & ſimilium adminiſtratorum ſit exhibendus, etiam per illorum hæredes, ità vt amiſſio non poſſit per iuramentum probari, cùm tam ipſi adminiſtratores, quàm illorum hæredes teneantur huiuſmodi librum cuſtodire, & exhibere, Menoch. *conſ.* 354. *per tot.* Genu. *lib.* 4. *tit. de lib. tut. et curat. num.* 33. *et ſeqq. fol.* 212. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 56. *etc.* Intellige probata verè exiſtentia, vt per Merlin. & Ludouiſ. *loc. cit. aliàs ſecùs*, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 326. vbi quòd amiſſio libri, de cuius exiſtentia conſtabat, non probatur iuramento.

Quòd nec librorum amiſſio probetur per aſſertionem vſurarij, vide *in §. Amiſſio nn.*

Quòd ſtetur iuramento hæredes, libros confectos per defunctum ad ſe non perueniſſe, niſi conuincatur de mendacio, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 274. *numer.* 4. ſequitur Genua *lib.* 5. *in notabil. poſt medium fol.* 284. vide Ridolphin. *loc. cit.* vbi intelligit vt ſupra niſi teneantur cuſtodire.

Contrarium quòd imò non ſtetur iuramento hæredis, quòd libri, vel aliæ res defuncti ad ſe non peruenerint, latè Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 61. *n.* 10. *etc.* vbi reſpondet contrarijs, Canaler. *deciſ.* 545. *n.* 2.

Qualiter autem petens editionem libri ſine vlla proteſtatione, dicatur illum approbare, vide Altograd. *conſ.* 6. *nu.* 23. *et* 24. *lib.* 1.

Sed

Sed in contrarium facit Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. n. 404. fol. 416.* dixi *in §. Actor n. 24.* Rot. *part. 17. rec. dec. 38. nu. 7.*

Quòd quando liber computorum adminiſtratoris fuit ſemel productus, & pars eo viſo per multum tempus tacuerit, præſumatur fuiſſe fidelis, & adminiſtratio recta, etiamſi amplius non reperiatur, & ex hoc colligatur non ſtetiſſe per adminiſtratorem quò minus ratio redderetur, benè Seraph. *dec. 684. n. 5. & per tot.*

34 Libri gabellæ, vel ſimilium officialium deputatorum ad exigendum gabellas, vel Collectas faciunt plenam fidem, etiam pro ſcribente inter ſubditos Communi, circa ſpectantia ad illorum officium, & non vltra, ac etiam ipſum contractum principalem probant quando ſumus inter præſentes, & conſentientes; ſolutio enim gabellæ facta de conſenſu, & præſentia vtriuſque contrahentis neceſſariò probat contractum præceſſiſſe, Gratian. *diſcept. for. cap. 727. n. 11. 16. &c.* Genua *de ſcript. priu. lib 4. tit. de lib. offic. nu. 37. 38. & per tot. fol. 227. & de lib.* Gabell. *n. 11. & per tot. fol. 237.* vbi etiam quòd tales libri tamquàm publici ſunt edendi ad inſtantiam petentis, *ſupra nu. 22.*

De fide libris Gabellariorum adhibenda, Surd. *deciſ. 336. lib. 2.* Mart. Medic. *dec. 87. per tot. cum Addit.* Rot. *part. 11. recent. dec. 223. nu. 6. &c.* vbi quòd probant quantitatem rei ibi deſcriptam, non tamen excludunt maiorem à teſtibus telatam, & ſic probant affirmatiuè, non autem negatiuè, & rurſus *d. part. 11. dec. 239. per tot.*

De libris ſuſceptorum annonæ (Abbundantieri, vel Collectores vulgò dicti) quòd plenè probent, cùm ſint à publico deputati, & quale ſit illorum officium, Genua *in Addit. tit. de lib. ſuſcept. annon. per tot. fol. 57.* Rot. *d. deciſ. 223. nu. 8.* vbi quòd probant valorem frumenti &c. *& deciſ. 239. num. 10.* Bich. *deciſ. 580. num. 27. & ſeqq. & num. 36.* vbi quòd debent detrahi vecturæ, cùm precium Vrbis non adaptetur niſi frumento in ea exiſtenti.

Quòd libri Depoſitariæ publicæ ſufficienter probent pro tertio contra tertium, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 126. nu. 5.* vbi concordantes habentur.

Quòd libri Dohanæ in his, quæ ad Dohanam non pertinent in nihilo ſuffragentur, nec præiudicent tertio, qui eorum deſcriptioni non interfuit, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 119. nu. 7.*

35 Liber æſtimi regulariter non probat contra tertium, fallit tamen contra dominum rerum in æſtimo deſcriptarum, vel quando reperitur penes Marchionem, vel inter publicas ſcripturas cuſtoditus à Magiſtratu publico, & diu habitus pro publico, & authentico, & ideò tunc probat bona fuiſſe in bonis teſtatoris fideicommittentis, ſicut etiam concurrente ſolutione onerum, & collectarum, inter Vniuerſitatem, & deſcriptum in illo, inter præſentes, & conſentientes deſcriptioni, ſeu tranſmutationi æſtimi de vno, in alium, niſi probetur ſimulatio, & in omnem caſum inducit talem qualem præſumptionem transferentem ſecundum plures onus probandi in aduerſarium; intelligendo omnes iſtas limitationes, quando agitur inter ſubditos, vt latè per Genu. *de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de lib. æſtim. quæſt. 1. per tot fol. 275. & quæſt. 2. & 3.* vbi an probet dominium, & poſſeſſionem, in quo conclude prout ſupra, & dixi *in §. Extremum num. 2.* latè Tuſch. *litt. L. concluſ. 345.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 229. num. 15. & 16.* vbi quòd liber æſtimi auctoritate municipali deſcriptus, & aſſeruatus benè probat aſſertionem in eo deſcriptam, *& part. 15. dec. 166. nu. 9. & ſeqq.* Genu. *loc. cit. Miſcelan. fol. 283.* vide plenè Rot. *part. 14. recent. deciſ. 520. num. 12. & ſeqq. & num. 37. & ſeqq.*

An probet iuſtum rei valorem, Genu. *loc. cit. q. 4. per tot. fol. 280.* vide *in §. Valor nu.* Rot. *part. 18. recent. dec. 703. nu. 1. & ſeqq.* vbi quòd ſic ſaltem præſumptiuè, niſi doceatur de contrario.

Alia plura de libris æſtimi, vide per Card. Tuſch. *litt. C. concl. 128. concl. 674. & 675. litt. E. concl. 345. litt. L.* cum alijs per Genu. *loc. cit.*

Quòd liber æſtimi ſaltem præſumptiuè probet quem eſſe, vel non eſſe ſoluendo; item probet cenſum, communionem, ſiue ſocietatem, proni etiam diuiſionem, Genu. *lib. 5. tit. de lib. æſtim. quæſt. 5. cum quatuor ſequentibus fol. 281. &c.*

Qualiter liber æſtimi probet bona fideicommiſſi fuiſſe in bonis teſtatoris tempore mortis, vide *in §. Fideicommiſſum num.*

Quòd liber æſtimi antiquus probet quoad fines, & latitudines prædiorum, Guidobon. *Aduocat. ſua 104. num. 9.*

An liber æſtimi probet primum extremum in Saluiano dixi *in §. Extremum num. 2.* vbi etiam quid vigore legum Municipalium ſtatus Florentini, & generaliter quid, & quantum, probet Scapuc. de Saluian. *lib. 1. quæſt. 29. per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 252. num. 30. &c. numer. 44. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 10. numer. 6. & ſeqq.* Genu. *loc. cit.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 92. numer. 26. &c. volum. 2.* vbi quòd probat poſſeſſionem ſaltem præſumptiuè ad effectum transferendi onus probandi contrarium in aduerſarios, Poſth. *de Manutent. obſeru. 27. num. 1.* Buratt. *deciſ. 690. numer. 2.* Altograd. *conſ. 74. numer. 26. lib. 2.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 434. numer. 2. & ſeqq.* vbi pro manutentione, *& part. 15. deciſ. 166. num. 9. & ſeqq.* vbi quòd ad effectum manutentionis probat concludenter, & alia in terminis Æſtimi Piſarum, pro plena probatione, *& part. 19. deciſ. 270.* vbi quòd iunctis adminiculis probat etiam contra tertium poſſeſſionem debitoris de tempore contracti debiti, & identitatem bonorum de vno ad alium translatorum.

Quod non probet, niſi contra eos, qui illius deſcriptioni conſenſerunt, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 727. num. 20. &c.*

Quòd in præiudicium deſcribentis probet dominium in fauorem alterius, Montan. *de tut. cap. 32. reg. 5. num. 60. fol. 109.*

Quòd alio reperto poſſidere nihil probet, Magon. *d. deciſ. 10. num. 47.*

Quòd in antiquis probet ſaltem præſumptiuè dominium, & poſſeſſionem, niſi adſint præſumptiones contrariæ, idem Magon. *deciſ. Flor. 37. nu. 3. &c.*

Non tamen probat ciuilitatem, nec aliquem eſſe ciuem alicuius loci ex eo, quòd ſit in tali libro deſcriptus tamquàm ciuis, vel inter ciues diſtinctos à forenſibus, quia cùm ſit factus ad effectum exigendi onera, & gabellas non concludit quoad ciuilitatem, Natt. *conſ. 386. n. 6.* & latè Ludouiſ. *deciſ. 372. per tot.*

Plura de æſtimo faciendo per homines Vniuerſitatis, & quomodo, Conciol. cum Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib. 1. Rub 39. per tot.*

Liber baptiſmi non ſolùm probat baptiſmum, & ætatem, ſed etiam inducit præſumptionem circa ea, quæ ibi reperiuntur deſcripta de filiatione ignoti patris, Caualcan. *deciſ. 12. num. 23. &c. part. 2. & deciſ. 10. numer. 48. part. 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 744. num. 7.* Sperel. *deciſ. 174. num. 28. &c.* vide *in §. Aetas num.* *& §. Filiatio num.* 36

Quòd probet ætatem, Duran. *deciſ. 18. num. 22.* latè Menoch. *lib. 2. præſumpt 51. nu. 52 &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. n. 196. &c. fol. 279.* Rot. *part. 13. recent. dec. 447. nu. 7.*

Quòd liber Plebani, Parochi, ſiue Curati, in quo notantur baptizati plenè probet ætatem, etiamſi diem natiuitatis non contineat, ſed tantùm diem baptiſmi, ac etiamſi tractaretur de commodo illius, cuius eſt liber, Genu. *de ſcript. priu. lib. 5. tit. de lib. Pleb. per tot. fol. 271.* Card. Tuſch. *litt. E concl. 340. nu. 7.* Maſcard. *de probat. concl. 672.* Poſſent. *ſing. 176.*

Liber Curati, ſiue Parochi probat etiam mortem, natiuitatem, excommunicationem, & alia, Genu. *de ſcriptur. priuat. lib. 5. tit. de lib. Curat. quæſt. 2. & ſeqq. fol. 272.* 37

Quòd probet etiam matrimonium, Genu. *loc. citat. quæſt. 6. fol. 273.* vbi etiam de libris Canonicorum, de libris Cameræ Apoſtolicæ, de libris Prælatorum, de libro Cæremoniali, & ſimilibus, an, & quando probent, vide per eum, & de matrimonio, dixi, *in §. Matrimonium num.*

Quòd liber, in quo deſcribuntur nomina Mortuorum, plenè probet, Gratian. *diſcept. for. cap. 869. nu. 23. etc.* & in libro Hoſpitalis ſequitur Genu. *d. lib. 5. tit. de lib. Hoſpital. fol. 170.* & in libro Curati, idem Genu. *loc. cit. tit. de lib. Curat. q. 2. fol. 272.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 59. nu. 4. et ſeqq. per tot.* vbi ex quibus coniecturis arguatur falſitas, ita vt nullatenus probet.

Liber hiſtoriarum qualiter probet vide *in §. Hiſtoria*, vbi etiam de libris Chronicorum. 38

Quòd liber Chronicorum deſcriptus per verba enunciati-

Digitized by Google

ciatiua non probet, niſi verſemur in antiquis, & liber ipſe ſit approbatus, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quaſt. 47. fol. 579.*

39 Libri empti à patre pro filio, & illi traditi, ſiue pecunia pro illorum emptione deſtinata, regulariter non ſunt conferendi cum alijs fratribus, & in caſu collationis eſſet attendendus valor de tempore mortis patris, & non emptionis, Duen. *reg. 371. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 27.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 50. num. 24. &c. cap. 231. num. 18. &c. cap. 254. num. 51. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ. 131. per tot.* vbi limitat, niſi magna ob id reſultaret inæqualitas, quæ arbitrio iudicis æſtimabitur, Merlin. *deciſ. 273. num. 14. &c.* Viul. *comm. opin. 324.* vbi videtur intelligere in filio emancipato, & alijs modis etiam declarat, vide *in §. Expenſa num. 23. & ſeqq.* plenè Oinot. *in §. quadam actiones num. 42. & ſeqq. Inſtitut. de act. fol. 440.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib. 13. tit. 14. num. 8. & ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Pralud. 2. §. 5. num. 22. & ſeqq.*

Quòd libri dati filio vniuſ ex ſocijs omnium bonorum, remaneant communes, Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 29. nu. 16. &c.*

Quando libri ſtudij acquirantur filio ſtudenti, vel non, Tuſch. *lit. L. concl. 349. & 350.*

Libris legatis, quid veniat, vide *in §. Legatum n. 19. in fine, & nu. 55. & 68.*

40 Libri hæreticorum, Necromanticorum, ſiue aliàs prohibiti, qualiter, & ſub quibus pœnis non poſſint ab aliquo retineri, vel legi, & retinentes, vel legentes ob id ſubijciantur Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, Caten. *tract. de hereſi num. 125.* Delrius *Diſquiſ. Magic. lib. 5. ſect. 17.* Cancer. *quaſt. crim. cap. 1. de heret. num. 64.* Farinac. *de hereſi quaſt. 180. num. 9.* Seſſe *tom. 4. deciſ. 464. num. 24.* & alij relati per Dian. *part. 4. tract. 7. reſolut. 6.* Ricc. *deciſ. 160. volum. 2.* vide *in §. Amor num. 6. & §. Lex numer. 6.* Scortiam *in Select. Pontif. Conſtit. Epit. 63. Theorem. 168. & 169. fol. 240.* latè Souſam *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 11. per tot. fol. 97. &c.* latè Baldel. *Theol. Moral. tom. 2. lib. 1. diſputat. 45. 46. & 47.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part. 2. lib. 2. cap. 20. per tot. fol. 688. & ſeqq.* Caren. *de off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 10 per tot* Torreblanc. *de Magia lib. 3. cap. 15.* Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part. 2. verb. Libri fol. 214. &c.* latè Mendo *tract. de Iur. Academ. lib. 2. quaſt. 17.* vbi multa dubia reſoluit Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Libri,* Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. eodem verb. part. 5. fol. 45.*

Quòd nulli libri, aliæue ſcripturæ poſſint imprimi, & publicari abſque approbatione Ordinarij ſub pœna ducatorum centum ſabricæ S. Petri applicandorum iuxta Bullam Leonis X. de qua plura Ricc. *Collect. 3968. & 3808. & deciſ. 77. & 380.* Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtit. Epit. 56. Theorem. 154. & 155. fol. mihi 224.*

Quòd retentio librorum damnatæ lectioni ſcienter habita reddat ſuſpectum de hæreſi, ignorantia verò rationabilis excuſet, Coſta *de facti ſcient. & ignor. diſtinct. 33. per tot.*

41 Libro rationum adminiſtratoris ſtatur circa expenſas ab eo factas, dummodò expenſæ ſint veriſimiles, non poſſint aliter probari, vt quia ſumus in actibus, qui fieri conſueuerunt abſque teſtibus, & Scriptura, concurrat etiam qualitas, ſiue veritas cauſæ, legalitas ſcribentis, ipſiuſque bona fama, expenſæ non ſint exceſſiuæ reſpectu patrimonij, & huiuſmodi, ad tradita per Crauett. *de antiquit. temp. verſ. limitatur quarto num. 32 & ſeqq.* Beltrand. *conſ. 139. lib. 1.* Genu. *de ſcript. priu. tit. de lib. Adminiſt. num. 1. & ſeqq.* vide ſupra *num. 21.*

Quòd vt liber Adminiſtratoris probet, debeant in eo omnia ſingillatim deſcribi de die in diem, tam reſpectu eius, quod recipitur, quàm eius, quod expenditur, vt tantum ex tali fundo, tantum à tali colono, tantum à tali debitore, tantum tali die, menſe, & anno, & in tali re expenſum, Ioſeph. Ludouiſ. *concluſ. 29. pag. 73. verſ. amplia 18.* Genu. *vbi ſupra nu. 3. &c.*

42 De diuerſis libris, eorum auctoritate, & fide, Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Libri num. 13.* & Com. Auguſt. Fontan. *loc. ſupra cit.*

43 Librarij, ſiue Bibliopolæ, Calcographi, & ſimiles librorum mercatores propter nobilius ſubiectum ab illis tractatum dicuntur, & ſunt nobiliores cæteris mercatoribus, illiſque præferuntur in ſeſſionibus, & huiuſmodi, ac plura de illorum nobilitate, Caſſan. *in Catal. glor. Mundi part. 12. conſ. 73.* Garzon. in opere nuncupato *la Piazza vniuerſale Rub. de Librai,* cæterique relati à Thoro *Compend. dec. Neap. part. 1. verb. Mercator.* vbi deciſum teſtatur, & quod in illo Regno pro illorum Mercaturis ſunt exempti à Regia Dohana ex ſpeciali priuilegio Caroli V. Imperatoris, ſicut nec ſcholares ſoluunt gabellam pro libris.

Libri Studioſorum qualiter ſint exempti ab omni obligatione, & hypotheca etiam expreſſa generali, nec in illis poſſit fieri aliqua executio, Ricc. *Collect. part. 5. deciſ. 3042.* Vincent. Caroc. *de remed. contrau. ſentent. praiud. except. 56.* cæterique relati à Mendo *tractat. de Iur. Academ. lib. 3. quaſt. 7. num. 51. fol. 274.* & dixi *in §. Executio nu. 3. &c.* 44

§. LICENTIA. XIV.

Licentia conceſſa per teſtatorem, vel alium de ingrediendo, & capiendo bona propria auctoritate, intelligitur dummodo alter non poſſideat, nam poſſeſſore reluctante, licentiæ non eſſet locus, ſed opus eſſet iudicis auctoritate, Gratian. *diſcept. for. cap. 47. n. 20. cap. 87. nu. 10. &c. c. 542. n. 15. &c.* vbi quòd idem eſt in ſtatuto dante huiuſmodi licentiam, & facultatem. 1

An dicta licentia importet hypothecam, vide *in §. Hypotheca num.*

Licentia prædicta, vt locum habeat, debet præcedere liquidatio cum citatione partis, quòd euenerit huiuſmodi caſus poſſeſſionis capiendæ propria auctoritate, niſi ſit expreſsè conceſſa etiam ante liquidationem pro ſumma, quæ apparebit liquidato negotio, nec exerceri poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, niſi eſſet in eſſe producta tempore factæ alienationis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 633. num. 1. &c. cap. 921. num. 9. etc.* latè Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 46. num. 24. et ſeqq.* vbi etiam quòd non ſit neceſſaria citatio, quando pars adiuit iudicem non pro habenda licentia, ſed vt ſibi concedat familiam ad aſſociandum propter ſcandala euitanda, vide *in §. Facultas n. 4. §. Pactum nu. 6. & §. Poſſeſſio num. 4. & 43.* Sanfelic. *deciſ. 151. per tot. & deciſ. 312.* 2

Licentia diſponendi altè, & baſsè, ac prout videbitur, & placebit, comprehendit liberam, & abſolutam voluntatem non reſtrictam ad arbitrium boni viri, Gratian. *diſcept. for. cap. 23. per tot.* 3

Licentia alienandi conceſſa à teſtatore, operatur vt ille, in quem fit alienatio dicatur habere ab ipſo teſtatore, & non ab alienante, ac conceſſa filio pro medietate extenditur ad totam hæreditatem, & per quæ verba inducatur huiuſmodi licentia, Gratian. *diſcept. for. cap. 416.* Montan. *de tut. cap. 33. n. 427. et ſeqq. fol. 149.* vide *in §. Alienatio n. 18. §. Minor n. et §. Societas num.* 4

Licentia alienandi conceſſa inter eos de familia poſt inductum fideicommiſſum, non regulatur adinſtar fideicommiſſi familiæ facti, in quo ſeruatur ordo ſucceſſiuus, & ſemper proximior admittitur, vt dixi *in §. Fideicommiſſum nu. 9. etc.* ita vt alienatio non poſſit fieri niſi in proximiorem; ſed ſat eſt rem eſſe apud vnum de familia, & in eo permanere, licèt remotior ſit, Magon. *deciſ. Flor. 72. num. 8.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 15.* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 380.* Fontanel. *deciſ. 94 num. 5.* Mart. Medic. *deciſ. 8. num. 14. et ſeqq. deciſ. 83. numer 42.* Seraph. *deciſ. 874. num. 2.* Io: Ant. Bellon. *conſ. 1. num. 85. et ſeqq.* vbi benè declarat hanc concluſionem. 5

Intellige quando agitur de fideicommiſſo conditionali inducto ſolùm in caſu alienationis extra familiam, & non habente antecedentem, vel ſubſequentem ſubſtitutionem, vel vbi adeſt expreſſa licentia alienandi ſine aliqua clauſula præſeruatiua fideicommiſſi, vel denique quando fideicommiſſum ex ipſa tantùm prohibitione reſultat; ſecùs autem in fideicommiſſo ſimplici, perpetuo, & abſoluto, ante permiſſionem alienationis ordinato fauore ſuorum deſcendentium, vel familiæ, ſeruata gradus prærogatiua, quia tunc dicta licentia non operatur, vt grauatus poſſit ordinem peruertere alienando in remotiorem in præiudicium proximioris vocati, vel tantùm operatur ad ſuſtinendam alienationem durante vita grauati alienantis, & non vltra, prout egregiè declarat Bellon. *d. conſ. 1. numer. 29. etc.* Vrceol. *conſultat. forenſ. cap. 86. per tot. volum. 2.* vbi inferit duas deciſiones Rot. *Rom. in Bononien. Domus de Malnaſia*

Digitized by Google

naſia 12. Februarij 1666. & 24. Ianuarij 1667. coram Emerix, idem optimè comprobantes, prima habetur part. 14. recent. deciſ. 415.

Quòd licentia alienandi ſit compatibilis cùm fideicommiſſo in caſu mortis, & quomodo, Aliograd. conſ. 81. nu. 47. &c. lib. 2. vide in §. Fideicommiſſum num. 23. & §. Facultas num. 4.

6 Licentia vendendi conceſſa nihil operatur quoad hypothecationem, nec è contra, nam vno ex his conceſſo, non videtur alterum permiſſum, Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 19.

7 Licentia alienandi emphyteuſæ conceſſa quanto tempore duret, vel conſumatur, latè Surd. dec. 189. n. 203 per tot. vide in §. Emphyteuſis num.

8 Licentia ſimpliciter conceſſa diſponendi de aliquo retrahitur, & adaptatur tam ad vltimas voluntates, quam ad contractus, Menoch. conſ. 210. num. 1. &c. conſ. 476. num. 13. &c. conſ. 1006. num. 32. &c. Surd. deciſ. 279. numer. 7. & conſ. 357. num. 7. lib. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 339. nu. 22. vbi tamen num. 6. &c. concludit ſecùs eſſe vbi dictum eſſet durante vita, quia tunc non cenſetur reſeruata facultas teſtandi, ſed tantùm inter viuos diſponendi, quod vltimum, latè probat Merlin. dec. 747. per text. in l. pater filium 36. §. Fundum Titianum ff. de leg. 1.

De alienatione permiſſa inter illos de familia, an cenſeatur etiam permiſſa donatio cauſa mortis, latè Mart. Medic. Exam. 52. & deciſ. 83. per tot. cum Addit.

Alia vide in §. Facultas num.

Quòd licentia diſponendi per vltimam voluntatem conceſſa à teſtatore filijs primis gradus nominatim inſtitutis, non egrediatur illorum perſonas, maximè ſtantibus dictionibus repetitiuis; & perſonalitatem denotantibus, Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 673. nu. 19. & ſeqq. Rot. part. 5. recent. deciſ. 359. n. 34. & ſeqq. cum alijs per Bich. deciſ. 4. num. 11. & ſeqq. per tot.

9 Licentia alloquendi cum Monialibus debet concedi tantùm ob legitimam cauſam, nec ſufficit occaſio conſanguinitatis, ac debet compendioſa verba dicere in præſentia Abbatiſſæ, qui vult cum Moniali loqui, ita vt nec Epiſcopus poſſit extra ſuam Diœceſim alloqui, & ingredi Monaſteria ſine licentia ſuperioris loci, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 393. num. 16. &c. latè de hac materia Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 7. tit. 12. num. 34. & ſeqq. fol. 59. dixi in Prati. §. Monaſteri numer. 2. Raynald. Syntax. rerum crimin. cap. 1. §. 15. vbi num. 11. refert duas Sacræ Congregationis reſolutiones per quas fuit declaratum, patres, filios, atque fratres Monialium non indigere licentijs alloquendi cum illis, & alia ad rem, vbi qualiter, & ſub quibus pœnis de hoc ſit cautum per bannimenta, & Conſtitutiones ſtatus Florentini.

Plura notabilia circa prohibitionem alloquendi cum Monialibus, quando locum habeat, vel non, Dian. part. 3. tractat. 2. reſolut. 48. per tot. & reſolut. 103. & 104. latè Tamburin. in ſuo celebri tractat. de iur. Abbatiſſ. & Monial. diſput. 22. 23. 24. 25. & 26. per tot. Ciarlin. part. 2. controu. 14. per tot. Sperel. deciſ. 97. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 45. num. 172. & in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular. & Monial. Gauant. in Manual. verb. Monialium allocutio, Pellizar. de Monial. cap. 5. ſect. 5. Thom. del Bene de Immunitat. Eccleſ. part. 2. dub. 70. cap. 9. ſect. 2. Pac. Iordan. loc. ſupra cit. vbi numer. 52. & ſeqq. quòd patribus, & matribus, atque fratribus, & ſororibus monialium permittitur acceſſus, & allocutio ſine licentia, & fuit dictum in cauſa contra Antonium Mariam Franciſchium de Florentia ſub die 7. Martij 1678. per Magiſtratum DD. Octo Balliæ, à quo cognoſcuntur huiuſmodi cauſæ per ea, quæ dixi in §. Monaſterium num. 20.

An licentia ingrediendi Monaſteria Monialium debeat eſſe in ſcriptis; etiam quoad forum conſcientiæ, Dian. part. 3. tract. 2. reſolut. 129. & part. 8. tract. 7. reſolut. 60. vbi an conditiones appoſitæ in licentia obligent ſub mortali ad illarum impletionem, & obſeruantiam, & videtur negatiuè concludere.

Alia de huiuſmodi licentijs, Dian. part. 9. tract. 7. reſolut. 33. & ſeqq. & part. 10. tract. 13. reſolut. 26. vbi an loquentes cum Monialibus ſine licentia peccent mortaliter, refert, negantes ſtante iuſta cauſa, & omni periculo ceſſante, ipſe verò quoad Regulares, contra quos maior viget prohibitio indiſtinctè affirmat in vtroque foro, & eſſe leuere puniendos, latiùs idem Dian. d. part. 10. tract. 14. reſol. 52. cum pluribus antecedentibus, & ſeqq. de iſta materia, de qua etiam plenè Thom. del Bene de Immunit. Eccl. part. 2. cap. 19. Dubit. 32. cum pluribus ſequentibus fol. 232. & ſeqq. vbi à quibus, & ex quibus cauſis poſſint tales licentiæ concedi, an debeant eſſe ſpeciales, an intelligantur pro vna vice tantùm, an debeant eſſe in ſcriptis, quæ ſint iuſtæ cauſæ illas concedendi, & alia ad rem, Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 9. & 10. per tot. fol. 36. &c.

10 Licentia alia eſt propria, alia abuſiua, de multiplici licentiarum ſpecie, conceſſa in prohibitis, qualiter intelligatur, an pro licentia ſufficiat tacitus conſenſus, & an petita, licèt non obtenta releuet, Tuſch. litt. L. concluſ. 351. & ſeqq.

An licentia ingrediendi Monaſterium, vel alloquendi cum Monialibus, vel teſtandi, & huiuſmodi intelligatur pro vna vice tantùm, vel pro actibus reiterabilibus, Addit. ad Sanfelic. deciſ. 344. verſ. Ideo data &c. vbi in odioſis tenet vnica vice conſumi, in fauorabilibus verò pluries durare.

11 Licentia teſtandi, ſiue alienandi conceſſa Religioſo intelligatur ad vſus pios, & cauſas pias, ſi agatur de bonis Eccleſiaſticis, & ab illis prouenientibus; ſecùs autem de patrimonialibus, & propria induſtria quæſitis, quia tunc extenditur etiam ad vſus profanos, Rot. in Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. coram Cerro in recent. par. 9. vol. 1. deciſ. 18. num. 22. & ſeqq. vide in §. Clericus num. 40. in fine.

Quòd non expiret per mortem Papæ concedentis, etiam re integra, cùm ſit mera gratia, nec reſtringatur ad vnicum actum teſtandi, & ſuperueniens conualidet etiam teſtamentum præcedens, Mandol. in Prax. de ſignat. grat. tit. de licent. teſt. Aloyſ. Ricc. Prax. var. reſolut. cap. 386. per tot.

Sed quòd dicta licentia conceſſa à Magno Magiſtratu Religionis Hieroſolymitanæ eius Equitibus diſponendi de bonis ſuis, ſit intelligenda de bonis patrimonialibus tantùm prouenientibus, ſcilicet à patre, matre, alijſue coniunctis, & non de alijs ex propria induſtria quæſitis, & tantò minùs eccleſiaſticis, ac ſecundùm aliquos reſtringatur ad actus inter viuos, & non per viam vltimæ voluntatis, latè Rot. in eadem cauſa, & coram eodem, recedendo à prius deciſis d. part. 9. rec. dec. 118. per tot. ſub die 23. Iunij 1642. vbi quòd ita inconcuſsè ſeruatur in dicta Religione.

Quòd ſoleat eſſe conditionalis, dummodò de aliqua portione ad fauorem Religionis diſponant, qua conditione non impleta, non ſuffragetur, prout nec etiamſi prius fuerit conditum teſtamentum, & poſteà obtenta licentia & alia de hac materia Rot. part. 13. recent. deciſ. 445. per tot.

12 Licentia quando, & quomodo ſit à Prælatis concedenda Clericis, vel Sacerdotibus teſtimonium ferendi coram iudicibus ſæcularibus in cauſis criminalibus, Thom. Triuiſ. deciſ. 30. per tot. lib. 2. vbi refert contrarias opiniones, quas diſtinguit, & benè declarat, dixi in §. Clericus num. 50. et 51.

13 Licentia proprij parochi in contrahendo matrimonio an præſumatur, vel à quo ſit probanda, & de licentia reuelandi confeſſionem an probetur per aſſertionem Sacerdotis Confeſſarij dicentis illam habuiſſe à penitente, Lap. alleg. 126. cum Mandoſ. ibid. & Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 984. per tot. vide in §. Matrimonium, et §. Sacerdos.

14 De varijs licentijs, quando neceſſariæ, & quid operentur, Thoro compend. deciſ. Neapol. verb. Licentia, Caſtelon. Alphab. iurid. & Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. eod. verb. fol. 48.

§. LINEA. XV.

1 Linea eſt ordinata collectio perſonarum ab vno ſtipite deſcendentium diuerſos continens gradus, Caualer. dec. 241. per tot. vbi declarat quid ſit linea, & quos comprehendat, Merlin. deciſ. 206. n. 15. etc. et deciſ. 228. nu. 21. etc. Altograd. conſ. 95. n. 10. lib. 2. vbi etiam quid ſit gradus, & vide in §. Gradus num.

Quotuplex ſit linea, & in dubio de qua intelligatur, Tuſch. lit. L. concluſ. 357. et 358. Cabal. conſ. deciſ. 112. n. 11. etc. lib. 2. plenè Hermenegil. Roxas tract. de incompatibili,

Regnor.

Digitized by Google

Regnor. & Maiorat. part. 1. cap. 6. per tot. vbi de linea in genere quid ſit, de linea recta deſcendentium, ſiue linea ſubſtantiæ, de linea actuali, ſiue effectiua poſſeſſoris, de linea habituali, de linea aſcendentium, de linea paterna, materna, collaterali, æquali, & inæquali, de linea contentiua, qualitatis, ſubſtantiæ, de linea agnaticia vera, limitata, vel artificioſa, de linea maſculina, fœminina, electiua, & huiuſmodi ad dignoſcendum circa Maioratuum ſucceſſiones, verum, & legitimum ſucceſſorem, & Rot. *part. 18. recent. deciſ. 414. per tot.*

2 Lineæ appellatione, directa, non autem infleaa, vel tranſuerſalis continetur, & ſic veniunt ſoli deſcendentes, exceptis quibuſdam caſibus, vt per Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat. 35. per tot.* vbi etiam quòd veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, niſi eſſet facta mentio de linea recta, vel habita ratio agnationis, vel agatur de bonis feudalibus, vel niſi ſint vocati maſculi per lineam maſculinam, vel ex linea maſculina, vel niſi ſit dictum de linea paterna, vt ibidem, & vide *in §. Fœmina numer.* Peregrin. *de fideicomm. art. 22. numer. 24. &c.* Merlin. *deciſ. 66. per tot.* Ricc. *Collect.* 3740. Carol. Marant. *controu. part. 5. reſponſ. 49. per tot.*

Quòd lineæ appellatione veniant omnes deſcendentes tam maſculi, quàm fœminæ, & etiam deſcendentes fœminarum, ita vt omnes poſſimus dici de linea Adami, Bald. *conſ. 334. num. 10. lib. 3.* cum alijs per Ludouiſ. *dec. 383. nu. 3. &c.* vide *infra num. 6. & in §. Maſculinum num. 4.* Marant. *loc. cit.*

Item ſub nomine lineæ veniunt etiam filij naturales, Rot. *par. 16. rec. dec. 11. n. 2. & ſeqq.* vbi ſupra.

3 Linea, quæ numquam incæpit, an poſſit dici deficere, vel defecta, adeò vt ſubſtitutis in defectum illius admittatur, affirmatiuè concludit Altograd. *conſ. 71. num. 1. lib. 2.* vide *in §. Subſtitutio num. 49.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 81. n. 12. vol. 2.* vbi plures alios allegat, *& cap. 82. num. 5. d. vol. 2.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 330. nu. 1. &c. part. 14. deciſ. 233. nu. 3. &c.*

Contrarium plenè probat Ger. Spin. *conſ. 12. nu. 1. & ſeqq. per tot. & conſ. 80. num. 9. &c.* Amat. *deciſ. Ferr. 55. per tot.* Sed illum reprobat atteſtando de veriori contraria opinione Vrceol. *d. cap. 81. n. 12. vol. 2.* vide *in §. Verbum n. 34.* vbi habetur diſtinctio ex Rot. *part. 11. recent. dec. 94. n. 21. &c. & dec. 196. num. 14. & ſeqq.*

An autem dicatur defecta linea, ſi adſit aliquis ex ea, ſed incapax ſucceſſionis, vel relicti, ita vt ſaltem interim ſuſpendatur diſpoſitio, & inducatur temporanea ſubſtituti excluſio, Rot. *part. 14. rec. deciſ. 437.* & dixi *in § Conditio n. 49. nu. 80. & 81.*

Quòd linea maſculina primo loco vocata præſumatur finita, ſi nullus compareat de ea, petens ſe admitti, & fiat locus lineæ fœmininæ ſubſtitutæ, Rot. *part. 16. recent. dec. 118. nu. 3. & 4.*

De linea emphyteuſis ſemel incæpta, ſi pretendatur finita, hoc probandum ſi à domino directo, ſecùs verò ſi non conſtet habuiſſe principium, nam tunc excipiens de illa tenetur eius exiſtentiam probare, Rot. *part. 16. recent. dec. 385. nu. 6. & 7.*

4 Linea vna ſemel admiſſa ſemper durat admiſſio, donec ſupereſt aliquis eiuſdem lineæ, etiam ſi alij alterius lineæ in pari, vel etiam proximiori gradu reperiantur, Natt. *conſ. 22. num. 1. lib. 1.* Rot. *part. 2. Diuerſ. deciſ. 15. num. 8. & deciſ. 100. nu. 1.* vbi tamen limitat niſi aliter conſtet de contraria mente diſponentis, ſiue ex obſeruantia ſubſequuta, quæ declarare poteſt mentem dubiam teſtatoris, Gratian. *diſcept. for. cap. 621. nu. 4. &c.* dixi *in reſolut. cap. 40. num. 6. & per tot.*

Quòd regulariter non fiat tranſitus de vna linea ad aliam lineam, donec ſupereſt aliquis de linea vocata, cùm linea primi ſuccedentis ſe in infinitum extendat, Rot. *part. 2. Diuerſ. deciſ. 209.* Merlin. *deciſ. 864. n. 33.* Rot. *part. 13. rec. dec. 469.* vbi niſi aliter ſit diſpoſitum à teſtatore, prout in ea deciſione, vide *in §. Primogenitura*, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 414. per tot.*

5 Linea vna ſemel excluſa, cenſentur excluſi omnes deſcendentes ex ea tamquam prouenientes ex radice infecta, cùm magis attendatur qualitas perſonæ, à qua quis prouenit, quàm qualitas, & habilitas perſonæ propriæ, Tiraquel. *de iure primog. q. 12. n. 15. &c.*

Quòd ſuccedere non debeant illi, quorum repelluntur auctores, & ſic prouenientes à radice infecta, & excluſa non admittantur, cùm non poſſit eſſe plus virtutis in cauſato, quàm in cauſante, & influente, & cùm defectus, qui eſt in origine reperiatur in quolibet deriuato, vide Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 317. num. 3. &c.* Altograd. *conſ. 47. num. 72. & 73. lib. 2.*

Intellige prædicta, quando eſt habita ratio conſeruandæ agnationis, & vbi quis vellet perſonam alterius excluſi repræſentare, ſecùs ſi veniat ex propria perſona, vel ceſſante cauſa excluſionis, nam tunc non attenditur inhabilitas perſonæ, ex qua quis prouenit, Bart. *in l. liberorum numer. 16. ff. de verb. ſignific.* Soccin. iun. *conſ. 2. num. 20. &c. lib. 3.* cum alijs per Rot. *part. 2. Diuerſ. deciſ. 15. numer. 4. & ſeqq.* vide *in meis reſolut. cap. 40. per tot.* vbi an maioratus, vel primogenitura, mortuo maiore natu, vel primogenito primo vocato, & admiſſo, vadat ad illius deſcendentes perpetuò, vel potiùs tranſeat ad maiorem natu, vel primogenitum alterius lineæ tamquàm habentem qualitatem à teſtatore in fundatione maioratus requiſitam, & concluditur in maioratu (quidquid ſecùs in primogenitura) ad fauorem maioris natu alterius lineæ ex pluribus ibidem allegatis, quibus adde Altograd. *conſ. 46. nu. 20. lib. 2. conſ. 47. nu. 46. d. lib. 2.* Palm. penes Altograd. *conſ. 95. num. 141. lib. 2.* Merlin. penes eumdem Altograd. *d. conſ. 95. num. 113.* Iacob. Federig. apud Altograd. *d. conſ. 95. num. 156.* cum alijs per eos relatis.

Quamuis opinio ſit admodum controuerſa, & multi alij contrarium ſentiant, vt per Bardellon. *conſ. 60. nu. 61. lib. 1.* vide *in §. Primogenitura num. 15.* & caſus, de quo ſcripſi *in d. cap. 40.* adhuc pendet indeciſus in Rota Florentina dum hæc ſcriberem de anno 1667.

Linea Maſculina incipit in filio maſculo, fœminina verò in filia fœmina, & linea, quæ non incæpit, licèt non videatur defecta, tamen admittitur ſubſtitutus ordinatus in defectum lineæ, vt benè probat Rot. *part. 14. recent. dec. 233. nu. 1. & ſeqq. ſupra nu. 3.* 6

Quando linea maſculina accipiatur pro ſexu, & maſculi deſcendentes ex fœminis non veniant appellatione lineæ maſculinæ vbi fuit contemplata agnatio, & alia, Rot. *part. 11. recent. deciſ.* 218. coram Bichio inter eius impreſſas *deciſ. 493. per tot.* vide *in §. Maſculinum n. 4.* Rot. *par. 15. recent. deciſ. 369. n. 1. &c.* Carol. Marant. *controu. part. 5. reſponſ. 49.*

De linea, quòd ſit nomen Collectiuum plurium perſonarum, & graduum, & ſit duplex nempè effectiua, & contentiua, & in dubio facta mentione de linea intelligatur de recta, & effectiua non de tranſuerſali, & alia ad rem, Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap. 12. gloſ. 3. fol. mihi 487.* Couar. *de Matrim. cap. 6. §. 6. num. 4. &c.* Carol Anton. de Luca *tractat. de linea legal. per tot.* Cyriac. *controu.* 281. *& 365.* Caſtill. *controu. tom. 5. cap. 67. 91. & ſeqq.* Paſchal. *tract. de patr. poteſt. part. 4. cap. 9. n. 72. & ſeqq.* & alij plures citati à Modern. Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Linea fol. 50.* 7

Plura de lineali ſucceſſione, de linea actuali, & habituali, qui veniant ſub nomine lineæ, de contentiua, & effectiua, & alia tradit Io: Torre cum alijs ab eo citatis in varijs locis *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogenit. Ital. indicatis in Repertor. general. in fine part. 3. verb. Linea*, & Aloyſ. Manſ. *conſ: 204. lib. 3.* 8

§. LIS. XVI.

Lis quando, & ex quibus dicatur introducta, & pendere, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 66. n. 27. &c. cap. 531. n. 75. et c. cap. 535. n. 2. 13. et ſeqq. ad 22.* Duran. *dec. 374. et 375. per tot.* Ricc. *Collect.* 139. 1225. 2540. Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 986. per tot.* 1

Qualiter inducatur litis pendentia per citationem, conteſtationem, commiſſionem, & ſimilibus modis, latè Lancellot. *de attent. part. 2. in præfat. numer. 1. et ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. numer. 2. et ſeqq. fol.* 214. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 380. Ludouiſ. *deciſ. 54.* Bich. *deciſ. 384.* vbi quòd ex ſola commiſſione cauſæ non inducitur litis pendentia ad effectum attentatorum, niſi poſt illius vſum.

Quòd lis verificetur etiam in contentione extraiudiciali, Rot. *part. 2. Diuerſ. deciſ. 327. n. 2.*

Quid veniat appellatione litis, & controuerſiæ, Tuſch. *lit. L. concl. 379.*

Quòd

Quòd per notificationem, vel intimationem certificatoriam alicuius rei, non inducatur aliqua lis, vel iudicium, Magon. *deciſ. Florent.* 90. *num.* 5. *&c.* Nec per alios actus extraiudiciales, vel etiam iudiciales, ſed ſine aliqua figura iudicij, & ſine citatione partis, & etiam in iudicio criminali ad effectum euitandi attentata, Bich. *deciſ.* 231. vbi quod attentata ſunt plenè probanda, quia ſapiunt delictum, nec ſufficiunt teſtes de auditu, vide *in* §. *Attentata*.

Item nec per ſimplicem comparitionem, maximè cum proteſtatione citra animum litem conteſtandi, Duran. *deciſ.* 440. *num.* 1.

Item nec per ſequeſtrum perſonæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 906. *num.* 19. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 31. *num.* 12. Lancellott. *de attent. part.* 2. *in præfat. num.* 209. *&c.*

Item lis nulliter mota pro non mota habetur, nec litis pendentiam, vel præuentionem inducit quoad alios iudices, Magon. *d. deciſ.* 31. *num.* 3. *&c. num.* 17. vide *in* §. *Res litigioſa*.

Quid operetur litis pendentia, & ex quibus tollatur, Tuſch. *littera L. concluſ.* 381. *&* 382.

Quòd litis pendentia inducatur per ſolam citationem executam, & illius exceptio procedat, licèt tribunalia ſint ſub diuerſis Principibus, ac obſter quoties obſtaret exceptio rei iudicatæ, intelligendo in cauſis ciuilibus, licèt diuerſum ſit in criminalibus, in quibus vltra priuatum intereſſe viget etiam vtilitas publica, Conſtantin. Caſar. *ſpecul. peregr. in* 99. *quæſt.* 29. *per tot.* vbi etiam quando ſecus ſi Principes eſſent inter ſe bellantes, & eſt in cauſa DD. Marchionis Michaelis Angeli Baleonis, & Equitis Io: Bardi Florentinorum, vide *in* §. *Exceptio num.* 16.

2 Lites plurimos malos effectus producunt, nam nihil magis dæmonibus ſimile quàm litigare, cauſant multa peccata, turbant amicos, inducunt inimicitias, fatigant homines laboribus, impenſis, & moleſtijs, illarum exitus, ſicut belli, ſunt incerti, fulciunt iniuſta, turpia exornant, veritatem adulterant, & alia mala pariunt, adeò vt prudentes exiſtiment furioſum contra ſuperiorem litigare, cum inferiore ſordidum, cum æquali dubium, & liberari à litibus, & moleſtijs pro magno intereſſe reputari, & multa pro recedendo à litibus, imò à timore litium permitti, ad tradita per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 5. *num.* 41. *&c. fol.* 143. Tuſch. *litt. L. concl.* 384. vbi plura de litibus execrandis, & fugiendis, Cabal. *conſ. deciſ.* 128. *num.* 325. *& ſeqq. lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3425. & longè poſt hæc ſcripta D. meus Vrceol. *in eius nouiſſimo, & pulcherrimo tract. de tranſact. in exord. ſiue præfat.* vbi alia plura de litium incommodis, & vtilitate de illis tranſigendi, Franciſ. *var. reſolut. in Epiſt. ad Lector. & in cap.* 1. *per tot.* vbi multa contra aduocatos inducentes, vel conſulentes alios ad litigandum, & de litibus fugiendis, propter plurima illorum mala, præcipuè verò in Eccleſiaſticis, & quibus caſibus litigare liceat eiſdem tam de conſilio, quàm de præcepto.

Et ideò bonum eſt ſemper, imò magnum charitatis officium, & quandoque præceptum ſuadere partes ad concordiam, & amicabilem compoſitionem; quod & benè comprobat idem D. meus Vrceol. *loc. cit.*

Reddunt tamen lites homines ſagaces, ſollicitos, vigilantes, audaces, & prouidos; faciunt Doctores homines, etiam aliàs vulgares; atque bonitatem pacis, & concordiæ agnoſcere iuxta illud vulgatum, *Non conoſce la pace, e non la ſtima, chi prouato non hà la guerra prima.*

3 Lis non inducit malam fidem, quæ præſcriptionem interrumpat quando actor ſuccubuit, cùm iam ſit detecta iniuſta, niſi ſententia eſſet nulla, vel iniuſta, ſicut etiam lis in poſſeſſorio mota non impedit præſcriptionem in petitorio, nec quando fuerit diuturno tempore ceſſatum à lite, Sperel. *deciſ.* 178. *num.* 69. *& ſeqq.* vide *in* §. *Mala fides num.* 1. *&c.* §. *Res litigioſa num.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 156. *num.* 1. *vol.* 2. Bich. *deciſ.* 379. *num.* 2. *& ſeqq.*

Vitium litigioſi an, & quando locum habeant, vel non, & ex quibus legibus proueniat, latè Tuſch. *litter. L. concl.* 386. *&* 387. *per tot.* vide *in* §. *Res litigioſa*.

4 Litis conteſtatio dicitur principalis negotij apud iudicem hincindè facta narratio, & ſubſequuta reſponſio, *gloſ. in cap.* 1. *de lit. conteſt.* Hoſtien. *in ſumm. eodem* §. 1. Fontanel. *deciſ.* 373. *& ſeqq.* vbi quid in Cathalonia habeat vim litis conteſtationis, de eius effectibus, & alia, & *dec.* 499. *eum ſeqq.* vbi etiam an poſſit liti renunciari, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & alia ad rem, Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 16. *per tot.*

Quod litis conteſtatio meliorem plerumque faciat conditionem actoris, ſed aliquando etiam deteriorem, Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 37. *&* 38. *per tot.*

Qualiter autem pluribus modis fiat huiuſmodi conteſtatio, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quos effectus producat, & alia ad propoſitum, vide per Hoſtien. & Goff. *dict. tit.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 5. *per tot. fol.* 140. Marant. *in prax. part.* 6. *memb.* 10. *per tot.* Tuſchus *litter. L. concluſ.* 389. *& ſeqq. ad* 398. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 155. *&* 156. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 402. 403. 404. Maſcard. *de probat. concluſ.* 434. *& concluſ.* 985.

Et quoad criminalia, Clar. §. *fin. quæſt.* 45. Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 55. *&c.* Chriſtin. *loc. cit.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *qu.* 146. *per tot.*

Quòd lis habeatur pro conteſtata ſtante mora, fuga, & cunctatione citati ne conteſtetur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 851. *num.* 4. *cap.* 939. *num.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 15. *gloſ.* 2. *num.* 5. *&c.* vbi quòd contumacia citati habetur pro conteſtatione, & operatur eoſdem effectus, quos vera litis conteſtatio.

Quòd litis conteſtatio inducatur per oppoſitionem exceptionum generalium, vel generalia contra, Seraph. *deciſ.* 920. *num.* 2. vide *in* §. *Oppoſitio num.*

Quando, & ex quibus actibus inducatur litis conteſtatio, vel non, tam inſpecto iure communi, quàm ſtatuto Florentino, latè Aſin. *in prax.* §. 17. *cap.* 1. *&* 2. *&c. per tot.* Duran. *deciſ.* 375. *per tot.* Marant. *part.* 6. *memb.* 10. *& vlt. per tot.* Gail. *obſeru.* 73. *lib.* 1. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 12. Tuſch. *litter. L. concluſ.* 390. *&c.*

Quòd in cauſis ſummarijs primus actus reſpiciens merita cauſæ habeatur pro conteſtatione, Seraph. *deciſ.* 920. *num.* 3.

Quòd litis conteſtatio perpetuet actionem vſque ad 40. annos, ſicuti iuramentum, *l.* 1. §. *fin. C. de annal. except.* Euerard. *loc. à vi, & oneeg. iuram. num.* 49.

Si ante litem conteſtatam moriatur reus, debet iteratò formari libellus contra hæredem, *l. de eo,* §. *fin. ff. ad exhib. l. cum autem* 73. *ff. de rei vindic.* Sanfelic. *in Praxi ſect.* 45. *num.* 23. vbi loquitur in actione reali.

Lis inter patrem, & filium quando poſſit eſſe, & an iudicium ſit nullum propter non petitam veniam, Capyc. *deciſ.* 56. *per tot.* Carol. Rota *in Florileg. concluſ.* 17. *per tot.* vbi plura, Otnot. *Inſtit. de act.* §. *pœnales quoque num.* 30. *& ſeqq. ad* 69. *fol.* 417. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 90. *num.* 7. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2598. vide *in* § *Actio num.* 26. Marthæ *vot. Piſ.* 13. *num.* 4. vbi quòd inter patrem, & filium poteſt cadere obligatio naturalis, & de iure canonico, & ita limitatur *l. lis nulla, ff. de iudic.* & in caſibus, in quibus patri non quæritur vſuſfructus, vt ibi per Bart. & Caſtrenſ. latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 17. *per tot.* vbi an inter Patrem, & filium in illius poteſtate exiſtentem poſſit validè conſiſtere obligatio, lis, iudicium, ac conſequenter tranſactio, *& quæſt.* 18. *per tot.* vbi an in huiuſmodi tranſactione requirantur ſolemnitates, & an ſuper legitima, Fontanel. *deciſ.* 447. *&* 448. vbi plura an filij poſſint in ius vocare patrem ſine venia.

Lis vt dicatur finita requiritur ſententia, quæ tranſiuerit in rem iudicatam, imò illius executio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 114. *num.* 34. *&c. cap.* 781. *num.* 18. *&c. cap.* 978. *num.* 26. Tuſch. *litt. L. concluſ.* 385. *per tot.* 6

Quando cenſeatur finita per lapſum decennij, vel ſaltem præſumatur calumnioſa, idem Gratian. *cap.* 535. *num.* 7. *&c. cap.* 758. *num.* 19. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 104. vbi quòd non poteſt dici extincta, niſi adſit ſententia ſuper deſertione, vel notoriè conſtet ex actis de non iure litigantis, *& part.* 13. *deciſ.* 181. *num* 6. *& ſeqq.* vbi quòd ideò ſemper committuntur attentata, etiam poſt 30. vel 60. annos, & vltra, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 388. *per tot.* vide *in* §. *Inſtantia num.* 3.

Qualiter lis finiatur per ſententiam, per ceſſionem, vel renunciationem, per mortem, per tempus, per deſertionem, per negligentiam, & per auctoritatem Principis, latè Lancellott. *de attent. part.* 2. *in præfat. num.* 211. *& ſeqq.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 19. *& ſeqq. fol.* 215. Ricc. *Collect.* 4073. vbi loquitur in beneficialibus.

Digitized by Google

Qualiter finiatur per mortem actoris de iure canonico, & in beneficialibus, quid ſi reus velit ſententiam abſolutoriam, vel actori fuerit datus ſubrogatus gratioſè, Rota *part.9.recent. deciſ.429. per tot. & part.12. deciſ.394. num. 12. &c.* vbi an, & quando finiatur per mortem, *& part. 13. deciſ.56. per tot.*

Non autem dicitur lis finita, vel terminata per ſententias, etiam executioni demandatas, quando ab illis fuit petita reſtitutio in integrum, & commiſſa cauſa, etiam cum clauſula, *ſine præiudicio*, quia illa tantùm operatur, vt iudex poſſit ad executionem procedere ſine vitio attentatorum, & reſtitutio in integrum ſuſpendit curſum rei iudicatæ, ac omnia in priſtinum reponit, Bich. *deciſ. 219. per tot.*

7 Lis ſuper hæreditate alicuius, non reddit litigioſum iuſpatronatus eidem hæreditati annexum, maximè ſi lis non ſit de tota hæreditate, ſed tantùm de aliqua eius parte, Bich. *deciſ.558. num.16. & ſeqq. per tot.*

8 Litigantes, vel inquiſiti, poſſunt pro ſalario Aduocati, & procuratoris executiuæ conueniri in foro cauſæ peractæ, licèt aliàs non eſſent ſubditi, neque ſubiecti, ibique retineri donec ſoluant, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.56. num.7.* dixi *in reſolut. cap.41. num.17. & in hoc opere, §. Salarium num.2. verſ. Poſſuntque.*

9 Litigantes non poſſunt offendi ex cauſa litis, vide *in §. Aduocatus num.22. & §. Procurator num.24.*

10 De litibus, litium conteſtatione, rebus litigioſis, & huiuſmodi habentur aliqua deciſa apud Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. & 3. ſect.2. verb. Lis*, & plura ſatis remiſſiuè per Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Lis, Litigioſa res*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. Legal. part.5. eodem verb. fol.56. &c.* dixi Ego *in §. Res Litigioſa.*

§. LITTERÆ. XVII.

1 Litteræ cambij, in quibus mandatur mercatori recipienti, vt ſoluat ſummam in eis contentam præſentatori, & ponat ad rationem ſcribentis, non liberat ſcribentem, niſi ſequuta ſolutione, cùm aliter non videantur impleti fines mandati, ita vt non ſufficiat acceptatio, & promiſſio recipientis litteras de ſoluendo, ſed illo interim decocto, vel facto fugitiuo, damnum adhuc, & periculum ſpectaret ad delegantem, & ſcribentem, qui per huiuſmodi promiſſionem non remanſit liberatus, niſi vera interceſſerit delegatio cum ſuis requiſitis, de quibus vide *in §. Delegatio num.1. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 64. num.5. &c.* Altograd. *conſ.6. per tot. lib.1.* Gregor. *deciſ.217.* vbi Beltramin. in Addit. Rot. *part.10. recent. deciſ.47. num.1. & ſeqq. per tot. & deciſ. 260. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.20. num.154. fol.400.* latè Menoch. *lib.3. præſumpt.134. num.50. & ſeqq. per tot.* vbi octo caſus diſtinguit, & in fine videtur concludere, quod acceptatis litteris, & facta promiſſione per Campſorem mediante ſtipulatione de ſoluendo præſentanti, ſequatur liberatio ſcribentis, etiamſi poſtea Campſor decoxerit, niſi ſcribens ſciret Campſorem illum eſſe pauperem, & de proximo decocturum, vel niſi fuerit acceptatus ſub periculo ſcribentis, vide eum, & Genu. *de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de litter. Camb. num.67. &c. fol.157. & in Addit. quæſt.7. per tot. fol.47. &c.* vbi videtur in omnibus concordare cum prædictis ex Menoch. & alijs, plures alios addens, & Altograd. *conſ.6. num.45. & ſeqq. lib.1.* vbi quòd facta promiſſione de mandato creditoris, & acceptata ab eo, cui ſolui debet, ſtatim remanet liberatus ſcribens, cùm talis promiſſio, & acceptatio habeat vim veræ ſolutionis ex notoria mercatorum conſuetudine; prout etiam recipiens litteras dando debitum ſcribenti, & creditum præſentanti facit nouationem, & ipſo iure remanet liberatus à mandante, cùm inter mercatores, omnes ferè ſolutiones fiant per accommodationem, & reuolutionem ſcripturarum; vt benè per plura declarat Altograd. *loc.cit.num. 47. &c.* vide *in §. Mercator num.8. &c.* Ricc. *Collect. 40. 3496. 3853. & 3448.* Afflict. *deciſ.553.* Franch. *deciſ.303.* Rot. *part.9. recent. deciſ.183. num.11. & ſeqq. per tot.* vbi latè qualiter non liberent ſcribentem, niſi ſequuta ſolutione, *& part.10. deciſ.47. deciſ.26. per tot. & part.16. deciſ. 213.* Merlin. *de pign. lib.4. tit.5. quæſt.150. num.53. & ſeqq. per tot.* vbi latè an, & quando per dationem litterarum cambij remaneat diſſoluta hypotheca, vel non, Scacc. *tract. de commerc. §.2. gloſ.5. num.322. & ſeqq.* Gait. *de credit. cap.2. num.2377.* Olea *de ceſſ. iur. tit.7. quæſt.3. num.25. &c.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 126. Fontanel. *deciſ. 124. & 125. per tot.* vbi quod creditor, cui fuerunt datæ litteræ directæ cuidam tertio, vt illi ſolueret, non poteſt redire ad debitorem, qui litteras dedit, non factis diligentijs contra dictum tertium, & alia circa litteras cambij acceptas, & præſentatas, ſed non ſolutas, Caſtald. *conſ.156. lib. 2. & conſ.308. per tot. conſ.273. &c.* Manſ. *conſult.126.127. & 159. lib.2. & conſult.318. lib.4.* Ant. Gob. *conſult.27. per tot.* vbi quid ſtante decoctione Mercatoris, cui litteræ erant directæ, &c.

Multa de cambio, quid ſit, quotuplex ſit, & quando dicatur reale, & validum, vel potius ſiccum, & vſurarium, Geno. *de ſcript. priu. lib.3. tit. de litt. Camb. fol.153. num.1. & ſeqq. ad 51.* Amat. *deciſ. Ferr. 45. num.44. & ſeqq. per tot.* alios citaui *in §. Vſura num.5.* latè Rot. *part.11. recent. deciſ.198.* vbi quæ cambia debeant verificari, quæ dicantur reprobata, & qualia propriè ſint cambia *con la ricorſa*, latè Gait. *de credit. cap.2. tit.7. per tot.* & præcipuè *n.2330. cum multis ſeqq.* vbi de litteris cambij, Bich. *deciſ. 557.* vbi quòd realitas cambij conſiſtit in litteris *dell' andata*, & litteræ reddituſ reſpiciunt tantùm probationem, & alia idem Bich. *deciſ.565.* vbi quòd in hoc non ſtatur ſolidationi, nec confeſſioni partium, cùm non ſit in earum poteſtate facere licitum id, quòd eſt vſurarium, & ideò cambia debent aliundè ex litteris andatæ, & redditus iuſtificari, aliàs, licèt fuerint ſoluta imputantur in ſortem; nec poſſunt à ſemetipſo accipi, niſi de voluntate expreſſa, vel tacita debitoris, vel niſi ſit expreſſum pretium, & platea, pro quibus erat cambiandum, vel niſi in ſolidatione fuerint admiſſa ex certa ſcientia, cùm tunc videatur ab initio conceſſa poteſtas, vel ſaltem ratificata, quod ſufficeret.

Qualiter litteræ cambij poſtquam fuerunt acceptatæ liberent debitorem ab obligatione, quia ſufficit campſoris promiſſio, Rot. *part.14. recent. deciſ.492. per tot.* latè Ioſeph. de Roſa *conſult.67.* vbi an acceptans litteras cambij vrgeri poſſit ad ſolutionem, ſi eodem die ſciat ſcribentem decoxiſſe, quid ſi acceptans ſit debitor ſcribentis, & alia plura de effectu acceptationis litterarum cambij iuxta mercatorum ſtylum, & non conſtito de decoctione an poſſit acceptans petere terminum ad illam probandam.

Litteræ cambij ſi diſpoſitiuè loquantur, & materia in illis contenta ſit apta, probationem, & obligationem inducunt contra ſcribentem; dummodò illo viuente fuerint præſentatæ, ita vt nec per eum reuocari poſſint, niſi ſimplex mandatum continerent; Contra autem illum, cui ſunt directæ nullam probationem, nec obligationem inducunt, niſi quatenus fuerint acceptatæ, nam illis acceptatis recipiens remanet obligatus, & periculum erit illius, cui ſoluenda eſt pecunia, vt latè probat Genu. *de ſcript. priu. tit. de litt. camb. num.53. & ſeqq. ad 80. fol.157.* vbi tamen quoad periculum dicit Ianuæ inter mercatores contrarium ſeruari, & vtrumque tam ſcribentem, quàm recipientem litteras remanere obligatum, donec ſequatur ſolutio, hancque obſeruantiam inter eos ius facere, & ita puto vbique ſeruari, vt dixi *in §. Mercatorum num.* vide Maſcard. *de prob. concl.989.* Gregor. & Beltram. *deciſ.217.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.20. num.142. & ſeqq. ad 162. fol.399.* Genu. *d. tract. in Addit. qu.7. per tot.* vbi agendo, ad quem ſpectet periculum decoctionis, in effectu videtur concludere, quòd ſtante vera delegatione, ſcribens remaneat liberatus per acceptationem illius, cui ſunt directæ litteræ, aliàs autem ſecus, ſi vera non intercedat delegatio, vide *in §. Delegatio num.* *& § Cedula*, vbi qualiter habeant vim ſolutionis; intelligendo vt ſupra quando fuit facta vera delegatio, quia tunc vim ſolutionis habent, & periculum ſpectat ad præſentantem, & recipientem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.64. per tot.* Seraph. *deciſ.1419. per tot.* 2

Qualiter probent, vel non, Tuſchus *littera L. concluſ. 362.* Boer. *deciſ.333.* Ricc. *Collect.40.* Rot. *par.11. recent. deciſ.198.* vbi etiam de libro *ſcartafacci di fiera*.

Quòd acceptas litteras cambij, teneatur ſoluere præſentanti ſummam in illis contentam, quamuis pendente termino ſolutionis ſcribens effectus fuerit decoctus, etiam ſi dictæ litteræ non eſſent dimiſſæ penes acceptantem, ſed retentæ per præſentantem pro maiore illius cautela,

Franch.

Franch. deciſ. 303. per tot. Ricc. Collect. 3448. Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 11. vbi latè de hac materia, Rot. par. 15. recent. deciſ. 219. num. 4. & ſeqq. Ioſeph. de Roſa conſult. 67.

An acceptans dictas litteras, ſi verè fuit ignorans decoctionis ſcribentis teneatur complere tractam, vide Conſtantin. Caſar. ſpecul. peregr. qq. quæſt. 41. per tot. Rot. part. 15. recent. deciſ. 219. per tot. vbi quòd non, vbi hic in fine numeri, vel conclusionis.

Qualiter acceptans litteras cambij obligetur præſentanti, adeò vt præſentans efficiatur principalis creditor acceptantis, & acquirat actionem irreuocabilem, nec poſſit acceptans opponere compenſationem de credito, quod habebat cum ſcribente ante dictam acceptationem, Rot. in Romana litterarum cambij 19. Iunij 1647. coram Ottbobono, poſt Merlin. de pign. deciſ. 149.

Quòd acceptans litteras cambij teneatur ad ſolutionem, nec poſſit ſcribens reuocare ordinem ſoluendi, Rota in Romana litterarum Cambij 27. Aprilis, & 15. Septembris 1643. coram Meltio, poſt Oleam de ceſſ. iur. dec. 1. & 2. per tot. Rot. part. 15. recent. deciſ. 219. per tot. vbi diſtinguit tres caſus, primus quando decoctio ſcribentis contingit ante acceptationem litterarum, & tunc concordant omnes mandatarium non obligari; ſecundus quando decoctio ſuperuenit poſt acceptationem, tunc mandatarium non poſſe euitare ſolutionem, & tertius quando decoctio fuit quidem detecta poſt acceptationem litterarum, ſed multò ante latenter inceperat, & tunc etiam excuſari acceptantem, qui ſi ſtatum ſcribentis ſciuiſſet, nullatenus litteras acceptaſſet, nec ſe obligaſſet, quod ex pluribus dignoſcitur in caſu deciſionis, & d. part. 15. deciſ. 295. num. 14. & ſeqq. vbi quòd decocti, & de proximo decoctori par, & eadem eſt cauſa, & decoctio proxima dicitur intra decem, vel quindecim dies, adde Ioſeph. de Roſa conſult. 67. per tot.

3 Litteræ cambij ſi caſu in itinere antequam præſententur fuerint amiſſæ, poteſt ille, qui eas obtinuit agere contra ſcribentem pro recuperatione pecuniæ ſuę pro illis obtinendis ſcribenti ſolutæ, liberando illum ab ipſis litteris per publicum inſtrumentum, nam contenta in litteris numquam ſortiuntur effectum, niſi illis præſentatis; ſi verò amiſſæ fuerint poſtquam fuerunt præſentatæ, & acceptatæ, agendum erit pro pecunia contra eum, qui litteras ſemel acceptauit, quo decocto damnum eſſet creditoris, cui videtur ſatisfactum ex quo campſorem illum in debitorem acceptauit, vt latè per Genu. de ſcript. priuat. lib. 2. de litt. camb. quæſt 1. per tot fol. 158. Franch. deciſ. 498. Benintend. deciſ. Bonon. 58. vbi quòd amiſſis litteris poteſt recuperari pecunia cum cautione, niſi ſimuletur amiſſio, vt à contractu recedat, quod non eſt permiſſum, & ideò eſſe in poteſtate ſcribentis nouas litteras dare, niſi tamen medio tempore ille, cui ſcribitur eſſet factus minus idoneus, vel domicilium mutaſſet.

Sed iuxta ſuperiùs dicta concludendum videtur, neque ſcribentem eſſe liberatum in ſecundo caſu, non ſequuta ſolutione, niſi vera delegatio interceſſerit, vel niſi aliquid poſſit imputari ipſi creditori, vt quia dilationem fecerit illi, qui ſtatim ſoluere tenebatur, Gratian. d. cap. 64. num. 23. &c. Pa. Iordan. & alij ſupracitati, Nouar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 126. per tot. vbi multa notabilia in materia litterarum cambij.

4 Litterę cambij poſſunt recognoſci per teſtes habentes notam manum ſcribentis, vel per comparationem, quæ in iſtis faciunt plenam fidem, & obligant recipientem tamquam fideiuſſorem, ſi non erat debitor ſcribentis, & mittentis, ſi verò erat debitor, ſcribentem à debito liberant facta partita contra eum, cùm inter mercatores delegationem inducant, & faciant recipientem debitorem principalem quoad omnia in eis contenta; ita vt teneatur ſuo periculo, & damno illas exequi, & obliget etiam ſocios; ſcribens autem non debitori ſuo, ſed per cambium, non liberatur, niſi ſequuta ſolutione, & in huiuſmodi litteris dicitur locus contractus ille, in quo deſtinatæ, directæ, & receptæ fuerunt, non attento loco, in quo fuerunt ſcriptæ, ſicuti hæc omnia, & alia ad materiam facientia tenuit Genu. de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de litteris camb. poſt qu. 6. in notabil. fol. 161. vbi plurimos allegat hanc materiam cambiorum tractantes, Card. Tuſch. littera C. concluſ. 11. & ſeqq. & littera L. concl. 363. Tepat. var. reſolut. lib. 2. tit. de litt. Camb. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 23. per tot. Azor. Inſtitut. moral. part. 3. lib. 10. tit. de camb. per tot. vide in §. Cedula num.   Ricc. Collect. 40. 2985. 3497. & 3853. vbi quòd ſcribens non liberatur niſi ſequuta ſolutione, maximè ſi dicat, & ponatis ad meam rationem, & hoc non obſtante mora creditoris in exigendo; debet tamen creditor cambij, qui non poteſt exigere, certiorare ſcribentem remittendo litteras cum proteſtatione, ad tradita per Scacc. de camb. §. 2. gloſ. 5. num. 326.

Quòd in Vrbe de conſuetudine non ſit neceſſaria recognitio litterarum cambij, & alia de huiuſmodi litteris cambij, iuxta prædicta, vide ſummatim de more cum ampliationibus, & limitationibus, Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 142. & ſeqq. ad 162. fol. 399. cum alijs ſupracitatis.

Et poſſit recognitio fieri per teſtes aſſerentes habere notam manum, vel per iudicis interlocutoriam in contumaciam citati ad recognoſcendum, & recognoſcere non curantis, Colier. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 1. num. 95. & 138. Gail. obſeru. 80. num. 6. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 971. & num. 1055. Rot. part. 11. recent. deciſ. 235. num. 1. & 2.

Litteræ cambij de iure non habent hypothecam, ſecus autem de conſuetudine diuerſorum locorum, Genua de ſcript. priuat. de litt. Camb. quæſt. 2. per tot. fol. 159. vbi etiam quæſt. 3. quòd plenè non probant contra tertium, ſed benè ad fauorem tertij, & quæſt. 5. quòd ex illis oritur actio mandati, vide in §. Apotheca num. 4.

De litteris cambijs an habeant hypothecam, & executionem paratam, latè Caluin. de aequit. lib. 3. cap. 280. per tot.

Litteræ inter Mercatores habent vim publici inſtrumenti, ſententiæ, & rei iudicatæ, probant ſtipulationem priùs factam, & in illis præſumitur contractus, ex quo poſſunt conueniri, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 500. num. 2. &c. cap 569. num. 25. &c. 6

Quòd plenè probent Duran. deciſ. 416. num. 1. & 3.

Quòd litteræ miſſiuæ inter mercatores habent vim publici inſtrumenti, Genua de ſcriptur. priuat. lib. 5. in ſingul. fol. 284.

Qualiter litteræ cambij habeant executionem paratam, omni exceptione, etiam nullitatis reiecta, Conſtantin. Caſar. ſpecul. peregr. qq. quæſt. 40. per tot. cum aliquibus ſeqq. vbi de exceptione non numeratæ pecuniæ, de qua plura dixi in §. Exceptio num. 42. & ſeqq. Amat. deciſ. Ferr. 45. num. 9. & ſeqq. latè Carleual. de iudic. lib. 2. tit. 3. diſp. 6. per tot. fol. 91.

Quòd de iure litteræ, etiam cambij, non habeant executionem paratam, ſed benè ex forma ſtatutorum mercantilium tam realem, quàm perſonalem, & tam contra ſcribentem, quàm contra acceptantem, Genu. d. tract. tit. de litt. Camb. quæſt. 6. per tot. fol. 161. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num. 13. vbi quod habeant executionem paratam, vide in §. Cedula num.   latè, & magiſtraliter Rot. part. 11. recent. deciſ. 198. per tot. vbi de litteris cambij d. anſo, & deciſ. 290. Nouat. Collect. 126. & Collect. 168. Amat. deciſ. Ferrar. 45. per tot. Caluin. de aequit. lib. 3. cap. 280. per tot. Poſſent. pag. 164. vbi quòd habent executionem paratam, etiam contra Clericos, qui tenentur ad leges ſeculares ad bonum publicum tendentes, vbi canones aliter non diſponunt, ad Layman. Theol. moral. lib. 1. tract. 4. de legibus cap. 13.

Quod quando debitor cambij fuit citatus ad docendum de remiſſa, de ea non docto poſſit contra eum rectè relaxari mandatum, & Auditor Cameræ inter mercatores, & contra eos procedat manu regia, & vti Princeps, Rota part. 9. recent. vol. 1. deciſ. 23. per tot. & part. 11. deciſ. 198. per tot. & deciſ. 290.

An autem probent ad fauorem tertij, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 718. num. 10. &c. infra num.   Bich. dec. 557. num. 11. & ſeqq.

De cedula banchatia habente vim ſolutionis, qualis eſſe debeat, an admittat conditione, & alia, Lodouiſ. cum Beltramin. deciſ. 347. num. 12. & ſeqq. & num. 19. vide in §. Cedula.

Litteræ miſſiuæ regulariter probant contra ſcribentem, etiamſi non fuerint à ſcribente ſubſcriptæ, ſed ab alio, l. fideiuſſor, §. Pater, ff. de pignor. etiam quòd illas ſcripſerit ratione officij ſui, nam ſibi præiudicat ſi non proteſtetur de conſeruatione ſuorum iurium, intelligendo vbi ab initio officium fuit voluntarium, ſecus ſi fuiſſet neceſ- 7

Digitized by Google

ſtitum, vt in tutore, & adminiſtratore Reipublicæ, qui ſibi non præiudicarent, Duran. *deciſ.*368. *per tot.* vbi tamen *nu.* 53. declarat prædicta procedere quando ſcribens corpus litteræ in illa nomen proprium appoſuit, aut quando alius non ſe ſubſcripſit, alias ior epiſtola eſſet attribuenda ſoli ſubſcribenti, niſi probet fuiſſe deceptum, quod non præſumitur, Duran. *loc. cit.* Menoch. *lib.*3.*præſumpt.* 66.*per tot.* vide *in* §. *Scriptura num.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*282. *&* 282. *per tot.* vbi etiam Paul. Rub. *in Annotat.* plura de more cumulat.

Quando litteræ miſſiuæ priuatorum probent, vel non, Tuſch. *littera L. concluſ.*364. Rot. & Paul. Rub. *in loc. cit. per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 498. *num.*13. vbi quòd plenè probant contra ſcribentem per *l. Publia in fine, ff. depoſit.*

Quòd probent contra ſcribentem, modò conſtet eſſe ſcriptas ab illo, quod fieri poteſt litterarum comparatione, vel recognitione ſigilli, & tunc probant etiam quoad enunciatiua, & licèt carerent data temporis, & loci, vel etiam ſubſcriptione, ſi tamen mittentis nomen contineant, & ſolitam formam, ac dummodò fuerint præſentatæ illi, cui mittuntur viuente ipſo ſcribente, aliàs ob defectum ſimultanei conſenſus nullum producunt effectum, prout nec litteræ credentiales generales, vel commendatitiæ, Menoch. *de arbitr. caſ.*98. *num.*9. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam quòd non probant contra tertium, de quo & alijs prædictis, vide Rota *part.* 9. *recent. deciſ.*282. *cum Annot.* Paul. Rub. *per tot.*

Quòd ſcriptura præſentata creditori poſt mortem ſcribentis, propter defectum ſimultanei conſenſus nihil probet, Genua *de ſcriptur. priuat. lib.*2. *quæſt.* 1. *num.* 178. *&c. fol.*91.

Qualiter litteræ recognoſcantur per comparationem, vel per teſtes deponentes videri ſub manu talis ſcriptas, quam notam habent, Burat. *conſ.*39. *num.*25. cum alijs per Genua *loc. cit. num.*126. *&c. fol.*87. vide *in* §. *Teſtis num.*45. §. *Comparatio num.* 1. *&c.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*285. *num.* 7. *& ſeqq.*

Quòd non requirant valdè exactam recognitionem, Cæl. de Graſſ. *deciſ.*2. *num.*7. *de Præbend.* Ludouiſ. *deciſ.* 239. *num.*3. Matthæus Sanz. *de re crim. controu.*77. *num.*2. vbi quòd probant contra ſcribentem, etiam abſque illius recognitione, quando notiſſima eſt manus, adeſt recognitio recipientis, cum alijs adminiculis, & non agitur de imponenda pœna corporali.

Quòd probent contra ſcribentem, prædicta omnia ſequendo, declarando, ac alia plura addendo, latè Genua *de ſcriptur. priuat. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*59. *& ſeqq. ad* 116. *fol.*111. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14.*tit.*20. *num.* 162. *& ſeqq. ad* 188. *fol.*400. *&c.* vbi an, & quando probent pro ſcribente, an contra ſcribentem, & an contra tertium.

Quando agitur de litteris ab alio ſcriptis de ordine alterius ſcribere neſcientis quomodo ex pluribus ſimul iunctis poſſit talis ordo probari, Menoch. *de arbitr. caſ.*99. *num.* 34. Farinac. *de teſt. quæſt.*63. *cap.*4. *num.*221. Genu. *de ſcript. priu. lib.*2. *tit. de apocha manu tertij conſcript. num.*37. Bich. *deciſ.*664. *num.* 16. *inter recent. part.*12. *deciſ.*139. & dixi *in* §. *Scriptura num.* 12.

8 Litteræ vt probent contra ſcribentem non ſufficit propria manu eſſe ſcriptas, ſed vlterius requiritur, vt contineant nomen ſcribentis tamquam ſubiectum, cui obligatio cohærere poſſit, aliàs dicuntur informes, vacuæ, & incertæ, Boer. *deciſ.*282. *num.*6. Cancer. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.*22. *num.*26. Duran. *deciſ.*368. *num.*24. vbi etiam *num. ſeqq.* quòd non poteſt ſubintelligi perſona ſcribentis quando non fuit expreſſa, Menoch. *de arbitr. caſ.*94. *nu.*21. Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *qu.*1. *num.*39. *& ſeqq. fol.* 109. vbi ampliat etiam ſi continerent ſigillum.

Contrarium vide *in* §. *Scriptura num.*

9 Litteræ miſſiuæ qualiter interrumpant præſcriptionem, & conſtituant in mala fide, vide Boer. *deciſ.*333. *per tot.*

Quòd declarent mentem, & voluntatem ſcribentis Altograd. *conſ.*5. *num.*2. *lib.*1.

10 Litteræ regulariter non probant per ipſo ſcribente, niſi quoad connexa, nam ſi ille, cui mittuntur acceptet eas pro ſe, tenetur etiam acceptare contra ſe, & ſic pro ſcribente arbitrio iudicis, *l. Publia,* §. *vlt. ff. depoſ.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 93. *num.*14. *& ſeqq. & caſ.*94. *num.*6. *&* 7.

Sicut etiam probant pro ſcribente, quando illas recipiens non contradixit, ſed tacuit, quia videtur approbaſſe, *l. filiusfam. ff. ad Maced.* Menoch. *d. caſ.*94. *num.*8. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.*163. *& ſeqq. fol.* 400. vide *in* §. *Cautela num.* *infra num.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*117. *& ſeqq. ad* 186. *fol.* 113. *&c.* vbi ſequitur prædicta ob non contradictionem, & in connexis.

Quæ autem dicantur connexa, continentia, & ſeparata, latè Menoch. *de arbitr. caſ.*95. *per tot.* Genu. *de ſcript. priu. lib.*4. *tit. de connex. & de ſeparat. fol.*204. *&c.*

Litteras recipiens, & non contradicens, videtur illas 11
approbare, etiam ſi contineant mandatum de ſoluendo, dummodò ſciat quid re vera in illis contineatur, & id probetur, ac dummodò manu ſcribentis, vel de eius mandato ſcriptæ appareant, niſi contineant calculum de datis, & receptis, nam tunc recipiens non videtur approbare, ſed vt videat an calculus ſit rectè factus; item intellige quoad approbationem, non quòd recipiens fateatur factum enarratum in eis, vel niſi mittens aliquo modo impugnet, dummodò cauſam contineant, ſponte recipiens illas acceperit, vel ceſſante metu retinuerit, vel niſi proteſtetur recipere in paſſibus, & punctis pro ſe facientibus, vel niſi dixerit latori ſe velle reſponſum dare mittenti, & poſtea exprimat ea, quæ non approbat, vel niſi agatur de incidenter prolatis; quæ non videntur plenè approbata, vel ſi recipiens contradicendo impedire non potuit, vel ſi contineant verba iniurioſa, vel ſi mortuo mittente perueniant ad recipientem, nam his omnibus caſibus non videntur per recipientem approbatæ, prout latè probat, & explicat Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*117. *& ſeqq. ad* 177. *fol.*113. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. L. concl.*374. *per tot.* Cabal. *conſ.* 16. *per tot. vol.*1. vbi idem concludit in ambaſciata, quando ex actu ſubſequenti arguitur acceptatio.

An, & quando litteras recipiens, & non contradicens videatur confiteri, & approbare in eis contenta, & quomodo ſibi præiudicet, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 699. *num.*31. *&c.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*65. *per tot. & de arbitr. caſ.*21. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.* 20. *num.*145. *fol.*399. *& num.*165. *fol.*400. Coſta *tract. de re integra diſtinct.*63. *per tot.* Gabriel. *de præſumpt. concluſ.*2. *num.*1. *&c.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*226. *num.*10. vbi quòd ſic, quando illas legit, & non contradixit, *& part.*13. *deciſ.* 341. *num.*2. *& part.*17. *deciſ.*231. *num.*5. *& ſeqq.* benè Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.*1. *quæſt.*8. *limit.*9. *nu.* 13. *& ſeqq. per tot.* vbi ponit plura requiſita, ac plures citat meas reſolutiones *cap.* 26. vbi hanc materiam tractaui, & in hoc opere §. *Cautela num.*5. Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.*1. *tit.*1. *leg.*6. *gloſ.*2. *fol.*67.

Qualiter recipiens ſcripturas ſine aliqua proteſtatione videatur approbare omnia in eis contenta, pulchrè Duran. *deciſ.*416. *num.*6. *& num.*20. vbi de notulis, ſiue factutis tranſmiſſis, & ſine proteſtatione receptis, vide *in* §. *Pretium num.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.*256. *num.*2. *& ſeq. & part.*17. *deciſ.*231.

An autem, & quando per productionem cenſeantur approbatæ litteræ, vel aliæ ſcripturæ productæ, tam à producente, quàm ab aduerſario non opponente, vide in §. *Productio num.* *&* §. *Scriptura num.* Rot. *par.*13. *recent. deciſ.*341. *num.*3.

Litteras recipiens, & non contradicens, ac ſicuti in ci- 12
uilibus videtur fateri, & approbare in eis contenta iuxta prædicta, ita etiam idem ſit in criminalibus, dic quòd non, ſed ex tali receptione, & non contradictione oriri tantum inditium ad torturam ſecundùm aliquos, licèt ſecundum alios, & veriorem opinionem, nec etiam vllum inditium ad inquirendum oriatur, cùm non ſit eadem ratio, vt exemplificando probat Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *quæſt.*3. *per tot. fol.*125.

Vnde litteræ repertæ penes aliquem, quibus ei ſignificetur homicidium, vel aliud delictum, de eius mandato commiſſum, vel ſignificantes vociferari eum occidiſſe talem, vel aliud delictum commiſiſſe, & ideò caueat ne capiatur, ſiue quòd homicida ſe in tuto recepit, non videntur facere inditium ad torturam iuxta prædicta, niſi alia concurrant per rationes adductas à Genu. *loc. cit. num.*7. *&* 8. Eugen. *conſ.*76. *num.*99. *& ſeqq.* Blanch. *in repert. l. fin. n.* 224. *ff. de quæſt.* cuius verba recitat Genu. *loc. cit.*

Sed quòd imò faciant inditium ad torturam, Marſil. *in prax. crim.* §. *Diligenter num.*136. *&c.* Addent. ad Matheſil. *ſing.*22. *num.*5. Ancharan. *lib.*1. *quæſt.*48. *n. vlt.*

dam-

damnantur tamen iſti à Genu. & alijs prædictis vbi ſupra. Sed quòd faciant indicium, tenet etiam Martha *vot. Pſ.* 238. *num.*7. Rot. *part.*17.*recent.deciſ.*231.*num.*6. Matthæus Sanz. *de re crim. controu.*28. *num.*69. & 70. vbi quòd conuincunt complicitatem in quocumque crimine, de quo loquantur ad Farinac. *quæſt.*130. *num.*41. Plac. *epit. lib.*1. *cap.* 15. *num.*9. & *cap.*16. *num.*5.

Illud autem apud me indubitatum eſt, quòd ſi agatur de litteris citatorijs à iudice, vel iuxta ſtylum Tribunalis emanatis, ſubſequuta relatione nuncij, ſi illas recipiens non contradicat, & in iudicio, efficitur contumax, & habetur pro confeſſo, ac pro tali damnatur de generali conſuetudine iuxta ea, quæ dixi *in* §. *Citatio num.* & §. *Contumacia num.*

13 Litteræ amatoriæ inter amaſis ſcriptæ, & penes eos repertæ, ac recognitæ, probant adulterium, vel alium concubitum in illis contentum, & ſic eſſe verum illarum tenorem arbitrio iudicis, latè Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*41. Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.* 3. *tit. de litter. amat. per tot. fol.*166. vbi reprobat Sanchez *de matrim. lib.*3. *titul. de diuort. diſput.* 12. *quæſt.* 3. *num.* 48. tenentem huiuſmodi litteras non probare adulterium in eis confeſſatum, ſed tantùm facere inditium ad torturam, vide Farinac. *quæſt.*136. *cap.*4. *num.*126. & 127. Vint. *deciſ.*241. dixi *in* §. *Adulterium num.* & *in Pract.* §. *Adulterio num.*7.

An autem famuli deferentes huiuſmodi litteras peccatum continentes, peccent, vel excuſentur ratione famulatus, & quid in commodante cubiculum ad fornicandum, Michael Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar. part.*2. *quæſt.*81. & 82. vbi in vtroque caſu concludit contra Dianam *tract.*6. *Miſcel. reſolut.*45. & 46. vide *in* §. *Famulus num.*7.

14 Litteras ſcribens ad hoſtes ſui Principis, vel ab illis recipiens quando dicatur incurrere crimen læſæ Maieſtatis, vel poſſit excuſari, vide Farinac. *quæſt.*113. *Special.*1. *num.*25. & *ſeqq.*

Sed omninò cauendum eſt à prædictis, ne dum diſputatur quid iuris, eueniat quid facti irretractabilis, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.*233. & *ſeqq. fol.*404.

15 Litteras Principis, ſiue Magiſtratus, vel iudicis, ſiue priuatæ perſonæ aperiens, & legens, ac eas alijs oſtendens, ſiue remouens ſigillum, vel lacerans ipſas litteras, vel illas reddere retardans, ad quid teneatur, & qua pœna puniri debeat, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 538. *per tot.* vbi vndecim caſus diſtinguit, & latiùs Genua *de ſcript. priuat. lib.*3. *quæſt.*2. & 3. *per tot. fol.*120. &c. vbi etiam de falſificante litteras alienas, Card. Tuſch. *litter. L. concl.* 374. *per tot.* Farinac. *quæſt.*150. *part* 4. Baiard. ad Clar. §. *Falſum num.*203. &c. Ricc. *Collect.*1929. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.*229. &c. vbi etiam quòd peccat mortaliter, niſi poſſit ex aliqua iuſta cauſa excuſari, & ponit ſex limitationes, in quibus non incurritur peccatum, nempè in ſuperiore Regularium, in parentibus, ſtante præſumpta ratihabitione mittentis, vel recipientis, occaſione ſibi cauendi à periculis, iniurijs, & alijs malis, ex inaduertentia, ex mera curioſitate nullo ſubſiſtente periculo alterius incommodi, & ſi continerent res parui momenti, allegat Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*12. *num.*133. &c. Sà *in Manual. verb. Littera*, vide Dian. *part.*3. *tract.* 6. *reſolut.*55. Ricc. *d. Collect.*1929. Viui. *deciſ.*62. Coller. *deciſ. German.*179. Guid. Pap. *deciſ.*233. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.*128.

16 Litteræ regulariter non inducunt obligationem, ſi contineant verba curialia, vel in futurum prolata; obligarent autem vbi ageretur de contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur ſi contineant verba apta, & cauſam, & quando peruenerunt ad eum, cui ſunt directæ, ac vbi ageretur de probanda obligatione iam contracta, vel vbi ſcribens ſe ſoluturum conſtitueret pro alio iam obligatio, Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*13. & *ſeqq. ad* 27. *fol.*108. vbi etiam *num ſeqq.* latè declarat, an, & quando probent obligationem iam antea contractam, & quomodo tunc agendum ſit vſque ad *num.*78. *infra num. ſeqq.* Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*40. *num.*12. & *per tot.* vbi etiam quando ſimpliciter ſubſcribens litteras alterius cenſeatur ſe proprio nomine obligare, vel non.

17 Litteræ credentiales ſi ita generalibus verbis ſint conceptæ, vel potius ſint commendatitiæ non obligant ſcribentem, niſi aliquid certum diſpoſitiuè contineant, vel niſi ex qualitate perſonarum aliter dignoſcatur, vt quia lator eſſet Inſtitor ſcribentis, vel niſi dicant adhibe fidem ſuper me, vel periculo meo, ſiue quòd commiſit latori, vt ſcribentis nomine faciat quidquid voluerit, quo caſu tamen caſus ſpecialiter prohibiti (vt donatio) non continentur; ſi verò ipſæ litteræ credentiales ſint magis ſpeciales obligant ſcribentem, prout in vtroque caſu exemplificat Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *tit. de litter. credent. & commend. fol.* 163. & *ſeqq.* Card. Tuſchus *littera L. concluſ.*366. Bart. *in l. Lucius, ff. de fideiuſſ.* Menoch. *de arbitr. caſ.*94. *num.*20. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.*181. *fol.*401. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*34. *num.*6. *vol.*3.

Quòd ex litteris officioſis, generalibus, ac per modum vrbanitatis, & complementi ſcriptis, nulla inducatur obligatio; niſi agatur de fauore piæ cauſæ, latè idem Genu. *in Addit. tit. de litter. offic. per tot. fol.*52. vide *in* §. *Verba num.*5. &c. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*211. *num.*4. &c. vbi tamen quòd ſufficiunt ad probandam ſcientiam negotij in illis contenti.

Litteræ vt dixi ſufficiunt ad inducendum, & probandum quemcumque contractum, qui ſolo conſenſu perficiatur, cùm per eas rectè dari poſſit ſimultaneus conſenſus in huiuſmodi contractibus neceſſarius, nam cùm ſemper ſcribentis nomine loquantur, & faciant illum præſentem, etiam ſi per mille milliaria abſit, ſi ille, ad quem diriguntur recipiat eas, & conſentiat expreſsè, vel tacitè per non contradictionem, ſtatim tempore receptionis dicitur oriri ſimultaneus conſenſus, & perficitur contractus, niſi ante præſentationem mortuus fuerit ſcribens, vel aliter eum pœnituerit, & voluntatis ſuæ mutationem declarauerit, nam his caſibus propter defectum ſimultanei conſenſus, non induceretur contractus, nec obligatio, Genu *de ſcript. priuat. lib.*3. *quæſt.*11. *per tot. fol.* 131. cum pluribus quæſtionibus antecedentibus, & ſequentibus, vbi ſingillatim explicat in emptione, & venditione, in ſocietate, locatione, depoſito, ceſſione iurium, pacto, donatione, mandato, conſtituto, compromiſſo, feudo, emphyteuſi, aditione, repudiatione hæreditatis, in fideicommiſſo, & legato, in codicillis, in libertate, præſentatione, patronatu, conſenſu, collatione beneficij, ſponſalibus, matrimonio, dote, ceſſione bonorum, & ſimilibus; ex quibus rectè inferri poſſe exiſtimo, contractus huiuſmodi per litteras initi, ſuum initium, & perfectionem ſumere non à die ſcripturarum litterarum, ſed illarum receptionis, & ideo ſi interim ſcribens moriatur, vel pœniteat vt ſupra, euaneſcere, aut ſaltem eſſe præferendum alium, qui medio tempore ab eodem ſcribente ius acquiſiuerit.

Litteræ quando probant, id procedit inter mittentem, 19
& recipientem, nam contra tertium minimè probant, niſi eſſemus in libris Campſorum; an autem probent ad fauorem tertij, eſt puta ſi ſcripſi tibi litteras, in quibus faſſus ſui debere centum alteri, an ille poſſit ad plenam probationem faciendam vti dictis litteris ſibi tranſmiſſis, dic quòd ſic, cùm epiſtola ſcribentis nomine ſemper loquatur, Genu. *de ſcript. priu. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*187. & *ſeqq. per tot. fol.*118. Gamin. *deciſ.*36. *num.*5. Grattian. *deciſ.*156. *num.*3. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*341. *num.*7. vbi quòd de æquitate canonica probant contra ſcribentem, licèt tertiò cuidam fuerint tranſmiſſæ.

Litteræ geminatæ magis oſtendunt perdurationem men- 20
tis, & faciunt non ſolum magis apparere veritatem, & perſeuerantiam, ſed excludunt omnem errorem, ſimulationem, ac læſionem, & conſenſum roboratum, & conoratum inducunt, Grattan. *diſcept. forenſ. cap.*531. *num.* 30. &c. vbi etiam quòd tantùm valet conſenſus geminatus, quantum iuratus, & quòd ob id inſinuatio non ſit neceſſaria, vide *in* §. *Inſinuatio num.*

Litteræ exhortatiuæ, ideſt hortantes alium ad aliquid 21
faciendum regulariter non inducunt conſenſum ſcribenti præiudicialem, nec illum obligant, niſi fuerint cauſa finalis contractus, ſine quibus recipiens non erat aliter contracturus, vt benè exemplificat Socin. ſen. *conſ.*291. *lib.*2. cum alijs per Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *tit. de Epiſtol. exhort. per tot. fol.*167. vbi etiam remiſſiuè de litteris onoratijs, officioſis, reuerentialibus, & ſimilibus, & vide Grattian. *deciſ.*156. *per tot.*

Litteræ teſtimoniales, ſiue legalitatis probant notariatum ſi fuerint in forma publica, & cum ſigillo conceſſæ à

Communitate loci domicilij ipſius notarij, prout paſſim ſeruatur, quidquid in puncto iuris contrarium tenuerint aliqui; deberent tamen continere non ſolùm quòd talis ſit notarius, & publicè pro tali habitus, ſed etiam quod ſcripſerit illud inſtrumentum, aliàs ſi allegetur non fuiſſe manu illius ſcriptum, dictæ litteræ de hoc non faciunt fidem, ſed ſolùm de notariatu, quamuis etiam quoad omnia ſufficere, (niſi adeſſent aliæ coniecturæ falſitatis, & vbi propter longinquas regiones non poſſet fieri comparatio) communi ſcribentium ſententia, & vſu admittatur, Pacian. *de probat lib.2. tit.21. num.63. & ſeqq.* cum alijs per Genu. *de ſcript. priuat. lib.3. tit. de litter. teſtimon. per tot. fol.168. &c.* Cardin. Tuſch. *litt. L. concluſ.363. per tot.* Afflict. *deciſ.251.*

23 Litteræ Papales, ſiue Apoſtolicæ iuſtificatæ qualiter paratam habeant executionem vide ſummatim cum limitationibus, Pac. Iordan. *Lucubr. vo.3. lib.14. tit.20. num.206. & ſeqq. ad 229. fol.403.* latè Marcheſan. *de commiſſ. part.1. cap.9. per tot.* Lancellot. *de attent. part.2. cap.4. in præfat. num.477. & ſeqq.* Ricc. *Collect. in reper. verb. Littera*, Rot. *part.12. recent. deciſ.123. num.1. &c. & dec.154. num. 6. &c.* Bich. *deciſ.388. num.1. &c. deciſ.594.* intelligendo de iuſtificatis, Gonzal. *regul.8. gloſ.9. §.1. tit. de attent. num. 225. & ſeqq.* plenè Ridolphin. *in Prax. part.2. cap.8. per tot.* vbi etiam ponit formulas actorum ſuper inde fiendorum, & agit de pluribus clauſulis in huiuſmodi litteris apponi ſolitis, & quòd illorum executio non poſſit aliquo modo impediri ſub pœna excommunicationis.

De litteris Apoſtolicis, Epiſcopi, vel alterius ordinarij, prout de litteris Imperatoris, Regis, vel alterius Principis, ao, & quando probent latè differit Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.3. tit. de litter. Apoſtol. cum pluribus ſeqq. fol.179. &c. ad 187.* Card. Tuſch. *littera L. concluſ. 361. & 365. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.900.* vbi de litteris Epiſcopi, facit quòd dixi *in §. Reſcriptum num.*

Quòd litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ, ſint omninò exequendæ, & in illarum executionem prouiſus Apoſtolicus ſit immittendus in poſſeſſionem, & quidem iudicio poſſeſſorio ad inſtar, *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Menoch. *de adipiſc. remed.6. num.34.* Gregor. *deciſ.335. num.13.* plenè Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.18. & 19. per tot.* Rot. *part.12. recent. deciſ.371. num.1. & ſeqq. & par.10. deciſ.14. num.3. &c. deciſ.25. num.1. &c. deciſ.31. per tot. deciſ.263. num.3. &c. part 15. deciſ.92. & part.16. deciſ.191. & 192. part.17. deciſ.372.* vbi quòd quando ſunt ſubreptitiæ, vel turbidæ, non ſunt exequendæ, ſtante clauſula, *arbitrio*, quia arbitrium debet à iure regulari.

An autem poſt lapſum 30. annorum perdant viam executiuam, vide Buratt. *deciſ.195. num.5. cum Addit.* Rot. *part. 11. deciſ.99. num.2. & ſeqq.*

Quòd ſint diligenter attendendæ, quia Pontifex in beneficialibus non intendit tollere ius quæſitum alterius, Tho. Treuiſ. *deciſ.25.* Rot. *part.17. recent. deciſ.372. num.4. & ſeqq. per tot.*

Quando autem dicantur vulneratæ, vel non, vt non mereantur executionem, ſed ordinariè ſit procedendum, Bich. *deciſ.667.* vbi idem in litteris Legati, vel Vicelegati.

An poſſint ex aliqua cauſa litteræ, & Bullæ Apoſtolicæ examinari à Principe ſeculari, vel eius miniſtris, antequam executioni demandetur quoad poſſeſſionem bonorum dixi *in §. Iudex num.30.*

24 Litteræ remiſſoriales, an & quando ſint concedendæ, vel non pro examinandis teſtibus, vide *in §. Remedium num.*

De litteris monitorijs ad aliquid detegendum, vide *in §. Monitorium num.*

De litteris dimiſſorijs, quæ fiunt ab Epiſcopus, clericis peregrinantibus, vel ad ordines ſuſcipiendos, quid continere debeant, & alia ad rem, latè Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.2. lib.1. tit.10. cap.2. 3. & 4. fol.279. & ſeqq.*

25 Litteræ ſine nomine ſcribentis, vel cum nomine alterios falsè vſurpato continentes, & deferentes aliorum crimina, qualiter non ſint attendendæ, neque de delictis in illis contentis iudicialiter inquirendum, maximè contra publicos miniſtros, & officiales, licèt ex illis poſſint quandoque extraiudiciales notitiæ deſumi, Baiard. ad Clar. *§. fin. quæſt.73. num.41.* Larrea *deciſ.98. num.43. & allegat. Fiſcal.201. num.20. & ſeqq.* cum alijs per Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.74. num.7. & ſeqq.* & dixi *in Præfat. num.14.*

De litteris cambijs, & huiuſmodi aliqua deciſa refert 26
Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.1. 2. & 3. ſect.2. verb. Littera*, & alia plura remiſſiuè Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Littera*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.53. &c.*

Litteræ quomodo recipiendæ, & expurgandæ tempore 27
peſtis, ſicut & aliæ ſcripturæ, Card. Caſtald. *tract. de auert. & profliq. peſt. cap.260. num.4. & ſeqq. cap.34. num.2. & cap.43.*

Litteræ requiſitoriæ dantur inter Iudices diuerſi ter- 28
ritorij pro executione eorum, quæ inuicem contingunt circa adminiſtrationem iuſtitiæ, & ſunt exequendæ, quia Iudices tenentur ſibi inuicem auxiliari, ita vt Iudices Eccleſiaſtici poſſint per cenſuras compellere ſeculares, vt illis ſubſidium præſtent; ſeculares autem non compellunt ex ſe Eccleſiaſticos ad ſibi inuicem preſtandum auxilium ex defectu iuriſdictionis, ſed recurrunt ad illorum Superiores, vt ipſi compellant, & alia ad rem, latè explicat videndus Cancer. *var. reſolut. part.2. cap.15. per tot.* & faciunt plura per me notata *in §. Iudex*.

Multa de inuocatione brachij ſecularis, & qualiter poteſtas laica teneatur illud Eccleſiaſticis concedere; poſſit tamen, & debeat ſummariè de iuſtitia, & validitate requiſitorum cognoſcere cum citatione partis ad hunc effectum, & alia tradit videndus pariter idem Cancer. *var. part.3. cap.19. per tot.* & Vela *tractat. de Epiſcop. & brachio ſeculari part.1.* vbi explicat quæ ſint delicta mixti fori, *& part.2.* vbi de Brachio ſeculari implorando, & concedendo abſque vlla cognitione in delictis merè Eccleſiaſticis, in alijs verò mixti fori examinato proceſſu, quando poſſit denegari, & alia; habetur iſte *tract. poſt Diſſert. eiuſdem Velæ fol. mihi 321. &c.* vide *in §. Iudex num. 32. & 78.*

§. LOCATIO. XIX.

LOcatio nil aliud eſt quàm perſonæ, vel rei ad vſum 1
facta conceſſio, mercede in pecunia numeranda conuenta, vel eſt contractus bonæ fidei vltrò citròque obligatorius, qui conſenſu, re, & mercede certa perficitur, quas, & alias definitiones refert Caroc. *de locat. & conduct. part.1. quæſt.1.* vbi etiam *quæſt.2. &c.* quod locatio largiſſimè ſumpta comprehendit liuellum, cenſum, & emphyteuſim, & impropriè dicitur locatio etiam ſi merces non conſiſtat in pecunia, ſed in ſpecie, vel fructibus, & alia ad intelligentiam terminorum, vide Oinot. & alios *Inſtit. de locat. & conduct.* Tuſch. *litter. L. concluſ.400. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.106. cum pluribus ſeqq. vol.3.* vbi latè de hac materia, & Pacion. poſtea editus *in tractat. de locat. & conduct. cap.1. per tot. & cap.16. & 17.* vbi plura quomodo contrahatur locatio, & conueniri debeat de re, & mercede.

Quòd locatio ad inſtar venditionis pro ſubſtantia requirat conſenſum, rem, & pretium conuentum, licèt poſtquam fuerit ſic perfecta poſſit circa tempus, quod in ea conſideratur tamquam accidens conferri in arbitrium alterius, ſuſtinetur tamen de æquitate canonica, & ſtante iuramento, vel etiam poſt traditionem, licèt fuerit poſita in voluntatem alterius, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.534. num.3. & 18.* vide *in §. Venditio num.1.* Pacion. *d. tract. cap. 2.* vbi plura quomodo differat locatio ab emptione, & venditione, Albert. Aldetti *tract. de ſymbol. contract. tit.2. cap. 1. & ſeqq.*

Quòd poſſit per epiſtolam fieri, Genu. *de ſcript. priuat. lib.3. qu.8. per tot. fol.130.*

An autem, & quando dicatur facta locatio, vel potius venditio gabellæ, & quid hoc importet, maximè circa remiſſionem pretij, vel penſionis propter ſuperuenientiam belli, vel alterius caſus fortuiti inſoliti, latè Surd. *deciſ.326. per tot.* Pacion. *dict. tractat. cap.13. num.21. & ſeqq.*

Qualiter differat à venditione, & quomodo cognoſcatur, latè Tuſch. *littera L. concl.402. per tot.*

De probatione locationis ex eo quòd quis tamquam inquilinus, vel colonus ſoluit annuam penſionem pro certo fundo, vel per teſtes, Maſcard. *de probat. vol.2. concluſ.*

Digitized by Google

*cluſ.*993. *&* 994. *per tot.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 22. *per tot.*

Quæ res locari poſſint, vel non, & in ſpecie de animalibus, gabellis, & bonis Eccleſiæ, de quibus pleniſſimè, de operibus, & huiuſmodi, Pacion. *dict. tract. cap.* 11. *& ſeqq.*

Quòd regulariter nemo locare teneatur, exceptis aliquibus caſibus, prout in venditione, idem Pacion. *cap.*20. *nu.* 1. *& ſeqq.* vide *in §. Venditio num.*54.

3 Locatio vbi non apparet de certa quantitate conuenta, præſumitur facta pro conſueta præcedenti mercede, & ſolui ſolita in annis proximis præteritis, Iaſ. *in §. actionum nu.* 167. *Inſtitut. de act.* Magon. *deciſ. Flor.*2. *num.*15. *l. exceptio, C. de locat.* latè Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*88. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*114. *num.*7. *&c. vol.*3. Pacion. *de locat. cap.*35. *per tot.*

Et idem eſt in Doctore reconducto ad legendum in Academia, Menoch. *de arbitr. caſ.*159. *per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*30. *num.*5. *&c.*

Ac in electo ad officium, Chriſtin. *d. deciſ.*114. *n.*9. *vol.*3. vide *in §. Salarium num.*22. 23. *&* 24.

Plura de interpretatione locationis dubiæ, vel circa rem, vel circa mercedem, vel circa tempus, vel circa pacta, & huiuſmodi, qualis ſit capienda, Pacion. *de locat. & conduct. cap.*53. *per tot. cum aliquibus ſequentibus.*

Locatio rei communis quando præſumatur facta pro æquis portionibus, & an recipiens penſiones ex tali re locata, dicatur recepiſſe pro rata vnumquemque tangente, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*705. *per tot.* vide *in §. Conductio num.*37. vbi etiam quando locans pluribus ſimpliciter, non poſſit contra illos pro penſione agere in ſolidum, ſed tantùm pro rata, de qua materia, quando ſcilicet locatio, & conductio dicatur facta in ſolidum, ſed pro virili, ac de iure accreſcendi in locatione, latè Pacion. *d. tract. cap.* 26. *per tot. & cap.*35. *num.*35. *&c.*

Quòd locatio rei communis, vel alienæ non poſſit fieri inuito ſocio, vel domino, & quando ſecus, Tuſch. *littera L. concl.*430. Paul. Chriſtin. *deciſ.*116. *num.*13. *& ſeqq. vol.* 3. Pacion. *de locat. & conduct. cap.*6. *cum pluribus ſeqq.* vbi multa qui locare poſſint, vel non, & qui pariter conducere poſſint, vel non.

Quòd ſocius poſſit inuito conſocio rem communem pro indiuiſo poſſeſſam locare, dummodò liceat iuxta ſolitum, & vtiliter, aliàs autem ſecus, Gratian. *diſcept.* 752. *num.*14. 15. *&* 20. Felic. *de ſociet. cap.*28. *num.*16. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.*692. *num.*6. Bich. *deciſ.*452. *num.*23. *&* 24. vide *in §. Socius num.*22. latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.*9. *per tot.*

Quid ſi vnus ex ſocijs rem communem totam retineat vel inhabitet, an teneatur ſoluere alteri mercedem pro parte illi tangente, latè Pacion. *dict. tract. cap.*35. *num.*37. *& ſeqq.* dixi *in §. Frater num.*20. *& §. Societas num.*31.

4 Locatio tacitè renouata ita ſe habet ad primam, vt dicatur potius continuatio, & tacitè etiam intelligatur facta obligatio executiua vigore primi inſtrumenti reſpectu temporis prorogati, Magon. *deciſ. Florent.*2. *num.*29. quia cenſetur facta cum repetitione omnium qualitatum præcedentium in prima expreſſarum, facit quod dixi *in §. Conductio num.*4. *& §. Executio num.* vide Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*335. vbi plura ad propoſitum, Tuſch. *littera L. concluſ.*426. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*85. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 111. *volum.*3. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 59. *num.*16. *& ſeqq. vol.*2. vbi etiam quòd hypotheca, quæ in tacita reconductione inducitur incipiat tantùm à die reconductionis, & non primæ locationis, *infra num.*31. *vbi contra in fine*, prædictis adde Pacion. *de locat. cap.*64. *num.*1. *& ſeqq.*

Quòd in tacita reconductione non cenſeatur repetita obligatio Cameralis, nec pro ea competat via executiua, Afflict. *deciſ.*365. *num.*15. Cabal. *conſ. deciſ.*42. *num.*6. *& ſeqq. lib.*1. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*474. *num.*8. Pacion. *d. cap.*64. *num.*22. *& ſeqq.* vbi quòd adhuc poteſt executiuè procedi, de quo infra *num.*27.

De locatione renouata quando non fuit in tempore diſdicta iuxta pactum, Martha *vot. Piſ.*35. *per tot.* vel per ſolutionem futurarum penſionum.

Quando autem locatio dicatur tacitè renouata, quomodo, & pro quanto tempore tam in prædijs ruſticis, quàm in vrbanis, Staiban. *de intereſſ. lib.*2. *tit.*10. *quæſt.*1. *num.* 144. *& ſeqq. ad* 168. Maſcard. *de probat. vol.*2. *concluſ.*992. *per tot.* optimè Marr. Medic. *Exam.* 59. *per tot. & deciſ.* 98. *per tot. cum addit.* vbi etiam an primi fideiuſſores remaneant obligati, de quo vide *in meis reſolut. cap.*1. *cap.*30. *per tot. & in hoc opere §. Fideiuſſio num.*46. Tuſch. *litt. L. concl.* 421. *per tot.* latè Menoch. *d. præſumpt.*85. *per tot.* Ridolphin. *in Praxi part.*2. *cap.*13. *num.*45. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*114. *num.*1. *& deciſ.*116. *per tot. vol.*3. Vrceol. *d. cap.*59. *num.*16. *& ſeqq.* vbi etiam in terminis Statuti Bononienſis, Rota *part.*9. *recent. deciſ.*63. *per tot.* vbi quòd procedit tantùm de anno in annum, licèt longius tempus in prima locatione fuerit appoſitum, & declarat Statutum Bononiæ aliter diſponens, & quòd nec procedit dicta tacita relocatio ſi conductor deficiat in implemento, & ſolutione penſionis, & plenè de omnibus prædictis, & alijs ad materiam tacitæ renouatæ locationis, Pacion. *de locat. cap.* 64. *per tot.*

Non etiam procedit vbi conſtat de contraria mente contrahentium, Rot. *d. part.*9. *deciſ.*431. *num.*2. Pacion. *loc. cit. num.*28. *&c. num.*88. *& ſeqq.*

Nec quando locatio eſt nulla, Rot. *part.*10. *deciſ.* 219. *num.*16.

Quando autem locatio renouari debeat ob melioramenta in re facta, vel de æquitate, ſiue ex pacto, conſuetudine, & huiuſmodi, latè Pacion. *de locat. cap.*62. *& ſeqq.* vide *in §. Melioramenta num.*33.

Locatio pro certa annua quantitate non arguit iuſtum rei valorem, niſi aliundè adminiculetur, Rot. *part.*5. *diuerſ. deciſ.*116. *num.*1. vide *in §. Valor num.*1. Ludouiſ. *deciſ.*76. *num.*5. *&* 6. Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*668. *per tot.* 5

Non etiam probat dominium locatoris, niſi concurrentibus alijs adminiculis, vt ſolutio affictus, & ſimilia, Rota *part.*2. *diuerſ. deciſ.*141. *num.*1. *&c.* Tuſch. *littera L. concluſ.* 427. vbi quòd neque poſſeſſionem, & quando ſecus, Paul. Chriſtin. *deciſ.*118. *num.*1. *&c. vol.*3. Ricc. *Collect.* 1725. 3693. Probat tamen quantitate fructuum, qui liquidantur in quantitate ſolita percipi ex locatione, Caualer. *deciſ.*13. *num.*1. & latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.*27. *num.*72. *& ſeqq.*

Probat etiam poſſeſſionem, quando eſt pluries reiterata, & effectuata, ac etiam in præiudicium tertij non conductoris ex relatis per Rot. *part.*14. *recent. deciſ.* 229. *num.*17. *& ſeqq.* vide *in §. Poſſeſſio num.*24. de prædictis omnibus, & alijs effectibus locationis, plenè Pacion. *de locat. & conduct. cap.*27. *per tot.* vbi an transferat dominium, & quale, poſſeſſionem, an probet vtrumque, & alia prædicta.

Locatio facta ad decem annos, vel vltra tranſit in contractum emphyteuticum, Pract. Pap. *libell. ad fictis præſtat. gloſ.* 1. *num.*1. vide Pacion. *de locat. & conduct. cap.*3. *&* 4. 6

Dicitur ad longum tempus, transfert vtile dominium, & dicitur alienatio, vnde requirit ſolemnitates neceſſarias in alijs alienationibus, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.*81. Alex. *conſ.*17. *num.*1. *lib.*4. Boer. *deciſ.* 234. *nu.* 1. Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.*7. *num.*94. latè Montan. *de tut. cap.* 33. *num.*396. *& ſeqq. ad* 418. *fol.*148. Menoch. *de arbitr. caſ.* 5. *per tot.* Tuſch. *littera L. concluſ.* 403 *per tot. concluſ.* 404. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.*138 *per tot. lib.*2. vbi probat omnia prædicta, inferendo quòd ſi talis conductor priuari ceſſet per triennium ſoluere debitam penſionem, priuatur commodo contractus, & omni ſuo iure.

Quòd imò locatio, & non emphyteuſis præſumatur vbi penſio fructibus correſpondet, & ſic contractus fuit denominatus à contrahentibus, etiam ſi agatur de bonis Eccleſiæ, & conceſſio ſit facta in perpetuum, ac ideò transeat ad hæredes extraneos, & alia ad rem, Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*309. *& part.*17. *deciſ.*123. *num.*15. *& ſeqq. & dec.*221. vbi fuit confirmata præcedens deciſio; & plura quomodo cognoſcatur, & locatio ab emphyteuſi, tradit Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.*3. *per tot.* Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit.*2. *cap.*3. *per tot.*

Locatio rerum Eccleſiæ eſt nulla in totum ſi fiat cum pacto renouandi de anno in annum, cùm non valeat vltra triennium ſine debitis ſolemnitatibus, ita vt dicto caſu nec ſuſtineatur pro triennio permiſſo, *Extrauag. Ambitioſa de rebus Eccl. non alien.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*715. *num.*16. *&c.* Merlin. *deciſ.* 826. *per tot.* & Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*474. *num.*5. *& ſeqq. per tot. & part.* 14. *deciſ.* 372. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 67. *num.*35. *&c.* Sperel. *deciſ.* 154. *num.*28. *&c.* Paul. Chriſtian. *deciſ.*183. *vol.*1. vbi vi-

detur tenere quòd valeat vſque ad decem annos; ſed non recedas ab alijs, Altograd. conſ.23. num.24. lib.1. vbi quòd iſto caſu vtile vitiatur per inutile, Tuſch. littera L. concluſ. 401. vbi quòd facta ad plures annos dicitur vna, & non plures, & quando ſecus.

Intelligendo quando quolibet anno fructus recolliguntur, ſecus autem ſi de biennio, vel triennio tantùm, quia tunc valeret locatio ad ſex, vel nouem annos, cùm biennium, vel triennium quo fructus colliguntur reputetur pro vno anno, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 931. num.13. vide in §. Emphyteuſis num. Rot. part.10. recent. deciſ.219. num.6. & ſeqq.

Plura de locatione bonorum Eccleſiæ quando valeat, vel non, Tuſchus littera L. concluſ.405. & ſeqq Merlin. deciſ.826. Ricc. Collect.655. 2165. 2167. &c. Rot. part.10. recent. deciſ.219. per tot. Sanfelic. deciſ. 309. vbi an prædicta procedant in locatione domus ruinoſæ, vel damnoſæ, & an nullitas poſſit allegari ab alio, quàm ab Eccleſia, & alia de hac materia, Thom. Triuiſ. deciſ.21. plenè Pacion. de locat. & conduct. cap.14. per tot. à pagina 86. vſque ad paginam 147. ad ſaturitatem, & Thom. del Bene de Immun. Eccleſ. part.2. cap.18. per tot. fol.184. & ſeqq. Gibalin. de vniuerſ. negot. tom.2. lib.4. cap 8. art.4. Conſect.11. per tot. fol.218. &c.

8 Locatione finita, conductor primus efferens quantum nouus præfertur in reconductione, ſi agatur de rebus fiſcalibus municipij, Reipublicæ, vel Eccleſiæ quamuis ad modicum tempus propter æquitatem, l. congruit, C. de locat. præd. lib. 12. quæ inducit ſpeciale in huiuſmodi cauſis priuilegiatis, & æquiparatis, vnde contrarium eſt dicendum in alijs caſibus Parr. in d. l. congruit, Addit. ad Pract. Pap. libell. ad ſiſt. praeſt. gloſ.1. verb. & dic. verb. ſterilitas, latè Gratian. diſcept. forenſ. cap.357. per tot. cap.520. num. 5. &c. cap.715. num.20. &c. cap.813. num.33. &c. Franch. deciſ 406. per tot. vide in §. Conductio num.42. vbi quòd d. l. congruit limitatiuè procedit tantùm in prædijs fiſcalibus, de quibus loquitur, & non in alijs, imò nec in gabellis, & ſimilibus, adde Tuſch. litt. L. concluſ.422. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.113. num.4. &c. vol.3. latè Pacion. de locat. & conduct. cap.20. num.39. & ſeqq. per tot. vbi poſſit regulam negatiuam, vt primus conductor non præferatur, quam nouem modis limitat, nempè ſtante pacto, ſtatuto, fauore ſtudij, pauperum, Eccleſiæ, fiſci, & huiuſmodi penes eum videndis, ſed antiquum conductorem bonorum Eccleſiæ non eſſe proferendum nouo, latè tuetur Caren. reſol.46. & 47. per tot.

Quod de æquitate antiquus conductor poſſidens, & offerens ſoluere quantum nouus non poſſit expelli, ſi dominus nullam expellendi cauſam habeat, Alexand. conſ.129. vol.1. Iaſ. in auth. qui rem, C. de Sacroſ. Eccleſ. Gramatic. conſ.4. num.2. Afflict. deciſ.238. Martha vot. Piſan. 35. num.10. & ſeqq. vbi loquitur extra dictos caſus priuilegiatos, nec alios allegat, adde Pacion. dict. cap.20. num.42. & num.120. & ſeqq. vbi quòd ſequentes hanc opinionem loquuntur in prædijs ruſticis, diſtinguendo ab vrbanis, ſed eſſe intelligendos in caſibus limitationum prædictarum, vel Conſtitutionum Neapolitanarum, vel non habendos in conſideratione.

Qualiter ratione communionis detur prælatio, Gratian. diſceptat. 526. num.3.

Et qualiter ratione intraturæ, vide in §. Conductio num. 42. facta locatione duobus quis præferatur, Tuſch. littera L. concl.429.

Plura de inquilinato, ex quo conductori competat prælatio, an procedat tantùm quoad domus, vel etiam quoad apothecas, & Magazenos, & alia ad rem, Pacion. dict. cap.20. num.82. & ſeqq. & cap.27. num.144. & ſeqq. vbi etiam an conductor ſit præferendus in emptione rei conductæ.

Locator mortuo conductore ſine hærede ante finitam locationem, poteſt rem vel alteri locare, vel ſinere ſtare ſine conductore, vt ſibi currat penſio, cùm locationis contractus tranſeat ad hæredes, maximè quando de illis fuit facta mentio, & hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti, ſecus ſi eſſet vacans, & nullus eam capere poſſet, vide Capyc. deciſ.87. num.11. & per tot. Staiban. de intereſſ. lib.2. tit.10 quaſt.1. num.53. & num.160. Pacion. de locat. cap.61. num.1. & ſeqq. ad 7. Tuſch. littera L. concl. 413. vbi qualiter locatio ſit hincindè ad hæredes tranſitoria, Paul. Chriſtin. deciſ.116. num.8. &c. vol.3. & ad leg. munic. tit.8. art.1. &c. vbi plura de locatione, Rot. part. 10. recent. deciſ.335. num.9. & ſeqq. vbi etiam quid hæres ſit minor, an procedat tacita renouatio ſine ſolemnitatibus, adde Pacion. de locat. cap.64. num.70. & ſeqq. ad 88. vbi declarat dictam deciſionem.

10 Locans operas ſuas ad aliquod opus conſtruendum tenetur de operis vitio, ſiue vnica penſio, ſiue in ſingulos dies præſtita fuerit, ſi verò locaret operas ſuas ſingulis diebus, nec ad vllum tempus ſe adſtrixerit, de vitio operis non tenetur, l. ex lege, §. locans operas 54. ff. de locat. vbi Bart. & alij, Fab. & alij in §. Imperitia Inſtitut. ad leg. Aquil. Caroc. de locat. part.4. tit. de imperit. agrim. cum alijs per Lanfranch. Zacch. de ſalar. & merced. quaſt.55. num.11. &c. Roman. conſ.297. Borgn. Caualc. deciſ.25. part.1. vbi de Sartore, Medico, & huiuſmodi, & part. 2. deciſ.26. vbi de ædificio, Pacion. de locat. & conduct. cap.31. per tot. vbi videtur intelligere quando operarius opus in ſe ſuſcepit, & arbitrio ſuo operatus fuit, ſecus autem ſi arbitrio domini fecit, nam primo caſu tenetur, ſecus in ſecundo.

Qualiter magiſtri domorum, ſiue Muratores teneantur de caſu fortuito, vel de vitio Operis, debeant de ſuo portare, & reficere inſtrumenta neceſſaria ad operas locatas præſtandas, & habeant hypothecam cum prælatione ſuper ædificio pro ſuarum Operarum mercede citato Paciono, & alijs benè Romaguet. in Addit. ad Conciol. ſtat. Eugub. lib. 5. Rub.9. per tot.

An, & quando locator operarum teneatur de leuiſſima culpa, vel non, ſi non actione locati, ſaltem actione legis Aquiliæ, Rot. part.12. recent. deciſ.26. & deciſ.159. num. 20. & ſeqq. vide in §. Ædificium num.18.

Quòd locans operas ſuas ad certum tempus debeat pro toto tempore habere ſalarium, ſi per eum non ſtetit quominus ſeruiret, Caualer. deciſ.520. vide in §. Salarium num.

Qualiter artifex ædificij teneatur de vitio apparente, & ruina vſque ad quindecim annos, quia tanto tempore præſumitur ruina ex malo miniſterio, exceptis caſibus fortuitis, l. omnes 8. vbi Bald. & alij C. de oper. publ. quæ licèt loquatur de ædificijs publicis, procedit etiam in priuatis, Rom. conſ.197. Tuſch. litt. E. concl.39. Cyriac. contr.166. tom.1. Conſtantin. Caſar. ſpecul. peregr. qq. quaſt.30. per tot. vbi facit alias declarationes, & diſtinctiones, & facit latè Borgn. deciſ.26. part.2. Pacion. de locat. & conduct. cap.31. per tot. Coſta de ratione rata quaſt.127. per tot. vbi benè diſtinguit, & quando ſunt plures artifices æquè principales qualiter teneantur ſinguli pro rata.

Quòd etiam teneatur Artifex opus conſtruere iuxta formam, typum, & plantam conuentam, & an poſſit in melius commutare, Rot. part.18. recent. deciſ.764. per tot. & dixi in §. Forma num.4. in fine.

Locans operam ſuam pro vehenda re aliqua de loco ad locum, tenetur regulariter de dolo, lata, & leui culpa, non tantùm ſua, ſed aliorum, quibus vtitur, l. ſicut certo, §. nunc videndum, ff. commod.

Teneretur etiam de leuiſſima, & ad omne damnum quando locaſſet operam ſuam pro vehenda re frangibili, vel de facili corruptibili, & deuaſtabili, l. ſi merces, §. qui columnam, ff. locat. ita vt ad illum ſpectaret probare culpam abfuiſſe, omnem diligentiam adhibuiſſe, & damnum eueniſſe caſu fortuito, de quo non teneretur, latè Cyriac. controu. 166. per tot. lib.1. Lanfranch. Zacch. de ſalar. & merced. quaſt.88. num.26. &c. vide in §. Electio num 3. §. Periculum num.11. §. Vecturales num. 2. Paul. Chriſtin. ad leg. municip. tit.8. art.15. Pacion. de locat. & conduct. cap.31. num.17. & ſeqq. Rot. part.12. recent. deciſ.26. num.8. & ſeqq. vbi benè declarat ad excuſationem mulionis, quando non teneatur de leuiſſima, & deciſ.156. d. part.12. in eadem cauſa reuiſa, & confirmata.

An, & quando locans operas ſuas in aliquo officio exercendo teneatur de leuiſſima culpa, vel non, latè Rota part.12. recent. deciſ.73. num.8. & ſeqq. per tot. vbi etiam qualiter pro eo teneantur fideiuſſores dati, & explicat text. in dict. l. merces, §. qui columnam, concludendo locatorem operarum non teneri de culpa leuiſſima, iuxta veriorem opinionem, habetur inter impreſſas Bich. deciſ.646.

Plura autem de operibus, quæ locari poſſint, & quomodo, vel non, Pacion. de locat. & conduct. cap.15. per tot. vbi in ſpecie de Sacerdotibus, meretricibus, procuratoribus, ad-

aduocatis, & huiuſmodi in genere, & in ſpecie operas ſuas ad diuerſa locantibus.

Et qualiter locator operarum teneatur remittere mercedem, ſi non præſtitit operas promiſſas, vel ſi illas conductor percipere non potuit, latè idem Pacion. *cap.* 50. *per tot.*

12 *Locans paſcua* expreſsè pro alendis animalibus habet hypothecam ſuper illis cum prælatione, etiam quoad creditores anteriores, qui penſione, & pretio fœni conſumpti, Caualcao. *deciſ.* 44. *num.* 7.

Si tamen ſimpliciter locaſſet paſcua, vel vendidiſſet fœnum ſecus eſſet dicendum, Gratian. *diſcept. cap.* 25. *num.* 17. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 5. *num.* 16. *etc. & num.* 65.

13 Locans domum, horrea, vel apothecam non pro ſimplici habitatione, ſed pro conſeruatione rerum, præfertur in illis creditoribus etiam anterioribus conductoris pro penſione conuenta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 68. *n.* 4. *&c. cap.* 713. *num.* 1. *&c.* vide *in §. Hypotheca num.* 29. *& §. Dominus num.* 30. vbi de hypotheca ſuper fructibus fundi locati, de qua vide Ricc. *Collect.* 1066. & Rot. *par.* 14. *rec. deciſ.* 64. Pacion. *de locat. cap.* 40. *num.* 127. *& ſeqq.* vbi de locatione pro conſeruatione mercium vt ſupra, & Rot. *par.* 18. *rec. deciſ.* 726. *per tot. & par.* 19. *deciſ.* 15. *num.* 2. *& ſequentibus.*

Quòd poſſit locator inuecta, & illata in domum locatam propria auctoritate intra domum claudere, ſi ſibi tempore conuento non fuerit ſoluta penſio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 921. *num.* 12. *cap.* 953. *num.* 19. *&c.* vbi etiam qualiter in fructibus in ſuo recollectis præferatur quibuſcumque anterioribus, vide *in §. Dominus* 30. de quo vltimo latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 33. *per tot.* & de inuectis, & illatis qualiter ſint hypothecata, & poſſint claudi, vel non, vt ſupra plenè idem Pacion. *loc. cit. cap.* 40. *per tot.* dixi *in §. Hypotheca num.* 27. *& num.* 29.

Sed an dominus, vel locator præferatur in dictis fructibus creditori ex cauſa ſeminis mutuati, diſputat Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 21. *fol.* 225. vbi poſt plura ad fauorem mutuantis pro ſemine, vel alijs expenſis laborerij, ſiue culturæ tamquam productricis totius, ad exemplum mutuantis pro conſeruatione rei, & fructus non dicantur niſi deductis expenſis, tandem concludit ad fauorem domini, vel locatoris, vt ratione terragij ipſe præferatur, cùm fructus percipiantur non iure ſeminis, ſed iure ſoli, quia ſemen cedit ſolo, vel quia ſit etiam anterior tempore, cum ſemen vt plurimum detur poſt locationem, & alijs rationibus reſpondendo contrarijs, vide *in §. Mutuum num.* 7. Pacion. *d. cap.* 33. *num.* 49. *& ſeqq.* vbi poſt plures hincindè relatos concludit pro locatore, vt ſupra.

Quòd locator de iure non habeat prælationem ſuper fructibus à ſolo ſeparatis in illorum emptione, aut dominio, ſed ſolùm in hypotheca aduerſus alios èreditores, Peregrin. *conſ.* 80. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. quem ſequitur Bich. *deciſ.* 500. *num.* 34. Pacion. *d. cap.* 33. *num.* 68.

An autem ſit neceſſaria citatio partis in claudenda domo ob penſionem non ſolutam, vel in ea aperienda quando finita locatione fuit relicta clauſa à conductore, Alex. *conſ.* 106. *lib.* 3. *& conſ.* 131. *lib.* 4. Cancer. *tit. de renouat. locat. declarat.* 16. Baron. *tract. de Citat. tom.* 2. *ſing.* 96. *&* 97. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 40. *num.* 52. *& ſeqq. infr. num.* 25.

Non tamen præfertur locator doti §. *bis conſequens Auth. de æqual. dot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 257. *num.* 33. *cap.* 713. *num.* 1. quia mulier ex ſua tacita hypotheca præfertur omnibus alijs etiam anterioribus habentibus ſolùm tacitam quantumuis priuilegiatam, vt tenent multi relati per Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 31. *per tot.* quibus ipſe reſpondet, & videtur firmare quòd inter huiuſmodi tacitas hypothecas priuilegiatas conquaſſentur priuilegia, & ſit ſeruandus ordo temporis, & regula, qui prior tempore potior ſit in iure, & conuenit Gratian. *diſcept. for. cap.* 935. *num.* 8. *& per tot.* vide *in §. Mutuum num.* Pacion. *d. cap.* 33. *num.* 59. *& ſeqq.* vbi videtur concludere pro locatore, etiam ſi non ſit anterior.

Qualiter locator habeat hypothecam ſuper bonis inuectis, & illatis in re conducta, Neguſ. *de pign. par.* 2. *memb.* 4. *num.* 128. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 210. Tuſch. *lit. C. concl.* 428. dixi *in §. Hypotheca n.* 27. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 110. *vol.* 3.

Locator, qui ab initio recepit integram penſionem pro toto tempore, non poteſt conductorem expellere, etiam propter neceſſitatem propriam, vel aliam legitimam cauſam ante finitum tempus, & ſibi debet imputare quòd ſe excluſerit ab huiuſmodi facultate, Pract. Papp. *libell. ad ſidis præſtat. gloſ.* 1. *num.* 9. vide *in §. Conductio num.* 1. *&c.* latè Mart. Medic. *exam.* 28. *per tot. cum Addit.* vbi qòd regulariter non poteſt locator expellere conductorem ante finitum tempus, exceptis aliquibus caſibus, de quibus ibidem, & plenè Tuſch. *lit. L. concluſ.* 417. *per tot.* 14

An autem petendo penſionem excludatur à iure repellendi propter non adimplementum promiſſorum, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 515. *numer.* 7. 50. *& per tot.*

Quòd per ſolutionem penſionum futurarum inducatur etiam tacita relocatio, & reconductio per text. *in l. item quæritur, §. quo impleto, ff. de locat.* vbi DD. & Marthia *vot. Piſ.* 35. *num.* 9.

Locator poteſt petere augumentum penſionis ob inſolitam vbertatem prouenientem fortuito, & non ob diligentiam coloni, ad exemplum ſterilitatis, propter quam tenetur remittere penſionem, vt damni, & lucri ſit eadem ratio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 195. *num.* 13. *cap.* 442. *num.* 15. *& ſeqq.* & benè declarat Pacion. *de locat. cap.* 51. *per tot. vbi num.* 24. requiritur quòd fructus aucti fuerint vltra dimidiam eius, quòd regulariter percipi ſolet, vide alios, quos allegaui *in §. Conductor num.* 34. Tuſch. *lit. L. concl.* 416. *& lit. C. concl.* 614. Ang. *conſ.* 312. *num.* 5. vbi quòd augumentum in pretio fructuum ſicut etiam diminutio non attenditur ad augendam, vel minuendam penſionem, vide *in §. Remiſſio in fine.* 19

Quando autem locator teneatur facere remiſſionem mercedis conductori, vel non, plenè Tuſch. *lit. L. concluſ.* 431. 432. *&* 433. *per tot.* dixi *in §. Remiſſio num.* 4. *& ſeqq. per tot.*

Quando locatio dicatur facta ad corpus, vel ad menſuram, & an ob id ſit locus augumento, vel diminutioni penſionis, ſi menſura enunciata ſit maior, vel minor, latè Cabal. *conſ.* 165. *lib.* 1. vide *in §. Venditio numer.* 16. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 45. *per tot.* vbi benè declarat, plenè Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.* 24. *per tot.*

Locator qualiter teneatur ad damna, & intereſſe, quando conductor fuit impeditus vti re locata, Ricc. *Collect.* 3766. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 376. *num.* 18. *& per tot. cap.* 534. *num.* 22. *&c.* vbi quid ſi in minima parte, & facto ipſius conductoris, & an poſſit recedere ante tempus propter nouam cauſam ſuperuenientem, vide *in §. Conductio num.* 41. Ludouiſ. *deciſ.* 235. Altograd. *conſ.* 21. *num.* 51. *lib.* 1. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 28. *num.* 24. *& ſeqq. per tot.* vbi diſtinguit, & declarat quatuor caſus, an ſcilicet impedimentum proueniat ex facto locatoris, vel conductoris, vel tertij, vel ex caſu fortuito, in quo connumerat factum Principis, *& cap.* 47. *num.* 26. *& ſeqq. & cap.* 48. *num.* 19. *& ſeqq.* 16

Quòd in contractu locationis non ſit permiſſum ab eo recedere ob non implementum alterius partis, niſi reſpiciat cauſam finalem, quid ſi res ſit adhuc integra, & alia ad rem, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 130. *per tot.* vide *in §. Contractus, & §. Exceptio.*

Quòd locator non exprimens, quòd res locata non poterat locari dicatur eſſe in dolo, & teneatur ad omne damnum, & intereſſe conductoris, ad exemplum venditoris, nec poſſit allegare nullitatem contractus, quia dolus ſuus ſibi patrocinari non debet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 534. *num.* 20. *&c.*

Quid ſi res locata fuerit malæ qualitatis dic quòd ſi locator ignorauit, tenetur tantùm ad remiſſionem mercedis quatenus reſultet conductori damnum ad illam obtinendam ſufficiens, ſi verò ſciuit, vel ſcire potuit, tenetur etiam ad intereſſe, *l. ſed addeſ.* 21. *§. ſi quis dolia, ff. locat.* Pacion. *d. cap.* 48. *num.* 24. *&* 25. vbi etiam in ſpecie de locante ſcienter equum malum, vt teneatur ad intereſſe.

Qualiter teneatur locator præſtare patientiam, & qualem conductori, latè Tuſch. *lit. L. concluſ.* 414. *per tot.* Surd. *deciſ.* 326. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 109. *num.* 10. *etc. vol.* 3. vbi qualiter teneatur etiam ad refectionem rei locatæ, & ad dam-

Digitized by Google

damna ob locationem rei vitioſæ, & *deciſ.* 117. *per tot. vol.* 3. Pacion. *de locat. & conduct. d. cap.* 28. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 291. Rot. *par.* 14. *recen. dec.* 38. vbi quòd tenetur ad reſtaurationem rei locatæ; quoad expenſas neceſſarias, vide *in* §. *Expenſa*, Rot. in ſelectis per Farinac. *par.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 399. *per tot. & par.* 15. *recent. deciſ.* 16. *& deciſ.* 184. vbi quando ob exceptionem non implementi poſſit retardari ſolutio affictus, vel non, vide *in* §. *Exceptio num.* & Pacion. *d. tract. cap.* 46. *per tot.* vbi plura de iſta exceptione non implementi in materia locationis.

17 Locator agendo vigore locationis, ſi opponatur de re non tradita, debet probare traditionem, & patientiam præſtitiſſe tamquam implementum, ad quod tenetur ex parte ſua, cùm locatio ſit contractus vltrò citròque obligatorius, etiam ſi in inſtrumento dicatur domum, vel terram fuiſſe traditam, quia huiuſmodi verba extra conſpectum rei prolata non operantur traditionem, ſed tantum licentiam intrandi poſſeſſionem propria auctoritate, Pract. Papp. *libell. ad fict. præſtat. gloſ. recuſauerit*, Natt. *conſ.* 360. *num.* 1. Magon. *deciſ. Luc.* 11. *num.* 3. *&c. per tot.* vbi tandem concludit contrarium vigore ſtatuti, de quo ipſe loquitur, licèt in terminis iuris communis nullatenus videatur recedere à prædictis, vide *in* §. *Exceptio num.* & §. *Executio num.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 109. & 117. *per tot. vol.* 3. Rot. *par.* 13. *recen. deciſ.* 130. *per tot.* vbi qualiter repellatur exceptione non implementi, vel rei non traditæ, licèt conductor promiſerit ſoluere quacumque exceptione non obſtante, *& deciſ.* 177. *in eadem cauſa, & deciſ.* 291. *num.* 14. *&c.* adde Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 28. *per tot. & cap.* 44. *per tot.* vbi plura an, & quando obſtet exceptio non implementi, vel non.

Quòd locator præſumatur præſtitiſſe patientiam, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 86. *per tot.* Beltramm. ad Ludouiſ. *deciſ.* 235. vbi intelligit quando ab initio conſtat de traditione, & patientia, quia tunc conductor allegans ſuperueniſſe impedimentum, tenetur ipſe probare, ſecus autem vbi non apparet de traditione, & patientia ab initio, quia iſto caſu incumbit onus locatori probandi implementum, & patientiam ex parte ſua, adde Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 399. *per tot.* vbi quòd conſtito de traditione, non poteſt conductor retardare ſolutionem, niſi docto de impedimento, vide Pacion. *d. tract. cap.* 28. *et* 4. *per tot.*

18 Locator non tenetur recipere rem locatam factam deteriorem à conductore abſque detrimenti, & iacturæ pretio, cùm res, quæ offertur deterior facta, non dicatur integra ſine detrimenti pretio, & ſic cùm habuerit iuſtam cauſam recuſandi illam recipere, conductor tenetur interim nedum ad reparationem, & reintegrationem, ſed etiam ad omne intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, quod locator percipere potuiſſet, re ſibi in priſtinum ſtatum reſtituta, ita vt in probatione iſtius intereſſe non ſint neceſſaria requiſita, de quibus ex Caſtr. & alijs, dixi *in* §. *intereſſe num.* Sed ſufficiant probationes veriſimiles concludentes à communiter accidentibus, vt benè probat Altograd. *conſ.* 21. *num.* 35. *etc. per tot. lib.* 1. vide *in* §. *Conductio num.* 19. *et* §. *Commodatum num.* 1. *et* 3. facit Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 29. *et ſeqq. et cap.* 65. *num.* 6. *et ſeqq.* vbi qualiter conductor teneatur reſtituere rem in eadem eſſentia, & ſtatu, quo illam recipit, & latè quæ remedia tam poſſeſſoria, quàm petitoria locatori competant ad illam recuperandam.

Si tamen conductor negaret damnum, & de illo non conſtaret in continenti, & ſic eſſet illiquidum, tenetur in dubio locator recipere rem cum proteſtatione de damnis, & intereſſe, idem Altograd. *d. conſ.* 21. *num.* 44. *lib.* 1.

Qualiter teneatur locator culpam caſus fortuiti probare, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 995. dixi *in* §. *Conductor, et* §. *Incendium.*

Ad quas expenſas teneatur locator, vel non, Tuſch. *lit. L. concl.* 415. vide *in* §. *Conductor num.* 57. *et* §. *Expenſa num.* 12. plenè Pacion. *d. tract. cap.* 34. *per tot.* Rot. *par.* 17. *rec. deciſ.* 179. 181. *et* 388.

Quòd locator teneatur reficere melioramenta in re facta à conductore, etiam ſi conductor ſe obligauerit illa facere proprijs ſumptibus, quia huiuſmodi obligatio donationem non importat, nec tollit actionem repetendi, niſi fuerit etiam conuentum, quòd melioramenta cum ipſa re ad dominum reuertantur abſque illorum ſolutione, Rot. *par.* 16. *recen. deciſ.* 305. *per tot. & par.* 17. *dec.* 251. *num.* 10. *& ſeqq.* in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, & dixi *in* §. *Expenſa, &* §. *Melioramenta*, vbi etiam quando teneatur ad fructus melioramentorum, vel non, ſiue ad ſimplicem expenſarum reſtitutionem abſque fructibus, ad latè tradita per Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 323. *per tot.*

Quòd ſi locator recuſet ſoluere ædificia lignea, vel ſimilia à conductore facta, poſſit ipſe conductor illa remouere, Rot. *part.* 18. *recen. deciſ.* 565. *per tot. & deciſ.* 608.

Locans molendindinum, vel quid ſimile pro certa 19
ſumma, ſi ſublocetur à conductore pro minori ſumma, ipſo primo conductore facto decocto, & non ſoluente, an poſſit ipſe primus locator agere contra ſubconductorem pro integra ſumma ab initio conuenta dixi *in* §. *Conductio num.* 26. facit Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 32. *num.* 38. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de ſublocatione, & an, & quando ſubconductor teneatur primo locatori, vel non.

Locans alteri fundum excolendum pro certa quantitate 20
fructuum, debet illam integram habere abſque aliqua deductione expenſarum in recolligendis fructibus neceſſarium, Capyc. *deciſ.* 20. *num.* 14.

Quòd nec etiam teneatur tradere conductori ſemina pro agro colendo, ſiue ſeminando, vide *in* §. *Conductor num.* & §. *Colonus num.*

Qualiter locator obligatus dare terras ſeminatas dicatur impleuiſſe, Tuſch. *lit. L. concl.* 403.

Qualis autem contractus dicatur initus cum colonis partitarijs, vide Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 5. *per tot.*

Locans, qui ſibi cauit de hypothecata pro penſione con- 21
tra conductorem, illam acquirit à die contractus, etiam pro penſionibus poſtea maturandis, ità vt habere debeat anterioritatem contra alios, qui interim ante maturatas penſiones aliam hypothecam acquiſiuiſſent, cùm ſit attendendum tempus locationis, & contractus, non autem dies ſolutionis, ex quo hypotheca ſiue in diem, ſiue conditionalis retrotrahitur ad diem contractus, Canaler. *dec.* 342. *per tot.* vide *in* §. *Hypotheca num.* 38. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 39. *num.* 51. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam quid in locatione tacitè renouata, an procedat hypotheca cum prælatione à die primi contractus, vel renouationis tacitæ, & refert contrarias opiniones, tranſeundo cum Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 31. vt procedat à die primi contractus, ſed Merlin. ibi loquitur in diuerſis terminis, vt dixi *in* §. *Hypotheca num.* 29. *in fine.*

Locatio animalium ad colaticum, ſiue iouaticam qua- 22
liter ſit licita, & ad quem ſpectet periculum animalium, Crauet. *conſ.* 145. Alex. *conſ.* 158. *lib.* 2. Tuſch. *lit. L. concl.* 409. dixi *in reſolut. cap.* 27. *per tot.* & in hoc Opere §. *Animalia num.* 4. & 5. latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 12. *per tot.* vbi bis citat dictas *meas reſol. cap.* 17. *nempe ſub num.* 34. & 59.

De locatione mobilium, ſiue vaſorum, & medicamentorum apothecæ facta præcedente æſtimatione cum pacto vt interim ſoluatur intereſſe pretij æſtimati, & in fine reſtituantur vaſa, & medicamenta eodem pretio æſtimanda, licitam eſſe probat Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 89. vbi allegat Caualc. *deciſ.* 13. *num.* 66. *par.* 2. Valer. *de diff. vtriuſque for. verb. Vſura diff.* 3. *num.* 9. facit contra quòd dixi *in meis reſol. cap.* 100. Sed poſſunt doctrinæ concordari attentis circumſtantijs vtriuſque caſus.

Re autem mobili locata, & per longum tempus non reſtituta, ſi fuerit perempta, non debetur amplius merces à die peremptionis, ſi verò extet, reſtitui debet vnà cum intereſſe conuento non excedente valorem rei, vt reſoluit Senatus Cathaloniæ apud Fontanel. *dec.* 536. 537. & 538. licèt ipſe videatur tenere, vt merces poſſit excedere valorem rei; & iuxta prædictam diſtinctionem, & taxationem intereſſe, me conſulente ſæpè fuit reſolutum à Magiſtratu DD. Octo Baliæ Florentiæ in cauſis Hebræorum veſtes locantium pro mercede diurna, illis longo tempore retentis, vel non reſtitutis, & ſimilium locantium equos ad vecturam, & non diſenſit Pacion. *de locat. cap.* 65. *num.* 17. & 18.

Locationi qui ſtare teneantur, vel non, latè Tuſch. 23
lit.

Digitized by Google

lit. L. concl. 418. 419. 420. *per tot.* dixi *in §. Conductio num.* 1. *& 12. §. Emptio num. 42. & §. Succeſſor num.* 14. *& §. Vſuſfructus num* 23. *in fine*, Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 8. *art.* 1. *&c.*

24 Locatio exceſſiua vltra dimidiam iuſti pretij, tamquam læſiua poteſt reſcindi ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* non autem ex fœnoris cauſa impugnari, cùm vſura committatur dumtaxat in mutuo vero, vel ficto, non autem locatione, vel alijs contractibus ad mutuum non reducibilibus, Couar. *var. lib. 2. cap. 3. num. 7. &* 8. Leotard. *de vſur. quæſt. 8. num.* 25. Gratian. *diſcept.* 185. *num. 1. & ſeqq.* Mareſcot. *var. lib. 2. cap.* 132. Rot. *par. 13. recen. deciſ.* 58. *num. 15. & ſeqq. per tot.* vide *in §. Remedium num. 36. §. Vſura num. 1. & § Conductio num.* 48. vbi qualiter etiam in locatione poſſit vſura committi, & dicta deciſio fuit confirmata eadem *par. 13. deciſ. 164. & dec.* 252. vbi tamen quando poſſit conſiderari vſura etiam in contractu locationis.

Quomodo, & quando conſideretur læſio in contractu locationis, & qualiter dicta læſio probari poſſit, latè Pacion. *de locat. & conduct. cap. 18. & 19. per tot.* vbi plura ad rem in genere, & caſus particulares in ſpecie.

Quòd imò remedium *d. l. 2. C. de reſcind. vend.* non habeat locum in contractu locationis, & quare, latè contra aliorum communem opinionem, probat Albert. Alderiſ. *tract. de ſymon. contract. tit. 2. cap. 1. num. 20. & ſeqq.*

25 Locator finita locatione qualiter poſſit conductorem expellere etiam propria auctoritate, & aperire oſtia ipſo claudente, vel tutiùs procedere cum præcepto executiuo de extractando, à quo non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, nec requiritur plena probatio, ſed ſufficit ſummaria, non admittitur declinatoria fori, nec exceptio dominij conductoris, ſed benè tertij, ſi ipſe tertius dominium prætendens iudicio aſſiſtat, & quare; intelligendo quando locator agit non ex locato, vel actione locati, & ſic petitorio, ſed remedio, *l. ſi quis conductionis, C. locati*, & alia de hac materia plenè Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 371. *per tot.* Caualcan. *deciſ.* 19. Carpan. *ad ſtat. Mediol. cap.* 399. *num.* 145. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 121. *num. 15. & ſeqq.* cum alijs per iſtos citatis, facit Bich. *deciſ.* 526. *num.* 18. *& ſeqq.* vide *in §. Conductor num. 15. & ſeqq. & num. 51. ſupra num.* 13. Pacion. *de locat. cap. 55. num. 36. & ſeqq.* vbi quid ſeruare debeat locator in apertione domus, ſi conductor ſit abſens, & alia ad rem, & latiùs idem Pacion. *cap. 65. per tot.* vbi de omnibus prædictis, & alijs remedijs poſſeſſorijs, & petitorijs locatori ad rem locatam recuperandam, finita locatione, competentibus, cum ſuis requiſitis, & extremis neceſſarijs probandis.

26 Locatione eiuſdem rei duobus facta, præfertur poſſeſſor ex regula *l. quoties, C. de rei vindic.* Alex. *conſ.* 122. *vol.* 5. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 238. *num.* 7. Rot. *in antiquis deciſ.* 2. *num. 3. de locat. & conduct.* Martha *vot. Piſ.* 35. *num. 13. &* 14. vide *in §. Conductor num.* 44. Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.* 21. *per tot.* vbi quòd neutro poſſidente, præfertur anterior, & idem ſi poſterior poſſideat, ſed anterior habeat hypothecam ad ſui fauorem, & alia ad declarationem materiæ, facit quod dixi *in §. Emptio num. 43. & §. Venditio num.* 45.

27 Locator an poſſit executiuè contra conductorem procedere ad penſionem, videtur affirmatiuè reſpondendum per text. *in l. Præſes* 17. *ff. locat.* Viui. *comm. opin.* 678. *n.* 6. *& deciſ.* 308. *num.* 22. Gratian. *diſcept.* 117. *num.* 1. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap.* 121. *num.* 9. cum alijs per Bich. *dec.* 506. *num.* 5.

Contrarium tamen eſt verius, quia de iure locatori datur ſolùm actio ex locato, vel ex ſtipulatu, quæ actiones ordinariæ ſunt, & non executiuæ, etiam ſi obligatio fuerit contracta per publicum inſtrumentum, quia niſi contineat formam Cameralem, vel guarantigiam, non habet executionem paratam, vt dixi *in §. Inſtrumentum num. 8. & 9.* nec ſufficit ad hunc effectum clauſula, *omni exceptione remota*, neque iuramentum quod non habet priuilegium viæ executiuæ, niſi ſit litis deciſiuum, vt concludit idem Bich. *d. deciſ. 526. num. 6. & ſeqq. per tot.* vbi reſpondet omnibus contrarijs, & concordantes allegat: loquitur tamen, & debet intelligi in terminis iuris communis, nam hodie vigore ſtatutorum in multis locis inſtrumenta publica, vel etiam ſcripturæ priuatæ cum certis ſolemnitatibus, habent executionem paratam, adde latè Pacion. *de locat. & conduct. cap. 30. per tot. & cap. 40. num. 35. & ſeqq.* vbi qualiter competat via executiua aduerſus bona inuecta, & illata in prædium locatum, *ſupra num.* 13.

Quando non impediatur ſolutio affictus ob exceptionem non implementi non expreſsè à locatore promiſſi, Rot. *par. 15. recen. deciſ. 16. & deciſ.* 184. vide *in §. Exceptio*, vbi plura de huiuſmodi exceptione.

Locatio facta à tutore, vel curatore de bonis pupilli, 28
vel minoris ſine decreto iudicis, ſi fuerit ad modicum tempus valet, & pupillus, vel minor tenetur illi ſtare, etiam finita tutela, vel cura, ſecus ſi fuerit ad longum tempus, vt per Caroc. *de locat. par. 2. tit. de Tut. num. 1. & ſeqq. fol. mihi 69. &* 70. adde latè Pacion. *de locat. & conduct. cap. 8. per tot.* vbi etiam an ſit neceſſarius interuentus ipſius pupilli, de quo dixi *in §. Pupillus num.* 3. & alia plura ad rem.

Locatis pluribus rebus ſimul, ſub vno, vel diſtincto pre- 29
tio, an dicatur vnicus contractus, vel plures contractus, ita vt debeatur vna tantùm gabella, vel plures gabellæ, vide *DD. citatos in §. Contractus num.* 6. quibus adde Pacion. *de locat. & conduct. cap. 25. per tot.* vbi alia plura ad rem, & de correſpectiuitate vnius locationis ad aliam, ità vt etiam ratione correſpectiuitatis, vna locatio reputetur alteri ineſſe, & efficiatur vnus, atque indiuiduus contractus, de qua materia dixi *in §. Contractus num.* 34. vbi adde Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 93. & par. 15. rec. dec. 59. per tot.*

Locator an pro penſione poſſit agere contra vxorem, vel 30
filios conductoris, vel alios, qui re locata vſi, & gauiſi ſunt, licèt aliter non obligatos, ſaltem in ſubſidium ex æquitate, *l. ſi me, & Titium 32. ff. ſi cert. pet.* latè Pacion. *de locat. & conduct. cap. 35. num. 1. & ſeqq.* & dixi plures allegando *in §. Filius num. 28. & §. Vxor num.* 14.

Locatio finitur pluribus modis, vt conductor teneatur 31
dimittere rem locatori, & primò per lapſum temporis præfiniti, ſiue certum ſit, ſiue incertum, puta ad vitam, ad certam generationem, vel lineam, *l. conductores, & l. ſi quis conductionis C. locat.* Ludouiſ. *deciſ.* 45. *num.* 1. Corbul. *de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob lin. fin. num. 1. &c.* latè declarat Pacion. *de locat. cap. 53. per tot.*

Secundò, finitur, & poteſt conductor expelli propter malum vſum, & deteriorationem rei conductæ, dummodò ſit circa ipſam rem, & proprietatem, non modica, ſed conſiderabilia, & per dolum, vel culpam ſaltem leuem, *l. edem, C. locat. cap. propter. 3. §. verum eod. tit.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 78. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de locat. reſol.* 4. Pacion. *d. tract. cap. 54. per tot.* vbi benè declarat dicta requiſita, & dixi *in §. Conductor num. 7. & §. Arbor num.* 8.

Tertiò, finitur, & poteſt conductor expelli ſi non ſoluerit integram mercedem conuentam, etiam ſtante pacto iurato de non expellendo durante tempore abſque alia verborum prægnantia per text. *in l. ede 3. C. de locat. & in l. quæro 56. §. inter locatorem, ff. eodem*, & dixi *in §. Conductor num.* 10. ità vt locator poſſit hoc agere de facto, propria auctoritate, niſi conductor reſiſtat, licèt tutius ſit ad euitanda ſcandala aſſociationem, ſiue aſſiſtentiam à iudice petere, quæ eſt concedenda ſine partis citatione, quando conſtat nullam competere defenſionem, aliàs citanda eſt pars, ſed ſummariè, & executiuè procedendum, & non ſolum conductor, ſed etiam ſubconductor poteſt expelli, ſi neuter illorum domino mercedem ſoluerit; ſi tamen conductor ſit abſens, debet expectari per aliquod tempus arbitrio iudicis, vt dixi *in §. Conductor num.* 3. & ſi agatur de aperienda domo, in qua adſint mobilia, facere illa deſcribere per notarium, ne contra locatorem detur iuramentum in litem ad probandam illorum quantitatem; intelligendo etiam in ſimplici locatione, nam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica debet expectari biennium, & in priuata triennium ante declarationem caducitatis, quæ poteſt euitaſi pluribus modis, & per purgationem moræ, de qua plura dixi *in §. Emphyteuſis num. 49. & ſeqq. §. Mora per tot.* & hæc omnia ſingillatim probat Pacion. *d. tract. cap. 55. per tot.*

Quartò, finitur locatio in prædijs vrbanis, ſi dominus probauerit domum ſibi neceſſariam pro vſu proprio, vel familiæ, ex cauſa neceſſaria ſuperueniente, & inopinata de tempore locationis, *l. ede 3. C. locat. cap. propter ſterilitatem, §. verum eod. tit.* Mart. Medic. *Exam.* 28. cum alijs per me citatis *in §. Conductor num. 1. & 2.* quibus adde Pacion.

Digitized by Google

cion. *de locat. cap. 56. per tot.* vbi exemplificat in multis caſibus, & limitat non procedere in prædijs ruſticis, nec in ſucceſſore ſingulari in caſibus, in quibus tenetur ſtare locationi, de quibus dixi *in §. Emptor num. 42. & §. Succeſſor num. 14.* quid ſi conductor ſit perſona priuilegiata, vel adſit pactum non expellendi, vel neceſſitas proueniat ex culpa ipſius locatoris, vel ſi domus ſit adeò ampla, vt poſſit vtrique ſeruire, vel adſit ſpecialis hypotheca rei locatæ, vel ſi penſionem, ſiue eius partem poſt neceſſitatem recipit, vel ſi cauſa neceſſitatis reperiatur falſa, vel ſi agatur de locatione ad longum tempus, an id liceat propria auctoritate, & alia ad rem, tradit Pacion. *d. cap. 57. per tot.* Quintò, finitur locatio (volente conductore) ſi domus locata indigeat refectione, nam tenetur conductor illam ad hunc effectum vacuam dimittere, & non poteſt compelli poſt refectionem illam recipere, & in locatione continuare, licèt ſi velit poſſit redire, & inhabitare, *l. adem, C. locat. §. propter, §. verum eod. tit.* Pacion. *de locat. cap. 57. per tot.* vbi an procedat tam pro refectione neceſſaria, quam voluntaria, & quæ inter vtramque differentia ad hunc effectum, quid ſi neceſſitas aderat tempore locationis, vel poſſit illi occurri conductore inhabitante, & alia ad rem.

Sextò, finitur, ſiue diſſoluitur locatio ex voluntate, & conſenſu partium, in illarum tamen præiudicium tantùm, & non tertij, cui eſſet applicata, vel deſtinata, & promiſſa ſoluto affictuum (maximè ſi erat creditor locatoris, qui per delegationem ceſſit illi tale creditum cum conſenſu conductoris) quicquid ſit ſi ex alia cauſa neceſſaria reſoluatur locatio; ex quibus inducatur huiuſmodi receſſus à contractu, an ſint neceſſariæ aliæ ſolemnitates adhibitæ in illius celebratione, quid ſi vnus tantùm vellet recedere, & alteri ſoluere damna, & intereſſe, & alia ad rem, Pacion. *d. tract. cap. 58. per tot.*

Septimò, finitur locatio quando alienatur res locata, & ſucceſſor ſingularis non vult ſtare locationi, prout regulariter non tenetur, vt latè explicant Scapuc. *in tract. de ſing. ſucceſſ.* Pacion. *de locat. cap. 61.* & ego dixi *in §. Emptio num. 42. & §. Succeſſor num. 14. & 15.*

Quando autem, & ex quibus dicatur remiſſa caducitas, vel finis locationis, idem Pacion. *cap. 59. per tot.* & dixi *in §. Dominus num. 4. & ſeqq.*

Et an in caſibus, in quibus licitum eſt locatori à locatione recedere, ſit etiam eodem modo permiſſum conductori, idem Pacion. *cap. 60. per tot.* & dixi *in §. Conductor num. 2. cum Addit.*

Item quando debeat renouari locatio de iure, vel vigore pacti, conſuetudinis, vel ſtatuti, de tacita renouatione, ac demum de reſtitutione rei locatæ, plenè Pacion. *d. tract. cap. 62. 63. 64. & 65. per tot.*

Reliqua de materia locationis, vide *in §. Conductor per tot.* & alibi opportunè.

32 Et generaliter de locatione, quid, & quotuplex ſit, aliaque plura de materia locationis, & conductionis, Cancer. *variar. reſolut. par. 1. cap. 14. per tot.* D. Gregor. Ruſſignol. *in Nouiſſ. Prax. Theolog. legal. contract. 10. tit. de locat. & conduct. a fol. 1. & ſeqq. ad 175.*

Aliqua deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. par. 1. 2. & 3. ſect. 2. verb. Locatio*, & plura remiſſiuè Caſteion. *Alphabet. Iurid. verb. Locatio*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par. 5. eod. verb. fol. 59. &c.* Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. Locatio per tot.* vbi notat plures differentias inter forum externum, & internum in materia locationis, & conductionis, Vela *differt. 12. cum pluribus ſeqq. & differt. 19. & 20. vol. 1.* vbi plura de differentijs ſurgentibus ex locatione, vel alienatione eiuſdem rei pluribus facta.

§. LOCVPLETATIO. XIX.

1 LOcupletari nemo debet cum aliena iactura, & ideò ſi res mea, vel mihi debita ad te peruenerit etiam ex actu meo, & mea voluntate, & nulla ſubeſt cauſa, vel ſubeſt, ſed iniuſta, poſſum repetere vel conditione indebiti, vel ſine cauſa, vel ex æquitate, *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* Magon. *deciſ. Flor. 64. num. 83. & ſeqq.* latè Tuſch. *lit. L. concl. 438. per tot.* vide *in §. Mercator num. 23.* Pacion. *de locat. & conduct. cap. 35. num. 1. & ſeqq.* vbi plura ad intellectum *d. l. ſi me, & Titium* in terminis locati, & conducti, Caluin. *de equ t. lib. 1. cap. 38. per tot.* facit quod dixi *in §. Vxor*, Coſta *de remed. ſubſid. remed. 12. per tot.* vbi ponit ſeptem requiſita, vt ſit locus remedio ſubſidiario ex æquitate *d. l. ſi me, & Titium, & de factis ſcient. & ignorant. diſtinct. 28. per tot.* vbi plura generaliter de dicta regula.

Locupletatio non præſumitur, ſed eſt probanda in ſpecie per allegantem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 101. per tot. cap. 422. num. 4. &c. cap. 576. num. 26. &c.* Tuſch. *lit. L. concl. 437.* vbi refert contrarias opiniones. 2

Quòd ſit probanda per allegantem, intellige quando ſumus in contractu nullo ad illum ſuſtinendum, Merlin. *dec. 430. num. 6. & deciſ. 444. num. 15. &c.* vbi intelligit ad effectum reſtitutionis pretij, non vt alienatio nulla ſuſtineatur; ſecus autem ſi contractus ſit aliquis, & validus, ac per minorem petatur reſcindi ope reſtitutionis in integrum, nam tunc per eum eſt probanda non verſio in ſuam vtilitatem, ideſt læſio ad illam obtinendam, Gratian. *diſcept. for. cap. 780. num. 20. &c. cap. 879. num. 12. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 131. & ſeqq. fol. 139.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 27. n. 10.* Odd. *de reſtit. in integrum par. 2. quæſt. 51. art. 5. num. 46. &c.* Merlin. *deciſ. 219. per tot.*

Quando autem præſumatur locupletatio, Menoch. *d. præſumpt. 27. per tot.* Montan. *d. cap. 33. num. 127. & ſeqq.* vide *in §. Verſio num.*

Locupletior dicitur factus pupillus, mulier, Eccleſia, & quilibet alius, ſi pecuniam adhuc habeat non conſumptam, vel aliquid emptum ex illa, ſeu quando expendit in re, quam de ſuo emiſſet neceſſariò, licèt modò perierit, vide Menoch. & Montan. *loc. cit.* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. num. 71.* Tuſch. *lit. L. concl. 437.* Merlin. *deciſ. 219.* 3

Non autem dicitur factus locupletior ille, qui conſumpſit bona, faciendo ſumptus, vel etiam dilapidando, aut perdendo, cùm putaret re ſua abuti, ſi aliàs talem conſumptionem non erat facturus de ſuo, nam ſi idem fuiſſet conſumpturus de proprijs bonis, quæ conſeruauit, expendendo de aliena bona fide poſſeſſis, dicitur factus locupletior in proprijs conſeruatis, & tamquam factus locupletior tenetur aliena, etſi bona fide conſumpta, reſtituere, text. *in l. ſed etſi 28. §. quod autem, & §. conſuluit cum aliquibus §§. ſeqq. ff. de petit. hæredit.* vbi notant DD. & Oinot. *in §. Actionum Inſtit. de act. cap. de petit. hæredit. num. 52. fol. 482.* vide *in §. Poſſeſſio num. 44.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1164. per tot.* vbi an & quando quis dicatur factus locupletior ex fructibus ad eum peruentis, an verò illos in malam partem conſumpſiſſe, ne teneatur ad reſtitutionem, *& concl. 1165.* vbi ex quibus quis probetur factus locupletior; & benè declarat Gabriel. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 9. §. 2. num. 3. & ſeqq. fol. mihi 156.* vbi conuenit cum prædictis.

De Locuplete, & Locupletatione plura tradunt DD. citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. par. 5. verb. Locupletatio fol. 63.* & latiùs ab Ægid. Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Diues, Diuitiæ.* 4

Quod locupletari nemo debeat cum aliena iactura, *l. locupletari 48. de reg. iur.* Cyriac. *contr. 73. num. 19.* 5

Locupletari non dicitur, qui recipit quod erat ſibi debitum, *l. item ſi filius 8. §. proinde, ff. ad Macedon.* cum ſimilibus adductis per Cyriac. *contr. 219. num. 40.* 6

Locupletior, ſiue locupletatus an præſumatur factus minor ex pretio rei ſuæ venditæ, ità vt agens ad eius recuperationem teneatur reſtituere quod accepit, & cui incumbat probatio, dic quòd ſi contractus fuit nullus, non tenetur minor aliquid reſtituere, niſi ex aduerſo probetur in eius vtilitatem verſum, ſi verò fuit validus, & petatur reſcindi, tunc minor debet probare perditam, vel dilapidatam pecuniam, vt ex gloſ. Salicet. Iaſ. & alijs diſtinguit Cyriac. *controu. 713. per tot.* & dixi *in §. Verſio.* 7

§. LOCVS, & LOCA. XX.

LOcus delicti ſaltem per duo confinia eſt exprimendus in inquiſitione, niſi ſit de per ſe notus, vt platea, & palatium, imò eſſet exprimendus locus loci, ſi delictum diuerſimodè puniatur ſecundum diuerſitatem locorum, Pract. Papp. *for. Inquiſit. gloſ. in domo dicti Iacobi, & gloſ. ſeqq.* vide *in §. Inquiſitio num.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 996.* vbi quòd non ſufficit ſimpliciter probare locum, 1

& tem-

& tempus, quando factum non eſt punibile in qualibet parte loci, & temporis, ſed in parte limitata tantùm, nam tunc debet præciſe probari factum in loco, & tempore limitato, aliàs condemnatio ſequi non poteſt.

Quòd locus delicti ſit circumſtantia aggrauans, & faciat delictum grauius puniri, exemplificando in Eccleſia, vel alio loco immuni, in Palatio Principis, vel alia Curia, in domo offenſi, & huiuſmodi, dummodò delictum in dictis locis appenſatè, doloſè, & per auctorem rixæ commitatur, ſecus autem in caſibus ſubitaneis, & rixoſis, & à prouocato commiſſis, latè probat inferendo ad plura notabilia videndus D. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 10. *per tot. fol.* 125. *& ſeqq.*

Qualiter autem locus delicti tribuat iuriſdictionem Iudici, in cuius territorio fuit commiſſum delictum, vide *in §. Forum num.* *& §. Iudex num.*

2 Quid autem in teſtamentis, dic non reperiri de iure cautum, & quotieſcumque ceſſat timor, & ſuſpicio falſitatis, vel poteſt per teſtes apparere de loco, illius ommiſſio non vitiat, Altograd. *conſ.* 58. *num.* 35. *&c. lib.* 2. Vrceol. *conſult. for. cap.* 31. *num.* 34. *&c.*

3 Locus quando dicatur diſpoſitioni adiectus demonſtratiuè, vel limitatiuè, ſeu taxatiuè, ita vt extendatur etiam ad exiſtentia extra illum locum, & ad fructus alibi recollectos, ſi in fundo expreſſo non naſcantur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 256. *per tot. & cap* 62. *per tot.* Surd. *deciſ.* 241. *per tot.* vide *in §. Legatum num.*

Quòd debeat attendi locus deſtinatæ ſolutionis, & quandò ſecus, Tuſch. *lit. L. concl.* 435. *per tot.*

4 Loci publici dicuntur, qui ſunt in publico vſu, ex quibus fructus non percipiuntur, vt forum, vel platea, & illi, qui ſunt in redditu, vt molendina, & prædia Communitatis: portici verò an dicantur publici, vel potiùs cedant domibus, ad quas per illos eſt acceſſus, & ex quibus actibus probetur locum eſſe publicum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 678. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. collect.* 142. vbi quòd in locis publicis deſtinatis ad vſum populi non poteſt quidquam fieri, ita vt nec Princeps debeat de illis ſe intromittere, nec aliquid concedere ſine populi conſenſu, & ideò prohibetur etiam in eis fieri ſcala, vel gradus, etiam in muro proprio, ſi noceat, vel in futurum nocere poſſit viæ publicæ.

Multa ad cognoſcendum quis ſit locus publicus, vel priuatus, Altograd. *conſ.* 4. *num.* 171. *&c. per tot. lib.* 2. vbi loquitur de Vallibus Comacli, quas oſtendit priuati, & non publici iuris eſſe.

Qualiter autem probetur aliquem locum eſſe in Territorio, vel Diœceſi, ſiue extra Territorium, vel Diœceſim, latè Bich. *deciſ.* 97. *per tot.*

5 Locus pius, ſiue cauſa pia, quis, & quæ dicatur, Tiraquel. *tract. de piis cauſ. in præfat.* Corn. *conſ.* 206. *lib.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 24. *&c.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 47 *num.* 92. *&c. par.* 1. Gratian *diſcept. for. cap.* 481. *num.* 2. *&* 11. *&c.* Tuſch. *lit. P. concl.* 332. *cum pluribus ſeqq. ad* 340.

Quæ dicatur cauſa magis pia inter plures cauſas pias, Altog. *conſ.* 63. *n.* 77. *& ſeqq. ad* 90. *lib.* 2. vbi quod pauperior.

Quòd Confraternitas erecta auctoritate Epiſcopi prout præſumitur quando habeat annexam Eccleſiam inſtructam altari, & campanile, & in ea celebrantur diuina, dicatur locus pius, Menoch. *de arbitr. caſ.* 172. *num.* 37. *& loc. ſup. cit.* Magon. *deciſ. Luc.* 19. *num.* 15. *etc.* Gratian. *diſcept. for. cap* 481. *num.* 11. *etc. cap* 517. *per tot.* Speroll. *deciſ.* 155. *num.* 1. *etc.*

Sed quòd indiſtinctè quoad omnia ſubſit iuriſdictioni ſæculari, latè probat contrarijs reſpondendo Conſtantin. Caſat. *ſpec. peregr. qq. cap.* 18. *per tot.* facit Poſſent. *ſing.* 137. vbi quòd loca pia merè laicalia viſitationi Epiſcopali non ſubſunt, ſi eius auctoritate non ſint erecta.

An poſſit alienare ſine beneplacito Apoſtolico, vide *in §. Confraternitas num.* 1.

Quòd in hoſpitali, Magon. *deciſ. Flor.* 61. *num.* 14. *etc.* vbi quòd non eſt locus Eccleſiaſticus, ſi ſit erectum ſine Epiſcopi licentia, prout præſumitur, vide *in §. Hoſpitale num.* 1. *et* 6.

Quænam priuilegia habeat locus pius, vide *in §. Eccleſiam num.* *et §. Priuilegium num.*

Quid veniat appellatione loci Eccleſiaſtici, Tuſch. *lit. L. concl.* 434.

Locus pius hæres inſtitutus tenetur ad omnia, quæ teſtator ordinauit, etiam in non ſolemni diſpoſitione, Gratian. *diſcept. for. cap.* 637. *num.* 13. *&c.* vide *in §. Eccleſia num.* *& §. Hæres num.* 6

Locus religioſus efficitur de iure ciuili per illationem mortui, ita vt deſinat eſſe in comercio hominum, quòd tamen non procedit de iure canonico, cùm ad faciendum locum religioſum requiratur auctoritas Epiſcopi, vnde poteſt vendi, pignorari, & aliquid pro eo accipi, etiam quòd auctoritate Epiſcopi factum fuerit ſepulchrum, & ibi mortous illatus, nec committitur ſimonia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 100. *per tot.* Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *cap.* 11. *per tot.* 7

Quòd locus primus, vel alias honorabilior poſſit acquiri in Eccleſia, etiam per laicos quoad vſum ſedendi, vel ſepeliendi, ita vt acquirens probata conſuetudine ſit manutenendus, nec poſſit alius ante eum poni, etiam non immutato loco primi, quia adhuc de primo efficeretur ſecundus, & alia ad rem, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 781. *per tot.* dixi *in §. Sepultura num.* 1. & facit *in §. Iniuria num.* 2.

Loca Montium non vacabilia conſiſtentia in iure percipiendi annuum redditum perpetuum ex publicis redditibus, dicuntur immobilia, & ſuper illis poteſt cenſus conſtitui, Cenc. *de Cen. quæſt.* 29. *num.* 13. *&c.* Seraph. *deciſ.* 679. *num.* 1. Burat. *deciſ.* 474. *num.* 1. *deciſ.* 535. *& dec.* 913. *num.* 10. Rot. *par.* 12. *recen. deciſ.* 413. *num.* 72. *&c.* vbi quòd ſecus eſſet ſi conſiſterent in obligatione perſonali, quia tunc nec perpetua, nec immobilia dici poſſent, Tuſch. *lit. M. concluſ.* 370. vbi de locis Montium Florentiæ, Venetiarum, & Ianuæ, an ſint licita, vel vſuraria, Io. Bapt. de Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *diſcurſ.* 43. vbi loquendo de Monte Ferrariæ, & ſimilibus, concludit eorum loca inter ſtabilia reputari, ac ideò venire in legato, vel alia diſpoſitione immobilium, ſuper illis poſſe cenſus imponi, an debeantur, & huiuſmodi, vide *in §. Gabella num.* 5. 8

Quòd loca Montium, & illorum fructus non poſſint ad inſtantiam creditorum ſequeſtrari, vel impediri, cùm ex multorum Pontificum Conſtitutionibus, non veniant in generali hypotheca: poſſent tamen ſpecialiter obligari, quo caſu videretur renunciatum dicto priuilegio, Cenc. *de Cenſ. loc. cit.* Rot. *par.* 10. *recen. deciſ.* 43. *num.* 39. *&c. par.* 11. *deciſ.* 25. *num.* 2. *par.* 13. *deciſ.* 436. *num.* 13. & poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ.* 18. *num.* 3. Rot. *d. par.* 13. *deciſ.* 504. *num.* 7. Gratian. *diſcept. for. cap.* 730. *num.* 47. *&c.* Seraph. *deciſ.* 576. *num.* 2. Merlin. *deciſ.* 533. *num.* 19. *dec.* 589. vbi plura ad quid teneantur Secretarij Montium admittendo liberè reſignationem locorum vinculatorum, nempè vt ipſi efficiantur debitores principales, nec poſſint ab alijs repetere, ſi fuerint coacti ſoluere, cùm id ſit in pœnam propriæ culpæ, & contrauentionis legis, ac ideò non poſſint prætendere ceſſionem quando ſoluunt, & quatenus illam reportent non ſuffragari ad effectum reditionis, facit quod dixi *in §. Delinquens num.* 9.

Sed poſtea ad fauorem eiuſdem Secretarij, quòd potuerit obtinere ceſſionem, & illa vti, cùm verè liberam reſignationem non admiſerit, ſed dicta loca Montium vinculata tranſierint cum onere ſuo, reſoluit idem Merlin. *in eadem cauſa deciſ.* 617. *per tot.* vbi etiam quòd confeſſio erronea non præiudicat, *& deciſ.* 667. *& deciſ.* 681.

Quando reſignatio locorum montium dicatur facta extinctiuè quoad hypothecas præcedentes, vel translatiuè tantùm, idem Merlin. *in dicta cauſa deciſ.* 659. *per tot.* Et an reſignatarius locorum vinculatorum ſit tutus, & teneatur tantùm pro vinculis expreſſis, Io. Bapt. de Luca *tract. de Regal. lib. diſc.* 27. *per tot. & diſc.* 38. vbi plura pro intelligentia motus proprij Vrbani VIII. de anno 1629. in Bullar. 184. ſuper libero tranſitu locorum montium in reſignatarios. 9

Quòd loca Montium dicantur poſſideri ab eo ad cuius fauorem ſunt deſcripta in libris Secretarij, & ſtante exactione, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 434. *num.* 13. *& ſeqq. & par.* 10. *deciſ.* 244. vbi quòd ideò illi datur manutentio in exactione, Io. Bapt. de Luca *loc. cit. diſcurſ.* 38. *num.* 8. Rot. *par.* 15. *recen. deciſ.* 373. *num.* 1. vbi quòd per mutationem nominum transfertur dominium in reſignatarium, quia talis mutatio facta de conſenſu partium, & mandato iudicis habet vim traditionis. 10

Montes autem quare ſic dicti, Leſſ. *tract. de iuſt. & iur. lib.* 2. 11

lib. 2. cap. 20. dubit. 23. per tot. cum Appendice P. Theophil. Raynaudi Societ. Ieſu poſt dictum tractatum impreſſionis Lugdunenſis anni 1653. *fol.* 807. *& ſeqq.* Iul. Capon. *tom.* 5. *diſceptat.* 397. vbi de adminiſtratione, cui incumbat &c. Choelius *tract. de bon. Regim. cap.* 22. & alibi, Giballin. *de vſur. lib. 4. cap.* 7. & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *verb. Locis fol.* 63. *et verb. Montes fol.* 158. Et de alijs locis diuerſis idem Fontan. *dicto verb. Locis*.

De iuſtitia Montium Pietatis, qualiter non poſſint impugnari, pecunia non poſſit per officiales expendi præter vſus deſtinatos, & de vſurpantibus illorum bona, & pœnis contrafacientium, Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccl. verb. Montes fol.* 239. in quo conſiſtat illorum iuſtitia, & alia plura de Montibus licitis, vel illicitis, Leotard. & alij ab eo citati *tract. de vſur. quæſt.* 22. *n.* 29. *et ſeqq. per tot.* Larrea *Alleg. Fiſcal.* 22. *per tot.*

12 Quòd loca Montium ex conſtitutione 154. Vrbani VIII. liberè tranſeant in emptores, intelligendo in reſignationibus, quæ ſponte fiunt à Dominis, non autem in illis, quæ fiunt à Iudice, quia ſi Iudex nulliter, aut iniuſtè procedat, poſſunt loca Montium ab emptoribus auocari, Rot. *par.* 14. *recen. deciſ.* 381. *num.* 11. *et ſeqq.* vbi concordantes alleguntur, nempè *deciſ.* 70. *et* 305. *par.* 7. *et par.* 5. *deciſ.* 284. *num.* 13. Io: Bapt. de Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *diſcur.* 27. *num.* 3. *et diſcurſ.* 28. ex quo colligitur duo copulatiuè requiri ad liberam tranſlationem, nempè conſenſum domini locorum Montium, & Principis mediante eius Officiali reſignationem admittente, idem de Luc. *loc. cit. diſcurſ.* 29. *num.* 5. vbi plura an libertas Montium procedat, ſi tranſlatio ſequatur ex cauſa legati, vel alia lucratiua, *et diſcurſ.* 38. vbi de libero tranſitu vigore dicti motus proprij, & an ſaltem detur Saluianum ſuper eorum commoditate, *et diſcurſ.* 39. *num.* 2. vbi tranſit cum dictis deciſionibus.

Si benè itaque noteutur tradita ab ipſo de Luca *in dictis diſcurſ.* 27. *num.* 3. *diſcurſ.* 28. *num.* 6. *diſcurſ.* 39. *num.* 2. apertè conſtat ſenſiſſe nihil agi ſine conſenſu poſſeſſoris locorum Montium, & eo deficiente tamquam cauſa effectiua, vel efficiente, deficere etiam voluntatem Principis, vel eius Officialis nouandi, & transferendi loca in alios, vt ſolet accedente dicto conſenſu, de quo *infr. num.* 16.

13 An Depoſitarij locorum Montium debeant, vel teneantur eſſe ſolliciti de vinculo, ſeu inueſtimento fructuum deſtinatorum pro multiplico, ita vt liberè ſoluendo teneantur ad iteratam ſolutionem, latè Io. Bapt. de Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *diſcurſ.* 23. vbi etiam ſi ſint plures Depoſitarij, an poſſit vnus cedere alteri adminiſtrationem, & ſe liberare.

14 Verùm facta reſignatione locorum Montium vacabilium cum reſeruatione facultatis diſponendi in vita reſignantis, ſi reſignatarius prædecedat, & poſtea reſignans nulla facta diſpoſitione moriatur, ſpectent ad hæredes reſignantis, vel reſignatarij, idem de Luca *loc. cit. diſcurſ.* 24. vbi pro hæredibus reſignatarij cum diſtinctione quatuor caſuum.

15 Quòd reſignans loca Montium reſeruata facultate diſponendi, ſi expreſſè non diſpoſuit, non videatur per ſolam generalem inſtitutionem hæredis diſpoſuiſſe, etiam facta mentione locorum Montium, niſi alia adſint adminicula mutatæ voluntatis, & ſpecialis diſpoſitionis, concludit idem de Luca *d. tract. lib.* 2. *diſcurſ.* 25. licèt etiam plures rationes, & auctoritates in contrarium adducat, & ego dixi *in §. Facultas num.* 5. *et* 6. *et in §. Donatio num.* 48.

16 Loca Montium tamquam iura cum Principe, vel Republica non ſunt in libero hominum comercio abſque Principis aſſenſu, qui ſolet præſtari per Officiales ad id deputatos, qui conſenſu ſtante tranſeunt in emptores, ſiue reſignatarios libera ab omni hypotheca, vel alio vinculo, quo eſſent affecta penes venditores, vel reſignantes (exceptis vinculis in patentibus expreſſis;) nam fingitur reſignantem illa refutare in manu ipſius Principis, ita vt ſequatur extinctio, & per actum occultum nouæ efformationis illa denuò conſtitui, & conferri emptori, vel reſignatario recipienti immediatè ab ipſo Principe, & non à reſignante, vel venditore, cuius conſenſus aliud non eſt, quàm inſtrumentum, vel cauſa effectiua conceſſionis, ad inſtar reſignationum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ fiunt apud Papam ad fauorem certæ perſonæ, ad tradita per Larream *Alleg. fiſc.* 22. Salgad. *Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 27. *num.* 39. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 730. *num.* 48. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 29. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 28. Rot. *par.* 6. *rec. deciſ.* 77. *num.* 20. & latè declarat Io. Bapt. de Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *diſcurſ.* 26. *cum aliquibus ſeqq. & præcipuè* 38. vbi quòd prædicta ſunt vera, ſi ad praxim vt ſupra deducantur, ſecus autem ſi deſignatarius potiùs priuatam fidem reſignantis ſequatur.

Prædicta etiam ceſſant, quando loca transferuntur à facie defuncti ad faciem hæredis, nam tunc nihil innouatur, nec fit dicta extinctio, neque noua efformatio; & ideò ab hærede in alium poſtea tranſlata tamquam hæreditaria, & ſubiecta vinculo fideicommiſſi, ſubiacent etiam alijs vinculis in patentibus non expenſis à dicta tamen hæreditaria, & fideicommiſſaria qualitate prouenientibus ad fauorem legatariorum, & creditorum defuncti, ita vt emptor, vel reſignatarius ab illis non ſit tutus, vt ratiocinatur idem de Luca *loc. cit. diſcurſ.* 28. *per tot.*

Loca Montium vacabilia ſi fuerint in dotem aſſignata, vel tamquam extra dotalia ab vxore retenta, & maritus illorum fructus exegerit, quis, & quantum ſoluto matrimonio ſit reſtituendum, Io. Baptiſta de Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *diſcurſ.* 35. *per tot.* vbi idem in ſimilibus iuribus, & ex cuius perſona, & cuius periculo dicta iura vitalitia in dotem data vacare dicantur. 17

Loca Montium, vel ſimilia iura vitalitia ſi fuerint legata, an in legato veniant fructus decurſi in vita teſtatoris, & quid in cenſibus, Io: Baptiſta de Luca *loc. ſup. cit. diſcurſ.* 39. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Cenſus num.* *& §. Legatum num.* 18

Loca Montium ſi fuerint obligata, & hypothecata, vel alio vinculo affecta, valet quidem obligatio inter ipſos contrahentes quoad obligationem perſonalem, & actionem ad intereſſe, nullatenus verò remanent affecta ipſa loca, nec ſuper eis ius aliquod acquiritur, niſi de licentia Pontificis, vel Officialium ad id deputatorum, ad quos pertinet conficere patentes, in quibus talia vincula, vel onera exprimi debent, vt declarauit motus proprius Vrbani Octaui de anno 1639. in Bullar. Conſtitut. 154. ex quo creditur reſultare omnimoda libertas dictorum locorum in reſignatarios oneribus, vel obligationibus non expreſſis in patentibus, quando reſignatarij publicam fidem ſequuntur recognoſcendo loca à Principe, vel ab Officialibus deputatis, & non priuatam ſolius reſignantis iuxta ſuperiùs dicta, ad tradita per Io. Baptiſta de Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *diſcurſ.* 57. *per tot.* & latiùs pluribus auctoritatibus, & rationibus adductis per Larream *Alleg. fiſc.* 22. *per tot.* 19

Quòd loca Montium cadant ſub hypotheca bonorum poſt ſeutis, & contra ea competat Saluianum, & alia remedia competentia creditoribus in bonis debitorum, ita vt libertas, & exemptio prædicta procedat tantum quoties agitur de illorum reſignatione ad fauorem alterius ob rationem libertatis comercij, non autem donec, & quatenus poſſidentur à debitore, & ideo etiam creditores, ad quorum fauorem eſſent attergata dicta loca, cum fide publica, vt ſupra, ſtatim illis potiores alijs creditoribus, licèt anterioribus dictam publicam attergationem non habentibus, ſed cum ſola hypotheca generali anteriori venientibus, ſubtiliter de more ratiocinatur Io: Baptiſta de Luca *d. lib.* 2. *de Regal. diſcurſ.* 39. *per tot.* vbi idem concludit ad fauorem creditorum hæredis in locis Montium hæreditarijs pro ipſis cum aſſenſu publico attergatis, vt ipſi præferantur creditoribus defuncti, dictam attergationem non habentibus, qui alias, & in alijs bonis ex beneficio ſeparationis eſſent præferendi creditoribus hæredis in bonis defuncti, vt dixi *in §. Creditor numer.* 6. & prædicta omnia latiùs comprobat Larrea *Allegat. fiſc.* 22. *per tot.* 20

§. LVCRVM. XXI.

LVcrum ceſſans dicitur amiſſio lucri facta à creditore ob pecuniam ſibi præſtituto tempore non redditam à ſuo debitore, Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd tamquam non ens difficulter probatur, & latè quæ requirantur, vt huiuſmodi lucrum poſſit percipi, & qualiter ſit probandum, Ricc. *Collect.* 1956. 1

Quod debeant probari requiſita per Paul. de Caſtr. *in l.* 3.

Digitized by Google

l. 3. *§. fin. ff. de eo quòd cert. loc.* Mohed. *dec.* 3. *de vſur* Gratian. *diſcept. for. cap.* 244. *num.* 11. & *p.* 240. *num.* 5. & c. Menoch. *loc. cit. num.* 3. Rot. penes Poſt. *de ſubhaſt. dec.* 8. *n.* 1. & c. vide *in §. Intereſſe num.* 5. & *ſeqq.*

Quòd imò in probatione lucri ceſſantis non ſint neceſſaria dicta requiſita, Caſtr. ex veriori, & receptiori ſententia, ſed ſufficiant probationes veriſimiles ex coniecturis, & præſumptionibus reſultantes, & à communiter tantùm accidentibus concludentes, multis relatis probat Altograd. *conſ.* 21. *num.* 58. *lib.* 1. Mart. Medic. *dec.* 14. *num.* 21. & *ſeqq.* vbi quòd ſufficit, ſi creditor ſit ſolitus negociari, verſemur in loco vbi ſunt contrariæ occaſiones, & debitor ſit in mora, latè Tuſch. *lit. L. concluſ.* 454. & 455. *per tot. vbi num.* 26. & c. videtur formare quod in non mercatore, & non ſolito negotiari ſint probanda requiſita Caſtr. in mercatore autem, & ſolito negociari ſecus, & quid ſeruetur Florentiæ.

Quòd lucrum ceſſans non debeatur à debitore, qui propter impotentiam non ſoluit tempore conuento, Roland. *conſ.* 35. *num.* 25. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 20. Menoch. *d. caſ.* 119. *num.* 3. vide *in §. debitor num.* 57.

Quòd lucrum ceſſans, & damnum emergens ſit multiplex, & quale, ac in quibus ſint diuerſa, Tuſch. *lit. L. concl.* 452. & 453.

2 Lucrum in negotiationibus regulariter pro medietate attribuitur pecuniæ, & pro alia medietate induſtriæ perſonæ, vel etiam interdum pro maiore parte, vbi conſtaret maiorem eſſe induſtriam, Rom. *conſ.* 469. Crauet. *conſ.* 165. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 126. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 76. *num.* 29. & c. vide *in §. Peculium num.* & *in meis reſol. cap.* 83. *num.* 12.

Qualiter autem huiuſmodi lucrum diuidatur in ſocietate, in qua vnus poſuit induſtriam, alter pecuniam, Menoch *de arbitr. caſ.* 125. *per tot.*

Et quomodo lucrum alicuius negocij poſſit liquidari arbitrio iudicis per computationem annorum antecedentium, & ſubſequentium, vt deindè medium eligatur, maximè vbi non poteſt apparere ex libris, Rot. *par.* 11. *rec. deciſ.* 54. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Peritia num.* 6. Quòd lucrum gaudeat eiſdem priuilegijs, & prælationibus, quibus gaudet ſors principalis, Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 360. *num.* 1.

3 Lucrum vndequaque proueniens, ſiue præſens, vel futurum, ſiue proprio, vel communi nomine requiſitum inter omnium bonorum ſocios eſt commune, non tamen ſi obueniat filijs ſociorum, vel alijs de familia, quia tunc non efficitur commune, niſi quatenus patri acquiritur, quia cum dictis filijs, vel alijs de familia non intelligitur contracta ſocietas, ſi tamen de communi alimenta perciperent, teneretur fructus communicare, vide Michalor. *tract. de fratribus par.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. & c. *cap.* 25. *num.* 42. & c. *infr. num.* 23.

Inter ſocios autem particulares, lucrum obueniens vni ex illis ratione ſocietatis, debet cum alijs communicari, ſecus ſi ſocietas præbuerit tantum cauſam, & occaſionem remotam, quæ in damnum acquirentis non eſt habenda in conſideratione, licet haberi ſoleat quoad commodum, *l. ſocium qui ff. pro ſoc.* cum alijs per Michalor. *d. tract. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 17.

4 Lucrum, ſiue damnum quando eſt iam præparatum debet eſſe commune, etiam poſt mortem vnius ex socijs, quando ante mortem erat acquiſitum, vel etiam poſt mortem, ſed in ipſis rebus communibus, & non ex illarum pretio, vel quando opera, & induſtria non fuit in ſocietatem deducta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 276. *num.* 42. & c. *cap.* 424. *per tot. cap.* 547. *num.* 59. & c. *cap.* 852. *num.* 19. & c.

5 Lucrum, quod facit adminiſtrator negotiando cum pecunia domini ſui, an ſit eius proprium, vel domini, vide *in §. Adminiſtrator num.* & *§. Pecunia num.*

Si tamen eſſet obligatus per pactum ad reinueſtiendum, & ſoluerit propria debita, tenetur domino pecuniarum loco intereſſe ſoluere idem lucrum, quod facit per extinctionem debitorum, ne cum aliena iactura locupletetur, Rot. *part.* 17. *recentior. deciſ.* 391. *num.* 21. & c.

6 Lucrum aliquod dotis de iure communi non debetur marito, niſi ſibi concedatur vigore ſtatuti, vel pacti, *l. vn. §. illo procul dubio, C. de rei vx. act.* Fachin. *controu.* 35. *§.* 2. *lib.* 6. Thor. *Compend. deciſ. Neapol. par* 2. *verb. bona fol.* 50. *col.* 1. ſtante autem ſtatuto, de quo dixi *in §. Statutum de lucro dotis num.* debetur lucrum Marito vigore dicti ſtatuti, etiam ſi fuerit pactum inter contrahentes, vt muliere decedente ſine filijs, vel cum filijs, qui ad certam ætatem non peruenerint dos ſit reſtituenda, ſi detur caſus mortis mulieris cum filijs, qui ad ætatem conuentam non peruenerint, licèt videatur caſus omiſſus à ſtatuto, cùm dicti caſus purificentur, ſeruato in reliquis pacto, vt benè probat Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 36. *num.* 4. & *ſeqq.* vbi inſerit deciſionem Rot. Rom. *in Narnien. reſtitutionis dotis* 3. *Iunij* 1588. *coram Platto*, Bald. *conſ.* 443. *in fine lib.* 2.

Quòd ſi bona emphyteutica in dotem data, fuerint vigore conſuetudinis, ſtatuti, vel Bullarum (vt in pluribus locis) redacta ad naturam allodialium, tunc ex illis debeatur lucrum dotis, Fulgin. *de iur. Emphyt. tit. de ſucceſſ in bon. Emphyt. quaſt.* 24. *num.* 6. cum alijs citatis per Concioli. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 76. *num.* 124.

Quòd ceſſante ſtatuto, dos ſit reſtituenda ad formam pacti, etiam mortua muliere cum filijs, qui ad ætatem conuentam non peruenerint, propter purificationem dictorum caſuum, ita vt nec iſto caſu poſſet pater ex perſona filij prætendere legitimam in bonis maternis iuxta veriorem opinionem, quicquid alij contrarium teneant reſpectu legitimæ, Bald. *conſ.* 89. *lib.* 2. & *conſ.* 2. *lib.* 3. Seraph. *deciſ.* 813. *num.* 3. Antonin. de Amat. *reſ.* 48. cum alijs per Vrceol. *d. cap.* 36. *num.* 9. & *ſeqq. per tot.* vide *in §. Dos num.*

Lucrum dotis debetur etiam ex bonis fideicommiſſarijs in dotem datis, licèt ſciente viro, & pro talibus acceptante, imò etiam ſi dictum fuerit ſaluo ſemper fideicommiſſo, quia intelligitur vt reſtituatur quidem fideicommiſſum, ſed lucrum debeatur ex bonis liberis facto calculo ſuper tota dote, ita vt ex bonis liberis deducatur integrum lucrum habita ratione ad quantitatem totius dotis tam in bonis liberis, quàm fideicommiſſarijs aſſignatæ, Peregrin. *deciſ.* 154. *num.* 1. & benè probat videndus Vrceol. *Conſult. for. cap.* 10. *num.* 18. & *ſeqq. per tot.* & *cap.* 11. *per tot.* vbi referit aliorum Aduocatorum hincindè reſponſa, & duas deciſiones Rotæ Romanæ inuicem contrarias in eadem cauſa emanatas *in Foroliuien. Lucri dotalis ſub die* 23 *Iunij* 1656. *coram Dunozetto Decano*, & *ſub die* 30. *Ianuarij* 1659. *coram Cerro, quæ habetur inter recent. pars.* 13. *deciſ.* 18. 7

Ex quibus colligitur firmatam concluſionem procedere tantùm quando maritus ignorat; quòd bona ſibi in dotem data, ſint pro parte fideicommiſſaria, & libera omnia aſſeruntur, quo caſu vxor, & eius hæredes tenentur de euictione, aut quando non obſtante expreſſione fideicommiſſi maritus ſibi expreſsè cauit de lucro dotis, alias autem ſecus, vt benè declaratur in dicta vltima deciſione, quæ iterum reuiſa, fuit confirmata ſub die 30. Aprilis 1660. coram Cerro *inter recent. par.* 13. *deciſ.* 204. & habetur inter dictas Conſult. Vrceol. *in fine fol.* 354. idem Vrceol. *in Append. ad cap.* 10. & 11. *in fine* 2. *vol. fol.* 13. vbi firmat lucrum dotale non deberi ex bonis emphyteuticis, vel fideicommiſſarijs, quando maritus ſcienter illa in dotem recepit, niſi ſibi expreſsè cauiſſet de huiuſmodi lucro, vel niſi intraret remedium ſubſidiarium *d. Auth. res quæ*, vel ſtante ignorantia, allegat ſupradictas deciſiones, Viuian. Cirocch. *diſcept.* 48. *n.* 73. & *ſeqq.* & *alios*, vide *in §. Statutum de lucro num.* 14. facit Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 438. *num.* 40. & *per tot. par.* 14. *deciſ.* 183. *n.* 7. & *ſeqq.* vbi quòd non debetur ex bonis emphyteuticis ſcienter in dotem receptis in præiudicium vocatorum, Rot. *par.* 18. *recen. deciſ.* 382. *num.* 5. & *per tot.* vbi qualiter bona fideicommiſſi in dotem data vigore *d. Auth. res quæ*, remaneant perpetuò libera à fideicommiſſo, de quo dixi *in §. Bona num.* 25. adde Rot. *par.* 17. *deciſ.* 384. & *part.* 18. *deciſ.* 525. vbi quomodo detrahendum ſit lucrum dotis aſſignatæ in bonis liberis, & fideicommiſſarijs.

Lucrum dotis an detrahatur tamquam æs alienum ante legitimam deſcendentibus, vel aſcendentibus debitam, ſiue prius detrahatur legitima, & poſtea lucrum de reſiduo, diſtinguuntur duo caſus. 8

Primus eſt, quando legitima prætenditur à filijs in bonis matris, quæ tranſiuit ad ſeconda vota, ipſis ex priori matrimonio relictis, & tunc debet prius detrahi legitima filiorum primi matrimonij, tam reſpectu bonorum dotalium,

Digitized by Google

ſiom, quam extradotalium, dummodò tamen per ſtatutum non fuerit derogatum diſpoſitioni, *l. hac ediƐtali, C. de ſecund. nupt.* ſecundum quam debet regulari ſucceſſio, vt dixi *in §. diſpoſitio num.* 8. *&c. & in meis reſol. cap.* 46. *num.* 1. *&c.* vbi etiam quomodo ſit facienda diuiſio dotis maternæ inter filios vtriuſque matrimonij, & vitricum, de quo vide *in §. diuiſio num.* 15. & hunc caſum plenè probat Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 18. *num.* 1. *&c.* Rot. *in Bononien. ſucceſſionis* 15. *Martij* 1647. coram Bichio *inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 293. & habetur impreſſa penes Vrceol. *loc. cit. num.* 25. *& ſeqq.* & rurſus in eadem cauſa ſub die 15. Iunij 1648. idem Bich. *deciſ.* 257. vbi quid ſi fuerit derogatum diſpoſitioni *d. l. ediƐtali*, prout derogatum eſſe virtualiter à ſtatuto Bononiæ demonſtrat, & an poſſit maior dos conſtitui ſecundo, vel vlteriori viro in fraudem legitimæ filiorum primi matrimonij, & animo augendi lucrum ſecundo, vel vlteriori viro, *& deciſ.* 554. vbi quòd dictum ſtatutum Bononiæ cùm expreſsè nihil diſponat quoad bona extradotalia mulieris binubæ, non cenſetur quoad ea derogare, *d. l. hac ediƐtali*, & quomodo ſit detrahenda legitima à filijs primi matrimonij, an ſcilicet habito reſpectu ad totam hæreditatem binubæ, vel prius detracto lucro ſecundi viri, de quo latè Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 47. *per tot. & deciſ.* 438. *in eadem cauſa*, vbi etiam an ante legitimam ſit detrahendum æs alienum, & videtur affirmare in ære alieno neceſſario, & ex cauſa onerosa procedente, ſecus autem in voluntario, & ex cauſa liberali proueniente, vide *in §. Legitima num.*

Secundus caſus, quando legitima prætenditur à matre in bonis filiæ nuptæ defunctæ, & tunc lucrum detrahitur tamquam æs alienum ante legitimam, cùm non militet diſpoſitio, *d. l. hac ediƐtali*, quæ fuit inducta fauore filiorum primi matrimonij, & in recompenſationem iniuriæ ipſis illatæ per matrem tranſeuntem ad ſecunda vota, Vrceol. *Conſult. forenſ. d. cap.* 18. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi etiam oſtendit eſſe prius detrahendas ante legitimam matris expenſas funeris, & vltimæ infirmitatis, ac nonnulla legata facta ſororibus filiæ defunctæ ex ratione, quam ibi allegat, quamuis aliàs contrarium ſit verius, vt priùs detrahatur legitima, quam legata extraneis facta, vide *in §. Legitima num.* 8.

Quòd lucrum dotale ſit deducendum tamquam æs alienum ante legitimam matris, & non cadat in vſufructu, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 820. *num.* 30. *&c.* Rot. *in Imolen. legitimæ* 1. *Iulij* 1644. coram Dunozet. *verſ. quoad ſecundum caput, & per tot.* penes Vrceol. *loc. cit.* & tradit Vrceol. *cap.* 10. *num.* 15. *&c.* vide Mangil. *de imput. quæſt.* 10. *num.* 30. *&c.* Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 22. *per tot.*

9 Lucrum dotale non debetur ſtante nullitate matrimonii, quia vbi non adeſt matrimonium, ibi nec dos, nec lucrum conſiderari poteſt, Rot. *in Romana quarti dotalis* 26. *Nouembris* 1633. *coram Dunozetto num.* 7. *&* 8. *& in eadem cauſa* 15. *Iulij* 1635. *coram eodem*, penes Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 66. *& deciſ.* 71.

Quòd ex matrimonio reprobato lucra nuptialia non procedant, ſed potiùs veniant confiſcanda, niſi ætas, ſexus, vel iuſta ignorantia excuſet, *l. qui contra, C. de inceſt. nupt.* Franch. *deciſ.* 52. Ricc. *Collect.* 3215. vbi etiam quòd omne datum ea cauſa matrimonij illiciti repetitur; vel melius ſi vterque coniux fuit ſciens, & matrimonium conſummatum, & tunc omne datum fiſco applicatur, aut vnus tantùm ſciuit, & alter ignorauit, & tunc ſciens non repetit, ignorans autem ſic.

10 Lucrum dotale proueniens vxori decedente viro, & ſic in caſu mortis, ſiue ea lege, ſtatuto, aut pacto, non debetur in caſu ſeparationis thori factæ viuente viro, & ſic extra caſum mortis, Ancharan. *conſ.* 273. *per tot.* quem ſtante etiam culpa viri ſequuta eſt, Rot. *in Romana lucri dotis* 28. *Martij* 1624. *coram Decano.*

Contrariam tamen opinionem vti veriorem, & magis receptam, nempè lucrum debitum in caſu mortis, deberi etiam in omnibus alijs caſibus, in quibus de iure communi eſt locus reſtitutioni dotis, & ſic in caſu ſeparationis thori ob culpam viri, ita vt caſus mortis expreſſus non cenſeatur ad limitandum, ſed vti caſus à communiter accidentibus magis frequens, Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 95. *num.* 10. *&c.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 92. cum alijs per Duran. *deciſ.* 399. *num.* 5. vbi quòd prædicta deciſio coram Decano in contrarium adducta, fuit agnita pro erronea, & non ſuſtentabilis poſt captam reſolutionem, vide *in §. Dos num.*

11 Lucrum dotis, quam pater recipit à nuru, ipſa decedente remanet ipſi patri, & eſt inter filios diuidendum propter onera matrimonij, quæ de communi ſuſtinuit, Dec. *conſ.* 67. Alex. & alij *in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur num.* 12. *ff. ſolut. matrim.* Theſ. *deciſ.* 46. *num.* 3. *&* 7. Viui. *comm. opin.* 833. vbi plura de hac concluſione.

Aliàs autem tamquam quid aduentitium non eſt cum fratribus communicandum, Roland. *de dot. quæſt.* 110. Bart. *in d. §. tranſgrediamur*, Ang. *in §. fuerat Inſtit. de act.* cum alijs per Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. *&c. per tot.* Viui. *comm. opin.* 815. *num.* 12. Cabal. *conſ. deciſ.* 147. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. vbi tenet eſſe aduentitium, etiam viuente patre, qui pro oneribus matrimonij debet eſſe contentus fructibus dotis, nec ideò ſit cum fratribus communicandum.

12 Lucrum dotale proueniens marito, vel vxori ex diſpoſitione ſtatuti, vel pacti, ſi fiat tranſitus ad ſecunda vota, debet reſeruari filijs illius matrimonij primi, *l. fœminæ vbi gloſ.* Bart. & alij *C. de ſecund. nupt.* & ex illo debetur tantùm vſusfructus vita durante, Addit. ad Pract. Papp. *ad dot. & vſusfr. gloſ. dicta D. Margherita*, Boer. *deciſ.* 185. *num.* 7. Caualer. *deciſ.* 189. *num.* 1. *&c.* Michalor. *de fratribus par.* 3. *cap.* 13. *num.* 29. vide *in §. Mulier num.* 27. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 303. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi quòd iſtud procedit in lucro purè, & ſimpliciter à ſtatuto delato, non autem quando ſtatutum exprimit illud deferri ob ſumptus, & expenſas factas, quia tunc titulus ipſius lucri non poteſt verè dici lucratiuus, ſed potiùs oneroſus, & ſic tunc pleno iure acquiritur in compenſationem onerum, & expenſarum, nec ſubiacet diſpoſitioni *d. l. fœminæ*, quæ non procedit quoad bona à coniuge titulo oneroſo acquiſita iuxta communem Doctorum ſententiam, dixi *in §. diſpoſitio num.* 1. *& ſeqq. & in §. Maritus num.* 27. vbi quid ſi ſe contineant in viduitate, de quo Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 85. *num.* 155. *per tot. & deciſ.* 281. vbi qualiter debeatur ex ſtatuto Vrbis quoad vſumfructum, & non quoad proprietatem, & quid ſi deficiant filij, quibus reſeruatur proprietas, *& par.* 18. *deciſ.* 676. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi quòd lucrum dotis debitum vigore ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 131. extantibus filijs debetur quoad vſumfructum tantùm, etiam quòd filij prædecedant coniugi ſuperſtiti, & tunc remanet in hæreditate coniugis prædefuncti quoad proprietatem, &c.

13 Lucrum dotis debitum marito ex pacto, vel ſtatuto, non debetur ſponſo decedente ſponſa etiam in domo ſponſi ante nubiles annos, Roland. *de dot. quæſt.* 12. *num.* 13. Boer. *deciſ.* 22. *num.* 37. *par.* 1. vide *in §. Statutum de lucro.*

14 Lucrum dotis venit appellatione dotis, & tamquam acceſſorium regulatur ſecundum illius naturam, ſicut etiam augmentum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 823. *num.* 16. *&c.* Duran. *deciſ.* 399. *num.* 11. *&c.* vbi quòd venit appellatione dotis, & ſub illius diſpoſitione continetur.

Quòd pro eo competat hypotheca, Rot. *par.* 5. *recent. dec.* 383. *num.* 13. *& par.* 10. *deciſ.* 42. *num.* 9.

Quòd dicatur onus, & de illo iudicetur prout de damno, cùm originem habeat ab oneribus matrimonij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 781. *num.* 47. Rot. *par.* 10. *recen. deciſ.* 43. *num.* 40. *&c.* vbi quòd ideò creditor lucri dotalis poteſt auocare à tertio rem debitoris ex cauſa lucratiua peruentam, nulla facta excuſſione, vide *in §. Creditor num.* 36.

15 Lucrum dotis tranſmittitur ad hæredes, licèt non fuerit agnitum à marito, Roland. *de dot. quæſt.* 47. Magon. *deciſ. Flor.* 34. *num.* 17. Altograd. plura ſimilia addens *conſ.* 32. *num.* 19. *lib.* 2. vide *in §. Statutum de lucro dotis num.* Peregrin. *deciſ.* 34. *num.* 1. *&* 2.

16 Lucrum dotis poteſt per maritum vxori remitti, ita vt non poſſit huiuſmodi remiſſio reuocari per creditores mariti tamquam in eorum fraudem facta, Roland. *de dot. quæſt.* 39. *&* 40. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 271. *num.* 29. *& per tot.* vide *in §. debitor num.* 8. *§. Hæreditas num.* 12. *& §. Maritus num.* 23. vbi qualiter non ſit hypothecatum creditoribus mariti, quod latè comprobat Caren. *reſolut.* 202. vbi contrarijs ſatisfacit, ita vt nec Fiſcus in hoc ſit priuilegiatus ſecundum eum, licèt alij contra, vt dixi *in loc. cit.*

Quò

Digitized by Google

Quòd dicatur extra bona vxoris, & illa mortua eius creditores nullum ius in illo habere poſſint, Altograd. *conſ.32. num.* 20. *&c. lib.* 2. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 10. *num....*

Remiſſum tamen à marito propter diſcordiam ſedandam cum vxore, non eſt benè remiſſum, & peti poteſt, cùm concordia inter coniuges non debeat eſſe venalis, *l. vir. mulier. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Roland. *de dot. quæſt.* 48. facit quod dixi *in §. Pactum num.*

17 Lucrum dotis ſi excedat metam legalem 500. aureorum, qui hodie aſcenderent 700. & dixi *in §. Inſinuatio num.* *& §. Donatio num.* indiget inſinuatione in pacto, vel dotis conſtitutione quando à ſtatuto defertur ſub ſola conditione mortis vxoris, ſi verò deferatur propter onera matrimonij poteſt inſinuatio omitti, cùm proueniat ex cauſa onerosa, & in omnem caſum debebitur vſque ad dictam ſummam legalem, Roland. *de dot. quæſt.* 53.

18 Lucrum dotis reſeruatur marito, ſi vxor committat delictum, propter quod eius bona publicentur, Roland. *d. tract. quæſt.* 59.

19 Lucrum dotis debetur viro, etiam ſi vxor, & maritus ſimul decedant ex eodem naufragio, vel ruina, cùm in dubio vxor tamquam debilior præſumatur priùs mortua, niſi ſtatutum expreſsè requireret illius præcedentiam, Roland. *de dot. quæſt.* 60. Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 50. *num.* 3. *&c. num.* 17. *&c.* latè Altograd. *conſ.* 60. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 1. vbi generaliter loquitur de quocumque lucro ob mortem deferendo, & diſtinguit Rot. *part.* 15. *recen. deciſ.* 120. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi quod lucrum dotis delatum in caſu præmorientiæ vxoris, non debetur niſi probata præmorientia, nec ſufficit mors ſimultanea, vide *in §. Mors n.* 13.

20 Lucrum dotis non debetur marito, qui propriam vxorem interfecit, vel illius interfectores non accuſauit, ſi ſciebat, niſi fuerit præuentus, vel niſi fuerit pater mariti, qui illam occiderit, vel niſi fuerit in Adulterio reperta, & ob id occiſa, Roland. *de dot. quæſt.* 61. 62. *&* 63. *per tot.* Gratian. *dec.* 185. vide *in §. Homicidium num.* 20. *& §. Maritus num.* 7.

21 Lucrum dotis non debetur marito, qui vxori ſuæ dum infirmabatur medicum non adhibuit, vel imperitum adhibuit, dummodò eſſet in loco, vbi poſſet medicis peritis vti, vel mittere in locis vicinis iuxta eius facultates, Roland. *de dot. quæſt.* 64. *&* 65. vide Gratian. *d. deciſ.* 185. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 120. *ſect.* 4. *per tot.*

Excuſatetur tamen ſi circa medicos fuerit præuentus à patre, fratribus, vel alijs agnatis vxoris defunctæ, Roland. *d. tract. quæſt* 67. *&c.* vide alios citatos.

Item non debetur marito, qui tempore peſtis dereliquit vxorem morboſam ſine medicinis, & cibarijs, ſi peſtilentia erat curabilis, aliàs ſecus, Roland. *loc. cit. quæſt.* 66. Rip. *de peſte par.* 2. *in fine*.

Item non debetur marito, qui propriam vxorem de domo expulit, ſi fame perierit, Roland. *quæſt.* 68. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 455. *num.* 7. & facit *in cap.* 406. *per tot.*

Quòd indiſtinctè non debeatur lucrum marito, qui vxorem de domo expulit, vel fuit in cauſa, vt ipſa recederet, etiam ſi ex hoc non ſequatur mors vxoris, ſed alia de cauſa, reprobata diſtinctione, Roland. *loc. cit.* latè probat Altograd. *conſ.* 23. *num.* 22. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. vbi plura quando ob ſæuitiam, & mala tractamenta vir amittat huiuſmodi lucrum, niſi tempore mortis fuerint reconciliati.

Item non debetur, quando maritus noluit vxori infirmæ ſubuenire vltra fructus dotis, quatenus illi non eſſent ſufficientes, niſi vxor haberet de proprio, vel patrem, matrem, ſeu fratres diuites, qui poſſent ei ſuccurrere, Roland. *de dot. quæſt.* 69.

Item generaliter non defertur propter mala tractamenta facta per maritum vxori, niſi re integra pœnituerit, & benè tractauerit antequam inciderit in infirmitatem mortalem, Roland. *tract. quæſt.* 70. Rot. *par.* 14. *recen. dec.* 164. *num.* 2. latè Altograd. *conſ.* 23. *num.* 25. *& ſeqq. lib.* 2. vbi quòd propter ſæuitiam amittitur, etiamſi mors non ſequatur, de prædictis vide etiam Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 66. *per tot.* Rice. *Collect.* 2553. vbi quòd maritus ex dictis cauſis amittit etiam beneficium dilationis anni ſibi à lege conceſſum in reſtitutione dotis conſiſtentis in pecunia, vel mobilibus, vt dixi *in §. Dos num.* 45.

Lucrum dotis proueniens ex ſtatuto, tamquam debitum neceſſarium, compenſatur cum legato à coniuge facto, ſecus autem ſi proueniat ex pacto contrahentium, cùm tunc dicatur debitum voluntarium, quod regulariter non compenſatur cum legato, Roland. *de dot. quæſt.* 69. Caualer. *deciſ.* 168. *num.* 3. Sperel. *deciſ.* 176. *num.* 15. 16. *&* 82. *& ſeqq.* vide *in §. Legatum num.* 34. *& §. debitor num.* 59. Peregrin. *deciſ. Pat.* 18. *num.* 9. *&c.* vbi quòd quando ſtatutum diſponit, ſi addatur pactum cenſetur ex abundanti, & non minus dicitur debitum neceſſarium ad dictum effectum compenſationis. 22

Quòd proueniens à ſtatuto compenſetur cum legato etiam ſpeciei, & tantò magis ſi legans ita expreſsè voluerit, latè Altograd. *conſ.* 34. *num.* 2. *&c. lib.* 2. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 36. *num.* 17. vide *in §. Legatum num.* 32.

Intellige quando prouenit ex neceſſitate ſtatuti ſic iubentis, quia tunc dicitur debitum neceſſarium, & compenſatur cum legato; ſecus autem ſi ſtatutum inducat quidem huiuſmodi lucrum, ſed per viam præſumptæ voluntatis contrahentium, relinquendo illis facultatem aliter diſponendi, quia iſto caſu diceretur debitum voluntarium, & non compenſaretur, pulchrè Caualer. *deciſ.* 318. *per tot.* vbi aliàs concordantes allegat deciſiones, Burat. *deciſ.* 291. *n.* 5. Sperel. *d. deciſ.* 176. *num.* 83. *&c.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 36. *num.* 18. latè Paciſ. de Saluian. *Inſpect.* 2. *cap.* 2. *n.* 336. *& ſeqq. ad* 350. Rot. apud eumdem *deciſ.* 88. *& par.* 13. *recen. deciſ.* 13. *num.* 10. *& ſeqq.* in quibus locis oſtenditur lucrum dotale, etiam proueniens ex diſpoſitione ſtatuti dici debitum voluntarium, tamquam originem trahens à contractu matrimonij, & à voluntate hominum, & non compenſari cum legato, niſi aliter appareat ex coniecturis.

Vbi tamen ſtatutum inducit neceſſitatem relinquendi lucrum dotale, nec vllum arbitrium tribuit coniugibus, tunc debitum dicitur neceſſarium, & compenſatur cum legato, vt in ſtatuto Faui reſoluit Rot. *par.* 13. *recen. dec.* 79. *num.* 24. *&c.* & in ſtatuto Bononiæ eadem Rot. *par.* 14. *deciſ.* 348. *per tot.* quicquid contrarium ſit in ſtatuto Vrbis, & de ratione differentiæ per prædicta.

Lucrum dotis proueniens vni ex ſocijs omnium bonorum durante ſocietate ipſo iure ſocietati non acquiritur; ſed eius iudicio venit cum alijs communicandum, ſecus autem eſſet inter ſimplices ſocios, Roland. *de dot. quæſt.* 111. Gratian. *diſcept. for. cap.* 904. *num.* 18. *etc.* Felic *de ſociet. cap.* 12. *num.* 29. Michalot. *de fratribus, par.* 2. *cap.* 11. *n.* 14. *et cap.* 23. *per tot.* vide *ſupra n.* 3. 23

Alia de lucro dotis, vide *in §. Statutum de lucro per tot.*

Lucrum dotis ex ſtatuto debitum non poteſt diminui per legata, & fideicommiſſa, Carpzou. *deciſ. Saxon.* 61. refert Vrceol. *in Append. ad cap.* 18. *num.* 15. *in fine* 2. *vol. fol.* 15. 24

Nec etiam per debita voluntaria, vel per donationem à muliere factam, cùm non poſſit præiudicare viro circa dictum lucrum, Rot. *par.* 17. *recen. dec.* 47. *num.* 8. *et* 9. vide *in §. Statutum de lucro num.* 22.

Lucrum dotis an, & qualiter debeatur non tantùm de ipſa dote, ſed etiam de eius augmento, vide *in §. Augmentum num.* *et §. Statutum de lucro etc. num.* 15. & per totum, vbi alia plura notabilia de hac materia. 25

Lucrum dotis debetur ex ipſis bonis dotalibus commodam diuiſionem patientibus; ſi verò huiuſmodi commodam diuiſionem non patiantur, licèt in eorum ſingulis debeatur, ad exemplum legitimæ, in vnica re, vel pretio arbitrio iudicis conſignatur, Rot. *par.* 15. *recen. deciſ.* 234. *per tot.* 26

Quòd dictum lucrum non debeatur iure hæreditario, ſed ex ſola diſpoſitione ſtatuti, ac ideò non faciat hæredem, Rot *par.* 18. *recent. deciſ.* 606. *num.* 7. *etc.*

De lucro dotis, & alijs lucris, & cauſis lucratiuis nonnulla indicant Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Lucrum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 5. *eod. verb. fol.* 64. *etc.* 27

Quòd lucrum dotis debeatur marito occidenti vxorem ex cauſa adulterij, quomodo adulterium probetur, & alia ad rem, latè Andreol. *contr.* 336. *per tot.*

§. LVDVS. XXII.

1 LVdus dicitur contractus, quo ludentes res ſuas periculo exponunt ob ſpem vincendi, & lucrandi rem alterius; & eſt multiplex, nam quidam conſiſtit in ſola corporis exercitatione, quidam in ingenio, quidam in ſorte, & fortuna, & quidam mixtus ingenio, & fortuna. Ludi corporis ſunt plures, nempè curſus, ſaltus, lucta, iactus, pugna, quintana, pila, & ſimiles, quibus corpus exercetur, *l. 2. ff. de aleat. l. vlt. C. de relig. & ſumpt. fun. aliàs de aleat.* Ingenij autem, vt ſcaccorum, & ſimiles, quibus ingenium exercetur, & verſatur, & huiuſmodi duæ ſpecies ludi corporis ſcilicet, & ingenij tantùm ſunt permiſſæ, etiam cum pecunia (modò de iure aureum non excedat, licèt hoc de conſuetudine non attendatur) & cùm aſtutia, quaſi omnia videantur ludentibus permiſſa, vt vincant his ludis permiſſis, *gloſ. vlt. in l. in executione, §. vlt. ff. de verb. oblig.* vbi Caſtr. Iaſ. & alij, Bart. & Iaſ. *in l. ſi rem tibi inſpiciendam, §. vlt. ff. de praſcript. verb.* Guid. Pancirol. Theſ. *var. lect. lib. 1. cap. 48.* P. Steph. Neapol. *de pracep. iur. & inſt. part. lib. 2. cap. 73.* Farinac. *quaſt. 109. par. 3. per tot.* vbi ponit regulam permiſſiuam huiuſmodi ludorum cum quinque ampliationibus, & totidem limitationibus, *infr. num. 7.* adde Ricc. *Collect.* 3670. vbi ponit diſcurſum moralem an, & quando recreationis cauſa ſit licitum ludere, de quo etiam Viui. *comm. opin. 647. & ſeqq.* vbi plura de ludo ſcaccorum, pilæ, & huiuſmodi an, & quando, ac cum quibus circumſtantijs ſint liciti non ſolum laicis, ſed etiam Clericis, & plenè de omnibus Gutierez *in Prax. quaſt. 92. cum pluribus ſeqq.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 26. per tot.*

Alij verò ludi in ſola ſorte conſiſtentes, vt alearum, & ſimiles, vel mixti ingenio, & ſorte, vt pariter alearum, (intelligendo aleas generaliter pro omni ludo prohibito conſiſtente in fortuna, vel mixto ingenio, & fortuna, ſic nuncupato à quodam milite Alea illius inuentore in Bello Traiano) quamuis in ſe non ſint propriè prohibiti, nec capitaliter peccaminoſi in laicis, quicquid Clericis omninò interdicantur, tamen ratione malorum inde prouenientium, quæ multa, ſcandaloſa, & maxima reputantur, huiuſmodi ludi maximè in pecunia, vel vbi agitur de lucrando, vel perdendo pecuniam, ſunt omninò de iure prohibiti tàm clericis, quàm laicis, tàm in priuatis, quàm in publicis domibus, ita vt nec liceat facere ad partem, vel ſocietatem cum aliquo ludente, nec valeat ſtatutum, vel conſuetudo ludum prohibitum permittens, ſub pœna in foro conſcientiæ ſecundum aliquos peccati capitalis, & in foro exteriori iudici arbitraria, (vbi non ſit à ſtatuto, vel alia lege municipali prout Florentiæ determinata) & grauiori ſi aliqua fraus, vel dolus interceſſerit, cùm in his ludis prohibitis non ſit licita aliqua deceptio, ſed decipiens teneatur de furto, & falſitate, ac ad reſtitutionem, & idem eſt in compellente aliquem ſiue per vim, ſiue blanditijs, & allectamentis ad ludendum; ſunt autem dicti ludi prohibiti, mixti fori inter Epiſcopum, & iudicem laicum cum præuentione, vel cognitionis illius iudicis, cui quoad criminalitatem ſit tributa iuriſdictio à ſtatuto, vel alia lege municipali, Guid. Pancirol. *d. cap. 48. verſ. certium genus, &c.* Clar. *in §. Ludus*, vbi etiam Addent. Caccialup. *tract. de luſo*, latè Farinac. *d. quaſt. 109. par. 1 per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 198. 199. & ſeqq. vol. 2.* Viui. *comm. opin. 468. & 469.* vbi plura in deteſtationem ludorum prohibitorum, & malorum inde prouenientium, cum pluribus miraculis contra luſores, quando teneantur ad reſtitutionem, vel non, & alia, Menoch. *de arbitr. caſ. 399. per tot.* vbi quibus rationibus ludus alearum olim fuerit, & hodie ſit prohibitus, quibus pœnis afficiantur aleatores, ſiue Clerici ſint, ſiue laici, tam de iure canonico, quam ciuili, quid ſi dolus, vel fraus interceſſerit, quid in aleatorum receptatoribus, qui domos, & aleas ad ludendum paratas tenent, & de ludis prohibitis, latè Borell. *tract. de adict. Magiſtr. lib. 3. cap. 11.* Theſaur. *quaſt. forenſ. lib. 4. cap. 19.* Scanarol. *de viſit. carcer. lib. 1. §. 13. cap. 4.* Tuſch. *lit. L. concl. 456.* P. Steph. de Neap. *d. cap. 73. per tot.* vbi quoad forum conſcientiæ, Ricc. *Collect.* 4107. & latè Dian. *reſol moral. par. 7. tract. 9. reſol. 1. & ſeqq. per tot.* vbi probat ludere etiam ludis prohibitis, & cum intentione lucrandi, ſecluſa omni fraude, & alio malo, non eſſe peccatum mortale, etiam in Clericis, & alijs Religioſis, dummodò moderatè, & recreationis gratia, ac alia plurima de ludo, & ſponſionibus vulgò, *dette le ſcomeſſe.* An Clerici peccent idem Dian. *part. 9. tract. 9. reſolut. 66.*

Quòd ludi prohibiti ſpectatores puniantur eadem pœna, qua ipſi luſores, *l. fin. §. commodis igitur, C. de relig. & ſumpt. fun. Auth. interdicimus, C. de Epiſcop. & Cler.* cum alijs per Farinac. *dict. quaſt. 109. part. 1. num. 34.*

Quòd expreſsè cauetur per banuimenta ſtatus Florentini, vt dixi *in Pract. §. Giuoco num. 2.* & vide *Bannimenta Vrbis Roma de anno* 1591. *cap. 7.*

An autem dicti ſpectatores mortaliter peccent videtur affirmare, quando ludus ipſe eſt cum peccato mortali. P. Steph. de Neapol. vbi ſupra *cap. 74. num. 4.* Dian. *reſol. moral. part. 7. tract. 9. reſol. 40.* vbi quòd verum eſt maximè quoad Clericos, & religioſos, quibus interdictum eſt etiam ſub pœna excommunicationis per Bullam Pij V.

An ludus ille, qui vulgò dicitur, *Lotto*, ſiue *Beneficiata* ſit licitus, & cum quibus conditionibus, Dian. *par. 1. tract. 8. reſol. 81. infr. num. 11.*

De prohibitione ludi ex legibus humanis, & Pontificijs, qualiter acquiſita per ludum prohibitum ſint reſtituenda, de pœnis ludentibus omni iure impoſitis; an Clerici, & ſcolares poſſint repetere amiſſa in ludo; an poſſit ludi per alium; qualiter receptatores ludorum, vel tenentes ludos puniantur; an licitum ſit ludere ad creditum, vel credentiam, & an pecunia ſoluta poſſit retineri in foro conſcientiæ; de ludo pilæ, aliaque plura de ludis, latè Gutierez *in Prax. quaſt. 92. cum ſeqq. ad quaſt.* 103. Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 9. per tot. fol.* 231. vbi latè quid, & quotuplex ſit ludus, qui ludere poſſint, vel non, de ludis prohibitis, ac de quibuſdam alijs ludis diuerſis, & generaliter de tota materia ludorum quoad forum conſcientiæ quando intret obligatio reſtitutionis, vel non.

Ludens tota nocte cum pluribus, & diuerſis perſonis 2
contra prohibitionem legis, tenetur tantùm ad vnam pœnam, & non ad plures pœnas, cùm propter continuationem dicatur ſemel tantum luſiſſe, Bart. & alij, quos refert, & ſequitur Nauar. *de pænit. diſtinct. 5. cap. conſideret num. 46. &c. ac in Manual. cap. 6. num. 17. & 18.* Azor. *Inſtit. moral. par. 1. lib. 4. cap. 4. in fine fol. mihi* 315. vbi adducit alios caſus ſimiles, facit quod dixi *in §. Delatio num.* ſequitur Dian. *par. 4. tract. 4. reſol. 45.* vbi quòd etiam committit vnum ſolum peccatum, licèt alij velint tot eſſe peccata, quot perſonæ, cum quibus ludit, tamquàm ſi cum pluribus fornicetur, vt probat Caſtr. Palans *tom. 1. tract. 2. diſput. 3. punct. 3. n. 7.* latè Gutierez *in Prax. quaſt. 98. per tot.*

Ludens cum filiofamilia, vel minore, ſiue alio, qui non 3
habeat liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem, tenetur ad reſtitutionem, etiam ſi ludus fuerit licitus, nam de illicito nullum eſt dubium, & pro pecunia ex ludo illicito acquiſita nulla datur actio, ludentes tamen ludo licito, & permiſſo ſi amittant tenentur ſoluere, nec ſolutum poſſunt repetere, & etiam filiusfamilia factus ſui iuris tenetur ſoluere id, quòd in ludo licito amiſit, de quo vide Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 3. num. 59. &c.* Farinac. *d. quaſt. 109. par. 1. num. 81. & ſeqq. per tot.* Boniſac. *de furt. §. 10. num. 105. & ſeqq.*

Plures quæſtiones de ludente cum filiofam. & de ipſo filiofam., quando poſſit ludere, vel non, an vincere, vel perdere, & alia, Dian. *part. 7. tract. 9. reſolut. 5. & ſeqq. per tot.* vbi etiam de vxore, ſeruo, minore, Religioſo, & huiuſmodi.

An acquirens à minoribus per ludum, vel alium ſimilem contractum teneatur ad reſtitutionem, Dian. *par. 3. tract. 5. reſolut. 44.* vbi vide ad tollendos ſcrupulos conſcientiæ, adde Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 18. diſput. 8. per tot. fol. mihi* 220. vbi plura de reſtitutione ex ludo, vel alio turpi lucro, latè etiam Gibalin. *loc. ſup. citat.*

Quod ex ludo illicito nulla competat actio, nec pro quibuſuis contractibus occaſione illius factis, Ludouiſ. *dec. 47.*

per

Digitized by Google

per tot. Rot. *par.* 18. *recen. deciſ.* 553. Farinac. *d. quaſt.* 109. *num.* 109. *num.* 196. *& num.* 201. *& ſeqq.* in quibus locis latè probat, quòd ſicuti ex ludo prohibito, vel contractibus illius occaſione celebratis non datur actio, ita ex ludo permiſſo, & contractibus in eo initis rectè datur actio, & denegatur ſoluti repetitio cum declarationibus, de quibus ibi per eum, vide Gramat. *deciſ.* 40. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 23. *num.* 5. *&c.* Boniſac. *de furt. loc. cit.* Guid. Pancirol. *Theſaur. var. lect. lib.* 1. *cap.* 48. *verſ. nunc videamus, &c.* vbi probat quòd quamuis de iure ciuili vincens pecuniam in ludo prohibito, teneatur illam reſtituere, & poſſit victus, vel eius hæres intra quinquaginta annos repetere, *l. vltim. C. de aleat.* tamen de generali conſuetudine totius mundi, quæ præualet, & derogat iuri ſcripto, non ſit reſtituenda, nec repeti poſſit etiam in foro conſcientiæ, exceptis aliquibus caſibus, in quibus pecunia victa, non ſolùm ludo prohibito, ſed etiam ludo permiſſo eſſet reſtituenda, vt ſi fuerit victa alicui, qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem non habet, vel ſecundum aliquos ſi vincens ſit Clericus, ſi fuerit adhibitus dolus, ſi vincens traxerit per importunitatem victum ad ludendum, vel ſi habuerit prauam intentionem ludendi, vel ſpoliandi proximum, de quibus vide latè P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & inſt. part. lib.* 2. *cap.* 73. *&* 74. *per tot. fol. mihi* 242. dixi *in Pract.* §. *Giuoco num.* 19. 20. *&* 24. Farinac. *d. quaſt.* 109. *part.* 5. *per tot.* Dian. *par.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 22. *&c.* Vini. *comm. opin.* 468. *& ſeqq.*

An attrahens, ſiue cogens aliquem ad ludendum teneatur reſtituere quod vincit, Dian. *par.* 2. *tract.* 17. *reſolut.* 27. vbi refert contrarias opiniones, & ipſe videtur negatiuam probare, de quo latiùs idem Dian. *part.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 32. *& ſeqq.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 200. *vol.* 2. Viui. *loc. cit.*

An autem ex quæſitis in ludo poſſit prætendi legitima, vide Merlin. *tract. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quaſt.* 13. *per tot.*

Quòd luſori continuo ſit dandus curator, vide *in* §. *Curator num.*

4 Luſores, qui conſueuerunt vitam agere in ludis prohibitis, repelluntur à teſtimonio ferendo, niſi agatur de probando aliquid ſequutum in ludo, Farinac. *quaſt.* 56. *art.* 12. *num.* 427. *&c.* Gramat. *deciſ.* 51. *& vot.* 28. Maſcard. *de probat. concluſ.* 997. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 497. *& ſeqq. fol.* 329. vbi etiam *num.* 507. *&c.* de hiſtrionibus, & ſimilibus artis ludricæ cauſa in publicam ſcenam prodeuntibus, adde Ricc. *Collect.* 1536. vbi etiam quòd morientes in ludo periculoſo, priuantur Eccleſiaſtica ſepultura, iudices tenentes ludum poſſunt officio priuari, tutores remoueri, amiſſa in ludo repeti vſque ad 30. annos, & ſi victus negligat recuperare, poteſt id facere Epiſcopus, vel Fiſcus, & alia, quæ tamen hodie ex generali conſuetudine ab Aulis receſſerunt.

5 Ludum domi retinens, vel accomodans taxillos, vel aleas ad ludendum lucri cauſa, punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio, in amiſſione domus, & poteſt illi impunè damnum, furtum, aut iniuria inferri tempore ludi, vt latè explicat Farinac. *quaſt.* 109. *par.* 4. *per tot.*

Et quid in hoc diſponant leges Municipales Florentiæ, dixi *in Pract.* §. *Giuoco num.* 5. *&* 15.

An autem peccent mortaliter videtur affirmare Diana *reſolut. moral. par.* 2. *tract.* 15. *reſolut.* 65. *per tot. fol.* 242. *& par.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 39. *per tot.*

Sed contrarium, niſi alia pauca concurrant contra Dian. in ſpecie tenet P. Steph. de Neapol. *loc. ſup. cit. cap.* 74. *n.* 6. vbi inferunt ad Principes an peccent concedendo licentias ludendi.

6 Ludentibus mutuans pecuniam, an poſſit illam repetere, ſatis eſt ambigua quæſtio, in qua videtur poſſe regula affirmatiua conſtitui, niſi quis mutuauerit minori, aut prodigo, ſciens pecuniam conſumpturum in ludo, vel ſoluturum creditori ex cauſa ludi, vel niſi mutuator ſit ille, qui domi ſuæ ludum retinet, vel niſi mutuet colluſori, nam inter colludentes nullus tenet contractus, cùm ſimul delinquant, & ideò his caſibus denegatur etiam mutuanti repetitio, intelligendo de ludis illicitis, & prohibitis, latè Farinac. *quaſt.* 109. *par.* 6. *per tot.* Guid. Pancirol. *theſaur. var. lect. lib.* 1. *cap.* 48. *fol. mihi* 61. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 47. Viui. *comm. opin.* 470. *&* 471.

7 Ludens ad ludum prohibitum in creditum, vel ad credentiam, & promittens ſoluere vincenti, non obligatur, quia ex iniuſta cauſa promittit, etiam ſi de tali promiſſione fiat inſtrumentum, *l.* 4. §. *ſi quis* 1. *ff. de except. doli, l. vlt. C. de aleat.* Caccialup. *tract. de ludo num.* 34. Patiſ. de Puteo eodem *tract. num.* 21. Guid. Pancirol. *loc. cit. d. cap.* 48. *in fine*, Dian. *par.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 23. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 200. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 2. Viui. *comm. opin.* 471.

An ludentibus competat actio pro pecunia in ludo lucrata, & pro geſtis circa ludum, & alia, Theſaur. *quaſt. for.* 19. *lib.* 4. quem refert Ricc. *Collect.* 2405. *ſupra num.* 3.

Florentiæ adeſt lex municipalis de anno 1569. & 1595. prohibens ſub grauiſſimis pœnis quodlibet genus ludi, etiam permiſſi, in creditum, vel ad credentiam, ſiue cum pignoribus, vel ſcripturis, vt latiùs dixi *in Pract.* §. *Giuoco num.* 8. *&* 9. vbi plura in materia ludorum prohibitorum per multa bannimenta ſtatus Florentini, de quibus ibidem *per tot.*

Quòd ludens ad credentiam ſi aliquid perdiderit, non teneatur in foro conſcientiæ ſoluere, cùm ſolutum poſſit repetere, ſi autem non repetat, non tenetur etiam ille, qui accepit reſtituere, Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 94. vide *infra num.* 10. *verſ. An perdens*, idem Dian. *par.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 23. *&c.*

8 Ludus ad ſui iuſtitiam plures conditiones requirit, prima, vt colluſores habeant liberam adminiſtrationem rerum ſuarum, quas ludo exponunt; ſecunda vt ludus ſit voluntarius, & alter alterum non trahat ad ludendum fraude, minis, aut conuicijs; tertia, vt colluſores non adhibeant fraudem, vel dolum contra leges ludi, exceptis tamen aliquibus aſtutijs in ludo adhiberi communiter ſolitis; quarta vt inter ludentes ſit æqualitas tam in lucro, quàm in iactura reſpectu vnius ludi vel iactus, nam ſi vnus habeat decem, & alius quatuor aureos, non poteſt qui minus habet plus vincere, & lucrari quàm ipſe poſſit perdere, cùm non ſit iuſtum, vt ſi vnus perdat, perdat decem, & ſi vincat, vincat quatuor tantùm in vna vice, vel iactu, poſtquàm autem minus expoſitum in ludo habens vicerit aliquam poſtam, poterit illud plus lucrari in alijs poſtis, & ſic deinceps, Azor. *Inſtitut. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 25. Bonac. *diſput.* 2. *quaſt.* 3. *par.* 2. P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & inſt. part. lib.* 2. *cap.* 74. *per tot.* vbi quòd his ceſſantibus eſt peccatum mortale, & intrat obligatio reſtitutionis, & alia in materia ludi, Ricc. *Collect.* 3670. vbi plura curioſa de ludo, Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quaſt.* 90. vide de Clerico aleatore.

Quibus addo ego quintam conditionem, vt ſcilicet ludus ſit de permiſſis, & non de prohibitis, iuxta ſuperius dicta *num.* 1. quod verum eſt de iure, quamuis de conſuetudine hodie omnes ludi, cùm non ſint de ſui natura mali, nec à iure naturæ prohibiti, ſed actus indifferentes, ſecluſis malis inde prouenientibus, vel legibus municipalibus prohibentibus, ac concurrentibus alijs prædictis conditionibus, peccatum mortale regulariter non contineant, nec obligationem reſtituendi, maximè in laicis, vel recreationis cauſa, vel in modica ſumma, vt colligitur ex præcitatis, & alijs Doctoribus, ad quos me remitto; licèt hæc opinio non ſit fortè iudicio meo omninò tuta, cùm dicta conſuetudo tamquàm nutritiua peccati non poſſit excuſare in conſcientia, ſed tantùm in foro fori, & cùm exponens ſe voluntariè, ac ſcienter periculo peccati, peccatum eiuſdem qualitatis, cui ſe exponit committat, vt tradunt communiter Theologi, vide latè Dian. *reſolut. moral. par.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 1. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de ludo, & ſponſionibus, *& d. par.* 7. *tract.* 11. *reſolut.* 29. vbi an ſit peccatum exponere ſe probabili periculo peccandi, & affirmatiuæ opinioni adhæret, licèt referat Caramuel. contrarium probantem, ſed nimis latè etiam iudicio meo, vide *in* §. *Periculum num.* 17.

Quòd conſuetudo ludendi poſſit excuſare à pœna temporali in foro fori, Rom. *ſing.* 19. Menoch. *de arbitr. caſ.* 400. *num.* 7. *& ſeqq.* Caccialup. *de ludo quaſt.* 17. *num.* 71. & ita fuit ſeruatum per Magiſtratum DD. Octo Balliæ Virorum Florentiæ ſub die 13. Octobris 1676. in cauſa contra Andream Salettum, & alios de Mutiliana, facit quod dixi *in* §. *Conſuetudo num.* 10. 21. *et* 22.

An qui minus habet in ludo, vel filiusfamilias, qui pa-

rum poſſit perdere, poſſit acceptare ſponſionem, ſiue poſtam maiorem, illamque vincere, & lucrari ſine onere reſtitutionis, negatiuè plures reſpondent, quia non eſt æqualis conditio lucri ex parte vtriuſque prout requiritur in ludo iuxta prædicta; alij tamen quos refert, & ſequitur Dian. *par. 1. tract. 8. reſolut. 66. & 67.* affirmatiuè concludunt, quia qui maiorem pecuniam habet in ludo, ſi nouit inæqualitatem, & conſentit, nulla ei fit iniuria, & iniuſtitia, & ideò ludentes etiam cum minoribus ſcienter videntur cedere iuri ſuo, ac inæqualitatem contractus pati, & licèt parum poſſint vincere, multum tamen perdere poſſunt, abſque eo quod minor, vel filiusfamilias, ſiue alius parum ludo exponens obligetur ad reſtitutionem illius maioris ſummæ, quam vicerit, & ſic etiam habens tantùm decem, vel viginti aureos poteſt lucrari centum, imò etiam mille ducatos ſecundum Dian. *loc. cit.* vbi allegat Azor. Bonac. & alios, idem Dian. *part. 3. tract. 17. reſolut. 40. & part. 4. tract. 4. reſolut.* 186. vbi de diſparitate ſcientiæ ludi inter colludentes, an obliget ad reſtitutionem, refert contrarias opiniones, & negatiuam ſequitur quando diſparitas eſt nota, & conteſtata colluſori, quia tunc videtur cedere iuri ſuo, & volenti non fit iniuria, ne dolus, de qua diſparitate latiùs idem Dian. *part. 7. tract. 9. reſolut. 29. & ſeqq.* vbi quòd quando non eſt nota obligat ad reſtitutionem, & de alijs prædictis.

De conditionibus ludi, alijs Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 26. dubit. 2. & ſeqq.*

An, & quando ſint reſtituenda quęſita ludo prohibito, vel poſſint repeti, latè Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Reſtitutio differ. 20. per tot.*

Quinam ludi ſint liciti, & qui illiciti, & an detur conditio, vel repetitio pecuniæ ludenti, mutuatæ, latè Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. 7. per tot.*

Ludo acquiſita, an & quando poſſint retineri, vel non, & alia plura de ludo in foro conſcientiæ, & quoad reſtitutionem, Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciata diſput. 34. cap. 14. per tot. fol. mihi* 411. *& tract. de Iur. Accadem. lib. 3. num.* 192. *& ſeqq.* ac alibi, vt in Indice *verb. Ludus.*

9 An perdens in ludo prohibito teneatur in foro conſcientiæ ſoluere, multi affirmant, alij verò magis probabiliter negant, intelligendo hanc negatiuam opinionem in terminis iuris communis, ſecundum quod perdenti datur ſoluti repetitio, ſecùs ſi in aliquibus locis de conſuetudine, vel alio iure municipali non concedatur huiuſmodi repetitio, quia tunc nec etiam erit permiſſa retentio, vel niſi ludentes ceſſerint iuri ſuo, ad tradita per Dian. *part. 2. tract. 17. reſolut. 8. per tot. & part. 7. tract. 9. reſolut. 21. &c.* adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 198. 199. *&* 200. *vol. 2.*

Dubitans quòd colludens viciſſet, ſi ipſe fraudem non adhibuiſſe, an teneatur ad reſtitutionem; dic quòd ſic, reſpectu rei per fraudem acceptæ, non autem rei ſuæ, quam debuiſſet tradere, ſi perdidiſſet, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, Dian. *part. 4. tract. 3. reſolut.* 75.

An autem ſit aliquando licitum vti fraudibus in ludo, dic quòd ſic, quatenus agatur de fraude, aſtutia, vel ſimulatione legibus ludi permiſſa, aliàs ſecùs, Dian. *par. 7. tract. 9. reſolut.* 43. latè Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 9. art. 4. conſect. 5. per tot. fol. mihi* 249.

10 Vincens ludentem cum falſis cartis, vel taxillis an teneatur ad reſtitutionem, aliqui affirmant, cùm debeat æqualitas inter ludentes ſeruari, alij verò magis communiter negant, cùm inæqualitas proueniat ex culpa, & dolo fraudem adhibentis, & ideò non mirum ſi poſſit vinci, & non vincere, ac idem eſt in trahente alium ad ludendum, qui ſi vincat tenetur reſtituere, tractus verò non, Dian. *part. 4. tract. 4. reſolut.* 169. vide *ſupra num.* 7.

Quòd lucrum ex ludo prohibito factum, ſit reſtituendum in foro conſcientiæ, multi affirmant, ſed alij magis communiter negant, vt videre eſt ex citatis per Aluarez. de Velaſc. *tract. de iud. perfect. Rub. 9. Annot.* 12. §. 2. *num.* 2. *&* 15.

De ſponſionibus vulgò, *ſcomeſſe*, qualiter valeant, & obligent, ſicut alij contractus, quando factæ ſunt ſuper rebus licitis, & honeſtis, vel etiam in ludo permiſſo, vel vt dicitur, *à maſchio, e ſemina*, vel ſuper vita, & morte Pontificis, vel ſimilibus, Magon. *deciſ. Florent.* 8. Cabal. *conſ. dec. 65. per totum lib.* 1. Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſ. 19. lib.* 4. Martha *deciſ.* 55. Criuel. *deciſ.* 17. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 213. vbi tamen quòd ſunt prohibitæ à Pragmaticis Regni Neapolitani, ac à Bulla Gregor. XIII. latè Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap.* 10 *per tot.*

Florentiæ etiam ſunt prohibitæ vigore legum Municipalium, vt dixi *in Practica*, §. *Scomeſſe per tot.*

De ſponſionibus factis, vt vulgò dicitur, *à tempo à Moglie*, qualiter ſint validæ, dummodò abſit dolus, vel fraus, & de eo qui vendidit equum, vel quid aliud cum pacto, vt emptor pro pretio tantum frumenti daret quantam ſummam conficeret granum vnum frumenti multiplicatum vſque ad trigeſimam ſecundam vicem, ſcilicet multiplicando vnum granum per duplum, duplum rurſus duplicando, & ſic deinceps ſemper ſummam duplicando vſque ad 32. vices, quæ multiplicationes, licèt à vilibus principijs, immenſam ſummam conſtituunt, & ideò dicatur ſponſio fraudolenta, & non attendenda, Vrceol. *longe poſtea viſus tract. de tranſact. quæſt. 28. num. 30. & ſeqq.* cum pluribus ab eo citatis, & eſt votum deciſiuum Rotæ Florentinæ.

Plures quæſtiones notabiles, curioſas, & ſcitu dignas, tamquàm quotidiè occurrentes in materia ludi, & ſponſionum vulgò, *lette le ſcomeſſe*, reſoluit Dian. *part. 7. tract. 9. per tot.* & alibi *in loc. ſupra cit.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 198. 199. *& ſeqq. volum.* 2. Ricc. *Collect.* 4107. Leotard. *de vſur. quæſt. 30. num. 42. & ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 10. per tot. fol. 283. & ſeqq. ad* 292.

Ludus vrnæ, qui aliàs vulgariter dicitur *Lotto*, eſt de ſui natura licitus; tamquàm originem trahens ab emptione, & venditione; ſed quia multum Reipublicæ, & Ciuitatibus pernicioſus non niſi auctoritate publica, & Principis permitti debet cum quibuſdam cautionibus, de quibus Leotard. *de vſur. quæſt. 23. num. 5. & ſeqq.* Molin. *diſput.* 509. Martin. del Rio *Diſquiſ. Magic. lib. 4. quæſt. 2. concluſ.* 1. & alij ab ipſis relati, Dian. *reſolut. moral. par. 1. tract. 8. reſol.* 81. Rot. *par. 16. recen. deciſ.* 269. *& par. 17. deciſ.* 289. in eadem cauſa, vbi agitur de *Lotto* quodam Veneto, in quo cecidit ſors ſuper quadam muliere pro ducatis 39. milia. 11

Ludi omnes propè Eccleſiam ſunt prohibendi, ne diſtrahantur homines ab orando propter rumorem, & alias cauſas, procul verò ab Eccleſia ludi corporis exercitatiui, vt dixi *ſupra num.* 1. ſunt permiſſi, & præcipuè ludi Pilæ, vulgò, *della Palla, del Pallone, e delle Boccie, o Pallottole*, non poſſunt prohiberi, præterquam in locis propè Eccleſiam, vel Monaſteria exiſtentibus, Nouar. *de Vaſallor. grauam. grauam. 63. num. 25. & per tot. par.* 2. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 12. per tot. & §. 15. & 16.* vbi de alijs ludis iaculatorijs, ſonis, cantibus, muſicis, ſerenatis, & huiuſmodi prohibitis hagordis propè Monaſteria Monialium, quæ paſſim etiam ſunt vetita Florentiæ per cartellas lapideas in parietibus affixas, & per Bannimenta, vt dixi *in Praxi*, §. *Monaſterij, & alibi faciunt notata in hoc Opere*, §. *Monaſterium num. 20. & §. Licentia num.* 9. 12

Alia plura dubia de diuerſis ludis, & eorum reſolutiones apud diuerſos Auctores indicant Ægid. de Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Ludi, Ludibria*, & Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eodem verb. fol. 67. &c.* 13

De ludis Veterum, & qui apud Antiquos fuerunt in vſu multa curioſa, ex varijs Auctoribus cum explicatione aliquorum iurium, tradit Pancirol. Theſaur. *var. lect. lib. 1. cap. 46. & ſeqq.*

Qui ludi ſint permiſſi, & qui prohibiti, Paſcal. *de Patr. poteſt. part. 1. cap. 3. num. 30. & cap. 6. num. 91. & ſeqq.*

Quòd ludum domi tenentes, ſi verberentur, vel furtum patiantur nullam habent actionem, & ſi occidantur pœna ſit arbitraria, idem Paſcal. *d. cap. 6. num. 95. & ſeqq.* intelligendo de tenentibus ludum publicè cum lucro, ſecùs ſi recreationis cauſa, vt iam dixeram.

14 De ludis agitationis Taurorum, & Ferarum, torneamentorum, alearum, & huiuſmodi, qualiter, & ſub quibus pœnis Eccleſiaſticis ſint prohibiti, latè Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. par. 2. verb. Ludi fol.* 218. Mendo *de Iur. Accad. lib. 2. num.* 305. *& ſeqq.*

15 De ſponſionibus, ſiue ſcommiſſis ſuper vita, vel morte Papæ, vel electione Papæ, vel promotione Cardinalium prohibitis, tam quoad ſpondentes, quàm ſponſiones permittentes in Terris ſuis, ac dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ ex Bulla Gregorij XIV. 4. quæ incipit, *Cogit nos*, & irritationis, & nullitatis talium pollicitationum, etiam in foro conſcientiæ, vt recepta retineri non poſſint, ſed ſint reſtituenda, non danti, ſed locis pijs Ciuitatis, vel Oppidi, vbi contractus fuit celebratus, vel crimen detectum, & perſonæ Eccleſiaſticæ amplius in vtroque foro priuantur omnibus beneficijs obtentis, & inhabiles ad futura redduntur, ita vt ordinarius poſſit de illis ſic vacantibus diſponere, etiam ſi alias eſſent Sedi Apoſtolicæ reſeruata, Scortia *in Select. Conſtit. Theorem.* 384. *per tot.* Sayr. *lib. 3. cap.* 31. *num.* 2. Filliuc. *tractat.* 32. *num.* 105. Carol. Anton. Theſaur. *de pœnis. Eccleſ. par. 2. verb. Sponſiones fol.* 342.

Hinc fit, vt huiuſmodi ſponſiones ſint etiam Florentiæ prohibitæ, vt dixi *in Prax.* §. *Scommeſſe per tot. & in hoc* §. *ſub num.* 10.

An, & quomodo ſint licitæ ſcholaſticis ſponſiones, circa obtenturas Cathedras, & circa alia ad ingenium ſpectantia præcipuè in Hiſpania, & alibi, Mendo *tract. de Iur. Accad. lib. 3. quæſt.* 18. *per tot. fol. mihi* 301.

Multa de ſponſionibus quando licitæ ſint, vel non de iure communi tradit Anton. Gob. *conſult.* 143. *per tot.* ex quibus reprobata fuit quædam venditio facta pro pretio dupli pluris ab Hebræo cuidam Chriſtiano, ſoluendo, *quando verrà il Meſſia*, & reſciſſo contractu merces reſtitutæ ob dolum, & fraudem Chriſtiani.

Finis Libri Decimi.

Digitized by Google

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER VNDECIMVS.

De littera M.

§. MAGISTRATVS. I.

1 MAgiſtratus tamquàm nauis gubernatores fuerunt ex neceſſitate in ciuitatibus ad cuſtodiendas leges, & iuſtitiam miniſtrandam inſtituti, vt altiùs repetita iuſdicendi origine, *ex l. 2. & tot. tit. ff. de orig. iur.* explicant Interpretes Marant. *in prax. par. 3. per tot.* Chriſtin. *ad leg. Municip.* Mechlin. *tit. 1. art. 1. num. 1.* Ricc. *Collect.* 3707. 2002. vbi de Senatoribus, Adde plenè multis citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 12. num. 1. & ſeqq.* vbi etiam quæ ſint per Principem animaduertenda in electione Magiſtratuum cum congruis ſalarijs, & alia plura ad rem.

Quot ſint ordines Magiſtratuum, quomodo honorandi, & alia, idem Chriſtin. *deciſ.* 105. *num. 57. & ſeqq. volum.* 5.

Quòd Principem repræſentent, illiſque omnis honor debeatur, ita vt nullum maius delictum, aut grauius in genere læſæ Maieſtatis ſit, quàm illud quod aduerſus corpus iuſtitiæ committitur, Luc. de Penna *in l. 1. C. vt nemo ad ſuum patr. lib.* 11. Chriſtin. *d. tract. tit. 2. art. 10. num. 5. &c.* vbi extendit ad executores ipſorum Magiſtratuum, quia quando offenduntur, aut impediuntur in exercitio illorum officij, dicitur offendi iuſtitia, vis fieri Magiſtratui, & Principi, cuius mandata exequuntur, Bartol. *in l. iniuria, §. 1. l. item apud labeonem, §. item, & l. Lex Cornelia, ff. de iniur.* Guid. Pap. *deciſ.* 657. cum alijs per Chriſtin. in Addit. *loc. cit.* Ricc. *Collect.* 4181. vbi plura, *infra num.* 13.

An autem nuncio aſſerenti ſe fuiſſe offenſum credatur, vide *in § Nuncius num.*

Qualiter Magiſtratus, & iudices revereri, & ſalutari debeant ſub pœna iniuriæ, Scanarol. *de Viſitat. Carcer. lib. 2. §. 35. c. 1. per tot. fol.* 365. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 6. & 7 per tot.*

Plura de auctoritate Magiſtratuum, illorum neceſſitate, quantum debeat Princeps illos ſuſtinere, non facilè delatoribus credere, quia, quo meliores eo magis ſubiacent calumnijs, quæ detectæ ſunt acriter puniendæ, & veluti læſæ Maieſtatis numquam remittendæ; & qualiter Princeps debeat fidere de ſuis Magiſtratibus, & Miniſtris, illorumque defectus occultare, ne aliter à ſubditis condemnentur, & alia plenè Larrea *Alleg. fiſc.* 109. *& ſeqq.* cum pluribus citatis, & exemplis.

2 Magiſtratus non exigendo ſatiſdationem à tutoribus, qualiter teneatur actione ſubſidiaria, & quando non, latè Montan. *de tut. cap. 32. reg. 7. num. 23. &c. ad 76.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 181. *&* 182. *per tot. volum. 3. & ad leg. Municip.* Mechlin. *tit. 19. art. 6. num 2. in Addit.* vbi tamen quòd moribus Germaniæ, & Galliæ abrogatum eſt, niſi Magiſtratus id omiſerit ex dolo, vel culpa.

Quòd de iure vera ſit dicta concluſio, ſed vſu, & conſuetudine generali non ſeruetur, Gratian. *deciſ. 69. n. 28. &c.* vide *in §. Index num.* 64.

An delinquendo teneantur omnes in ſolidum, Toſch. *litt. M. concluſ.* 2.

3 Magiſtratus licèt vbique à Iuriſconſultis, & Imperatoribus honor appelletur, tamen principaliter onus eſſe cum onere admixtum, notat Montan. *de tut. cap. 26. num. 32. fol.* 73.

Quòd Magiſtratus non poſſit exerceri à debitore Reipublicæ, vel Communitatis, donec non ſatisfecerit, vide *in §. Debitor num.*

Magiſtratus temporales accipiendo mutuo nomine Ciuitatis non conuocato conſilio obligantur ipſi in proprio ad fauorem mutuantis, non autem obligant Ciuitatem, niſi probetur verſio in eius vtilitatem, vel niſi eſſent Magiſtratus perpetui, quod poteſt extendi ad omnia Collegia, & Communitates, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 96. per tot. cap. 469. num. 6. &c.* 4

Circa verſionem probandam, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 432. vide *in §. Verſio num. 1. & §. Adminiſtrator num.* 35.

Si tamen aliquid ſoluerint de proprio, debent ſeruari indemnes ab ipſa Ciuitate, Gratian. *d. cap. 96. num. 31. &c.*

Et quando ſindicus conſtitutus à Conſilio generali cum ſpeciali mandato ad recipiendum pecuniam mutuo, illam accipit, vel etiam ſine mandato, ſequuta ratihabitione obligatur Ciuitas abſque alia probatione verſionis facienda à Creditore, Staiban. *de Intereſſe lib. 2. tit. 51. quæſt. 1. num. 104. &c.*

An Conſules, & huiuſmodi ſe obligantes ratione officij remaneant obligati, & ſibi præiudicent finito officio *DD. in Rub. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine*, Paul. Chriſtin. *deciſ. 151. num. 21. &c. vol. 3.*

Multa de Prioribus Vniuerſitatum, an dicantur habere adminiſtrationem cum libera, & poſſint facere conuentiones in damnum, vel vtilitatem Vniuerſitatis, quid in ſindicis Ciuitatum, Collegij, vel Artium, & an ſolutio illis facta liberet ſoluentes, Gratian. *dec. 90. per tot.*

An poſſint donare, dic quòd non, niſi ex aliqua iuſta cauſa remunerationis, Dian. *part. 8. tract. 6. reſol. 16. per tot.*

Magiſtratus in venditione rerum Ciuitatis, vltra alias ſolemnitates, iurare debent, quòd venditio ſit vtilis, *l. fin. C. de vendit. rer. Ciuit. lib.* 10. Grattan. *diſcept. forenſ. cap. 564. num. 27.* vbi quòd ſufficit iuramentum præſtitum in ſuſceptione, & principio officij, vide *in §. Decretum num.* *§. Alienatio num.* 5

Magiſtratum falsò gerens, & vſurpans, aliquid de grauioribus, dolo malo peragendo, punitur tamquam reus læſæ Maieſtatis pœna mortis, ſi verò leuiora exercuerit iudicis arbitrio, ſicut & ſi cum falſis litteris Magiſtratum, vel aliam dignitatem, & iuriſdictionem quis adeptus fuerit, & vſurpauerit, Menoch. *de arbitr. caſ. 320. per tot.* vide *in § Iuriſdictio num. 6.* Guid. Pap. *dec.* 48. Capell. Toloſ. *dec.* 402. Seraph. *deciſ.* 183. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controu. 4. per tot.* vbi de his, qui ſub nomine iuſtitiæ pecunias extorquent, cauſas criminales nequiter ſupponendo, Antunez. Portugall. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 12. num. 7. &c.* 6

Magiſtratus vnus an, & quando cenſeatur habere iuriſdictionem cumulatiuè cum alio Magiſtratu, vel priuatiuè quoad alium Magiſtratum, dixi *in § Iuriſdictio num. 5. & in Pract. § Magiſtrata num.* 8. latè Sanfelic. *deciſ. 292. num. 2. &c.* vbi quòd Magiſtratus nouus electus habet iuriſdictionem accumulatiuam, & non priuatiuam reſpectu ordinariæ, & vniuerſalis iuriſdictionis alteri competentis, quæ ſemper viget, etiam ſi addita ſit clauſula, ne alius ſe ingerat, & loquitur in Præfecto annonæ, cuius deputatio non præiudicat alijs Magiſtratibus ordinarijs in delictis communibus, etiam contra Miniſtros, & ſeruientes annonæ extra officium delinquentes. 7

Magi-

8 Magiſtratus ſuperior petendo à Iudice inferiore relationem cauſæ, illa facta, non poteſt inferior procedere, Gratian. *deciſ.* 144. *num.* 35. *&* 36. vide *in §. Cauſa num.*

9 Magiſtratus DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, qualiter ſit ipſe ſolus cognitor cauſarum exploſionum archibuſorum, & quarumdam aliarum, vide *in mea Pract. §. Magiſtrati num.* 3. 16. 17. *&c.*

Cui adde quoad exploſiones prædictas, debere intelligi, quando ſequutæ, vel proximè attentatæ fuerunt contra hominem, quia ſi eſſent contra animalia, quamuis in caſo punibili, ſunt cognitionis illius Rectoris, in cuius iuriſdictione caſus euenerit, ſicuti fuit contra votum, & prætenſionem dicti Magiſtratus deciſum per reſcriptum ſuæ Celſitudinis Sereniſſimæ ſub die 9. Aprilis 1666. in quadam cauſa Montis Politiani contra Sargentem Arcangelum Lorbellium, de qua in filcia Negotiorum dicti Magiſtratus de dicto tempore *num.* 463.

Alia de Magiſtratibus Ciuitatis Florentiæ vigore legum municipalium dixi *in Pract. §. Magiſtrati per tot.*

10 Magiſtratum gerens non poteſt durante officio de nouo in iudicio conueniri, neque in cauſis antea cœptis cogitur reſpondere, *l. pars litterarum. ff. de iud. l.* 2. *ff. de in ius voc.* latè Scacc. *de iud. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 977. *cum pluribus ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 4. *& ſeqq.* Matthæus Sanz. *de re crim. controu.* 73. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi intelligit de Magiſtratu, temporali, ſecùs in perpetuo, Rot. *in Bonon. Fideicommiſſi* 17. *Decembris* 1635. *coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 700. *num.* 5. *&c.* vbi de Antianis Bononiæ, qui etiam vigore ſtatuti Rub. de cauſis Antianorum, non poſſunt, vt ſupra conueniri, dummodò tamen dictum priuilegium allegauerint, cùm ſit in eorum arbitrio illo vti, quidquid aliàs de iure exemptio notoria non requirat oppoſitionem, adde latè Borgn. Caualcan. *deciſ.* 5. *per tot. de iudic.* Soccin. *verb. Magiſtratus reg.* 2. *per tot.* vbi ponit plures fallentias, & dixi *in §. Adminiſtrator num.* 34.

Quod Magiſtratus, & Officiales durante officio non poſſunt conueniri, nec ipſi alios conuenire, intelligendo de maioribus, & temporalibus, ſecùs autem in minoribus, & perpetuis, qui tales dicantur, & alia plura ad rem vltra ſupracitatos tradunt Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.* 15. *num.* 7. Thomat. *deciſ. March.* 13. *num.* 19. Solorzan. *de iur. Indiar. lib* 4. *cap.* 4. *num.* 66. Vela *diſſert.* 39. Altimar. *de nullit. tom.* 1. *par.* 2. *Rub.* 11. *quæſt.* 31. *num.* 117. D. Franciſc. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 9. *num.* 8. *& ſeqq. num.* 19. *& ſeqq.* vbi etiam an interim currat præſcriptio, an procedat pro delictis, an teneantur mittere procuratorem, allegare priuilegium, & alia notabilia, vide Tondut. *quæſt. ciuil.* 178. *per tot. part.* 2.

Qualiter autem mercatura, & negotiatio ſit Magiſtratibus prohibita, & an aliquando permiſſa, Larrea *Alleg. fiſc.* 104. vide *in §. Officialis num.* 6.

Quòd Magiſtratus ſuperiores, & Senatores conueniri debeant coram Principe tantùm, vel coram eo, cui fuerit ſpecialiter commiſſum, & idem eſt in cæteris officialibus Regijs officia perpetua à Principe obtinentibus, *l. ſolet* 6. *§.* 1. *ff. de off. Proconſ.* cum ſimilibus adductis per Matthæus Sanz. *d. contr.* 73. *num.* 7. *& ſeqq.*

11 Magiſtratus, ſiue Repræſentantes Ciuitatem, qui pecuniam in proprios vſus non vertunt, nec reſtituere promiſerunt, non poſſunt carcerari pro debito Ciuitatis, niſi quatenus ſint in mora ſoluendi de bonis ipſius Ciuitatis per illorum venditionem, quæ mora contrahitur, quando bona non exhibent, vel collectam non imponunt, ſi Ciuitas bona non habeat, & his tantùm caſibus poſſunt carcerari, ac ſibi debent imputare cùm fuerint negligentes, & ſic licèt pro alieno debito id fiat, propria tamen eorum negligentia, & culpa contingit, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 196. *& deciſ. March.* 219. Anton. Faber. *in C. lib.* 4. *tit.* 7. *diff.* 5. Gutierez *de Gabell. quæſt.* 188. *num.* 19. *&c.* Rot. poſt Modern. Peruſ. *de manutent. deciſ.* 276. *num.* 8. *& per tot. deciſ.* 331. *num.* 18. *& ſeqq.* & poſt Oleam *de ceſſ. iur. deciſ.* 24. *num.* 14. *quæ eſt coram Bichio inter eius impreſſas deciſ.* 484. *num.* 28. *& ſeqq.* & dixi *in §. Adminiſtrator num.* 35.

12 Magiſtratus quilibet, & iudex debet iuriſdictionem ſibi conceſſam tenaciter defendere, etiam pœnali iudicio contra illam turbantes, vel impedientes per text. *in l.* 1. *ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. c.* 1. *& c. ex litteris de off. & poteſt. iud. deleg.* Et vbi iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ, non poteſt vnus ſe ingerere in iuriſdictionem alterius, & contrafaciens debet puniri, cùm abſurdum ſit promiſcuis actibus turbari rerum officia, *l. quicumque, C. de execut. & exact. lib.* 12. *l. conſult.* 1, *C. de teſtam. l. in Prouincijs, C. de num. lib.* 12. *l. militaribus, C. de Decur. lib.* 10. latè Sanfelic. *in Prax. ſect.* 20. *per tot.* vbi ponit caſum D. Petri a Toleto Ducis Regiarum Triremium, qui cùm fuiſſet carceratus eius Auditor de ordine iudicis ciuilis Magnæ Curiæ, fecit eumdem iudicem blandis verbis traduci in Regiam Triremem, ibique illum arreſtauit, donec de omnibus certiorem faceret Proregem, & Generalem Capitaneum, vt ipſe mandaret quid agendum pro conſeruatione Regiæ iuriſdictionis vtique conceſſæ; Sed interim, & ipſe D. Petrus profectus ad Proregem fuit de eius ordine carceratus in Caſtro nouo; & licèt plura fuerint deducta ad oſtendendum, quòd in aliquo non deliquerit, agendo vt ſupra pro tuitione iuriſdictionis Regiæ ſibi demandatæ in omnes perſonas, & Officiales dictarum Regiarum Triremium, fuit his quoque attentis vltra carcerationem relegationis pœna punitus, vide *in §. Iudex* 10. *§. Iuriſdictio num.* 6. *&* 18.

Florentiæ qualiter Magiſtratus non poſſint vſurpare iuriſdictionem alterius, & quomodo differentiæ inter eos naſcentes debeant breui manu abſque lite terminari à Clariſſima Practica dixi *in Praxi §. Magiſtrati num.* 23.

13 Magiſtratibus, & præcipuè maioribus, omnis honor, & reuerentia debetur, Pat. latè Raynald. *Syntax. rer. Crim. cap.* 2. *§.* 6. *&* 7. *per tot.* adeò vt priuati non aſſurgentes Magiſtratui puniantur, & teneantur defendere officiales; grauior iniuria reputatur, quæ ſit in præſentia Magiſtratus, vel in Eccleſia, & platea publica, dicitur delictum notorium, in quo ſine accuſatore, & non ſeruato iuris ordine procedi poteſt, & grauius puniri, etiam pœna mortis iuxta facti, loci, & perſonarum qualitates, debent tamen etiam Magiſtratus ſe continere in grauitate, & decore officij, audire ſubditos cum patientia, & contra eos non prorumpere ad iniurias, aliàs, & ipſi puniuntur, vt ſingillatim probat Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 4. *quæſt.* 6. *per tot.* Carol. Rota *in eius Florileg. concl.* 30. *per tot.*

Quòd non ſalutantes nudato capite iudices, & officiales puniantur ratione irreuerentiæ arbitrio iudicis, Giurb. *conſ.* 38. *num.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 284. *num.* 1. *&c.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Officiales reſolut.* 2. vbi ampliat, vt procedat etiam in Clerico, qui iudici laico debitum honorem ex propoſito non ſalutando denegaret.

Qualiter auctoritas Magiſtratuum, & Officialium ſit ſuſtinenda à Principe, vide *in § Princeps num.* 43.

Qua autem pœna puniendus ſit Magiſtratum, vel iudicem ordinarium offendens; & an dicatur committere crimen læſæ Maieſtatis, latè Matthæus Sanz. *de re crim. controu.* 14. *per tot.*

14 Magiſtratus eſt dignior qualibet alio de populo, quia totum populum repræſentat, & ratione publicæ adminiſtrationis habet præeminentiam ſuper omnes priuatos, non obſtante conſuetudine contraria, nulla particulari ratione fulcita, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 78. A Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de off. elect.* §. 8. *num.* 35. Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 61. Capyc. Latr. *deciſ.* 181. *num.* 5. *&* 6. Rot. *par.* 15. *recen. deciſ.* 212. *num.* 7. *& ſeqq.*

15 De Magiſtratibus, eorum imperio, & iuriſdictione, ac præcipuè de origine, & poteſtate creandi Magiſtratus; de qualitatibus requiſitis ad optimum Magiſtratum; de Principis iuriſdictione, & iuribus ſibi competentibus; de Baronum iuriſdictione, dignitate, & poteſtate in ſubditos; de Magiſtratuum iuriſdictione, & eorum officio, ac de generali Magiſtratuum viſitatione, & ſyndicatu, & huiuſmodi, plenè D. Garſia Maſtril. *tract. de Magiſtrat. per tot.* aliique plures citati ab Ægid. Caſtejon. *Alphabet. iurid. verb. Magiſtratus, Miniſtri*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. par.* 5. *cod. verb. fol.* 71. *&c.*

De Magiſtratibus Academiarum plura Mendo *tract. de Iur. Academ.* vt in Indice *verb. Magiſtratus*.

16 Magiſtratus quid facere debeant tempore peſtis, vide *in §. Medici num.* 21.

§. MAIORATVS. II.

1 CAdere hic maioratuum materia, de qua Vela *Diſſert.* 48. 49. *vol.* 2. Chriſtophor. de Paz. *tract. de Tenuta per tot.* & præcipuè in locis indicatis *in Repertor. verb. Maioratus*, & pleniſſimè ſcripſit videndus D. Conſiliar. Io. Torre in nouiſſimo, & doctiſſimo *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogenit. Ital. part.* 1. 2. *&* 3. *per tot.* vbi recenſet alios, qui ante eum ſcripſerunt de eadem, & ego dixi *in* §. *Primogenitura per tot.* cum coincidant, & ferè idem ſint Maioratus, & Primogenituræ.

§. MALA FIDES. III.

1 MAla fides, hoc eſt ſcientia rei alienæ, vt inducatur non ſufficit generalis, & indiſcreta citatio, ſed requiritur ſpecialis, & certa cum omnibus qualitatibus nec induceretur per litis conteſtationem, quando actor litem cœptam non proſequitur, ſed ſinit inſtantiam perire, & in omnem caſum poſſet noua præſcriptio incboari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 2. *num.* 31. *&c. cap.* 786. *num.* 22. *&c.* Aſin. *in Prax.* §. 2. *cap.* 15. *num.* 32. *&c. fol.* 31. *infra num.* 3. *&* 7. Bicb. *deciſ.* 379. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi videtur tenere malam fidem ſemel inductam per conteſtationem litis obſtare donec per ſententiam reus abſoluatur, Rot. *par.* 17. *recen. deciſ.* 379. *num.* 7. vbi quòd præſcriptio interrupta per litem, poſt illius acquieſcentiam, denuò inchoari, & compleri non prohibetur.

Quòd inducatur per ſimplicem proteſtationem, & notificationem ad hunc effectum nominatim factam, & interrumpat præſcriptionem, *l. fin. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Duran. *deciſ.* 375. *num.* 8. *&* 5. Surd. *deciſ.* 5. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 117. *&c. fol.* 484. vbi diſtinguit inter præſcriptionem odioſam, & fauorabilem, vide *in* §. *Lis num.* §. *Præſcriptio num.* §. *Remedium num.* *&* §. *Res litigioſa num.*

Quòd ex interpretatione ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali inducatur mala fides præſcriptionem interrumpens, Felin. *in c. illud num.* 7. *&* 9. *de præſcript.* Rot. *par.* 17. *recen. deciſ.* 258. *num.* 8.

2 Mala fides, per quam interrumpatur præſcriptio non inducitur quando aduerſarius ſuccubuit in cauſa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 881. *num.* 20. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 253. *num.* 3. Quia tunc lis mota dicitur detecta iniuſta; niſi ſententia eſſet nulla, vel iniuſta, Sperel. *deciſ.* 178. *num.* 71. *&c.*

Quòd mala fides orta ex litis conteſtatione, remaneat purgata, & conuertatur in bonam fidem per ſententias fauorabiles reportatas à reis conuentis, *l. quæſitum in fine, ff. de acquir. rer. dom.* Buratt. *deciſ.* 568. *num.* 3. Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 248. *num.* 8.

3 Malæ fidei effectus cauſatus per litis conteſtationem durat etiam perempta inſtantia, niſi eſſet conteſtata coram iudice incompetente, vel agatur ex alia cauſa diuerſa cum alijs declarationibus, de quibus Capyc. *deciſ.* 11. *num* 4. *& per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 57. *num.* 10 *& ſeqq. ſupra num.* 1. latè Bart. *in l. cum lite mortua, ff. iudic. ſol.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 156. *num.* 2. *vol.* 2. Bich. *deciſ.* 863. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi videtur facere differentiam ad effectum præſcriptionis, vel acquiſitionis fructuum, licèt in vtroque concludat vt ſupra, vide *in* §. *Fructus num.* 10. *& num.* 43. latè Cabal. *conſ. deciſ.* 89. *per tot. lib.* 2.

Quòd mala fides inducta quoad vnam perſonam noceat quoad omnes ex eodem iure cauſam habentes, Rot. *in Romana fideicommiſſi de Marianis* 10. *Decembris* 1646. coram Royas poſt Oleam *de ceſſ. iur. deciſ.* 4. *num.* 5.

4 Mala fides non præſumitur, ſed arguitur ex coniecturis arbitrio iudicis æſtimandis, vt quando quis poſſidet ſine titulo, quando fuit ei denunciatum ne emeret, quando non ſeruatis ſolemnitatibus contraxit, quando dixit ſe ſcire rem eſſe alterius, vel ſi de hoc fama ſit in vicinia, quando poſt poſſeſſionem procurauit titulum, ex fide teſtium etiam ſingularium, quando non curauit videre mandatum, quando allegatur priuilegium ex relatione tertij, quando emit à ſtatim conſumpturo, quando adhibuit cautelas inſolitas, & quid ſi dubitet de iure ſuo, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 225. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 472. vbi quòd probatur per famam publicam, plenè Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 182. *per tot.*

Dictas, & alias coniecturas, alijs etiam citatis refert, & ſequitur Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *n.* 49. *& ſeqq. ad* 68. *fol.* 479. vbi duobus modis illas limitat, nempè ſi quis fuerit coactus emere, vel auctore Prætore acquiſiuerit.

Quòd mala fides præſumatur in eo, qui contrahit non adhibitis ſolemnitatibus neceſſarijs, Franch. *deciſ.* 292. *num.* 4. *&c.* Menoch. *d. caſ.* 225. *num.* 6. *&* 7. Iordan. *loc. cit. num.* 53. vide *in* §. *Contractus num.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 55. *ſub num.* 76. *lib.* 2. vbi quòd qui contra iura mercatur præſumitur in mala fide.

Item mala fides probatur ex occupatione, & detentione de facto apprehenſa, ex denunciatione proprij iuris facta detentori à domino, vel poſſeſſore ciuili ex lite mota, ex citatione, & litis conteſtatione, per quam interrumpitur præſcriptio, quæ non currit contra eum, cui negligentia non poteſt imputari, Altograd. *conſ.* 2. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 2.

An, & quando mala, vel bona fides præſumatur in poſſeſſore, latè Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 130. *per tot.* vbi decem caſus diſtinguit, & declarat Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 182. *per tot.*

Quòd mala fides non præſumatur, ſed bona, & excludatur ex poſſeſſore longi temporis ſcientibus, & patientibus aduerſarijs, Ludouiſ. *deciſ.* 567. *num.* 9.

Niſi tamen conſtet de ſcientia debiti in poſſeſſore, quia tunc impedit præſcriptionem, Rot. *par.* 19. *recen. deciſ.* 231. *num.* 3. *& ſeqq.*

Mala fides ſuperueniens completa præſcriptione, non impedit quominus res præſcripta retineri poſſit etiam in 5
foro conſcientiæ, vide *in* §. *Præſcriptio n.* 11.

Item non obſtat circa modum agendi præſcriptum, Alex. *conſ.* 111. *num.* 7. *&c. lib.* 7. vide *in* §. *Executio num.* 22. *verſ. Præſcribitur.*

Item mala fides, quæ medio tempore durauit non interrumpit præſcriptionem tam inchoatam, etiam de iure canonico, vt declarat Gratian. videndus *cap.* 493. *n.* 29. *etc.*

Quòd mala fides non poſſit allegari poſt triginta annos, & tranſmittetur in bonam fidem poſt huiuſmodi tempus, niſi contrarium expreſsè probetur, Mandel. *conſ.* 28. *num.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 130. *num.* 7. *etc.* vbi vide, quia pluribus modis declarat Gratian. *diſcept. forenſ.* 644. *in fine*, vbi quod ſtante lapſu 30. annorum, etiam abſque probatione tituli bona fides præſumitur, vide Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 45. *etc. fol.* 479. vbi intelligit de mala fide præſumpta, & in foro fori, ſecùs in mala fide apparente, & in foro conſcientiæ, ſi poſſidens habeat cognitionem, & ſcientiam rei alienæ, cùm propria ſcientia ſufficiat ad impediendam præſcriptionem, *c. fin. cum ibi notat. de præſcript.* vide Fachin. *contron. iur. lib.* 1. *cap.* 67. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 84. *num.* 4. *volum.* 4. vbi aliter declarant iſtam concluſionem, facit Thom. Triuiſ. *deciſ.* 24. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 473. vbi quòd mala fides præſumpta triginta annis purgatur, niſi de neceſſitate bona fides requiratur, vt in præſcriptione, Bicb. *deciſ.* 50. *num.* 1. *etc.*

Quòd mala fides ex curſu temporis tollatur, & ex eo bona fides inducatur, vt ſi agatur de tempore, cuius initij memoria, non extet, cùm tale tempus immemorabile vim tituli, & priuilegij obtineat, vel de tempore 30 annorum, vel de decennio apparente alio antiquiore poſſeſſore, Menoch. *de arbitr. caſ.* 43. *per tot.* Capyc. *deciſ.* 4. *num.* 20. *et ſeqq. et deciſ.* 86. *num.* 10. vbi intelligit de præſumpta, & non de vera, ac eſſe attendendas qualitates præſumptionis, vide Thom. Triuiſ. *deciſ.* 24. *per tot.*

Quòd tamen mala fides reſultans ex continuatis litibus excludat etiam immemorabilem præſcriptionem, Rot. *part.* 13. *recen. deciſ.* 160. vide *in* §. *Præſcriptio num.* 24.

Item non conſideratur in iure quærendo, Rot. *par.* 12. *recen. deciſ.* 40. *num.* 10. vide *in* §. *Hæres num.* 47.

Alios caſus, in quibus non obſtat mala fides, etiam in foro conſcientiæ, & quid ſi res aliena retineatur ob iuſtas rationes, vide per Thomam Hurtad. *reſolut. moral. par.* 2. *tract.* 8. *fol.* 54. *etc.*

Mala fides impedit quamcumque præſcriptionem, & de- 6
ſuo-

Digitized by Google

functi afficit hæredem, vt etiam ex propria perſona ſine acceptione temporis, quo defunctus poſſedit, non poſſit illam inchoare, ſiue ſimus in primo hærede, ſiue in hærede hæredis, & in quocumque foro, cùm agitur de peccato, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.407. num.15. &c. cap.422. num.8. &c cap.912. num.44. &c. cap.919. num.4. &c.* Cabal. *conſ. deciſ.105. num.6. & ſeqq. lib.2.* Magon. *deciſ. Florent.95. num.3. &c.* Rot. *part.9. recent. deciſ.373. num.8. & ſeqq. & part.10. deciſ.30. num.35. &c. deciſ.118. num.27.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.249. num.5.* Bich. *deciſ.50. num.1. & ſeqq. & deciſ.311. num.18.* vbi quòd verùm eſt in ſucceſſore titulo vniuerſali quidquid ſit in ſucceſſore titulo ſingulari, Capyc. *deciſ.4. num.12. &c.* vbi an idem ſit in alio ſucceſſore, qui non iure hæreditario, ſed alio titulo vniuerſali ſuccedat, vt in Prælato Eccleſiæ, Vniuerſitate, & ſimilibus, & tenet quòd illis non obſtet mala fides prædeceſſorum, benè Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. titul.24. num.36. &c. fol.478. & num.77. & ſeqq. fol.481.* vide *in Pract. §. Præſcriptione num.12.* vbi plures alios allegaui, quibus adde Sperel. *deciſ.178. num.56. &c.* latè Tuſchus *littera M. concluſ. 22. per tot.* vbi an, & quando mala fides defuncti, vel auctoris noceat hæredi, ſiue ſucceſſori, vel non, Ricc. *Collect.4115.* Rot. *part.13. recent. deciſ. 47. per tot. & deciſ. 391. num.34. & ſeqq.*

Quòd mala fides defuncti noceat vniuerſali ſucceſſori, intellige de vera, non autem de præſumpta, quæ non impedit ex propria perſona nouam inchoare præſcriptionem, habita tamen ratione qualitatis præſumptionum, quæ adeò vehementes eſſe poſſent, vt veræ æquiparentur, Capyc. *deciſ.86. num.7. & per tot.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concluſ.5. num.9.* Pac. Iordan. *loc. cit.* Thom. Triuiſ. *deciſ.24. num.7. & 8.* vbi quòd hæres poſſeſſoris malæ fidei poteſt ipſe inchoare præſcriptionem de æquitate canonica ſecundùm Dyn. *in regul. poſſeſſ. de reg. iur. in 6. num.45.* Innocent. *in cap. iura de iure patr.* Ioan. Andr. *in reg. cum quis de regul. iur. in 6. num.2.* Felin. *in cap. ſi diligenti de præſcript. num.6.* vbi etiam in hærede dignitatis, quàm hæreditatis, vt eſt Prælatus, idem Triuiſ. *deciſ.55. num.74. & ſeqq.* vbi *num.77. & 78.* concludit veriorem eſſe ſententiam, quòd mala fides defuncti noceat hæredibus, non autem ſucceſſoribus dignitatis, ac ita concordari opiniones. Quòd ab hærede ignorante, & exiſtente in bona fide poſſit incipere præſcriptio 30. annorum, Rot. *part.16. recent. deciſ.270. num.8. & ſeqq. & part.17. deciſ.4. num.18.*

Non tamen poteſt etiam ſucceſſor dignitatis vti acceſſione temporis, & iuuari poſſeſſione ſui Auctoris, qui in mala fide fuit, Ludouiſ. *deciſ.249. num.1.*

Quòd habens titulum à poſſeſſore malæ fidei longo tempore non præſcribat, & quando ſecus, Socin. *regul.526. per tot.* Pac. Iordan. *vbi ſupra num.33.* vbi quòd verò domino ignorante non vtitur præſcriptione longi temporis, ſed tantùm longiſſimi.

An autem hæres perficiens præſcriptionem inchoatam per defunctum, acquirat ſibi, vel hæreditati, ita vt res præſcripta efficiatur eius propria, vel hæreditaria, & veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & in hypotheca ad fauorem creditorum hæreditatis, vel defuncti, Peregrin. *deciſ.96. num.6. & deciſ.59. num.2.* vbi refert diuerſimodè obtinuiſſe iudicari, videtur tamen magis inclinare pro veritate ſpectandum eſſe initium, & non finem præſcriptionis, & allegat Corn. *conſ.304. num.4. volum.3.* Neguſ. *de pign. part.2. membr.2. num.54.*

7 Mala fides non inducitur ad effectum reſtitutionis fructuum perceptorum ab hærede ex prædijs alteri legatis, ſtante ineptitudine libelli, ac iudicij nullitate, cùm tunc dicatur res adhuc integra, & in eodem ſtatu, ac ſi lis numquam fuiſſet conteſtata quoad omnes effectus, Duran. *deciſ.327. num.3. &c.* vide *in §. Fructus num.19. & §. Hæres num.47.* Bich. *deciſ.43. num.25. & ſeqq.* vbi quòd mala fides non inducitur ex iudicio nullo, & per conſequens non interrumpitur præſcriptio, intelligendo tamen quando eſt nullum in initio primæ citationis, ſecus ſi prima citatio eſſet valida, & ſpecifica, cùm non ſufficiat quælibet generalis petitio, ſed debet eſſe talis, vt per eam reddatur certus citatus de intentione actoris, &c. ſupra *num.1.* facit latè Cabal. *conſ. deciſ.89. lib.2.*

8 Malæ fidei poſſeſſor dicitur ille, qui rem, quam poſſidet ad alium pertinere certò ſcit, & dummodò habeat titulum excuſaturà fructibus percipiendis, Bald. *in l. ſi fundum, C. de rei vindic. & in l. mala fide, C. de condict. ex leg.* Maſcard. *de prob. vol.2. concl.1001.* vbi ex Baldo *loc. cit.* conſtituit triplicem malæ fidei poſſeſſorem, vide *in §. Poſſeſſor num.44. & §. Fructus num.10.*

Vtrum autem malæ fidei poſſeſſor, poſſit in aliquibus 9
caſibus tuta conſcientia præſcribere, & in quibus, vel non, latè Thom. Hurtad. *reſolut. moral. part.2. tract.8. per tot. fol. mihi 54. & ſeqq.* vbi de non reſtituente rem alienam ob inſtas rationes, de poſſidente ex errore iuris, de poſſidente ſine peccato mortali, de ſtatuto quòd tranſacto aliquo tempore poſſeſſor præſcribat de pœnis à lege taxatis, de pœnis conuentionalibus, de bonis fiſco applicatis, de emente rem alienam in publico foro, de bonis naufragantium, de pignore, de pacto retrouendendi, de gabellis, de debitis, de legatis, de debitis ex cauſa furti, homicidij, ſtupris, de ſalarijs ſeruitorum, ſiue famulorum, ſtante inhabilitate ad dandum, & recipiendum, de venatoribus, & piſcatoribus in alieno, de emptoribus Æthiopum, de cædentibus ligna in alienis fundis, de incertis debitis, de acquiſitis per fictam paupertatem, de bonis inuentis, & theſauris, & alijs plurimis caſibus, in quibus videtur aliquo modo poſſe præſcriptionem procedere, etiam cum mala fide, vt explicat idem Auctor *loc. cit. à fol.34. vſque ad 130.* vide *in §. Præſcriptio.*

De mala fide (me citato, & alijs materiam tractantibus) 10
nonnulla indicat Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. verb. Mala fides fol.80.* Iacob. Balduc. in Obſeruat. ad Ramon. *conſ.50. à num.51. & ſeqq.*

Mala fides qualiter impediat præſcriptionem, & ex qui- 11
bus inducatur, Andreol. *controuerſ.143.* reliqua vide *in §. Præſcriptio.*

Mala fides inducta ex litis conteſtatione, an duret pe- 12
rempta inſtantia ad effectum, vt veniant fructus à die primæ litis conteſtatæ, vel tantùm ſecundæ, Andreol. *controu.258. per tot.* vide *in §. Inſtantia num.21.*

Mala fides alienantis, & præcipuè Principis, an 13
noceat ſingulari ſucceſſori, & emptori, ex quibus arguatur, vel non, in terminis *l. benè à Zenone 3. C. de quadrien. præſcript.* plenè Cyriac. *controuerſ.531. 532. & 533. per tot.* alios citaui *in §. Emptio num.26. & §. Fiſcus num.18.*

§. MALVM. IV.

MAlum minus ſemper eſt eligendum de duobus ma- 1
lis, quando ſumus inter duo mala, quorum alterum de neceſſitate eſt committendum, nec poſſunt ambo euitari, ita vt ſic perplexus inter duo mala, quæ vitare non poteſt, iuſtè poſſit, & teneatur minus eligere, vt maius effugiat, nec peccet, quia talis electio non eſt per ſe libera ad malum, ſed in ordine ad vitandum maius malum, quod aliter euitari non poteſt; ad inducendum autem peccatum duplex libertas voluntatis requiritur, nempè illa, per quam directè feratur voluntas in obiectum malum, quod ſecundùm ſe ipſum, & abſolutè ſit eligibile, & illa per quam feratur in illud vt poſſibile moraliter vitari, & ideò quando neceſſitas cogit alterutrum malum eligere, eligens minus malum, adimplet præceptum de maiori malo vitando, & non peccat cupiens etiam illud minus vitare ſi poſſibile eſſet, *cap. duo mala 13. diſtinct. cap. ſi aliquid 2. 2. quæſt.4.* D. Thom. *1. 2. quæſt.19. artic.6.* Tolet. *in Summ. lib.3. cap.1.* latè Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.141. num.6. & 7.* vide *in §. Conſilium num.5.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom.2. quæſt.78. art.4. fol. mihi 421.* Caiet. *2. 2. quæſt.78. art.4.* Nauar. *in Manual. cap.14. num.40. & cap.17. num.263.* Molin. *diſput.335. num.9. &c.* Boniſac. *de furt. §.3. num.135.* Tuſch. *littera M. concluſ.26. per tot.* Dian. *part.3. tract.5. reſolut.37.*

Malè agens odit lucem, & hinc eſt, quod quæ occultè, 2
& clandeſtinè fiunt, ſuſpicione non carent, quæ verò palam, & in conſpectu aliorum fiunt, ſunt ab omni ſiniſtra ſuſpicione aliena, *l. 1. §. tria lumina,* vbi *gloſ. ff. de ventr. inſpic.* cum alijs per Barboſ. *d. Axiom.141. num.1.* vide *in §. Actus num.* & *§. Delictum num.*

Mala non ſunt facienda vt eueniant bona, Apoſtol. ad 3
Rom. *cap.13. c. ex tuarum de ſortileg. & c. eo de vſur.* cum alijs per Barboſ. *loc. cit. num.3.*

Ma-

Digitized by Google

4 Malus ſemel, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, niſi per triennium reſipuerit, & pœnituerit, Roman. *conſ.*167. Euerard. *loc. à temp. ad temp.num.* 2. latè Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*32. *per tot.* Barboſ. *dict. tract. Axiom.* 142. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §.2. *num.*41. *fol.*55. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.*3. *lib.*14. *tit.*21. *num.* 204. *& ſeqq. fol.*435. Tuſch. *littera M. concluſ.*28. *per tot.* Ricc. *Collect.*775. Maſcard. *de probat. volum.*2. *concluſ.*1004. vbi qualiter quis præſumatur malus ex tractatu, & familiaritate malorum, & infamia, ex falſis expreſſionibus, ex omiſſione Inuentarij, ex non proſecutione litis, & ſimilibus coniecturis, de quibus latiùs *in concluſ. ſeqq.*

Plura quando quis præſumatur malus, vel bonus, latè Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*1. *&* 2. *per tot.* Barboſ. *d. Axiom.* 142. Maſcard. plenè *loc. cit. concluſ.*1005. *per tot.* vbi regulam conſtituit, neminem malum præſumi, inferendo ad plura.

Quòd præſumptio malitiæ tranſeat interdum etiam ad filios, vndè ſi pater fuit incontinens, talis præſumatur etiam filius, nam ſæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri, Euerard. *vbi ſupra*, facit Afflict. *deciſ.* 36. Clar. §. *fin. quæſt.*21. *verſ.*1. Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*58. *per tot.* vbi qualiter filius præſumatur ſimiles patri virtute, & moribus, vel non.

5 Malè parta, malè dilabuntur, & malè acquiſitis tertius hæres non gaudebit ſecundùm D. Paulum ab omni diſpoſitione videntur excepta, niſi agatur de diſpoſitione oneroſa, non communicantur, & alia, Card. Tuſchus *littera M. concluſ.*25.

6 Mali, & boni ſunt à Deo creati, quia in magna domo conueniunt vaſa cuiuſcumque generis, & mali ſuſtinentur à Deo, vel vt conuertantur, vel vt per eos boni exerceantur in patientia ſecundùm D. Auguſtinum *in tract. ſuper Pſalm.* & aduerſitates, quæ bonis, & iuſtis eueniunt ſunt virtutum probationes, beati enim qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, vt refert Tuſch. *littera M. concluſ.*29. *per tot.*

7 Malum qui poteſt prohibere, & non prohibet videtur conſentire, maximè ſi ſit ſuperior, & tenetur ſaltem in foro conſcientiæ, ac de iure canonico, quidquid fortè ſecus ſit de iure ciuili, & in foro contentioſo, licèt quandoque viderim arbitrariè puniri, latè Tuſch. *littera P. concl.*894. *per tot.* Clar. §. *fin. quæſt.*87. *num.*3. *&c.* facit quòd dixi *in* §. *Delictum num.*12. vide *in* §. *Scientia num.*6. §. *Damnum num.*4.

Quòd qui malum, & delictum prohibere potuit, & non impediuit non careat ſcrupulo occultæ ſocietatis, & ob id poſſit torqueri, dummodò tamen alia concurrant adminicula, Blanc. *de indic. num.*303. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.*355. *num.*8. *& de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*89. *nu.*113. Farinac. *quæſt.*51. *num.*2. D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.*2. *quæſt.*8. *num.*129. *fol.*227. facit quod dixi *in* §. *Tacitum num.*8.

8 De malis diuerſis puniendis, & aliquando ex neceſſitate, vel ad malum maius vitandum tolerandis, & alia huiuſmodi, tradit Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Mala, Mali*, & nonnulla tangit Com. Auguſt. Fontana *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.*82.

9 Mala noua nunciantes qualiter poſſint puniri, & ad quid teneantur, vide *in* §. *Nunciatio num.*9.

10 Malum non præſumitur ex bono, & ſic ex bono, vel laudabili opere non debet ſumi iudicium delicti, & ad torturam, Maſcard. *de probat. in verb. Bonum concluſ.*223. *num.*3. cum alijs per Cyriac. *controuerſ.* 106. *num.* 61. 62. *&* 63.

§. MANDATVM. V.

1 MAndatum nulla temporis diuturnitate, etiam immemorabili centum annorum præſumitur, ſed probari debet, & eius defectus quandocumque oppoſitus reddit proceſſum retrò nullum, Dec. & alij *in l.*1. *C. qui admitti*, Pract. Pap. *reſponſ. rei conuent. gloſ. Simonus Spelta num.*3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*677. *num.*24. *&c.* Manric. *de tacit. & ambig. lib.*7. *tit.*4. *&c.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de procurat. concluſ.*1. Maſcard. *de probat. volum.*2. *concluſ.*1006. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.* 14. *tit.*2. *num.*10. *fol.*114. Magon. *deciſ. Lucenſ.*9. *num.*19. *vbi Addit.* Altograd. *conſ.*26. *num.*8. *&c. lib.*1. Sanfelic. *deciſ.*338. *num.*1. *& ſeqq. cum Addit.* Mart. Medic. *Exam.* 35. *per tot.* vbi latè quomodo, & quibus coniecturis probari poſſit, vndecim coniecturas examinans, adde Ricc. *Collect.* 1890. *&* 3646. Rot. *par.*15. *recent. deciſ.*59. *per tot.* vbi quod probatur coniecturis, & quibus, *& deciſ.*176. vbi pro nullitate ſententiæ ſtante proteſtatione partis, etiam ſi poſtea producatur mandatum, nec præſumptum operatur, vbi nec valeret expreſſum ſine certis ſolemnitatibus, quid ſi agatur de ſententia fauore pupilli, & alia.

Quòd reſpectu alicuius qualitatis poſſit præſumi ex diuturnitate temporis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*557. *num.*19. *&c.* Ex quibus tacitè inducatur, vel præſumatur mandatum, ex quibus probetur, & alia, latè Tuſch. *littera M. concluſ.*31. 32. *&* 33. *per tot.* vbi quòd præſumitur ex ſcientia, & patientia, etiam ſi principalis ſit abſens à loco iudicij, concurrentibus alijs adminiculis, non obſtante Conſtitutione Vrbani VIII. quòd omnia mandata procuræ in Archiuio ponantur, ſi ibi non reperiatur, quia non habet locum in mandatis præſumptis, quæ ſcriptura non indigent, nec ex reuolutione Archiuij probatur negatiua non facti mandati, cùm poſſit etiam fieri per nuncium, vel per litteras miſſiuas, vide Rot. *par.*14. *recent. deciſ.*320. *num.*31. *& ſeqq.* vbi poſt plura in contrarium deducta concludit præſumptionibus probari, non obſtante proteſtatione partis, *& part.*11. *deciſ.*147. *num.*6.

Quòd ex præſentia principalis ſuppleatur mandatum in iudicijs, quia præſentia loco mandati habetur, cùm præſens videatur habere ratum quidquid nomine ſuo geritur, Bald. *in l. licet num.*2. *ff. de iudic.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.*3. *quæſt.* 175. *per tot.*

2 Mandatum non probatur per verba enunciatiua Notarij dicentis Titius procurator talis, prout ex inſtrumento manu talis Notarij à me viſo, & lecto, &c. ſi principaliter de illo diſputari contingat, niſi agatur inter ipſoſmet enunciantes, inter quos probaretur per huiuſmodi verba, Genu. *verb. renunc. lib.*2. *quæſt.*15. *num.*10. *&c. fol.*42. vbi latè quando quis poſſit per verba enunciatiua procurator conſtitui, Cardin. Tuſch. *littera M. concluſ.*33. Surd. *deciſ.*231. *num.*3. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.*2. *concluſ.* 1007. *per tot.* Caualer. *deciſ.*272. *num.*5. Bertaz. *tract. de Clauſ. clauſ.*5. *gloſ.*3. *&* 4. *per tot.* vbi ampliat etiam ſi tenor mandati eſſet deſcriptus in inſtrumento, quia exemplo non creditur, & admonet contrahentes cum procuratoribus, vt curent penes ſe habere, & cuſtodire mandatum originale, & autenticum, vel dominum ex certa ſcientia contractum ratificare, facit quod dixi *in* §. *Scriptura num.*39.

Ex dicta tamen enunciatione magna reſultat præſumptio, quæ iuncta alijs probat mandatum, Ludouiſ. *deciſ.* 111. *&* 275. *num.*5. *& ſeqq.*

Et ſi ſit inſertus totus tenor mandati in alio inſtrumento, ex eo probari mandatum, benè probat Maſcard. *dict. concluſ.* 1007. *num.*3. *&c.* ac ita, &c. ſæpè ſeruari in negotijs, mihi tamen fauorabilibus, quia vbi eſt inſertus totus tenor ſtatur referenti ſine relato, vt dixi *in* §. *Relatio num.*7.

Quid ſit mandatum, & in quibus conueniat cum ſocietate, latè Albert. Alderiſ. *tract. de ſimbol. contract. tit.*3. *cap.* 5. *per tot.*

3 Mandatum præſumitur habere, qui impetrat inhibitionem, vel præſentat inſtrumenta, & ſcripturas facientes ad cauſam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*90. *per tot. cap.*373. *num.*20. *&c. cap.*909. *num.*26. *&c.* Menoch. *lib.*2. *præſumpt.*34. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*29. *num.*266. *fol.*406. Ludouiſ. *deciſ.*44. *&* 86. Merlin. *deciſ.* 364. *num.*11. *& ſeqq.* vbi quòd præſumitur ex ſcientia, & patientia, item ex ſola impenſa, & productione iurium, etiam data nullitate mandati expreſſi, nam ſubintrat tacitum, quod non repugnat, *& deciſ.*454. *per tot. d. part.*9. *& deciſ.*472. *per tot. & part.*10. *deciſ.*261. *num.*16. *deciſ.*320.

Quòd præſumatur mandatum ex productione iurium, quæ aliter haberi non potuerat, quàm à principali, Rota coram Millino *deciſ.*278. *num.*3. *& part.*13. *recent. deciſ.* 17. *num.*4.

Intellige quoad cauſam, in qua ſunt producta iura, & factæ expenſæ, ſecus autem quoad alias cauſas, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*394. *num.*7. *&* 8.

Et ge-

Et generaliter quando mandatum præſumatur, latè Menoch. *d. lib. 2. præſumpt.* 33. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 105. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 158. *& part.* 12. *deciſ.* 118. *num.* 16. *&c. deciſ.* 183. *num.* 21. Bertazol. *de Clauſ. clauſ.* 5. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 59. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 388. Ludouiſ. *deciſ.* 44. *per tot. & deciſ.* 111. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1006. *& ſeqq.* Vant. *de nullit. titul. qualiter ſentent. poſſ. à nullit. deffer. num.* 94. *& ſeqq. fol.* 281. Bich. *deciſ.* 71. Matt. Medic. *Exam.* 35. *per tot. cum Addit.* vbi examinat quindecim coniecturas, ex quibus præſumitur mandatum ad negotia, contractus, & iudicia, & ſunt ſcientia, & patientia domini, traditio ſcripturarum, & iurium ad cauſam facientium, vel ſigilli in aliqua ſcriptura impreſſi, impenſa facta à procuratore, verba enunciatiua, diligentia illius, qui pluries ſoluit alicui tamquam procuratori, labores, & faſtidia ſuſcepta, quæ non ſolent fieri ſine mandato, conſuetudo, dignitas perſonæ, modicum præiudicium, & quæcumque alia veriſimilitudo arbitrio iudicis æſtimanda, maximè in iudicialibus, & hoc operatur vis, & calor iudicij, ne alioquin iudicia, & proceſſus ſubuertantur, vt inquit Peregrin. cum alijs ab eo citatis *deciſ.* 95. *num.* 11. & ita per prædictas præſumptiones, me proponente, fuit deciſum non obſtate allegatum defectum mandati, per Magiſtratum DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 22. Auguſti 1670. in cauſa contra Bizit ſclauum, & approbatam à S. C. S. vt in filcia negotiorum *num.* 4331.

Quòd vigore ſtatutorum in multis locis, & præcipuè Bononiæ debeat conſtare de mandato per productionem in actis, nec ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ ad illud probandum, maximè ſtante proteſtatione partis, Barz. *deciſ.* 46. *num.* 56. Buccafer. *reſponſ.* 104. *num.* 11. *& ſeqq.* cum alijs pluribus per Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 320. *num.* 31. *& ſeqq. per tot.* vbi tamen de iure concludit contrarium eſſe verius, iuxta ſuperiùs dicta, & ſemper Rotam ſequutam fuiſſe hanc opinionem tamquam æquiorem, & optimo iure fundatam, vt mandatum poſſit præſumptionibus, & coniecturis probari, vt ſupra non obſtante etiam proteſtatione partis, vide *in §. Ratificatio num.* 13. Rota *part.* 11. *recent. deciſ.* 58. *num.* 1. *&* 2. vbi quod mandatum præſumptum admittitur in Rota etiam ſtante proteſtatione partis, *& deciſ.* 147. *num.* 6. *& part.* 12. *deciſ.* 4.

Florentiæ de conſuetudine notoria admittuntur procuratores in iudicijs ſine productione mandati, parte non opponente, & fiunt ſcripturæ nomine principalium.

Quòd mandatum procuræ poſſit coniecturis probari, & conuinci, non tantùm in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus, ſi non ante factum, ſaltem poſtquam ex facta ſolutio ad illam ſuſtinendam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 505. *num.* 51. *& ſeqq.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36. *num.* 38. *&* 39. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 26. & Franciſc. Ant. Tranchedin. *conſ.* 40. *num.* 24. *& ſeqq. & conſ.* 41. *num.* 13. *& ſeqq.*

4 Mandatum an probetur per librum mercatoris aſſerentis tradidiſſe merces ſutori de mandato alicuius, quem ſcripſit debitorem, Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 9. *num.* 10. *&c.* dixi *in §. Liber num.* *& §. Scriptura num.*

Qualiter mandatum poſſit probari per teſtes, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 337. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1012. Duran. *deciſ.* 341. *num.* 6. Rota *part.* 12. *recent. deciſ.* 219. *num.* 2. Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 26.

Qualiter per litteras recognitas, Rot. *part.* 3. *diuerſ. lib.* 3. *deciſ.* 247. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1009. cum alijs per Genu. *de ſcript. priu. lib.* 3. *quæſt.* 14. *fol.* 134. *&c.* Merlin. *deciſ.* 302. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 132. *num.* 7. *part.* 12. *deciſ.* 357. *num.* 1. *& deciſ.* 360. *num.* 2. *&c.* vbi etiam ſi non ſint recognitæ, cùm ſemper poſſint recognoſci, *& part.* 19. *deciſ.* 110. *num.* 5. *& ſeqq.*

An autem mandans alteri per litteras de accipiendo pecuniam mutuo, obligetur ipſo chirographo, quo procurator confitetur ſe illam recepiſſe, ſi aliter non conſtet de numeratione, Fachin. *controu. iur. lib.* 2. *cap.* 55. *per tot.* vbi videtur concludere pro negatiua, adde Seraphin. *deciſ.* 1139. *num.* 1. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 93. vbi varios caſus diſtinguit.

Quòd mandatum, & iuſſus reſultet ex verbis, *ad inſtantia*, & qualiter, Altograd. *conſ.* 6. *num.* 21. *lib.* 1.

Item ex præſentia veri domini conſentientis venditioni per alium de re ſua factæ, Duran. *deciſ.* 341. *num.* 5.

Quòd mandatum maximè in extraiudicialibus, & vbi agitur de aliquem obligando tamquam quid facti non præſumatur, ſed ſit probandum, & multa ad excluſionem mandati, & ratificationis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 134. *num.* 7. *& ſeqq. per tot.*

Quod tamen eliciatur ex ſolutione non modicæ quantitatis pretij, & in omnem caſum ſufficiat ratificatio, Bich. *deciſ.* 113. *num.* 4. *& ſeqq.*

Mandatum autem durare, & non reuocatum præſumi, donec doceatur de reuocatione, & quomodo probetur reuocatio, latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 1015. *per tot. infra num.* 18. *&c.*

Mandati defectus ſi allegetur ab ipſo domino, cuius nomine litigatum fuit, vbi de illo non appareat, poteſt quandocumque etiam vſque ad mille annos opponi, & quoad ipſum dominum reddit acta omnia retrò nulla, etiam ſi per iudicem fuerit pronunciatum, comparentem eſſe procuratorem legitimum, nec diuturnitas temporis aliquid operatur ad præſumendum mandatum in dicto caſu, ſed tantummodò ſi ab alio, quàm à principali domino opponeretur, vel vbi in aliqua parte proceſſus enunciaretur, Vant. *de nullit. tit. qualiter ſentent. poſſ. à nullit. deff. num.* 91. *& ſeqq.* 5

Quòd mandatum debeat produci parte opponente, aliàs non valeant acta, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. M. concluſ.* 62. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 330. cum Beltram. vbi quòd non ſufficit habere mandatum, ſed debet etiam exhiberi, quando de hoc pars proteſtatur, & repetit proteſtationes in quolibet actu, niſi tamen adſit præſumptio mandati iuxta ſuperius dicta, &c.

Quando tamen non fuit oppoſitum, poteſt quandocumque produci etiam poſt ſententiam, nec adeſt nullitatis, ſi ex illo appareat legitimitas perſonarum, Caualer. *deciſ.* 337. *num.* 6. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 330. *num.* 13. *cap.* 573. *num.* 5. & latè idem Gratian. *deciſ.* 105. 106. *&* 107. *per tot.* vbi multa de materia mandati, vide *in §. Procurator num.* Buratt. *deciſ.* 368. *vbi Addent. & deciſ.* 927. *num.* 9. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 295. *num.* 12. vbi quòd ſufficit quandocumque productum in forma, ſi antea de illo non fuit oppoſitum, *& deciſ.* 384. *num.* 44. *dict. part.* 9.

Qualiter autem ex defectu mandati reſultet nullitas inſanabilis, latè Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mandati num.* 60. *& ſeqq.*

Mandatum in quibus obliget mandantem, mandatarium, vel vtrumque, & quæ actio competat inter mandantem, & mandatarium, Tuſch. *litter. M. concl.* 57. *&* 59. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 49. *vol.* 3. Rota *part.* 12. *recent. deciſ.* 157. vbi qualiter mandatarius repetat ſolutum, damna, & intereſſe, vide *in §. Procurator num.*

An mandatarius, ſiue procurator, & negotiorum geſtor teneatur non tantùm de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui, & leuiſſima, latè Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſolut.* 34. *&* 35. *per tot. part.* 9. *tract.* 7. *reſolut.* 32. vbi an teneatur de leuiſſima, Petr. de Onnat. *de Contract. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 44. *ſect.* 5. *per tot. fol.* 620. *&c.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 1. *cap.* 3. *art.* 7. *fol.* 31. *&c.* vbi quòd, & quotuplex ſit mandatum, de eius effectibus, & obligationibus hinc inde, & alia.

Mandatum ſuppletur per ratihabitionem, quæ æquiparatur ipſi mandato, etiam ſi illud debuerit eſſe ſpeciale, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 704. *num.* 24. *&c. cap.* 711. *num.* 55. *&c* vide *in §. Ratificatio num.* 6

Quòd ratificatio tacitè inducatur per vſum actorum, & facta antè oppoſitionem retrotrahatur, Theſaur. *deciſ.* 7. *per tot.*

Quando præſumatur ratificatio, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 39. *per tot. & de recuperand. remed.* 15. *num.* 118. Matt. Medic. *Exam.* 35. *num.* 111. *&c. & deciſ.* 58. *per tot. cum Addit.* vide *in §. Ratificatio num.*

Plures caſus, in quibus vnus agit pro alio ſine mandato, vide per Tuſch. *litter. M. concluſ.* 63. *per tot.*

Quòd ad defenſionem rei carcerati admittatur quilibet abſque mandato, Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 60. *per tot.*

Mandatum debet impleri in forma ſpecifica, cùm fines eius ſint diligenter cuſtodiendi, & obſeruandi, vnà cum ſuis qualitatibus, niſi aliter conſtet de veriſimili mente 7

te

re mandantis, vel niſi agatur de actu tendente ad perfectionem ipſius mandati, vel veniente in neceſſariam conſequentiam, ſicuti explicat Mantic. *de tacit. & ambiguit. lib. 7. tit. 15. per tot.* Staiban. *de Intereſſ. lib. 2. tit. 13. quæſt. 1. num. 43. & ſeqq. ad 5.* Tuſchus *littera M. concluſ. 39. & 40. per tot.* vbi quando ſint ſeruandi, vel non fines mandati.

Quod debeat ſemper ad licita interpretari, & ideò ad capiendam poſſeſſionem non ſufficiat ad ſpoliandum, & huiuſmodi, Tuſch. *loc. cit. concluſ. 37. & 38.*

Quòd mandatum poſſit adimpleri per æquipollens, *l. vlt. §. vlt. ff. de mand. in l. non ſolum*, vbi Alexand. *num. 5. ff. ſolut. matrim.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 362. num. 19.*

An mandatum ſit ſemper neceſſariò implendum in forma ſpecifica, Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 13. diſput. 44. ſect. 4. per tot. fol. 615. &c.*

6 Mandata duo ſub eodem die, & data facta diuerſis, ſuper eadem re, vel negotio, illud præualet, quòd maiorem tribuit procuratori poteſtatem ſecundùm aliquos, licèt ſecundùm alios imò præualeat tribuens minorem, cùm in minori ambo concordent, vide Vant. & quos allegat *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. num. 166. fol. 179.* Boer. *deciſ. 311. infra num. 11. & 19.*

Quando primum reuocetur per ſecundum, Tuſch. *litt. M. concluſ. 74. per tot.* & quando ſecus, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 268. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 367. num. 15. & ſeqq. ead. part. 9.*

Quomodo ex tacita voluntate intelligatur finitum mandatum, Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 13. diſp. 44. ſect. 7. per tot. fol. 626. &c.*

9 Mandatum poteſt eſſe nullum, & ineſſicax, vel ratione conſtituentis, vel ratione illius, in quem confertur, vel ratione formæ ipſius mandati; ratione conſtituentis, ſi fuerit talis, cui non competat libera, & legitima adminiſtratio rei, de qua agitur, vel propter non ſeruatas ſolemnitates de iure ſeruandas, vel propter incapacitatem, vel imbecillitatem intellectus, vel ſubiectionem, nam qui non poteſt per ſe ſtare in iudicio, minus poterit per alium in ſui præiudicium; ratione illius in quem confertur, ſi fuerit talis, cum quo iudicium fundari non poſſit, vt ſeruus, monachus, religioſus, pupillus, vel minor, excommunicatus, & ſimiles iudicij incapaces; ratione formæ, vt ſi in forma probante non appareat, nec contineat, quis, quem, in qua cauſa, & contra quem conſtituat procuratorem, nec conſenſum illorum, in quorum poteſtate ſit conſtituens, vel decretum iudicis in caſibus, in quibus requiritur, vel ſi non fuerint collegialiter more ſolito congregati vbi agitur de mandato ab aliqua Vniuerſitate, vel Collegio facto, vt latè explicant Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mandat. num. 122. & ſeqq. ad 155. fol. mihi 169. &c.*

Quæ requirantur in mandato ab Vniuerſitate, vel Capitulo facto, & an obliget ſingulares, Tuſchus *litter. L. concluſ. 59. 60. & 61.* vide *in §. Vniuerſitas.*

10 Mandatum cum clauſula, *ad omnia alia faciendum, quæ vtilia, & opportunè, &c.* & cum promiſſione de habendo ratum, & gratum, *quidquid legitimè factum fuerit, &c.* tamquam captioſum poteſt reuocari, & non acceptari, cùm conſtituens teneatur ſimpliciter ſtare facto ſui procuratoris, & non conditionaliter, *ſi vtilia fecerit, vel legitimè peregerit*, aliàs poſſet de facili iudicium reddi eluſorium, allegando non vtiliter, vel legitimè factum, & ideò eſt benè aduertendum circa formam mandati, vt notat Vant. *dict. tit. ex defect. inhabilit. ſeu mandat. num. 112. &c.* Rom. *conſ. 60.* Tuſch. *littera M. concluſ. 68.* dixi *in §. Clauſula num. 87.* facit Thom. Triuiſ. *deciſ. 14.* vbi plura an mandatum per clauſulas generales extendatur ad non expreſſa, & maximè ſtante clauſula, vel promiſſione de rato.

11 Mandatum factum duobus, vel pluribus, etiam *cum libera, &c.* non continet clauſulam *in ſolidum*, & ideò niſi contrarium ſit expreſſum, vnus ſine alio agere non poterit, quia in mandatis clauſulæ quæcunque non extenduntur vltra expreſſa, Mantic. *tract. de ambiguit. lib. 7. tit. 7. num. 88.* Addit. ad Gregor. *deciſ. 288. num. 9.* Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 35. num. 4.* vide *in §. Procurator num.*

In cauſis tamen ſpiritualibus, vt celerius expediantur, quilibet cenſetur in ſolidum conſtitutus, & melior eſt conditio præoccupantis, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mand. num. 79. fol. 61.*

Mandatum cum clauſula generali ad omnes cauſas coram alijs iudicibus, eſt intelligendum ſanè de cauſis motis, vel mouendis contra eum dumtaxat, cuius nomen in mandato fuit expreſſum, non autem contra alios, Rota *in Imolen. Saluiani Lunæ 27. Iunij 1594. coram Mantica*, penes Scapucc. de Saluian. *lib. 3. quæſt. 21. in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 22. num. 15. &c. cap. 737. num. 10. &c.* 12

Quòd quantumcumque generale ſit, non comprehendat negotia propria mandatarij, ſiue procuratoris cum domino conſtituente, etiam ſi alium ſubſtitueret vigore facultatis ſibi conceſſæ, vt cum eo contraheret, Tuſch. *litt. M. concl. 56.*

Quòd mandatum ad lites paſſiuè, non ſuffragetur ad lites actiuè mouendas, & ad defendendum, non ſufficiat ad agendum, niſi ſequuta ratificatione, Caualer. *deciſ. 483. num. 6.*

Quòd mandatum contra certam perſonam datum non extendatur ad litem, vel lites cum alia diuerſa perſona, non obſtante clauſula generali ad omnes cauſas, quia reſtringitur, & intelligitur contra perſonam expreſſam, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 584.*

Multa ad intelligentiam mandati, quæ extendatur, vel non, Vant. *de nullit. ex defect. ſeu mandat. num. 75. & ſeqq. 115. fol. 160. &c.* Tuſch. *litter. M. concluſ. 55. cum pluribus ſeqq.* Merlin. *deciſ. 17. per tot.* vide *in §. Genus num. 1.* vbi an reſtringatur, ſi poſt generalitatem ſequatur ſpecies, Th. Triuiſ. *deciſ. 14. per tot.*

Mandatum, *cum libera, &c.* vel cum poteſtate exercendi ea omnia, quæ poſſet ipſe conſtituens, operatur vt procurator poſſit omnia facere ſicut principalis, circa tamen expreſſa, & in executionem voluntatis ipſius mandantis, & non alias, quia non continet clauſulam rati, & æquiparatur mandato ſpeciali, dummodò procurator faciat bona fide, & pro facto domini, Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 35. num. 1. & ſeqq.* vbi etiam *num. 17. & ſeqq.* quòd illi poteſt ſolui, & ipſe ſolutionis terminum prorogare, & alia, Merlin. *deciſ. 17. per tot.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 27. per tot. & part. 14. deciſ. 149. num. 10. &c.* vbi quando extendatur etiam ad fideiubendam, Sanfelic. *deciſ. 181.* vbi ad accipiendum pecunias ad cambium. 13

Quòd dictum mandatum generale *cum libera* comprehendat omnia etiam mandatum ſpeciale requirentia, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 738. num. 24. &c. cap. 758. num. 10. &c.* Sperel. *deciſ. 25. num. 15. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 2. num. 191. & ſeqq.* vbi benè diſtinguit *fol. 124.* & vide Rot. *part. 13. recent. deciſ. 27. per tot.* Sanfelic. *deciſ. 181.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 196. num. 66. &c.* Viui. *commun. opin. 474. per tot.*

Ad quæ extendatur mandatum *cum libera, &c.* vel non, latè Tuſch. *litt. M. concluſ. 45. per tot.* Viui. *commun. opin. 474.* vbi quòd extenditur ad omnia concernentia, quæ ſunt expreſſa, & non vltra, Gratian. *diſcept. 737. num. 10.* Rot. *part. 17. recent. deciſ. 64. num. 16.* vbi quòd comprehendit tantùm ſpecificata.

Quòd verba vniuerſalia, & geminata, extendantur ad ea, quæ aliàs non venirent in generali diſpoſitione, Rota *part. 2. diuerſ. deciſ. 257. num. 1. &c.*

Numquam tamen operatur, quòd vigore illius poſſit procurator donare (niſi ſit expreſſum) dilapidare, remittere iura domini, vel delinquendo eum obligare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 750. num. 5. &c.* vide *in §. Procurator num.*

Quando mandatum generale comprehendat etiam lites futuras, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 145. num. 13. &c. cap. 531. num. 52. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 2. num. 14. fol. 115.* Vant. *de nullit. ex defect. inhab. ſeu mandat. num. 97. &c.* Rot. *part. 3. diuerſ. deciſ. 57. per tot. & deciſ. 65. lib. 2.* vbi quòd generale ad omnes, & ſingulas lites, comprehendit etiam futuras, licèt conſtituens tempore mandati cauſas haberet, in quibus verſificari poſſet.

Ad quæ extendatur mandatum generale, vel non, Tuſch. *litt. M. concl. 50. per tot.*

Quod mandatum cum clauſula, *& generaliter*, extendatur ad omnia, quæ ab ipſo conſtituente peragi poſſunt, & etiam ad retrouenditionem cenſus, Rot. *part. 13.* re-

Digitized by Google

recent. deciſ. 15. *num.* 1. *&c. & deciſ.* 19. *num.* 8. *& ſeqq. in eadem cauſa, &c.* vide *in* §. *Cenſus n.* 56. *vbi contra, &c.* & latè Rota *dict. part.* 13. *deciſ.* 27. vbi quòd non extenditur ad retrouenditionem cenſus, *& deciſ.* 226. vbi etiam ſi fuerit emptus, & acquiſitus ab ipſo procuratore, pro alio, nam adhuc non poteſt extingui ſine ſpeciali mandato.

Quòd mandatum quantumuis generale non extendatur niſi ad ea, quæ veriſimiliter in mentem conſtituentis venire potuerunt tempore conceſſionis, & ad lites motas tantùm, & non mouendas, probat Matthæus Sanz. *de re crim. controu.* 70. *num.* 33. *& ſeqq.*

14 Mandatum ad exigendum non comprehendit credita futura, ideſt poſt illud contracta, & acquiſita, ſicut etiam ad vendendum non extenditur ad bona futura, & ſolutio facta tali procuratori, tamquam non vera, non liberat ſoluentem, Gratian. *deciſ.* 149. *in Addit. num.* 4. Ceuallos *comm. contra comm. quæſt.* 135. *num.* 12. *&c. gloſ. in l. omnium* 37. vbi Bart. & alij *ff. de procur.* dixi *in Pract.* §. *Procurators num.* 10. 11. *&* 12. vbi an, & quomodo procurator, licèt non exigere, tamen ſolutionem recipere poſſit ex contractu per eum celebrato, & qualiter ſoluens illi procuratori, cum quo contraxit, remanet liberatus, licèt nomine alterius, & ſine legitimo mandato contraxerit, vide *in* §. *Procurator num.* 6. §. *Solutio num.* 35. *&* 36. §. *Cenſus num.* 56. & latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 27. *& deciſ.* 226. *per tot.* vbi quòd iſta regula, vt contractus poſſit diſſolui à procuratore, cum quo fuit celebratus, non procedit in retrouenditione cenſus, in qua opus eſt ſpeciali, & expreſſo mandato, etiam ſi agatur de procuratore, qui pro alio cenſum emit, ad Cenſ. *de cenſ. quæſt.* 109. *num.* 49. *& ſeqq.* & reſpondit contrarijs, illaque declarat in quibus terminis procedere poſſint.

15 Mandatum generale *cum libera, &c.* non ſufficit, ad ſpeciale requiritur in multis caſibus enumeratis per Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 25. *num.* 16. *& ſeqq.* prout infra nempè:

Ad recipiendam ſolutionem *num.* 16.

Ad remittendum debitum *num.* 17.

Ad alienandum *num.* 18.

Ad iurandum *num.* 19.

Imò ſecundùm aliquos ad ſic, & ſic iurandum in indiuiduo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 97. *num.* 10. *&c.* Et quando iuramentum non poſſit præſtari per procuratorem etiam cum mandato ſpeciali, vide Sperel. *deciſ.* 106. *per tot.*

Ad accuſandum, Barboſ. *loc. cit. num.* 20.

Ad impetrandum reſcriptum *num.* 21.

Ad faciendam exemplationem inſtrumenti *num.* 22.

Ad contrahendum matrimonium *num.* 23.

Quod in cauſis matrimonialibus, & ſpiritualibus requiratur mandatum ſpeciale, plures allegat Sperel. *deciſ.* 25. *num.* 1. *&c.* vbi tamen *num.* 14. *&c.* oſtendit iuxta opinionem à Rota approbatam ſufficere mandatum generale ad omnes cauſas motas, & mouendas, & præcipuè ſi ſit *cum libera, &c.* Sed quoad contrahendum matrimonium non recedas à firmata concluſione.

Ad recuſandum iudicem, Barboſ. *loc. cit. num.* 24. Caualer. *deciſ.* 348. *num.* 2. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 100. *num* 44. *cap.* 701. *num.* 19. *&c.*

Ad ſubſtituendum, Barboſ. *loc. cit. num.* 25.

Ad tranſigendum, vel paciſcendum *num.* 26. & latè Bich. *deciſ.* 500. *num.* 37. *& ſeqq.* vbi tamen quòd mandatum *cum libera* ſufficit ad tranſigendum, quando tranſactio eſt vtilis, ac ſuper dubio, ſecus autem quando ius eſt clarum, & graue periculum tranſigendo infertur, adde Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 11. *per tot. cum duabus ſeqq.* vbi quomodo, & ex quibus tale mandatum probetur, & quando procurator ad tranſigendum dicatur fines ſui mandati exceſſiſſe, vel non ad effectum validitatis, vel inualiditatis tranſactionis.

Ad compromittendum, Barboſ. *vbi ſupra num.* 27.

Ad capiendam poſſeſſionem *num.* 28. Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 122. *num.* 1. *& deciſ.* 486. *num.* 3. *&c.* vbi ampliat ita vt non ſufficiat mandatum generale, & cum clauſulis generalibus, *& part.* 13. *deciſ.* 433. vbi quòd aliàs poſſeſſio non eſt manutenibilis, niſi fuerit ratificata, & quid ſi alius interim ante ratificationem apprehenderit talem poſſeſſionem, &c.

Ad iurandum de calumnia *num.* 29. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 105. Contrarium verius, & maximè de generali conſuetudine, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 282. *vide Iuramentum.*

Ad reſpondendum poſitionibus, & ad ponendum *num.* 30. vide *in* §. *Poſitio num.* Ludouiſ. cum Beltramin. *d. deciſ.* 282.

Ad petendum reſtitutionem in integrum principaliter *num.* 31. Gratian. *deciſ.* 196. *num.* 4. *&c. diſcept. forenſ. cap.* 337. *num.* 23. *&c. cap.* 762. *num.* 9. *&c.* Fenzon. *ad ſtatut. Vrb. cap.* 50. *num.* 8. *&c.* & Rota poſt illum *deciſ.* 31. vbi quòd ſufficiat generale ad lites quando opetitur incidenter, & per viam exceptionis, Magon. *deciſ. Florent.* 70. *num.* 21. *&c.*

Ad faciendam pacem, Barboſ. *loc. cit. num.* 32.

Ad donandum *num.* 33.

Ad renuntiandum inſtantiæ litis *num.* 34.

Ad renuntiandum exceptionibus peremptorijs *num.* 35.

Ad renuntiandum appellationi, vel nullitati *num.* 36. *&* 37.

Ad faciendum ea, quæ ſunt magni præiudicij *num* 38.

Ad reſignandum, vel conferendum beneficium *num.* 39. Quamuis aliàs in generali mandato etiam cauſæ beneficiales includantur, nec ſpeciali egeant, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 317. *num* 7.

Quòd quidem mandatum ad reſignandum expirat ſtatim per mortem mandantis, etiam abſque ſcientia procuratoris, ita vt reſignatio poſtea facta tamquam ſine conſenſu reſignantis ſit inualida, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 480. *num.* 13. *&* 14. vide *in* §. *Reſignatio.*

Ad præſentandum Clericum ad beneficium *num.* 40. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 22.

Ad acceptandum beneficium Eccleſiaſticum *num.* 41.

Ad faciendum ea, per quæ mandans cadat in commiſſum delictum, vel pœnam *num.* 42. *&c.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Pœna reſolut.* 8. *per tot.*

Ad remittendam, & declarandam caducitatem *num.* 44. *&* 45.

Ad impetrandum beneficium *num.* 46.

Ad fideiubendum, vel quid aliud extra negotia domini faciendum *num.* 47. *&c.* Quando autem ex verbis ampliſſimis reſultet mandatum, etiam ad fideiubendum, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 149. *num.* 10. *&c.*

Ad declarandam obſcuritatem libelli à mandante porrecti *num.* 50.

Ad exigendum laudemium, niſi ſponte ſoluatur, *num.* 51.

Ad retentandum ius retractus *num.* 52.

Ad locandum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 752. *num.* 11. *&c.*

Ad iurandum debitorem de fuga ſuſpectum ſecundum multos, licèt etiam alij generale ad lites ſufficere teneant, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 401. *num.* 6. *& ſeqq.*

Ad renouandum, vel reuocandum ſocietatem, donandum, vel liberandum, idem Gratian. *cap.* 699. *num.* 4. *&c. cap.* 710. *num.* 1. *&c.*

Item in omnibus concernentibus animi deliberationem, & in locationibus, & conductionibus, idem Gratian. *cap.* 442. *num.* 18. *&c. cap.* 944. *num.* 39. *&c.*

Item in omni caſu vbi agitur de magno præiudicio, Duran. *deciſ.* 337. *num.* 58. vide *in* §. *Inuentarium num.*

Item ſpeciale, & indiuiduum requiritur ad alienandum bona Eccleſiæ, vel Vniuerſitatis, vt puta tale prædium expreſſis eius confinibus, Altograd. *conſ.* 26. *num.* 2. *&c. lib.* 1. vbi etiam *num.* 8. quòd non præſumitur ex curſu temporis.

Item ſpecialiſſimum requiritur ad appellandum ab executione, cùm appellans, & ſuccumbens in executiuis incidat in pœnam, in quam procurator non poteſt facere dominum incidere ſine ſpeciali mandato, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 333. *num.* 17. *cap.* 806. *num.* 1. *&c.* Merlin. *deciſ.* 20. *num.* 7. *&c.*

Plures caſus, in quibus mandatum ſpeciale requiritur, vide per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 165. *& ſeqq. fol.* 125. vbi benè declarat quando ſufficiat generale *cum libera, &c.* Tuſch *littera M. concluſ.* 52. *per tot.* Ricc. *Collect.* 312. *&* 1597. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 196. *num.* 35. *& ſeqq.*

Quando mandatum dicatur ſpeciale per clauſulam generalem, veluti ſi in eo exprimantur aliqui caſus ſpeciales, mandatum ſpeciale requirentes, *& ad omnia alia, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale*, nam tunc cenſetur ſpe-

Digitized by Google

ſpeciale ad omnia, in quibus ſpeciale requiritur ſimilia tamen expreſſia, latè Tuſch. *litter. M. concluſ.* 51. *per tot.* facit in contrarium Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 486. *num.* 3. *& ſeqq.*

Quòd mandatum *cum libera, &c.* ac alijs clauſulis ampliſſimis æquipolleat mandato ſpeciali, vt poſſit procurator facere omnia, quæ poſſet principalis, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 36. *num.* 36. *& ſeqq. ſupra num.* 13. Rot. *d. part.* 10. *deciſ.* 213. *num.* 9. Sanfelic. *deciſ.* 181.

Quòd ad obligandum in forma Cameræ requiratur mandatum ſpeciale, nec generale ſufficiat, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 64. *num.* 40.

16 Mandatum non ſe extendit vltra terminos primæ cauſæ, & ſic non ad proſequutionem appellationis, quæ dicitur eſſe noua cauſa, & in omnem caſum ſe extenderet ſolùm pro prima, & non vlteriori appellatione, cùm mandans de prima tantùm intellexiſſe credatur, iuxta *l. bones*, *§. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.* ſi tamen mandatum eſſet in ampla forma comprehenſiua facultatis appellandi, & proſequendi ſufficeret, Magon. *deciſ. Flor.* 52. *num.* 17. vide *in §. Procurator num.*

Quòd mandatum generale, etiam ſubſtituti extendatur ad appellandum, & appellationem proſequendam, Rota *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 62. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 32. *& ſeqq. fol.* 116.

Plura an, & quando mandatum ad certas cauſas, vel ad certos actus extendatur ad alios, vel non, latè Tuſch. *litt. M. concl.* 41. *& ſeqq.*

17 Mandatum reſtrictum ad recipiendum, non dicitur adimpletum per confeſſionem de recepto, quæ tali caſu domino non præiudicaret, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 677. *num.* 46. *&c.* Addit. ad Magon. *deciſ. Lucenſ.* 5. *lit. E.* vide *in §. Confeſſio num* 29. *&c. §. Procurator num.* 6. *& §. Solutio num.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 80. *num.* 21.

18 Mandatum ſemel recuſatum, quomodo poſſit poſtea acceptari, vt acta per procuratorem geſta ſint valida, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 92. *num.* 32. *&c.*

Quòd ſit neceſſaria acceptatio mandati ſaltem tacita reſultans ex facto, vel verbis, aliàs quis non dicatur procurator, nec eius contumacia præiudicet domino, etiam ſi in mandato dictum fuerit quòd quis conſtituit talem procuratorem præſentem, nam ſi non fuit additum, & acceptantem, non eſt procurator ſine acceptatione, quia aliàs habetur pro inuito, & non pro conſentiente. *l. filiusfam. §. inuitus*, vbi Bald. *num.* 3. *ff. de procur.* Veſtr. *in prax. lib.* 4. *cap.* 5. *ſub num.* 4. Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 371. *num.* 6. *&* 7.

19 Mandatum præſumitur reuocatum quando fuit factum iam multis annis elapſis, & nihil vigore illius geſtum, Caſtr. *conſ.* 12. *num.* 7.

Quòd imo conſtare debeat de mutatione voluntatis, aliàs numquam cenſeatur extinctum, niſi iuſta reuocationis cauſa ſuperuenerit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 22. *num.* 6. *&c.* Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. num.* 156. *&c. fol.* 177. vbi latè facit quod dixi *in §. Iuriſdictio num.*

Quòd mandatum poſſit reuocari, etiam ſi fuerit factum irreuocabiliter, & cum iuramento, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 783. *num.* 35. Vant. *de nullit. loc. cit. num.* 158. *&c.* vbi etiam quòd talis reuocatio debet parti intimari legitimè, aliàs acta cum tali procuratore adhuc valerent in præiudicium reuocantis, non autem in eius fauorem; diſtingue vt dixi *in §. Iuramentum nu.* 21. *& §. Patronus num.* 16. Martha *vot. Piſ.* 11. *num.* 2. *&c.* Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tractat.* 13. *diſput.* 44. *ſect.* 6. *per tot. fol.* 623. *&c.* vbi plura quomodo tam mandans, quàm mandatarius reuocare poſſint mandatum.

Quando præſumatur reuocatum mandatum, latè Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 36. *per tot.* vbi octo coniecturas adducit, latè Vant. *de nullit. ex defect. inhab. ſeu mand. num.* 163. *& ſeqq. ſupra num.* 8. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1015. *per tot.* vbi quòd præſumitur durare, & quo pacto reuocatio probetur.

Quòd mandatum ad tempus, illo elapſo expiret, ſicut etiam expirat per conſtitutionem alterius procuratoris, Caualer. *deciſ.* 488.

Multa qualiter finiatur mandatum per reuocationem, qualiter reuocatio ſit notificanda parti, quando huiuſmodi ratificatio non ſit neceſſaria, & alia ad propoſitum, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 272. *& ſeqq. ad* 307. *fol.* 130. Maſcard. *d. concl.* 1015. *per tot.*

Valent tamen geſta per procuratorem reuocatum, ſed ignorantem ſui reuocationem, excepto matrimonio, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 172. *per tot.* vide *in §. Matrimonium num* 4.

Qualiter primum mandatum reuocetur per ſecundum, & alijs modis, Tuſch. *littera M. concluſ.* 64. *per tot. ſupra num.* 8.

Quòd mandatum ad exigendum aliquod creditum expiret per ceſſionem eiuſdem crediti alteri factam, ſicut & per mortem mandantis, niſi eſſet in rem ſuam, quia tunc non poſſet reuocari, Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 443. *num.* 3. *&* 4.

Mandatum, quando expiret, vel non morte mandan- 20
tis, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 342. Rot. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 171. *num.* 13. *&c.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 36. *num.* 28. *& ſeqq. per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. num.* 170. Franch. *deciſ.* 255. *&* 466. Sperel. *deciſ.* 81. *num.* 38. *&*. vbi de mandato ad donandum Ioſeph. Felin. *Margar. variar. concluſ. verb. mandatum part.* 2 *fol.* 3. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 230 *& ſeqq. ad* 272. *fol.* 128. vbi plura qualiter expiret, vel non morte mandantis, vel mandatarij, Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 7. *tit.* 23. Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 55. *&c.* Gratian. *cap.* 683. *per tot.* Tuſch. *littera M. concluſ.* 65. *per tot.* Ricc. *Collect.* 312. *&* 3413. vbi multis modis limitat regulam, quod mandatum morte mandantis extinguatur, adde Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tractat.* 13. *diſput.* 44. *ſect.* 8. *fol.* 629. vbi plura quomodo finiatur mandatum morte mandantis, & mandatarij, *& tract.* 14. *diſput.* 45. *ſect.* 7. *per tot. fol.* 661.

Quòd licet fuerit irreuocabile expiret morte mandantis ſine hærede, cùm tunc nulla remaneat imago defuncti, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 479. *num.* 23.

Quòd quando eſt in rem ſuam morte non expiret, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 507. *num.* 12. *cap.* 873. *num.* 21. *&c.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 174. *num.* 3. vbi etiam quando mandatum dicatur in rem ſuam, Merlin. *deciſ.* 436. *num.* 16. Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 443. *num.* 4.

Item non expirat morte mandantis quando procurator eſt factus dominus litis per conteſtationem, Gratian. *cap.* 531. *num.* 51. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.* 48. *num.* 15. *&c. deciſ.* 152. *num.* 17. Menoch. *d. præſumpt.* 36. *num.* 32. Merlin. *deciſ.* 436. *num.* 17. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 354. *num.* 9. vbi etiam ſi filij ſint pupilli, *& deciſ.* 453. *num.* 2. *eadem part.* 9. vbi quòd non expirat ſtante clauſula, *releuans, &c.* de vtroque eadem Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 77. *num.* 11. *& ſeqq.*

An per mortem ſubſtituentis, Gratian. *cap.* 737. *num.* 32. vide *in §. Procurator num.* Tuſch. *littera M. concluſ.* 66. *per tot.*

Quòd licèt ipſe principalis per ſe litem conteſtatus fuerit, ſi poſtea procuratorem conſtituat, qui aliquem actum iudiciarium faciat, per illum efficiatur dominus litis, & mandatum morte mandantis non expiret, Magon. *deciſ. Flor.* 48. *num.* 15. *&c.* vide *in §. Dominus num.* 1.

Quòd regulariter mandatum extinguatur morte mandantis, & quando ſecus, vltra ſuperiùs citatos, vide *l. ſi defunctus, ff. de procur. l. mandatum, C. mand. §. rectè*, vbi *gloſ. & alij Inſt. de mand.* Leoncill. *deciſ. Ferr.* 120. *&* 121. *per tot.* dixi *in Pract. §. Procurator num.* 1. vbi an poſſit conſtitui procurator duraturus poſt mortem conſtituentis, vide *in §. Adminiſtrator num.* 36. Cabal. *conſ. deciſ.* 145. *per tot. lib.* 2. Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit.* 3. *cap.* 5. *num* 77. *& ſeqq. per tot. fol.* 298. *&c.* vbi ampliat regulam octo modis, & illam limitat ſexdecim modis vſque *ad num.* 126. in quibus tota materia continetur quando mandatum extinguatur, vel non morte mandantis, vel mandatarij.

Qualiter mandatum finiatur morte, & alijs modis, latè Toſchus *littera M. concluſ.* 65. *per tot.*

Quòd expiret etiam per mortem ciuilem, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 506. *num.* 6. *& part.* 14. *deciſ.* 486. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd tunc debet fiſcus citari.

Quòd mandatum extinguatur per mutationem ſtatus mandantis, veluti furorem, decoctionem, & ſimilem

niu-

Digitized by Google

mutationem, & quate, Martha *vot. Piſ. 84. per tot.* Cabal. *d. conſ.* 145. vbi de ordine, vel mandato dato per debitorem campſort de tenendo ſub cambijs, & recambijs ſummam ſibi creditam, etiam poſt mortem ipſius debitoris, vt extinguatur morte dicti debitoris, relicto hærede pupillo, qui non teneatur ad cambia poſt mortem patris decurſa ob ſtatus mutationem.

21 Mandatum ad delictum numquam præſumitur, niſi probetur *cap. ad ſedem extr. de reſtit. ſpol.* Bald. *conſ.* 98. *num.* 8. *lib.* 1. Boſſ. *de mand. ad homicid. num.* 39. Decian. *reſponſ.* 4. *num.* 50. *reſponſ.* 104. *num.* 33. *lib.* 3. etiam ſi famulus, vel conſanguineus occidiſſet inimicum domini, vel conſanguinei ſui, Bald. *conſ.* 393. *col. vltim. lib.* 5. Anan. *conſ.* 59. Natt. *conſ.* 469. *num.* 2. *lib.* 3. Gom. *tit. de delict. cap.* 3. *num.* 47. Simon. de Pret. *conſ.* 15. *num.* 39. *&c.* Honded. *conſ.* 93. *num.* 13. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 27. Maſcard. *de probat. verb. mandatum concluſ.* 1015. Gabriel. *commun. concluſ. titul. de maleſic. concluſ.* 2. Farinac. *conſ.* 102. *&* 147. *num.* 7. *lib.* 2. Paul. Belion. *tract. de his, quæ fiunt in continenti cap.* 77. Cyriac. *controuerſ.* 105. *&* 106. Mart. Medic. *Exam.* 35. *num.* 7. 8. *&* 9. Farinac. *de Conſult. auxil. & mandat. quæſt.* 134. *cap.* 2. *&* 3. *per tot.* Card. Tuſch. *litter. M. concluſ.* 34. *per tot.* dixi *in Pract. §. Sicari num.* 8. *&* 9. vbi quòd quando non conſtat de aliqua cauſa propria in delinquente (quamuis reſpectu famuli, vel conſanguinei, quaſi propria poſſit dici offenſa, vel iniuria domino, vel conſanguineo ſuo facta) delictum præſumitur ad inſtantiam alterius commiſſum, & poteſt delinquens torqueri, vt nominet mandantem, Conciol. *reſolut. criminal. verb. Mandatum reſol.* 1. *per tot.* Plaz. *Epit. delictor. cap.* 19. *num.* 13. *& cap.* 15. *num.* 19. Grammat. *vot.* 37. Addit. ad Ambroſin. *proceſſ. informat. fol. mihi* 459. *deciſ.* 58. vbi notat Farinac. *de indic. & tort. quæſt.* 37. *num.* 154. vide Honded. *conſ.* 87. *per tot. lib.* 2. Conciol. *reſolut. criminal. verb. Mandatum reſolut.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Zuff. *de legitim. proceſſ. crimin. lib.* 1. *quæſt.* 66. *per tot.* vbi plura pro defenſione imputati de mandato ad homicidium, etiam ſi conſtet de inimicitia, niſi concurrant alia infraſcripta requiſita; maximè ſi conſtet de delinquente, licèt cauſam propriam non habente, & quando ex defectu cauſæ propriæ poſſit delinquens interrogari, vel torqueri ſi ſit præſens, vt nominet mandantem, intelligendo tamen ſi prius ſit confeſſus, vel conuictus de delicto principali, de cuius qualitate, nempè mandato inquiritur, & dummodò interrogetur in genere ad ſuggeſtionem euitandam, non autem in ſpecie de aliquo, niſi contra eum particularia vrgeant indicia.

22 Mandatum ad delictum, & præcipuè homicidium committendum, vt præſumatur, tria copulatiuè debent probari per Fiſcum, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. *§.* 2. *&* 3. *num.* 46. *& ſeqq.* ſcilicet inimicitias capitalis inter eum, qui mandaſſe aſſeritur, & eum contra quem fuit mandatum, ſecreta alloquutio inter mandantem, & mandatarium, & quòd in continenti ſit ſequutum, quibus coniunctim non concurrentibus, etiam ſi delinquens ſit filius, conſanguineus, domeſticus, vel famulus illius, qui prætenditur mandaſſe, mandatum non præſumitur, Anan. *conſ.* 59. *num.* 2. *in fine*, Dec. *conſ.* 234. *in fine*, Marſil. *conſ.* 3. *num.* 9. *&* 15. Caret. *in l.* 2. *§. circa ſecundum num.* 16. *C. quor. appell. non recip.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 115. *&* 116. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 31. *verſ.* 5. *C. de ſer. fugit.* Felin. *in cap. afforte num.* 13. *de præſumpt.* Cardin. Tuſch. *litter. M. concluſ.* 34. *num.* 13. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 80. *concluſ.* 419. *& concluſ.* 1014. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de maleſic. lib.* 7. *concluſ.* 3. *num.* 55. Farinac. *quæſt.* 134. *part.* 3. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 310. *fol.* 133. Zuff. *de legitimat. Proceſſ. crimin. lib.* 1. *quæſt.* 66. *num.* 57. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam an, & quando minæ, vel alia inditia æquipollant allocutioni, & plenè Honded. *conſ.* 87. *per tot. lib.* 2. Anton. de Ballis *tractat. variar. lib.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi etiam quòd mandatum arguitur contra eum, qui recipit in domo homicidam poſt homicidium, ad Menoch. *dict. quæſt.* 89. *num.* 108. vide Conciol. *in verb. mandatum per tot.* vbi benè totam materiam declarat.

Quòd ad hoc vt dicatur conſtare de mandato ad homicidium, tria ſunt probanda, videlicet primo colloquium præcedens, ſecundò tractatus illud committendi, tertiò modus, & deliberatio, quibus non probatis non poſſit dici conſtare de corpore delicti, ita vt de dicto tractatu debeat liquidè, & certè apparere, non autem præſumptiuè, Vermigliol. *conſ. crim.* 31. *num.* 2. *conſ.* 70. *num.* 2. *conſ.* 83. *num.* 1. vbi de communi opinione. Nec iudex poteſt procedere ad capturam, inquiſitionem, nec torturam, niſi de corpore delicti conſtet, Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 1. *&c.* vide *in §. Corpus delicti num.* Sed iſta opinio quoad corpus delicti eſt intelligenda, vt de illo ſatis conſtare dicatur per indicia, & præſumptiones, cùm mandatum per ſe conſideratum ſit de illis delictis, de quibus non remanent veſtigia, & ideò poſſit coniecturis probari contra mandantem, licèt contra mandatarium qui exequutus fuit mandatum in delicto facti permanentis debeat conſtare per euidentiam facti iuxta ea, quæ dixi *in §. Corpus delicti.*

Quòd mandatum dicatur probatum, probato quòd dominus dixerit famulo ſuo, non reuertaris domum, donec aliquid noui ſceſerim de illata iniuria, vel ſimilia verba, Farinac. *quæſt.* 134. *cap.* 2. *num.* 41. *&c.* cum alijs per Genu. *de verb. enunciat. quæſt.* 4. *lib.* 1. *num.* 246. *&c. fol.* 21. vbi etiam quòd tale mandatum per verba enunciatiua rectè induci, & probari poteſt, ſicut & per qualibet alia verba, ex quibus appareat de intentione, & voluntate mandantis, & Iſtius Farinac. *dict. quæſt.* 134. *cap.* 1. Card. Tuſchus *littera M. concluſ.* 34. *num.* 16. *& ſeqq.* Gabriel. *d. tit. de maleſ. concl.* 2. *num.* 47. *&c.* Farinac. *conſ.* 55. *num.* 31. *&* 47. *& conſ.* 102. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 1. Conciol. *verb. Mandatum reſol.* 1. *num.* 14. *& reſol.* 2. vbi quòd inducitur ex quibuſcumque verbis, etiam enunciatiuis principaliter prolatis aptis, & idoneis ad inferendum mandatum, & quando ſecus.

Hæc omnia de requiſitis in probatione mandati, videntur intelligenda, vt ſit locus pœnæ ordinariæ delicti; nam etſi omnia prædicta non concurrerent, ſed tantùm aliqua, & alia ſimilia inditia grauia, & vrgentia arbitrio iudicis prædictis æquipollentia, & ſtante defectu cauſæ propriæ in delinquente, cùm agatur de delicto difficillimæ probationis, quod in occulto, & decreto committi ſolet, poſſet iuxta qualitatem inditiorum eſſe locus pœnæ arbitrariæ, vel torturæ, quando reus eſſet præſens; quando verò eſſet abſens, & legitimè citatus, præcedentibus inditijs ſufficientibus ad formandam contra eum inquiſitionem ſpecialem, ſicque factus contumax, & habitus pro confeſſo vigore generalis conſuetudinis, poſſet pœna ordinaria damnari, iuxta ea, quæ dixi *in §. Contumacia num.* & alibi ſæpè, & pluries ſeruatum vidi Florentiæ per Magiſtratum Dominorum Octo Baliæ Virorum in diuerſis cauſis, vt ſtante inimicitia capitali cum alijs adminiculis tendentibus ad tractatum, & mandatum, procedatur vt ſupra iuxta opinionem Clar. *quæſt.* 21. *verſ. inimicitia vigens*, Farinac. *quæſt.* 49. *num.* 106. *&c. & conſ.* 196. *num.* 10. *lib.* 3. Cardin. Quaitier apud Zuff. *tract. de legitimat. Proceſſ. quæſt.* 66. *num.* 57. *& ſeqq.* vbi benè declarat quando ex defectu cauſæ propriæ delinquente oriatur præſumptio mandati contra inimicum offenſi, concurrentibus alijs indicijs, & quando ſecus, vt ibi latè pro defenſione prætenſi mandantis, vide *in §. Inimicitia num.* 13. quicquid in contrarium votauerit D. Auditor Bandatum de anno 1675. in cauſa contra Ioannem Canali de Ceſena Mandatarium prætenſum, & fuerit approbatum, non ſeruato forſan debito iuſtitiæ rigore, tam in proceſſu, quam in ſententia, adde Conciol. *reſolut. crimin. verb. Inimicitia reſolut.* 4. vbi quòd ſi conſtat de certo occiſore, qui potuit habere cauſam propriam, inimicitia ſiue ſola, ſiue cum adminiculis non facit indicium de mandato, niſi adſint alia indicia particularia circa mandatum, tractatum, vel participationem.

Quòd mandatum poſſit deduci, & probari non ſolùm ex tribus requiſitis hoc numero enunciatis, ſed etiam ex alijs indicijs, & præſumptionibus deſumptis ex perſonis, & cauſis, ex moribus, ex minis, ex animoſitate, ex familiaritate, ex conuerſatione, ex fama publica incontinenti orta, & huiuſmodi, quia licèt non omnia dicta tria requiſita interueniant, ſufficit vt alia ſimilia, & æquipollentia concurrant, Bald. *in l.* 1. *num.* 18. *C. de ſeru. fugit.* Farinac. *conſ.* 55. *num.* 46. *& ſeqq. conſ.* 102. *num.* 24. *&* 32. *quæſt.* 134. *num.* 62. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. *§.* 2. *&* 3. *num.* 52. *& ſeqq.* vbi benè declarat quæ ſint iſta indicia æquipollentia, quid, & quantum operentur.

Non

Digitized by Google

Non tamen eſſet veriſimile mandatum, ſi mandatarius ſit æqualis, vel melioris conditionis mandantis, Caſtr. & Iaſon. *in l. 1. C. de ſeru. fug.* Burſ. *conſ. 20. num. 43. lib. 1.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 1. quæſt. 20. num. 16.* Conciol. *verb. Mandatum reſol. 1. num. 5.*

Poſſet etiam attentari, quòd ſi famulus, vel familiaris aliquid delinquendo faciat, quod vtilitatem, vel ſatisfactionem domini reſpiciat, de mandato domini factum præſumatur per doctrinam Bart. *in l. 1. fin. ff. quod vi, aut clam*, Alex. *conſ. 69. num. 5. lib. 2.* Boſſ. *de indic. num. 60. & tit. de mandat. ad homicid. num. 52.* Cabal. *conſ. deciſ. 149. num. 14. lib. 2.*

Quòd ad inducendum mandatum ſimplex (ſine aſſaſſinio, de quo dixi *in §. Aſſaſſinium*) ad delinquendum, plura requirantur, nempè primò, *perſona mandantis*, qui ex cauſa propria moueatur ad dandum mandatum, nam ſi ex cauſa communi cum mandatario moueretur, non diceretur mandatum, ſed conſilium, & inflammatio, ſecundò requiritur *perſona mandatarij* exequentis, de quo debet conſtare, vt dixi infra *num. 27.* requiritur *probatio ipſius mandati*, vt dixi ſupra *num. 22.* & latè hæc omnia pluribus citatis comprobat Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. & §. 2. & 3. num. 14. & ſeqq.*

23 Mandatarius criminis nominando mandantem, cùm ſit ſocius non facit contra illum indicium ad torturam, ſed tantum ad inquirendum, niſi aliud adminiculum concurrat contra nominatum, ſiue ſimus in delictis, in quibus permittitur de ſocijs interrogare, ſiue non, Clar. §. *fin. quæſt. 21. verſ. & ex hac*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 192. num. 8. &c.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 75.* Boſſ. *de inquiſit. num. 44. & indic. num. 182.* Menoch. *de arbitr. caſ. 474. num. 41. &c.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Mandatum reſolut. 11. per tot.* D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib. 2. cap. 8. num. 96. & ſeqq. fol. 221.* Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſſ. quæſt. 19. per tot. lib. 3.* Guaz. *def. 9. cap. 2.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num. 538. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 44.* vide *in §. Societas num. 51. & in Tract. §. Compagni num. 1. & ſeqq. §. Sicari num. 12. & ſeqq.* vbi etiam qualiter ſocius criminis ſit leuiter torquendus ad purgandam maculam infamiæ ex delicto contractam, niſi fuerit ſeductus præter intentionem ad delinquendum, quia tunc non contraxiſſet infamiam, & faceret indicium abſque tortura, vt notat Cabal. *reſolut. crim. caſ. 84. num. 12.*

Et quòd de conſuetudine multorum Tribunalium præſtetur fides ſocio criminis ſine dicta tortura maximè in delictis exceptis, ita vt ſi plures ſint, faciant indicium ad torturam abſque alijs adminiculis, & cum alijs adminiculis, vel indicijs probationem ad effectum condemnandi non ſolùm in pœnas arbitrarias, ſed etiam quandoque ordinarias ipſius delicti, niſi aliquid obſtet in contrarium, ad tradita per Cabal. *dict. caſ. 84. num. 13. caſ. 185. num. 5.* Peguer. *quæſt. crimin. cap. 5. num. 38. & 39.* Zuff. *de legitim. proceſſ. lib. 3. quæſt. 158.* vbi in crimine hæreſis, Clar. §. *fin. quæſt. 21. num. 13.* & ita ſeruari in Regno Neapolitano vigore particularium Conſtitutionum, Franch. *deciſ. 570.* Ricc. *Collect. 3562.* niſi condemnandus fuiſſet iam tortus vigore nominationis de illo factæ à ſocio criminis, quia tunc cùm illud indicium fuerit purgatum per torturam, non poteſt coniungi cum alijs nominationibus ſuperuenientibus aliorum ſociorum, ad effectum condemnandi dictum nominatum iam tortum in pœnam ordinariam, ſed benè in extraordinariam, etiam triremium, vt benè declarat idem Franch. *deciſ. 577. per tot.* quem ſequitur Baltaſſ. de Ang. in Addit. ad Gizzarel. *deciſ. 78. num. 6. & 7.* Sanfelic. *deciſ. 382. cum Addit.* vbi in terminis dictarum Conſtitutionum, quòd probent, dummodò ſint ſaltem tres, ſingillatim, & occultè in tormentis deponant, ita quòd vnus ignoret depoſitionem alterius, alia in eis non adſit cauſa ſuſpicionis, nominati ſint aliàs diffamati, & non fuerint torti, nominantes alios non patiantur defectus, neque aliquis eorum fuerit tamquam cadauer tortus, & alia.

Tria alia animaduertenda dixi *in Pract. dict. §. Sicari num. 15.* nempè vt verificetur quantum fieri poſſit aliundè confeſſio, & nominatio ipſius ſocij; ſocius nominans ſit quoad ſe confeſſus, vel conuictus, ita vt appareat, quòd non nominet alios ad ſe exonerandum, & purget maculam vt ſupra in tormento, vel confrontetur, niſi obſtet conſuetudo, vel ipſe proteſtetur nolle ad hunc effectum torqueri, quo caſu tamen non integram faceret fidem, vt ſupra, vide *in §. Societas num. 52.* licèt non obſtante dicta proteſtatione quandoque viderim procedi ad dictam torturam.

Quòd mandatarius confitendo feciſſe de mandato, & nominando mandantem, etſi ſocius ſit criminis (in delicto aſſaſſinij, in quo ſufficit præſumpta probatio) etiam pro condemnando ad pœnam ordinariam fidem faciat, ac ſemiplenam probationem inducat, quæ iuncta cum alijs adminiculis, puta inimicitia, & ſimilibus, rem clariſſimam efficiat, & teſtes ſingulares poſſint coniungi, & alia ad rem pro fiſco, Martha *vot. Piſan. 238. per tot.* vbi profitetur pro veritate ſcribere allegat Clar. *in §. Aſſaſſinium num. 6.* Peguer. *deciſ. 5. num. 19. & deciſ. 17. num. 40. & ſeqq.* ac plures alios, & qui mandatum non acceptauit, & omni exceptione maior, ſaltem cum adminiculis, Baiard. ad Clar. *quæſt. 89. num. 11.* cum alijs ab ipſis citatis, Carol. Marant. *contr. part. 5. reſponſ. 59. num. 91. & 92.* vbi quòd integer eſt teſtis qui mandatum non acceptauit, de quo tamen vide Clar. §. *fin. quæſt. 21. verſ. ex hac*, Anton. de Ballis *tr. variar. lib. 1. quæſt. 20. num. 1. & ſeqq.* vbi quòd mandatarij dictum contra mandantem non facit indicium, nulla habita diſtinctione, an ſuſceperit mandatum, vel non, niſi concurrant aliæ præſumptiones, quid ſi eſſent plures, & alia, Farinac. *quæſt. 44. per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Mandatum reſolut. 11. num. 6.* vbi quòd non eſt differentia an ſuſceperit mandatum, vel non, & quare iuxta magis communem opinionem, quam ſequitur etiam D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib. 2. cap. 8. num. 99. & ſeqq. fol. 221.* Farinac. *conſ. 99. per tot.* vbi plura pro defenſione mandantis nominati a mandatario, qui non acceptauit mandatum, vt non faciat indicium ad torturam, cùm etiam vt mandatum ſit de ſe punibile, etiam in atrociſſimis, & aſſaſſinio, requiratur fuiſſe deuentum ad actus proximos, & quando id factum eſſe dicatur, vel non, de quo & Giurb. *conſ. 64. num. 7. & ſeqq.*

Mandatum ſuperioris excuſat à delicto, quando non ſumus in genere de ſui natura prohibitorum, Menoch. *de arbitrar. caſ. 354. num. 35. & ſeqq.* Clar. §. *fin. quæſt. 60. verſ. ſolet dubitari*, facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 202. num. 13. &c.* vide Menoch. *loc. cit. per tot.* vbi de mandato Principis, Magiſtratus, domini, & patris, quòd excuſet à pœna ordinaria delicti, etiam in graui crimine, non autem ab extraordinaria arbitrio iudicis imponenda, nec quoad pœnam ſpiritualem in foro conſcientiæ, cùm pro ſalute æterna debeat quis potius omnia mala pati, quam delicto conſentire. 24

Sed quod in practica mandatum domini non excuſet à pœna ordinaria, niſi dominus ſit potens, ſæuus, fuerit minatus, & ſolitus minas exequi, Sperel. *deciſ. 108. num. 14. &c. per tot.* Farinac. *quæſt. 97. num. 162. & ſeqq.* dixi *in Pract. §. Seruitori num. 18. & §. Sicari num. 5.* vbi quòd quamuis famulus, vel filius delinquens de mandato domini, vel patris (ceſſante præmio) non comprehendatur ſub nomine, & pœna ſicarij, tenetur tamen pœna ordinaria delicti commiſſi, niſi fuerit vt ſupra coactus, Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 289. per tot. & de omn. gener. homicid. num. 495. &c.* Farinac. *d. quæſt. 97. num. 11. & ſeqq. & num. 149. & ſeqq. ad 170.* Bardellon. *conſ. 176.* Card. Tuſch. *littera M. concluſ. 70. per tot.*

Mandans committi homicidium, illo ſequuto, tenetur eadem pœna, qua ipſe committens, etiam ſi primus mandatarius per ſe non fuerit executus, ſed alteri mandauerit, nam omnes tenentur eadem pœna, & quid ſi re integra fuerit reuocatum mandatum, & alia, vide per Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 241. & 242. per tot.* facit *in caſ. 243.* Capyc. *deciſ. 155. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 352. & 353. per tot.* vbi latè quod mandans puniatur eadem pœna, quando eſt à iure communi impoſita, & arbitrio iudicis, quando pœna non eſt indicta à iure communi, ſed à ſtatuto, quia ſi loquantur de faciente, non comprehendit propriè mandatum, ſed eſt interpretatiuè, vt dixi *in §. Statutum puniens num. 4.* & an dicatur magis delinquere mandans, vel mandatarius *ibidem num. 4. & 7.* vide Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt. 135. part. 1.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 2. num. 308. & ſeqq. fol. 132.* Card. Tuſch. *littera M. concluſ. 34. num. 39. & ſeqq.* Caual. *de omn. gen. homicid. num. 501. & ſeqq.* Sanfelic. *deciſ. 36.* vbi plura an, & quando mandans, vel conſulens, ſiue aliter auxilium præ- 25

ſtans

Digitized by Google

ſtana delicto teneatur eadem pœna, vel mitiori, Conciol. reſolut. crimin. verb. Mandatum reſol. 8. & 9. per tot. Raynald. Syntax. rer. crimin. cap. 7. §. 2. & 3. num. 3. & ſeqq. vbi quod ſequuto homicidio mandans, & mandatarius tenentur eadem pœna ordinaria de iure; homicidio verò non ſequuto pœna extraordinaria, niſi aliter ſit per bannimenta ſtatuum, vel datum arbitrium vſque ad mortem, quòd arbitrium poſſit adhiberi quando mandatarius reliquit percuſſum tamquam mortuum, vel ſuperchieria, & cum animo occidendi percuſſit, & mortaliter vulnerauit.

Quòd eadem pœna teneatur etiam ille, quo mediante factum eſt mandatum, vel oretenus, vel per litteras ſcienter delatas, Genu. de ſcriptura priuat. lib. 3. quaeſt. 3. num. 12. fol. 126. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 37. num. 21. Farinac. quaeſt. 130. num. 41. Cabal. reſolut. crimin. caſ. 243. per tot.

Mandans tamen vnicum delictum pluribus perſonis, non tenetur pluribus pœnis, ſed vnà tantùm pœna, ac ſi vni ſoli mandaſſet, Bart. & Marſil. in l. ſi in circa, ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Plaz. Epit. delict. cap. 15. num. 10. Cabal. reſolut. crim. caſ. 280. num. 5. &c.

26 Mandans committi delictum punitur pœna ordinaria ipſius delicti commiſſi, etiam ſi quid plus præter illius intentionem fuerit ſequutum, ſicuti contingere poteſt in eo, qui mandat aliquem vulnerari, ſi vulnerati deindè ex vulneribus mors ſequatur; cùm vulnera non poſſint dari ad menſuram, niſi tamen mandatarius ipſe ex ſe fines mandati voluntariè excesſerit, vt quando fuit mandatum aliquem pugno, vel baculo leuiter verberari, vel ſtriſari, & mandatarius gladio, vel enſe grauiter percuſſit, quia tunc mandans non teneretur de exceſſu pœna ordinaria, ſed pœna arbitraria, Menoch. de arbitr. caſ. 352. num. 1. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 49. num. 6. volum. 3. Conciol. reſolut. crimin. verb. Mandatum reſolut. 10. per tot. Cabal. de omn. gener. homicid. num. 240. & ſeqq. ad 272. Farinac. quaeſt. 135. part. 4. num. 150. & ſeqq. Bardellon. conſ. 147. num. 29. &c. lib. 2. Cardin. Tuſch. litterà M. concluſ. 14. num. 23. &c. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 2. num. 199. fol. 125. & reſolut. 2. lib. 11. tit. 3. num. 370. &c. fol. 550. vbi quod data, vel promiſſa pecunia, ſiue alia re æſtimabili cum mandato ad vulnerandum tantùm, ſequuta morte præter intentionem, ambo tam mandans, quàm mandatarius incurrunt in crimen, & pœnas aſſaſſinij, eo quia præcedente culpa tenentur ad caſus inde ſequentes, vide in §. Aſſaſſinium num. Sperel. deciſ. 20. num. 40. &c. vbi qualiter etiam mandans Clericum vulnerari, efficiatur excommunicatus, ſi mandatarius veneno perimat, & plura de veneno ad tempus operatum propinato Clerico, vt faciat incidere ſtatim in excommunicationem, vide in §. Excommunicatio num. 4. verſ. Non etiam, vbi contra quoad excommunicationem.

Circa exceſſum mandatarij in exequendo mandatum, Centolin. in addit. ad Farinac. conſ. 32. litter. A. Danza de pugn. Doct. tit. de homic. cap. 7. num. 23. &c. Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 5. per tot.

Quòd mandans hominem vulnerari, & prohibens ne occidat, non teneatur pœna ordinaria, ſi mandatarius occidat, neque etiam teneatur reſtituere damna, quæ intulit mandatarius excedendo fines mandati, quando in eius poteſtate fuit illos ſeruare, Dian. part 8. tract. 7. reſol. 33. vide Conciol. d. reſol. 10. vbi refert contrarias opiniones, & in ſubſtantia conuenit cum prædictis.

27 Mandans non poteſt moleſtari, niſi prius conſtet de delicto mandatarij, ac de ipſo mandatario, & aliter quàm per eius contumaciam, Boſſ. de delict. num. 34. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 349. num. 13. &c. & caſ. 352. Clar. §. fin. quaeſt. 90. verſ. ſcias etiam, Tuſchus littera C. concluſ. 1020. num. 32. &c. littera M. concluſ. 35. Farinac. quaeſt. 3. num. 1. &c. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 2. num. 311. & ſeqq. fol. 137. videndus plenè Zuff. de legitim. proceſſ. crim. lib. 1. quaeſt. 66. per tot. & eſt Conſilium D. Cardin. Gualteri, Anton. de Ballis tract. var. lib. 2. quaeſt 9. num. 15. & ſeqq. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 23. num. 36. & 37. Conciol. reſol. crim. verb. mandatum reſol. 6. per tot. dixi in Pract. §. Delicti num. 32. & §. Sicarij num. 19. vbi quòd iſtud verum eſt de iure, ſed de conſuetudine, & ſtylo proceditur ſimul, & eodem tempore contra omnes legitimè inditiatos, licèt adhuc non conſtet de mandatario, vel de illo conſtet tantum per indicia ad tranſmittendum inquiſitionem ſufficientia, vel per ſententiam in contumaciam latam, quia in delictis grauibus, & atrocibus mandatum ex ſe eſt punibile ſaltem pœna extraordinaria, quamuis effectum non habuerit: ad inſtantiam tamen mandantis comparentis, deberet nominari Mandatarius, vel in inquiſitione exprimi, ſi nota ſit illius perſona; ſi verò ſit incognita poſſit contra mandantem procedi, etiam non conſtito de mandatarij perſona, quia ſi aliter ſeruaretur multa delicta remanerent impunita, contra publicam vtilitatem, & torqueri ſi legitima exient indicia, vt egregiè etiam in puncto iuris contrarijs ſatisfaciendo conſuluit Natt. conſ. 422. per tot. lib. 2. quem ſequitur Farinac. dict. quaeſt. 3. num. 9. & 10. vbi etiam qualiter ſit deſcribenda perſona mandatarij incogniti, vt ſi vnquam venerit in fortijs Curiæ poſſit puniri, Zuff. dict. quaeſt. 66. num. 31. & ſeqq. vbi aliter hanc praxim per conſuetudinem fauore imputati de mandato declarat Guttierez. in Prax. quaeſt. 16. vbi ſequitur Farinacium, quem dicit rectè loqui, & ego latius declaraui in mea Prax. in præfat. num. 187. & ſeqq. ad ibi dicta me remitto, Anton. de Ballis dict. quaeſt. 9. num. 20. & ſeqq. Intrigliol. deciſ. 19. num. 20. Farinac. quaeſt. 3. num. 8. Giurb. conſ. crimin. 91. num. 8. qui tenent poſſe mandantem extra ordinem puniri, quando non plenè conſtat de mandatario, ſed tantùm per famam, vel alia indicia, vbi qualiter poſſit procedi quando perſona eſt incerta, vel mandans eſt cauſa ne ſciatur, vel mandatum eſt de ſe punibile; vel quoad pœnam extraordinariam, Conciol. d. reſol. 6. num. 5. & ſeqq. per tot. Menoch. de arbitrar. caſ. 351. num. 8. &c. vbi quòd quando mandatarius nullo modo exequutus fuit mandatum, ſi agatur de leui crimine, mandans non punitur, ſi verò agatur de graui, & atroci delicto punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis, niſi expreſſe iure municipali, vel communi cautum ſit de pœna ſpeciali contra mandantem, etiam effectu non ſequuto, Farinac. d. quaeſt. 3. num. 6. & 7. Conciol. d. reſolut. 6. & reſolut. 7. per tot. vide in §. Auxilium num. 3. de concluſione quomodo conſtare debeat de mandatario, vt poſſit mandans puniri, latè Raynald. Syntax. rer. crimin. cap. 7. §. 2. & 3. num. 19. & ſeqq. ad 45. vbi cum Card. Gualtier. ſupra cit. diſtinguit ſex caſus, & declarat Nattam d. conſ. 422. cuius doctrinam dicit non omninò tutam, ſed ego veriſſimam puto, & tenendam in praxi per eà, quæ dixi in Præfat. mea Pract. num. 187. cum multis ſeqq. ſecunda impreſſionis.

An autem puniatur ille, cuius cauſa, & occaſione ſequutum fuit delictum, licèt eo non mandante, Menoch. de arbitr. caſ. 471. vbi vult ſecundùm aliquos nulla pœna puniri, ſed ſecundùm alios pœna arbitraria, vt per Oſaſch. deciſ. 104. num. 2. &c. vide in §. Delictum num.

An autem puniatur ille, cuius cauſa, & occaſione ſequutum fuit delictum, licèt eo non mandante, Menoch. de arbitr. caſ. 471. vbi vult ſecundùm aliquos nulla pœna puniri, ſed ſecundùm alios pœna arbitraria, vt per Oſaſch. deciſ. 104. num. 2. &c. vide in §. Delictum num.

Quòd mandantes, & mandatarij in atrocioribus delictis prout læſæ Maieſtatis, & ſimilibus, poſſent puniri etiam pœna ordinaria delicti, licèt non conſumati, quando fuit acceptatum mandatum, & fuit deuentum ad actus proximos, quia quoad eos delictum habetur pro conſumato, Bardellon. conſ. 138. lib. 2. & conſ. 147. num. 7. 25. &c. d. lib. 2. Farinac. quaeſt. 123. num. 79. &c. quaeſt. 134. num. 95. & conſ. 4. num. 3. &c. Conciol. verſ. Mandatum reſol. 7. num. 4. Farinac. conſ. 99. num. 50. vbi quando dicatur euentum ad actus proximos, vt poſſit eſſe locus pœnæ, concludens pro illius excluſione ex hoc defectu.

Qualiter mandans fieri homicidium per pecuniam puniatur etiam effectu non ſequuto, Menoch. de arbitr. caſ. 360. num. 39. & ſeqq. facit quod dixi in §. Conſilium num. 3. Martha vot. Pıſ. 238. per tot. videndus pro fiſco, & Farinac. d. quaeſt. 3. num. 7. Carol. Marant. contr. part. 5. reſponſ. 59. num. 71. & ſeqq.

Quòd ſententia abſolutoria lata ad fauorem mandantis, non proſit mandatarijs, nec è contra, Conciol. reſol. crimin. verb. Mandatum reſol. 5. per tot. vbi etiam adducit contrarium tenentes, declarat, ac concordat opiniones, & quòd ſi mandatarius, & mandans ambo ſunt præſentes, ambo abſoluuntur, vel condemnantur, ſi vnus ſit confeſſus, & alter negatiuus hic abſoluitur, & alius con-

demnatur; ſi verò vnus ſit abſens, & alter præſens, primò perficitur proceſſus contra abſentem, & poſtea deuenitur ad expeditionem cauſæ contra præſentem iuxta veram, ac tutiorem praxim, ad Guaz. *defenſ.2. cap.8. num.12.* Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.3. tit.9. num.101.* & alios, ac ita ego ipſe ſæpè ſeruaui, & ſeruatum vidi Florentiæ, & eius Statu, vide *in §. Tortura num.17.* & conuenit Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.26. num.16.*

De materia ſub hoc numero contenta plenè pluribus antiquis, & modernis citatis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.7. §.2. & 3. num.64. & ſeqq. per tot.* vbi etiam an probationes factæ a mandatario proſint mandanti contumaci, vel è contra, & an ſint admittendæ quatenus reſpiciunt fauorem contumacis, de quo dixi *in §. Socius num.56.* quid in tortura, & alia plura in praxi notabilia.

28 Mandans non punitur ſi ille, quem occidi mandauit, non ab eius mandatario, ſed ab alio tertio occiſus fuerit; prout tamen mandans ſi non ratione effectus, ſaltem ratione ſolius mandati de ſe punibilis in atrocioribus arbitrio iudicis puniri; non etiam punitur mandans, quando mandatarius fuit tamquam innocens abſolutus, nec quando probationes ſuper iſto delicto non concludunt, vel ſi mandatum non præceſſit, vel ſi de eo plenè non appareat, vel ſi mandatarius erat abſque mandato ſua ſponte facturus, quia tunc punitur mandans tantùm arbitrio iudicis propter iniquitatem ſui mandati, vt latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.352. num.11. & ſeqq. per tot.* facit quòd dixi *in Pract. §. Delicti num.38.* & in hoc Opere §. *Conſilium num.* Coſta *tract. de re integra diſt. 23. in fine.*

29 Mandans non tenetur de delicto etiam conſumato, ſi re integra mandatum reuocauit, licèt poſtea mandatarius de ſe exequatur, quod eſt intelligendum in leui delicto, nam in atrocioribus etiam re integra reuocato mandato tenetur mandans ſaltem pœna arbitraria, Menoch. *de arbitr. dict. caſ.352. num.7. &c.* Coſta *tract. de re integr. diſtinct.23. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.2. lib.11. tit.3. num.47. &c. fol.519. & volum.3. lib.14. tit.2. num.300. &c. fol.132.* vide Cabal. *reſolut. crimin. caſ.242. per tot.* Farinac. *quæſt. 135. part.5. num.174. &c.* vbi plura, & in aliquibus recedit ab opinione Menoch. Conciol. *reſolut. crim. verb. Mandatum reſolut.9. per tot.* vbi quòd procedit etiam in reuocatione mandati tacita reſultante ex parentela, pace, vel amicitia poſtea initis inter mandantem, & eum, quem occidi mandauerat, dummodo ſit nota mandatario, quid ſi poſt mandatum orta fuerit inimicitia inter mandantem, & mandatarium, vel ſi mandatum fuerit ad tempus, an mandans teneatur de delicto poſt illud commiſſo, & alia ad rem.

Multa de reuocatione mandati quando excuſet mandantem, quomodo talis reuocatio probetur, & quid ſi poſtea delictum fuerit ratificatum, Bardellon. *conſ.123. lib.2.* vbi etiam an reuocatio ſit denuncianda perſonæ offendendæ, vt ſibi caueat, abſque tamen propalatione mandatarij, & quoad mandantem firmat denunciationem non eſſe neceſſariam, ſed benè quoad conſulentem, aſſignatque rationem differentiæ, de quo tamen vide Farinac. *qu. 135. part.5. & part.5.* Plaz. *Epit. delict. cap.19. num.12.* Coſta *loc. ſupra cit.* Azor. *Inſtit. Moral. part.3. lib.4. cap.11.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.11. tit.3. num.51. fol.519.* vbi probat non eſſe faciendam differentiam inter mandantem, & conſulentem, & neutrum teneri facere dictam notificationem perſonæ offendendæ, niſi ad benè eſſe, & ſe remittit ad Dian. *part.2. tit.16. verſ.17. & part. 3. tit.5. verſ.83.* Layman. *lib.2. tit.5. part.2. cap.5.* Leſſ. *lib.2. cap.13. num.18.* Salon. *2. 2. quæſt.62. art.7. contr.6.* vide Cabal. *reſolut. crimin. caſ.242. per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Mandatum reſolut.9. per tot.* vbi quòd reuocato mandato re integra, ſiue expreſsè, ſiue tacitè vt ſupra, vel ſi mandatum ſit ad tempus limitatum, non tenetur mandans de delicto poſtea ſequuto, dummodò reuocatio mandati ſit intimata, & notificata mandatario, quia ſi mandatarius non habuit ſcientiam de pœnitentia, & contraria voluntate mandantis, & exequatur mandatum, punitur mandans pœna ordinaria, & non obſtante reuocatione in atrocioribus delictis punitur ſaltem pœna extraordinaria, non tamen tenetur mandans reuocato mandato aliquid notificare perſonæ offendendæ, ſed benè tenetur conſulens, etiam ſi conſilium retractauerit, ad tradita per Cabal. & Farinac. *in locis citatis*, vide *in §. Conſilium num.13.* facit latè Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part.1. cap.2. dubit.8. ſelect.6. & ſeqq. fol. 114. &c.* vbi de mandante percuſſionem Clerici, an incurrat excommunicationem tempore mandati, vel executionis, quid ſi moriatur ante executionem, vel reuocat mandatum, & mandatarius nihilominus exequatur, vel pœniteat, ſed non poſſit tam citò reuocare quin ſequatur effectus, & alia ad rem.

Mandans, & Mandatarius puniri poſſunt non ſolùm in loco conſumati delicti, ſed etiam in loco dati, & acceptati mandati, in terminis Bannimentorum Bononiæ Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.7. §.7. per tot.* licèt delictum fuerit in alieno territorio, vel ſtatu conſumatum, cùm mandatum de per ſe ſit delictum, & punibile ſaltem pœna arbitraria, vel etiam ordinaria, quando ſumus in atrocioribus, in quibus punitur affectus, etiam non ſequuto effectu, & eſt locus præuentioni inter dictus iudices acceptati mandati, & conſumati delicti, de quo vide Farinac. *quæſt.7. num.47. & ſeqq.* Tondut. *de præuent. part.2. cap.31. num.8. fol.197.* Clar. *§. fin. quæſt.38. num.6. &c.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.13. tit.8. num.197.* vbi videtur contrarium probare, ſed poſtea conuenit cum prædictis *ſub num. 198.* Card. Tuſch. *littera D. concluſ.168. num.24. &c. littera M. concluſ.36.* Plaz. *Epit. delict. cap.15. num.16. &c.* Franch. *deciſ.37. num.5. & 6.* & fuit iudicatum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ de anno 1666. proponente D. Curtio de Polis à ſecretis contra quoſdam Ioannem Bernardi Mutinenſem, & Franciſcum Antonij Bononienſem, ex eo quòd in Statu Florentino tractauerint occidere quemdam Lucenſem à patria ex bannitum, & in ſtatu Florentino commorantem, illum ſeducendo, & conducendo in Statu Lucenſi, à quo erat ex bannitus, vt ibidem illum impunè occiderent, prout fecerunt; ſed Florentiæ ratione dicti tractatus fuerunt condemnati dictus Franciſcus contumax in pœnam furcarum, & confiſcationis bonorum, & Ioannes carceratus, ad triremes eius vita durante, prout apparet in Giornalibus dicti Magiſtratus 617. à 5. & 618. a

30

Quæ quidem reſolutio in his terminis mihi viſa fuit, & videtur ſummo rigore plena, & fortè inconſiderata, cùm dictus tractatus talis qualis fuerit, & fortè non ſufficienter quoad carceratum probatus, tenderet ad occiſionem banniti in loco permiſſo, ex traditis in puncto per Clar. *§. homicidium num.17.* vide Farinac. *quæſt.103. num.212. &c.* Franch. *deciſ.276. num.5.* & alios ſupracitatus.

Quando autem ſicarij, vel mandatarij furenſes peruenti in aliquo loco ad effectum occidendi aliquem, ſi fuerint capti etiam effectu non ſequuto, nec ad alios actus proximos deuenti, poſſint vigore bannimentorum ſic diſponentium prout Bononiæ, & Mediolani furca ſuſpendi, cùm bannimenta etiamſi rigoroſa ſint ſeruanda, Carpan. *ad nou. Conſtit. Mediol. num.1046.* Boſſ. *tit. de homicid. num.4. & num. 49. & ſeqq.* Caluin. *de æquit. cap.102. num.41.* & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.7. §.8. per tot.* vide *in §. Aſſaſſinium num.9. verſ. Quanto, & §. Forenſis num.1.*

Mandata Principum debent probari per litteras eorumdem, quinimò nec ſecretarijs creditur de gratia à Principe facta, niſi conſtet per ſcripturam, ad tradita per Chriſtin. *deciſ. Belg.64. vol.2.* vide *in §. Gratia num.8.* 31

Mandatum à Communitate, vel Vniuerſitate factum quas ſolemnitates requirat, vide Rot. *part.14. recent. deciſ. 62. per tot.* & alios allegaui *in § Vniuerſitas num.11.* eadem Rot. *part.14. recent. deciſ.193.* vbi quando agitur de alienatione, vel impoſitione cenſus. 32

Mandatum datum emptori à venditore, vel alio debitore de ſoluendo alicui creditori, poſtquam eſt acceptatum, non poteſt in præiudicium dicti creditoris reuocari, maximè ſi etiam emptoris interſit, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.362. num.8.* 33

Mandatum ſuſceptum non adimplens, tenetur ad damna, & intereſſe, quorum loco ſuccedit, id quod fuiſſet perceptum ex implemento promiſſo, *l. ſi mandauero, §. ſicut, & l. ſi quis alicui, ff. mandati*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.920. num.26. & 27. & diſcept.932. num.34.* cum alijs per Bich. *deciſ.618. num.9.* vbi in terminis inueſtimenti promiſſi, vt loco illius veniant fructus, qui ex inueſtimento fuiſſent percepti, Rot. *part.16. recent. deciſ.92.* vbi quòd licèt mandatum de ſui natura debeat eſſe gratuitum, admittit tamen remunerationem oblatam, vel conuentam, atque indemnitatem ad expenſas, damna, & intereſſe, 34

etiam

Digitized by Google

etiam pecuniæ traiectitiæ, & lucri ceſſantis, & mandatarius etiam, vel procurator tenetur non ſolum de geſtis, ſed de neglectis, & leuiſſima culpa, per textum *in l. à procuratore* 13. *C. mandati*, vbi notant gloſ. & Baldus, vide *in §. Procurator num.*14. *&* 16.

35 De natura, cauſis, & effectibus mandati, quid ſit mandatum, de vaſtitate huius contractus, quot, & quales actiones ex eo competant, qualiter ſit implendum in forma ſpecifica, ad quid ſibi inuicem teneantur mandantes, & mandatarij, an, & quando mandatum poſſit reuocari, quomodo finiatur, & alia plura ad rem, latè Petr. de Onnate *de contract. tom.*2. *tract.*13. *per tot. fol. mihi* 600. *& ſeqq.*

36 An autem liceat mandatario facere occultam compenſationem pro executione mandati ſibi iniuncti, præſertim quando mandans credebat fieri gratis, nec illi deerant alij, qui in ipſius gratiam gratis exequerentur; dic quòd ſi mandatum transeat in locationem, & conductionem expreſsè, vel tacitè, vt quia mandatarius ſolebat exercere pro mercede, nec creditur quòd alio modo faciat, licèt præ verecundia mercedem expreſsè non petat, & tunc ſi ei non ſoluatur debitum ſtipendium, poterit vti occulta compenſatione aduerſus mandantem; ſi verò verſemur in mandato propriè ſumpto gratis exequendo, non erit licita dicta occulta compenſatio, imò ſi quidquam fuerit occultè acceptum, debet reſtitui, vt latè ad plures caſus particulares inferendo, declarat Zamor. *tract. de compenſat. diſput.*5. *cap.*8. *per tot.* facit quod dixi *in §. Procurator num.* 16. *in fine.*

37 De mandatis maximè quoad criminalia aliqua deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Mandatum*, & de mandatis generaliter tam in ciuilibus, quàm in criminalibus plura indicant Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Mandatum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.*83. *&c.* Valer. *de diff. vtriuſque fori, verb. Mandatum per tot.*

§. MANVTENTIO. VI.

1 MAnutenere ſignificat rem in eodem ſtatu manentem tenere, & ideò qui ad hoc tenetur non poteſt cogi ad faciendum de nouo re prima caſu deſtructa, ſed tantum ad reficiendum, cùm ædictum de manutenendo ſit retinendæ, non adipiſcendæ, nec reſtituendæ poſſeſſionis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 84. *num.*22. *&c.* Tuſch. *littera M. concluſ.*78.

Quid ſit mandatum de manutenendo, & quibus concedendum, vel non, Tuſch. *littera M. concluſ.*69. *per tot. & concluſ.*79. Ricc. *in multis Collect. prout in repertorio verb. Manutentio*, plenè Poſt. *tract. de manutent. per tot.* Ridolphin. *in prax. part.*2. *cap.*12. *per tot.* vbi etiam ponit formulam actorum iuxta Romanæ Curiæ praxim; Et quòd requirat citationem partis aliàs decretum ſit nullum, & quid ſi fuerit intimatum, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*457.

2 Manutentio in ſummariſſimo poſſeſſorio conceditur poſſidenti ad euitanda ſcandala, & rixas etiam pro iuribus incorporalibus, vt aquæ ducendæ, aut diuertendæ, tendit tantùm ad præparandum poſſeſſorium ordinarium, & ad cognoſcendum quis debeat eſſe reus, vel actor, ideòque non ſolùm attenditur vera poſſeſſio, ſed etiam ſimplex detentatio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, cùm tueatur tantùm præſentem ſtatum, nec admittat exceptiones altiorem indaginem requirentes, latè Altograd. *conſ.*97. *num.*1. *&c. lib.*2. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*46. *per tot.* Ridolphin. *d. cap.*12. *num.*88. *& ſeqq. per tot.* Boccac. *de interdict. vti poſſidetis per tot.* Menoch. *de retinen. remed. vlt. per tot.* vide *in §. Turbatio poſſ. num.*2. latè Sanfelic. *deciſ.*340. *cum Addit. per tot.* vbi plura notabilia de hoc ſummariſſimo remedio, vt nullas admittat exceptiones, etiam doli, nec nullitatis, etiam citationis partis, quæ præcauere debeat inſiſtens in hoc remedio, & alia de eius priuilegijs.

An in iudicio manutentionis admittatur exceptio de poſſeſſione tertij, vide *in §. Exceptio num.*

Quòd in hoc iudicio non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, inferendo ad plures, ſed reijciantur in petitorium, Ridolphin. *d. cap.*12. *num.*246. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.*340. *cum Addit.*

Qualiter non obediens mandato de manutenendo poſſit, & debeat declarari excommunicatus donec adimpleat, idem Ridolphin. *loc. cit. num.*260. *&c.* Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*220.

De manutentione penſionarij in exactione penſionis plura Carol. Marant. *contr. part.*4. *reſponſ.*68. *per tot.* & dixi *in §. Penſio num.*8. *& §. Quaſi poſſeſſio.*

Manutentio in ſummariſſimo poſſeſſorio, vt ſit conce- 3
denda, debent duo extrema probari, primum poſſeſſio, vel quaſi, vel detentio de tempore motæ litis, vel paulò antè ex parte petentis manutentionem, ſecundum turbatio, ſiue inquietatio ex parte aduerſarij, pro quo ſufficit etiam ſolus timor turbationis, de qua dicitur conſtare per quamcumque moleſtiam, & impedimentum, vel contradictionem iudicialem, Altograd. *d. conſ.*97. *num.*10. *&c.* Vrceol. *d. cap.*46. latè Ridolphin. *dict. cap.*12. *num.*100. *& ſeqq. & num.*99. vbi etiam qualiter petens manuteneri debeat citare partem aduerſam, cùm manutentio non niſi cauſa cognita concedatur.

Et quando non ſit neceſſaria citatio partis, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*340.

Quando, & ex quibus actibus ſit concedendum mandatum de manutenendo, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*113. *cap.*310. *cap.*402. *per tot.* ac alibi ſæpè, vide *in §. Poſſeſſio num.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*191. *num.*12. vbi quod datur ex vnico actu, Sanfelic. *deciſ.*340. *cum Addit.* Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*182.

Quòd vnicus teſtis ſufficiens ad effectum obtinendæ manutentionis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*26. *num.*3.

Quòd concedatur conſtito de poſſeſſione tempore litis motæ, vel etiam de anteriori, quæ præſumitur continuata alio non apparente, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 431. *in princ. cap.*910. *num.*1. *cap.*911. *num.*3. Rota *part.*10. *recent. deciſ.*243. vbi qualiter ſit concedenda emphyteutæ, quotieſcumque caducitas à domino directo prætenſa non eſt adeò clara, vt de illa dubitari non poſſit, *infra num.*10. *in fine.*

Conceditur tamen ad limites tantùm poſſeſſionis, & non vltra, & non poſſidenti non competit, Altograd. *conſ.*97. *num.*106. *&c. lib.*2. latè Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 169. *per tot. infra num. ſeqq.* Ridolphin. *d. cap.*12. *num.* 149. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*264. *num.*1.

Quòd pro ciuili poſſeſſione animo retenta, ſit danda manutentio, & poſſit peti reſtitutio, & reintegratio naturalis poſſeſſionis ab alio occupatæ, Menoch. *de retin. remed.*3. *num.*22. *& ſeqq.* benè Gait. inter deciſiones Sanfelic. *deciſ.* 397. *num.*20. *& ſeqq.*

An ſit concedenda, vel deneganda propter poſſeſſionem iure familiaritatis, latè Gratian. *diſcept.*450. *per tot.* vide *in §. Vxor num.*

De manutentione in ſeruitute viæ, vel itineris, idem Gratian. *cap.*681. *per tot.*

De manutentione in ſeruitute aquæ ducendæ, Merlin. *deciſ.*742. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.*270.

Manutentio quando cauſa eſt vniuerſalis datur in totum, licèt non probetur exercitium vel quaſi poſſeſſio rei particularis, vt in Abbate exiſtente in quaſi poſſeſſione deputandi Capellanos in aliqua Eccleſia, probata generali quaſi poſſeſſione reſpectu aliarum Eccleſiarum, reſoluit Rota *in Eugubina beneficij* 1. *Martij* 1619. *coram Buratt.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.*2. *deciſ.*44. *num.*1. *&* 2. vbi allegatur Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 17. *num.*2. *&c.* Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*45. *num.*5. *&c.* vbi qualiter penſionarius ſit manutenendus in exactione penſionis, etiam ſi partem tantùm exegerit, & alia plura, ex quibus dicatur quaſi poſſeſſio exigendi iuſtificata, *& part.*12. *deciſ.*113. *per tot.* Fontanel. *deciſ.*327. vbi an ex actibus particularibus detur manutentio in vniuerſum, vel tantùm ad limites poſſeſſionis, & Poſt. *tract. de manut. obſeru.*73.

Quòd manutentio detur etiam ſucceſſori in beneficio ex poſſeſſione prædeceſſoris, licèt ipſe ſucceſſor numquam poſſiderit, quando agitur nomine Eccleſiæ de iure reali ipſi Eccleſiæ annexo, Sperel. *deciſ.*96. *num.*14. *& ſeqq. per tot.* Ridolphin. *in prax. part.*2. *cap.*12. *num.*187. *& ſeqq.* Rota *part.*9. *recent. deciſ.*155. *n.*1. vbi de penſionario, vide *part.* 12. *deciſ.*96. *num.*19. *& ſeqq.*

Quòd detur reſignanti beneficium aduerſus reſignatarium, non obſtante reſignatione, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*90. *num.*9. *& ſeqq. per tot.* vide *in §. Reſignatio num.* 8. *&c.*

5 Manutentio datur poſſeſſori anteriori, etiam ſi habeat tantum inſtrumentalem poſſeſſionem, alio tamen non poſſidente, & poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, etiam ſi capta fuerit auctoritate iudicis non ritè tamen procedentis, Caualer. *deciſ. 2. per tot.* Merlin. *deciſ.3. & deciſ.9. & deciſ.14. & 43. 64. 121. 207.* & alibi ſæpè Ridolphin. *in prax. part.2. cap.12. num.118. & ſeqq. & num.155. & ſeqq. ad 166.* vbi plura de poſſeſſore anteriori manutenendo, quod tamen octo modis limitat, vide *in §. Poſſeſſio num. 9.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 45. per tot,* vbi plura de manutenſione contra factum iudicis iniuſtè emanatum, *& deciſ.76. num.1. & ſeqq. dict. part. 9. & part. 10. deciſ. 319. per tot. & deciſ.352. per tot. part.11. deciſ.56.* & alibi ſæpè, & præcipuè *dict. part.11. deciſ.174. num.19.* vbi optimè declarat, quando hoc remedium nimis facilè vſurpatum contra factum iudicis procedat, vel non, nempè ſi de facto, & vti priuatus proceſſerit, ſecus ſi iudicialiter, eſto quòd errore captus iniuſtè, vel nulliter iudicauerit, quibus caſibus ſuppetunt alia remedia iuris, abſque eo, quòd iudiciorum ordo confundatur, *& part.12. deciſ.166. num.5. & ſeqq. & part.13. deciſ.432. per tot. & deciſ.506. num.2. &c. part.14. deciſ. 55. num.5. &c. & deciſ.60. per tot. & deciſ. 270. num.1.* vbi quòd debet conſtare de notoria iniuſtitia, vel nullitate, vt contra factum iudicis detur reintegratio parti, vide *in §. Index num. 72.* Rot. *part. 18. deciſ. 292.* vbi conceditur manutentio contra factum iudicis, & ibidem *deciſ. 293. & deciſ. 380.*

Quòd ſit danda manutentio exiſtenti in poſſeſſione auctoritate iudicis, etiam non docto de expulſione aduerſariorum, & poſſeſſio poſterior non ſit attendenda, poſſitque poſſeſſor ex vi ſuæ ciuilis recuperare naturalem, Ludouiſ. *deciſ.203.*

Quòd alio poſſidente, poſſeſſio inſtrumentalis non ſit manutenibilis, idem Caualer. *deciſ.14. num.1.* Ridolphin. *loc. cit. num. 121. &c.* vbi intelligit niſi probetur anterior, & quòd in dubio iſta inſtrumentalis præſumitur capta nemine poſſidente, niſi contrarium probetur, & inter plures inſtrumentales præfertur illa, quæ horam continet, vel punctum, & alia, Rot. *part.10. recent. deciſ. 34. num.1. &c. deciſ.88. per tot.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 268. num. 9. & ſeqq.* vbi quòd ad impediendam inſtrumentalem ſufficit etiam nuda detentio penes alium, licèt attentata, niſi ſit omninò nulla, & infecta, & poteſt dari de poſſeſſione tertij, intelligendo, quando inſtrumentalis capta ſit propria auctoritate, ſecus ſi auctoritate iudicis, quæ priuat alium poſſeſſione, etiam ſine eiectione.

6 Manutentio in exactione ſalarij, & mercedis, an & quando competat operarijs, & ſimilibus perſonis conductis ad aliquid faciendum, pulchrè Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.95. per tot.* à quo tamen diſſentit Pacion. *de locat. & conduct. cap.43.* quatenus dicit manutentionem dari pro mercede operarum, ſeu ſeruitutis, & obſequiorum, quia quando iura incorporalia, prout iura exigendi, non fundantur in corpore, non datur eorum quaſi poſſeſſio, & ideò nullum poſſeſſorium iudicium concedi poteſt pro annuis præſtationibus perſonalibus; pro alijs verò non merè perſonalibus, ſed occaſione certæ rei, prout in iure exigendi penſiones domus, & huiuſmodi, rectè quaſi poſſeſſionem, & manutentionem dari cum declarationibus ibidem adductis, prout etiam dari pro præſtationibus annuis perſonalibus, quando eſſent perpetuæ, ſeu ad vitam.

7 Manutentio datur domino, & creditori cenſua per exactione fructuum, etiam pendente lite ſuper illius nullitate, vel poſt latam ſententiam, à qua fuerit appellatum, etiam pendente cauſa reſtitutionis in integrum poſt latas ſententias in petitorio ſuper nullitate, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.796. num.39. &c. cap.853. num.16. &c. cap. 871. num.14. cap.921. num.4. &c. cap.948. num.10. &c. cap.981. num.29. &c.* Buratt. *deciſ.60.* Gregor. *deciſ.313.* Bich. *deciſ.585. per tot.* Ridolphin. *in prax. part.2. cap. 12. num. 195. cum pluribus antecedentibus, & ſeqq.* vbi de pluribus alijs, quibus competit manutentio in ſua poſſeſſione, vel quaſi, & idem eſſe in ſimilibus exactionibus, Rota *part.9. recent. deciſ. 339. per tot.* Martha *vot. Piſan. 243. num.7. &c.* vbi quòd datur manutentio domino cenſus, etiam ſtante vnica ſolutione facta metu mandati executiui, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.313.* vide *in §. Quaſi poſſeſſo*, Pacion. *de locat. cap. 43. per tot.* vbi plura de manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi mercedes rei locatæ, & huiuſmodi, Rot. *part.18. recent. deciſ 403.* vbi de manutentione in exactione cenſus, etiam contra ſucceſſorem in re obligata, cùm ius metiendum ſit ex parte poſſeſſoris, cuius conditio non mutatur ex mutatione debitoris, &c. *& deciſ.582. dict. part.18.* vbi quòd talis manutentio datur contra quoſcumque poſſeſſores, ac etiam hæredes beneficiatos tamquam poſſeſſores, ad quos tranſeunt bona cum cauſa, & onere ſuo; ſecus autem ſi non poſſideant, *deciſ.785. d. part.18.*

Manutentio datur potius habenti poſſeſſionem cum titulo, quam ei, qui ſolæ nititur poſſeſſioni, quando ſumus in dubio, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.870. num.32. cap.910. num.4. &c.* Altograd. *conſ.74. num.38. & 39. lib.2.* Rota *part. 10. recent. deciſ.88. num.5. &c.* vide latè Ridolphin. *in prax. part.2. cap.12. num.166. & ſeqq.* vbi pluribus modis declarat, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.60. num.2. vol.1.* vbi quòd tunc demum prodeſt titulus quando æqualitas reperitur in poſſeſſione, aliàs præfertur ille, qui in actuali anteriori eſt poſſeſſione, titulo non attento, *& deciſ.292. d. vol. 5.* vide Sanfelic. *deciſ.340.* cum Addit. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.323. & deciſ.412.* 8

Et quamuis in iudicio manutentionis non admittantur reſpicientia petitorium, tamen fallit quando deducuntur ad colorandum poſſeſſorium, & tunc attenduntur, non vt cauſa dominij decidatur, ſed vt poſſeſſio ex dominio magis iuſtificetur, & cæteris paribus obtineat, qui habet potiora iura in proprietate non ex naturali, ſed ex accidentali cauſa, quia vbi conſtat de bono iure in petitorio, illud abſorbet poſſeſſorium, & is obtinet, qui obtineret in petitorio, vt benè probat Altograd. *conſ.97. num.19. & ſeqq. lib.2.*

An detur manutentio, quando poſſeſſio pendet à titulo, ante ipſius tituli cognitionem, vel prius debeat conſtare de titulo, Addit. ad Gregor. *deciſ.283. num.8.* Rot. *part.9. recent. deciſ.339. num.21. & ſeqq.*

Ceſſat autem manutentio ſtante petitorio notoriè nullo, & non tribuente aliquod ius, & quòd dicitur de prædone manutenendo, & reſtituendo, limitatur vbi talis ex eiſdem actis appareret, quia tunc non eſſet manutenendus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.899. num.10.20. &c.* vide *in §. Spolium num.* Ridolphin. *in prax. part.2. cap.12. num. 236. & 137.* Sanfelic. *deciſ.340. cum addit.* vbi plura de ſola poſſeſſione, vel quaſi facti attendenda.

Quòd prædo ſit manutenendus, intellige quando contendit cum tertio non poſſidente, ſecus ſi contendat cum vero domino, aut vero poſſeſſore, Poſt. *de manutent. obſeruat.42. num. 169. &c.* Altograd. *conſ. 97. num. 124.*

Quòd de ſtylo Rotæ detur manutentio ſpoliatori, donec cauſa fuerit per tres conformes terminata, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.269. in fine*, cum alijs per Vrceol. *conſult. forenſ. cap.46. num.32. & 33.* Ridolphin. *dict. cap.12. num. 135. &c.*

Quòd poſſeſſorium abſorbeatur quotieſcumque actor patitur diſputari de petitorio, cùm dominium ſit ſuffocatiuum omnium aliorum iurium minoris potentiæ, vt eſt poſſeſſorium, Magon. *deciſ. Lucenſ. 31. num. 37. & ſeqq.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.167. num.10. & deciſ.269. num. 5.*

Et quando pars aduerſa patitur fieri probationes circa merita petitorij, poteſt iudex pronunciare etiam in petitorio, ita vt non ſufficiat ſemel proteſtari, ſed ſint repetendæ proteſtationes in quolibet actu, aliàs in iudicialibus videtur ab illis receſſum, Altograd. *conſ.97. num.35. &c. lib. 2.*

Qualiter exceptio rei iudicatæ in negotio principali impediat mandatum de manutenendo, Ricc. *Collect.3676.*

Quòd vbi clarè conſtat de titulo aduerſarij incontinenti per confeſſionem partis, aut rem iudicatam, aut publicum inſtrumentum denegetur manutentio poſſeſſori, ſecus ſi per teſtes, vel alio modo, Rot. *part. 20. recent. deciſ. 333. num.20. &c.*

Manutentio in poſſeſſorio ſummariſſimo datur, etiam pendente iudicio, & lite in poſſeſſorio ordinario, etiam quòd ſimus in cauſa appellationis, Seraph. *deciſ.255. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.569. num.34. &c.* dict. *in reſol. cap.92. num.33. & 34.* vide latè Ridolphin. *in prax. part.* 9

Digitized by Google

part.2.cap.12.num.277. & ſeqq. Rot.part.10.recent. deciſ. 220.num.11.&c.par.12. deciſ.115.num.10.&c. vbi idem in gradu reſtitutionis in integrum.

Sententia tamen lata in hoc iudicio ſummariſſimo manutentionis, tamquam interlocutoria momentaneum tantùm affert præiudicium, quod poteſt reparari in iudicio retinendæ poſſeſſionis ordinario, & non priuat poſſidentem ſua poſſeſſione ciuili, Altograd.conſ.74.num.7.& num. 49. lib.2.

Quod manutentio non admittat appellationem ſuſpenſiuam, Sperel. deciſ.86. latè Ridolphin. d.cap.12. num.270. & ſeqq. ad 281.

Quid ſi ſententia, vel decretum contineret mixturam, Vrceol. Conſult. forenſ. cap.30. num.14.&c. per tot. vbi inſerit pulchrum reſponſum D. Fabritij Pontiroli in hac materia.

Quòd non admittat appellationem, & poſſit reuocari, quandocumque melius conſtiterit de poſſeſſione, & alteri concedi, ita vt hodie vni, cras alteri concedi poſſit manutentio, prout melius quiſque ſuam poſſeſſionem probauerit, latè Vrceol. Conſult. forenſ. in cap.46. per tot. vbi etiam quod non eſt neceſſaria explicita reſeruatio iurium in poſſeſſorio ordinario, ſed ſufficit implicita per conceſſionem manutentionis, & præcepti de non turbando, adde Ridolphin. in prax. part. 2. cap.12. num. 263. & ſeqq.

10 Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione de mandato iudicis, niſi mandatum eſſet notoriè nullum, & iniuſtum, Rot. part.10.recent. deciſ.67. deciſ.109. deciſ.116. & part. 12. deciſ. 166. num.1. & ſeqq. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.926.per tot.cap.950.num.30. &c. vide in reſolut. cap.8. num.27.&c. Merlin. deciſ.121.& 175. Rot.part.17.recent. deciſ.182.

Quòd concedatur aduerſus factum iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, dummodò quis non habuerit ſe pro ſpoliato, Ridolphin. in prax. part.2.cap.12.num.150. Merlin. deciſ.221.& 175. Rot. part.9.recent. deciſ.45. per tot.& deciſ.143.num.1.&c. part.13. deciſ.148. Rot. part.18. recent. deciſ.296.& 319.

Item datur habenti aſſiſtentiam iuris, etiam non docto de poſſeſſione, niſi alius poſſideat, Merlin. deciſ.544. num. 5. Rot. part.9. recent. deciſ.195. Gratian. cap.870. num.8. cap.871.& 898.num.18. Duran. deciſ.320.num.3. Chriſtin. deciſ.346. vol.1. Ricc. Collect.4170. vide Ridolph. in prax. part.12.num.143.& ſeqq.

Non autem datur contra eum, qui eſt fundatus in iure communi, niſi petens probet titulum, vide Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.68. num.6. vol.1.

Quòd non detur poſſidenti, contra quem militat communis iuris præſumptio vehemens, ac publicæ auctoritati fauens, niſi doceat etiam de titulo, Capyc. deciſ. 189. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.291. num.7. vol.1. Ludouiſ. deciſ.370.

Quòd detur habenti aſſiſtentiam iuris, etiam non probata poſſeſſione, procedit in iuriſdictionalibus tantum, ſecus in alijs materijs, Merlin. deciſ.19. num.1.&c.

Item datur non in poſſeſſione vxoris, vel ſibi reſtituitur pendente lite ſuper validitate matrimonij, Gratian. cap.851. num.5.& per tot. vide in §. Maritus num.1.

Item conceditur proprietario aduerſus hæredes vſufructuarij, & quoslibet tertios poſſeſſores finito vſufructu, propter ciuilem poſſeſſionem, quam ſemper penes ſe retinuit idem proprietarius, latè Rot. part.9. recent. deciſ.120. 173. & 313. Gratian. cap.779. Merlin. deciſ.425. & deciſ.679. Ridolphin. in prax. part.2. cap.12. num.127. & ſeqq. vbi qualiter detur cuicumque ciuiliter tantùm (hoc eſt animo) poſſidenti contra turbantem in naturali poſſeſſione, ac pro illa recuperanda, & Merlin. deciſ. 151. Peregrin. deciſ.127. vbi non obſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione in hæredes, quia intelligitur de continuabili.

Intelligendo tamen quando conſtat de iuribus claris ipſius proprietarij, & quando nulla poteſt competere retento hæredibus vſufructuarij, aliàs ſecus, idem Gratian. cap. 899. num.7. &c. Poſt. de manut. obſeruat.16. num.42 & ſeqq. dixi in reſolut. cap.8. num.40. &c. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.22. num.46. & ſeqq. Franc. Marc. deciſ. 867. num.3. part. 1. Rot. part. 9. recent. deciſ.172. num. 22.&c.

Datur etiam manutentio domino directo in re emphyteutica ratione poſſeſſionis ciuilis, quæ penes eum remanſit, quando eſt finita emphyteuſis, & deuolutio eſt omninò clara, ſecus autem ſi poſſit aliquo modo excuſari, nam tunc potius datur ipſi Emphyteutæ, pro quo Rot. part.10. recent. deciſ.29. per tot.& 243.& part.11. deciſ.13. num.7. & ſeqq. per tot. Bich. deciſ.402.num.1. Rot.part.16. recent. deciſ.255.num.1.& ſeqq. vide in §. Dominus num.14. in addit.

Quòd dominus directus finita linea emphyteutæ non ſit manutenendus, ſi renouationem promiſit, niſi velit pro ſe retinere, quid ſtante aliqua declaratione facta de renouando, & alia, Rot. apud Poſt. de manut. deciſ.111. & part.11. recent. deciſ.17. per tot. vide in §. Emphyteuſis num.13. Martha vot.Piſ.244. vbi pro domino directo, & Bich. deciſ. 402. Rot. part.18.recent. deciſ.395.per tot. vbi fuit conceſſa manutentio Eccleſiæ ſtante deuolutione emphyteuſis ob tertiam generationem finitam, non obſtante noua conceſſione ab alio obtenta à prima longè diuerſa, & deciſ. 396. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata præcedens deciſio, & ſimul declarata deuolutio.

Qualiter manutentio detur etiam debitori poſtquam creditor immiſſus ex Saluiano de ſuo credito fuerit ſatisfactus, Rot. part.18. recent. deciſ.502. num. 5. dixi in §. Creditor num.29. & ſeqq. & num.69. & in §. Immiſſio num. 10. Rot. part.19. recent. deciſ.334. per tot.

Manutentio non datur ex poſſeſſione, quæ dedit cauſam liti, Gregor. deciſ.4. num.2. deciſ.569. num.4. Rot. part. 2. recent. deciſ.30.num.1. Duran. deciſ.349. num.1. & deciſ. 330.num.   Altograd. conſ.97. num.119.lib.2. Ricc.Collect.3913. vbi infert ad pluta, Rot.part.10. recent. deciſ.78. num.16.& deciſ.252.num.9.part.13. deciſ.96. num.17. Bich. deciſ.648. num.29. 11

Item non datur ſtante manifeſta poſſeſſione contra ius, Gratian. diſceptat. forenſ. cap.801. num.27. cap.870. num. 15. &c. Merlin. deciſ.106. num.3. &c. Rot. part.10. recent. deciſ.295. num.14. &c. vbi ſecus in dubio.

Licèt enim ſufficiat ſola detentatio ad obtinendam manutentionem, debet intelligi quando procedit ex iuſta cauſa, aliàs ſecus, Cancer. var. reſol.part.1.cap.1.in reſponſo iuris num.107.& num.137. Vrceol. in Append. ad cap.10. & 11. in fine vol.2.

Quid ſi bona ſint affecta vitio ſpolij, Rot. par.14. recent. deciſ.60. num.9.& ſeqq.

Item non datur illi, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, Gratian. cap.700. num.61. vide in §. Remedium num.

Item non datur aduerſus illum, qui reperitur in poſſeſſione mandato iudicis, quamuis per alium iudicem reuocetur ſententia, niſi fuerit notoriè nulla, Gratian. diſcept. forenſ. cap.912. num.51.&c. vide in §. Remedium num.   & in reſolut. cap.8. num.7. &c. ſupra num 10.

Plures alios caſus vſque ad 18. in quibus non datur manutentio, vide per Ridolphin. in prax. part.2. cap.12. num. 208.& ſeqq. ad 246.

Manutentio non datur in facultatiuis, ſed tamen vbi quis ſcientibus, & patientibus aduerſarijs per plures annos acquiſiuerit ſtatum conſiderabilem, etiam in facultatiuis daretur manutentio, & reſtitutio, maximè ceſſante fraude, & malitia, Caualer. deciſ.286.num.1.& 6. & deciſ.418.n.9.& 10. vbi ſimpliciter in facultatiuis non detur manutentio, vide latè Rot. part.11. recent. deciſ.186. per tot. vbi quod ex actibus voluntarijs, & facultatiuis quaſi poſſeſſio manutenibilis non acquiritur, & quando actus dicantur voluntarij, ſiue facultatiui, vel potius ex iure, & obligatione prouenientes, optimè declarat, & eſt repetita in Append. d. part.11. deciſ.380. benè Sanfelic. deciſ.340. num. 44.& ſeqq. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ.162. num.16. dixi in §. Facultas num.15. 12

Manutentio dum ſuper aliqua re fuit alicui conceſſa, & pars aduerſa interim ad euitandam executionem mandati, illam rem in alium tranſtulit, poteſt, & debet exequi contra acquirentem eodem modo, ac ſi alienatio ſequuta non eſſet, cùm res litigioſa tranſeat cum ſuo vitio, Gratian. diſcept. forenſ. cap.502. num.36. Rot. part.5. recent. dec.392. num.39.& part.12. deciſ.81. per tot. vide in §. Alienatio num.   & §. Res num. 13

Manutentio quando pendet à negotio principali, vel ab aliquo antecedente, non poteſt concedi, niſi prius cognitum fuerit de negotio principali, veluti ſi petatur manuten- 14

Digitized by Google

tio in poſſeſſione ſepulturæ non eſt danda, vbi non conſtat de aliqua ſepultura, & idem in ſimilibus, vt benè declarat Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*283. *&* 350. Lancellott. *de attent. part.*3. *cap.*24. *quæſt.*19.

Manutentio an detur ex ſola iuris communis aſſiſtentia, latè Mareſcot. *var. reſol. lib.*1. *cap.*11. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*312. vbi quod in mate ia iuriſdictionali ſufficit ſola iuris aſſiſtentia pro manutentione; niſi eſſet turbida; nam tunc requiruntur etiam aliqui actus poſſeſſorij, vel niſi alius eſſet in poſſeſſione, quia tunc datur potius poſſidenti, quàm habenti iuris aſſiſtentiam; extra verò materiam iuriſdictionalem non datur manutentio propter iuris aſſiſtentiam, niſi probata poſſeſſione, facit quod dixi *in* §. *Decima*, *&* §. *Epiſcopus*, Rota *part.*18. *recent. deciſ.*219. vbi plura de manutentione concedenda Parocho in exactione decimarum ex iuris aſſiſtentia, & quaſi poſſeſſione probata, *& deciſ.*575. vbi quando detur alteri contra Parochum.

16 Manutentio eſt concedenda poſſeſſori conſtito de eius poſſeſſione per confeſſionem aduerſarij, etiam cum qualitate iniuſtæ, & nullæ poſſeſſionis, quia huiuſmodi qualitas habet contra ſe præſumptionem iuris, & reijcitur, Ludouiſ. *deciſ.*458. *num.*3. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.*648. *num.*3. de quo plures alios allegaui *in* §. *Confeſſio num.*61 *in fine*, *& in* §. *Poſſeſſio num.*27. *in fine*.

17 Manutentio eſt concedenda, etiam pendente iudicio reſtitutionis in integrum, niſi executio iam eſſet cœpta, & cœpta dicitur quando fuerunt decretæ, & relaxatæ executoriales, ſiue mandatum poſt ſententiam, non enim ſufficit eſſe relaxatum mandatum in ipſa ſententia, quia aliàs ſemper poſſet impediri reſtitutio in integrum, vt benè probat Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.*458. *num.*10. vide *in* §. *Reſtitutio num.*5. §. *Executio num.*16. *&* §. *Nullitas num.*27. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.*785. *num.*15. *& ſeqq.* vbi an, & quando detur, vel non manutentio in gradu reſtitutionis in integrum.

18 Manutentionem petens, & quatenus opus ſit reintegrari ad poſſeſſionem, non videtur habere ſe pro ſpoliato, & alia plura notabilia quando quis intelligatur ſe habuiſſe pro ſpoliato, vel non, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*555. *per tot.*

Petens verò immiſſionem fatetur ſe non poſſidere, ſed aduerſarium, Ludouiſ. *deciſ.*46. *num.*3. *&* 4. Duran. *deciſ.*269. *num.*17. Burat. *deciſ.*160. *num.*4. *&* 5. Bich. *deciſ.* 579. *num.*6.

19 Manutentio danda eſt poſſeſſori, licèt contractus prætendatur reſolutus, quia ex reſolutione contractus pernecesse non reſultat poſſeſſionis reſolutio, & donec de reſolutione cognoſcatur, manutenendus eſt poſſeſſor, *l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff. de acquir. poſſ.* Lanat. *conſ.*14. *num.*12. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 313. *num.*1. *&* 6. cum alijs per Bich. *deciſ.*579. *num.*3. *& ſeqq.*

20 Manutentio licèt regulariter in bonis hæreditarijs non detur hæredi, qui numquam poſſedit, quia poſſeſſio defuncti non tranſit ad hæredem, niſi apprehendatur, vt dixi *in* §. *Poſſeſſio num.*18. Datur tamen hæredi litem proſequendo à defuncto intentatam, prout danda fuiſſet ipſi defuncto ſi vixiſſet, quia in hæredem lis, & inſtantia continuatur, per text. *in l. heres abſens* 19. *ff. de iudic.* Menoch. *de retinen. remed.*3. *num.*6. Mareſcott. *var. reſol. lib.*1. *cap.*35. *num.*9. Poſt. *de manut. obſeru.*55. *num.*45. *&* 46. cum alijs per Rot. *part.*18. *recent. deciſ.* 319. *num.*6. 7. *&* 8.

Reliqua vide *in* §. *Poſſeſſio*, *&* §. *Quaſi poſſeſſio*.

21 Manutentio in quaſi poſſeſſione ſeruitutis itineris, probato illius vſu non ſemel, & vnica vice tantùm, ſed triginta, & pluribus vicibus, eſt concedenda, etiam ſi teſtes eſſent ſingulares, cùm tendant ad eumdem finem, maximè ſi alijs coniecturis ſint adminiculati, ac etiam non probata ſcientia, & patientia aduerſarij, quando agitur de ſeruitute cauſam diſcontinuam habente, quidquid ſecus ſit in ſeruitutibus cauſam continuam habentibus; quæ ſcientia in omnem caſum probatur coniecturis ad effectum manutentionis, licèt ad effectum præſcriptionis ſit articulanda, & concludenter probanda, vnà cum vſu iure ſeruitutis, de quibus omnibus, & alijs ad rem facientibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*681. *per tot.* Poſt. *tractat. de manutent. obſeru.*10. *num.*49. *obſeru.* 198. *num.*46. *& obſeru.* 42. *num.* 30. ac ita fuit iudicatum per Excellentiſſimum D. Ioan. Baptiſtam Sanſonium iudicem Ciuitatis Piſtorij de anno 1682. & per me approbatum Florentiæ ſub die 26. Septembris dicti anni in cauſa contra Andream Dominici de Quercis.

22 Manutentio an, & quando ſit concedenda tutori pro detentione bonorum pupilli poſt finitam tutelam ratione adhuc non reddita, nec examinatis computis, plura hincinde Fontanel. *deciſ.*544. *&* 545. *per tot.* vide *in* §. *Tutela num.* 19. *cum Addit.*

23 Alia plura notabilia de manutentione, & conſeruatione poſſeſſionis in diuerſis caſibus, quam chartam tuitiuam conſeruatoriam appellat, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*32. *per tot.* vbi conuenit cum omnibus ferè *in hoc* §. *notatis*, & Cancer. *var. part.*3. *cap.*14. *per tot.*

24 De manutentione nonnulla deciſiuè habentur penes Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.*2. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Manutentio*, & plura remiſſiuè Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Manutentio*, & Com. Auguſt. Fontan. *eod. verb. Biblioth. leg. part.*5. *fol.*88. *&c.*

25 Manutentio qualiter ſit concedenda primogenito vocato in Primogenituris, quia continuatur poſſeſſio de primogenito in primogenitum abſque alia noua apprehenſione, Gomez. *ad l.* 45. *Tauri num.*101. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.*3. *cap.*12. *num.*1. *& ſeqq.* Royas *de incompatibil. par.* 4. *cap.*3. *num.*14. Chriſtophor. de Paz. *tract. de Tenuta*, Mierez. *de Maior. part.*3. *quæſt.*11. Noguerol. *allegat.*31. *num.*58. *&* 63. Caſtill. *lib.*5. *contr.*91. *n.*50. & plenè Rot. *in Romana Maioratus*, *& Primog. de Caſarinis Lunæ* 17. *Iunij* 1686. *coram Albergato Decano*, *&* 13. *Ianuarij* 1687. *coram Emerix per tot.* habentur iſtæ duæ deciſiones impreſſæ apud Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 3. *deciſ.*74. *&* 75. *per tot.*

§. MARITVS. VII.

1 MAritus eſt manutenendus in poſſeſſione vxoris ſuæ, qua non debet ſpoliari lite pendente, & è contra vxor in poſſeſſione viri, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.*3. *lib.*14. *tit.*12. *num.*141. *& ſeqq. fol.* 197. Ricc. *Collect.* 305. vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*850. *num.*5. *& per tot.* Tuſch. *littera M. concluſ.*99. *per tot.* vbi quod etiam poteſt agere petitorio, & vindicatione, Merlin. *deciſ.*400. vbi quòd non denegatur manutentio coniugibus exiſtentibus in poſſeſſione exercitij matrimonialis, mota lite à tertio de nullitate matrimonij ante pubertatem contracti.

Intellige concluſionem ſi conſtet de legitimo conſenſu, aliàs ſecus ſi poſſeſſio non ſit iuſta, Ludouiſ. *deciſ.*351. *num.* 40. *& ſeqq.* vbi alijs etiam modis declarat.

Item ſi propter nimiam ſæuitiam viri vxor aufugerit ab eo probata ſæuitia, non eſt reintegrandus maritus, etiam oblata cautione de illam non offendendo, cui non tenetur vxor credere ſtante mala in eam ſæuiendi conſuetudine, & diuturna perſeuerantia, ex qua oritur præſumptio incorrigibilitatis, Altograd. *conſ.*23. *num.*17. *&* 52. *& ſeqq. lib.*2. vbi etiam latè probat, quòd propterea amittit lucrum dotis, imò tenetur ſtatim totam dotem reſtituere, vide *in* §. *Vxor num.*7. *&c.* Tuſch. *d. concluſ.*99. *n.*4. *&c.* vbi quòd admittitur exceptio nimiæ ſæuitiæ, quæ tamquam incidens ad impediendam reſtitutionem debet ſummariè probari, & cognoſci, Merlin. *deciſ.*67. *per tot. & deciſ.*446. vbi quando ſit facienda ſeparatio thori ob ſæuitiam viri, & dotis reſtitutio, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*199. *per tot. & deciſ.*270. *per tot. & part.*18. *deciſ.*463. *per tot.* vbi plura ad excluſionem ſæuitiæ, illam reducendo ad leuem correctionem marito permiſſam, & denegando prætenſam thori ſeparatione cum cautione de non offendendo, & illam benè tractando.

Non tamen ſeparatio poteſt fieri propria authoritate coniugum, etiam in cauſis concordantium, ſed iudicio Eccleſiæ ſeruatis ſeruandis eſt facienda; ex qua ſæuitia ſit permiſſa, & alia ad hanc materiam, & praxim ſpectantia, Sperel. *deciſ.*138. *&* 139. *per tot.* vbi etiam quo in loco ſit interim vxor cuſtodienda, & Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*199. vbi ex quibus cauſis, & quomodo probatis, ſit licita ſeparatio ad effectum reſtitutionis dotis, *& deciſ.*270. in eadem cauſa, vbi ex circumſtantijs facti perpenſis fuit reuocata prima deciſio, vide *in* §. *Matrimonium num.*19. Rot. *part.*13. *deciſ.*328. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, ob odium implacabile,

re-

Digitized by Google

retenta tamen muliere in Monaſterio alenda ex fructibus dotalibus.

Quis autem ſit iudex competens in huiuſmodi cauſis poſſeſſorij ſimplicis matrimonialibus, vide Teſaur. *deciſ.* 117. vbi concludit cauſas meri poſſeſſorij ſpiritualis etiam matrimonialis coram iudice laico tractari poſſe, & Eccleſiaſticum non debere inhibere quando ſæcularis præuenit, *& deciſ.* 82. cum alijs relatis per Sperel. *deciſ. 9. num.* 1. vbi ipſe tamen ex profeſſo prout ſui moris eſt dictam doctrinam tamquam iuriſdictioni ſæculari fauentem latè impugnat, & contrariam opinionem pro viribus ſuſtinet, nempè non poſſe iudicem ſæcularem in huiuſmodi cauſis poſſeſſorij ſpiritualibus, & matrimonialibus ſe aliquo modo ingerere, quod & latiùs docuit *in deciſ.* 8. *per tot.* vide *in* §. *Iudex num.* 30. hanc partem firmat etiam Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 55. facit Ludouiſ. *deciſ.* 351. *num.* 41. *&c.* vbi quòd poſſeſſorium matrimoniale habet admixtam cauſam proprietatis.

Sed primam opinionem in poſſeſſorio meri facti diſtinguendo inter quæſtionem facti, & iuris amplectitur, licèt Eccleſiaſticus, & inſignis Epiſcopus, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 81. *&c. ad* 86. *in fine fol.* 360. *vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 161. *&c. fol.* 86. *& lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 254. *fol.* 182. vide Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 210. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 23. *&c.* dixi *in* §. *Laicus num.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 21. *num.* 5. *& ſeqq. vol.* 2. Peregrin. *deciſ.* 147. *per tot.* vbi quæ dicantur cauſæ facti, & non iuris in matrimonialibus, Noguerol. *alleg.* 23. *punct.* 3. *num.* 137. *& ſeqq.*

Quid ſint maritus, & vxor, qualiter dicantur vnum corpus, & vna caro, Tuſch. *littera M. concluſ.* 87. *&* 88. *per tot.*

An & quando poſſit inter ſe contrahere, vel non, idem Toſch. *loc. cit. concluſ.* 93. *per tot.*

2 Maritus tenetur alere vxorem, etiam extra domum ſuam, quando ob eius culpam receſſit à domo viri, vt quia fortè tenebat concubinam, & pro huiuſmodi alimentis ſunt bona tacitè obligata, ac lite pendente, debet etiam ſumptus litis ſubminiſtrare, Afflict. *deciſ.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 857. *num.* 20. *&c.* Sperel. *deciſ.* 138. *per tot.* latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 32. *& ſeqq. & tit.* 7. *quæſt.* 36. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 534. vbi cum ſuppoſito quòd dos fuerit ei ſoluta.

Quòd tenens concubinam dicatur infamis, vide *in* §. *perſona num.*

Quòd maritus teneatur alere vxorem, quando diuertit ab eo cum iuſta cauſa, ſecus autem ſi receſſerit ſine iuſta cauſa, Caualer. *deciſ.* 469. vbi quòd propterea in primo caſu frater, qui aluit ſororem nuptam repetit alimenta à marito, qui alere tenebatur, *infr. num.* 29.

An & quando maritus teneatur alere vxorem extra domum, latè Sperel. *deciſ.* 138. *num.* 22. *& ſeqq. per tot.* vbi in effectu concordat cum dicta diſtinctione, Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 26. *tit.* 4. *quæſt.* 14. *num.* 19. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 66. Leonard. Balduc. inter Conſult. Vrceol. *cap.* 89. *num.* 36. *vol.* 2.

Qualiter teneatur alere vxorem indotatam, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 94. *num.* 7. *& ſeqq.* Licèt in contrarium faciat Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 534. & Viui. *commun. opin.* 478. vide *infra num.* 29.

Quod maritus non teneatur alere vxorem, quæ dotem non ſoluit, niſi illam duxerit indotatam, & in omnem caſum teneatur ſolùm pro rata dotis receptæ, nempè de fructibus illius, maximè quando diuertit à domo viri, & illi non præſtat obſequia matrimonialia, Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 117. vbi etiam quando nec teneatur ad alimenta litis.

3 Maritus tenetur alere vxorem, licèt propter ipſius vxoris adulterium fuerit ſeparatum matrimonium, nam vxor licèt adultera non deſinit eſſe vxor, etiam poſt thori ſeparationem, & maritus tenetur caſtitatem ſeruare, aliàs compenſarentur adulteria, & poſſet cogi ipſam vxorem in conſortium admittere, non ſolum officio iudicis, ſed ad inſtantiam ipſius vxoris, Clar. §. *Adulterium num.* 17. ſequitur quoad alimenta, Duran. *deciſ.* 399. *num.* 9. facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 102. *num.* 24. *&c.* vide *in* §. *Matrimonium num.* 20. latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 218. *num.* 34. *& ſeqq. vol.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 16. *per tot.* Leoncill. *deciſ. Ferr.* 84. *per tot.* vbi plura, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 16. *lib.* 2.

Intellige dictam concluſionem de alimentis præſtandis vxori adulteræ, quando ad meliorem vitam redierit, & de commiſſo delicto pœnituerit, aliàs autem ſecus, ſi in illa vitæ turpitudine perſeuerer, Oſaſch. *deciſ.* 124. Baiard. ad Clar. *d.* §. *Adulterium num.* 113.

Quòd maritus rem habens cum vxore adultera ſcienter, non facta pœnitentia, videatur adulterium remittere, illius mores approbare, & mortaliter peccet, *cap. coniugio* 32. *quæſt.* 1. Bertach. *in ſuo Reperter. verb. Adulter num.* 3. Baiard. *num.* 115. *& ſeqq.* quod dicitur leno, & pœnam lenocinij incurrat non accuſando, niſi eſſet homo ſanctæ vitæ, qui vellet Chriſtum imitari retribuendo bonum pro malo, abſque tamen conſenſu in peccato, vide Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *reſolut.* 40. *per tot.* dixi *in* §. *Adulterium num.* 13. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 76. *num.* 105. *&c.* Leoncil. *deciſ. Ferrarien.* 84. *num.* 38. vbi quòd ſcienter cognoſcens, vel oſculans vxorem adulteram cenſetur remittere ius querelandi quoad præteritum, non quoad futurum.

Maritus poteſt correctionis gratia vxorem leuiter percutere, quæ autem dicatur leuis, vel grauis percuſſio, & qualiter teneatur de exceſſu, latè Altograd. *conſ.* 23. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in* §. *Vxor num.* 8. Rot. *in Neapolitana ſeparationis thori* 28. *Iunij* 1624. coram Buratto, penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 56. *per tot. & deciſ.* 94. *num.* 13. *quæ eſt in part.* 11. *recent. deciſ.* 35. *num.* 13. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 45. *num.* 15. *lib.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 270. *num.* 5. *& ſeqq.* Sperel. *deciſ.* 239. *per tot.* vbi propterea *num.* 10. *&c.* infert quòd non poteſt compelli ad cauendum de non percutiendo moderatè vxorem, & ad correctionem, & ſi de facto ſe obligaſſet, non teneret promiſſio tamquam contra bonos mores, nec diceretur contrauenire moderatè illam pro modo culpæ caſtigando, cùm id permittente lege facit, imò vir prudens debeat quotidiè malos vxoris mores corriggere, ne tranſeant in conſuetudinem, quæ vix poſtea tollitur, & ponit exempla, ſæuitiæ. Sed quoad cautionem contrarium probant alij citati *in* §. *Vxor num.* 8. & paſſim ſeruatur Florentiæ, facit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 463. vbi fuit prouiſum prætenſæ ſæuitiæ per cautionem de non offendendo, & benè tractando. 4

Quòd maritus poſſit carceribus mancipare vxorem, ſicut Pater filium, *l. ſi conſtante*, §. *ſi maritus*, vbi DD. *ff. ſolut. matrim. Auth. ſed nouo iure*, *C. de repud. cap. placuit* 33. *quæſt.* 2 Faber. *in* §. *Sed hoc tempore*, *Inſtit. de his qui ſui, vel alien. iur. ſunt*, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 404. *obſeruat.* 15. vide *in* §. *Pater num.* 32.

Maritus facto diuortio tenetur ſtatim dotem reſtituere, 5
nec gaudet aliqua dilatione ſtatuti, vel Legis, intelligendo quando ex eius culpa procedit, quia tunc indignus eſt nomine, & priuilegijs mariti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 106. *per tot.* Clar. §. *Adulterium num.* 12. *&* 13. Altograd. *conſ.* 23. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 2. vbi quòd facto diuortio ex culpa viri tenetur totam dotem reſtituere vxori cum augmento, & lucro dotis, vide *in* §. *Dos num.* 28. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 514. vbi quòd ſæuitia viri tribuit iuſtam cauſam ſeparationis thori, quo caſu tenetur maritus ad reſtitutionem dotis, & ex quibus arguatur dicta ſæuitia tam præterita, quàm futura.

Maritus, vel vxor non poteſt ingredi monaſterium, 6
niſi quoque alter ingrediatur, & poſſet ingreſſus à remanente in ſæculo reuocari, niſi vnus commiſerit adulterium, quia tunc cùm ille ceſſerit iuri ſuo, poteſt innocens abſque alterius delinquentis licentia ingredi, licèt alter in ſæculo remaneat, qui tamen viuente innocente religioſo facto, non poteſt aliud matrimonium contrahere, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 102. *num.* 21. *&c.* Dian. alios citans *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 73. vbi quòd requiritur, vt ambo ingrediantur, vel quod remanſurus in ſæculo votum perpetuæ continentiæ emittat, & ſit adeò ætate prouectus, vt in eo ceſſet omne periculum incontinentiæ, & quæ ætas ſufficiat ad hunc effectum, de quo refert diuerſas opiniones, *& d. part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 129. vbi probat ſufficere, quòd vxor remanſura in ſæculo voueat caſtitatem, etiam ſi iuuenis ſit, niſi vir ad Epiſcopatum promouendus ſit, quia tunc omninò eſt neceſſarius ingreſſus vxoris in religionem.

Quid autem ſi maritus ſit promouendus ad Cardinalatum, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 29. De prædictis,

Digitized by Google

& an ſi neceſſaria licentia Epiſcopi, idem Dian. *part.*10. *tr.* 12. *reſol.*56. *per tot.* Rot. *part.*19. *recent. deciſ.*59. vbi quòd poſſunt maritus, & vxor de mutuo conſenſu, & cum licentia Sedis Apoſtolicæ ingredi Religionem.

Quòd ingreſſus non poſſit profeſſionem emittere, niſi poſt annum, qui annus eſt etiam expectandus per remanentem in ſæculo antequam aliud matrimonium contrahat, prout poteſt, quando alter fuit ingreſſus religionem re integra ante matrimonium conſumatum, aliàs ſecus, idem Gratian. *cap.*591. *num.*17. *&c.* vide *in* §. *Vxor num.*5. *infra num.*12. *in* §. *Matrimonium num.*28.

An non obſtante copula violenter extorta intra bimeſtre poſſit fœmina, quæ vim paſſa eſt contradicente viro religionem intrare, an vterque ingredi debeat, vel ſufficiat conſenſus erga alterum, vel quòd maritus efficiatur Eques D. Ioannis, & alia, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 242. *&* 243.

7 Maritus quando poſſit impunè occidere adulterantem cum vxore ſua, & ipſam vxorem ſimul, & quæ requirantur, vt ſaltem excuſetur à pœna ordinaria, an poſſit hoc alijs mandare, vel alios in ſuum auxilium conuocare, an ſi adulter ſit Clericus incurrat irregularitatem, & excommunicationem, & quid in foro conſcientię, latè Cabal. *reſolut. crim. caſ.*300. *per tot.* Laurenz. Matthæu. & Sanz. *tract. de re rimin. contr.*11. *&* 12. *per tot.* Clar. §. *Homicidium, verſ. ſed quid dicendum*, Martha *vot. Piſ.*206. vbi quòd occidendo adulterum etiam ex interuallo excuſatur à pœna ordinaria, & latè Sanz. *dict. contron.* 12. *per tot.* Carol. Rota *in Florileg. verb. Adulterium num.*46. Thom. Triuiſ. *deciſ.*22. *lib.*2. vbi quòd maritus, & pater non poſſunt per alios facere, & ideò mandatarij non excuſantur, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.*3. *num.*81. *fol.*522. vbi etiam quid in patre, filio, & fratre, Anton. de Ballis *lib.*3. *caſ.*1. *num.*65. *& ſeqq.* Dian. *part.*11. *tract.*6. *reſolut.*28. vide *in* §. *Pater num.*29. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*152. *vol.* 2. *num.*8. *&* 9. Tiraquel. *de leg. connub. lib.*3. alios allegatos *in* §. *Adulterium num.*7. Ricc. *Collect.*497. *&* 2061. vbi vide, & plenè Sanfelic. *deciſ.*337. cum tribus allegationibus Aduocatorum pro defenſione mariti, & plena additione, in quibus locis plura notabilia habentur de hac materia, præcipuè mariti fauore de huiuſmodi delictis imputati, etiam ſi vxor interfecta fuerit prægnans, Farinac. *de homicid. quæſt.* 121. *part.* 2. *per tot.* vbi plura Mar. Mut. *deciſ. Sicilia* 61. *per tot.* Paul. Rub. *in Annotat. ad deciſ.* 1. *part.*9. *recent. volum.*1. vbi oſtendit nullo caſu mundi, nec illo iure licitum eſſe marito occidere vxorem adulteram, & quatenus eam repertam in flagranti ſtatim, & incontinenti occiderit eximi tantùm à pœna ordinaria homicidij, non autem ab extraordinaria (quidquid patri videatur impunè promiſſum occidere filiam, & adulterum in flagranti, ratione patriæ poteſtatis, vel potius quia lex magis confidit de pietate patris, quàm de ſæuitia mariti) ſi verò maritus ex internallo occidat vxorem adulteram, magnam eſſe inter DD. contentionem ac poſſit à pœna ordinaria excuſari, & multos pro affirmatiua allegat, licèt ipſe videatur tranſire cum negatiua, vt tunc poſſit puniri pœna ordinaria, quia tales interfectores honoris cauſa dicuntur colere Diabolum, & leges eius, facit quòd dixi *in* §. *Homicidium num.*25. Sed æquiorem, ac in ſupremis Europæ Tribunalibus acceptam eſſe opinionem pro pœna extraordinaria minori, etiam ex interuallo ſequuto homicidio, latè pluribus iuribus, & rationibus propoſitis, probat Matthæu. Sanz. *contron.*22. *per tot.* Intellige prædicta ſi ferro occidat, & non veneno, idem Sanz. *contron.* 62. *num.*45. *& ſeqq.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*2. §.4. *num.*124. *& ſeqq. fol.*207. Thor. *Compend. deciſ. Neap. part.*1. *&* 3. *ſect.* a. *verb. Occidens.*

Non etiam è contra licitum eſt vxor ocidere virum adulterum, quia nec accuſare poteſt, Ricc. *deciſ.* 147. *part.* 5. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 337. *verſ. fuit dubitatum, &c.*

Quòd ſaltem teneatur ſub pœna peccati præſtare ſpatium pœnitentiæ, & in foro conſcientiæ mortaliter peccet vtendo dicta facultate ſibi permiſſiuè tantùm à lege ciuili conceſſa, P. Manat. *Noct. Malencol. Interrogat.* 188. *fol.* 297. vbi etiam in fine notat, quòd permittitur à lege ciuili occidere tantùm adulterum, & non vxorem, quam poteſt iudici deferre, vt puniatur, Iordan. *loc. cit. in fine*, Dian. *part.*3. *tract.*4. *reſol.*223. vbi quòd maritus non poteſt tuta conſcientia interficere vxorem in adulterio deprehenſam, quicquid aliqui ſecus teneant, *& part.*11. *tract.*6. *reſol.* 28. *per tot.*

An autem maritus occidendo vxorem adulteram poſſit dotem lucrari, vide Franch. *deciſ.*678. vbi refert contrarias opiniones, & punctum non fuiſſe deciſum, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 337. *verſ. dubitant Doctores*, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Occiſio reſol.* 9. *per tot.* dixi *in* §. *Homicidium num.* 20. *& in* §. *Lucrum num.* 20.

Quòd maritus miles ex priuilegio poſſit adulterantem cum propria vxore occidere impune, per text. *in l. Marito* 24. *& l. capite* 25. *ff. ad l. Iul. de adult.* Ferret. *de re milit. tit. de milit. inſtit. num.* 140. Criſpold. *caſ. militar. verb. Adulterium*, & fuit dictum de menſe Iulij 1673. in cauſa contra Sabbatinum Pauli da Cà de Gatti, qui tamen fuit condemnatus ad confinium, vt in filcia Proceſſuum in Cancellaria DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ 638. *ſub num.* adde Caluin. *de æquit. lib.*1. *cap.*58. vbi tenet de æquitate nullam incurrere pœnam, ſi incontinenti faciat, &c.

Quòd marito volenti adulterantem occidere poſſit impunè, & ſine peccato reſiſti, etiam illum interficiendo, ſi aliter non poſſit adulter, vel vxor euadere propriam vitam, cùm maritus in hoc non dicatur miniſter iuſtitiæ, prout aliqui minus rectè exiſtimant, ſi enim talis reputaretur, non poſſit illi reſiſti, nec aliquod malum inferri, ſed tantùm fugiendo euadere, Molin. *de iuſtitia, & iure tract.* 3. *diſput.*7. Azor. *inſtit. moral. part.*3. *lib.*2. *cap.*2. *quæſt.* 8. P. Manat. *d. tract. Interrogat.*189. *fol.*198. P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.*1. *cap.*8. *num.*16. vbi refert contrarium tenentes, & benè diſtinguendo declarat, vide *in* §. *Pater num.*29.

An autem adulter occidendo maritum vt ſupra cum moderamine inculpatæ tutelæ teneatur ad aliquam reſtitutionem ex cauſa dicti homicidij, contrarias, & diuerſas opiniones refert Dian. *part.*5. *tract.*4. *reſolut.*47. vbi ipſe negatiuam ſequitur cum Leſſio *lib.*2. *cap.*9. *dub.*1. *num.*137. *&* Megal. *par.*2. *lib.*3. *cap.*1. *qu.*1. *num.*10.

8 Maritus accedens ad aliam mulierem ſolutam de iure ciuili dicitur ſtuprum, vel fornicationem committere, & non adulterium, quamuis ſecus ſit de iure canonico, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.*32. *per tot.* vide *in* §. *Adulterium num.*

9 Maritus promittens dotem, & illius augmentum reſtituere in omnem caſum tam ipſi mulieri, quàm eius hæredibus, amittit augmentum, quòd acquiritur vxori, & tranſmittitur ad ſuos hæredes, etiam illo viuente, Craner. *conſ.* 184. Addit. Pract. Pap. *libel. ad dotem vſumfruct. gloſ.* 3. *nu.* 22. *lit. L.* vide *in* §. *Augmentum num.*

10 Maritus promittens cum iuramento in omnem caſum dotem reſtituere cum renunciatione de omnibus iuris, & legum auxilijs, cenſetur renunciaſſe lucro dotis ſibi ex forma ſtatuti competenti, Roland. *de dot. quæſt.*42. Altograd. *conſ.* 32. *num.* 12. *&* 13. *& num.* 28. *lib.*2. vbi etiam quòd ſibi præiudicat promittendo totam, & integram dotem reſtituere, ſecus ſi promiſerit ſimpliciter reſtituere ſine illis verbis *totam, vel integram*, quamuis etiam illud addit s, non deſint tenentes ſibi in lucro non præiudicare, vt per Boer. *deciſ.* 244. *num.* 8. Altograd. *dict. conſ.* 32. *num.*28. Viceol. *Conſult. forenſ. cap.* 10. *num.*28. 38. *&c.* vide *in* §. *Promiſſio num.* *&* §. *Renunciatio num.*

11 Maritus paciſcens de lucranda dimidia dotis, videtur renunciare ſtatuto deferenti totam dotem, Roland. *de dot. quæſt.*102. vide *in* §. *Statutum de lucro num.*

Quod teneatur pro rata lucri dotalis concurrere ad expenſam funeris vxoris defunctæ, Ludouiſ. *deciſ.*573. *num.* 9. Altograd. *conſ.*30. *num.*36. *lib.*2. vide *in* §. *Expenſa num.* 18. Cæphal. *conſ.*625. *num.*26. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.*2. *par.*5. *num.*8. *&c.* Coſt. *de port. rat. quæſt.*73. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*231. *num.*29. *& deciſ.*438. *num.*31. *& ſeqq.* Martha *vot. Piſ.*5. *num.*12. *& ſeqq.*

Quod teneatur ſtatim ipſe maritus facere expenſas funerarias pro vxore, licèt poſtea illas in dotem computet, cùm non teneatur de proprio, Boſſ. *de dote cap.* 19. *num.* 66. *& ſeqq. fol.*714. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.*6. *gloſ.* 2. *part.*5. vbi plura qualiter maritus teneatur alere vxorem infirmam, & ad expenſas funerarias, quas tamen repetat ex dote pro rata ad alios tangente, & alia.

Ma-

12 Maritus lucratur dotem ſibi debitam vigore ſtatuti ſtatim quòd vxor ingreditur monaſterium in caſu permiſſo, vt ſupra *num.* 6. cùm habeatur pro mortua ad hunc effectum, Roland. *de dot. quaeſt.* 95. Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 92. *num.* 91.

13 Maritus, qui facultatem teſtandi de dote conceſſit vxori, ſibi debet imputare, nec poteſt illam reuocare, Roland. *de dot. quaeſt.* 41. vide latè Altograd. *conſ.* 32. *per tot. lib.* 2. Non enim ſine huiuſmodi licentia poſſet vxor teſtari in præiudicium lucri marito obuenturi poſt mortem vxoris, Roland. *de dote quaeſt.* 82. vide *in* §. *Vxor num.* & latè in meis *reſol. cap.* 77. *num.* 11. *& ſeqq.* Bardellon. *conſ.* 181. *per tot. lib.* 2. Mart. Medic. *deciſ.* 48. *num.* 10. cum Addit. Gratian. *diſcept. for. cap.* 556. *num.* 28. *& ſeqq.*

14 Maritus, cui ex forma ſtatuti, vel pacti debetur lucrum dotis cum fructibus non lucratur fructus dotis non traditæ, *l. de diuiſione*, vbi Iaſ. *ff. ſolut. matrim.*

An autem lucretur dotem promiſſam, & non ſolutam, & alia, vide *in* §. *Statutum de lucro num.*

15 Maritus legando aliquid vxori, videtur illi remittere expenſas in re dotali factas, quæ alias ipſo iure dotem minuunt, quando cum certa ſpecie fuit ſimul data pecunia, ſecùs autem ſit data tantùm ſpecies, quia illa non minuitur, ſed repetuntur expenſæ, Afflict. 359. Gratian. *diſcep. for. cap.* 824. *num.* 11. *&c.*

An poſſit repetere expenſas factas in exigendu dotem, Iaſ. *in l. arena n.* 3. *ff. de condit. indebit.*

Quòd repetat illas, quas fecit in meliorando rem dotalem, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 32. *num.* 13. Garzia *de expenſis cap.* 13. *per tot.*

16 Maritus ſi reliquerit vxori vſumfructum certæ rei donec vidua manſerit, & quòd poſt illius mortem debeatur Titiu, an ipſa vxore tranſeunte ad ſecunda vota, ſtatim Titio debeatur legatum non expectata morte, affirmare videtur Iaſ. *in l. ſi extraneus num.* 3. *ff. de condit. cauſ. dat. & in l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit.*

Contra Dec. *conſ.* 590. 536. *&* 485. Crauet. *conſ.* 187. Euerard. *loc. ab æquipollent. num.* 8. facit Alexand. *conſ.* 111. *per tot. lib.* 2. vide Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 185. *num.* 31.

17 Maritus legans vxori pro iuſtis cauſis, & alijs ſeruitijs videtur legare in compenſationem fructuum ex bonis vxoris perceptorum, & vxor debet legato eſſe contenta, ſi fructus excedant, Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 8. *&c.* Gratian. *diſcept.* 198. *num.* 11. *&c.* vide *in* §. *Legatum num.* 32. *&c.*

An in dubio maritus præſumatur percepiſſe fructus ex bonis vxoris de illius voluntate vt eos lucretur, Afflict. *d. deciſ.* 44. *num.* 8. Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 3. *quaeſt.* 4. *per tot.* vide *in* §. *Fructus num.* 12. *&c.* latè Tuſch. *lit. M. concluſ.* 97. *per tot.* vbi an, & quando, & quos fructus lucretur.

Et qualiter teneatur de rebus paraphrenalibus ipſo ſciente in domum inductis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 677. *n.* 28. vide *in* §. *Bona.*

18 Maritus legans dotem vxori nulla certa quantitate expreſſa, intelligitur ſolùm legaſſe dotem ſibi ſolutam, cùm legatum dotis contineat id, quòd originaliter continebat actio de dote, & nihil operetur, niſi in tempore, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 823. *&* 824. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 145. *per tot.* Altograd. *conſ.* 53. *num.* 5 *&* 53. *& ſeqq. lib.* 2. vbi in quibus conſiſtat vtilitas legati dotis, & quòd plus non contineat quàm actio originalis de dote, ita vt illa ſublata, ceſſet etiam actio ex teſtamento pro ipſius dotis legatu; & debet ex parte vxoris probari certa quantitas, aliàs non habet actionem, *l. ſi non deſignata C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* vbi DD. Peregrin. *deciſ.* 124. *lib. num.* 1.

Quod legans dotem vxori, ſi vxor ipſa illam promiſerat, videatur illi liberationem legare; ſi verò pater, vel alius pro illa dotem promiſerat, dicatur legare actionem contra promittentem, quando ipſe maritus dotem non exegit, vel exegiſſe non fuit confeſſus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 823. *num.* 9. *&c.* vide *in* §. *Legatum num.* 33. *&* §. *Teſtator num.* 2. *&c.*

Legatum non deberi quatenus contineat dotem non ſolutam, ſed actionem eſſe cedendam aduerſus promiſſorem, etiam ſi certa quantitas in legato fuerit expreſſa, Surd. *deciſ.* 141. *per tot.* vide *in* §. *Mulier num.*

Quòd maritus inſtituta vxore in medietate vltra dotem, & quartum dotale, cenſeatur voluiſſe vxorem vtrumque conſequi, nempè medietatem hæreditatis, & dotem à cohærede in alia medietate inſtituto, Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 460. *per tot.*

An autem legans vxori ſuæ ſub nomine appellatiuo cenſeatur legaſſe tam primæ, quàm ſecundæ ductæ poſt mortem primæ, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 122. *per tot.* vide *in* §. *Legatum num.* 33.

19 Maritus non poteſt præiudicare vxori renunciando legatum illi factum, niſi renunciatio ratificetur ab vxore ex certa ſcientia, & cum omnibus ſolemnitatibus neceſſarijs in ipſa renunciatione, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 565. *num.* 42. *&c.*

An autem poſſit vxori præiudicare per ſuam confeſſionem de dote recepta ad effectum, vt tamquam dotata excludatur à ſucceſſione ſuorum Parentum, vel aliorum vigore ſtatuti excludentis fœminas dotatas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 15. *num.* 29. *&c. cap.* 362. *num.* 2. *&c. cap.* 651. *num.* 7. *&c.* vide *in* §. *Statutum Excludens num.*

Quid in alijs puta non ſoluendo canonem rei emphyteuticæ ſibi in dotem traditæ, vel patiendo præſcribi, Menoch. *de arbitr. caſ.* 39. *num.* 21. *&c.* vbi quòd non poteſt præiudicare.

Quòd maritus poſſit acceptilatione, vel confeſſione de recepto liberare debitorem dotis conſtante matrimonio abſque interuentu vxoris, ſic etiam remiſſione, & præſcriptione quoad actionem dotis, quidquid ſecùs quoad fundum dotalem, Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *par.* 2. *num.* 63. Seraphin. *deciſ.* 569. *num.* 2. Bich. *deciſ.* 574. *num.* 5. *& ſeqq. & deciſ.* 603. *num.* 9 *& ſeqq.*

An autem, & quando maritus poſſit tranſigere de dote tam cum vxore, quàm cum dotis debitore, nouiſſimè Vrceol. *tract. de tranſact. quaeſt.* 29. *per tot.*

20 Maritus de rigore iuris ciuilis debet citari cum vxore in iudicio contra bona dotalia, de iure verò canonico ſufficit citare vxorem, penes quam reſidet dominium, & in omnem caſum omiſſio citationis mariti non reddet nullam ſententiam, ſed tantùm operatur, vt ſententia illum non citatum non afficiat, Canaler. *deciſ.* 353. *num.* 1. *&c.*

21 Maritus non poteſt ſuper fundo dotali cenſum imponere, niſi tamquam ſuper re aliena, quando huiuſmodi fundus ſibi non fuit datus æſtimatus tali æſtimatione, quæ faciat emptionem, Cenc. *de cenſ. quaeſt.* 18. *num.* 6. vide *in* §. *Fundus num.*

Quòd ſit dominus dotis, & qualiter iſtud procedat, Tuſch. *lit. M. concluſ.* 90. *per tot.*

Qualiter poſſideat bona vxoris, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 90.

22 Maritus ſecundùm multos poteſt retrouendere cenſum dotalem, ita vt debitor illi ſoluendo ſortem principalem remaneat liberatus, licèt alij etiam contrarium teneant, vndè tutius erit retrouenditionem fieri ab vtroque coniuge, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 985. *num.* 1. *etc.* Cenc. *de cenſ. quaeſt.* 109. *num.* 42. *& ſeqq.* vbi ſequitur affirmatiuam, facit Giurb. *dec.* 79. idem Cenc. *quaeſt.* 67. *num.* 24. *&c.* Rot. *par.* 18. *recen. deciſ.* 397. *num.* 12. *etc.*

Quòd maritus non poſſit alienare bona vxoris, Bich. *deciſ.* 157. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 98. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 81. *num.* 4. *etc. volum.* 3. vbi quinque modis ampliat, quæ poſſit vel non poſſit facere maritus circa bona vxoris, & è contra, latè idem Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 9. *per tot.*

23 Maritus poteſt gerere omnia negotia vxoris, etiam ſine mandato tam in bonis dotalibus, quàm extradotalibus, ſiue paraphrenalibus, Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 514. *n.* 24. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 95. Paul. Chriſtin. *ad leg. municipal. tit.* 9. *art.* 1. *num.* 13. *etc. et per tot. tit.* vbi plura de iure maritali, facit Viui. *comm. opin.* 480.

Quòd poſſit eſſe in iudicio pro vxore abſque mandato, & ſine cautione reſpectu rerum dotalium, maximè ſi pars cum eo tamquam tali iam contraxerit, quia dicitur approbatus cum qualitate procuratoris, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *num.* 4. *etc. cap.* 514. *num.* 24. *et* 25. vbi idem eſt reſpectu bonorum paraphrenalium, Ger. Spin. *conſ.* 70. *n.* 23. *etc.* facit quòd dixi *in* §. *Bona n.* 9. *et ſeqq.*

Licèt enim ſit principium affinitatis, poteſt tamquam affinis, & coniuncta perſona agere pro vxore, idem Grat. *cap.* 901. *num.* 30. *etc.*

Sita-

Digitized by Google

Si tamen maritus fuerit conſtitutus procurator in aliquibus cauſis, non poteſt in alijs agere ſine mandato, *l. maritus, C. de procurat.* Rebuff. *in prax. beneſ. par. 1. tit. de forma Vicariatus num.* 232.

Quòd poſſit proprio nomine etiam ſoluto matrimonio ratione vſusfructus ſibi debiti exigere dotem, licèt eam poſteà reddere debeat quibus eſt aſſignanda, Grat. *diſcept.* 627. *per tot.*

Quomodo autem probari poſſit maritum adminiſtraſſe bona vxoris, ita vt de illis teneatur reddere rationem in quantitate ſolita percipi, Rot. *in Bonon. pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1650. *coram Otthobono per tot.* penes Paul. Zacch. *quaſt. medic. Legal. tom.* 2. *dec.*93.

Quorum bonorum vxoris maritus ſit legitimus adminiſtrator, tam de iure communi, quàm municipali Caſtellæ, & qualiter inter eos poſſit fieri occulta compenſatio de ſibi inuicem acceptis, & vſurpatis, vel defraudatis, latè Zamoran. *tract. de compenſat. diſp.*4. *cap.*26. *per tot.*

24 Maritus tenetur ſoluere debita per vxorem contracta cauſa ſe veſtiendi, cùm veſtitus veniat ſub nomine alimentorum, ad quæ tenetur maritus iuxta ſuam conditionem, & pro illis ſicuti pro dote competit hypotheca, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*750. *num.*8. *&c.* vide *in* §. *Alimenta num.*

Quando maritus teneatur pro vxore, vel non, & è contra tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vide *tot. tit. cum gloſ. & DD. C. ne vxor pro marito, &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*17. *vol.*3.

25 Maritus ceſſans per decennium petere vſuras dotis, vel alimenta vxoris propter dotem non ſolutam, an videatur remittere, vide Iaſ. *in* §. *fuerat num.* 20. *Inſtit. de act.* Oſaſch. *deciſ.*132. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 143. *num.*16. Migon. *deciſ. Florent.* 42. *num.* 16. *deciſ.* 83. *num.*10. Gratian. *deciſ.*46. *in Addit. num.* 3. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.*25. *per tot.* vbi quatuor caſus benè diſtinguit, & declarat, Tuſch. *lit. M. concluſ.*96. *num.*20. *& ſeqq.* Rot. *part.*17. *rec. deciſ.*127. *num.*6. *& ſeqq.*

Quòd maritus ceſſans per decennium petere vſuras dotis, non videatur illas remittere, nec tacitè donare, ſiue debeantur iure actionis ex ſtipulatu, ſiue officio iudicis, ſed requiratur tempus legitimæ præſcriptionis 30. vel 40. annorum, cùm minori tempore, nec actio perſonalis, nec officium iudicis præſcribatur, niſi agatur de debito odioſo, vel lucro pœnali, & vſurario, vel poſt ſolutum matrimonium, vel niſi concurrant copulatiuè tria requiſita, *l. procula, ff. de probat.* nempè taciturnitas longi temporis, coniunctio ſanguinis, & ſæpiùs calculata ratio; quæ quidem præſumptio remiſſionis vſurarum dotis tantò magis ceſſat vbi extant liberi, quibus non eſt veriſimile patrem velle auferre, & ſocero donare, prout ex recentioribus, multis alijs additis, & obiectis ſatisfaciendo, probant Mart. Medic. *deciſ.* 60. *per tot. & Exam.*37. *per tot. cum Addit.* Altograd. *conſ.*30. *per tot. lib.* 1. qui teſtantur ſic fuiſſe à Rota Florentina deciſum, & conſtare ex libro *Mot.*72. *fol.*547. vide Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 3. *quaſt.* 8. Leotard. *de vſur. quaſt.*92. *per tot.* Ger. Spin. *conſ.*24. *num.*25. *&* 26. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.*15. *num.*52. *& ſeqq.* vbi refert diuerſas opiniones, & diſtinguit, Sperel. *deciſ.* 84. *num.*36. *&c.* vbi admittit poſt decennium, & ſequuta morte cenſeri remiſſas, ac alijs modis declarat, vide Ridolphin. *in prax. par.*3. *cap.*5. *num.* 451. *& ſeqq.* Boſſ. *de dot. cap.* 20. *num.* 70. *& ſeqq. fol.*74 r. Nogueroll. *allegat.*17. *num.*40. Rot. *par.*17. *recen. deciſ.*127. *num.*6. *& ſeqq.* vbi quòd pendet ab arbitrio iudicis ex coniecturis moderando, de quibus ibi pro non remiſſione.

Quando marito debeatur intereſſe dotis, vel non, Tuſch. *lit. M. concluſ.* 96. *per tot.* dixi *in* §. *Intereſſe num.*23. *&c.*

An recipiendo dotem videatur remittere vſuras dotales, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaſt.* 43. *per tot.* vide *in* §. *Intereſſe num.*30. Rot. *par.*17. *recent. deciſ.* 127. *num.* 17. *et ſeqq.* vbi quòd non ex pluribus rationibus.

26 Maritus pro reſtitutione dotis non tenetur vltra quàm facere poſſit, & ſic non poteſt carcerari, vel carceratus debet relaxari, ita vt nec huiuſmodi priuilegio renunciari poſſit expreſsè, vel tacitè, niſi tamen fuerit ingratus contra vxorem, quia tunc amitteret dictum priuilegium, ſecùs autem ex ſimplici ſeultia, ob quam fiat ſeparatio thori, cùm vigeat ſpes pœnitentiæ, & reuerſionis ad eumdem thorum, Rot. *in Recanaten. ſeparationis thori* 26. *Februarij* 1625. coram Pirouano penes Scanarol. *de Viſitat. Carcer. in Appendice deciſ.* 18. *per tot.*

Quòd tamen maritus diſſipans bona ammittat dictum priuilegium, Altograd. *conſ.* 95. *num.* 3. *lib.*1. latè Rot. *in Ianuen. prætenſa excarcerationis* 19. *Decembris* 1636. *coram Coccino, penes d. tract. in Appendice deciſ.* 3. *per tot.* vbi fuit tentum pro validitate carcerationis mariti ad inſtantiam vxoris vigore ſuſpicionis fugæ pro reſtitutione dotis ob ſeparationem thori ex culpa ipſius viri, vide *in* §. *Beneficium num.*

Maritus tranſiens ad ſecunda vota, tenetur reſeruare fi- 27
lijs primi matrimonij omne lucrum occaſione illius matrimonij perceptum, & in eo debet habere nudum vſumfructum vita durante, *l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* vbi gloſ. Bart. & alij, Roland. *de dot. quaſt.*86. Boer. *deciſ.* 185. Rot. *par.* 14. *recen. deciſ.* 85. *num.* 6. *et ſeqq.* vbi quòd quidquid lucratur maritus ex donatione propter nuptias, vel dote, vſufructu ſibi ſaluo, filijs illius matrimonij quoad proprietatem reſeruare tenetur, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, ſi verò ab illis abſtineat, præter vſumfructum, acquirit etiam proprietatem pro portione, & numero liberorum; de qua tamen ſi expreſsè non diſpoſuit, ſpectat in totum ad filios, nec in ea cenſetur aliquod ius quæſitum creditoribus patris, vide *in* §. *Diſpoſitio num.* 7. §. *Pater num.*43. *etc.* Rot. *d. par.*14. *deciſ.* 155. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio, etiam ſtante hypotheca generali ad fauorem creditorum &c.

Maritus, cuius bona ex diſpoſitione legis veniant hy- 28
potheca pro dote, ſi proteſtetur dùm dotem recipit nolle illa obligari, nihil agit, & idem eſt in Socero proteſtante vt ſupra, Iaſ. *in* §. *fuerat num.* 107. *etc. Inſtitut. de act.*

Maritus propter dotem ſibi promiſſam ab vxore, & non 29
ſolutam, non tenetur illam alere, imò poteſt de domo expellere, *l. fin. C. ad Vellean.* ſecùs autem ſi dos fuerit promiſſa à ſocero, qui habet priuilegium, ne damnetur vltrà id, quòd facere poſſit, vide Soccin. *reg.* 258. Boer. *dec.* 82. plenè Mart. Medic. *Exam.*7. *num.*5. *et ſeqq.* Tuſch. *litt. M. concluſ.* 94. *n.* 10. *et ſeqq. et concluſ.* 100. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*113. *num.*55. *etc. volum.* 3. Viui. *comm. opin.*478. vide ſupra *num.* 2. *in fine*.

Quòd vir, qui non conſenſit recipere vxorem indotatam, non teneatur illam alere, quando nec dotem promiſſam, nec fructus illius conſequitur, & quatenus partem receperit, teneatur tantùm pro rata, Altograd. *conſ.*76. *n.* 10. *et ſeqq. lib.* 2. Sperel. *deciſ.*138. *num.* 32. *et ſeqq.* vbi quòd qui duxit vxorem indotatam, tenetur illam alere, & ſibi debet imputare, ſecùs autem ſi dotatam, & dos promiſſa ſibi non ſoluatur, quod latiùs proſequitur ibidem *num.* 77. *et ſeqq.* vide Surd. *de aliment. tit.* 7. *quaſt.* 17. *per tot. cum pluribus quaſt. ſeqq.* Ricc. *Collect.* 3949. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 117.

Si tamen mulier, quæ viro dotem promiſit, vel ſocer, dedit id, quod potuit, non poteſt maritus illam expellere, ſed tenetur alere, ſicuti quando nulla dos fuiſſet promiſſa, Soccin. *reg.* 315. *per tot.* Sperel. *d. deciſ.* 138. *num.* 39.

Et inſpecto iure canonico, cui ſtandum eſt, non poſſit maritus ob dotem non ſolutam vxorem expellere, & ſi de facto expulerit ſit, cogendus à iudice Eccleſiaſtico ad illam deducendam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 65. *num.*21. *etc. cap.*236. *num.* 7. Sperel. *d. deciſ.*138. *num.* 10. *et ſeqq.* Mart. Medic. *d. Exam.*7. *num.*16. *etc.* Tuſch. *litt. M. concluſ.*100. *per tot.* Leotard. *de vſur. quaſt.*28. *num.*49. *etc.* Boſſ. *de dot. cap.*20. §. 1. *num.*11. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.*2. *par.* 1. *num.* 10. *etc.*

Qualiter maritus teneatur ad expenſas neceſſarias ſuæ vxoris, etiam dum ducitur ad eum, & huiuſmodi, Tuſch. *lit. M. concluſ.*94. *per tot. ſupra num.* 2.

Maritus, & vxor ſimul rem aliquam vendentes, præ- 30
ſumuntur æqualiter participare de pretio, & vxori poſteà dotem repetenti obſtat, & imputatur quidquid ratione dicti contractus percepit; cùm hodie tamen experientia doceat vxorem adhiberi, & interuenire ſolùm pro forma, & cautela emptoris, ac totum pretium peruenire ad maritum, non procedit dicta concluſio, niſi quatenus probetur verè ad vxorem perueniſſe, Bart. *conſ.*124. Boer. *deciſ.* 23. Franch. *deciſ.* 574. Afflict. *deciſ.* 209. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 498. *num.* 13. *etc. cap.* 576. *num.*34. *cap.*705. *n.* 5. *cap.*691. *num.* 22. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 88. vbi ampliat

etiam

Digitized by Google

etiam ſi ſit adhibitum iuramentum, & ſimul receperint pretium, limitat tamen niſi aliter appareat de verſione, ac vbi ſola mulier vendidit, & ſola ſe obligauit, vide *in §. Coniuges num.* 1. *§. Mulier num.* 18. *§. Pater num.* *§. Poſſeſſio num.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 98. *num.* 8. *& ſeqq. per tot. & lit. V. concluſ.* 66. *& concluſ.* 391. *per tot.* Capyc. *deciſ.* 78. *num.* 9. Viui. *comm. opin.* 483. Cacheran. *deciſ.* 44. *num.* 5. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 31. *num.* 5. *&c.* Coſta *de ratione rata quæſt.* 42. *per tot.* Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 4. Paul. Chriſtin. *dec.* 52. *vol.* 6. Rot. *par.* 10. *recen. deciſ.* 239. *num.* 8. *&c.* Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 153. *per tot.*

Idem in patre, & filio vendentibus, Bich. *deciſ.* 511. *num.* 5. *&c.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 20. *&* 21. vbi etiam ſi confiteantur dotem recepiſſe, *& quæſt.* 22. *&* 23. vbi de marito, & vxore vendentibus concludit vt ſupra, & quòd mulieris confeſſio de dicta receptione pretij non valet ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, & quando ſecus.

31 Maritus acquirens pro vxore, & ſoluens de proprijs pecunijs, prout in dubio præſumitur, niſi aliter ea primat, acquirit dominium ipſi vxori, ſed ſi vxor velit bona, tenetur reficere pretium in totum, ſi tota acquiſitio ſit facta pro ea, vel pro rata ſi nomine vtriuſque, vt benè declarat Tuſch. *lit. M. concluſ.* 92. *per tot.* vide *in §. Vxor num.* 22. *&c.* Rot. *par.* 14. *recen. deciſ.* 513. vbi quòd vir emens proprijs pecunijs, ſuo & vxoris nomine, cenſeatur nomen vxoris ſimulatè apposuiſſe, & ſibi tantùm acquirit, maximè non docto de ratificationis vxoris, quando ſtipulationi non fuit præſens, nec poſſit induci ex ſcientia, niſi ſit vera, & omninò certa, & de re prorſus fauorabili nullum onus admiatum habente, aliàs ſecùs, vt ibi, *& dec.* 524. *per tot. in eadem*, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 7. vbi quòd ſi maritus confiteatur emiſſe nomine vxoris, & de pecunijs vxoris, talis confeſſio prodeſt vxori, dummodò ſit veriſimilis, vt quia vxor aliundè habeat, & tunc præiudicat etiam creditoribus, aliàs autem ſecùs, cùm præſumatur donatio inter virum, & vxorem prohibita.

32 Maritus Comitiſſæ, Marchioniſſæ, vel alio titulo decoratæ, an ſaltem durante matrimonio potiatur titulis, & honoribus ſuæ vxoris, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 13. *fol.* 37. *& ſeqq.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 18. *num.* 39. *&* 40. & alios plures allegar, & ſequitur Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 37. Anton. de Vilaplana *Illuſtrat. feudal. verſ.* 3. *in addit. num.* 55. *fol.* 178. & ſic dicatur Comes, & Marchio &c. verior eſt opinio de iure, fœminam titulatam virum titulatum non facere, quia licèt mulieres maritorum radijs, & dignitate corruſcent, non procedit in caſu contrario, & mariti nobilitate, vel dignitate vxorum non reſplendent, & tantò minus ſoluto matrimonio, Io: Bapt. Thor. *in Compend. deciſ.* 1. *part. verb. Fœmina titulata*, Capyc. Galeot. *lib.* 1. *controu.* 55. Olea *de Ceſſ. iur. tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi tamen quòd in Regnis Hiſpaniæ, ac etiam in Italia contrarium de conſuetudine, vel vrbanitate admittitur, & de iure probat Garzia *tract. de Nobilit. gloſ.* 1. §. 1. *num.* 45. facit Decian. *reſponſ.* 84. *num.* 7. *vol.* 7. Ant. Pichard. *Pract. Inſtit. diſput.* 2. *per tot. fol.* 179. *& ſeqq.* vbi plenè petitis iuris principijs diſputando ad partes ſuſtinet nobilitatem inter virum, & vxorem communicari, vide *in §. Nobilitas num.* 9. *& §. Vxor num.* 2. Amaya *in l. vltim. Cod. de Incolis lib.* 10. *num.* 27. *fol.* 342.

Quòd ſaltem de conſuetudine fœmina titulata faciat virum titulatum, teſtatur Thoro *in loc. hic citato*, & iterùm *in par.* 3. *ſect.* 2. *verb. Maritus*.

33 Maritus bona, & iura ſua hypothecando ad fauorem creditorum, non dicitur diſpoſuiſſe in bonis ſibi ex lucro dotis prouenientibus, nec in dicto lucro aliquod ius creditoribus eſt quæſitum, maximè ſi dos in pecunia conſiſtat, & non in corporibus, Menoch. *præſumpt.* 20. *num.* 1. *lib.* 3. Peregrin. *de fideicomm. art.* 39. *num.* 8. *&* 9. Merlin. *dec.* 39. *num.* 10. Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 85. *num.* 13. *&* 14. facit quòd dixi *in §. Debitor num.* 8. *§. Lucrum num.* 16. latè Caſen. *reſolut.* 202. *per tot.* vbi quòd debitor in quærendis poteſt præiudicare creditoribus, & etiam fiſco (licèt ſecundum alios fiſcus in hoc ſit priuilegiatus) & ſic renunciare lucro dotali in præiudicium creditorum, & Fiſci, ac contrarijs reſpondet.

34 Maritus an, & quando poſſit eſſe teſtis pro vxore, vel compelli ad deponendum contra vxorem, & è contra, vide Farinac. *quæſt.* 54. *n.* 210. *& ſeqq.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſolut.* 6. *&* 7. *per tot.* dixi *in §. Vxor num.* 45.

Alia plura de maritis idem Thor. *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. 3. *& ſect.* 2. *verb. Maritus*, & remiſſiue Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 92. *&c.*

§. MASCVLINVM. VIII.

MAſculinum regulariter non concipit fœmininum in contractibus, vndè accipiens pro ſe, & filijs non comprehendit fœminas, quia eſt facienda interpretatio contra ſtipulantem, qui poterat legem contractus apertiùs dicere, *l. veteribus, ff. de pact.* Marant. *in l. is poteſt num.* 25. *ff. de acquiren. hereditate*, latè Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 177. *& ſeqq. ad* 243. vide Ricc. *Collect.* 432. 1313. 2949. Rot. *par.* 10. *recen. dec.* 84. *num.* 8. *&c.* vbi quando concipiat fœmininum, ſi non ex vi verborum, ſaltem ex vi identitatis rationis, *& par.* 13. *deciſ.* 515. *num.* 7. *&* 8. vbi quòd in donatione facta ex cauſa certi, & determinati matrimonij, maſculinum concipit fœmininum, & ſic ſub nomine filiorum comprehenduntur mares, & fœminæ.

Quòd maſculinum in contractibus non concipiat fœmininum, & quando concipit in alijs caſibus, id non procedit ex vi verbi, & propria ſignificatione, ſed ex lata, & impropria, ſiue ex interpretatione, & extenſione, quæ non fit in contractibus ſtricti iuris, quid in materia odioſa, pœnali, indifferenti, in ſtatutis, reſcriptis, priuilegijs, diſpoſitione iuris, & ſimilibus ſecundum ſubiectam materiam, & mentem diſponentis, latè Rot. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 135. *per tot.* Soccin. *reg.* 312. *per tot.* Dian. *par.* 11. *tract.* 3. *reſolut.* 26. *per tot.* vbi etiam an appellatione hominis comprehendatur fœmina, & ſic an mulier ſit homo, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 72. *per tot.* vbi Romaguer. in Addit. plures modernos adducit.

Quòd vbi conceſſio fit à fœmina, maſculinum concipiat fœmininum etiam in contractibus inſpecta veriſimili affectione concedentis, Marant. *loc. ſup. cit. num.* 26. Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 16. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 58. *num.* 14. *&c.* Rot. *d. deciſ.* 125. *num.* 35. vbi quòd idem dicendum eſt ſi aliàs reſultaret abſurdum, Rot. *par.* 10. *recen. deciſ.* 84. *num.* 7.

Quòd verba fœminini generis non comprehendant maſculos, & ſic fœmininum non concipiat maſculinum, *l. ſi ita reſcriptum, ff. de leg.* 3. Dec. *in l.* 1. *num.* 127. *ff. de reg. iur.* Peregrin. *deciſ.* 138. *num.* 10.

Quòd etiam in pœnalibus, & in omni crimine maſculinum concipiat fœmininum, & fœminæ veniant ſub nomine viri, ita vt acerbitate pœnæ non excuſentur ob fragilitatem ſexus, ſed pari pœna puniantur, niſi aliter ſit à iure expreſsè cautum, plenè Matthæus Sanz. *de re crim. controu.* 29. *num.* 76. *et ſeqq. per tot.* vbi exemplificat in homicidio, hæreſi, polygamia, maleficijs, incantationibus, ſortilegijs, blaſphemia, percuſſione clerici, læſa Maieſtate, parricidio, ſacrilegio, furto magno, proditione, falſa moneta, delatione armorum, adulterio, inceſtu, lenocinio, raptu, falſitate, reſiſtentia, & ſimilibus, maximè prohibitis, quidquid in prohibitis tantùm à iure ciuili, vel quæ regulariter à fœminis ignorari ſolent, aliquam excuſationem mereantur, vt dixi *in §. Mulier num.* 41.

2 Maſculinum quando, & quomodo concipiat fœmininum in vltimis voluntatibus, ita vt vocatis filijs, veniant etiam fœminæ, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 84. *per tot.* Surd. *deciſ.* 84. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 12. *num.* 13. *etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 644. *num.* 9. *cap.* 757. *num.* 13. *etc.* Bardellon. *conſ.* 148. *per tot. lib.* 2. latè Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 125. *num.* 19. *et ſeqq.* vbi quòd iſto caſu, in quo fit lata interpretatio, ſicut etiam in qualibet alia materia fauorabili, maſculinum concipit fœmininum, vide *in §. Appellatiua num.* *et §. Statutum excludens num.* Tuſch. plenè *lit. M. concluſ.* 101. *per tot.* vbi firmat regulam, quòd in diſpoſitione legis, vel teſtatoris quando materia eſt fauorabilis, maſculinum concipit fœmininum, & latè declarat, vide Rot. *par.* 10. *rec. deciſ.* 84. *per tot.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 25. Cabal. *conſ. deciſ.* 119. *lib.* 1.

In

Digitized by Google

In ſtatutis an maſculinum concipiat fœmininum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 449. *num.* 12. *&c. cap.* 52. *num.* 10. Altograd. *conſ.* 86. *num.* 10. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. Mart. Medic. *Exam.* 31. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 128. *num.* 113. *cum pluribus antecedentibus, & ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 54. *lib.* 1. vide *in* §. *Statutum generale num.* & §. *Statutum excludens num.* 34. *&c.* Mattha *vot. Piſ.* 24. *per tot.* latè Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 293. *per tot.* vbi quòd in materia indifferenti maſculinum concipit fœmininum, & quæ ſit materia indifferens veluti ſucceſſionis.

Quòd vbi lex, vel ſtatutum diſcretiuè agit de maſculis, & fœminis, tunc ſub maſculino non comprehendatur fœmininum, Altograd. *conſ.* 59. *num.* 5. *lib.* 2.

In conceſſionibus, & inueſtituris, plura hinc indè pro comprehenſione, & pro excluſione fœminarum ponderat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 530. *per tot.* latè Rota *part.* 2. *diuerſ. d. deciſ.* 125. *per tot.* vide *in* §. *Emphyteuſis num.*

Quòd maſculinum non concipiat fœmininum in præiudicium Eccleſiæ, Bald. *in l.* 2. *num.* 7. *C. de iur. emphyt.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 181. cum alijs per Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 312. *num.* 13. *& par.* 18. *tom.* 1. *dec.* 34. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi quòd ideò in Emphyteuſi Eccleſiaſtica ad tertiam generationem conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus non comprehenduntur fœminæ.

3 Maſculinum licèt ſæpè concipiat fœmininum, nunquam tamen concipit neutrum, & ideò quando duo præcedunt nomina ſubſtantiua, vnum maſculini generis, alterum fœminini, & ſequitur adiectiuum, illud eſt ponendum in maſculino, & comprehendet etiam fœmininum ex vi dictæ conceptionis; Si autem præcedant duo ſubſtantiua, vnum maſculini, alterum neutri generis, tunc adiectiuum ſubſequens eſt ponendum in neutro, & non in maſculino, quod non concipit neutrum, ſed neutrum vtrumque comprehendit, Rebuff. *in l.* 1. *ff. de verb. ſignif. & in prax. benef. par.* 1. *de declarat. non. prouiſ. verſ. ſuper ea quoque fol. mihi* 162.

4 Maſculi deſcendentes ex fœminis, non differunt à maſculis deſcendentibus ex alijs maſculis, & cenſentur vocati in inueſtitura in qua vocantur deſcendentes, & hæredes tam maſculi, quàm fœminæ, niſi fuerit habita ratio agnationis, & non ſexus, vel niſi eſſet vocata generatio maſculina, quæ propriè verificatur in deſcendentibus per maſculos, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 999. *per tot.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 15. *num.* 1. *& ſeqq.* vide *in* §. *Appellatiua num.* 16. Ricc. *Collect.* 886. Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 402. *num.* 26. *& ſeqq. per tot.* vbi benè declarat, & plures alios allegat, *& par.* 11. *deciſ.* 78. *num.* 2. *& ſeqq.* & latiùs *deciſ.* 95. *per tot.* vbi plenè ad excluſionem maſculorum ex fœminis deſcendentium, *& deciſ.* 218. *per tot. d. par.* 11. *& par.* 12. *dec.* 133. *num.* 15. *&c. deciſ.* 415. *per tot. par.* 15. *deciſ.* 269. *&* 369. *& par.* 17. *deciſ.* 69. 229. *&* 381. vbi aliæ recenſentur deciſiones, omnes in Romana Primogenituræ de Bubalo, ad excluſionem maſculorum ex fœminis deſcendentium, quando fideicommiſſum fuit ordinatum pro conſeruatione perpetua nominis, & familiæ, & rurſus in eadem cauſa *par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 27. *per tot. & deciſ.* 164. *& par.* 19. *dec.* 232. *num.* 25. *& ſeqq.*

Quòd quando non eſt vocata linea maſculina, nec agitur de feudo, vel maioratu, vel de conſeruanda agnatione nec aliter conſtat de mente diſponentis, maſculus deſcendens ex fœmina non differat à maſculo deſcendente ex alio maſculo, Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 150. *num.* 9. *& par.* 9. *recen. deciſ.* 402. *num.* 26. *& ſeqq. par.* 14. *deciſ.* 462. *num.* 7. *&* 8. plenè Cabal. *conſ.* 118. *lib.* 1.

Quòd vbi verè, & propriè non eſt contemplata ratio agnationis, maſculus ex fœmina veniat ſub nomine maſculorum, & multò magis vbi non ſuperſunt maſculi ex maſculis, non obſtante quòd mater illius ſit excluſa, & adhuc viuat quando maſculus venit ex propria perſona, cùm obiectum procedat tantùm donec durat cauſa per quam radix ſit excluſa, & ſic donec ſuperſunt alij maſculi ex maſculis, qui ſunt præferendi, latè Altograd. *conſ.* 66. *num.* 1. *et ſeqq. lib.* 2. vbi quando ad hunc effectum dicatur contemplata agnatio, vel non, vide *in* §. *Agnatio num.* facit Rot. in ſelectis per Farinac. *par.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 463. *et par.* 12. *recent. deciſ.* 36. *num.* 8. *et ſeqq. et deciſ.* 249. *per tot. et par.* 13. *deciſ.* 1. *in eadem cauſa*, Cabal. *conſ.* 118. *lib.* 1. *per tot.* Rot. *par.* 15. *recen. deciſ.* 269. *et* 369. vbi quòd vocata linea maſculina, non veniant maſculi ex fœminis deſcendentes, vide *in* §. *Linea*, plenè Rot. *part.* 17. *deciſ.* 69. *et* 381. *per tot. et par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 27. *et* 164. *per tot.*

Quòd maſculus ex fœmina veniat ſub nomine maſculorum, ſiue vocatorum, ſiue in conditione poſitorum in fideicommiſſis, quando non eſt habita ratio agnationis, & teſtator diſcretiuè non egit de maſculis à maſculis deſcendentibus, & de maſculis à fœminis prouenientibus, & multa quando dicatur facta huiuſmodi diſcretiua locutio, ſiue diſpoſitio, vel habita ratio agnationis, vt procedat argumentum voluntatis teſtatoris ab illis deſumptum ad excludendos maſculos à fœminis deſcendentes, latè Altograd. *conſ.* 89. *per tot. lib.* 2. Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 402. *num.* 26. *et ſeqq. per tot. et par* 10. *deciſ.* 84. *per tot. in eadem cauſa Bononienſ. ſucceſſionis, et par.* 11. *deciſ.* 78 *num.* 2. *et ſeqq.* & plenè *deciſ.* 95. *per tot.* vbi ratione agnationis conſideratæ à teſtatore, & alijs pluribus fundamentis reſoluit pro non vocatione, & non comprehenſione maſculorum deſcendentium ex fœminis in fideicommiſſis, & quod non veniant appellatione lineæ maſculinæ, & latè *par.* 12. *recen. in Append. deciſ.* 415. *per tot. et par.* 13. *deciſ.* 76. *num.* 14. *et ſeqq. et deciſ.* 461. *par.* 15. *deciſ.* 269. *et* 369. *par.* 17. *deciſ.* 69. 183. *et* 381.

Quòd in materia indifferenti, ac vbi non fuit contemplata agnatio in fideicommiſſis, maſculus ex fœmina deſcendentes veniat ſub nomine maſculorum, Rot. *par.* 12. *recen. deciſ.* 36. *num.* 10. *etc. par.* 13. *deciſ.* 463. *et par.* 13. *deciſ.* 306. *num.* 4. *etc.* vbi quòd ſecùs ſi appareat de contraria voluntate diſponentis, Cabal. *conſ. deciſ.* 118. *lib.* 1. vbi pro maſculis deſcendentibus ex fœminis, quando non fuit contemplata agnatio, ſed erant vocatæ fœminæ, & illarum deſcendentes maſculi, vt veniant etiam deſcendentes maſculi ex fœminis dictarum fœminarum vocatarum, & Rot. *par.* 16. *recen. deciſ.* 132. *num.* 15. *et* 16. vbi in terminis conditionis *ſi ſine filijs maſculis*, vide alias deciſiones ſupracitatas.

Maſculorum appellatione in fideicommiſſis, vel alijs diſpoſitionibus, non veniunt fœminæ, ſed cenſentur excluſæ, quia vocatio maſculorum non fit alia ratione, quàm pro conſeruandis bonis in agnatione, ita vt excludantur etiam maſculi à fœminis deſcendentes, qui tamen non excluderentur, vbi ceſſaret ratio agnationis, vt quia fideicommiſſum ſit relictum ab extraneo, vel à muliere, vel initium habuerit à fœmina inſtitutum, quia tunc maſculi ex fœminis comprehenderentur, ad tradita per Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 141. *per tot.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 102. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 402. *num.* 26. *et ſeqq. per tot. et par.* 10. *deciſ.* 84. *per tot. in eadem cauſa*, vide latè *in par.* 11. *deciſ.* 95. *per tot. et d. par.* 11. *deciſ.* 234. *num.* 9. *et ſeqq.* vbi pro deſcendentibus à fœminis, quando fideicommiſſum fuit ordinatum à fœmina. 5

Maſculi vnius lineæ in feudo, quando excludant fœminas alterius lineæ, & per nouas inueſtituras efficiatur præiudicium antiquis, Merlin. *deciſ.* 323. *per tot.* 6

Maſculi ex fœminis proximioribus ſemper præſumuntur vocati ex voluntate teſtatoris potiùs, quàm alij maſculi ex fœminis remotioribus, cùm illis magis coniuncti ſint, & minus ab agnatione diſtent, cùmque homines magis diligere ſoleant maſculum ex fœmina agnata immediatè procreatum, & ex vna tantùm fœmina ſibi attinentem, quam alium ab agnatione remotiorem, & per plures fœminas coniunctum, Rot. *part.* 14. *recentior. dec.* 233. *num.* 13. *et ſeqq. per tot.* 7

Quando maſculi deſcendentes ex fœminis veniant ſub nomine maſculorum in fideicommiſſis, & ſimilibus diſpoſitionibus, vel non, vide Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 269. *deciſ.* 969. *et par.* 16. *deciſ.* 170. *cum alijs ſupracitatis.*

Quòd maſculi deſcendentes ex fœminis admittantur ad fideicommiſſum ordinatum ſub nomine collectiuo deſcendentium, quando ſunt proximiores, ita non excludantur à remotioribus per repræſentationem in tranſuerſalibus remotis, præcipuè ſi ſeruari debeat ordo ſucceſſiuus, & gradus prærogatiua, Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 183. *per tot.* vide *in* §. *Repræſentatio.*

Maſculinum an, & quando comprehendat fœmininum, an maſculi deſcendentes ex fœminis veniant appellatione maſculorum, & alia ad rem indicant Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Maſculi*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *eod. verb. fol.* 94. Manſ. *Conſult.* 198. *et* 199. *lib.* 2. no- 8

uiſſi-

Digitized by Google

uiſſimè Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. par. 1. cap. 25. § 6 &c. par. 2. quæſt. 37. num. 13. & ſeqq.* & alibi ſæpè, *vt in Indice generali in fine par. 3. verb. Maſculus, &c.* vbi plura notabilia Tondut. *quæſt. ciuil. 122. par. 2.* Vela *Diſſert. 49 per tot.*

9 Maſculiatio quid ſit, & quando inducatur fauore fœminarum ob moram fratrum in dotando iuxta conſuetudinem Neapolitanam, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. verb. Maſculatio*, Ricc. *Collect. 754.*

10 Maſculi vnius lineæ, an excludant fœminas alterius lineæ, ſtante inſtitutione facta duorum, & eorum filiorum maſculorum, ex quibus inducatur fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam, & alia ad rem, latè Aloyſ. Manſ. *Conſult. 218. 219. & 220. lib. 3.*

11 Maſculi remotioris gradus, quando in ſucceſſione Maioratus excludant fœminas propinquiores vltimi poſſeſſoris, & alia ad rem, benè Parlador. *quæſt. forenſ. quæſt. 1. per tot.* vide alios citatos *in §. Fœmina num.* 29. & Rot. *in Senogalien. fideicommiſſi* 30. *Aprilis* 1677. & 28. *Ianuarij* 1678. coram Bourlemont. apud Iacob. Balduc. in Obſeruat. ad Ramon. *deciſ. 2. & 3. per tot.* vbi plenè de reintegratione fœminæ agnatæ ad primogenituram in defectum maſculorum eiuſdem gradus, quia erant vocati omnes deſcendentes ex linea maſculina, non erat contemplata agnatio, nec aliter reſiſtebat teſtatoris voluntas, licèt eſſet repetita qualitas maſculinitatis, &c. Anton. Gob. *conſult. 149. per tot.* cum duabus deciſionibus Senatus Mantuæ, vbi plenè quando fœminæ admittantur ad ſucceſſionem feudi, & an ſemel excluſæ remaneant ſemper excluſæ, vel reintegrari debeant deficientibus maſculis, quid ſi adſint maſculi non ex eodem, ſed ex alijs columnellis deſcendentes à primo acquirente, &c.

Quòd fœminæ vocatę ad feudum admittantur tantùm poſt maſculos, latè Andreol. *controu. 252. & ſeqq.* Tondut. *quæſt. ciuil. 192. par. 2.* vbi de ſubſtitutione facta de maſculis, vel fœminis, an maſculi fœminis in eodem gradu exiſtentibus præferantur, de natura alternatiuæ, & quando reſoluatur in disiunctiuam, & quibus modis ordo conſideretur in teſtamentis.

§. MATER. IX.

1 Mater quæ iura habet in bonis filiorum, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, & qualiter illis ſuccedat, vide *in §. Aſcendentes num. 2. & §. Legitima num.* Anchar. *conſ* 104. 278 & 421. Addit. ad Afflict. *deciſ.* 38. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 35. cap. 140. & cap.* 177. Michalor. *de Fratr. par. 3. cap. 13. num. 42. & ſeqq. ad* 83. Oinot. *Inſtitut. de hered. quæ ab inteſt. defer. de ſecund. ord. ſucc. per tot. vbi num* 32. *fol.* 129. quòd ſi habeat vnicum filium illi ſuccedat etiam quoad proprietatem, cùm non adſint alij ex eodem matrimonio, quibus illam reſeruare teneatur, allegat *l. fœmina in fine, C. de ſecund. nupt.* & loquitur licèt tranſierit ad ſecunda vota, vide Gratian. *d. cap.* 140. n 23. & alios infra citatos, latè Martha *de ſucceſſ. par. 2. quæſt. 3. per tot.* Tuſch. *litt. M. concluſ.* 110. & 111. vbi qualiter mater ſuccedat filijs, excluſis auo, & alijs aſcendentibus, Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 222. vbi qualiter excludat auum.

Quòd Mater tranſiens ad ſecunda vota ſuccedat filio in bonis paternis in ſolo vſufructu, & proprietas remaneat alijs filijs, Afflict. *deciſ. 75. num. 4. &c.* latè Sperel. *dec.* 32. 33. & 34. *per tot.* Merlin. *deciſ. 621. num. 12. &c.* Altograd. *conſ. 49. num. 1. & ſeqq. lib. 2.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 17. per tot.* vbi propterea concludit reſpectu bonorum paternorum, ſiue profectitiorum filij, debere eſſe contentam relicto ſibi facto, nec poſſe ſupplementum legitimæ petere, quando tranſiuit ad ſecunda vota, & adſunt alij filij primi matrimonij ſucceſſibiles, & agniti in aliqua portione; reſpectu verò aduentitiorum ſuccedit pleno iure, cùm in eis non procedant pœnæ ſecundò nubentium, & ſic in iſtis aduentitijs debetur illi ſaltem legitima, & eius ſupplementum, vt ibidem latè concludit, & probat, vide *in §. Diſpoſitio num. 1. & ſeqq. §. Mulier num. 27. & §. Pater num.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 112. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 223. *volum. 1. & deciſ. 128. num. 26. vol.* 3. Rot. *par.* 11. *recen. deciſ. 20. per tot. & par. 18. deciſ. 244. per tot.* vbi qualiter mater tranſiens ad ſecunda vota amittat etiam legitimam in bonis filij primi matrimonij defuncti, ita vt nec iuuari poſſit tranſactione alter inita, quæ non comprehendit iura occaſione binubatus ad filiam ſuperſtitem, & tranſigentem ſpectantia, maximè ſtante læſione vltra dimidium, & *deciſ. 759. d. par.* 18. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio; intelligendo vt amittat quoad proprietatem, vide *in §. Tranſactio num.* 40.

Quòd Mater debeat habere ſaltem legitimam, quando reperitur excluſa per ſtatutum, & nihil ei reſeruatur, latè contrarijs reſpondendo Altograd. *conſ. 56. & 57. per tot. lib. 1.* Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 1. cum pluribus ſeqq.* vide *in §. Legitima num.* 8. Rot. *par. 13. recen. deciſ. 491. & par. 18. d. deciſ. 244. & par. 19. deciſ.* 308. vbi quòd mater etiam binuba, non extantibus alijs filijs prioris matrimonij conſequitur legitimam in omnibus bonis, & pleno iure, etiam in proprietate.

An per tranſitum ad ſecunda vota contriſtetur anima defuncti mariti, vt aſſerunt communiter DD. vide *in §. Mulier num. 27. in fine.*

Quid autem ſit dicendum reſpectu bonorum emptorum ex fructibus paternæ ſubſtantiæ, ſiue donatorum vxori contemplatione mariti, Franch. *deciſ. 18. per tot.* vbi concludit in eis matrem pleno iure ſuccedere, vide *in §. Mulier num. 26. &c. & §. Diſpoſitio num. 1. & ſeqq.*

An mater, vel pater in viduitate ſe continens teneatur reſeruare filijs donata ſibi ab altero coniuge, vel aliter lucrata, ſolo ſibi vſufructu retento, vide text. *in Auth vxore C. de ſecund. nupt. & in Authent. vt fratr. filijs, §. quia verò*, cum alijs per Peregrin. *deciſ.* 114. & dixi *in §. Diſpoſitio num.*

An, & qualiter mater binuba admittatur ad ſucceſſionem filij vna cum amitis ipſius filij, in terminis Statuti Cortonenſis plenè videndus Cabal. *conſ. deciſ. 128. per tot. ad num. 357. lib. 2.*

Mater tranſiens ad ſecunda vota non petendo, nec curando cum effectu dari infra annum tutorem idoneum filijs ſuis priuatur illorum ſucceſſione, *l. 2 §. ſi mater, ff. ad Tertull.* vide *in §. Tempus num.* 17. Gratian. *deciſ.* 177. latè Tuſch. *litt. M. concluſ. 112. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 19. art. 5. num. 14. & par. 8. per tot.* Ricc. *Collect.* 3990. vbi quòd dictum tempus eſt vtile, & currit tantùm à die certæ ſcientiæ de morte mariti, idem Ricc. *Collect.* 3576. Anſald. *conſ. 101. & 102. per tot.* 2

Quòd verùm eſt etiam reſpectu legitimæ matri debitæ, Dec. *conſ.* 299. Montan. *de tut. cap. 18. num. 10. fol. 59. & cap. 15. num. 82. & ſeqq fol. 52.* vbi etiam *num. 91. &c.* quòd priuatur legatis, fideicommiſſis, & donationibus cauſa mortis, Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 19. art. 5. ſub num.* 14. vbi quòd excluditur etiam à ſucceſſione delata à ſtatuto, vel homine, veluti ſi eſſet ſubſtituta filio.

Quamuis quoad legata particularia prouenientia ex bonis patris, & non pupilli, illa non amittere, nec a iure ſubſtitutionis repelli, cùm tunc dicatur potius ſuccedere teſtatori, quàm pupillo, concludit idem Montan. *d. c. 18. num. 49 etc.*

Quoad legitimam, an, & quando mater illa priuetur per tranſitum ad ſecunda vota in proprietate, & non in vſufructu, quid ſi non ſuperſint alij filij, quid ſi non petierit tutorem, nec reddiderit rationem, quid ſi nubat intra annum luctus, quid ſi non fecit inuentarium, & alia vide latè per Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 1. num. 6. et ſeqq.* & dixi *in §. Legitima num.* 8. Rot. *par. 11. recen. deciſ. 20. num. 7. et ſeqq. et num.* 34. vbi qualiter poſſit excuſari ſi viuebat auus paternus, & ſi filius non deceſſit in pupillari ætate, *et par. 13. deciſ. 491. num. 1. et ſeqq.*

An autem mater eamdem priuationis pœnam incurrat non petendo curatorem filio inſano, vel furioſo, & an idem ſit alijs coniunctis, vide Franch. *dec. 167. per tot.*

Quòd eodem modo mater priuetur ſucceſſione filiorum, ſi ipſa nolit ſuſcipere liberorum ſuorum tutelam, & idem ſit in omnibus alijs ad pupilli ſucceſſionem aſpirantibus, Montan. *de tut. cap. 18. n. 1. et ſeqq. per tot.* vide *in §. Mora num.* *et §. Tutor num.*

Quando priuetur ob non petitum tutorem, vel curatorem ventri ſuo prægnanti, Tuſch. *lit. M. concluſ. 114. et litt. V. concluſ.* 76. Anſald. *d. conſ. 101. et 102. per tot.* vbi plura de hac materia.

Mater vt excludatur à ſucceſſione filiorum ex prædictis 3

cau-

cauſis, debet per aduerſarium probari non ſolùm filium impuberem mortuum poſt annum, & tutorem non petitum, ſed etiam quòd ſua culpa, & negligentia non petierit, cùm ex qualiber cauſa excuſetur, & in dubio iudicandum ſit pro non excluſione, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.668. num.1. &c. cap.219. num.1. &c.* Marant. *in l. is poteſt num.219. & ſeqq. ad 254. ff. de acquir. hered.* Montan. *de tut. cap. 18. num. 30. & ſeqq.* Michalor. *de fratr. par. 3. cap. 13. num. 83. &c.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 112. & 113. per tot.*

Quòd imò debeat intra annum iuſtam cauſam, quam habet proponere, aliter excuſatio non admittatur, imò non reijciatur probatio, Bart. *in l.2. §. confeſtim ff. ad Tertul.* Menoch. *lib.6. præſumpt.98. num.8.*

4 Mater excuſatur à dicta pœna priuationis ſucceſſionis filiorum ob non petitum illis tutorem multis ex cauſis.

Primò propter malam valetudinem, Magon. *deciſ. Flor. 43. num.6.*

Secundò durante tempore luctus ſuorum conſanguineorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 243. num. 18. cap.403. num. 26.*

Tertiò propter abſentiam, ignorantiam, infirmitatem, vel aliam legitimam cauſam, & impedimentum, Montan. *de tut. cap. 18. num. 33. &c.* vide *in §. Impedimentum num.* Menoch. *de arbitr. caſ.572. n.18.*

Quartò excuſatur ſi patre bannito non petierit tutorem filijs, quia pater licèt bannitus non perdit patriam poteſtatem, Gratian. *diſcept. forenſ cap. 462. per tot.* Montan. *d. cap.18. n.33.*

Quintò excuſatur ſi ſit minor, latè Gratian. *cap.862. num.20. &c. cap.668. num.* Montan. *de tut. cap.15. num. 107. & cap.18. num. 43. &c.* vide *in §. Diſpoſitio num. & §. Mulier num.*

Quæ quidem excuſatio ob minorem ætatem durat etiam ſi poſtea maior facta fuerit, niſi maior efficiatur intra annum, & reſtaret tantùm tempus ex illo anno, vt poſſet ipſa tutelam aſſumere, vel alium tutorem petere, quia tunc non erit omninò excuſata, cùm toto tempore illius anni minor non fuerit, Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa limit. 4. num.7. & 8.* Gratian. *deciſ.177. n.7. &c.*

An autem excuſetur propter ætatem ſeptuagenariam, quaſi tunc ſit extra memoriam, Gratian. *diſcept. 805. num. 23. &c.* videtur negare, Montan. *de tut. cap. 18. num. 18.*

Sed hic caſus procedere poteſt tantùm in auia, vel reſpectu filij inſani, vel furioſi, non autem minoris, cùm mater in illa ætate non poſſit habere filios minores.

Sextò excuſatur mater non petendo tutorem filijs, ſi adſint tutores teſtamentarij, vel legitimi, Gratian. *diſcept. for. cap.219. per tot.* Montan. *de tut. cap.18. num.23. in fine, & num.38. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 43. num.4.* Rot. *par.11. recen. deciſ.20. num.34.* vbi excuſatur ſtante auo paterno, *& par.13. deciſ.491. num.1.*

In contrarium vide Seraphin. *deciſ. 830. numer. 11. & 12.* vbi quando adſunt legitimi, *infra verſ. duodecimo.*

Et in omnem caſum, quo mater petierit tutorem, non tenetur de geſtis ab illo, Montan. *de tut. cap. 39. num.264. fol. 210.*

Septimò mater exiſtens in montanis, & non habens facultatem conſulendi peritos, ſi rectè adminiſtrauit tutelam, non priuatur de ſucceſſione filij, quamuis illi non petierit tutorem, nec inuentarium confecerit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.668. num.7. &c.* vbi plura pro matre, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. par.1. cap.1. num.37.* Montan. *de tut. cap. 15. num.87. &c. & cap.18. num.19. & 23.* Menoch. *de arbitr. caſ. 194. num. 26. 27. 66. & 67.* vbi an excuſetur propter ruſticitatem.

Octauò mater, & alij aſpirantes ad ſucceſſionem pupilli, illam non amittunt ob non petitum tutorem infra annum, ſi degant in loco vbi talis diſpoſitio pœnalis, & rigoroſa numquam fuerit obſeruata, & practicata, dummodò venerit caſus, & ita fuerit obtentum in contradictorio iuditio, Montan. *de tut. cap. 18. n. 29. &c.* facit quod dixi *in §. Statutum generale num.*

Nonò excuſantur pubertate pupilli, nam illo mortuo poſt pubertatem, licèt numquam habuerit tutorem, cùm potuerit teſtari, non teſtando videtur tacitè vocare venientes ab inteſtato, *l. matres, C. ad Tertull. l. ſciant. C. de legit. hered.* Montan. *de tut. cap.18. num.30. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 43. num. 5.* Rot. *par.1. recen. deciſ. 20. num.35. & par.13. deciſ.491. num.2.*

Decimò excuſantur ſi nondum ſit lapſus annus tempore mortis pupilli, niſi fuerit per iudicem, vel à ſtatuto abbreuiatus, vel niſi ſe ad finem coarctauerint, Alex. *conſ. 105. num. 10. lib. 6.* Marant. *in repet. l. is poteſt. num. 189. ff. de acquir. hered.* Iacob. Philip. Port. *com. concluſ. lib. 5. cap.4. amplint. 14. & fallent. 4.* Montan. *d. cap. 18. num. 32.* vide *in §. Tempus num.*

Vndecimò excuſantur mater, & alij ſi non petierint tutorem ad retundendam vim creditorum, vel ſi pupillo fuerit relictum amplum legatum, donec tutorem non habuerit, ita vt illi expediat eſſe ſine tutore, *l. 2. §. ergo, & §. tractari, ff. ad Tertul.* Montan. *d. cap. 18. num. 36.* Port. *loc. cit. limit. 7.* Seraph. *deciſ. 830. num. 2. &c.*

Duodecimò excuſantur quando ipſi ſunt legitimi tutores, quia tunc non tenentur alium petere, niſi ſe excuſauerint, & licèt ceſſent ab adminiſtratione, ſuo periculo ceſſant, quæ pœna ſufficit abſque eo, quod etiam priuentur ſucceſſione, Ang. *conſ. 37.* Montan. *d. cap. 18. num. 37.*

Contrarium tamen firmat Seraph. *d. dec. 830. num. 6. 11. & 12.* nec omninò diſſentiunt Montan. & Port. *loc. cit. fall. 9.* vide ſupra *verſ. ſexto.*

Decimotertiò excuſatur mater quando fuit ab alio præuenta, Ang. *conſ. 166. in fine* Marant. *in l. is poteſt num. 196. ff. de acquir. hered.* Montan. *dict. cap. 18. num. 41.*

Idem eſt ſi auia ſtatim ſuſceperit tutelam ita vt pupillus non remanſerit indefenſus, Magon. *deciſ. Florent. 43. num. 3.*

Decimoquartò videtur mater excuſanda quando pupillus habebat ſubſtitutum pupillarem, ad quem etiam ſpectat onus petendi tutorem ob ſpem ſucceſſionis, Bald. *conſ. 317. lib. 5. & conſ. 140. lib. 1.* vide tamen Montan. *d. cap. 18. num. 42.* vbi videtur cum alijs contrarium tenere in matre, in qua militat non ſolùm ſpes ſucceſſionis, ſed etiam magis ratio pietatis maternæ, & naturalis affectionis.

Decimoquintò excuſatur mater ſi ſit prodiga, vel intra annum Monaſterium ingrediatur, & ſi qui poterat negligentem excludere, tacuit, non tranſmittit hoc ius ad hæredes, Marant. *in l. is poteſt num. 200. ff. de acquir. hered.* Bald. *in cap. ex parte num. 9. de appell.* Anchar. *conſ. 440. num. 3.* Montan. *d. cap. 18. num. 45. etc.* vide *in §. Prodigus num.*

Decimoſextò excuſatur ſi legitimè tutelam non ſuſcepit, ſed tantùm de facto adminiſtrauit iuxtà multorum opinionem, licèt alij contradicant ne melioris ſit conditionis, quæ de facto, quàm quæ legitimè adminiſtrauit, vt conſtat ex allegatis per Rot. *part. 9. recent. deciſ. 499. num. 17.*

Alias excuſationes vide per Montan. *cap. 15. n. 100. etc.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 19. art. 5. num. 14.* Anſald. *conſ. 101. et 102. per tot.*

Mater, niſi ſit minor, præfertur in tutela filiorum omnibus agnatis, & ſic legitimis, & datiuis tutoribus, ac etiam auo, & auiæ, & eſt tutrix legitima, ſed voluntaria, dummodò intra quatuor menſes, vel aliud tempus à ſtatuto præfixum tutelam ſolemniter aſſumpſerit, renunciando cum iuramento ſecundis nuptijs, & Velleiano, & promittendo omnia facere, & obſeruare, ad quæ de iure tenetur, ita vt ſi hæc non fuerint ſeruata, non ſolum tutela ſit nulla, ſed nec etiam fideiuſſores illius remaneant obligati; non tamen præfertur tutoribus teſtamentarijs à patre datis, *Auth. matri, et Auia, vbi DD. C. quando mul. tut. off.* Montan. *de tut. cap. 7. num. 42. et ſeqq. vbi num. 46. etc.* quòd olim mulieres perpetua coercebantur tutela, idem Montan. *cap. 9. num. 50. et ſeqq. et ad 55. et cap. 15. num. 36. et ſeqq. ad 63.* Capyc. *deciſ. 56. num. 5.* vbi quòd mater excludit auum etiam paternum, de quo tamen vide Franch. *deciſ. 10. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 282. num. 23. etc. cap. 919. num. 10. etc.* vide *in §. Mulier num. 40. §. Tutela num.* Ricc. *Collect. 315. et 1065.* Tuſch. *litt. M. concl. 107. etc.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 19. art. 8. et deciſ. 149. vol. 3.* vbi etiam quòd minor 25. annis ſi fuerit relicta tutrix filiorum ſuorum, poteſt onus tutelæ aſſumere ſine ſatiſdatione, Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 383. ſub num. 4.* vbi quòd præferatur auo, debet intelligi quando nepotes 5

eſſent

Digitized by Google

eſſent emancipati, & non in poteſtate aui, aliàs ſi ſiut in eius poteſtate, auus eſt legitimus eorum adminiſtrator, & non poſſunt habere tutorem, imò auus poſſet illis relinquere tutorem teſtamentarium ad matris excluſionem, Manſ. *conſult.231.per tot. lib.3.*

Quòd auus paternus habens nepotem ex filio in poteſtate, præferatur matri, *gloſ. in Auth. Matri, & auia C.quand.mul.tut.off.* Rot. poſt Vtceol. *de tranſact.dec.78. num.11.*

Quòd mater teneatur ſatiſdare ſicut alij tutores rem pupilli ſaluam fore, Nouella *Conſtitut.118. ad finem*, Montan. *de tut. cap.32. reg.7. num.22.* vide *in §. Tutela num.*

Si mater agat, vel conueniatur tamquam tutrix ante factum inuentarium, & implementum implendorum de iure, qualiter poſſit ſaluari proceſſus à nullitate, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.542. num.7. &c.* vide *in §. Proceſſus num.*

Quòd mater ſuſcipiendo tutelam legitimam, vel datiuam filiorum, debeat renunciare ſecundis nuptijs, & Velleiano vbi potuit conſulere peritiores; teſtamentariam autem retineat etiam tranſeundo ad ſecunda vota, non indigeat confirmatione, ſatiſdatione, vel Inuentario, vide Grat. *diſcept.forenſ.cap.668. num.12.&c. cap.28. num.29.&c. infra num.ſeqq.* Paul.Chriſtin. *decif.194.& 195.volum.5.* Addit. ad Sanfelic. *decif.383. verſ. Et licèt*, vbi tamen quòd huiuſmodi renunciatio de conſuetudine non attenditur.

Quòd poſſit aſſumere tutelam ſine iudicis decreto, & ſic abſque eo quòd ſibi decernatur à iudice, *gloſ. in Auth. Matri, & auia, C.quando mul. tut. off.* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, ff.de teſtam. tut.* Corn. *conſ.164. in prin. lib.4.* Montan. *de tut.cap.32.reg.1.num.6.* vide *in §. Tutela num.* latè Rot. *par.18.recen.decif.253.num.3.& ſeqq.* vbi qualiter mater legitima tutrix filiorum poſſit etiam ſine iudicis decreto, alijſque ſolemnitatibus non impletis exercere tutelam, etiam ſine illorum interuentu alienando immobilia vtiliter ad euitandum curſum vſurarum, licèt creditores aliter non vrgeant pro illorum ſatisfactione, &c.

An mater poſſit eſſe curatrix filiorum ad lites, & compelli, niſi legitimam excuſationis habeat cauſam, affirmat Maſtrill. *decif.174.* refert, & ſequitur Addit. ad Sanfelic. *decif.383. verſ. An mater.*

Et ſufficit, vt in aſſumptione tutelæ promittat ea omnia facere, adimplere, & obſeruare, ad quæ de iure tenetur, vide Capyc. *decif.50.* Boer. *decif.122. num.20.* Montan. *de tut.cap.15.num.56.* Alex. *conſ.80.num.14.lib.5.* Bardellon. *conſ.161. in fine lib.2.* Rot. *in Nouiſſ. part.7. decif.89. num.14.*

Quòd etiam excluſa per ſtatutum à ſucceſſione filiorum non cenſeatur excluſa à tutela, vel cura illorum, quia non datur propter hæreditatem, ſed propter affectionem, Corn. *conſ.101.lib.3.* quem ſequitur Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.19. art.4. num.8.*

Mater tamen inceſtuoſa non poteſt eſſe tutrix, Gutierez *de tut.cap.8. num.10. in fine*, Rot. *par.12. recen. decif. 175.num.23.& par.18.tom.1.decif.37. num.1.*

Quòd mater inuentario non confecto nihil agere poſſit, & alia pro nullitate alienationis ab ea factæ ex defectu dicti inuentarij, non cognitionis cauſæ, ſubhaſtationis, & alijs, ita vt emptor teneatur rem cum fructibus reſtituere, denegata ſibi ob eius malam fidem actione euictionis, & reſtitutionis pretij, etiam contra tutorem, niſi ſpecificè ſibi de illa cauerit, plenè Ganauer. *conſ.6.per tot.* poſt illius deciſiones, & dixi *in §. Euictio, num.23. & §. Tutela num.27.*

6 Mater licèt ſit filiafam. & in poteſtate patris conſtituta, poteſt à marito communibus liberis dari tutrix in teſtamento, etiam ſi ſtatutum extaret, quòd mulier non poſſit ſe obligare ſine præſentia patris, Barbat. *conſ.11. num.11. lib.3.* Montan. *de tut.cap.9. num.7.& cap.15. num.32.* vbi tamen allegat Bart. *in l.2. ff. de legat.1.* contrarium tenentem, vide *in §. Statutum requirens num.*

Intellige dummodò ſit maior 25. annis, niſi ex conſuetudine, vel ſtatuto mulier maritata habeatur pro maiore, vel admittatur etiam minor, *l.1. C. quando Mulier tut. off.* Boer. *decif.124. num.7.* Montan. *de tut. cap.15. num.18. & 19.* vbi latè de huiuſmodi tutela matris, & Paul. Chriſtin. *decif.149. vol.3.*

Vel niſi diſpenſetur à Principe, vt dixi *in §. Mulier num. 40.in fine.*

Mater, & auia in aſſumptione tutelæ, tenentur omnia bona ſua expreſsè obligare pro adminiſtratione, licèt ſint à iure tacitè obligata, & poſſunt pro tutelari debito maximè concurrente dolo carcerari: ſi tamen illarum geſta longo tempore tenuerint, præſumuntur fuiſſe omnia ſolemniter acta, ne quiſquam remaneat deceptus, vel ſi adminiſtrauerint circa ea, quæ tempore erant peritura, vel in vtilitatem pupilli, vide Montan. *d.cap.15.num.65.& ſeqq. ad 74.& cap.32.reg.3.num.3.& num.12.& reg.4.num.12.* 7

Quòd imò pro tutelari debito non poſſint carcerari, maximè ceſſante dolo manifeſto, Couar. *variar.reſolut.lib.2. cap.1.num.3.&c.* Menoch. *de arbitr.quæſt.88.num.12.* vide *in §. Mulier num.*

Mater, vel auia habens litem cum pupillo, non remouetur à tutela, licèt ſecus ſit in alijs tutoribus, ſed illi datur adiunctus, non tamen ad ipſius matris, vel auiæ electionem, Afflict. *decif.207.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.28. num.28.& cap.668.num.21.&c.* 8

Quando autem dicatur excluſa per dationem alterius tutoris, qualiter poſſit excludi, & an tunc ſit locus tutori legitimo, vel datiuo, Gratian. *d.cap.28.num.12.& per tot.*

Quòd ſi fuerit datus tutor Sacerdos, præferatur mater ſtante nullitate tutelæ, Marthà *vot.Piſ.239.* & dixi *in §. Clericus num.8.*

Mater, vel auia tranſiens ad ſecunda vota amittit tutelam filiorum primi matrimonij, niſi contraxerint tantùm ſponſalia de futuro, & non ſequatur matrimonium, vel niſi eſſet relicta tutrix à patre, etiam in caſum ſecundarum nuptiarum, & poſſe nominare vitricum pro tutore, pater autem per huiuſmodi ſecundas nuptias non amittit dictam tutelam; ſed contrarium tenent alij citati *in §. Pater n.43.* Michalor. *tract. de fratr.par.3.cap.14. num.166.&c.* Boer. *decif.266.* Gratian. *diſcept.for.cap.219. num.11.&c. cap. 668.num.17.* latè Montan. *de tut.cap.15.num.74.& ſeqq. et cap.37.reg.2.num.143.& ſeqq.* Dian. *par.10.tract.13.reſol. 12.per tot.* Paul. Chriſtin. *decif.149.num.4.&c.vol.3.& dec.194.& 195.vol.5.* 9

Quòd procedit etiam reſpectu educationis exceptis quibuſdam caſibus, Montan. *de tut. d.cap.15.num.81.et ſeqq.* Menoch. *de arbitr.caſ.168.num.10.etc.* vide *in §. Pupillus num.15.* Dian. *d.reſol.12.per tot.* Paul. Chriſtin. *decif.260. vol.3.* Sanfelic. *decif.205.et 206.per tot.*

Item procedit, & fortiùs, ſi mater inhoneſtè viuat, licèt ad ſecundas nuptias non conuolauerit, quia non ſolùm priuatur tutela filiorum, ſed patitur omnes alias pœnas ſecundò nubentium; ſiue id egerit viuo marito, & ignorante, ſiue illo mortuo, nec eſt neceſſe probare concubitum, ſed ſufficit probare actus inhoneſtos, Gratian. *conſ.115.per tot.lib.1.* Pinel. *in l. vlt. num.18. C. de bon. mater.* Philip. Port. *com.concluſ.lib.5.cap.5.* Paul. Chriſtin. *decif. Belg. 149.num.4.vol.3.et decif.195. num.10.etc. vol.5.* Montan. *de tut.cap.15.num.85.et num.93.94.et 95.* vbi etiam *num.108.*

Quòd per tranſitum ad ſecunda vota non amittit officium executoris teſtamenti, vide *in §. Vidua num.5. in fine.*

Qualiter tranſiens ad ſecunda vota, poſſit virum, quem accepit nominare in tutorem filiorum, ita vt vitricus efficiatur tutor priuignorum, & præferatur alijs legitimis tutoribus, vide Curt. iun. *conſ.94.* Addit. ad Pract. Papp. *for. reddit.reſtitut.gloſ.2.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.219.n.11. etc.cap.668.num.17.* Montan. *de tut.cap.16. num.9.&c.* Balthaſ.Thomaſ. *tract.de tut.tit.9.num.13.& ſeqq.n.110. & ſeqq.num.133.& ſeqq.*

Intelligendo quando mater adhuc non tranſiuit ad ſecunda vota, nam ſi iam tranſiuerit, vel aliter luxuriata ſit, non poteſt deinde petere tutorem filijs, & in primo caſu, non ſolum proprium fratrem, ſed etiam vitricum nominare poteſt, qui tamen non ſemper dandi ſunt, ſed arbitrio iudicis, & cauſa cognita, citatis agnatis, cognatis, vel etiam amicis ipſius pupilli, Menoch. *de arbitr.caſ. 151.per tot.* Montan. *& alij ſupracitati.*

Quando mater vidua, quæ tutelam ſuſcepit, poſteà aſpirat ad ſecundas nuptias, qualiter teneatur adire iudicem, vt prouideat de alio tutore, & quem tunc debeat iudex eligere an nominatum ab ipſa matre, quis ſit iudex competens, & alia Rota *in Romana tutela 15.*

Mar-

Martij 1641. coram Veroſpio *part. 9. recen. deciſ.* 12. *per tot.*

Non tamen amitteret tutelam, obtento reſcripto à Principe, vt poſſit, etiam nupta illam adminiſtrare, Menoch. *de arbitrar. d. caſ.* 151. *num.* 9. vide *in* §. *Pater num.* & §. *Pœna num.* Ricc. *Collect.* 3868. *lim.* 3. Balthaſar. Thomaſ. *loc. cit. num.* 143.

Vbi quod mater non amittit tutelam, obtento reſcripto à Principe, vt poſſit etiam nupta illam adminiſtrare. Adde Fontanel. *deciſ.* 433. *per tot.* vbi quòd Princeps poteſt in hoc diſpenſare, & etiam maritus, de quo etiam Carol. Tap. *dec.* 51.

10 Mater poſtquam tutelam amiſit per tranſitum ad ſecunda vota, illam non poteſt reaſſumere, nec recuperare, etiamſi poſteà denuò efficiatur vidua per mortem ſecundi viri, & benè probat Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa limit.* 12. *num.* 8. *&c.* vbi *num.* 10. extendit etiam ad caſum, ſi mater declarauerit velle nubere, & ob id fuerit priuata tutela, ac alius datus tutor, non poſſit illam reaſſumere, etiam ſi poſteà pœniteat, & nubere nolit, Surd. *deciſ.* 106. *per tot.* vbi quòd ſi ſecundæ nuptiæ priuant matrem tutela, tantò magis impediunt ne illam aſſumat, cùm difficilius tollatur, conceſſum, quem concedendum.

Quòd ſi ſecundò nupſit, & iterùm facta vidua non poſſit reaſſumere tutelam filiorum primi mariti, niſi re integra, hoc eſt nondum prouiſo de alio tutore, Marant. *in l. ſi poteſt num.* 253. *ff. de acquir. hæredit.* Montan. *de tut. cap.* 15. *num.* 77. *&c.* Boer. *deciſ.* 266. Myſing. *obſeru.* 83. Afflict. *deciſ.* 357. Michalor. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 173. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 149. *num.* 6. *vol.* 3. vbi refert diuerſas opiniones, Ricc. *Collect.* 3868. vbi ampliat, & limitat pluribus modis, Sanfelic. *deciſ.* 206. Coſta *tract. de re integra diſtinct.* 10. *per tot.* vbi diſtinguit, & re integra, ideſt ſi alius tutor non ſit datus, nec adſit, poſſit tutelam reaſſumere, ſecùs autem ſi non ſit res integra, ſed alius datus tutor, latè Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 25. *per tot.*

11 Mater ſecundò nubens non reddita ratione tutelæ filiorum primi mariti obligat bona ſecundi viri, in quibus pro tutelari debito poteſt fieri executio, *l. ſi mater, C. quibus caſ. pign. & hypoth. contrah.* benè declarant Montan. *de tut. cap.* 15. *num.* 96. *& ſeqq.* Marant. *par.* 6. *art.* 3. *num.* 53. Negul. *de pign. par.* 2. *memb.* 4. *num.* 156. Aſin. *in Prax.* §. 31. *lim.* 43. *num.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 86. *num.* 54. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 37. *per tot.* Pacific. de Salutan. *inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 500. vide *in* §. *Hypotheca n.* 26. §. *Tutela num.* 22.

Quòd cum matre non ſit ita rigidè, & ſcrupuloſè agendum in redditione rationis tutelæ prout cum extraneo, Caballin. *Milleloq.* 73. *verſ. Conſanguinei*, Monach. *deciſ. Bonon.* 48. *num.* 4. *&c.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 55. *n.* 17. *volum.* 2.

12 Mater per tranſitum ad ſecunda vota amittit facultatem ſubſtituendi exemplariter filijs furioſis primi matrimonij, quod tamen non procedit in patre, Bart. *in l. ex facto n.* 12. *ff. de vulg. & pupil.* cum alijs per Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 174.

13 Mater cùm non habeat filios in poteſtate, non poteſt illis tutorem in teſtamento dare, niſi ſicut alius extraneus eos hæredes inſtituendo, & datus tutor deberet confirmari à iudice cum inquiſitione, nec etiam inſtituendo poteſt dare, quando viuit pater illorum, vel alium tutorem ipſe dedit, niſi vtatur cautela, & inſtituat hæredem illum, quem tutorem eſſe intendit rogando de tota hæreditate reſtituenda filio cùm ad pubertatem deuenerit, & interim præſtet alimenta ex fructibus, quo caſu adueniente pubertate totam hæreditatem nulla detracta Trebellianica reſtituit, vide Montan. *de tut. cap.* 8. *num.* 47. *&c. cap.* 24. *n.* 18. vide *in* §. *Tutela num.* *text. in l. in fideicommiſſis* §. *Pollidius*, *ff. de vſur.* Sanfelic. *deciſ.* 205. *n.* 3. *&c.*

Quòd dempta legitima poſſit mater in alijs bonis inſtituendo filium illi dare tutorem, cum hoc vt pater, vel auus habens dictum filium in poteſtate in nihilo ſe ingerat, & ſuſtineatur talis datio ſaltem in vim adminiſtrationis, accedente maximè iudicis confirmatione cum promiſſione de faciendo omnia, ad quæ de iure tenetur, Bardellon. *conſ.* 161. *per tot. lib.*

14 Mater prægnans qualiter poſſit petere poſſeſſionem bonorum viri defuncti, ventris nomine, vide *tit. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Tepat. *Compend. ſent. tit.* 181. *&c.* Menoch. *de retin. remed.* 1. *num.* 9. dixi *in Pract.* §. *Donna num.* 29. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 76. *&* 77. *per tot.*

An autem non petendo curatorem ventri infra nouem menſes, & antequàm pepererit, amittat ſucceſſionem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 72. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 8. *num.* 33. *& ſeqq. & cap.* 18. *num.* 12. vbi quòd hoc onus incumbit etiam alijs ad ſucceſſionem pupilli, & poſthumi aſpirantibus.

Mater tranſiens ad ſecunda vota tenetur cauere filijs pri- 15
mi matrimonij de dote illis conſeruanda, ſed quomodò hoc ſit intelligendum, vide Surd. *deciſ.* 279. Maur. *de fideiuſſ. par.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 20. *num.* 5. *& cap.* 40. *d. ſect.* 3. Matt. Medic. *Exam.* 29. *num.* 53. *&* 54. *cum Addit.* dixi *in* §. *Vidua num.*

Mater dum eſt tutrix filiorum, non poteſt petere dotes 16
ſuas, vſuras, vel alimenta, quia adminiſtrando præſumitur ſibi ſoluere, ſicut poteſt ſoluere alijs, imò hoc non faciendo videtur in culpa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 129. *num.* 21. *&c. cap.* 214. *& cap.* 563. *num.* 42. *&c.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 29. *num.* 14. *etc. cum Addit. in fine* 2. *vol.* Merlin. *dec.* 551. *num.* 8. *et ſeqq.* Carena *reſolut.* 114. *num.* 3. *etc.* Noguerol. *allegat.* 40. *num.* 30. *etc.* Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 161. *per tot. et deciſ.* 269. Bich. *deciſ.* 288. *num.* 34. Rot. *par.* 17. *dec.* 306. *num.* 10. vbi quòd mater tutrix ſi rationem non reddat præſumitur ſatisfacta de dote.

Quòd non habeat actionem, vel petitionem dotium, niſi reddita ratione adminiſtrationis, cùm interim filij poſſint illas retinere, ſi conſtat ad eius manus perueniſſe pecunias, vel alia, ex quibus potuerit ſibi ſatisfacere donec aliud ex ſufficienti redditione rationis appareat, Gratian. *d. cap.* 129. *num.* 21. *etc.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 18. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 56. *etc.* Duran. *dec.* 258. *in fine*, *et deciſ.* 347. *num.* 19. Gratian. *deciſ.* 179. *per tot.* Matt. Medic. *Exam.* 56. *num.* 42. *et deciſ.* 92. *in Addit.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 29. *num.* 14. vbi citat meas *reſolut. cap.* 8. *num.* 44. *etc.* adde Seraph. *dec.* 1455. *num.* 5. Rot. *par.* 10. *recen. deciſ.* 192. *num.* 4. *etc. par.* 12. *deciſ.* 161. *per tot. et deciſ.* 269. Merlin. *deciſ.* 413. Ioſeph de Roſa plures allegans *conſ.* 37. *n.* 5. Carol. Tap. *deciſ.* 42. vbi quod ſecùs eſt quando hæreditas eſt tenuis, & ad matris tutricis manus non potuerunt peruenire pecuniæ ſufficientes, quia tunc non poteſt ex hoc capite impediri dotis reſtitutio, nec obligationis Cameralis executio, Neguſ. *de pign. par.* 5. *memb.* 1. *num.* 36. *etc.* Borgn. *de tut. num.* 219. Gutierez *eod. tract. c.* 9. *num.* 52. Vint. *deciſ.* 317. Surd. *deciſ.* 84. Gaſpar. Theſ. *deciſ.* 28. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3624. vbi quòd poteſt petere dotes, niſi liquido conſtet eſſe debitricem, *et Collect.* 3575. Rot. *par.* 11. *deciſ.* 157. *num.* 33. *et par.* 15. *deciſ.* 292. *num.* 10. *etc.*

An autem, & quando mater, vel eius hæredes habeant retentionem bonorum pro credito dotali ſiue ſint filij, ſiue extranei, Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 120. *num.* 39. *etc. et dec.* 192. *num* 26. *etc. et par.* 11. *deciſ.* 157. *num.* 31. *et ſeqq.* Bich. *deciſ.* 131. *num.* 18. *et ſeqq.* vbi quòd mulier ex quo fuit tutrix filiorum non præſumitur ſatisfacta de dote etiam ſi inuentarium non fecerint, niſi conſtet ad eam perueniſſe tot bona, ex quibus potuerit ſatisfieri, aliàs & ſemper competit actio pro dote, in qua ſpeciale eſt, ne eius reſtitutio retardetur exceptione adminiſtrationis, quòd latiùs in eadem cauſa comprobat idem Bich. *deciſ.* 173. *num.* 7. *et ſeqq. per tot.*

An autem ſub prætextu amotionis iocalium, & aliarum rerum poſſit impediri dotis reſtitutio, vide *in* §. *Mobilia num.* 8.

Mater poſt mortem viri permanens cum filio diuiſe, il- 17
lius bona adminiſtrando, maximè ſi de per ſe ſit pauper, & non induſtrioſa, quidquid acquirit, præſumitur ex bonis filij quæſiuiſſe, *l. ſi defunctus, C. arbitr. tut.* aliàs ſecùs, nam in dubio nec pro matre, nec contra matrem præſumitur, Magon. *deciſ. Flor.* 43. *num.* 16. *et* 17. facit *in* §. *Vxor num.*

Mater ſuſcipiens tutelam filiorum, & illorum nomine 18
paternam adiens hæreditatem, acquirit poſſeſſionem filijs, & non ſibi, ac ideò non poteſt ampliùs pro ſuis dotibus manutentionem, ſiue inſiſtentiam petere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 700. *num.* 36. *etc.* Rot. *in Nouiſſ. par.* 7. *deciſ.* 150. *num.* 9. vbi loquitur, niſi fecerit ſine præiudicio inſiſtentiæ, *et par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 337. vide *in* §. *Extremum n.* *et* §. *Vxor num.* 38. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 32. *num.* 42. *et ſeqq. vol.* 2.

Mater

Digitized by Google

19 Mater naturalis tantùm, admittitur ad tutelam filiorum ſuorum naturalium, & ſpuriorum, cùm ſemper certa ſit, illis ſuccedat, & è contra, ſeruata diſtinctione, *l. ſi qua illuſtris Cod. ad Orphitian.* Montan. *de tutel. cap.* 15. *numer.* 25. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 150. *numer.* 40. vide *in* §. *Filius num.* *ſupra num.* 2. *&* 3.

Et ſi ipſa mater naturalis nolit adminiſtrare tutelam, tenetur ſub eiſdem pœnis petere tutorem, ſicuti ſi legitima eſſet, *l. matre C. qui per tut.* Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 18. vide *ſupra num.* 4.

20 Mater non poteſt neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, neque ex contractu relinquere filijs, vel filiabus ex damnato, & prohibito coitu procreatis, prout è contra nec illis aliquo modo ſuccedere, ſiue ſit illuſtris, ſiue non, cùm talis diſtinctio, & contraria procedere poſſint tantùm reſpectu naturalium, latè Surd. *deciſ.* 249. *per tot.* vide *in* §. *Filiatio num.* *&* §. *Succeſſio num.*

Deberi tamen alimenta de æquitate canonica vbique ſeruanda, Franch. *deciſ.* 645. *num.* 5. vide *in* §. *Alimenta num.* 12.

21 Mater non tenetur regulariter dotare filias, cùm dotare ſit officium paternum, niſi ſit hæretica, vel iudæa, & filiæ Chriſtianæ, vel niſi in ſolidum, ſi illa ſit diues, & pater inops, & teneretur tantùm pro modo alimentorum, Iaſ. *in* §. *Fuerat num.* 115. *Inſtitut. de act.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 460. *per tot.* vbi quòd tunc poteſt ad hunc effectum alienare bona fideicommiſſi, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 690. *num.* 14. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 132. *num.* 22. *&c.* *volum.* 3. Martha *vot. Piſ.* 93. vbi quòd mater tenetur tantùm in ſubſidium, quando bona patris non ſufficiunt, deducto ne egeat pater, adde Caluin. *tractat. de æquit. lib.* 1. *cap.* 16. *per tot.* latè Boſſ. *de dot. cap.* 5. §. 2. *num.* 11. *& ſeqq. fol. mihi* 177. *&c.*

Quòd mater diues, exiſtente patre inope, teneatur dotare filias potius quàm frater, qui ſolùm in defectum amborum patris ſcilicet & matris tenetur, & ideò quidquid mater ſoluerit, vel promiſerit filiæ iſto caſu non imputetur in legitimam filij, & fratris puellæ dotatæ, ſed in exonerationem propriæ obligationis ipſius matris, latè Altograd. *conſ.* 59. *per tot. lib.* 1. Rot. poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ.* 18. *num.* 18. *& part.* 13. *recent. deciſ.* 436. *numer.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd mater tenetur tantùm in ſubſidium, & principaliter tenentur pater, auus, atque illorum hæredes.

Quòd mater diues teneatur dotare filiam inopem, etiam iam nuptam, & ab alio extraneo dotatam, Bardellon. *conſ.* 264. *per tot. lib.* 2.

Non etiam tenetur alere filios niſi in ſubſidium, & ſi alimenta præſtiterit, poteſt illa repetere à patre, vel ab alijs, ad quos ſpectat onus alendi, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 959. *numer.* 14. *&c.* vide Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 14. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 205. *nu.* 11. *& deciſ.* 414. *per tot. cum Addit.*

Quòd teneatur alere vſque ad triennalem ætatem, niſi ſit adeò pauper, vel nobilis, vel aliàs impotens, vt lactare non poſſit, vel non deceat, nam tunc eſt ſumenda nutrix expenſis patris, & non matris, Theſ. *deciſ.* 3. *&* 211. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 143. *nu.* 6. *vol.* 3. vide Surd. *d. quæſt.* 14. *per tot. & tit.* 7. *quæſt.* 13. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 205. *ſub num.* 11. *& deciſ.* 414. *per tot. cum Addit.* dixi *in* §. *Alimenta*, Martha *vot.* 236. vbi quòd ideò penes eam educari debent filij minores triennio.

De obligatione matris filios lactandi per triennium, & eo tranſacto patris in alendo quando procedat, vel non, latè videndus Alphonſ. à Caranza *de part. nat. & legit. cap.* 3. §. 4. *per tot. fol. mihi* 285. *& ſeqq.*

An, & quando mater teneatur, vel non dotare filias, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 2. *fol.* 38. *&c.*

E contra autem an mater ſit alenda à filijs, latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 32. *per tot.*

22 Mater, quæ propter adulterium remanſit ſine dote, à filijs eſt alenda, Oſaſcb. *deciſ.* 124. *n.* 10. *&c.* Guid. Papp. *q.* 439. vide *in* §. *Maritus nu.* 3.

An verò mater nubere volens ſit à filijs dotanda, aliqui affirmant, ſed contrarium verius eſſe probat Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *reſolut.* 27. *per tot.* vide Surd. *de alimentis tit.* 1. *q.* 22. *num.* 7. *&c.*

23 Mater an poſſit obligari pro filio, dixi *in* §. *Mulier nu.* 20. *in fine*.

24 Mater an poſſit teſtari de ſua dote inæqualiter inter filios, ſtante ſtatuto de lucro dotis fauore mariti, & filiorum, cuius vigore videatur dos illi applicata, & debita, latè declarat videndus in terminis ſtatutorum Vrbis, & ſimilium, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 398. *per tot.* dixi *in reſolut. cap.* 77. & in hoc Opere §. *Statutum de lucro num.* 22.

25 Mater an poſſit relinquere filijs ſecundi matrimonij pluſquàm filijs primi, pendet ab eo an cenſeatur relinquere contemplatione ſecundi viri, quo caſu non poſſet in fraudem, *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* ceſſante autem dicta contemplatione non prohibetur, modò primi non fraudentur portione ſibi de iure naturæ debita; ex quibus autem arguatur, vel excludatur dicta contemplatio, & alia ad rem, plenè Theſ. *deciſ.* 170. Franch. *deciſ.* 475. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 173. *&* 443. *per tot.* dixi *in* §. *Diſpoſitio num.* 8. *&c.* facit Viui. *comm. opin.* 527. *per tot.*

26 Mater, quæ filium infantem in lecto ſuffocauit, an priuetur illius ſucceſſione, & quomodo puniatur, dixi *in* §. *Homicidium numer.* 12. *in fine*, *& reliqua in* §. *Parricidium*, Raynald. *infra cit. loc. cap.* 6. §. 5. *num.* 8. *&c. fol.* 404.

An autem mater habeat ius caſtigandi filios, & faciendi illos carcerare ad correctionem, vel punitionem, vide Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 6. §. 4. *&* 5. *numer.* 52. *& ſeqq.* vbi affirmatiuè concludit per text. *in l. vnic. C. de emend. propinq.* & dixi *in* §. *Pater num.* 32. vbi quòd idem eſt in fratre maiore reſpectu minoris cum declarationibus ibi adductis.

27 Mater an, & quando per ſubſtitutionem pupillarem à patre filio factam, excludatur à legitima, quæ in bonis paternis abſque grauamine ipſi filio defuncto competebat, & quid dicendum vigore ſpecialis conſuetudinis Neapolitanæ, latè Io. Dominic. Panſut. *conſult. forenſ. cap.* 3. *&* 4. *per tot.* de qua materia plures allegando dixi *in* §. *Subſtitutio num.* 16.

28 De matribus plura deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Mater*, & alia remiſſiuè Caſteron. *Alphab. iurid. verb. Mater*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 96. *&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in Indice generali in fine part.* 3. *verb. Mater*, Ant. Gob. *Conſult.* 117. vbi quoad legitimam, & ſucceſſionem in bonis filiorum, &c.

29 Mater (vt dixi *num.* 11.) licèt tranſiens ad ſecunda vota, non reddita ratione tutelæ filiorum primi mariti, faciat vt remaneant obligata bona ſecundi viri; tamen fallit illa doctrina vbi non fuiſſet vera tutrix, ſed tantùm de facto abſque ſolemnitatibus iuris adminiſtraſſet, Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *nu.* 3. *& ſeqq.* Guttierez *de tut. cap.* 9. *nu.* 13. Giurb. *Obſeruat.* 23. *n.* 7. Queſad. Pilo *controu. for. cap.* 17. *nu.* 53. *&* 54. alios allegaui *in* §. *Hypotheca numer.* 26. *&* §. *Tutela num.* 22.

§. MATRIMONIVM. X.

1 MAtrimonium eſt viri, & mulieris legitima coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, §. 1. *Inſtit. de patr. poteſt.* Oſnor. *Inſtit. de nupt. locat. part.* 2. *nu.* 2. Card. Tuſch. *litt. M. concl.* 116. *num.* 1. *&c.* vbi qualiter contrahatur, & amborum conſenſum acquirat. D. Raymund. *in Summa lib.* 4. *tit. de matrimon. fol. mihi* 510. *&c.* vide plura de matrimonio.

Quòd matrimonij ſubſtantia in totum à conſenſu dependeat, ab eoque ſiue verbis, ſiue ſignis exterioribus expreſſo formam recipiat, D. Thom. 4. *ſent. diſtinct.* 36. *quæſt.* 2. *art.* 1. Caſtropal. *oper. moral. part.* 5. *diſput.* 2. *punct.* 3. *numer.* 2. Rot. *part.* 7. *recent. deciſ.* 124. *nu.* 1. *&c. & part.* 11. *deciſ.* 301. *nu.* 2. Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 26. *diſput.* 3. *per tot. fol.* 715. vbi etiam an ſufficiat conſenſus fictus, an internus, an debeat ſimul tempore exprimi, *& diſput.* 4. vbi de conſenſu clandeſtino, & alia.

De magno matrimonij Sacramento, plenè Bonacin. *oper. moral. tom.* 1. *tractat.* 2. *per tot. fol. mihi* 273. *& ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 26. *diſput.* 2. *per tot. fol.* 707. *etc.*

Vel eſt quidam inter virum, & vxorem contractus iuris naturalis, diuini, & humani, ſiue officium naturæ, & re-

medium libidinis, & peccati, & eſt etiam Sacramentum in noua lege a Chriſto Domino inſtitutum; prout contra-ctus, & officium naturæ inter paganos etiam conſiſtit, ac ſubiacet legibus ſæcularibus, at quia hodie Sacramentum eſt in noua lege, vt ſupra inſtitutum gratiam conferens, Eccleſia ſibi cauſas omnes matrimoniales reſeruauit, ita vt ad forum Eccleſiaſticum, & non ad ciuiles pertineant, Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *canon.* 12. *c. multorum* 35. *quæſt.* 6. *cap.* 1. *de conſanguin. & affin. c. accedentes de exceſſ. Prælat. c. auditis de præſcript.* Azor. *Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *in princ. fol.* 321. Toſch. *loc. ſupra cit.* Gabr. Vaſquez *in* 3. *part. S. Thom. tom.* 4. *tract. de matrim. fol.* 294. *& ſeqq.* Bonacin. *d. tract. de matrim. per tot.* Caſpeoſ. *loc. cit.* Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 8. *diſput.* 25. *ſect.* 8. *fol.* 67. *&c.* vbi qualiter matrimonium, quod ſit ſimplex contractus obligatorius, & non Sacramentum, vel an inſeparabilis ſit ratio Sacramenti à dicto contractu ex inſtitutione Chriſti, vide Dian. & quos citat *part.* 3. *tractat.* 4. *reſolut.* 255. Onnat. *loc. cit.* Vaſquez *loc. cit.*

De matrimonio infidelium, vide *in §. Iudæi num.* 9. *infra num.* 24.

Hinc fit, vt per Canoniſtas reprobentur ſtatuta laicalia diſponentia, ne filij ſine conſenſu parentum matrimonia contrahant, quamuis valeant priuantia filiam dote ſi viro nupſerit indigno ſine conſenſu patris, idem Azor. *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25. *quæſt.* 13. *fol.* 581. vide Clar. *§. fin. quæſt.* 82. *ſtatut.* 3. Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. vbi quòd Principes, vel alij quouis modo directè, vel indirectè ſub pœna excommunicationis prohibere non poſſunt quominus matrimonia liberè contrahantur, Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 74. *&* 104. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 128. *num.* 13. *volum.* 3. Viui. *comm. opin.* 327. Thom. del Bene *tractat. de Immunit. Eccl. part.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 19. *ſect.* 9. *&* 10. *& dubit.* 20. *&* 21. *per tot. fol. mihi* 327. *& ſeqq.* vbi plura de libertate matrimonij carnalis, & ſpiritualis, quid in vtroque facere poſſint parentes, Princeps, ſtatuta, & huiuſmodi, Palma *conſ.* 87. *nu.* 26. *& ſeqq. & nu.* 63. *& ſeqq.*

De huiuſmodi ſtatutis exiſtentibus in diuerſis locis, & an ſint valida, latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 592. *per tot.* Dian. *d. part.* 1. *tractat.* 2. *reſolut.* 127. *& part.* 5. *tract.* 1. *reſolut.* 15. *&* 16. vbi quòd Principes laici non poſſunt quidquam ſtatuere contra matrimonij libertatem, & latiùs idem Dian. *part.* 7. *tractat.* 1. *reſolut.* 23. *& ſeqq.* plenè de hac materia Marth. *de ſucceſſ. leg. part.* 1. *quæſt.* 26. *art.* 3. *per tot.* vbi an contractus matrimonij poſſit ſeparatim conſiderari à Sacramento, Ludouic. Belli *conſ.* 224. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd Principes ſæculares non poſſunt quidquam ſtatuere circa validitatem matrimonij; ſi tamen ſtatuta ſint conformia conſtitutionibus Eccleſiæ, ſunt ſeruanda, cùm diſponant coadiuuando legem canonicam, vide Thom. del Bene *loc. cit.*

An autem ſit validum ſtatutum diſponens quòd filia teneatur in nubendo quærere, & ſequi conſilium, vel conſenſum patris ſub pœna exhæredationis; contrarias opiniones refert Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 25. *per tot.* vbi videtur concludere, quòd valeat, ſi filia nupſit indigno, ſecùs autem ſi digno.

An filius, vel filia poſſint exhæredari ſi matrimonium contrahant abſque patris conſenſu, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 329. *volum.* 1. *& deciſ.* 128. *num.* 11. *& ſeqq. volum.* 3. *& deciſ.* 68. *num.* 18. *& ſeqq. volum.* 5. vbi concludit pro validitate ſtatuti prohibentis minoribus ſub pœna nubere ſine parentum conſenſu, *& deciſ.* 182. *num.* 37. *&c. vol.* 5. vide Marth. *de ſucceſſ. loc. ſupra cit.* & Thom. del Bene *loc. cit.*

An de iure in matrimonijs contrahendis requiratur conſenſus parentum, & præcipuè patris, latè Oinot. *Inſtitut. de nupt. licit. part.* 2. *num.* 28. *& ſeqq. ad* 36. vbi plura iura conſiderat Merlin. *deciſ.* 457. *num.* 9. *& ſeqq.* Cabal. *conſ.* 171. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 93. *& deciſ.* 346. *num.* 6. *&* 7. vbi quòd non, niſi tamen filia nolit ſine eo contrahere, Viui. *comm. opin.* 327. Menoch. *conſ.* 69. vbi an ideò poſſit Epiſcopus concedere licentiam filiusfamilias contrahendi matrimonium omiſſis denunciationibus à Concilio requiſitis, ne pater ſciens illud impediat, vide *in §. Filius num.* 64. Poſſeui. *ſing.* 185. Dian. *part.* 7. *tract.* 1. *reſolut.* 26. *per tot. infra num.* 14. *in fine, & num.* 12. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 30. Palma *conſ.* 87. *num.* 25. *& ſeqq.* vbi etiam an filij peccent mortaliter contrahendo matrimonium ſine conſenſu patris, & negatiuè concludit, præſertim ſi prius illum conſuluerunt, imò potius peccare patrem ſi ſine iuſta cauſa ſe opponat, &c.

Quòd pater poſſit impedire ſponſalia filij, vel filiæ contra eius voluntatem inita, ſi exinde timeatur graue ſcandalum, aliàs ſecùs ſi tantum vani timores, Dian. *part.* 9. *tractat.* 7. *reſolut.* 71. vbi quòd cautè conſiderandum eſt huiuſmodi ſcandalum, cùm ſæpè vanæ iactentur minæ, & poſteà contracto matrimonio de facili ſedetur omnis tempeſtas, Franciſc. Anton. Trancheden. *Conſult.* 33. vbi pluribus rationibus probat licitum eſſe patri ex cauſa impedire matrimonium filio, etiam per carcerationem, & Prælatum debere voluntati paternæ adhærere, nec ob id Concilio contrauenire, nec libertatem matrimonij impedire, ſed perfici dùm pater curat ne filius malè nubat, nam libertas ad malum eſt potius imperfectio, quàm defectus libertatis, *infra num.* 14.

De quæſtionibus verò matrimonialibus, quando, & quomodo ſpectent ad cognitionem iudicis Eccleſiaſtici, & an aliquo caſu poſſit ſæcularis iudex ſe ingerere, vide Franch. *deciſ.* 36. *deciſ.* 312. *deciſ.* 512. Sperel. *deciſ.* 9. *per tot.* Pac. Iurdan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *numer.* 161. *&c. fol.* 86. dixi *in §. Maritus numer.* 1. *verſ. quis autem*, latè Dian. *part.* 7. *tract.* 1. *reſolut.* 24. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 339. *numer.* 14. *&c. volum.* 1. vbi de diuortijs, Noguerol. *allegat.* 23. *punct.* 3. *numer.* 137. *& ſeqq. fol.* 212. vbi quòd ſi quæſtio matrimonij verſetur ſuper nudo facto, an ſit contractum, necne, & iudex ſæcularis eſt competens, ſecus ſi verſetur ſuper iure, vel mixtim ſuper iure, & facto, quia tunc pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum ex pluribus citatis.

Quòd matrimonium requirat verba, & qualia, quando dicatur contractum per verba de præſenti, vel de futuro, & alia, Tuſch. *lit. M. concluſ.* 121. *et ſeqq.* Palma *conſ.* 87. vbi quòd ſufficit conſenſum reſultare ex ſignis, etiam ſine verborum expreſſione, & ex interuallo, ſi interim non conſtet de pœnitentia alterius, & alia plura pro validitate matrimonij dubij.

Matrimonium cùm ſit quid facti, non præſumitur, ſed 2
ab allegante probari debet; probatur autem de iure varijs præſumptionibus, & coniecturis, de quibus plenè Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1022. *cum pluribus ſequentibus, et alijs infra citati.* Sed hodiè huiuſmodi præſumptiones nihil operantur, cùm à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat. matrim.* fuerit declaratum matrimonium non eſſe legitimum, ſed clandeſtinum, & nullum, niſi præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia, adhibitis alijs ſolemnitatibus fuerit contractum, quapropter hodiè matrimonia præſumpta ſunt ſublata, & filij ex illis nati reputantur illegitimi, & inſucceſſibiles, Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 144. Ricc. *Collect.* 499. *et* 2079. *etc.* Menoch. *conſ.* 109. *num.* 57. *& lib.* 3. *præſumpt.* 1. *num.* 99. *et per tot.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 128. *et ſeqq. ad* 132. vbi plura de probatione matrimonij, & Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſs. lib.* 2. *quæſt.* 6. vbi quid operetur confeſſio partium ad probandum matrimonium, vel illud diſſoluendum, Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 26. *diſput.* 4. *ſol.* 720. vbi qualiter matrimonium clandeſtinum ſit omninò inualidum, & illicitum, ita vt nullo caſu poſſit ſuſtineri in locis, & perſonis Concilio Tridentino ſubiectis, quæ requirantur in Parocho, vt validè aſſiſtat matrimonio, & alia ad rem.

Plura de dicta licentia aſſiſtendi matrimonijs, de teſtibus neceſſarijs, quis ſub nomine Ordinarij comprehendatur, & alia practicabilia ad ornatum Concilij vt ſupra, Dian. *part.* 11. *tract.* 10. *reſolut.* 32. 33 34. *et* 35. *per tot. et tract.* 5. *reſolut.* 9. vbi an ſi parochus ſit excommunicatus poſſit dictam licentiam dare, & includatur ſub generali licentia adminiſtrandi omnia Sacramenta, & latè Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 433. vbi etiam quòd poteſt dari extra Parochiam, & non expreſſis nominibus &c. adde Caſpenſ. *d. diſput.* 4. *ſect.* 3. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd matrimonium non poſſit celebrari ab alio, quàm à proprio Parocho, vel alio Sacerdote de illius, vel Ordinarij licentia, quæ quidem licentia debet eſſe expreſſa, nec ſufficit tacita ex permiſſione, Menoch. *de arbitr. caſ.* 453. *nu.* 13. *&c.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 75. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd non ſufficit domus nouiter conducta ad eludendum proprium parochum.

Qua-

Qualiter tamen matrimonium poſſit probari etiam per teſtes, licèt non fuerit deſcriptum in libro Parochi, prout debet Parochus huiuſmodi librum tenere, & in eo matrimonia deſcribere ſub pœna peccati mortalis, & qualiter poſſit contrahi coram Epiſcopo, qui loco Parochi poteſt interuenire, etiam abſque aliqua ipſius Parochi licentia, & alia, Rot. *part. 10. recent. deciſ. 233. per tot. & part. 11. deciſ. 301. nu. 3. & ſeqq. in eadem cauſa*, Franciſc. de Angelis *d. quæſt. 6.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 370. & 779.* vbi plura de probatione matrimonij ad affectum ſucceſſionis, & latè Palma *conſ. 85. per tot.*

Quòd poſſit probari per duos teſtes, licèt non rogatos deponentes illud fuiſſe coram Parocho celebratum, & licèt Parochus non interrogauerit, nec conſenſum præſtiterit, cùm illius conſenſus non requiratur, ſed ſufficiat præſentia, etiam moralis, vt conſenſus contrahentium innoteſcat Eccleſiæ, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 375. per tot. & par. 13. deciſ. 311.* vbi alia plura de probatione matrimonij, & filiationis, Triuiſ. *deciſ. 28.* Franciſc. de Angel. *loc. cit.* plenè Palma *d. conſ. 87.*

Quòd Epiſcopus non poſſit interdicere Parocho, ne tali matrimonio aſſiſtat, & huiuſmodi prohibitione non obſtante, etiam cum clauſula irritante, ſit validum matrimonium, Dian. *part. 10. tract. 13. reſolut. 23. per tot. & part. 11. tract. 3. reſolut. 32.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 329. vol. 1.* Ricc. *Collect. 4167.*

An autem matrimonium initum coram Parocho, & teſtibus ſit validum, ſi conſenſus contrahentium habeatur, & intelligatur per interpretem, latè Dian. *part. 10. tract. 13. reſolut. 17.* vbi refert contrarias opiniones, & affirmatiuam ſequitur.

Quid ſi puella taceat, & pater, vel mater, ſiue tutor, vel curator pro illa reſpondeat, ſitne validum matrimonium, Dian. *d. part. 10. tractat. 13. reſolut. 21.* vbi poſt relatas opiniones admittit valere quoad parentes, ſecùs quoad alios, Paul. Chriſtin. *deciſ. 333. vol. 1.* Palma *d. conſ. 87. nu. 7.* vbi quòd ſufficit taciturnitas mulieris ſi pater pro illa contrahat.

Quòd nullus Sacerdos poſſit aſſiſtere matrimonio, etiam in articulo mortis contrahendo præter Parochum, vel ſine illius licentia, vel Ordinarij, vel Legati de latere, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrogat. 118.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 1. lib. 3. tit. 7. per tot. fol. 231. &c.* Merlin. *deciſ. 194.*

Quid ſi parochus reputetur, ſed verè non ſit talis, vt quia fuerit intruſus, & ſic ſine titulo, an validè aſſiſtat matrimonio, contrarias opiniones refert Dian. *part. 9. tract. 7. reſolut. 45. per tot.* Sed verior videtur affirmatiua, cum error communis faciat ius, & tribuat iuriſdictionem, vt dixi *in §. Error nu. 7.* & probat etiam Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 333. nu. 8. &c. vol. 1.*

Quòd ſi matrimonium contrahatur in parochia viri, debeat interuenire parochus viri, ſi in parochia mulieris, parochus mulieris; & concubina manens cum amaſio ratione concubinatus in aliqua parochia non ibi contrahat domicilium, & matrimonium factum coram parocho amaſij, non vocato vero parocho mulieris, vel ſaltem viri, ſit nullum, probat Thom. Triuiſ. *deciſ. 23. per tot.* facit Rot. *part. 17. recent. deciſ. 75. num. 13. & ſeqq.* vbi de domo alibi conducta abſque animo habitandi, ad eludendum proprium parochum.

Sufficit interuentus Parochi vnius ex coniugibus, nec refert an ſit Parochus ſponſæ, vel ſponſi, prout pluries fuiſſe declaratum teſtatur Rot. *in Romana bonorum 17. Maij 1621.* coram Buratto penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom. 2. deciſ. 46. nu. 17.* vide Ricc. *Collect. 2664. &c.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 433. n. 13.* Dian. *part. 3. tract. 4. reſolut. 231. & ſeqq.* vbi plures dubitationes ad propoſitum reſoluit, *& part. 11. tract. 3. reſol. 34. per tot.*

An ſufficiat parochus ruralis quoad habitantes in ciuitate, & in rure, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 331. num. 15. vol. 1.*

Ad prædictum effectum, vt quis dicatur de parochia non eſt opus aliquod tempus exſpectare, ſed ſtatim ac incipit habitare animo habitandi efficitur Parochianus, ad latè tradita per Merlin. *deciſ. 194.* vbi alia plura de hac materia, veluti ſi habeat duo domicilia, vel fuerit mutata parochia in fraudem &c. Rot. *part. 14. recent. deciſ. 498. num. 16. & ſeqq.* vbi quòd conductio facta in fraudem, & non animo deliberato habitandi, non ſufficit, & arguitur coniecturis, *& part. 15. deciſ. 50. in eadem cauſa, & part. 17. deciſ. 75. num. 13. & ſeqq.*

Quòd ex aliqua magna cauſa, & neceſſitate poſſit validè matrimonium contrahi abſque Parochi præſentia dummodò adſint teſtes, & quando, latè Dian. *part. 10. tractat. 13. reſolut. 15. & part. 11. tractat. 3. reſolut. 34. & d. part. 11. tract. 6. reſol. 1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 332.* Sed contrarium verius exiſtimat Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. diſp. 4. ſect. 2. per tot. fol. 720.*

An autem valeat contractum coram Parocho caſualiter præſente, ambulante, vel inuito, vel contradicente, ſiue data opera audire nolente, vide Dian. *part. 10. tract. 13. reſolut. 16. per tot. & reſolut. 20.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 375.* Gratian. *deciſ. 37. in Addit. num. 5. &c.* Chriſtin. *deciſ. 333. volum. 1.* Palma *conſ. 87. numer. 51. & ſeqq.* vbi plura pro validitate matrimonij, etiam non conſentiente, ſed inuito parocho, cùm ſufficiat illius præſentia, & teſtium ſine conſenſu, qui requiritur tantùm in contrahentibus.

Item an ſufficiat quòd Parochus, & teſtes audiant contrahentes, vel opus ſit etiam vt illos videant, Dian. *part. 8. tract. 7. reſolut. 68.* Buratt. *deciſ. 634.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 849. numer. 20. &c. infra numer. 25. verſ. Quando.*

Quòd matrimonium debeat contrahi in facie Eccleſiæ, & quæ requirantur, latè Tuſch. *lit. M. concl. 118. per tot.* Rot. *part. 14. rec. dec. 433. n. 1. &c.*

Qualiter requirat verba, & non ſufficiat tacitus conſenſus, & quando ſecùs, idem Tuſch. *lit. M. concl. 121. per tot.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 40.* vbi de conſenſu reſultante ex verbis diſpoſitiuè ab vtroque coniuge coram parocho prolatis, cuius præſentia non poteſt referri ad ſponſalia, ſed ad matrimonium, cùm in illis non requiratur, ſed tantùm in matrimonio, de quo plenè Palma *conſ. 87. per tot.* vbi pro matrimonio à iuuene cum puella in monaſterio exiſtente contracto coram parocho, & teſtibus, abſque alia benedictione, ac ſine denunciationibus, & licèt parocho, ac teſtibus inuitis.

Matrimonium eſt probandum legitimè contractum in 3
facie Eccleſiæ, coram Parocho, & teſtibus, ac denunciationibus præcedentibus, vel illarum diſpenſatione, vt filij ex eo nati dicantur legitimi ſucceſſores patris, & quid vbi aderat impedimentum coniugibus, vel ſaltem vni illorum ignotum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 83. per tot. cap. 648. num. 34. &c. ad 63.* Franch. *deciſ. 130.* Rot. *part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 370. per tot. & deciſ. 779.* vbi plura de probatione matrimonij, late Ludouiſ. *deciſ. 247.* vbi quando, & quales ſufficiant præſumptiones, vide Dian. *part. 10. tract. 13. reſolut. 15.* vbi quid ſi ex aliqua magna neceſſitate non poſſit haberi parochus, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 333. vol. 1. & deciſ. 129. vol. 3.* vbi quando ignorantia excuſet, vel non.

Dicitur autem in facie Eccleſiæ contractum ſtante præſentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de eius, vel Ordinarij licentia, & duorum, vel trium teſtium, etiamſi non in Eccleſia, ſed domi fuerit contractum, Giouagn. *conſ. 59. nu. 9. &c.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 190. num. 31. &c.* vbi quòd ad effectum legitimationis filiorum ſuffragatur etiam matrimonium clandeſtinum, vide Rot. *part. 12. recent. deciſ. 86.* vbi ex quibus dicatur ſufficienter probatum, cum de eo non principaliter, ſed incidenter agatur, *& part. 12. deciſ. 117. num. 34. & ſeqq. et deciſ. 317. per tot. et part. 13. deciſ. 312. per tot.*

Si nullus compareat ad probandum impedimentum, ſed tamen extet fama de illo, quid agendum, vide Menoch. *de arbitr. caſ. 243. per tot.*

An, & quando matrimonium contra Eccleſiæ interdictum, puta prohibitis temporibus contractum ſit validum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 229. vol. 1.*

Quòd omiſſio denunciationum non annullet matrimonium, cùm ſint tantùm de præcepto, & non de eſſentia Sacramenti, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 433. num. 14.* non eſſe tamen licitam copulam, donec ſequutæ fuerint, quando ex aliqua cauſa fuerunt omiſſæ, niſi fuerint ab Ordinario diſpenſatæ, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrogat. 118.* Palma *conſ. 87. n. 59. et ſeqq.* Dian. *par. 9. tract. 8. reſ. 19. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 323. vol. 1.* vbi etiam qualiter puniatur neglectus, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 301. num. 3. et dec. 375. num. 10.*

Plura de huiuſmodi denunciationibus, & illarum diſ-

penſatione, Dian. *part. 9. tract. 4. reſolut. 235. & ſeqq.* vide in §. *Denunciatio num.* 10. Ricc. *Collect.* 702. 2894. Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. diſput. 4. ſect. 7. per tot. fol.* 723.

De huiuſmodi legitimitate probanda ad effectum ſuccedendi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 554. num. 48. & c. cap. 653. num. 57. & c. cap. 754. num. 9. cap. 841. per tot. cap. 969. num. 1. & c.* Thom. Triull. *deciſ. 39. lib. 1.* Rot. *in Romana fideicommiſſi de Arronijs* 23. *Iunij* 1642. coram Bichio, penes Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ. 82. per tot.* Mattha *vot. Piſ.* 230. vbi quòd non eſt neceſſe probare certum tempus matrimonij contracti, latè Ludouiſ. *deciſ.* 247. & 248. vbi quòd cùm non agatur de fœdere matrimonij ſufficiunt præſumptiones, facit Menoch. *lib. 6. præſumpt. 54. per tot.* vbi videtur concludere quòd iſta legitimitas præſumatur, & rectè quidem iudicio meo, vbi conſtat de matrimonio, niſi aliud obſtet, & vide Caualer. *deciſ. 79. deciſ.* 123. & *deciſ.* 142. *per tot.* Ludouiſ. *d. deciſ.* 247. & 248. & *in §. Conſanguinitas num.* & §. *Filius num.* 3. plenè Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 535. & eſt votum D. Marcelli Seueroli.

Quòd nati ex matrimonio putatiuo habeantur pro legitimis ad omnes effectus, etiam primogenituræ, & ſimiles, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 337. vol. 1.* vide *in §. Filius n. 6.* & §. *Affinitas nu.* 2.

Plura de effectibus matrimonij putatiui, quod tale dicitur, quando fuit verè, & ſolemniter celebratum, ſed ex impedimento aliquo ambobus coniugibus, vel ſaltem eorum alteri probabiliter ignoto non ſubſiſtit, Olea *de ceſſ. iur. tit. 4. q. 8. n. 8. & ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 461. vbi quòd ſufficit bona fides vnius ex coniugibus.

4 Matrimonium (ſicut & ſponſalia) rectè poteſt per Epiſtolam, vel nuncium, ſiue procuratorem contrahi, ſiue iure communi inſpecto, ſiue etiam Concilio Tridentino, & dicitur Sacramentum, ſicut & iam contractum probari, & hoc procedit tam ex parte viri, quàm ex parte mulieris; quomodo autem tunc dicatur ſeruata forma Concilij, & ſeruari poſſit contrahendi coram Parocho, & teſtibus, vide Sanchez *de Matrim. lib. 2. diſput.* 11. & 12. cum alijs per Genu. *de ſcript. priuat. lib. 3. quaſt. 31. per tot. fol.* 143. Tuſch. *lit. M. concluſ.* 124. vbi etiam an ante ratificationem poſſit alter pœnitere, & *concl. 150. per tot.* vbi quando errore vitietur, & nouo conſenſu perficiatur, Dian. *part. 3. tract. 4. reſol.* 269. & 270. vbi quid ſi mandans interim in amentiam incidat, & an contractum per procuratorem, vel per literas ſit Sacramentum, adde Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. diſput. 2. ſect. 5. per tot. fol.* 711.

Qualiter attento iure communi, poſſit probari per verba enunciatiua, ſecus autem ſtante Concilio Tridentino, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q. 31. per tot.*

Quòd matrimonium poſſit contrahi per procuratorem, ſed contractum poſt reuocationem mandati ſit nullum, etiamſi reuocatio non fuerit nota procuratori, ſed ab illo ignorata; quicquid ſecus ſit in alijs geſtis, quæ poſt reuocationem ignoratam ſuſtinentur, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 172. per tot.*

5 Matrimonium probatur per fidem Parochi, licèt non iuratam, & quamuis non reperiatur ſcriptum in libro matrimoniorum, peccat tamen Parochus ibidem non deſcribendo, Gratian. *diſcept. for. cap. 653. nu. 60. & c. cap. 754. nu. 24. & c.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 233. per tot. part. 13. deciſ. 445. num.* 10. Merlin. *deciſ. 220. num.* 3. Ricc. *Collect.* 3852. Peregrin. *deciſ.* 108. vbi quoad effectum legitimitatis filiorum probatur ex nominatione coniugum, tractatu matrimoniali, & fama viciniæ, non obſtante Concilio Tridentino, ſi probetur librum matrimoniorum caſu aliquo deficere, quia Concilium non derogat iuri veteri, circa legitimitatem filiorum.

Quòd probetur per dictum librum matrimoniorum, Genu. *de ſcript. priuat. lib. 5. q. 6. fol.* 273. Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.* 340. Caualer. *deciſ.* 444. Ricc. *Collect.* 3152. Rot. *part. 12. recent. deciſ.* 72. vbi quod in tantum eſt verum, vt non admittatur probatio per teſtes, niſi adducatur caſus veriſimilis amiſſionis eiuſdem libri.

Quòd probetur ex inſtrumento dotis, dixit Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 130. num. 6. & part. 13. recent. deciſ. 312. nu. 2. & ſeqq.* vbi de inſtrumento celebrato coram Parocho per verba de præſenti, etiamſi non reperiatur deſcriptum in libro matrimoniorum.

Quomodo probetur per teſtes, ex ſequuta traductione, publica voce, & fama, copula ſubſequuta, cohabitatione, & partium confeſſione, Rot. *in Romana* [illegible] 17. *Maij* 1621. coram Buratto, penes Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ. 46. per tot.* Merlin. *deciſ.* 684. *num.* 17. & *ſeqq.* vbi an poſſit probari per teſtes conſanguineos, Rot. *part. 13. rec. deciſ. 312. nu. 7. & ſeqq.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 28. plenè Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 1022. cum pluribus ſeqq. vſque ad* 1034.

Quando non credatur Parocho quoad contractum matrimonij, nulla de illius validitate, non ſufficienti probatione, & quòd non ſufficiat præſentia, & intelligentia Parochi, & teſtium per parietem intermedium, vel aliud impedimentum, ſed requiratur etiam viſus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 849. per tot. ſupra nu. 2. verſ. Item an ſufficiat*, Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 346. vbi de conſenſu a puella præſtito ad crates monaſterij, ſi patris conſenſus accedat, nam exindè non reſultat matrimonium de præſenti, etiam adſtante Parocho, nec eſt puella cogenda ſi patris conſenſus non accedat, & ipſa nolit aliàs liberè contrahere.

Quòd circa denunciationes ſtetur aſſertioni Parochi, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 91. n.* 1.

Quòd præſumatur potius libertas, quàm matrimonium, Bald. *conſ. 448. nu. 4. lib.* 1. Rot. *part. 13. recent. deciſ. 475. num.* 15.

Matrimonium an dicatur legitimè contractum, & valeat, ſi ſecretò adhibitis teſtibus vir interroget mulierem an vellet eum accipere in maritum, & mulier affirmet, ſequuta poſtea nominatione, & copula, latè Dec. *conſ. 163. per tot.* vbi conſuluit pro validitate matrimonij, ſed addentes videntur contrarium ſentire, & rectè attenta diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 1. circa medium*, vbi omnia matrimonia, aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus contracta, nulla, & irrita declarantur, vltra aliàs pœnas, quas arbitrio iudicis incurrunt ipſi contrahentes, Parochus, vel alius Sacerdos, & teſtes aliter quàm vt ſupra ſeruantes. 6

Quid ſi licentia fuerit dolo, mendacijs, vel metu à Parocho obtenta, vel extorta, an tunc ſit validum matrimonium, Dian. *part. 9. tractat. 8. reſolut. 20. per tot. & part. 11. tractat. 3. reſolut.* 32. vbi alia plura de huiuſmodi licentia, de qua etiam Rot. *part. 14. recent. deciſ. 433. per tot.*

An matrimonium contractum ſine præſentia Parochi, & teſtium ſuſtineatur, ſaltem tamquam ſponſalia de futuro, maximè ſi additum fuerit iuramentum, multi affirmant, alij verò negant, vt per Dian. *part. 3. tract. 4. reſolut.* 258. vbi tranſit cum negatiua iuxta quam refert fuiſſe declaratum a Sacra Congregatione, quia attento Concilio ſic contrahentes peccant, & faciunt actum potius illuſorium, quam aliquo modo validum, & obligatorium, & iterum idem Dian. *part. 9. tract. 7. reſol.* 72. vbi quid ſi copula intercedat, an tunc ſaltem ratione iniuſtitiæ vir teneatur per alium actum legitimum illam fœminam vxorem ducere, & pariter refert contrarias opiniones, quas ambas probabiles putat, vide in §. *Sponſalia*, & §. *Stuprum num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. 331. volum.* 1. Ludouic. Belli *conſ.* 56. vbi an matrimonium ſine denunciationibus, ſine parocho, & ſine conſenſu patris ſit validum, & concludit pro validitate in Gallia ſtante non receptione Concilij, de quo latius idem Bell. *conſ. 224. per tot.* vbi pro nullitate ex circumſtantijs facti, & perſonarum.

Matrimonium præſumptum, & clandeſtinum, licèt ſit nullum, non omni tamen caret effectu, ſed operatur, vt inter eos, qui ſic contraxerunt, non poſſit denuò contrahi, Concil. Trident. *loc. cit.* cuius diſpoſitio declarata fuit in hoc ab Illuſtriſſimis Interpretibus, vt intelligantur inhabiles ad ſic denuò contrahendum, non autem, vt ſint omninò inhabiles, & ideò ſi rurſus ſeruata debita forma velint contrahere, non prohibentur, niſi aliud obſtet impedimentorum, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. nu.* 102. 7

Qualiter debeat ſeparari quoad thorum, & copulam, Tuſch. *lit. M. concl. 143. per tot.*

Plura de matrimonio clandeſtino, quid ſit, quid operetur, & qualiter probetur Tuſch. *lit. M. concl. 152. per tot.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 1035. per tot.*

Matrimonia clandeſtina hodie ſunt irrita ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim.* & noua tradita formula contrahendi, nempè vt præmiſſis legitimis denunciationibus, aut illis in totum, vel pro parte ex iuſta cauſa arbitrio Epiſcopi ſummanda, & cum illius 8

diſcu-

Digitized by Google

diſpenſatione, & licentia omiſſis, coram Parocho rurſus ex contrahentibus, ſine alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duorum, vel trium teſtium præſentia contrahantur, præmiſſa etiam confeſſione, & communione, ac ſubſequente ſolemni benedictione (quæ tamen duo ſunt de conſilio, & non de præcepto, licèt contrahendo in peccato mortali, nouum mortale contrahatur) deſcribenda in libro per Parochum retinendo, non contrahantur in gradibus prohibitis, vel cum alijs impedimentis, quæ plura ſunt impedientia tantùm matrimonia contrahenda, & non dirimentia contracta, nempè interdictum, votum, ſponſalia, & crimen; ac alia impedientia contrahenda, & etiam dirimentia contracta, quæ his verſibus complectuntur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Si Parochus, & duplicis deſit præſentia teſtis.
Raptaue ſit mulier, nec patri reddita tute,
Hæc celebranda vetant connubia, facta retractant.

De quibus omnibus, & alijs ad officium Epiſcopi, & Parochi, circa matrimonia ſpectantibus, D. Raymund. *in Sum. lib. 4. tit. de matrim. §. 16. & ſeqq. fol. mihi* 523. *&c.* latè Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 1. lib. 3. tit. 7. per tot. fol.* 231. *&c. ad* 269. Tuſch. *litt. M. concl.* 137. *& ſeqq.* Candid. *diſquiſit. Moral. part. 2. diſquiſit. 28. per tot. fol. mihi* 361. vbi de omnibus dictis impedimentis, & illorum diſpenſatione, ad quos ſpectet &c. de quibus etiam Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. diſput. 9. per tot. fol. 744. &c. diſput. 10. per tot.* vbi de diſpenſatione dictorum impedimentorum.

An ex matrimonio rato tantùm & nullo, ac etiam ex ſponſalibus nullis oriatur impedimentum publicæ honeſtatis, latè Dian. *part. 9. tractat. 6. reſolut.* 50. 52. *&* 53.

Quo pacto probentur impedimenta matrimonij, Maſcar. *de probat. vol. 2. concl. 1034. per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. q. 6. n. 21. & ſeqq. per tot.* vbi an per confeſſionem partium.

Quænam ſint crimina matrimonium impedientia, & quòd huiuſmodi impedimenta criminum ſint hodie per conſuetudinem penitùs ſublata, & quatenus quis haberet ſcrupulum poſſint per Epiſcopum tolli, & diſpenſari, Dian. *part. 3. tract. 4. reſol.* 259. vide *§. Vxor num.* 12. Caſpenſ. *loc. ſup. cit. ſect. 8. per tot.*

De cognatione legali orta ex adoptione quando impediat matrimonium, vel non, Dian. *part. 4. tract. 4. reſol.* 120. *&* 121. Caſpenſ. *loc. ſup. cit. ſect. 7. per tot.*

9 Matrimonium ſequutum inter raptorem, & raptam, de iure canonico tollit omnem pœnam, ſecus autem de iure ciuili, Clar. §. *Raptus num.* 8. Eſſet tamen in omnem caſum ſemper mitiganda pœna, quando fuit ſequutum etiam de voluntate parentum, attenta facti, & perſonarum qualitate, imò in totum tollenda, ſi raptum præceſſerint ſponſalia de futuro, de quibus ſtandum erit aſſertioni raptoris, & raptæ, latè Cabal. *reſol. crim. caſ. 196. per tot.* Mariba *vot. Piſ. 19. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 1. lib. 3. tit. 7. num. 272. &c. fol.* 256. vide *in §. Raptus num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 334. *vol. 1.* Ricc. *Collect.* 911. Rot. *part. 14. recent. deciſ. 498. num.* 10. vbi quòd raptus excluditur quotieſcumque nuptiarum præceſſit tractatus, dummodò de illo legitimè conſtet, aliàs ſecus vt ibi per plura.

Hodiè tamen raptor eſſe non deſinit, nec raptoris pœnam euadit per matrimonium, niſi obſeruata forma Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. matrim.* fuerit contractum, nempè rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, & nihilominus raptor ipſe, raptam, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non, decenter arbitrio iudicis dotare tenetur, & vnà cum omnibus auxilium, conſilium, & fauorem præbentibus, ſunt ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint de proprio gradu decidunt, prout diſponit Concil. *loc. cit.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. nu.* 101. Azor. *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 5. cap. 20. verſ. Lex iiſdem fol. mihi* 557. *& part. 3. lib. 3. cap. 15. fol.* 179. Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num. 261. & ſeqq. ad* 288. Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 60. 262. 305. *& part. 16. deciſ.* 250. omnes in eadem cauſa, dixi *in Pract. §. Stupro num. 7.* vbi qualiter ratione inæqualitatis perſonarum, vel ratione ſcandali, & mali exempli, ſiue modi indirecti perueniendi ad matrimonia contra voluntatem parentum, qui poſtea ad euitandam maiorem infamiam compelluntur conſenſum præſtare, non obſtante matrimonio ſubſequuto, poſſit eſſe locus pœnæ arbitrariæ contra ſtupratores, vel raptores, vltra dotem, quam puellis ſtupratis, vel raptis, etiamſi illas in vxores duxerint conſtituere tenentur, ad tradita per Gabriel. *conſ. 173. numer.* 15. Baiard. ad Clar. §. *Stuprum num.* 22. Farinac. *de delict. car. quæſt. 147. num. 98. & ſeqq.* Sperel. *deciſ. 6. num. 14. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ. 103. num. 5. 202. num. 9. 291. num.* 22. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 334. vol. 1.* & ita ſæpè ſeruatum vidi, imponendo pœnas arbitrarias, etiam ſequuto matrimonio per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & quandoque etiam abſolui iuxta qualitatem facti, & perſonarum, nulla vt plurimum de dote facta mentione, ſequuto vt ſupra matrimonio, facit circa prædicta Dian. *par. 7. tract. 1. reſol. 27.* vbi qualiter non poſſit impediri per legem Principis ſæcularis.

Quòd prædicta diſpoſitio Concilij Tridentini circa matrimonium inter raptorem, & raptam, comprehendat tantùm raptum, qui fieret cauſa matrimonij contrahendi, non autem ſi cauſa explendæ libidinis, & quando vis infertur puellæ, non autem ſi parentibus tantùm ipſa puella conſentiente, & ſic matrimonium contractum cum puella ex cauſa libidinis rapta, vel de eius conſenſu, licèt inuitis parentibus eſſe validum, etiam adhuc rapta in poteſtate raptoris exiſtente, quicquid alij contradicant, probat Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 261. & part. 10. tractat. 16. reſol. 83. per tot.* vbi etiam quòd ſi fœmina raperet virum, eſſet validum matrimonium, licèt alij contra, vide Chriſtin. *d. deciſ. 334. vol. 1.* Ricc. *Collect.* 911. Rot. *part. 15. recent. deciſ. 60. per tot.*

Quòd imò diſpoſitio Concilij procedat ſiue raptus ſucceſſerit cauſa matrimonij, ſiue cauſa ſolius libidinis explendæ, & matrimonium inter raptorem, & raptam (probato raptu) ſit nullum, quia caret conſenſu, qui dari non poteſt, niſi puella prius euaſerit à poteſtate raptoris, & in loco tuto poſita, aliàs tamquam metu extortus non attenditur, maximè ſi puella fuerit etiam in poteſtate patris, ſine cuius conſenſu (licèt ipſa puella conſentiente) non purgatur raptus, & matrimonium eſt nullum, Boſſ. *de matrim. cap. 13. num. 20. &c.* cum alijs per Rot. *part. 14. recent. deciſ. 498. per tot.* vbi de veriori opinione, alia vide *in §. Raptus*, Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 60. vbi oſtendit eſſe adeò controuerſas opiniones, vt in tali dubietate poſſit concedi remiſſoria ad probandum, *& deciſ. 162. in eadem cauſa d. par.* 15. vbi præualuit opinio quòd conſenſus puellæ non ſufficiat, neque validet matrimonium inter raptorem, & raptam, ſi parentes diſſentiant, *& deciſ. 305. in eadem cauſa d. part. 16. deciſ.* 250. pariter in eadem, vbi confirmatæ fuerunt præcedentes deciſiones, & iterùm in eadem *part. 17. deciſ. 75. per tot.*

Matrimonium non impeditur per coitum ſodomiticum, vel aliter extra vas naturale, cùm per huiuſmodi coitum præter naturalem nulla contrahatur affinitas, Cabal. *reſol. crim. caſ. 44. per tot.* vide *in §. Affinitas num.* *& §. Sodomia num.* 10

Qualiter, & inter quos impediatur per cognationem ſpiritualem contractam ex Baptiſmo, & Confirmatione, vide Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap 2. de reform matrim.* Tuſch. *litt. M. concluſ.* 139. Paul. Chriſtin. *deciſ. 128. in fine vol. 3.* vide *in §. Affinitas num.*

Item qualiter per affinitatem ex fornicatione contractam, quę vltra ſecundum gradum incluſiuè non extenditur, Concil. *loc. cit. cap. 4.* vide *in §. Affinitas n. 2.*

Qualiter autem impediatur inter conſanguineos, & affines vſque ad quartum gradum incluſiuè, & non vltra, facta tamen computatione ſecundum regulas iuris canonici, & non iuris ciuilis, de quibus dixi *in §. Compenſatio nu.* *& §. Gradus num.* *cap. non debet extr. de conſangn. & affin.* Oinot. *Inſtit. de nupt. cap. de arbitr. canon. num. 3. & cap. de arbor. affinit. numer.* 11. Sanchez *de matrimon. lib. 7. diſputat. 51. numer. 13. 17. & 22. & diſputat. 53. num. 1. & 5. & lib. 8. diſput. 24. num.* 32. Tuſch. *litt. M. concl. 137. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 47. num. 38. lib. 2.* vbi aſſerit id eſſe verum tam inter collaterales, quàm inter aſcendentes, & deſcendentes in linea recta, inter quos vltra quartum gradum poſſit conſiſtere matrimonium ſine diſpenſatione, & allegat Sanchez *vbi ſupra*; quamuis quoad aſcendentes, & deſcendentes, inter eos eſſe prohibitum matrimonium vſque in infinitũ, ita vt ſi Adam, à quo omnes deſcendimus hodie viueret, nõ poſſet aliquam mulierem ſine diſpenſatio-

Digitized by Google

ne in vxorem ducere, probat Oinot. *loc. ſupra cit.* per text. *in l. nuptiæ, ff. de rit. nupt.* nec eſſe correctum de iure canonico: Sed hæc quæſtio propter breuem hominum vitam ceſſat, vt inquit Abbas *in d. cap. non debet infra num. 21.*

An matrimonium poſſit per Papam diſſolui, vel impediri, Tuſchus *littera M. concl. 153. per tot.* latè Dian. *par. 8. tr. 1. reſol. 59. & ſeqq. & d. part. 8. tr. 3. reſol. 97.*

11 Matrimonium de iure non liberat à patria poteſtate, ſecus de conſuetudine Neapolitana, & aliorum locorum, Franch. *deciſ. 546. num. 9. & ſeqq.* Boer. *deciſ. 197. num. 3.* vide *in §. Filia num.* *& §. Pater num.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 185. num. 7.* vbi de conſuetudine Franciæ, & Belgij, *& ad leg. municip. tit. 9. art. 1. & tit. 19. art. 27.* Valaſc. *allegat. 29. num. 25. & ſeqq.* vbi de dicta conſuetudine Regni Luſitani, &c.

An ſtante dicta conſuetudine amittatur vſusfructus, vide *in §. Peculium num.*

An filia facta vidua reincidat in poteſtatem patris, Graſian. *diſcept. for. cap. 382. in fine*, vbi quòd non.

Quòd ſtante dicta Conſuetudine poſſit teſtari, non tamen quoad bona ſita extra territorium, in quo viget, nec in præiudicium patris forenſis, Franch. *deciſ. 546.*

Matrimonium debet eſſe adeò liberum, quod ſponſus, qui per verba de futuro promiſit illud contrahere, non eſt præcisè compellendus, licèt adeſſet iuramentum, ſed tantùm monendus, cùm huiuſmodi promiſſio dicatur imperfecta quouſque fuerit contractum per verba de præſenti, vel per coniunctionem, & copulam, Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 29. num. 7. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 804. num. 18. &c.* vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 1. lib. 3. tit. 7. num. 200. &c. fol. 249. & vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 123. fol. 446.* Couar. *de ſponſal. part. 1. cap. 4. in princ. num. 1. & ſeqq. fol. mihi 167.* Rot. pluribus citatis *part. 10. recent. deciſ. 19. num. 2. &c.* dixi latè *in Pract. §. Stupro num. 26. & in hoc opere §. Conditio num.* *§. Pœna num.* *& §. Stuprum num. 8.* latè Paul. Chriſtin. *deciſ. 331. vol. 1.* vbi an Concilium Tridentinum aliquid immutauerit circa ſponſalia de futuro, & dicit quòd non, præterquamquod per copulam non tranſeunt in matrimonium, *& deciſ. 124. vol. 3.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 19. num. 36.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 9. & 20.*

Ita vt nec in eo de neceſſitate, ſed tantùm de honeſtate, requiratur conſenſus parentum, nec valeat ſtatutum huiuſmodi conſenſum requirens contra libertatem matrimonij, Menoch. *de arbitr. 453. num. 8. &c.* Cauales. *deciſ. 415. num. 4. deciſ. 447. per tot. 526. num. 4.* Cardin. Tuſch. *littera S. concluſ. 592.* Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. princip. de reform. matrim.* vide *in §. Filius num. 64. ſupra num. 1. & in Pract. d. §. Stupro num. 26.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 128. num. 6. & ſeqq. per tot. vol. 3.* Merlin. *deciſ. 457. num. 9. & ſeqq.*

Quid poſſit facere pater, vel mater cauſa, inducendi filios ad matrimonium, vel ab illo retrahendi, Sperel. *dec. 75. num. 22. & num. 75. & deciſ. 5. per tot. deciſ. 6. num. 13. & 15.* Franciſc. Anton. Tranchedin. *conſult. 33. per tot.* & dixi ſupra *ſub num. 1. verſ. finem.*

Quando matrimonium tam carnale, quàm ſpirituale dicatur impediri, vel non ex diſpoſitione teſtatoris, plenè Tuſch. *littera M. concluſ. 134. & 135. per tot.*

Quòd imò vbi præceſſerunt legitima ſponſalia, poſſit quis ſub cenſuris compelli ad illorum obſeruantiam, & matrimonium, Caualer. *deciſ. 415. & 421. per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 376. per tot.* Oinot. *Inſtit. de nupt. cap. de ſponſal. num. 5. & ſeqq.* Couar. *de ſponſal. part. 1. cap. 4. num. 1. &c.* Seraphin. *deciſ. 1112. num. 1. &c.* Card. Tuſch. *littera M. concluſ. 126. & lit. S. concl. 403. num. 19.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 5. 16. & 22.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 10. dub. 3. num. 20.* Rebell. *de oblig. iuſt. lib. 2. de matrim. quæſt. 11. num. 13.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 9. per tot. & deciſ. 20.* Sperel. *loc. ſupr. cit.* vide *in §. Stupro num. 7. &c. & in pract. d. § Stupro num. 26.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 331. vol. 1.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 263. per tot.* Poſſent. *ſing. 115.* vbi tamen quod ſi poſtea in negatiua perſiſtat eſt abſoluendus, etiam ipſo non petente, cùm non datur totalis, & præciſa coactio.

Quòd vbi certa ſunt ſponſalia, nec de illorum validitate dubitatur, poſſit etiam iudex ſecularis compellere ad obſeruantiam, Dian. *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 130.* vide *in §. Sponſalia num. 2.*

Intelligendo niſi adſit aliqua iuſta cauſa, ob quam ſit permiſſum recedere à ſponſalibus legitimè contractis, nam tunc qui ſponſalia contraxit, non eſt compellendus ad matrimonium; quæ autem ſint huiuſmodi iuſtæ cauſæ, arbitrio iudicis æſtimandæ, & alia ad hoc propoſitum, Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 57. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 455. per tot.* vbi octo cauſas enumerat, Thom. Triuiſ. *deciſ. 9. num. 5. & ſeqq. per tot.* Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ. 376.* Caualer. *deciſ. 421. & 447. per tot. & deciſ. 468. & 526. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 1. lib. 3. tit. 7. num. 204. fol. 250.* Rot. *part. 1. diuerſ. deciſ. 497.* Seraph. *deciſ. 1112. & 1258.* Couar. *de ſponſal. part. 1. cap. 5. per tot. fol. mihi 175.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. lib. 9. tit. 10. quæſt. 5. per tot.* Rot. *in Venuſina legati 28. Iunij 1623. coram Coccino num. 67. &c.* penes Zacch. *loc. cit. deciſ. 53.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 19. per tot. & part. 14. deciſ. 185. per tot.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 5. quæſt. 3.* Comitol. *Reſponſ. moral. lib. 4. quæſt. 16.* P. Stephan. de Neapol. *de præcip. iur. & inſtit. part. lib. 1. cap. 15. num. 3.* dixi *in Pract. §. Stupro num. 27.* Tuſchus *littera M. concluſ. 126.* Dian. *part. 3. tract. 6. reſol. 81.* vbi refert ſex cauſas, ex quibus corrumpens virginem ſub promiſſione coniugij poteſt excuſari ab obſeruantia, vide *in §. Sponſalia num. 4.*

An valeant ſponſalia inter impares, vt inter fœminam nobilem, & virum ignobilem, & è contra, dic quòd ſic, niſi ſcandalum magnum exinde probabiliter timeatur, quod cautè conſiderandum eſt, cùm ſæpè multæ iactentur minæ, & poſtea de facili omnes matrimonio contracto acquieſcant, Dian. *part. 9. tract. 7. reſolut. 71. per tot. infra num. 23.* latè Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct. 40. cent. 2.* vbi plura in conſilio ibi impreſſo pro diſſolutione ſponſalium, etiam iuratorum, & votiuorum ratione imparitatis, & ignobilitatis ſponſæ, patre ſponſi nobili reclamante.

Matrimonium debet eſſe adeò liberum, vt quis non poſſit ad illud inuitari metu pœnæ, quamuis ſpe lucri allici poſſit (niſi tamen agatur de magno lucro ammittendo, quia tunc inferret iuſtum metum, & pœnæ æquiualeret) & ideò poteſt teſtator auferre legatum, vel hæreditatem, ſi quis contraxerit, vel non contraxerit matrimonium cum certo genere perſonarum, nam quamuis ademptio videatur facta nomine pœnæ, verè non eſt pœna, ſed certa lex, & conditio licitè à teſtatore impoſita, cùm pœna verè, & propriè dicatur illa, per quam aliquid proprium aufert, *cap. Gemma de ſponſal. l. Titia, ff. de verb. obligat. l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 33.* Rota *in Venuſina legati Mercurij 28. Iunij 1623.* coram Coccino *per tot.* vbi fuit tentum non deberi legatum relictum ſub conditione, & caſu, quo alteri extra familiam nuberet, quamuis verè alteri, & extra familiam nupſerit, cùm agatur de auferendo propria bona à perſona ſic grauata, vel de maximo lucro ſcutorum ducentorum millium amittendo, & habetur *d. deciſ.* apud Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom. 2. deciſ. 53.* adde Paul. Chriſtin. *deciſ. 124. num. 33. & ſeqq. vol. 2.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 93. num. 6. & ſeqq. per tot.* vbi adducunt aliæ deciſiones, & declarationes, facit Rot. *part. 12. recent. deciſ. 23. num. 9. & 10.* vbi quòd metus probatus ex minis priuandi aliquem bonis relictis, &c. *part. 13. deciſ. 321. per tot.* vbi plura ad excluſionem pœnæ ob non contractum matrimonium iuxta diſpoſitionem teſtatoris, & latè Bich. *deciſ. 89.* vbi de validitate legati in caſu contrauentionis, nubendo ſcilicet extra Ciuitatem à teſtatore ordinatam, non obſtante quòd videatur in pœnam, facit etiam ad prædicta Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. part. 1. cap. 8. dubit. 21. ſect. 4. per tot. fol. mihi 437.* 13

Quòd licèt puella non poſſit metu pœnæ ad nubendum alicui adſtringi, ſpe tamen lucri ad nuptias inuitari poſſit, dummodò dignè, & honeſtè illi nubere valeat, aliàs non permittetur relicto, Marcian. *diſp. for. cap. 77. per tot.* Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 18. num. 1.* Boſſ. *de matrim. cap. 11. num. 464.* Martha *de ſucceſſ. Legal. par. 4. qu. 12. ar. 2. num. 85. & ar. 3. n. 45.* Rot. *d. deciſ. 93. n. 6. &c. par. 10. recent.* & de omnibus prædictis, ac alijs ad rem latè Vrceol. *tr. de tranſact. qu. 28. per tot.* vbi etiam de ſponſionibus aliquid ſoluendi in caſu matrimonij, vel *à tempo à moglie*, an ſubſiſtant.

Qualiter matrimonium debeat eſſe liberum, & voluntarium, latè Tuſch. *litt. M. concl. 133. per tot.*

Ita vt contractum contra Superioris prohibitionem ſit va-

Digitized by Google

validum, quamuis prohibitio emanaret à Papa, & cum clauſula irritante, & tantò magis ab alio Inferiore, vel à Principe ſæculari, latè Ricc. *Collect.* 4167. vide ſupra *num.* 2. *circa medium verſ. Quod Epiſcopus.*

14 Matrimonium metu contractum redditur ipſo iure nullum, quando metus fuit cadens in conſtantem virum; metus autem non præſumitur, ſed probatur coniecturis, quarum multas recenſet Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 4. *per tot.* vbi etiam quando metus præſumatur continuatus, & quando dicatur purgatus, vt poſſit dici matrimonium ipſum liberè ratificatum, de quo vide *in §. Metus num.* 8. *& num.* 16. plenè Rot. *in Venetiarum matrimonij* 29. *Nouembris* 1604. *coram Pamphilio*, penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 58. Ricc. *Collect.* 535. *&* 1322. Ludouiſ. *deciſ.* 326. *per tot. & deciſ.* 351. *in eadem cauſa*, vbi plura de qualitate teſtium in hac materia, *& deciſ.* 374. vbi ſi agatur de muliere ſufficit metus cadens in conſtantem mulierem, in qua minor metus requiritur, & probatur coniecturis, vel per teſtes, etiam ſingulares, *& deciſ.* 392. *&* 395. benè Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 48. vbi plura, *& part.* 18. *deciſ.* 405. *per tot. & deciſ.* 490. vbi pro excluſione metus, latè Sperel. *deciſ.* 5. *&* 6. *per tot.* vbi de iuuene reperto in domo viduæ, ſiue puellæ, qui antequam exire poſſet ibi matrimonium contraxit, *& deciſ.* 75. *per tot.* vbi de puella à matre coacta ad contrahendum cum viro ſibi inuiſo, adde Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 228. *& par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 33. vide *in §. Stuprum num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 335. *volum.* 1. *& deciſ.* 114. *num.* 8. *& ſeqq. volum.* 2. *& deciſ.* 128. *num.* 27. *&c. volum.* 3. Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 26. *diſput.* 5. *per tot. fol.* 724. *&c.*

De matrimonio per metum à iudice illatum contracto, an, & quando ſit validum, vel non, Dian. *par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 26. *&* 27. *per tot.* Thom. Trimil. *deciſ.* 63. *per tot. lib.* 1. vbi pro nullitate matrimonij contracti ad euitandum bannum ſibi comminatum, niſi intra mentem contraxerit, vide *§. Stuprum.*

Quòd matrimonium metu contractum, etiam poſt copulam meticuloſè pariter ſubſequutam, remaneat ipſo iure nullum in foro conſcientiæ, in foro autem externo ſit annullandum, imò iuxta magis communem etiam in foro externo licèt conſummatum remaneat nullum, quando copula fuit per metum ſubſequuta, nec firmetur iuramento, ità vt nec iſto caſu ſit neceſſaria abſolutio, latè idem Sperel. *deciſ.* 25. *per tot.* Carol. Rota *in eius Florileg. concluſ.* 28 *per tot.* Martha *vot. Pi*ſ. 64. *per tot.* vbi nupſit alteri, vide *in §. Metus num.* 8. *& num.* 16. Rot. *in Traiecten. matrimonij* 15. *Ianuarij* 1653. *coram Albergato*, & habetur penes Dian. *tract.* 11. *in fine fol. mihi* 560. *& inter recen. par.* 11. *deciſ.* 301. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi plura ad excluſionem metus, & rurſus in eadem cauſa *d. par.* 11. *recent. deciſ.* 334. vbi pariter ad excluſionem metus. Pro nullitate matrimonij ratione metus, pulchrè Rot. *in Romana nullitatis matrimonij* 24. *Maij* 1655. *part.* 12. *recen. dec.* 23. *per tot. & par.* 16. *deciſ.* 38. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 34. *& Collect.* 79. vbi quid agendum ſtante ſuſpicione, ne vis inferatur puellæ; Rot. *par.* 18. *recen. deciſ.* 405. vbi pro nullitate matrimonij metu contracti, ità vt nec per diuturnam cohabitationem dicatur ratificatum, cùm opus eſſet vt omnia denuò interuenirent, quæ erant neceſſaria, & de eſſentia matrimonij, *& deciſ.* 490. vbi pro excluſione metus.

An autem ratione erroris, poſſit matrimonium annullari, cùm error conſenſum excludat, dic quòd ſic, ſi verſetur circa perſonam, ſecus ſi circa qualitatem, vel fortunam, *cap. vnic.* 29. *quæſt.* 1. *&* 2. *per tot.* Oinot. *Inſtit. de nupt. cap. de diuort. num.* 40. *&c. fol.* 43.

Quòd ſi parentes cogant filios ad matrimonium ineundum, non incurrant excommunicationem latam in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de matrim.* Dian. *p.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 33. *verſ. Aduerte tamen*, vide *in §. Falſario num.* 64. idem Dian. *dict. tract.* 4. *reſol.* 132. *verſ. non deſiuant ſupra num.* 1. facit Rot. *part.* 11. *recen. deciſ.* 334. *per tot.*

Quid ſi impediant, & an impedire valeant, dixi ſupra *ſub num.* 1. *verſ. finem*, latè Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 40. *Cent.* 2. in conſilio ibi impreſſo, vbi plura pro patre ad irritanda ſponſalia, etiam iurata, & votiua à filio cum puella ignobili, & impari contracta.

15 Matrimonium tam carnale, quàm ſpirituale contractum per dolum, eſt validum, nec poteſt ex hoc capite reſcindi, intelligendo tamen quando dolus verſatur non circa ſubſtantialia, ſed circa accidentalia ipſius contractus matrimonij; imò etiam dolus dans cauſam matrimonio circa illius qualitatem vitiaret illud, ſi dicta qualitas eſſet appoſita per modum conditionis, vel in errorem perſonæ redundaret, & in omnem caſum poſſet deceptus agere actione de dolo ad intereſſe, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 18. *num.* 18. *&c.* Sperel. *deciſ.* 150. *num.* 6. *&c. per tot.* vbi etiam *num.* 28. *&c.*

Quòd in ſpiritualibus, in quibus quis inducitur ad ſeruiendum Deo, non attendimus dolus, cùm dicatur bonus, & non malus, prout requiritur ad annullandum contractum, vide *in §. Dolus num.* 2. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 41. *fol.* 203. *& tit.* 22. *num.* 87. *&c. fol.* 444.

In quibus differant matrimonium carnale, & ſpirituale, latè Tuſch. *lit. M. concl.* 120. *per tot.*

Et in quibus conueniant, ità vt valeat argumentum de vno ad aliud, Ricc. *Collect.* 500.

Spirituale inter quos contrahatur, Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 151.

Matrimonium contractum ſub conditione, vel proteſtatione ſuſpenſiua, vel reſolutiua, non eſt validum, *cap. fin. de cond. appoſ.* vbi Abb. & alij. Vndè iuuenis repertus in domo puellæ, & coactus illam deſponſare, ſi dicat accipio in vxorem, ſed quia mecum ſtuprum commiſiſti, dubito ne idem faciat cum alijs, & ideò proteſtor, quòd ſi adulterabit volo poſſe etiam accipere, cui proteſtationi ſi conſentiat puella, matrimonium ſtatim redditur nullum, ſecundum Ferret. *cautel.* 7. *per tot.* vide Hoſtien. & alios *in d. cap. fin. & tot. tit. de condit. appoſ.* Oinot. *Inſtit. de nupt. par.* 1. *cap. de ſponſal. num.* 30. *& ſeqq. fol.* 33. vbi an, & ſub quibus conditionibus poſſint ſponſalia contrahi, quæ ſint præferenda ſi pendente conditione primorum, alia contrahantur, & an interim ſit locus pœnitentiæ, vide *in §. Sponſalia num.* 2. Tuſch. *lit. M. concl.* 127. *per tot.* Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 291. *cum pluribus antecedentibus, & ſubſeqq.* facit Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 326. *vol.* 1. vbi an matrimonium contractum (vbi adeſt aliquod impedimentum) ſub conditione ſi *Papa diſpenſauerit*, ſequuta diſpenſatione ſtatim ſit verum, ac perfectum matrimonium, ſiue potius requiratur nouus conſenſus, & refert contrarias opiniones, vide Fachin. *contr. lib.* 3. *cap.* 30. Chriſtin. *dec.* 128. *num.* 18. *et ſeqq. vol.* 3. Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 26. *diſput.* 6. *per tot. fol.* 728. *etc.* vbi plura de matrimonio ſub conditione contracto, vt ſi conditio ſit de præterito, vel de præſenti, ac verè, & realiter exiſtat, ſiue verificetur, valeat matrimonium, ſi verò deficiat, irritetur, ac idem in conditione de futuro neceſſariò euentura, vt matrimonium ſtatim ſit validum, ac ſi conditio adiecta non eſſet, niſi ità conſentiens velit omninò ſuum alligare conſenſum ad conditionem de futuro; quid in conditione impoſſibili, aut inhoneſta, vt in foro conſcientiæ reddat inualidum matrimonium, in foro autem externo, & iudicio Eccleſiæ validum; in alijs verò conditionibus de futuro licitis, an ſuſpendant matrimonium, & illis aduenientibus nouus requiratur conſenſus, contrariæ ſunt opiniones, vt ſupra, ſed probabiliorem eſſe, impleta conditione, præciſè valere matrimonium abſque nouo conſenſu, vt latè omnia ibidem declarat.

17 Matrimonium poteſt validè contrahi, etiam à conſtituto in articulo mortis, vel ad mortem per ſententiam damnato, cum propria concubina, vel alia muliere ad effectum legitimandi filios antea ex illa ſuſceptos, ità vt tunc ob breuitatem temporis non ſint neceſſariæ denunciationes, de quibus tamen ſi poſſibile ſit debet obtineri diſpenſatio ab Ordinario, aliàs non erit licita copula, ſi talis ſic contrahens ſuperuiuat, niſi poſtea factis dictis denunciationibus ex cauſa prædicta, vel alia ſimili omiſſis, P. Manar. *Nect. Malencol. Interrog.* 118. *fol.* 191. vbi allegat Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 105. Nauar. *conſ.* 17. *de ſponſal.* Filiuc. *tract.* 10. *de matrim. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 172. *et alios*, Dian. *par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 98. vbi tamen quòd ſemper eſt neceſſaria præſentia Parochi, & teſtium, Viui. *comm. opin.* 492. Plura de huiuſmodi denunciationibus faciendis, quando, & ex quibus cauſis poſſint omitti de licentia Ordinarij, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 1. *et ſeqq. ad* 65. *fol.* 231. *etc.* & dixi *in §. Denunciatio num.* 10.

Quòd poſſit Parochus aſſiſtere dicto matrimonio in articulo

culo mortis contrahendo abſque præcedentibus denunciationibus, & ſine Epiſcopi licentia, ſi ad eum recurſus non pateat promptus, quia tunc Eccleſia ipſa mater, filiorum ſuorum vicem dolens, diſpenſare videtur, & alia ad rem, Carol. Marant. contr. par. 5. reſponſ. 13. per tot.

18 Matrimonium fuiſſe conſumatum, probatur pluribus modis, primò per confeſſionem coniugum, ſecundò per diuturnam cohabitationem, ex qua oritur præſumptiua copulæ probatio, tertiò per teſtes de viſu, qui viderint in lecto ſolum cum ſola, nudum cum nuda, vel virum cum fœmina, quartò per auditum proprium, vt quia dicant teſtes audiuiſſe rumorem tamquam hominis volentis cum fœmina commiſceri, maximè concurrente fama, ac alijs adminiculis, Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 91. num. 3. &c.

Alia plura adminicula, & inditia ad probandam copulam carnalem deducit Rot. in eadem cauſa d. par. 2. deciſ. 95. per tot. & in Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram Arguelles, & 19. Iunij 1651. coram Otthobono, penès Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. deciſ. 87. & 97. per tot. facit quòd dixi in Pract. §. Stupro num. 3. 21. 22. 23. & 24. vbi ex quibus coniecturis probetur ſtuprum, & vide in §. Stuprum.

Quòd matrimonium carnali copula conſumatum, non poſſit ex diſpenſatione Papæ diſſolui, etiam ad effectum intrandi Religionem, altero coniugum diſſentiente, Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 101. num. 7. vide in §. Maritus num. latè Dian. part. 8. tract. 1. reſol. 62. & ſeqq. vbi quid in rato tantùm, & non conſumato, & d. par. 8. tract. 3. reſol. 97.

Non tamen dici conſumatum ſi ſolus vir intra vas naturale mulieris ſeminauerit, fœmina non ſeminante, cùm vtriuſque ſeminis comixtio requiratur, vt poſſint dici vna caro effecti, Dian. par. 4. tract. 2. reſol. 43. & par. 5. tract. 13. reſol. 54. vbi propterea infert quòd ſi id partibus certò conſtet, poteſt alter religionem ingredi, & profiteri, & alter in ſæculo remaneos aliud matrimonium inire, facit quod dixi in §. Affinitas num. 4. idem Dian. d. par. 5. tract. 14. reſol. 37. in fine, vbi contra, & par. 11. tract. 5. reſ. 26. vbi pariter contra.

19 Matrimonium quando poſſit, vel debeat ſeparari ob impedimentum, & impotentiam ad coeundum, ſiue ex parte viri, ſiue mulieris, ſiue vtriuſque, latè Menoch. de arbitr. caſ. 519. per tot. vbi in vnoquoque capite plures caſus diſtinguit, Rot. in Pampilonen. matrimonij 13. Maij 1622. coram Coccino, penès Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ. 48. per tot. 16. Ianuarij 1623. in eadem cauſa coram eodem, penès Zacch. loc. cit. deciſ. 51. & 52. Sanfelic. deciſ. 361. per tot. cum plena Addit. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 1. lib. 3. tit. 7. num. 344. & ſeqq. per tot. fol. 264. vbi plura de huiuſmodi impedimento impotentiæ, Paul. Zacch. loc. cit. conſ. 68. & conſ. 72. per tot. Sperel. deciſ. 141. per tot. vbi an diſſoluatur, & quomodo cognoſcatur impedimentum, Dian. par. 11. tract. 5. reſol. 8. & 9. vbi de triennio à iure præfixo ad experiendam impotentiæ veritatem à quo tempore ſit computandum; quid agendum ſi poſt ſeparationem ex hac cauſa, fuerit repertum impedimentum non eſſe perpetuum, vir fuerit ſacris initiatus, mulier fornicata, & alia. An autem mulier teneatur pati inciſionem, etiam ſi defectus proueniat ex parte viri ob membrum improportionatum, Dian. d. par. 11. tract. 5. reſol. 6. per tot. vbi refert varias opiniones, & caſus.

Quòd ſi vir conſcius ſuæ impotentiæ contraxerit matrimonium, debeat ſeparari, & mulier poſſit cum alio contrahere, idemque etiam per carcerationem conſtringi ad integram dotis reſtitutionem, & alia de modo probandi huiuſmodi impotentiam per viſitationem, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 338. & 339. num. 13. vol. 1. & deciſ. 192. vol. 5. vbi de modo probandi impotentiam coeundi.

De diſſolutione matrimonij, diuortio, thori ſeparatione, & ſolutione ſponſalium, ex quibus cauſis fieri poſſint, plenè Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. lib. 9. tit. 10. per tot. Oinot. Inſtit. de nupt. cap. de diuort. per tot. fol. 40. vbi refert plures cauſas diuortij, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 339. volum. 1. & deciſ. 138. per tot. volum. 3. vbi etiam an pendente quæſtione diuortij teneatur vxor redire ad maritum, quomodo ſit dos reſtituenda, & alia de hac materia, de qua etiam plena Addit. ad Sanfelic. deciſ. 361. per tot. Caſpenſ. Curſ. Theol. tract. 26. diſput. 11. fol. 738.

De impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quòd oritur ex præcedentibus ſponſalibus validis in gradu primo cum altero conſanguineo, Sperel. deciſ. 95. per tot. vide in §. Sponſalia n. 2. Tuſch. lit. M. concl. 140.

An iſtud impedimentum publicæ honeſtatis ortum ex ſponſalibus, ceſſet, ſi illa mutuo diſſoluantur conſenſu, Dian. par. 11. tract. 5. reſol. 12. vbi affirmatiuè concludit, licèt alij contra.

Quando ex cauſa ſæuitiæ poſſit fieri ſeparatio thori, Thom. Triuiſ. deciſ. 45. per tot. lib. 1. deciſ. 61. vbi de cauſa inimicitiæ ex accuſatione adulterij ortæ, Rot. in Tridentina matrimonij 11. Martij 1650. coram Albergato num. 8. & ſeqq. habetur par. 11. rec. deciſ. 35. & penes Paul. Zacch. vbi ſupra deciſ. 94. vbi quòd ſæuitia debet probari per teſtes omni exceptione maiores, & concludenter, ac talis, quæ inferat iuſtum metum cadentem in conſtantem virum, cui obuiari non poſſit per cautionem, nec ſufficit actus vnicus, quamuis atrox, nec vbi eſſet ſequuta reconciliatio, Bich. deciſ. 412. vbi plura ad excluſionem ſæuitiæ, & deciſ. 425. in eadem cauſa vbi alia ad idem, & latè Sperel. deciſ. 139. per tot. Sanfelic. deciſ. 361. cum Addit. Merlin. deciſ. 446. per tot. plenè, doctè, & magiſtraliter Rot. in Ianuen. ſeparationis thori 31. Ianuarij 1625. 24. Nouembris 1632. in Aphorſ. 1633. 16. Ianuarij 1645. quæ omnes deciſiones emanarunt in eadem cauſa, atque habentur par. 6. recen. deciſ. 155. 191. 231. & 324. & par. 9. deciſ. 323. per tot. vbi referuntur aliæ deciſiones in eadem cauſa vſque ad annum 1650. Rot. par. 16. recen. deciſ. 99. vbi pro non ſeparatione ex defectu probationum adulterij, & ſæuitiæ, & par. 18. deciſ. 115. vbi pro ſeparatione ob ſæuitiam probatam per teſtes æque conſanguineos, & familiares, attento etiam dicto ipſius mulieris, & deciſ. 463. per tot. vbi pro non ſeparatione ex cauſa ſæuitiæ ad leuem correctionem redactæ, & adulterij non probati, præſtita cautione de non offendendo, & benè tractando.

Quòd carceratio vxoris cum cibi ſubſtractione dicatur magna ſæuitia, ſi fiat ſine magna cauſa, Rot. par. 6. recen. deciſ. 239. num. 12. & 13. & par. 13. deciſ. 199. & 270. vbi plura quando ob ſæuitiam viri ſit locus ſeparationi thori, vel non, attenta perſonarum conditione, vide in §. Maritus num. 1. &c. §. Vxor num. 7. &c. Rot. d. par. 13. recen. deciſ. 328. in eadem cauſa, vbi tandem fuit concluſum pro ſeparatione ob odium implacabile, retenta muliere in monaſterio alenda ex fructibus ſuæ dotis.

Quòd huiuſmodi ſeparatio non pendeat à coniugum voluntate, etiam ſi concordent in cauſis, ſed iudicio Eccleſiæ ſeruatis ſeruandis ſit facienda; Ludouiſ. deciſ. 294. Sperel. deciſ. 138. num. 1. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. 138. num. 12. vol. 3. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 361.

Confeſſio tamen coniugis, quæ non attenditur quoad vinculi ſolutionem, attendi poteſt quoad thori ſeparationem, cap. ex litteris de diuort. Natt. conſ. 24. num. 1. Gabriel. conſ. 161. num 10. lib. 1. quos ſequitur Rot. par. 6. rec. dec. 155. num. 57. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 6. num. 34.

Facta autem dicta ſeparatione, an penes patrem, vel penès matrem filij extantes ſint alendi, idem Sperel. d. deciſ. 138. num. 101. &c. vide in §. Maritus num. Ripol. var. reſol. cap. 3. num. 29. & ſeqq. Duran. deciſ. 164. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 361. in fine.

An, quando, & quomodo ſit concedenda thori ſeparatio ob viri, vel vxoris adulterium, ob ſuſpicionem morbi gallici, vel contagioſi, ob vitium ſodomiticum cum alijs admiſſum, ſiue cum vxore tentatum, & quid vtroque caſu ſit probandum, idem Sperel. deciſ. 140. per tot. Tuſch. lit. M. concl. 143. per tot. Dian. par. 3. tract. 4. reſol. 257. vbi an propter adulterium occultum quis poſſit ſecluſo ſcandalo in foro conſcientiæ vxorem dimittere, qualiter adulteria vtriuſque inuicem compenſentur, & alia, vide in §. Sodomia num. 8. §. Adulterium num. 12. Rot. par. 18. rec. deciſ. 801. per tot.

Quomodo ad hunc effectum probetur Adulterium, vel non, Thom. Triuiſ. dec. 21. per tot. lib. 2. Rot. par. 16. recen. dec. 99. & par. 18. dec. 818. per tot. vbi plenè.

De alijs cauſis diuortij præter adulterium, Dian. part. 11. tract. 5. reſol. 47. verſ. Nota ſecundo, & plena Addit. ad Sanfelic. deciſ. 361. per tot.

Qualiter de iure ciuili facto diuortio inter maritum, & vxorem, cum bona gratia, & mutuo vtriuſque coniugis conſenſu interueniente dirimeretur olim matrimonium,

l. vn-

Digitized by Google

l. vitricus, §. 1. *cum duabus ſeqq. ff. de donat. inter vir. & vxor.* quod tamen hodie eſt ſublatum per Nouell. *Iuſtiniani* 117. & de iure Pontificio, quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, exceptis quibuſdam caſibus, de quibus ſupra, & Gabriel. de Bellis *tract. de delict. cap. 4. num. 1. & ſeqq. fol. mihi* 279.

20 Ma rimonium etiam poſt diuortium reintegrari poteſt, & ad priſtinum ſtatum reduci mutua reconciliatione, *cap. placuit* 32. *quaſt. 7.* vel ſuperueniente adulterio ex parte illius, qui ex cauſa adulterij alterius diuortium petijt, cùm adulteria non ſolùm ante diuortium, ſed etiam poſtea ſequuta compenſentur, *cap. ex litteris*, vbi Panorm. & alij *de diuort.* vel ſi per errorem ſequutum fuerit diuortium, cùm nulla ſententia in cauſis matrimonialibus ita tranſeat in iudicatum, quin comperta veritate retractari poſſit, *cap. lator. de ſent. & re iudic.* Oinot. *Inſtit. de nupt. cap. de diuort. num. 47. fol. 47.* vide Dian. *d. reſol. 257. & part. 9 tract. 8. reſol. 39.* vbi qualiter compenſentur adulteria etiam poſt ſententiam diuortij, ita vt innocens qui petijt diuortium, ſi poſtea, & ipſe adulterium committat, teneatur reconciliari cum altero nocente dimiſſo, licèt alij contra; & an quando vtroque coniux eſt adulter, & vnus vitam emendauit, alter verò non, poſſit emendatus diuortium petere, & videtur affirmare, licèt referat alios contrarium tenentes, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. 18. num. 38. & ſeqq. vol. 5. & ad leg. municip. tit. 2. art. 13.*

21 Matrimonium contractum in gradu prohibito non valet, niſi ſuperueniat diſpenſatio Papæ, & an, & quando præſumatur huiuſmodi diſpenſatio, vel non, & qualiter contrahentes puniantur, Tuſch. *littera M. concluſ. 141. & 142. per tot. ſupra num. 16. &c.*

Plura de inceſtuoſis nuptijs, & illarum pœnis, Paul. Chriſtin. *deciſ. 129. vol. 3.*

Quando autem, & in quibus caſibus poſſit, vel ſoleat diſpenſatio concedi, latè Dian. *part. 8. tract. 1. reſol. 67. & ſeqq.* vide *in §. Diſpenſatio num. 2.*

22 Matrimonium non poteſt cum duobus contrahi ſub grauibus pœnis, & primum validum, & ſolidum præfertur ſecundo, latè Tuſch. *litt. M. concl. 144. & 145. per tot.* dixi *in §. Mulier num. 39. & §. Vxor num. 6.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. diſp. 2. ſect. 6. per tot. fol. 714.*

An autem matrimonium contractum abſque certitudine mortis prioris coniugis ſit nullum, etiam ſi re vera coniux eſſet mortuus, Pont. *de matrim. lib. 7. cap. 53.* Comitol. *reſp. mor. lib. 1. quaſt. 129.* Pont. *ſing. 183.* vbi pro nullitate etiam ſi coniux eſſet mortuus, non data mortis certitudine tempore contracti matrimonij.

23 Matrimonia, ſiue nuptiæ debent inter pares contrahi, quomodo procedat prouerbium *nube pari*, quibus reſpectibus conſideretur huiuſmodi æqualitas, de pœnis inceſtarum, & ſecundarum nuptiarum, & alia, Tuſch. *littera N. concl. 157. & ſeqq.* vide ſupra *num. 12. in fine.*

24 Matrimonium conuerſi cum infideli contractum ante baptiſmum, an, & qualiter poſſit diſſolui, ne conuerſus cogatur, vel cælibem vitam degere, vel habitare cum infideli obſtinato, ita vt poſſit conuerſus aliud matrimonium inire, vel religionem ingredi, & an tunc etiam infidelis poſſit aliud matrimonium contrahere, & alia, Dian. *part. 9. tract. 7. reſolut. 47. & 48. per tot.* vide *in §. Iudæi num. 9. & §. Vxor num. 4.* Dian. *part. 11. tract. 5. reſolut. 47. verſ. ſeptimus*, vbi quid ſi poſtea etiam alter conuertatur, adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 330. volum. 1. per tot. & deciſ. 332. d. vol. 1. & deciſ. 339. dict. volum. 1.* vbi quòd matrimonium ante baptiſmum, vel inter infideles conſumatum eſt diſſolubile, vide Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quaſt. 126. per tot.* Gabriel. de Ballis *de delict. cap. 4. num. 18. & 19. fol. 281.* vbi etiam *num. 16. & 17.* quòd ſi matrimonium fuerit contractum inter fideles, ſi poſtea alter coniugum in hæreſim, vel infidelitatem ſit lapſus, non ſoluitur fœdus matrimonij, ſed tantùm quoad thorum ſeparantur, & eo ad fidem reuerſo, poteſt alter religionem ingredi eo inuito.

Quòd matrimonium contractum ab Apoſtatis, ſit omninò nullum, atque irritum, filijque inde nati illegitimi, data vtriuſque contrahentis ſcientia nullitatis, ac ideò inſucceſſibiles, & quid de filijs ſuſceptis à verè coniugatis, ſed poſt factum votum, vel religionis ingreſſum, & alia huiuſmodi, Sanch. *de matrim. tom. 2. lib. 9. diſp. 38.* Palæo *de donat. & ſpur. cap. 10.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 40. vol. 2.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de matrim. cap. 9.*

Qualiter valeat matrimonium fidelis cum Iudæo, vel alio infideli contractum, Sanchez *d. tract. lib. 7. diſput. 71.* Bellarm. *in controu. de matr. lib. 1. cap. 23.* Ricciul. *de iur. perſon. &c. lib. 2. cap. 2. num. 58. & ſeqq.*

Quòd imò de iure diuino ſit incompatibile matrimonium inter eos, qui ſunt diſparis cultus, & quid inde ſequatur pulchrè Hermenegild. de Roxas *tract. de incompat. Regn. & maiorat. part. 3. cap. 3. per tot. fol. 174.*

Matrimonium cum impubere contractum eſt nullum, 25 *cap. tua de ſponſal. cap. nobis, cap. de illis, & cap. fin. de deſponſat. impub.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſput. 104. num. 1. &c.* niſi fuerit obtenta diſpenſatio à Papa, quæ ſolet concedi, quatenus malitia ſuppleat ætatem, & tunc dicitur malitia ſupplere ætatem ſi adſint præcoces corporis, & ingenij vires, ita vt detur aptitudo ad copulam, & intellectus indiſſolubilitatis contractus, quo caſu coniuges ſunt manutenendi in exercitio matrimonij, allegata nullitate à tertio, ad latè tradita per Merlin. *in Neapolitana matrim. 30. Martij 1629. inter impreſſas eiuſdem deciſ. 400.*

Alia vide *in §. Sponſalia, & §. Stuprum.*

Matrimonium à forenſibus, & vagabundis in aliquo 26 loco contractum non præmiſſis diligentijs à Concilio Tridentino ordinatis, eſt validum, licèt Parochus mortaliter peccet, Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 25. num. 16. & 17.* Barboſ. *de Epiſcop. allegat. 32. num. 74. & de offic. & poteſt. Paroch. cap. 21. num. 86.* & alij relati in elegantiſſimo voto deciſiuo Illuſtriſſ. D. Marcelli Seneſoli *num. 54.* inter deciſiones Rot. Rom. *part. 14. recent. deciſ. 535.*

De dictis diligentijs, & quomodo ſe gerere debeat iudex in vagorum, & forenſium matrimonijs, benè Michael. Ferro Manriquez *quaſt. Vicariat. part. 1. quaſt. 2. per tot.*

Matrimonium an contrahi poſſit, & ſubſiſtat inter duos 27 hermaphroditos in vtroque ſexu potentes, vt reciprocus vſus corporum ex vtroque ſexu ſit licitus tam in foro interno, quàm in foro externo, Martin. Perez *tract. de matrim. diſput. 37. ſect. 15.* vbi concludit tale matrimonium continere intrinſecam, & maximam indecentiam ob vſum promiſcuum vtriuſque ſexus, quem ipſa naturalis ratio abhorret; quapropter licèt hermaphroditi validè contrahant matrimonium ſub ſpecie ſexus, in quo vnuſquiſque incaleſcit, vel præualet, & ſi adhibitis peritis æqualiter in vtroque pollentes reperiantur, electio ſexus, quo vti velint illis conceditur; non tamen debet Parochus interuentionem huiuſmodi matrimonium ſciens præſtare, ſed Epiſcopum conſulere, vt coram eos iuſiurandum exigatur, ne in poſterum altero ſexu abutantur, *gloſ. in cap. ſi teſtes, §. Hermaphroditus 4. quaſt. 2. & 3.* cum pluribus alijs citatis per Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de recrimin. controuer. 48. num. 19. & ſeqq. & num. 52. & ſeqq.* vbi latè demonſtrat, imò huiuſmodi matrimonium inter hermaphroditos, etiam in vtroque ſexu potentes æqualiter, eſſe licitum, & honeſtum, licitéque vtroque ſexu promiſcuè vti poſſe dictos contrahentes virtute poteſtatis corporum acquiſitæ per matrimonium, cùm facti ſint duo in carne vna ad finem naturalem prolis, vel ad finem remedij incontinentiæ, nec aliquod delictum punibile in eis reperiri; & ſic dicta procedere tam in foro interno; quàm externo, refertque caſum de duobus hermaphroditis matrimonio copulatis, ſimulque in vtero geſtantibus ex reciproco vſu vtriuſque ſexus, ac alia plura curioſa de hac materia, remittendo ſe tamen correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, prout & ego; alia plura curioſa de Hermaphroditis, illos in quatuor ſpecies, ſiue differentias diſtinguendo, ac ſingillatim deſcribendo, tradit Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & maiorat. part. 2. cap. 3. per tot.* vbi an admittantur ad ſucceſſionem primogeniturarum, vel Maioratuum.

De hermaphroditis, & ſexus mutatione, alijſque plurimis Torreblanc. *tract. de Magia lib. 2. cap. 17. per tot. & cap. 18. & 19.* vbi de ſenectutis cum iuuenta commutatione, ac de virginitate reſtituenda.

Et de matrimonio inter hermaphroditos plura Frances *reſolut. moral. 25. per tot.* De hermaphroditis tractantes plures allegat Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Hermaphrodita*, & Com. Auguſt. Fontan. *eod. verb. Biblioth. legal. part. 4. fol. 674.* vbi an excludant fœminas, vel excludantur, ad Michalor. *de Fratr. part. 3. cap. 11. num. 18. &* 111.

Digitized by Google

111. vbi diſtinguit in quo ſexu magis incaleſcant, vide Torre *de Maiorat. & Primog. part.1.cap.26. §.5. & 6. per tot.*

28 Matrimonium ratum poteſt per profeſſionem in Religione alterius ex coniugibus dirimi, quando verè, & cùm effectu fuit emiſſa promiſſio, cùm non ſufficiat ſimplex declaratio velle profiteri, *cap. ex publico de conuerſ. coniug. cap deſponſatam* 27.*quæſt.*2. Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de matrim. can.*6. Sanchez *de matr. lib.*1. *diſput.*18. *num.*3. Bich. *deciſ.*141. *num.*9. *& ſeqq.* vide *in §. Maritus num.*6. *& §. Vxor num.*5. Gabriel. de Bellis *tractat. de delict. cap.* 4. *num.*5. *& ſeqq. fol. mihi* 280. vbi quòd per monachiſmum dirimuntur ſponſalia, ſiue per verba de futuro, ſiue de præſenti, ita vt (non ſequuta tamen copula) alter in ſæculo remanens, poſſit cum alia perſona liberè matrimonium contrahere; ſi verò matrimonium ſit per copulam conſumatum, non licèt alteri religionem ingredi, & profiteri, niſi altero quoque conſentiente, & religionem pariter ingrediente, aut continentiam vouente; qui in ſæculo manere poſſit, ſi ſenex ſit, vel aliàs ſine ſuſpicione incontinentiæ, aliàs autem religionem ingreſſus de Monaſterio reuocaretur, & coniugi non conſentienti reſtitueretur, per text. *in cap.*1. *cap. cum his de conuerſ. coniugat. cum ſimilibus*; non tamen ad dictum effectum ſufficeret ad ſacros Ordines promoueri pro ſimplici Sacerdotio, ſed opus eſt religionem à Sede Apoſtolica approbatam profiteri cum emiſſione trium votorum, expreſsè, vel tacitè, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, & caſtitatis, quæ non interueniunt in ſuſceptione ſacrorum Ordinum, vt probat idem de Ballis *loc. cit. num.*8. *&c.* adde latè Caſpens. *Curſ. Theol. tract.*26. *diſp.*7. *ſect.*2. *per tot. fol.*732. *&c.* vbi alia plura de indiſſolubilitate, & perpetuitate matrimonij, ita vt carnali copula conſumatum, nec de plenitudine poteſtatis Summi Pontificis diſſolui poſſit, quia *quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*, ratum verò tantùm, & non conſumatum benè poſſit per Summum Pontificem diſpenſari, ipſis etiam renuentibus coniugibus.

29 De matrimonijs generaliter plures implent paginas, licèt remiſſiuè Caſtelon. *d. Alphab. iurid. verb. Matrimonium*, & Com. Auguſt. Fontan. *d. Biblioth. part.*5. *eod. verb. fol.*99. *&c.* Cancer. *var. part.*3. *cap.*11. *per tot.*

30 Matrimonium quid ſit vti contractus, & quid vti ſacramentum. An inter Catholicos poſſit eſſe Matrimonium quod non ſit ſacramentum; qualiter, & quomodò poſſit contrahi per procuratorem cum multis dubijs inde ſurgentibus; quotuplex ſit matrimonium, nempè ratum, conſumatum, legitimum, ſolemne, clandeſtinum, quid vtrumque, & ad plures effectus; an poteſtas laicalis poſſit aliquid circa matrimonia, coram quo Parocho ſit contrahendum matrimonium, ac multa de officio Parochi in hac materia, & de denunciationibus neceſſarijs, niſi fuerint per Epiſcopum diſpenſatæ, à quibus poſſit contrahi, vel non matrimonium, de illius materia, forma, & cauſa finali; de Poteſtate Summi Pontificis circa matrimonia rata, & non conſumata; an, & quando liceat, vel non ſponſis, ſiue etiam coniugibus de vtriuſque tamen conſenſu Religionem ingredi, & profiteri; quid faciendum detecto matrimonio nullo; præcipuè ex aliquo impedimento occulto, vel vni tantùm ex coniugibus noto, quis diſpenſare valeat, & alia plura ad rem; quot, & quænam ſint impedimenta ſimpliciter matrimonium impedientia, quæ, & qualia ſint etiam dirimentia cum reſolutione multorum dubiorum incidentium, & generaliter totam matrimoniorum materiam in vtroque foro, externo ſcilicet, & conſcientiæ, latè explicant Couarruuias *de Sponſal.* Sanchez *de matrim.* per duo integra, & latiſſima volumina, in. Angel. Boſſ. *eod. tract. per tria*, Bonacin. *Oper. Moral. tract. de matrimon.* Summiſtæ omnes *in verb. Matrimonium*, & nouiſſimè D. Gregor. Roſſignol. *in Prax. Theol. legal. de Matrim. per tot.* qui alijs relatis profitetur vniuerſas de matrimonio controuerſijs in praxi occurrentes ſoluere.

31 Pro validitate mandatorum Principum ſecularium, ne fœminæ præſertim nobiles, & diuites matrimonia contrahant inconſultis ipſis Principibus, & interim in honeſto loco, vel Monaſterio cuſtodiantur ad explorandam illarum liberam voluntatem, Reg. de Ponte *tract. de Poteſt. Proreg. tit.*6. *num.*48. *& ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.*5. *cap.* 6 *num.*120. Couar. *de Sponſal.* 2. *part. cap.*3. §.6. *num.*2. Capiblanc. *in Pragm.* 9. *num.* 5. *& ſeqq. de Baronibus*, Molin. *de iuſt. tract.*2. *diſput.*176. alijque relati per Arias de Meſa *var. reſol. lib.*3. *cap.*35. *num.*10. *& ſeqq.* vbi quod hæc ſunt permiſſa ad magis illibatam matrimoniorum libertatem conſeruandam, atque ad tollendas violentias, & fraudes, & alia ad rem notabilia pro bono publico licita ſubnectit.

De matrimonijs contractis ſine Parochi licentia, bigamorum, contra impedimentum ligaminis, contra votum caſtitatis, vel ſtatum clericalem, cum inceſto, clandeſtinè, contra libertatem, & per tranſeuntes ad ſecunda vota, & ſingulis illorum pœnis, latè Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccl. part.*2. *verb. Matrimonium fol.*224. *&c.* Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Matrimonium*, vbi de differentijs circa matrimonia inter forum exterum, & internum, *& in verb. Metus diff.*4. *& 5. per tot.* & de cauſis nullitatis matrimonij, plura tradit Toodur. *quæſt. canon.*120. *per tot. lib.*1. *& quæſt.*154. *per tot. part.*3. *& quæſt.*165. *eod. part.*3. *& quæſt.*182. vbi de matrimonio inter Catholicos, & hæreticos, *& quæſt.*184. vbi inter raptorem, & raptam, de quo vide *in §. Raptus*. 32

§. MEDICVS. XL

Medicorum iudicio ſtandum eſt an vulnus ſit mortale, vel non, & in ſimilibus caſibus ad illorum artem, & profeſſionem ſpectantibus, cùm regulis medicinæ tamquam ab experientia ductis credendum omninò ſit, nec illas ſequi, & imitari leges noſtræ dedignentur, ita vt vni tantùm credatur medico ſi in loco alij non reperiantur, quæ ſint obſeruanda, & alia, Boer. *deciſ.*323. *num.*21. *& ſeqq.* Farinac. *de homicid. quæſt.*127. *part.*4. *& conſ.*171. *num.*7. *&* 28. *lib.*2. Maſcard. *de probat. vol.*2. *concl.*1037. *&* 1038. *per tot.* Guaz. *ad deffenſ. deff.*4. *cap.*12. *num.*1. *&c.* Clar. *in §. Homicidium num.*43. vbi contra, Boſſ. *tit. de homicid. num.*115. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.*1. *lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*1. latè Conciol. *reſol. crimin. verb. Corpus delicti reſolut.*5. *per tot. & in verb. Venenum reſol.*1. & dixi ego *in §. Venenum num.*7. Rot. *in Romana Societatis Officij Vener.* 11. *Ianuarij* 1619. *coram Sacrato num.*6. *&c. in Giennen. Theſaurariæ Vener.*22. *Martij* 1624. *coram Burat. num.*2. *in Pampilonen. Abbatia Vener.* 20. *Iunij* 1603. *coram Ludouiſ. num.*10. penes Zacch. *loc. cit. tom.*2. *deciſ.*23. 55. *&* 95. ac alibi ſæpè, Ricc. *Collect.*3065. *&* 3391. Tuſch. *litter. M. concluſ.*159. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*55. *vol.*5. vbi tamen quòd illorum ſententia numquam tranſit in iudicatum, & peritiores ſemper poſſunt examinari, etiam primis publicatis, vide *in §. Homicidium num.*21. *verſ. & de prædictis*, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*10 §. 1, *&* 2. *num.*16. *& ſeqq.* vbi etiam quòd à relatione medicorum poteſt pars appellare, & iudex ab illis recedere quamuis eos elegerit. 1

Debent autem Medici omninò deponere veritatem, & non ſtudiosè occultare delicta, vt dixi *in §. Corpus delicti num.*4. aliàs nimis animosè, vel temerè deponentes contra euidentiam facti, non ſolùm fidem non merentur, ſed etiam poſſunt de falſa, & temeraria aſſertione proceſſari, inquiri, & puniri, ſicuti in cauſa veneni fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Forentiæ ſub die 18. Nouembris 1679. contra Franciſcum Matthæi de Taddeis, & alios, vt in filcia negociorum dicti Magiſtratus ſub 5004. vide *in §. Periti, & §. Venenum*, licèt fuerit ſuſpenſa dicta reſolutio, facit Farinac. *d. qu.*127. *nu.*124. vbi quòd non creditur Medicis quando notorium eſt contrarium, nec in alijs caſibus, *ibid. numeris anteced. & ſeqq. relatis.*

Medicos quot debeat habere vnaque Ciuitas, qualiter poſſint Ciuitates rectè ſine Medicis ſtare, prout fecerunt Romani per annos ſexcentum, qui poſtea illis iterùm admiſſis, & receptis rem in deteriùs ſanitatis iuiſſe experti fuerunt, cùm vbi plures ſuperſunt Medici, multas adeſſe oporteat infirmitates, & ideò non eſſe in Ciuitatibus multiplicandos ex Plinio, & alijs notat Boer. *d. deciſ.*323. Cagnol. *in l.*2. *§. poteſt originem num.*208. *ff. de orig. iur.* Card. Tuſch. *litter. M. concluſ.*159. *per tot.* Guid. Pancirol. *Theſaur. var. lect. lib.*2. *cap.*245. *per tot. fol. mihi* 311. 2

Quòd medici in malis cæca inuentione cæcutiant, & illis numquam benè ſit, niſi malum ſit quam plurimis alijs, & alia perbellè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 254. *num.*357. *& in reſol. practicab. in prælud. num.*496. *& ſeqq. ad* 515.

An

Digitized by Google

An poſſit medicina exerceri à Clericis, vel Sacerdotibus, & alijs religioſis, vide *in §. Clericus numer. 5. in fine*.

Multa de medicis, & eorum arte, vndè dicantur *à Merda* ſecundum aliquos, quibus reſpondet, & medicorum oobilitatem latiſſimè tuetur Tiraquel. tamquàm à medico genitus, & medici Frater, *tract. de nobilit. cap. 31.* per paginas 186. quem cum alijs laudat, & ſequitur Conſtantin. Cæſar *ſpecul. pereg. 99. q. 6. per tot.* aliqua dixi *in §. Nobilitas*, & *§. Doctor*, Franciſc. Anion. Tranchedio. *Conſult. 67.* vbi etiam de Chirurgis.

Quid ſit medicina, & qualiter conſiſtat in cognitione contrariorum, ſiue incompatibilium, cùm contraria contrarijs curentur, & alia vt Medici rectum proferaut iudicium, ne ipſi decipiantur, neque decipiant, quando vti petiti adhibentur à iudice, doctè Hermenegild. Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 1. cap. 9. num. 1. & ſeqq.* Claud. Bonett. *in Epitom. Sennerti fol. mihi 99. & ſeqq. & 226. & ſeqq.*

3 Medicus qualiter poſſit ab infirmo recipere promiſſionem pecuniæ pro illo curando, & contra hæredes agere, Afflict. *deciſ.* 123. Magon. *deciſ. Flor. 11. per tot.* vbi *num. 10.* limitat non procedere in medico à publico ſtipendiato, qui non poteſt de alio ſalario paciſci, vide Paul. Zacch. *quaſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1 quaſt. 8. num. 2. & c.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced quaſt. 75. per tot. infra nu. 52.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 50.* vbi ſtatuit poſſe recipere mercedem, ægroto vita functo, & concludit quòd ſic, niſi poſſit aliquid ſibi imputari.

Quòd Medicus, & Aduocatus debet eſſe pignore firmus, vel cautus, dum dolet, nam ſolent tres facies præferre, nempè Angeli tempore neceſſitatis, hominis, dum non ità vrget neceſſitas, & Diaboli finita cura, vel cura, Magon. *d. dec. 11. n. 12. & c.* Vrceol. *de tranſact. quaſt.* 30. vbi plura ad rem.

Plura de medicorum mercede, vel honorario, & qualiter præferantur omnibus creditoribus, Gait. *de credit. cap. 4. quaſt. 11. nu. 1566.* vterque Zacch. *loc. ſup. cit.* & dixi *in §. Salarium num.* Romaguer. in Addit. ad Concilio. *ad Stat. Engub. lib. 1. Rub.* 33. *per tot.*

Quòd Medici pro illorum ſalario non præferantur cæteris creditoribus defuncti deciſum refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 3. ſect. 2. verb. Medicus*.

De officio Protomedici in quo conſiſtat circa viſitationem Aromatariorum, medicinalium, & alia ad rem, idem Romaguer. *in d. Addit. lib. 5. Rub. 2. numer. 8. & ſeqq.*

4 Medicus non poteſt durante infirmitate contrahere cum infirmo, cuius curam gerit, & quare, *l. medicus ff. de var. & extraordin. crim.* Gratian. *diſcept. for. cap. 439. num. 18. & c.* Pract. Papp. *act. real gloſ. veris, & legitimis num. 16.* Felic. *de ſociet. cap. 8. num. 3.* Boer. *deciſ. 323. nu. 25.* Lanfranch. Zacch. *d. quaſt. 75. num. 67. & c.* Guid. Pancirol. *Theſ. var. lect. lib. 2. cap. 245. litt. A. fol.* 312. Thom. Actius *de infir. part. 1. cap. 49. num. 27. & ſeqq.* Iul. Capon. *diſcept. for. cap. 181. num. 14. & ſeqq.* & nouiſſimè pluribus hincindè à me citatis Vrceol. *de tranſact. quaſt. 30. per tot.* vbi intelligit *d. tex. cum Baldo*, & alijs procedere quando medicus mala medicamenta dedit infirmo, vt ab eo extorqueret tranſactionem, vel alium contractum, aliàs autem valere contractum inter Medicum, vel Chirurgum, & infirmum, bona fide initum, & immodicam læſionem non continentem, ac idem eſſe inter Aduocatum, vel Procuratorem, & Clientem, & ibi latè declarat, & ego dixi *in reſol. cap. 40. in Pract. §. Aduocatus num. 8.* & hoc Opere *§. Aduocatus nu. 9.*

Quòd Medicus amicus poſſit ab infirmo hæres inſtitui, maximè ſi actualem curam illius non habeat, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 328. num. 14. & 15. & part. 19. deciſ. 194. num. 15. & ſeqq.* vbi quòd ceſſante dolo, ſi medicus ſe candidè, & bona fide gerat, valet inſtitutio, & contractus cum infirmo.

5 Medicus poteſt præbere medicamentum directè tendentia ad curationem mulieris prægnantis, licèt per accidens ſequatur mors prolis, etiam animatæ, ſi mater periculosè laboret, ità vt de vita illius, & fœtus ſimul ſit omninò deſperatum abſque dictis medicamentis; quando autem proles eſt animata, & certum eſt, vel valdè probabile eſſe vtuam edendam ſine dictis medicamentis, non poteſt medicus illa matri præbere, licèt ſint directè curatiua, ſed cum notabili periculo prolis, Dian. *reſol. moral. part. 3. tract. 5. Miſcel. reſol. 11.* & latiùs idem Dian. *part. 7. tract. 5. reſol. 33. cum pluribus ſeqq.* P. Stephan. de Neap. *de pracip. iur. & iuſt. part. lib. 1. cap. 8. num. 1. & c.* Paul. Zacch. *quaſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1. quaſt. 7. num. 13. & c. & lib. 9. tit. 2. numer. 37. & c.* vbi plura circa medicamenta mulierum prægnantium, & de partu cæſareo, quiſnam dicatur, & quando ſit licitus, vel non.

An autem ex aliqua rationabili, & iuſta cauſa ſit aliquando licitum ſterilitatem in vxoratis per medicamenta inducere Dian. *part. 5. tractat. 14. reſolut. 90.* vbi refert contrarias opiniones, ſed ipſe negatiuam probat, & latiùs *d. part. 7. tract. 5. reſolut. 33. & ſeqq.* vide latè Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part. 1. cap. 2. dubit. 4. ſect. 20. per tot. fol. mihi* 100. vbi plura quid liceat, vel non Medico circa mulieres prægnantes, & medicamenta ſterilitatem inducentia, de quibus etiam Candid. *diſquiſit. moral. part. 1. fol. 1. & c.*

Quòd Medicus non poſſit tuta conſcientia præbere remedia ad ementiendam, vel reparandam virginitatem amiſſam, niſi quando virgo deſponſata timet mortis, aut honoris periculum, ſi vir eius amiſſam virginitatem agnoſcat, Torreblanch. *de Magia lib. 2. cap. 19. n. 13. & 14.* vide *in §. Mulier, nu. 37.*

An Medicus poſſit aliquando præbere poculum abortionis fœtus nondum animati, vide *in §. Abortus ſub num. 5.* Frances *Conſult. Moral. 14. per tot.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 9.* quæ tamen non eſſent attendenda quatenus admitterent huiuſmodi propinationem ob propoſitionem damnatam à S. M. Innocentio XI. *ſub num.* 34. quæ talis eſt. *Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehenſa grauida occidatur, aut infametur.*

An procuratione morbi, poſſit medicus, & patiens adhibere medicamenta ſterilitatem inducentia, quid ſi agatur cum Moniali, vel Clerico, & alia ad rem, Frances *Conſult. Moral. 46. per tot.*

Medicus (quidquid ſecus ſit in aduocato) ſuſcipiens 6
curam morbi deſperati cum debita prædictione, & proteſtatione nemini facit iniuriam, & excuſatur, an autem teneatur deſperatis mederi, vide Rip. *de peſt. part. 2. particul. vlt. num. 92.* Boer. *deciſ. 323. n. 25.* Paul. Zacch. *d. tract. lib. 10. tom. 2. conſ. 71. n. 15. & c. & nu. 44.* Tuſch. *litt. M. concl. 159. nu. 5.*

Medicus, qui mediante dolo, vel lata culpa fuit in cauſa, 7
vt ægrotus deceſſerit, pœna mortis tamquam homicida puniri debet, ſi verò per imperitiam infirmum occaderit, puniri debet iudicis arbitrio, ad inſtar iudicis per imperitiam malè iudicantis, Menoch. *de arbitr. caſ. 581. per tot.* Cabal. *tractat. deomn. gen. homicid. numer. 213. & reſolut. criminal. caſ. 248. numer. 36. & c.* Paul. Zacch. *loc. mox citando ni m. 2. & c.* Ricc. *Collect.* 1834. Vtui. *comm. opin. 494. numer. 9.* Ita vt medicus dolosè infirmum contrarijs medicamentis interimens dicatur proditor, vt benè probat Paol. Zacch. *quaſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1. quaſt. 2. n. 4. & 5.*

Ex quo rectè inferri poſſe exiſtimo, dictum medicum ità dolosè agentem vti proditorem ſequuta morte infirmi, non gaudere immunitate Eccleſiæ, ſalua declaratione & c. vt dixi *in §. Pract. §. Medicus num. 18.* facit *in §. Immunitas num.*

Medicus præſumitur in dolo, ſi relatis medicamentis tu- 8
tioribus, vtitur minus tutis, & inuſitatis, vel multum improportionatis naturæ infirmi, morbo, ætati, tempori; ſi generoſa remedia ſummam corporis purgationem requirentia nulla præcedente purgatione adhibeat, ſi moueat quando non debet, vt purget in ſtatu morbi, vel moueat in diebus criticis abſque neceſſitate, ſiue alios errores notabiles, & magnos committat, vel valdè negligens exiſtat, vt optimè comprobat videndus Paul Zacch. *quaſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1. quaſt. 2. nu. 14. et ſeqq. et lib. 10. tom. 2. conſ. 40.* vbi quòd multi medicorum errores à diuina, & humana lege ſunt punibiles, quamuis aliàs euentus mortalitatis (ſi ipſi dolo, culpa, & negligentia magna careant) illis non imputetur, & dixi *in Practic. §. Medicus num. 18. & num. 30. in fine.*

Quòd Medicus, & Chirurgus delinquens in officio ſuo pro imperitiam non poſſit puniri pœna corporali, Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 123. n. 4.* Choel *ad Bull. Bon. Regim. cap. 31. nu. 190.* quos refert, & ſequitur Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. 1. Rub. 34. nu. 1.*

Quan-

Quando autem medicus præſumatur in culpa, & ignorantia, ex quibus arguatur, & qualiter tunc puniendus, tradit idem Paul. Zacch. *d. quæſt. 2. & ſeqq. & d. conſ.40.* & dixi *in Pract. §. Medici n. 19. &c.*

An ſi iuxta regulas medicinæ non habet medicamentum certum, poſſit ſequi opinionem minus probabilem circa aliqua medicamenta relicta probabiliori Dian. *part. 2. tractat. 13. reſolut. 7.* vbi refert contrarias opiniones, *& part. 5. tractat. 3. reſolut. 132.* vbi an medicus poſſit adhibere morituro medicamentum dubium, & ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, & an his caſibus peccet, vel non, adde Gab. Vaſquez in S. Thom. 1. 2. *tom. 1. quæſt. 19. art. 6. diſput. 64. cap. 4. fol.* 306. vbi quòd Medicus peccat, ſi applicet medicamenta, de quibus dubitat, an ſint profutura, vel nocitura, quia tutiùs eſt in dubio Deo, & eius omnipotentiæ relinquere ægrotum in periculo naturali conſtitutum, quàm ipſum exponere nouo medicamenti periculo, &c.

9 Medicus (intelligendo etiam de Chirurgis, & ſimilibus) tenetur denunciare Curiæ ſtatim vulnera medicata, aliàs poteſt tamquam præuaricator arbitrio iudicis puniri, Farinac. *quæſt. 4. nu. 18. &c.* Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 4. per tot.* vbi *num. 6.* quòd illos non excuſaret quando pro forma tenentur, quia obligantur à lege, vel ſtatuto ad Gratian. *diſcept. 163. per tot.* cùm Carol. Anton. de Luca *in Addit. num.* 4. qui tamen hoc non dicunt, ſed excuſationem admittunt, & dixi *in Pract. §. Medici num. 9.* vbi quòd ità cauetur ex legibus municipalibus Florentiæ, Paul. Chriſtin. *deciſ. 136. num. 16. &c. vol.* 5. vbi etiam qualiter ſit examinandus de qualitate vulneris, Ricc. *Collect.* 2746. vbi quòd excuſetur ſi vulnera ſint parui momenti, & idem eſſe in ſyndico, Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 54. per tot.* vbi ampliat etiamſi ipſi eſſent offenſi, & vellent propria vulnera curare, limitat tamen, ſi pars ipſa offenſa expoſuit querelam, vel iudex præuenit, & quòd debent veram qualitatem vulnerum referre, aliàs pœna falſi tenentur, per text. *in l. duobus §. 1. ff. de iureiur.* Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſol.* 12.

10 Medicus tamquam in arte peritus ſtandum eſt ſuper cauſa, cui magis ſit attribuenda mors ſequuta, quando plures cauſæ concurrunt, & magis creditur illis, qui interfuerunt curæ infirmi, quàm alijs, Caualer. *deciſ.* 220. *numer. 6. &c.* vide *in §. Mors num.* *ſupra num.* 1. & latè Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ.* 1037. *&* 1038.

11 Medicus à publico conductus æquiparatur Doctori ad legendum conducto, alijſque litterarum profeſſoribus, & officialibus, & reputatur inter eos, quibus non ob laborem ſimpliciter, ſed ob probitatem intellectus, & ſcientiæ conſtituitur ſalarium, & ideò illo ex aliqua iuſta cauſa impedito ſine ſua culpa, vel defuncto, & non potuerit perficere annum debetur nihilominus ei, vel ſuis hæredibus integrum ſalarium totius anni incepti, licèt non completi, quando fuit promiſſum ſingulis annis, & ad rationem anni; quando verò vnica ſolutione pro toto tempore conductionis inceptæ, & non finitæ deberetur, ità vt nec ille, nec ſui hæredes ſtante iuſto impedimento, vel morte vt ſupra teneantur ſeruire per ſubſtitutum, ſecus autem ſi defectus procederet ex propria culpa, vt latè probat Cephal. *conſ. 70. & 71. per tot.* vide Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 8. Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 74. num. 7. & ſeqq. in meis reſol. cap. 43. per tot. in Pract. §. Medici nu. 7.* vbi ex Zacch. *loc. cit.* limitatur dicta concluſio non procedere quando ſalarium eſſet conſtitutum ſub conditione, ſi ſeruiat, vel ſtante conſuetudine in contrarium, & alijs modis prout ibidem, & idem Zacch. *d. tractat. quæſt.* 21. vbi in fine dicit contrarium ſeruari de conſuetudine, & allegat Iaſ. *num.* 38. & Cagnol. *num. 176. ambo in l. diem functo, ff. de off. aſſeſſ.* vide *alios in §. Aduocatus num.* 16. *§. Abſentia num. 9. §. Salarium numer.* 12. *§. Officium num.* 11. quibus adde Pacion. *de loc. cap. 50. nu. 15. & ſeqq.* vbi plura ad rem in ſimilibus, *& num.* 79. teſtatur de dicta conſuetudine.

12 Medicus poteſt exigere ſalarium ab infirmo, vel eius hæredibus, etiam non conuentum, vbi non eſt ſtipendiatus à publico, etiamſi infirmum inuitum, vel in morbo deſperato curauerit, & obierit curatus; an autem medicus teneatur tempore peſtis cum periculo propriæ vitæ, alijs mederi, & alia vide per Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1. quæſt. 8. per tot. tom.* 2. Lanfranch. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quæſt. 75. per tot.* Ricc. *Collect.* 3360. vbi qualiter poſſit petere ſalarium etiam mortuo infirmo, & idem eſſe in fabro ferrario, qui animal curauit.

Quòd Medicis debeatur ſalarium, etiam pro curatione facta die feſto, quicquid aliqui contrarium ſentiant probat Cæſar. Calà *tract. de ferijs q. 4. n. 227. & ſeqq. fol. mihi* 199. vide *in §. Salarium n.* 13.

13 Medicus (ſicut & Aduocatus) tenetur gratis pauperes curare, (imò quandoque illis de proprio ſubuenire) quando probabiliter exiſtimat, pauperem ſine curatione periturum, vbi non adeſt alius, qui id faciat, & nullus reperitur qui pro eo mercedem ſoluat, aliàs peccat mortaliter, & poteſt etiam criminaliter puniri; ceſſat tamen huiuſmodi obligatio, & pœna vbi adſunt alij medici, vel Hoſpitalia publica, in quibus rectè pro illorum ſtatu, & conditione pauperes curari poſſunt, Nouar. *in manual. cap. 25. num.* 64. Paul. Zacch. *d. quæſt. 8. num 8. & ſeqq.* Lanfranch. Zacch. *d. tract. quæſt. 75. num. 48. & ſeqq. per tot.* vbi etiam referuntur alij caſus, in quibus non poteſt medicus ſalarium recipere, & dixi *in Pract. §. Medici n.* 11.

14 Medicus non poteſt deſerere curam infirmi, etiamſi ſibi non ſubminiſtretur honorarium, ſiue ſalarium, quia non debetur niſi finita cura, & habet actionem ad illud conſequendum, aliàs deſerendo tenetur de omni eo, quòd ob huiuſmodi negligentiam ſequitur, & poteſt criminaliter puniri, ſicuti de omni alia negligentia, & culpa, vt benè probat Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 75. num. 33. 34. 35. & ſeqq. ad* 67. Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1. per tot.* Sed iſta parùm ſeruantur in practica, vt dixi *in §. Medici num.* 13. Vini. *comm. opin.* 494. vbi quòd licèt medici non poſſint ſalarium, niſi finita cura iuxta communem DD. opinionem, tamen ſi ſeruaretur, non tam ſplendide induerent, & triumpharent, ſiue moriatur, ſiue ſanetur infirmus: Poteſt tamen medicus vnico caſu impunè curam infirmi deſerere, nempè quando infirmus monitus non vult ſacramentum pœnitentiæ amplecti, nam tunc medicus poſt triduum non poteſt infirmum impœnitentem viſitare ſub pœna peccati mortalis, non obſtante quauis contraria conſuetudine, *cap. cum infirmitas de pœnit. et remiſſ.* & adeſt Bulla Pij V. de anno 1566. hoc idem diſponens, & quamuis Nauar. *in Manual. cap. 25. num.* 61. & alij intelligant in morbis grauibus, & periculoſis, tutior tamen eſt aliorum ſententia, id procedere in quacumque infirmitate quamuis leui, vt oſtendit Lanfranch. Zacch. *d. tract. d. quæſt. 75. num. 57. et ſeqq.* & latiùs Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib. 6. tit. 1. quæſt. 4 per tot.* vbi aliquibus conſiderationibus adiectis approbat opinionem Nauar. *vbi ſupra*, quam etiam ſequitur M. Antonin. *lib. 7. var. reſol. caſ. 30. reſol. vltim.* & quòd nec etiam medicus poſſit deſerere infirmum cum euidenti periculo, & alia, vt dixi *in Pract. §. Medici num. 13. et per tot.* vbi plura notabilia curioſa, & ſcitu digna circa medicos, & illorum profeſſionem, quæ non repeto, & adde Paul. Rub. *in reſol. practicabili in prælud. numer. 496. et ſeqq. ad 515. et in Annot. ad deciſ. 254. nu. 385. et ſeqq. part. 9. recent.* Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 1. Rub. 33. per tot.* & Frances *Conſult. moral. per tot.*

Sed pro medicis, & ad illorum excuſationem, vide Dian. & quos allegat *part. 3. tract. 4. reſolut.* 93. vbi quòd dictæ Conſtitutiones Pontificiæ habent locum tantùm in morbis grauibus, & periculoſis, poſſe medicos huiuſmodi monitionem facere per alios, non teneri deſerere curam, nec admonere quando certò ſcirent monitionem non eſſe profecturam ob pertinaciam infirmi, poſſe credere illis, qui gerunt curam infirmi, ſi aliàs ſint fide digni, vel ipſi infirmo, & cum huiuſmodi declarationibus à conſuetudine paſſim approbatis eſſe intelligendum iuramentum, quod in Doctoratu ſuſcipiunt circa obſeruantiam dictæ Conſtitutionis Pij V. quæ hoc modo, & non alijs ſit vſu recepta; ſed dubito, ne nimis de more laxet habenas, illumque redarguit Caramuel. *in Theol. fundamentali fundam. 55. §. 2. numer.* 1139. ſed idem Dian. ſuam opinionem defendit *part. 11. tract. 1. reſol. 22. per tot.* & cum ea videtur tranſire Scortia *in ſelect. Benef. Conſtitut. Epit.* 88. *theorem.* 214. *et* 215. *fol.* 303.

15 Medicus an in caſu dubio poſſit diſpenſare ab obligatione ieiunij, & ab abſtinentia carnium, acquieſcendo etiam dictis illorum, qui huiuſmodi licentiam petunt, affirmant aliqui, ſed magis communiter negant alij, cùm

non

non habeat huiuſmodi iuriſdictionem, & ſit incapax circa ſpiritualia, ſed ad ſummum poſſit cauſam declarare, quæ tamen declaratio quando eſt omninò certa, aut probabilis adeſt neceſſitas, non eſt neceſſaria alia diſpenſatio, ſed ſi res ſit dubia, recurrendum eſt ad Superiorem Eccleſiaſticum, vt colligitur ex traditis per Dian. *part.* 10. *tract.*13. *reſol.*13. *reſolut.*27. *&* 43. *per tot.* & plenius Paul. Zacch. *tract. Medic. Legal. lib.*5. *tit.*1. *per tot.* vbi nouem quæſtiones de materia ieiunij ad medicum ſpectantes examinat.

16 Medicus licèt nondum matriculatus, ſed de proximo matriculandus, cùm de proximo accingendus habeatur pronocinto, ſi faciat *ricettam*, ſuffragatur pharmacopolæ, vel Chirurgo illam exequentibus, aliàs prohibitis medicamenta vendere, & applicare abſque *ricetta* alicuius medici approbati, vt in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ notat Nouar. *Collect.* 168. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.*2. *concl.* 1037. *num.*15. *&c.*

17 Medici Iudæi, vel infideles non poſſunt curare Chriſtianos ægrotantes, ita vt Chriſtiani illis vtentes, careant ſacramentis, & Eccleſiaſtica ſepultura, atque Ordinarij contra vtroſque delinquentes procedant, & illos puniant, ipſique Ordinarij, ac Parochi, vbi ſunt Iudæi, & infideles, tenentur ſub pœna indignationis, ſingulis annis initio Quadrageſimæ publicare huiuſmodi prohibitionem iuxta Bullam Gregorij XIII. aliàs 71. anni 1582. de qua Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtit. Epit.* 131. *theorem* 346. *fol.* 503. vbi etiam quòd obligat ſub mortali, niſi poſſet ex neceſſitate excuſari, an poſſint ab illis emi, vel recipi medicinæ, & alia ad rem.

18 De Medicis, eorum officio, ſalario, obligatione, & huiuſmodi plura indicat Caſteon. *Alphab. iurid. verb. Medicina, & Medici*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 106. *&c.*

Medici, Chirurgi, Barbitonſores, Pharmacopolæ, & huiuſmodi quocumque modo in generali, vel particulari adhibentur ad medendum an teneantur ad damna, & reſtitutionem ob eorum imperitiam, vel malam curam, vel poſſint excuſari, Nauar. *in Manual. cap.*25. *num.*60. *& ſeqq.* Syluestr. *in Summ. verb. Medicus*, alijque plures citati à Mendo *in Elucid. Bulla Cruciata diſp.*35. *cap.*3. *per tot.* vbi benè declarat.

19 Medici an præferantur legiſtis, vel potiùs è contra, dixi *in* §. *Doctor*.

20 Medici non monentes infirmos de confeſſione ſacramentali facienda, quas pœnas incurrant, & quando poſſint excuſari, Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part.*2. *verb. Medic. fol.* 230. vbi quòd arceantur ab ingreſſu Eccleſiæ, donec competenter ſatisfecerint, efficiuntur infames, & gradu medicinæ priuantur, intelligendo in morbis periculoſis, & non tenentur deſerere infirmum ſi obſtinatè nolit confiteri, excuſantur etiam ſi paulò ante infirmitatem confeſſus fuerat, vel ſi monuerint Parochum, vel domeſticos infirmi, &c.

21 Medici phyſici curationem peſtis ad Chirurgos, & Chirurgi ad Phyſicos ſpectare contendunt, timentes omnes ſe contagioni exponere, & Medicorum ſcripta de peſte curanda plus fumi, quàm lucis habent, cùm veræ cauſæ peſtis ſoli Deo notæ ſint, & peſtis ſit ipſius Dei flagellum, ac ideò vera medicina ſit iram Dei precibus, & pœnitentia placare, nam medica remedia in peſtilentijs, vt plurimum experimento vana, aliquando noxia, & morbi incitamenta, vel ſaltem prorſus inania, & melius conſilium, Medicorum, & Iuriſconſultorum eſt peſtem, & loca ſuſpecta effugere, qui poſſunt; ipſi tamen Medici, & Chirurgi ſunt in Ciuitatibus, & locis indigentibus eorum auxilio, & conſolatione retinendi, & conuocandi, atque ad curationem deputandi diſtributis partibus iuxta locorum qualitatem, & indigentiam, donec humanis etiam adhibitis remedijs cum plena in Deo confidentia, illius ira placetur, & miſericordia impetretur: Magiſtratus enim, & Principes tempore peſtis debent omnes poſſibiles diligentias adhibere, ne contagium effreneſcat, ac Deum confugere, & votis ſanitatem implorare, vt colligitur ex latè traditis per Card. Gaſtald. *tractat. de auert. & proflig. peſt. per tot. in Indice verb. Chirurgus, Magiſtratus, Medicus, &c.*

§. MELIORAMENTA. XII.

Melioramenta in re emphyteutica facta, finita emphyteuſi ob canonem non ſolutum, vel aliam culpam emphyteutæ, vt quia malè ſit verſatus, vel irrequiſito domino alienauerit, vel pacta non ſeruauerit, deuoluuntur vnà cum ipſa re ad dominum directum, Garſiam *de expenſ. & melioram. cap.*12. *&* 15. *per tot. & in verſ. vlt.* d. Garſiam *cap.*14. *per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*3. *cap.*22. *num.*66. *& ſeqq.* ſecus autem ſi per generationem finitam, vel aliud tempus inueſtitura appoſitum lapſum, & ſic abſque culpa emphyteutę finita fuerit emphyteuſis, nam tunc non ad dominum directum, ſed ad hæredes emphyteutæ, etiam extraneos ſpectant, niſi aliter ex pacto fuerit conuentum, Clar. §. *Emphyteuſis qu.*45. text. & ibi DD. *in l.*2. *C. de iur. emphyt.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 113. *num.*33. *&c.* Seraph. *deciſ.* 546. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*25. Ricc. *Collect.* 2128. & latè cum ampliationibus, & limitationibus videndus Fulgin. *de iur. emphyt. titul. de melioram. quæſt.*1. *&* 5. *per tot.* Fachin. *controuerſ. iur. lib.*1. *cap.*92. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 107. *num.*9. *vol.*1. *deciſ.* 120. *num.*7. *& deciſ.* 121. *num.*7. *vol.*5. Pacion. *de locat. & conduct. cap.*34. §.3. *num.* 3. *& ſeqq. fol.* 343. 1

Quod ſint ſoluenda hæredibus emphyteutæ vltimi poſſeſſoris, quando ob finitam generationem deuoluuntur, ſecus ſi ob culpam, vel ſi adeſſet expreſſa conuentio, vt etiam melioramenta deuoluantur ad dominum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*934. *num.*7. *&c.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*186. *deciſ.*208. *& deciſ.*312. Franch. *deciſ.*191. Duran. *deciſ.*338. *num.*2. *&c.* Scapucc. de Saluian. *lib.*3. *quæſt.* 10. Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*32. *num.*9. *&c.* vbi quòd idem eſt in re feudali, Viui. *comm. opin.*495. Altograd. *conſ.*28. *num.* 60. *& ſeqq. lib.*1. vide Chriſtin. *loc. ſup. cit.* vbi videtur ſequi opinionem Sarmient. *ſelect. interpret. lib.*3. *cap.*4. affirmantis melioramenta ex natura iſtius contractus ſemper ad dominum ſpectare, etiam ſi res deuoluatur abſque culpa Emphyteutæ, ſed nouam opinionem appellat, & ego puto non recedendum à prædicta communi diſtinctione, vide Rota *part.*12. *recent. deciſ.* 115. *num.*13. *&c.* vbi loquitur in feudo, vt deuoluatur cum melioramentis ad dominum, finita conceſſione per defectum perſonarum vocatarum.

Plura qualiter pro dictis melioramentis competat retentio, vel actio emphyteutæ, vel eius hæredibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*193. *per tot. cap.*494. *num.*12. *&c. cap.* 929. *num.*17. *&c. & deciſ.* 225. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 49. *num.*23. *&c.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*25. *num.* 22. *&c.* Ricc. *Collect.*150. Mareſcott. *var. reſol. lib.*2. *cap.* 112. Neguſ. *de pign. part.*5. *membr.*4. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. quæſt.*3. *&* 4. *per tot.* Altograd. *dict. conſ.*28. *num.*60. *&c.* vbi quòd ſunt propria tranſmittuntur etiam ad extraneos, ac pro illis datur retentio, & debentur non vt rudera, ſed prout ſunt ædificio conſiſtente, niſi adſit pactum expreſſum de illis lucrandis ad fauorem domini, vel niſi dominus certam ſummam taxauerit, quam emphyteuta non poſſit excedere, quia tunc non deberentur vltra ſummam taxatam; intelligendo prædicta de melioramentis neceſſarijs, & vtilibus perpetuam fundi vtilitatem reſpicientibus.

Quòd præſtent poſſeſſori retentionem etiam in iure offerendi, vide *in* §. *Oblatio num.*

Qualiter pro melioramentis detur retentio rei melioratæ, & quando ſecus, plenè Tuſch. *lit. M. concl.*182. *per tot.* Merlin. *deciſ.*351. vide *in* §. *Retentio num.*4. *infra num.*23.

Quòd melioramenta facta à conductore in re conducta, ſint ipſi, vel eius hæredi reficienda, etiam ſi ſe obligauerit illa facere proprijs ſumptibus, quia talis obligatio donationem non importat, nec præcludit actionem repetendi, niſi vlterius fuerit conuentum, quòd ad dominum cum ipſa re deuoluantur, benè Rot. *part.*16. *recent. deciſ.* 305. *per tot.* vide *in* §. *Locatio num.*18. *in fine, & in* §. *Expenſa num.*8. Rot. *part.*17. *deciſ.*388. Pacion. *de locat. cap.*34. §. 2. *per tot.*

Melioramenta facta in bonis emphyteuticis veniunt in 2
generali obligatione, & non deuoluuntur ad dominum directum, ſed tranſeant ad quoſcumque hæredes emphyteu-

Digitized by Google

teutæ iuxta prædictam diſtinctionem, nec compenſantur cum fructibus, licèt compenſentur in bonæ fidei poſſeſſore, Clar. §. *Emphyteuſis quæſt.*45. Gratian. *diſcept. for. cap.*432. *num.*22. Scapuc. de Saluian. *lib.*3. *quæſt.*10. *per tot.* Duran. *deciſ.*329. *num.*5. *& ſeqq.* vbi vide, & Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. quæſt.*8. *per tot.* dixi in §. *Bona num.* 7. *& ſeqq. in fine num.*14. Merlin. *de pignor. lib.*2. *titul.*1. *quæſt.*9. *num.*19. *&c. num.*51. *&c. & quæſt.*11. *num.*46. Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 53. *&* 54. vbi quòd poſſunt creditoribus adiudicari, niſi dominus voluerit pro eodem pretio illa emere, nam eſſet præferendus, Flores de Mena in Addit. ad Gamm. *deciſ.*5. *num.* 4. *&c.* Cenc. *de cenſ. quæſt.* 42. *num.* 15. *quæſt.* 19. *num.* 37. *&c.*

3 Melioramenta non ſunt reficienda quando fuerunt conſultò facta in ſumma exceſſiua, ne dominus directus pauper poſſit illa reficere, & ſoluere, ſed iſto caſu poſſunt dumtaxat tolli ſine læſione prioris ſtatus rei, quòd ſi ſine detrimento fieri nequeat, amittuntur, *l. in fundo, ff. de re vindic.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*913. *num.*32. *&c. cap.* 957. *num.*37. Magon. *deciſ. Florent.* 9. *num.*5. *& ſeqq. deciſ. Lucenſ.* 33. *num.*27. *& ſeqq.* Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 307. *num.* 22. Pacion. *de locat. & conduct. cap.*34. §.3. *num.* 31. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 18. *num.*57. *& ſeqq.* vbi quòd poſſunt tolli, vt ſupra, niſi dominus vellet tantùm dare quantum habiturus eſſet poſſeſſor bonæ fidei illis ablatis; emphyteuta tamen, vel Vaſſallus conſequi debet quantum valet ædificium conſtructum, & non quanti valebit ipſa rudis materia ædificio diruto, vt ibidem Menoch. *num.*61.

Quando melioramenta non poſſunt reſtitui propter paupertatem, quæ remedia competant, vide Peregin. *de fideicomm. art.* 50. *num.*33. Fuſar. *conſ.*139. *num.*13. Franch. *deciſ.*110. *per tot.* Rot. *part* 9. *recent. deciſ.*318. *per tot. & deciſ.*420. *num.*13. *& ſeqq.* vbi quòd poſſeſſor tenetur ad ſolutionem valoris fundi, vel datur immiſſio pro indiuiſo arbitrio iudicis.

Plures caſus, ex quibus melioramenta ſunt reficienda, & plures alios caſus, in quibus non ſunt reficienda, vide latè Tuſch. *littera M. concluſ.*179. *&* 180. *per tot.* Rot. *dict. deciſ.*318. *per tot. d. part.*9. Pacion. *de locat. & conduct. cap.*34. *per tot.* vbi plura de impenſis, & melioramentis in re conducta factis, quando, & quomodo ſint reficienda, vel non.

4 Melioramenta conſiſtentia in expenſis neceſſarijs factis, ſiue à bonæ, vel malæ fidei poſſeſſore deducuntur non habito reſpectu ad id, quod fuit impenſum, ſed valoris ipſius materiæ extantis tempore reſtitutionis, vt poſſeſſor tantum deducat quantum eo tempore valet ipſa materia, ſiue plus, ſiue minus fuerit impenſum, ita vt omne augmentum, vel damnum contingens ex qualitate, & curſu temporum cedat lucro, vel damno poſſeſſoris, *l. domus* 58. *ff. de legat.*1. & latè 25. Doctoribus relatis, probat Menoch. *de arbitr. caſ.*258. *num.*51. *&* 54. vbi quòd idem eſt in vtilibus factis ab his, qui domini erant etſi reuocabiliter, vt ab hærede grauato ſub conditione, vel ab emphyteuta, vide Fabric. Pontir. *in reſponſ. vel tract. pro Mambellis num.*483. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.* 318. *per tot.* vbi plura hincindè, *& part.*13. *deciſ.*288. *num.*14. *& ſeqq. per tot. & part.*16. *deciſ.* 237. vbi quòd melioramenta facta ab hærede grauato pro reparationem ædificij minantis ruinam ſunt omninò reficienda, non obſtante intimatione non meliorandi, quia dum agitur de expenſis neceſſarijs qualitas malæ fidei non attenditur, vt ſupra, & alia ad rem, *& part.*18. *deciſ.*564. *num.*4. *& ſeqq.* vbi quod melioramenta neceſſaria detrahuntur etiam à malæ fidei poſſeſſore, & quæ alia dicantur, *& deciſ.*611. *&* 704. *in eadem cauſa.*

5 Meliuramenta conſiſtentia in expenſis vtilibus, quas facturus erat ipſe fundi dominus deducuntur duobus concurrentibus, nempè quòd fundus ſit factus pretioſior, & fuerit impenſum, adeò vt æſtimari debeant reſpectu impenſæ factæ, quando ipſa impenſa non ſuperat illorum valorem, ſi verò ſuperat illorum valor tantùm attenditur, & ſic in caſu augmenti magni deducitur ſolum impenſa facta, & reliquum cedit lucro domini, & in caſu contrario modici ſcilicet augumenti fundi, non deducitur quantum fuit impenſum, ſed tantùm quantum fundus fuit meliorandus, *l. in fundo* 38. *ff. de rei vindic.* latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 258. *num.*53. *&c.* Capyc. *deciſ.*93. *num.* 9. Ricc. *Collect.* 2060. Franch. *deciſ.*109. Pontirol. *in ſupracit. Reſponſ. num.*484. *& ſeqq. num.*506. *& ſeqq. ad* 519. vbi plures allegat oſtendendo in huiuſmodi æſtimatione facienda plurimum iudicis arbitrium verſari, & quid prudens iudex attendere debeat, Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*363. *per tot. & part.*12. *deciſ.*203. *per tot. part.*13. *deciſ.*288. *num.*14. *&c. & par.*14. *deciſ.*22. *num.*3. *&c.* adde latè Pacion. *de locat & conduct. cap.*34. § 4 *per tot.*

Quòd intendens probare melioramenta teneatur in primis docere de anteriori ſtatu rei melioratæ, vt indè cognoſci poſſit quantum fuerit meliorata, & poſtea quantum fuerit impenſum, cùm debeat refici quod eſt minimum, ſiue impenſum, ſiue melioratum iuxta prædicta Seraphin. *deciſ.*898. 952. *&* 1453. Butarc. *deciſ.*834. *num.*11. Rota *part.*5. *recent. deciſ.*399. *num.*47. *& part.*9. *deciſ.*188. *num.* 25. *&c. deciſ.*318. *part.*11. *deciſ.*363. *& part.*12. *deciſ.*203. *per tot. part.*13. *deciſ.*109. *num.*19. *& deciſ.*288. *num.*18. *& ſeqq. & part.*14. *deciſ.*22. *per tot.* Bich. *deciſ.*129. *num.*21. *&c.* Rota poſt Vrceul. *de tranſact. deciſ.* 29. *num.* 12. *&* 13. Intelligendo in poſſeſſore bonæ fidei, nam dominus, ſiue directus, ſiue vtilis meliorando deducit ſecundum æſtimationem de tempore reſtitutionis rei, & non habet opus probare de impenſa, Seraph. *deciſ.*898. Rot. *deciſ.* 650. *part.*2. *nouiſſ.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*17. *num.*518. *&c. fol.*299. latè Fulgin. *de iur. emphyt. titul. de melioram. quæſt.*6. *&* 7. *per tot.* vbi plura, qualiter conſtare debeat melioramenta eſſe facta à prætendente, quomodo probari poſſint, & debeant, & cuius temporis æſtimatio ſit attendenda.

Quomodo probentur melioramenta, latè Tuſch. *littera M. concluſ.*183. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.*2. *concluſ.*1040. Laderch. *conſ.*144. Merlin. *deciſ.*546. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi conuenit cum prædictis, *& deciſ.*695. vbi quòd ſi non poſſit probari de anteriori ſtatu, & expenſa non eſt vndequaque liquida, poteſt iudex mediam viam eligendo, melioramenta taxare, Menoch. *de arbitr. caſ.* 143. Seraph. *deciſ.*898. quibus adde Pacion. *loc. cit.* vbi plura.

Quòd ſi probatio ſit impoſſibilis ob lapſum multi temporis, ſtandum ſit probationibus, quæ ex geſtis inter partes reſultant, & remittenda neceſſitas vlterioris probationis, Rot. *par.*14. *recent. deciſ.*219. *num.*1. *&c.*

Quòd vbi agitur de expenſis neceſſarijs factis in ædificio ruente, ſint omninò reficiendæ, nulla ſeruata ratione meliorati, & impenſi, nec etiam probato ſtatu antiquo, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*537. *num.*4. *& ſeqq.* vide in §. *Expenſa.*

Melioramenta per hæredem grauatum facta in re reſtituenda, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, ſed poſſunt retineri, vel iure etiam actionis repeti, ſi illis non detractis fuit reſtitutum fideicommiſſum, nec compenſantur cum fructibus, intelligendo de factis non fructuum recolligendorum cauſa, ſed ad perpetuam rei vtilitatem duraturam vltra tempus reſtitutionis, & de neceſſarijs, vel ſaltem vtilibus, nam voluptuaria non deducuntur per modum æſtimationis, ſed abraſionis, quatenus ſeparabilia ſint cum commodo hæredis, aliàs etiam abraſio denegatur, vt benè explicat Fabric. Pontirol. *in ſupracit. reſponſ. pro Mambellis num.*470. *& ſeqq.* vbi etiam *num.*482. Quòd ſi dicta melioramenta voluptuaria valorem rei augeant, illamque magis promercalem reddant, habentur ad inſtar vtilium, vt per Alexand. *conſ.*100. *in* 4. *dub. lib.*2. & alios ab eo citatos, vide in §. *Expenſa num.* *infra num.* 19. *et* 20. 6

Dicta autem melioramenta in materia fideicommiſſi, quamuis ſecundum aliquos ſint reſtituenda, attento tempore, quo facta fuerunt, tamen ſecundùm alios, & magis communem opinionem ſunt ſoluenda iuxta valorem currentem tempore reſtitutionis, Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.*15. *num.*557. Theſaur. *deciſ.*252. *num.*4. Valaich. *de iur. emphyt. quæſt.*25. *num.* 28. Fulgin. *de iur. emphyt. titul. de melioram. quæſt.*7. *num.* 10. *etc.* Peregrin. *deciſ.*64. *num.* 4. *et ſeqq. et de fideicomm. artic.*44. *et artic.* 50. *num.* 70. *et ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 188. *num.*26.

Quòd etiam poſſint iure actionis poſt reſtitutionem rei factam repeti, probat idem Fulgin. *loc. cit. quæſt.* 4. *per tot.*

Quòd melioramenta facta ab emptore in bonis fideicommiſſo ſubiectis poſſint retineri, vel conduci, Garz.

de

*de expenſ. &elioram. cap.7. num.*10. Gayl. *lib.2. obſeru.* 121. *num.*12. Menoch. *remed.*15. *num.*307. *& ſeqq. & de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*32. *num.*3. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*48. *num.*7. *vol.*4. vbi tamen allegat Magon. *deciſ.Luc.*33. *num.*24. *&c.* Neguſ. *de pign. part.*3. *memb.*4. *num.*19. contrarium tenentes, quando tempore contractus ſciuit rem eſſe ſubiectam fideicommiſſo, vide Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*318. *per tot. infra num.*10.

Quòd melioramentorum exceptio reijciatur ſi de illis non conſtet nec in genere, nec in ſpecie, & ſemper attendatus, quod minus eſt, ac ante liquidationem non impediant immiſſionem fideicommiſſarij, maximè oblata cautione, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.* 399. *num.* 12. *& ſeqq.*

7 Melioramenta naturalia, hoc eſt natura ſola operante ſine hominis expenſa, vel induſtria obuenientia, vt incrementa per alluuionem, & ſimilia fideicommiſſarij commodo cedunt, & non ſunt reſtituenda, Decian. *conſ.*52. *num.*51. *&c. lib.*1. Peregrin. *de fideicomm. art.*10. *num.*22. *&c.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*637. Pontirol. *in cit. Reſponſ. num.*479.

8 Melioramenta vt dicantur reſpicere perpetuam rei vtilitatem, & poſſint detrahi, requiritur, vt ſint duratura vltra decennium, vel ſaltem decennalem vtilitatem adferant, *gloſ. in l.*3. *ff. de impenſ. in re dot.* facit Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 24. *num.*10. *infra num.*16.

Sed verius eſt ſufficere, quòd ad præſentis, vel currentis anni fructus non pertineant, vel illorum annorum, quibus poſſeſſor fructuum vtilitatem percipit, & ideò ſat eſſe, quòd vltra poſſeſſionis tempus vtilitatem protendant, vt pro rata deducantur, *d. l.*3. *ff. de impenſ. in re dot. fac.* Peregrin. *de fideicomm. art.*50. *num.* 5. Pontirol. *d. reſponſ. num.*476. *&c.* vide *in §. Expenſa num.* Borgn. *deciſ.*39. *num.*27. *part.*2. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. quæſt.*7. *num.*3. *&* 4. vbi diſtinguit inter melioramenta, quæ non recipiunt augumentum, neque diminutionem à ſolo, vt ædificia, & illa, quæ incrementum recipiunt à fundo, in quo ſunt facta, vt plantationes, quæ non cedunt in totum facienti, ſed pro medietate illi, & pro alia medietate incremento terræ, quæ nutriuit, intelligendo prout ibi declarat.

9 Melioramenta neceſſaria, vel vtilia debentur etiam ſi ſit perempta res, in qua fuerunt facta, vel etiam ſi ipſa melioramenta abſque facientis culpa interierint, vt ſi ædificia fuerint exuſta, vel arbores exſiccatæ, maximè quando verſamur in iudicio vniuerſali, & ad illa competit actio, ſecus in iudicio particulari, vel vbi pro illis daretur tantùm retentio; faciens enim huiuſmodi melioramenta dum eſt dominus, licèt reuocabiliter, habetur ad inſtar negotiorum geſtoris, & ideò ſufficit negotium fuiſſe vtiliter cœptum, licèt plenatius euentus non fuerit ſequutus, vt benè probat Pontirol. *in ſupracit. Reſponſ. num.*487. *& ſeqq.* vbi *num* 493 *&c.* oſtendit, ſententiam Peregrin. *de fideicomm. art.*50. *num.* 76. veram non eſſe, dum voluit melioramenta iſta hæredi grauato perire, vide *in §. Expenſa num.*

10 Melioramenta neceſſaria, vel vtilia facta à patre in bonis aduentitijs filij, non compenſantur cum fructibus, ſed ſunt conferenda cum alijs fratribus, vel imputanda in partim illius, qui huiuſmodi bona meliorata habuit; cùm eius propria non efficiantur, niſi eſſent modicæ quantitatis, vel magna, quæ vindicari non poſſint; voluptuaria verò ſi tolli poſſunt ſine læſione permittitur, nec collationi, vel imputationi eſt locus, vide Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*2. *quæſt.*28. *num.*3. *& per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 1. *cap.*5. *num.*12. *&c.* Mangil. *de imput. quæſt.* 39. *per tot. & quæſt.*126. *num.*31. *& ſeqq.* Mareſcott. *variar. reſolut. cap.*109. *&* 110. Garſiam *de expenſ. & meliorant. cap.*10. *per tot.* vbi de vſufructuario expendente, quando repetat, vel non, *& cap.*11. vbi de Prælatis, & ſimilibus.

11 Melioramenta facta à malæ fidei poſſeſſore, videntur donata, & non repetuntur quando ſcilicet ſcienter emit rem ſubiectam fideicommiſſo, niſi eſſent adeò neceſſaria, vt etiam dominus fuiſſet facturus, vel ſine quibus res fuiſſet peritura, Magon. *deciſ. Luc.*33. *num.*21. 22. *&* 24. *& ſeqq.* vbi benè quando dicantur facta à malæ fidei poſſeſſore, & quando ſecus, & quomodo error iuris excuſet ab amiſſione melioramentorum, vide *in §. Expenſa num.* *ſupra num.* 6. *in fine, & num.*4.

Plura de melioramentis factis tam à bonæ fidei poſſeſſore, quàm à malæ fidei poſſeſſore, Garſia *de expenſ. & melior. cap.*1. *&* 2. *per tot. & cap.*5. *&* 6. *per tot.* vbi etiam de eo, qui ab initio fuit bonæ fidei poſſeſſor, ſi poſtea ſuperueniat mala fides, an expenſas repetat, & alia.

De melioramentis aliqua deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. par.*1. 2. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Melioramenta*, & alia indicant Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Expenſa*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *verb. Melioramenta fol.*109. *&c.*

Quòd facta à bonæ fidei poſſeſſore compenſentur cum fructibus, Capyc. *deciſ.*43. *num.*12. Rot. *part.*2. *diuerſ. dec.* 246. *&* 247.

In eligendo quando ratione dumtaxat bonæ fidei, non autem iure iuſti tituli fructus ſuos facit, vel in eo poſſeſſore, qui ad fructuum reſtitutionem, vt quia ſit malæ fidei conueniri poteſt, his enim tantum caſibus compenſantur melioramenta cum fructibus, ſecus autem in poſſeſſore, qui iure dominij, licèt reſolubilis facit fructus ſuos, vt in Emphyteuta, Vaſallo, hærede grauato, & in ſimilibus penes quos interim dominium reſidet, *gloſ. in l. emptor* 65. *ff. de rei vendic.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *num.*64. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*669. Neguſ. *de pign. par.*5. *membr.*4. *num.*12. Fabric. Pontirol. *Reſponſ. pro Mambellis num.*473. *&* 474.

An, & quando melioramenta compenſentur cum fructibus, etiam ſi præceſſerit ſententia, quoad fructus abſolutoria, ſi poſtea in executione opponatur de melioramentis, eo quia poſſit replicari de compenſatione cum fructibus, latè Mart. Medic. *deciſ.*99. *per tot. cum Addit.* vbi concludit melioramenta compenſari cum fructibus, non obſtante dicta ſententia abſolutoria, Franch. *deciſ.*127. *per tot. & deciſ.*705. vbi tamen quòd fructus percepti ex melioramentis non compenſantur, ſed ſunt proprij; de quo vide Rot. cum pluribus citatis *part.*14. *recent. deciſ.*217. *nu.* 4. *& ſeqq. & deciſ.*219. *num.*9. vbi quòd debet probari, *& deciſ.* 405. *& part.*18. *deciſ.*564. vbi quòd fructus melioramentorum ſpectant ad meliorantem, etiam ſi ſit malæ fidei poſſeſſor.

Quando melioramenta compenſentur cum fructibus, vel non, Tuſch. *litt. M. concl.*178. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*230. *num.*13. Garſiam *de expenſ. & melioram. cap.* 23. *per tot.* vbi quòd compenſentur cum fructibus mala fide perceptis, qui aliàs reſtituendi eſſent, *& deciſ.* 288. *num.*14. *et ſeqq. per tot. et deciſ.*521. *num.*14. *et ſeqq.* vbi plura.

Quòd compenſentur cum fructibus lite pendente perceptis, Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*395. *num.*7. *et deciſ.*405. *nu.* 10. *et ſeqq.*

Quòd melioramenta facta in re reſtituenda non compenſentur cum fructibus, quia fructus pertinent ad grauatum, vt dixi *in §. Fructus num.* Magon. *deciſ. Luc.*33. *num.* 34. *etc.* Menoch *lib.*4. *præſumpt.*32. *num.*3. *et ſeqq.* vbi etiam quòd attenditur æſtimatio illorum de tempore reſtitutionis, Franch. *deciſ.*109.

Quando meliorans acquirat ſibi fructus melioramentorum, vel non, & quando debeat imputare fructus perceptos, & quos percipere poterat cum ipſis melioramentis, vel non, latè pro vtraque parte allatis rationibus, & auctoritatibus videnda Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 6. *num.* 12. *et ſeqq. et num.*33. *et ſeqq. per tot. et part.* 12. *deciſ.*32. *per tot.* vbi quòd meliorans bona fide facit fructus ſuos, nec tenetur illos compenſare cum melioramentis iuxta veriorem, & æquiorem opinionem, niſi iniuſtus, & rigoroſus iudex ſequatur contrariam, facit eadem Rota *part.*13. *deciſ.*521. *num.*14. *et ſeqq. et part.*14. *deciſ.*405. *per tot. et part.*17. *deciſ.*323. vbi quòd melioramenta facta in re aliena ſunt reficienda, non verò illorum fructus quando dicta melioramenta non cadunt ſub dominio facientis, ſed domini rei melioratæ, de cuius mandato fuerunt facta, quia tunc meliorans reputatur ſimplex creditor expenſarum, pro quibus non debentur fructus, niſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis cum debitis requiſitis, vt dixi *in §. Expenſa num.*12. *et §. Fructus num.*39.

An, & quando faciens melioramenta in re aliena dicatur habere creditum expenſarum cum domino rei melioratæ, vel potius dominium ipſorum melioramentorum, quod poteſt ſeruire ad multa, Pacion. *de locat. et conduct. cap.*34. *§.*3. *num.*76. *et ſeqq.*

Me-

12 Melioramenta vtilia facta à malæ fidei poſſeſſore non retinentur, nec reficiuntur per illorum æſtimationem, ſed tantùm poſſunt abradi, & ſeparari, ſine tamen læſione prioris ſtatus rei, niſi dominus vellet ſoluere totum illud, quòd poſſeſſor habiturus eſſet eis ablatis, Magon. *d. deciſ. Lucen.* 33. *num.* 47. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 258. *num.* 69. *& ſeqq.* vbi quòd ſi de nouo facta ſint, videntur donata, & non poſſunt repeti, neque abradi, ſi faciens ſit talis, qui potuerit donare, & verſemur in iudicio particulari; ſi verò conſiſtant in ampliandis ędificijs, vel alijs rebus antiquis, poſſunt abradi ſine detrimento, iuxta prædicta, vide *in §. Expenſa num.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *§.* 3. *num.* 63. *& ſeqq.* Garſiam *d. tract. cap.* 5. *per tot. cap.* 18. *per tot. & cap.* 13. *per tot.*

Quòd facta denunciatione poſſeſſori, ne faciant melioramenta, conſtituatur in mala fide, & non poſſit illa conſequi, niſi per abraſionem, vt ſupra, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ* 188. *num.* 29. *&c.* Gratian. *diſcept.* 193. *num.* 11. *&c.* Rot. *part.* 10. *deciſ.* 307. *num.* 17. Pacion. *de locat. cap.* 34. *§.* 3. *num.* 40.

Si tamen agatur de melioramentis neceſſarijs, ſunt reficienda, non obſtante dicta denunciatione, & mala fide ex illa reſultante, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 273. ſicut etiam ſi reſpiciant intereſſe Reipublicæ, vt munitio caſtri, Pacion. *loc. cit. num.* 41.

13 Melioramenta facta ab emptore in re empta, quòd non ſint reficienda à vicino, vel conſanguineo retrahente, videtur firmare Gratian. *diſcept. for. cap.* 205. *num.* 11. *&c. cap.* 957. *num.* 30. *&c. ad* 42. vbi concludit non deberi, niſi conſiſtant in expenſis valdè neceſſarijs, vide tamen latè Tiraquell. *de retract. conuent. §.* 7. *gloſ.* 1. *per tot. fol.* 962. Sanfelic. *deciſ.* 108. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi etiam quid de fructibus, à quo tempore ſint reſtituendi, Garſiam *d. tract. cap.* 5. *per tot. cap.* 18. *per tot. & cap.* 13. *per tot.*

Quòd ſint reficienda relato, Tiraquell. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 32. *num.* 9. *in fine*, vide *in §. Venditio num.* 59.

An verò ſint reficienda emptori rerum minoris, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 177. *num.* 1. *volum.* 3. vbi quòd poſſunt conſeruari oppoſita doli exceptione, vel officio iudicis peti, non tamen retineri, *l. prædium* 16. *C. de præd. & alijs rebus minor.* Capyc. *deciſ.* 119. Menoch. *de recuperat. remed.* 11. *num.* 21. Caualcan. *de tut. & curat. num.* 165. *&c.*

14 Melioramenta ſi non fuerint à poſſeſſore petita contra euincentem cùm ab eo potuerint recuperari per retentionem rei, vel ſolutionem illorum iuxta ſuperiùs dicta, an poſſint poſtea repeti per actionem euictionis contra venditorem, dic quòd non, cùm venditor teneatur tantùm ad ſolutionem pretij ſoli, ſiue fundi, prout valebat tempore euictionis, *l. idemque, §* 1. *ff. de act. empt.* Franch. *deciſ.* 112. *num.* 2. *& ſeqq. per tot.* Fulgin. *de iur. emph. tit. de melior. quæſt.* 4. *in fine.*

Quòd ratione melioramentorum competat ius offerendi duobus concurrentibus, melioramentis ſcilicet, & poſſeſſione rei melioratæ penes eum, qui illa fecit, ita vt talis poſſeſſor offerendo creditori pretium, quod valebat res antequam eſſet meliorata, illam retineri poſſit, licèt illud pretium non ſufficiat pro toto credito, Bart. *in l.* 1. *C. de præd. nauic. lib.* 11. Magon. *deciſ. Flor.* 51. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 14. *per tot. lib.* 1. ſequitur Ioſeph. Feliu. *Margar. variar. concluſ. verb. poſſidere fol.* 39. *col.* 1. vide *in §. Oblatio num.* 3. *& §. Poſſeſſio num.* 38. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *§.* 3. *num.* 60. *& ſeqq.* vbi quòd Bart. hoc non dicit in codice ſuo, & concluſio magnam patitur difficultatem.

15 Melioramenta facta à debitore in re obligata, veniunt in obligatione ad fauorem creditoris; facta verò à tertio poſſeſſore, in quem obuenerunt bona affecta onere hypothecæ prioris domini non veniunt in dicta obligatione, ſecundùm vnam opinionem, vel ſecundùm aliarum opinionum veniunt quidem etiam in hoc ſecundo caſu, tamquam acceſſoria in obligatione, ſed poteſt poſſeſſor opponere contra creditorem agentem ſe non teneri reſtituere dicta melioramenta, niſi ſibi refuſo pretio erogato, quatenus res pretioſior fuit effecta, iuxta text. *in l. Paulus, §. Domus, ff. de pignor.* de quo vide Garz. *de melior. cap.* 18. *num.* 68. *& ſeqq.* Couar. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 14. Salgad. *Labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 56. *& ſeqq.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 317. *num.* 15. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd abſque dubio voluptuaria, & inutilia reficienda non ſunt, ſed tantùm neceſſaria, & vtilia, vt ſupra rem pretioſiorem efficientia arbitrio peritorum, Franch. *deciſ.* 455. *per tot.* vbi etiam quid de augumento ex temporis curſu, de quo dixi *in §. Oblatio num.* idem Franch. *deciſ.* 506. *per tot.* vbi quòd in dictis melioramentis, vel illorum pretio præferuntur creditores tempore anteriores, licèt reſpectu rei, in qua fuerunt præſertanim alij ex pacto, & reſeruatione dominij in venditione ipſius rei appoſita, & ſic non ſemper acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, vide *in §. Venditio num.*

Quòd melioramenta facta à tertio poſſeſſore non cadant in hypotheca ad fauorem creditoris, tenet Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 69. *num.* 4. cum Neguſ. *de pign. par.* 5. *memb.* 4. *num.* 18. Pacif. de Saluian. *Inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 665. *ſupra num.* 2. *& num.* 14.

Melioramenta facta per maritum in re dotali non præ- 16
ſumuntur donata, ſed repeti poſſunt, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 32. *num.* 13. vide *in §. Expenſa num.* *& §. Maritus num.* Garſiam *d. tract. cap.* 5. *per tot. cap.* 18. *per tot. & cap.* 13. *per tot.*

Qualiter deducantur, latè Tuſchus *littera M. concl.* 181. *per tot.*

Melioramenta conſiſtentia in plantationibus, ſterco- 17
rationibus, & ſimilibus non veniunt reficienda, cùm non ſint perpetua, & continuò in re duratura, ſed magis deſeruiant pro vlteriori, & commodiori fructuum perceptione, & ſint ſolita fieri per bonos patresfam. in rebus ſuis, & ideò non ſunt conſideranda, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 312. *num.* 6. Viceol. *conſult. forenſ. cap.* 49. *num.* 38. *ſupra num.* 8. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 257. *num.* 20. vbi quòd longiſſimo tempore ſicut ædificia ſeneſcunt, & ideò vel inutilia redduntur, vel minus æſtimantur, *& part.* 12. *deciſ.* 333. vbi etiam in ſpecie de vitibus, *& part.* 13. *deciſ.* 149. *num.* 21. *&* 22. vbi benè diſtinguit quando plantatum vitium, dicatur melioratio, vel non, *& part.* 18. *deciſ.* 545. *num.* 9. *&* 10. vbi quòd vel non reficiuntur, vel reficiuntur tantùm expenſæ factæ in plantatione, *& deciſ.* 564. vbi quando ſint neceſſaria.

De conſiſtentibus in disbucando, vel aliter agros ad culturam reducendo quid ſint reficienda a fideicommiſſario, & iuxta valorem præſentis temporis non attenta ſimpliciter impenſa, Peregrin. *deciſ.* 64. *num.* 5. *&c.* vide ſupra *num.* 5. *&* 6.

De prædictis omnibus, latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 337. *per tot.*

Melioramenta conſiſtentia in conſtructione domorum, 18
plantatione arborum, & vinearum dicuntur vtilia, & pro illis datur retentio poſſeſſori, & ſi circa valorem adſit varietas inter teſtes, attenditur quòd eſt minimum, nec ſufficit, vt dicant de tanto impenſo, niſi etiam dicant tantum rem eſſe melioratam, ac illorum valor attenditur de tempore reſtitutionis, non de tempore, quo facta fuerunt; an autem mutatores, vel alij operarij ſint in hoc idonei teſtes, & an domus ſit æſtimanda vti ædificium, vel vt maceries, Curt. iun. *conſ.* 165. *num.* 20. *&c.* Clar. *§. Feudum quæſt* 88. Magon. *deciſ. Florent.* 39. *num.* 24. *&c.* Addit. ad eumdem Magon. *deciſ. Lucenſ.* 33. *litt. D.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 258. *num.* 61. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 32. *num.* 5. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. M. concl.* 174. *per tot. cum pluribus ſeqq.* vbi de multiplici in ſpecie melioramentorum, qualiter cedant ſolo, ſicut ædificia, qualiter reficienda, quo tempore inſpecto, & alias, latè Rot. *part.* 12. *recent. deciſ* 203. *per tot. & deciſ.* 333. vbi de vitibus, & ſimilibus, *& part.* 15. 119. *per tot.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. vbi plura ad rem, & præcipuè *in §.* 4. *&* 5. *per tot.*

Quo ad probationem, vide *in §. Laborator num.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 405. *per tot. part.* 15. *deciſ.* 119. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 251. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi quòd conſiſtentia in ædificijs, & ipſa rei euidentia, & peritorum inſpectione probantur, ex augmento penſionis, ac iudicis arbitrio quando nimis generica eſſet illorum probatio, adde Pacion. *loc. cit. §.* 4. *&* 5. *per tot.* vbi plura de probatione, & liquidatione melioramentorum per teſtes, & peritos, quid agendum ſtante illorum diſcordia, &c.

Quo ad plantationes contrarium tenet Rota per Duran. *deciſ.* 338. *num.* 6. *& ſeqq. ſupra num.* 17. vide Tuſch. *d. concluſ.* 174. *num.* 10. *et ſeqq.* Pacion. *de locat. cap.* 24. *in princ. num.* 24. *et ſeqq.* Rota coram Royas *deciſ.* 116. *num.* 8.

Vt-

Vrceol. *in Append. ad cap.49. num.38. in fine 2. vol.* Rota *part. 12. recent. deciſ.203. per tot. & deciſ.333.* vbi etiam quòd ſtante conuentione de certis melioramentis reficiendis, alia non expreſſa excluduntur, & ideò illorum æſtimatio non attendenda.

Quando datur retentio, intellige de re meliorata, non autem de alijs bonis, Surd. *deciſ.311. num.7.* vide latè Tuſchus *littera M. concl.182. per tot.*

Quòd plantatio vitium facta loco aliarum demortuarum pro conſeruatione, & vberiori fructu non veniat inter melioramenta, Sed benè quando agitur de excaſſatione vineæ incultæ, ac deſertæ, vel de noua plantatione, & tunc ſint cuilibet poſſeſſori reficienda, ac pro illis detur retentio, latè Rot. *part.13. recent. deciſ.149. num.12. & ſeqq. & part.18. deciſ.237. & 564.* vbi quando ſint neceſſaria.

19 Melioramentorum exceptio impedit immiſſionem facta liquidatione in ſpecie, nam non ſufficit de illis conſtare in genere, ſed neceſſe eſt probare duo copulatiuè, nempè fuiſſe tantùm impenſum, & rem melioratam in tanta ſumma, aliàs huiuſmodi exceptio dicitur illiquida, & ſuccurritur poſſeſſori per cautionem de illis ſoluendis iuxta liquidationem fiendam, Rot. *in Romana, ſeu Caſenaten. hæreditatis 4. Iunij 1635. coram Pirouano in Nouiſſ. part.7. deciſ.48. num.12. &c.* Duran. *deciſ.385. num.4. &c.* Rot. *part.3. diuerſ. deciſ.111.* Caualer. *deciſ.54. num. 86.* Gratian. *deciſ.225. per tot.* Franch. *deciſ.112.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.20. num.48. &c.* vide *in §. Expenſa* a. Rot. *art.9. recent. vol.1. deciſ.7. num.12. &c.* vbi etiam quòd debet probari ſtatus anterior, & an melioramenta ſint neceſſaria, vel vtilia, quia voluptuaria non reficiuntur, *& deciſ.320. num.18. &c. d. part.9. vol.2. & part.11. deciſ.227. num.21. &c. part.13. deciſ.76. num.25. & 26. part.14. deciſ. 405. & part.15. deciſ.119. & 191.* vbi quòd tria ſunt copulatiuè probanda, nempè anterior ſtatus, quantum impenſum, & quid melioratum, & ex quibus probentur, vel non, vbi multa pro excluſione huiuſmodi probationis, *& part.18. deciſ.94.* vbi plura de huiuſmodi probatione, & quòd ſi ex temporis vetuſtate non poſſit haberi anterior ſtatus recurritur ad alias probationes, & quales admittantur, vide ſupra *num.5. in fine*, Bich. *deciſ.304. num.11. & ſeqq.* vbi quòd ſi ſunt probata in ſpecie non datur immiſſio, niſi illis refectis, ſi in genere tantùm, præfigitur terminus ad liquidandum, quo elapſo liquidatione non facta, datur immiſſio cum cautione de illis reficiendis, vel ſine vlla cautione, quando nullo modo ſunt probata, vt ibidem melius declarat, & Rot. *in Romana Saluiani 15. Martij 1677. coram Ro* [illegible]*, poſt* Vrceol. *de tranſact. deciſ.92.* dixi *in §. Retentio num.12.* Pacion. *de locat. cap.34. §.4. per tot.*

Quòd in huiuſmodi liquidatione ſtetur relationi peritorum, Caualer. *deciſ.86. num.1.* Rot. *part.14. recent. deciſ. 217. num.2. & part.17. deciſ.251. num.16.* Pacion. *loc. cit. §.5. per tot.* vbi etiam quid agendum in diſcordia peritorum, & vide *in §. Periti*, Rot. *part.18. recent. deciſ.94. per tot.*

Et in dubio præſumatur tantum expenſum, quantum res valet, & contrarium dicens debeat probare, Crauet. *conſ.408. num.2. &c. volum.3.* Borgn. Caualcan. *deciſ.44. num.64.*

Quòd quando non ſunt penitus illiquida, ſed probata, licèt illorum valor non ſit liquidatus impediat immiſſionem, & debeat aſſignari terminus ad faciendum illa æſtimare, non obſtante idonea cautione oblata, Put. *deciſ.472.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.120. & part.3. lib. 2. deciſ.16. per tot.* Gratian. *deciſ.7. num.12. &c.* Menoch. *de recuper. remed.15. num.570.* Capyc. *deciſ. 37. num.7.* Merlin. *deciſ.363. num.7.* Rot. *part.11. recent. deciſ.227. num.22.* vbi quòd ſtante mora in petendo dictum terminum, in limine expeditionis cauſæ non conceditur, *& part.13. deciſ.149. num.12. & ſeqq.* vbi qualiter competat retentio non obſtante cautione, termino nimis breui dierum quinque, *& part.14. deciſ.217. & part.18. deciſ.237. per tot. & deciſ.320.* vbi quòd probatis in genere melioramentis, præfigendus eſt terminus ad illa liquidandum in ſpecie, & interim datur retentio, vel manutentio melioramenti, nec ad hunc effectum ſunt rigoroſè examinanda ipſa melioramenta.

Non tamen melioramentorum aſſertio releuat, etiam ſi de illis conſtet, niſi facta probentur ab allegante, vel ſuis auctoribus, cùm non ſit bona conſequentia, conſtat de melioramentis, & allegans illa poſſidet ergo, illa fecit, cùm potuerint eſſe facta ab alijs, Caſtr. *conſ.270. num.4. lib.2.* Gratian. *diſceptat. for. cap.193. num.1. &c.* Rota *part. 9. recent. deciſ.177. num.30. &c.* Bich. *deciſ.374. num.2. infra num.22.*

Sed contrarium, quòd imò qui ſuccedit, etiam titulo particulari in re meliorata, vel qui melioramenta facta alteri ſoluit, ſi rem melioratam poſſideat, retentionem habeat, etiam ſine ceſſione pro dictis melioramentis, Alexand. Trentacinqu. *lib.3. variar. tit. de pign. reſolut.1.* Guzman. *de euict. quæſt.20. num.92.* Olea *de ceſſ. iur. tit.4. quæſt.7. num.32. & 33.* Garſia *de expenſ. cap.7. num.13.*

Melioramenta non mutant naturam rei melioratæ, & 20
ideò facta in bonis fideicommiſſarijs illorum naturam non alterant, etiam ſi pars minima antiqui ædificij ſuperſit, vel nihil præter ſolum, quia adhuc ædificando in ſolo hæreditatis ædificatum cedit ſolo, & eiuſdem dominij efficitur, cuius eſt ſolum; an verò ſint reſtituendæ expenſæ neceſſariæ, & vtiles, ſaltem quatenus auxerunt pretium ædificij, & alia, latè Rot. *part.9. recent. deciſ.384. num.2. & ſeqq.* facit quòd dixi *in §. Hypotheca num.50. ſupra num.6.* Rot. *part.12. recent. deciſ.307. num.16. & ſeqq. & part.13. deciſ. 521. num.16. & ſeqq.*

An autem fideicommiſſarius, cui defertur fideicommiſſum perpetuum alijs poſtea reſtituendum teneatur ſoluere expenſas vtiles in domo fideicommiſſaria factas, videtur affirmatiuè reſpondendum per text. *in l. domos hæreditarias 61. ff. de leg.1. l. vbi purè 19. §. fin. & l. mulier 22. §. Sed enim 3. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*

Sed dictas leges procedere in fideicommiſſario, cui bona libera, & ſine onere alijs vlterius reſtituendi traduntur, ac ideò ſecus quando ipſe etiam tenetur alijs reſtituere, vt tunc non teneatur dictas expenſas reficere, probant Molin. *de primog. lib.1. cap.19. num.15.* Caſtil. *contron. lib.5. cap. 65. num.21. & ſeqq.* Vallaſch. *conſult.116. num.33.* Mareſcott. *var. reſolut. lib.2. cap.111. num.8.*

Quibus tamen poſſet reſponderi, debere interim fideicommiſſarium dictas expenſas ſoluere, & poſtea illas adueniente caſu reſtitutionis ab alijs vocatis repetere, & eſſe ſoluendas reſpondit Rot. *part.10. recent. deciſ.113. num.10. &c.* Quòd ſemel ſolutis melioramentis amplius à ſequentibus pretium illorum repeti non poſſit ne dentur infinitas, & quia ille, qui immediatè ſuccedit in Maioratu meliorato tenetur eam obligationem diſſoluere, & ideò faciendo id, ad quod tenebatur, non poteſt repetere à ſequentibus, Barboſ. *in l. Diuortio, §. fin. 1. part. num.115. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur, ac ita iudicatum teſtatur Cabed. *deciſ. 111. num.7. part.2.*

Melioramenta etiam vtilia facta ab hærede grauato non 21
ſunt à fideicommiſſario reficienda, quando fuerunt facta poſt iudicialem intimationem, ne fierent propter temeritatem, & malam fidem facientis, ſed tantùm conceditur illorum abraſio, quatenus ſint ſeparabilia abſque læſione prioris ſtatus rei melioratæ, intelligendo etiam de melioramentis factis in reficiendo, nam facta in faciendo de nouo penitus amittuntur, Bart. *in l. in fundo num.11. ff. de rei vindic.* Caſtr. *in l. nemum num.3. C. de rei vindic.* Ang. *in §. certè illud, Inſtit. de rer. diuiſ.* cum alijs per Bich. *deciſ.129. num.21. & ſeqq. & deciſ.374. num.9. & 10.* vide ſupra *num. 6. & in §. Expenſa num.6. &c.*

Plura de abraſione melioramentorum quando ſit permiſſa, vel non, & quomodo, Pacion. *de locat. & conduct. cap.34. §.3. num.63. & ſeqq. fol.349.*

Melioramenta non ſunt reficienda, niſi probentur à præ- 22
tendente facta, ac inſuper fuiſſe neceſſaria, vel ſaltem vtilia, quia voluptuaria non reficiuntur; dicuntur autem neceſſaria quando conſtat rem ſine illis fuiſſe perituram, vel deteriorem facturam, & vtilia ſi fructus rei aucti fuerint, nec debentur ſtante mala fide facientis orta ex intimatione ne fierent, Bich. *deciſ.374. per tot.*

Quòd prætendens melioramenta, probare debeat, illa à ſe fuiſſe facta, vel eſſe ſucceſſorem illius, qui fecit, vel ſui contemplatione ab alio facta, Menoch. *de recup. rem.15. n.567.* Grat. *diſcept. for. c.193. n.1. & ſeqq.* Pacion. *de locat. & cond. cap.34. §.4. n.3. & ſeqq.* vide *ſupra num.9. verſ. finem.*

Melioramenta facta à conductore in re ſterili ſibi loca- 23
ta, ita vt de ſterili fertilem, de inculta cultam illam reddi-

Digitized by Google

derit, vel aliter idem effectus reſultet, vt ſi in ſolo nudo, & inutili domum vtilem ædificauerit, vel domum ruinoſam reſtaurauerit, præſtant ius petendi renouationem finito tempore locationis, ne conductor excludatur à fructu laborum ſuorum, per text. *in l. quęcumque 7. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. & in c. ad aures 7. de rebus Eccleſ. non alien.* Caſtr. *conſ. 142. lib. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 24. num. 17.* Gratian. *diſcept. 813. num. 38.* cum alijs per Pacion. *de locat. & conduct. cap. 65. num. 2. & ſeqq.* vbi refert etiam contrarium tenentes, & concluſionem pluribus modis declarat, & præcipuè niſi adſit pactum meliorandi, quia tunc ex pacto, & proprio conſenſu excluderetur, facit quod dixi ſupra *num. 1.*

24 Multa alia de melioramentis factis, à bonæ, vel malæ fidei poſſeſſore, ab vſufructuario, Prælato, vaſſallo, marito, conductore, emphyteuta, maiore, hærede, emptore, ſocio, tutore, & his ſimilibus, quando, & quomodo deducantur, vel compenſentur, quando æſtimentur, & alia, plenè Garſia *tract. de expenſ. & melior. per tot.*

25 Et de ſucceſſore, vel hærede vltimi poſſeſſoris bonorum Regiæ Coronæ, vel Maioratus, an poſſit repetere pretium melioramentorum à defuncto factorum, & alia ad rem, Cabed. *deciſ. 121. part. 2. per tot.*

§. MEMBRVM. XIII.

1 MEmbra propriè dicuntur illa, quibus diuerſo, & proprio officio corpus mouetur, vnde digitus non eſt membrum, ſed pars membri, & ſtatutum puniens abſcindentem alteri membrum, non habet locum in abſcindente digitum, Clar. *§. fin. quæſt. 69. verſ. item quæro*, Maſtril. *deciſ. 168. per tot.* vbi tamen limitat niſi abſciſſio digiti fiat apoſtato modo, vel niſi debilitet manum, & alia dixi *in §. Vulnus num. 17. & §. Statutum puniens num. 2.*

Si tamen ſtatutum, ſiue lex loqueretur generaliter de membro aliquo propter vim huiuſmodi dictionis vniuerſalis, veniret etiam digitus ſub nomine alicuius membri ſecundùm Surd. *deciſ. 383. num. 14.*

Quæ veniant appellatione membri, latè Guaz. *deff. 33. cap. 6. per tot* Cabal. *reſolut. crim. caſ. 236. num. 3. &c.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat. 146. per tot.* vbi ſequitur ſupradictam regulam, & quòd non veniunt digiti, neque dentes, neque auricula, ſiue illa exterior cartilago auris, neque barba, ſiue illam accipiamus pro pilis, ſiue pro mento; venit autem mamilla fœminæ, vt ibi per eum, quamuis & de illa aliqui teneant non venire ſub appellatione membri, vide Anton. de Ballis *tract. var. lib. 3. caſ. 2. per tot.* Farinac. *quæſt. 19. num. 23. & ſeqq. & de Immunit. num. 249.* Giurb. *conſ. 20.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Immunitas reſolut. 3. num. 14.* vbi ad effectum immunitatis Eccleſiæ pro mutilatione membri, *& in verb. Statutum reſolut. 3.*

Quòd auris cartilago non ſit membrum, Ricc. *Prax. var. reſolut. cap. 67. num. 2. &c.*

De omnibus hoc numero contentis, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 10. §. 1. & 2. num. 32. & ſeqq.*

2 Membrorum ſuorum nemo eſt dominus, *l. liber homo, ff. ad l. Aquil.* ex quo plura notabilia infert Ricc. *Collect. 578. part. 3.*

3 Membrum quid ſit, qualiter membra omnia pro totius corporis ſalute ſint exponenda, & alia remiſſiuè Caſtellon. *Alphab. iurid. verb. Membrum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliot. legal. part. 5. eodem verb. fol. 110.*

4 Membra, ſiue membrum alteri, vel ſibi, aut maiorem partem membri voluntariè, aut culpabiliter, ideſt citra neceſſitatem mutilantes efficiuntur irregulares eodem modo ſicut occidentes, & quandoque excommunicantur, veluti ſi offenſi ſint Clerici, quid in debilitantibus, & alia, Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part. 2. verb. Membrum fol. 231.*

§. MENDACIVM. XIV.

1 MEndacium propriè ſumptum, eſt dictum, quo aliquid contra id, quod mente, & animo credimus, ſiue habemus, affirmamus, vel negamus; an autem requiratur animus fallendi audientem; quotuplex ſit mendacium, nempè iocoſum, officioſum, & pernicioſum; an aliquando liceat mentiri, an, & quando mendacium ſit peccatum veniale, vel mortale; de mendacijs, quæ in promiſſionibus committuntur, item de illis, quæ verbis æquiuocis, vel ſermone amphibologico, factis, vel ſignis conſiſtunt, & ſimilibus quæſtionibus de hac materia, latè Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 13. cap. 1. 2. 3. & 4. per tot. fol. mihi 1041. &c.* D. Raymund. *in ſumm. lib. 1. tit. de mendac. fol. mihi 97.* Gabr. Vaſquez in S. Thom. *3. part. tom. 4. quæſt. 91. art. 1. dub. 7. fol. 174.* vbi de mendacio in confeſſione, an, & quando ſit peccatum mortale, Turrian. *tract. de inſtit. diſput. 50. dub. 1. per tot.* vbi an quandocumque mendacium in iudicio ſit mortale, Caietan. ad D. Thom. *2. 2. quæſt. 69. art. 1. in reſponſ. ad 3. argument.* Couar. *var. lib. 1. cap. 1. num. 2.* Nauar. *in Manual. cap. 18.* Tolet. *in ſum. lib. 5. cap. 58.* Aluarez de Velaſch. *tract. de iud. perfect. Rub. 14. annot. 4. num. 18. & ſeqq.* vbi videtur concludere, vt quodlibet mendacium in iudicijs, & ad iudicia pertinens, quod alias eſſet veniale, efficiatur mortale, quod verum eſt accedente iuramento, vel vbi agitur de re graui, facit quod dixi *in §. Iuramentum num. 57. &c. infra num. 6.*

Plura de vocum æquiuocatione, & nominum reſtrictione mentali, quæ reducitur ad mendacium, Thom. Hurtad. *reſolut. moral. part. 2. tract. 7. per tot. fol. mihi 38. &c.*

Mendacium dupliciter committitur, nempè verbis, & factis, verbis numquam mentiri permittitur, factis autem ſic ex iuſta cauſa, quia facta, ſiue opera non ſint inſtituta ad ſignificandum animi conceptum, & ideò ſi ex opere animum alterius non intellexeris, hoc potius ex induſtria agentis accidit, quàm ex ſignificatione operi deputata, ſecus autem in verbis, quæ ſunt ad ſignificandum inſtituta, & ideò qui illorum mutat ſignificationem peccat; licitum eſt enim vti ſimulatione, & quodammodo eludere fictione in facto conſiſtente, non autem in verbis, vt benè explicat Sperel. *deciſ. 148. num. 21. & 22.* a

Quòd mendacium differat à falſitate, quia mendacium eſt fingere quod verum non eſt, falſitas vero negare, quod verum eſt, Ioannes à Capiſtrano *in ſpecul. conſcient. num. 306. & 307.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 3. quæſt. 107. num. 21.*

Mendacium, variatio, & titubatio, an faciant indicium ad torturam, relinquitur arbitrio iudicis, qui conſiderare debet, an ſit circa ſubſtantialia, & alia, de quibus Clar. *§. fin. quæſt. 21. verſ. Mendacium*, Farinac. *quæſt. 52.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 1. quæſt. 17.* vbi etiam per quot teſtes debeat conuinci mendacium, Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 1042. per tot.* Menoch. *lib. 1. quæſt. 89. num. 67. &c.* Dian *part. 4. tract. 6. reſolut. 15.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 200. num. 136.* vbi quòd non, niſi iunctis alijs indicijs, Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. num. 119. & ſeqq. fol. 224.* Poſſent. *ſing. 205.* vbi quòd non faciat indicium ad torturam in reo, cui in foro fori licitum eſt mendacium dicere. 3

Quòd mendacium à delicto remotum, etſi probatum non faciat indicium, Bart. *in l. eos qui num. 5. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Ruin. *conſ. 36. num. 3. lib. 4.* Grammat. *deciſ. 43.* Giurb. *conſ. 87. num. 8.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 468. num. 24.*

Quòd in teſte faciat indicium ad torturam, non autem in principali imputato, poſt relatas contrarias opiniones diſtinguit Viui. *comm. opin. 497.* vide Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 3. quæſt. 107.*

Qualiter puniatur mendacium, & qualiter illius pœnæ à iure inductæ poſſint euitari, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 109. per tot.* vbi infert ad plura, facit quod dixi *in §. Negotio num.* latè Tuſch. *litt. M. concl. 188.* vbi quòd mendax punitur multis modis.

De pluribus effectibus mendacij in ciuilibus, Ricc. *Collect. 209. & 210.* Maſcard. *de prob. vol. 2. concl. 1042.* vbi quòd committitur mendacium non ſolum non dicendo veritatem, ſed etiam illam tacendo, non tamen præſumitur, niſi probetur; cùm ſit de genere malorum, ex quibus autem arguatur, qualiter mendax in vno præſumatur mendax in omnibus, & contra eum oriatur non leuis ſuſpicio circa alia genera malorum, & alia contra mendaces.

Mendacium dicere, ſiue mentiri facilè præſumitur Inimicus, & ob id à teſtimonio repellitur in cauſa inimici, vt latè declarat Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ. 1049.* 4

per

per tot. vide *in §. Inimicitia num.4.* vbi plura, & plures allegaui.

5 Mendacium teſtis non reſpiciens ſubſtantialia negotij non adimit illi fidem, Menoch. *de præſumpt. lib.5. præſumpt. 22. num.19. & ſeqq.* Farinac. *quæſt.67. num.137. & 179.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.547. num.10.* Rot. *in Bonon. Cenſus 29. Martij 1675 coram Albergato*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.76. num.6.* vide *in §. Teſtes.*

6 Mendacium qualiter ſemper ſit in ſe malum, Deo, ac hominibus inuiſum, tamen ſimplex licèt non ſine culpa, non tamen eſt magna culpa, imò quandoque reputetur licitum ſi fuerit officioſum, ita vt rigida exiſtimetur Theologorum ſententia, mendacium quandocumque eſſe peccatum; ſed quidquid ſit, nullam in foro externo meretur pœnam, maximè ſi mendax nihil commodi, aut emolumenti inde reportauit, & mendacium fuit ſine dolo, ac neminem lædens, Rot. *part.18. recent. deciſ.147. per tot. & deciſ.470. per tot.* in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, quia etiam mentiri non dicitur, nec fallere, ſed falli qui dicit falſum, quod putat verum, quia audiuit à fide digno, cui credidit, cùm mendacium propriè ſit falſa ſignificatio vocis cum voluntate fallendi, nec præſumatur doloſè dictum, ac ideò non inducat actionem de dolo, niſi cauſa lucri ſui ſit dictum; aliàs enim mendacium citra iuramentum, & extra iudicium, ſimplex eſt peccatum veniale, & quandoque benignitatis, & pietatis dum ſit pro ſolutia alterius, vt benè probat, & declarat Rota in citatis deciſionibus cum alijs relatis *ſupra num.1.* & dixi *in §. Teſtis num.34.*

7 Plura de veritatis moralis natura, & dedecore, ac de veracitatis quidditate, de eius obiectu materiali, & formali, dignitate, & neceſſitate veritatis; Et è contra de mendacij dedecore, & fœditate inexpurgabili, varijſque defectibus indirectè veracitatem impetentibus, de eius partitione, & veneno, ac malo intrinſeco, & indiſpenſabili, ita vt ſit error aliquorum aſſerentium, mendacium quandoque ſaltem non inhoneſtum.

An ſit permiſſa quandoque ex cauſa æquiuocatio, & reſtrictio mentalis, aliaque plurima ad rem, Theophil. Raynaud. ex Societat. Ieſu in Append. ad Leonard. Leſſ. *tractat. de iuſtit. & iur. fol. mihi 669. & ſeqq. impreſſionis Lugduni* 1653. Hæc tamen amplius haud habent locum ob declarationem S. M. Innocentij XI. *ſub num.26. & 27.* vbi ſic legitur.

Si quis, vel ſolus, vel coram alijs, ſiue interrogatus, ſiue propria ſponte, ſiue recreationis cauſa, ſiue quocumque alio fine iuret, ſe non feciſſe aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra ſe aliquid, quod aliud non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quoduis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec eſt periurus.

Cauſa iuſta vtendi his amphibologijs eſt, quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, itant veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.

8 De mendacio, & eius effectibus, quando ſit peccatum mortale, vel non, & alia ad rem indicant Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Mendacium*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.111.*

§. MENSVRA. XV.

1 Menſura loci contractus, & non loci, in quo prædia menſuranda exiſtunt debet attendi, iuxta Addit. Pract. Pap. *for. act. real. gloſ. cui coher. &c.* ſed vide in vtramque partem Gratian. *diſcept. for. cap.11 nu.19. &c.* Vinc. de Anna *ſing.572. 573. & 574.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.53. num.5. & 6.* vbi concludit ſpectandam eſſe menſuram, quæ ſeruatur in loco rei venditæ, & menſuranda ſint foſſata, vel viæ publicæ, ſiue priuatæ, ac ſe remittit ad Bartol. *in l. prædia, §. ita legatum, ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg. & in l. littoria 51. ff. de contrahend. empt. & vendit.* & dicit ſpectandam eſſe conſuetudinem regionis, adde Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.30.* vbi an ſint menſuranda foſſata. An ripa Fluminis, & Berleda, Alex. *conſ.120. lib.2.* Surdus *conſ.376.* Ludouiſ. *deciſ.155.* Gibalin. *de vniu. negot. tom.5. lib.4. cap.4. conſect.4. fol.72.* vbi plura de menſuris rei definiendis iuxta conſuetudinem loci, in quo ſita eſt, niſi aliter ſit conuentum inter contrahentes.

Quòd ſit facienda communibus expenſis emptoris, & venditoris, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.549. num.41 &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.59. num.23. vol.3.* vbi tamen allegat ſolam dubitantem ſpectare ad ſolum venditorum, quod abſolutè probat Coſta *de ratione rata qu.35. num.3.* vbi etiam qualiter ſit corrigendus error.

Quando autem ſit facienda expenſis petentis, Bart. *tractat. de teſt. num.55.* Maſcard. *de probat. concluſ.1060. num.5.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.17. num.554. fol.301.*

Quòd vbi fuit conuentum de certa menſura, vel quantitate tornaturarum, ſiue ſeminis illa ſit manutenenda, ſiue venditio ſit facta ad menſuram, ſiue ad corpus, maximè ſi defectus ſit in notabili quantitate, quia tunc ſemper intrat obligatio ad ſupplementum, Caſtr. *in l. ſi ſeruum, §. ſi modus num.2. ff. de act. empt.* Pinel. *in l.2. part.3. cap.2. ſub num.9 C. de reſcind. vendit.* Couar. *pract. quæſt. cap.3. num.7.* Coſt. *de port. rat. quæſt.35. num.6.* cum alijs per Rot. *part.9. recent. deciſ.93. per tot.* Rot. *dict. part.9. deciſ.135. per tot. in eadem cauſa, & part.17. deciſ.1. per tot.* Bich. *deciſ.97. per tot. & deciſ.111.* vbi pleniùs, vide *in §. Venditio num.16.*

Quòd vendito prædio ad menſuram, ſit habenda ratio in menſura aluei, foſſarum, viarum, platearum, areæ, ſepium, macerium, domus, & ſimilium in prædio exiſtentium, ac de prædium ſpectantium, & non publicarum, Cabal. *conſ. deciſ.139. per tot. lib.2.* alios citaui *in §. Venditio num.16.*

Menſura eſt facienda præuia iudiciali denunciatione, monitione, vel citatione parti ad intereſſendum, Alexand. *conſ.33. num.9. lib.6.* Grattan. *diſceptat. forenſ. cap.874. num.36.* 2

Facta vno tempore, non probat quoad aliud tempus, cùm ex multis cauſis poſſit dari mutatio, & inter diuerſas perſonas non iuuat, idem Grattan. *cap.512. num.3. &c.*

Quòd facta pendente lite, & parte non citata, non ſit attendenda, Rota *part.16. recent. deciſ.226. ſub num.22.*

Menſura certi loci adiecta præſtatione legati, vel alterius rei promiſſæ, operatur quòd ſolutio ſit facienda in loca, de cuius menſura fuit conuentum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.549. num.24. &c.* 3

Menſura pro habenda diſtantia locorum fieri debet per lineam rectam, & quando linea dirigi non poteſt propter aquas, vel alia impedimenta, extendenda eſt cordula per aerem, ſi verò ageretur de aſſignandis dietis, ſiue diebus teſtibus, vel partibus ad comparendum, fieri debet menſura per viam ſolitam frequentatam, etiam breuiori, minus frequenti relicta, Bart. *in tract. de teſt. verſ. Vicena*, Maſcard. *de probat. concluſ.1059. per tot.* vbi de menſura milliarium, & de dietis, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.17. num.551. &c. fol.301.* Card. Tuſc. *lit. M. concl.203. num.2. & ſeqq.* vbi plura qualiter ſit facienda menſura, & quid operetur, Rot. *part.16. recent. deciſ.318.* vbi in terminis diſtantiæ vnius apothecæ ab altera eiuſdem artis, iuxta ſtatutum Bononiæ, *& deciſ.404. per tot. in eadem cauſa*, vtrobique plura, contra Poſtium, quem falſum Doctorem appellat, &c. 4

Quòd diſtantia vnius loci ab alio probetur per famam, & vulgi opinionem, Maſcard. *de prob. concl.524.*

De prædictis hic enunciatis, Hermoſil. *ad leg. Partit. to. 2. gloſ.2. num.44. & ſeqq. leg.24. tit.5. fol.543.* vbi quod ſi agatur de dietis ad iter agendum, menſura eſt facienda per vias frequentatas, & planas; ſi de diſtantia de loco ad locum per terram recto tramite, non per vias conſuetas; ſi de diſtantia vnius Molendini ab alio, tortuoſa per littora fluminis; ſi de loco vicino per tot milliaria, recto tramite; de qua materia latè etiam Otter. *tract. de Official. Reipubl. part.2. cap.11. num.18. & ſeqq.* Et menſuram non eſſe concedendam etiam expenſis petentis; quando ex vulgi opinione de illa conſtat, quia credendum eſt à certa menſuratione antiquorum originem habuiſſe, Seraph. *deciſ.1370. per tot.*

Et in materia delationis armorum grauiori pœna prohibitæ intra certa milliaria propriè Ciuitatem dominantem, quomodo ſit facienda menſura, vigore legum municipalium Florentiæ dixi *in Pract. §. Miglia num.1.*

Circa immunitatem Eccleſiæ pro triginta, vel quadraginta paſſibus iuxta ea, quæ dixi *in §. Immunitas num.* de-

bet fieri menſura incipiendo ab oſtio Eccleſiæ à parte exteriori, & paſſus intelligitur de quinque pedibus, pes verò de quinque digitis, Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 190. fol. 532.* Farinac. *in Append. de Immunit. Eccleſ. cap. 18. num. 285. &c.*

5 Menſuris, vel ponderibus falſis, ſiue iniuſtis vtentes, dicunt committere falſum, & de iure ciuili iudicis arbitrio puniuntur, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 5. Rub. 29.* vbi qualiter ſint ſignanda ſigno publico, & alia; de iure verò Pontificio in foro pœnitentiali pœnitentia ieiunij 30. dierum in pane, & aqua, licèt poſſit arbitrio Sacerdotis, moderari, cùm pœnitentiæ omnes hodie ſint arbitrariæ, Menoch. *de arbitr. caſ. 307. per tot.* Franc. Marc. *quæſt. 279. part. 1.* Bald. *conſ. 155.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 2. art. 15. per tot.*

Quòd etiam dicantur furtum committere, & furti teneantur, Boniſac. *de furt. §. 4. num. 57. fol. mihi 170. per text. in l. ſi quis vxori, §. ſi maiora, ff. de furt.*

Quòd menſores agrorum, frumenti, vini, itineris, & ſimiles, prout etiam calculatores, dolo menſuras, vel numeros falſas, vel falſos referentes, teneantur de dolo, *l. 1. & tot. tit. ff. ſi menſ. fal. mod. dix.* Boniſac. *loc. cit. num. 51. & ſeqq. ad 57.*

De menſuris, & ponderibus iuſtis habendis, & tenendis per Communitatem in nundinis, & emptorijs, ac de iuſta exactione gabellæ pro illis mutuandis à contrahentibus, quæ dicitur prouentus Communitatis, & venditur, nec poſſit ab aliquo impediri ſub pœna refectionis damnorum, & ceſſationis à nouitatibus, Anſald. *conſ. 135. per tot.* vbi de dicto prouentu Terræ Prati.

6 Menſura vna permiſſa, vel ordinata, aliæ cenſentur prohibitæ, & quomodo, Tuſchus *littera M. concl. 202.* Bald. *conſ. 198. lib. 2.* Bart. *conſ. 13. lib. 2.*

Plura de menſuris, & ponderibus mercium, antiquis, & & modernis, Gibalin. *de vniu. negot. lib. 1. cap. 6. per tot. fol. mihi 148. & ſeqq. ad 186.*

7 Menſura qualiter probetur per teſtes aſſerentes vidiſſe, & menſuraſſe, vel ſaltem menſurare vidiſſe, & alia ad rem de diuerſis menſuris, Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ. 1047. per tot.* facit Conciol. *reſolut. crimin. verb. Arma reſolut. 12. & 13.* vbi qualiter debeat conſtare de menſura, quando agitur de archibuſettis breuioris menſuræ, & videtur requirere quòd teſtes dicant vidiſſe, tetigiſſe, & menſuraſſe, cùm alias poſſint circa menſuram de facili decipi, non autem ſit neceſſaria ocularis inſpectio iudicis, vel cancellarij, quando arma non habentur in fortijs Curiæ; Et ita ego vidi ſæpè Florentiæ, & ſeruaui excuſari delatores huiuſmodi armorum à pœna maiori ob dictam qualitatem breuiori menſuræ non probatam, & condemnari in pœnam minorem pro archibuſijs longis, & ordinarijs impoſitam, quando de illis licentiam non habebant; licèt non ignorem, ſæpè etiam ex ſimplici teſtium depoſitione de archibuſis paruis, vel terzettis non aliter coarctata illorum menſura fuiſſe delatores condemnatos in pœnam maiorem bannimentorum pro archibuſis paruis, ſiue breuioris menſuræ impoſitam, quamuis huiuſmodi delatores de facili obtineant gratiam, vel moderationem pœnæ ex Principis benignitate, niſi aliud obſiet.

Quòd pro parte Fiſci ſit concludenter probanda paruitas menſuræ à legibus requiſita, vti qualitas neceſſaria ad imponendam pœnam, Guaz. *de confiſc. concluſ. 13. ampliat. 88. num. 15. & ſeqq. & ad deffenſ. deffenſ. 4. cap. 8. num. 3.* Farinac. *quæſt. 108. num. 54. & ſeqq.* idem Conciol. *in verb. Qualitas reſolut. vnic. num. 8.* & dixi *in §. Corpus delicti num. 13. in Addit.*

Iſtæ igitur opiniones, & doctrinæ poſſunt concordari cum dicta praxi, vt ſit probanda paruitas menſuræ modis prædictis, quando exceſſus, vel receſſus à iuſta menſura conſiſtit in modico, quòd per ſimplicem aſpectum non poſſit de facili percipi à teſtibus, vt ſi quis poſſit deferre terzettas, vel piſtolas non minoris menſuræ duorum tertiorum brachij, vel aliàs iuſtæ menſuræ, quæ in Statu Florntino eſt duorum tertiorum brachij de canna terzettæ, & fiſcus prætendat eſſe minoris menſuræ, ac ob id licentiam non ſuffragari, tunc ſi defectus conſiſtat in modico, debet probari qualitas menſuræ vt ſupra; ſi verò in magno, vt quia teſtes dicant vidiſſe mazzagatum breuiorem vnius palmi, non proderit licentia terzettarum dictæ iuſtæ menſuræ; vel ſi quis habeat licentiam archibuſorum longorum, vel nullam licentiam, & teſtes deponant de delatione terzettarum, cùm magnus, ac patens ſit exceſſus inter huiuſmodi arma, ac facile perceptibilis per ſimplicem aſpectum abſque menſuratione, erit vtique locus pœnæ maiori pro terzettis impoſitæ, & non pœnæ minori pro archibuſis longis, etiam ſi menſura terzettarum non fuerit coarctata, ſed ſimpliciter dictum de terzettis, per theoricam Bart. *tract. de teſtibus, verb. Qualitas num. 47. fol. mihi 164.* vbi quòd ſi agatur de longitudine rei determinatè, vt quot pedum ſit tota longitudo talis rei, & teſtis dicat eſſe decem pedum, quia vidit, ſufficientem cauſam non reddit, quia per viſionem ſolam de hoc certi non reddimur, debet ergo dicere, quia vidi, & menſuraui, vel menſurari vidi; ſi verò de hoc indeterminatè quæratur, poteſt per viſum ſimplicem cauſam reddere, vt ſi teſtis interrogatus dixerit rem prauam, vel magnam, vel mediocrem quia vidit, ſatis exprimit, hoc enim ſatis eſt ab hominibus communiter cognoſcibile per aſpectum in rebus, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt; idem ſi interrogatus de longitudine, reſpondit eſſe decem pedum, & vltra quia vidit, tantus enim poteſt eſſe exceſſus, vt ab omnibus, qui viderint cognoſcatur, idem ſi dixerit non eſſe decem pedum, quia vidit, &c. ſequitur Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ. 1047. num. 1. & 2.* Muſcatel. (licèt ſuboſcurè, & mutilatè) *in Prax. de cognit. delict. tit. de prohibit. armor. aſport. num. 20. & 21.* Sic in propoſito armorum dum teſtes deponunt de archibuſio longo, cuius non eſt certa, nec determinata menſura, & ſic indeterminatè de archibuſio, rectè probant, ſicut etiam de qualitate an ad cordam, vel ad rotam, ſiue fucilem, cùm hæc omnia regulariter cadant ſub ſenſu viſiuo teſtium non omninò imperitorem, idem dum ſimpliciter, & affirmatiuè deponunt de terzetta in genere terzettæ ad differentiam archibuſij, cùm etiam terzetta non habeat determinatam menſuram ſupra duo tertia brachij, ſed poſſit eſſe maioris longitudinis, vſque ad brachium cum tertio, in qua menſura Florentiæ appellatur terzarolum, quod idem reputatur cum terzetta, & abindè ſupra archibuſium longum, probant de terzetta ad imponendam illius pœnam, caſu quo delator licentiam non habeat, ſi verò habeat licentiam terzettæ, & accuſator, vel Fiſcus prætendat eſſe minorem, vel breuiorem dicta menſura permiſſa, & licentiam non ſuffragari, tunc cùm defectus conſiſtat in modico non facilè perceptibili per viſum teſtium, non probant de minori menſura, niſi menſurauerint, vel menſurare viderint, vel exhibeatur in Curia ad menſurandum, vel niſi tantus ſit defectus, & minor menſura, vt facilè ab omnibus per aſpectum cognoſci poſſit, veluti ſi aſſeuerantèr dicant vidiſſe archibuſettum paruum, ſiue mazzagatum vnius palmi, prout me vno ex Auditoribus proponente firmauit Rota Criminalis Florentiæ de Menſe Nouembris anni 1680. occaſione cuiuſdam proceſſus Bargæ contra D. Alexandrum Pancratium, in quo opponebatur non conſtare de qualitate menſuræ terzettæ: & licèt extra cauſam, fuit diſcuſſa dicta materia pro alijs caſibus paſſim occurrentibus.

De menſuris, & menſoribus varia tradunt remiſſiuè Caſteion. *Alphabet. iuridic. verb. Menſura, Menſor,* Otter. *de official. Reipubl. part. 2. cap. 21. per tot.* Comite Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 113, &c. part. 4. verb. Arma fol. 125.* vbi quoad menſuram armorum citat Andreol. *controuerſ. 426. num. 22. & ſeqq.* vt debeat eſſe concludenter probata, & teſtes deponere ſe menſuraſſe, vel menſurare feciſſe, vel vidiſſe menſurare; ſed non recedendum puto à diſtinctione hic per me firmata *num. 7.* 8

§. MENTIRI. XVI.

Mentita quando ſit licita, vel non, & ſic quando ſit punibilis, vel excuſabilis, latè Cabal. *reſolut. crim. caſ. 154. per tot.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 204. per tot.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Iniuria reſolut. 2. per tot.* vbi quòd mentitam dans alicui tenetur actione iniuriarum, niſi fiat ad propulſandam iniuriam mentienti illatam iuxta ea, quæ dixi *in §. Iniuria num. 11.* 1

De verbis, *mentiris ſalue honore*, vel mendacium, ſi falſum dicis quomodo differant, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 81. per tot.*

Quod mentita ſit licita etiam quando objicitur verum

ci-

crimen, ſi objiciens illud ſciat in ſecretò, vel aliàs crimen obiectum ſit occultum, nam tunc *mentiris* ſignificat crimen non eſſe commiſſum, vt ab alijs ſciatur, Dian. *reſolut. moral. part.5. tract.13. reſolut.26.* & latiùs *part.6. tract.6. reſolut.16.* vbi poſt relatas rationes in contrarium firmat licitum eſſe iniuriato reſpondere iniurianti *mentiris*, dummodo reſpondeat incontinenti, aliàs non eſſet defenſio, ſed vindicta.

Quòd proteſtatio de non iniuriando non excuſet tamquam contraria dicto, vel facto iniurioſo, Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.2. art.4. num.8. & 15.* Gayl. *lib.2. obſeruat.*101. Clar. §. *Iniuria num.13. &c.* Coſt. *de fact. ſcient. & ignorant. diſtinct.17. num.2. &c. tent.2.* Conciol. *d. reſolut.2. num.2. &c.*

2 Mentita per ſe eſt iniuria grauis, & atrox, cùm faciat mentitum falſarium, ita vt aliqui dicant non tolli dedecus, niſi mentitus alapam mentienti impingat; Sed inter Chriſtianos tenenda eſt opinio recurrendi ad iuſtitiam, vt ea mediante morbi culpa auferatur, vel minuatur: Excuſatur tamen dans mentitas ab omni pœna, ſi proferatur incontinenti ad ſui honoris defenſionem, vel mitius punitur, ſi intenſo dolore motus, & ex iracundia mentitam proferat, etiam animo iniuriandi, vel ſi ſequatur in iudicio pro defenſione iuris proprij, vel contra perſonam vilem, & abſentem; quando committatur exceſſus, deueniendo de verbis ad verbera, quomodo purgetur huiuſmodi exceſſus, & alia ad rem, vide per Zannium *tractat. de mendac. lib.1. cap 4.* Danzani *de pugn. Doctor. tom 3. tit. de iniur. cap.1.* Farinac. *quaeſt.*105. *num 306 & ſeqq.* Caſtil. *deciſ.*171. Caualcan. *deciſ.19. par.5.* Sanfelic. *deciſ.*63. Thoro *deciſ.93. part.2. & vot.96 part.1.* & alios citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.11. §.8. ad 13. num.31. & ſeqq. ad 52.* vide *in §. Iniuria num.11. & ſeqq.* Et de mentita aliqua annuit etiam modernus Co. Auguſt. Fontana *Biblioth. legal. part. 5. verb. Mentita fol.*115.

§. MERCATOR. XVII.

1 MErcator, ſiue negotiator propriè dicitur ille, qui emit merces, vt eaſdem integras, & non in aliam ſpeciem immutatas cum lucro reuendat, qui verò emit, vt eas in aliam formam ſuo opere, & induſtria redactas vendat, non dicitur mercator, ſed artifex, quod eſt notandum pro intelligentia ſtatutorum inducentium aliquid inter mercatores, vel fauore mercatorum, quia id eis artifices non veniunt ſub nomine mercatorum, maximè ſi etiam repugnet communis vſus loquendi, & intelligendi in Ciuitate, ex quia artifices ſint diſtincti à mercatoribus, quamuis aliàs ſecondum iuris ſenſum mercator dicatur quicumque mercatur emendo, & vendendo, & quando cum artificio mixta eſt negotiatio, Surd. *deciſ.313. per tot.* vbi exemplificat in multis, Strac. *de Commerc. quaeſt.1. num.12.* Ricc. *Collect.3538. & 4196.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.39. num.41. & ſeqq.* vbi quòd propriè mercator dicitur ille, qui res venales emit, vt immutatas vendat ſtatim quæſtus cauſa, etiam ſi agatur de tenuiſſimis rebus, cùm plus, & minus non mutet ſpeciem, ad effectum ſubijciendi legibus contra decoctores doloſos emanatis, mitius tamen ad proportionem damni creditoribus ex decoctione reſultantis, cùm pœna ſemper ſit commenſuranda delicto, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.5. Rub.1. per tot.* vbi plura de Mercatoribus, & artificibus diuerſis *in Rubricis ſeqq.*

Quòd mercator non dicatur qui nomine alieno exercet mercaturam, nec comprehendatur ſub ſtatuto loquente de mercatore, Ang. *in l. quamuis, ff. de acquir. poſſ.* Dec. *conſ.*268. Anton. de Ballis *tract. var. lib.5. tit. de mercatoribus num.7. fol.*331. Gibalin. *de vniuerſ. negot. lib.1. cap.3. art.3. fol.*22. vbi vnde dicatur mercator, quid ſit an omnis negotiator ſit mercator, & alia.

2 Mercator vt quis dicatur, requiritur quod ſit deſcriptus, & matricolatus in mercatura, quam profitetur, illam exerceat per ſe, & non per interpoſitam perſonam, nec ſemel, ſed pluries, & quòd in ea habeat maiorem partem fortunarum ſuarum, Strach. *de mercat. in princ. num.4. &c.* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.7. in Addit. num.*304. Franch. *deciſ.*175. vide *in §. Iudex num.* Tuſch. *littera M. concluſ.209. per tot.* Ricc. *Collect.*3538. vbi plura quis dicatur mercator, & *Collect.*4196. Maſcard. *de probat. vol.2. concluſ.*1050. vbi quòd aſſerens ſe mercatorem, tenetur ſe talem probare, & quomodo probetur, Conciol. & Romaguer. *loc. cit.*

Quòd cauſæ mercatorum habeant multa priuilegia, de illorum ſtylo, & conſuetudine, circa diuerſa, de foro mercatorum Florentiæ, & alia, Tuſch. *litt. M. concl.207. & ſeqq. per tot.*

Gaudet tamen mercator priuilegijs mercatorum, etiam ſi plus in bonis immobilibus poſſideat quàm in mercantijs, Caluin. *de aequit. lib.3. cap.*284.

Mercator vendens habita fide de pretio alicui, qui antequam emeret præconceperat fugam, illa ad effectum perducta, præfertur in ſuis mercibus venditis cæteris creditoribus, quia illarum dominium non fuit in emptorem prædictum translatum, Addit. ad Pract. Pap. *act. hypoth. gloſ. ſub eadem verb. qui mutuauit*, Menoch. *de arbitrar. caſ.203. num.25.* vide Neguſ. *de pignor. part. 5. membr.2. num.9. &c.* Surd. *conſ.528. num.5.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.967. num.3. &c.* dixi *in §. Venditio num.4. & num.14.* 3

Mercator fallitus non poteſt cedere bonis, nec propter aduerſam fortunam excuſatur, Addit. ad Pract. Pap. *form. inquiſ. gloſ.1. verb. Ceſſerit*; Petr. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.105. num.13. &c.* Boer. *deciſ.*349. Brun. *de Ceſſ. bon. quaeſt.5. quaeſt.4. prin. & quaeſt.26. in princ.* Farinac. *quaeſt.26. num.26.* dixi *in Pract. §. Falliti num.31.* & in hoc Opere *§. Ceſſio num.* 4

Quàm durum, & peſſimum ſit tractare cum decoctoribus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.916. num.13.* Gizzarel. & Addent. *deciſ.80. per tot.*

Quinam effectus reſultent ex decoctione quoad modum ſatisfactionis creditorum, vide *in §. Statutum generale num.*

Quibus pœnis afficiantur falliti vigore legum municipalium Florentiæ dixi *in Pract. §. Fallitis per tot.* & quibus de iure, & in Hiſpanijs, Laurent. Matthæu & Sanz. *tract. de re crim. contron.39. per tot.* vbi etiam ſi eſſent mercatores tenuiſſimarum rerum, & libros non feciſſent, habita tamen ratione damni creditorum, vt dixi *ſupra num.1.*

Mercator quiſnam dicatur fallitus, & decoctus, Cabal. *reſolut. crim. caſ.105. per tot.* vbi plura in terminis ſtatuti noui mercantiæ Ciuitatis Florentiæ *lib.3. Rub.2.* Rom. *conſ.*104. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.391. num.18. &c.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.14. num.1. & tract. de tranſact. quaeſt.34.* Sanz *loc. cit. per tot.* Franch. *deciſ.55. num.2. &c.* Caſtil. *deciſ.22. num.38.* & DD. Octo Baliæ Florentiæ ſub die 23. Octobris 1653. in cauſa contra Raffaelem de Iulijs *Giornal. 578. fol.292. &c.* 5

Quis dicatur decoctus fraudolentus, ita vt de iure communi non gaudeat immunitate Eccleſiæ, licèt ſecus ſit ſtante Bulla Gregoriana, cùm decoctio non ſit de caſibus exceptis, Gratian. *diſcept. for. cap.380. per tot. cap.967. num. 7. &c.* Menoch. *de arbitr. quaeſt.90. num.13. &c.* Scanarol. *de viſit. carcer. lib.3. §.10. cap.9. num.13. &c. fol.*571. Gizzarel. cum Addent. *deciſ.80. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 402. obſeru.*30. Farinac. *quaeſt.28. num.33.* vbi quòd fraudulenter decoctus non gaudet immunitate, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.7. num.23. & ſeqq. & contr.39. num.36. & per tot.* vbi quando dicatur doloſus.

Quoad immunitatem, vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.11. tit.3. num.233. & ſeqq. fol.*537. vbi quòd gaudet immunitate, ſed debet expelli, & non tollerari à miniſtris Eccleſiæ, Dian. *reſolut. moral. part.1. tract.1. reſolut.32. & part.6. tract.1. reſolut.17. in fine*, Farinac. *conſ.76. num.13. tom.1.* Cartar. *deciſ. crim.46. num.72.* Caſtropal. *tom.2. tr. 11. diſput. vn. punct.8. num.6.* Locat. *de tort. inſpect. 5. num. 258.* dixi *in Pract. §. Falliti num.28.* & in hoc Opere *§. Index num.*

Quòd mercator ſtatim vt defecit nil poſſit facere in præiudicium ſociorum, & finiatur eius mandatum, teneatur edere libros, ac poſſit torqueri, vt indicet pecunias occultas, Farinac. *quaeſt.32. num.35.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.5. tit. de mercatoribus, & Bancherijs deficientibus fol.*331. Quòd nec etiam poſſit tranſigere, & idem in proximè decocturo arbitrio iudicis declarando circumſcripta ſtatutorum diſpoſitione, intelligendo in præiudicium ſui, & ſuorum creditorum vtilitatem commodum, nam tunc valeret tranſactio, latè Vrceol. *tract. de tranſact. quaeſt. 34. per tot.*

Digitized by Google

An contractus ante decoctionem factus ſit doloſus, vel non, pendet non à ſola temporis breuitate, ſed ex alijs circumſtantijs, & qualitatibus antecedentibus, & ſubſequentibus arbitrio prudentis iudicis examinandis, & ideò ſolidatio computorum facta de breui ante decoctionem non est fraudulosa ſi aliundè conſtat de credito, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 254. *num.* 3. *& ſeqq.* vide *in* §. *Contractus num.* 33. *& part.* 18. *deciſ.* 340.

6 Mercator præſumitur eſſe ſoluendo quando habet multas merces, quæ difficulter amoueri poſſunt, vel multa nomina debitorum, & è contra non ſoluendo præſumitur, ſed ſuſpectus, qui accipit pecuniam ſub vſuris, vel emit ad credentiam, & viliori pretio præſenti pecunia vendit, vel habet merces in loco periculoſo, vel cuius bona venduntur, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 59. *per tot.* vide *in* §. *Debitor num.*

7 Mercator fideiubens pro alio, licèt non renunciauerit beneficijs fideiuſſorum, propter illius exuberantiorem fidem, poteſt conueniri etiam non facta excuſſione debitoris principalis, Marſil. *in repet.* *Rub. ff. de fideiuſſ. num.* 8. Aret. *in* §. *item ſi quis Inſtitut. de act. col.* 9. Iaſ. *in* §. *fuerat num.* 28. *Inſtitut. eod.* Benedict. de Plumb. *tract. de diſcuſſ. num.* 4. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 64. *num.* 11. Quòd ſcribens alteri, *adhibe fidem tali ſuper me*, cenſeatur ſe pro illo obligaſſe, Gratian. *cap.* 683. *num.* 5.

8 Mercator acceptans litteras cambij ſibi præſentatas, videtur illas ratificare, & ſe facere debitorem præſentantis, ac ſequi fidem ſcribentis, qui licèt poſtea efficiatur decoctus, non poteſt opponere de non ſibi numerata pecunia, & de non implemento, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 64. *num.* 7. *&c. cap.* 569. *num.* 16. *&c. cap.* 699. *num.* 34. vbi vide, & Franch. *deciſ.* 303. *per tot.* Cepol. *caut.* 9. *num.* 1. Genu. *de ſcript. priuat. titul. de litt. camb. num.* 80. *&* 81. *fol.* 157. *& lib.* 5. *de regul. in mat. lib. mercat. fol.* 284. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 183. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.*

An autem mercator poſſit reuocare ſcripturam in ſuo libro factam ad fauorem alterius abſentis, antequam per ipſum abſentem fuerit acceptata, latè idem Genu. *de ſcript. priu. lib.* 5. *tit. de ſcartafac. fol.* 287. *num.* 8. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor.* 39. *num.* 4. *& ſeqq.*

An recipiens litteras requirentes de ſolutione debiti, & illis non contradicens ſibi præiudicet, & videatur fateri ſe debitorem, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 699. *num.* 31. *&c.* vide *in* §. *Cautela num.* *&* §. *Littera num.* 1. *& ſeqq.*

9 Mercator ſcribens, & dans litteras cambij, non liberatur niſi ſubſequuta illarum ſolutione, quia præſentatio litterarum non inducit acceptationem eius, cui præſentantur in debitorem, Ludouiſ. *deciſ.* 217. Gratian *diſceptat. forenſ. cap.* 64. *per tot.* vide *in* §. *Littera num.* 1. *& ſeqq. &* §. *Cedula num.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 183. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.*

Ad quem autem ſpectet periculum decoctionis illius, cui erant directæ litteræ, latè declarat Genu. *de ſcript. priuat. in Addit. quæſt.* 7. *per tot. fol.* 47. vide *in* §. *Littera.*

10 Mercator ſcribens in libro ſuo id, quòd ab alio recepit tamquam creditum ſoluentis, & dans illi (vt vulgò dicitur) creditum, non habet electionem declarandi ſe recepiſſe ad computum debiti ipſius ſoluentis in huiuſmodi libro contrapoſiti, ſed ſi ſoluens erat debitor ex pluribus cauſis, eligit ipſe in quam cauſam velit compenſare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 105. *num.* 16. *&c. cap.* 224. *num.* 21. *cap.* 505. *num.* 33. Magon. *deciſ. Florent.* 39. *num.* 9. *& deciſ.* 3. *num.* 30. *&* 31. *verſ. & doctrina*, Imol. Surd. *deciſ.* 186. *per tot.* Marr. Medic. *Exam.* 15. *num.* 27. *&c.* vide *in* §. *Debitor num.* *&* §. *Solutio num.* 53. *&c.* Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 51.

Quòd imò inter mercatores pro iure inducatur compenſatio, ſolutio, & extinctio debiti per dictam contrapoſitionem partitarum ad inuicem pro indubitato tenet Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 11. vbi allegat Alexand. *conſ.* 85. *num.* 5. *lib.* 20. Rot. Iannen. *deciſ.* 16. *num.* 7. *&* 8. Gregor. *deciſ.* 366. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 321. *num.* 1. *part.* 3. *&* 33. *num.* 5. *part.* 5. *recent. in Romana pecuniaria* 13. *Maij* 1644. *coram Bichio*, *inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 177. *num.* 19. *& ſeqq. & in Romana ſequeſtri* 11. 1645. *coram Otthobono*, vide *in* §. *Solutio num.* 53. *&c. &* §. *Compenſatio num.* 26. *in fine*, *& num.* 28. Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.* 107. *num.* 10. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 183. vbi quòd procedit etiam ſi debitum, & creditum prouenian ex diuerſis cauſis, & in diuerſis libris ſint deſcripta, & licèt reſultet in præiudicium aliorum creditorum anteriorum debitoris communis decocti.

Quòd inter mercatores illorum ſtylus ſit attendendus, Duran. *deciſ.* 368. *num.* 37. vide Marr. Medic. *loc. ſupr. cit.* & Altograd. *conſ.* 89. *num.* 13. *lib.* 1. vbi quòd ſit ſaltem neceſſaria declaratio partium, aliàs ante declarationem ſequutam remaneat debitum, & creditum hinc inde non extinctum vi compenſationis, niſi agatur de vitanda mora, vel pœna; Sed vide vt ſupra *in* §. *Compenſatio num.* 26. & Rot. *d. deciſ.* 183. *part.* 9. *recent.*

Mercator deſinens eſſe mercator, poteſt conueniri coram Conſulibus mercantiæ pro omnibus per eum geſtis, dum erat mercator ſi agatur de pertinentibus ad mercaturam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226. *num.* 15. *cap.* 727. *num.* 2. *&c.* Franch. *deciſ.* 417. vide *in* §. *Iudex num.* 11

Mercator non poteſt vti ſigno alterius mercatoris in illius præiudicium, nec ſtare cum mercibus ante domum, vel apothecam alterius, ac poteſt inhiberi ne ponat tabulata, banca, & ſimilia impedientia vſum priuatorum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 658. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 111. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 2. vbi qualiter Bullæ mercatorum præſumantur eſſe illius, cuius ſigno ſunt ſignatæ, & nullus poſſit ſignum ſuum rebus alienis imponere ante ſententiam, facit quòd dixi *in* §. *Arma num.* 1. latè Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 1. *cap.* 5. *art.* 3. *fol.* 134. 12

Quod mercator vtens doloſè ſigno ab alio præoccupato arbitrariè puniatur tamquam falſum committens, Farinac. *quæſt.* 150. *part.* 5. *num.* 142. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 318. *num.* 23. Creſp. *obſeru.* 1. *num.* 231. cum alijs per Romaguer. in addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 1. *num.* 16.

Quòd Bulla præſumatur eſſe illius mercatoris, cuius ſigno eſt notata, Maſcard. *de probat. concluſ.* 160. *& concluſ.* 1051. vbi quòd mercum inducit præſumptionem pro eo cuius merco res eſt ſignata, & alia de probatione Merchi, Gibalin. *loc. cit. art.* 2. *per tot. fol.* 132.

Mercator pro mercibus datis ad veſtiendum habet tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, tamquam dederit in cauſam operiendi corpus, quæ dicitur alimentaria, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 38. vbi allegat motum proprium B. Pij V. & Rot. *in Romana Mercium* 28. *Nouembris* 1607. *coram Otthobono*, & coram Buratt. *deciſ.* 715. vide *in* §. *Maritus num.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 253. *num.* 13. *&* 14. vbi de Conſtitutione Vrbani VIII. & Alexandri VII. ſuper prælatione mercatorum Vrbis pro ſumma tantùm ſcutorum 50. & in reliquis mercator nullum habeat priuilegium prælationis, ſed ſolam actionem ex empto, ſicut cæteri huiuſmodi creditores. 13

Quòd non poſſit illi opponi de nullitate obligationis ob non ſeruatam formam ſtatuti à muliere, vel minore, intelligendo dummodò conſtet de verſione in illorum vtilitatem, aliàs ſecus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 750. *in princip. cap.* 713. *num.* 55. *cap.* 576. *num.* 25. *cap.* 669. *num.* 3. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 13. *per tot.* vide *in* §. *Nullitas num.*

Mercator qualiter remaneat obligatus ex contractu celebrato cum illius adminiſtratore, factore, inſtitore, ſeu negotiorum geſtore, qui publicè, & palam ſe gerebat pro tali, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 35. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de lib. rat. Inſtitut. per tot. fol.* 216. *& ſeqq. ad* 222. Felic. *de Societ. cap.* 30. Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 48. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 132. Duran. *deciſ.* 368. *num.* 35. *&c.* 14

Mercator non præſumitur mutuò dare, & cùm non ſit ſolitus tenere pecunias otioſas, poteſt licitè percipere intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, concurrentibus tamen requiſitis, de quibus dixi *in* §. *Intereſſe num.* Alex. *conſ.* 41. *lib.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 622. *num.* 10. *&c. cap.* 819. *num.* 14. *&c. cap.* 987. *num.* 22. *& per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 32. *num.* 5. *&c. deciſ.* 103. *per tot. & deciſ. Luc.* 25. *num.* 88. dixi *in meis reſol. cap.* 50. *&* 52. *per tot. & cap.* 100. *num.* 11. *&c.* 15

Mercator poteſt ex triplici titulo lucrari, nempè traiectionis pecuniæ, duplicis valoris monetæ intrinſecè, & extrinſecè, cùm merces abſentes minus valeant, quàm præſentes, ſicut & pecuniæ; & opera, quæ præſtatur in transferendo merces, vel pecunias de vno loco ad alium, 16

cùm

Digitized by Google

cùm huiuſmodi opera ſit pretio æſtimabilis, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 462. *per tot.* & dixi *in* §. *Pecunia num.* 14.

Quòd poſſit mercator in cambijs recipere lucrum aliquod moderatum pro mercede laborum, & ſumptuum miniſtrorum, quia cambium non eſt mutuum, ſed contractus innominatus, do, vt des, in quo lucrum non reprobatur, imò quilibet in commutatione pecuniæ poteſt accipere aliquod lucrum ratione laboris, tedij, impedimenti, vel ſimilium incommoditatum, licèt aliàs tanti valere debeat pecunia danda, quanti accipienda, Gratian. *d. cap.* 652. *num.* 8. *&c. & num.* 20. *&c.* Genu. *de ſcript. priu. lib.* 3. *tit. de litter. camb. num.* 21. *&c. fol.* 154. vbi multa de cambio reali, & ſicco, & quomodo vnumquodque fiat, ac quando ſit permiſſum, vel reprobatum.

Quòd imò cambium ſit potius contractus nominatus, probat Genu. *loc. cit. quæſt.* 5. *num.* 5. *&c. fol.* 160.

17 Mercator habens plures apothecas, & negotio ſeparata, ſi efficiatur decoctus, creditores, qui cum eo contraxerunt intuitu vnius negotij, & apothecæ ſunt potiores in bonis, & mercibus illius negotiationis quocumque alio creditore, qui extra illam negotiationem contraxit, quidquid aliàs æs alienum dicatur reſpicere totum patrimonium, nam hoc caſu, cùm quilibet videatur potius crediſſe negotiationi quàm perſonæ, debet præferri in illa alijs diuerſæ negotiationis; creditores tamen vnius negotiationis poſſunt participare de bonis alterius in eo, quod ſupereſt ſolutis omnibus illius debitis, vt latè declarant Magon. *deciſ. Lucen.* 11. *num.* 5. *& ſeqq. per tot.* Aſin. *de execut.* §. 7. *cap.* 42. Buccafer. *conſ.* 88. *per tot. lib.* 1. vbi quòd magis procedit dicta prælatio quando negotiationes ſunt in diuerſis prouincijs, vel ciuitatibus, & tunc non ſolum in mercibus, ſed etiam in ſtabilibus exiſtentibus in loco negotiationis; ſecus autem ſi vna ſola ſit negotiatio, & alij crediderint perſonæ, alij negociationi, nam tunc omnes ſimul concurrunt, & quare, Paul. de Caſtr. *conſ.* 285. *col. penult. vol.* 1. facit Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 964. *per tot.* vide *in* §. *Compenſatio num.* 23. §. *Creditor num.* 11. *&* 64. *&* §. *Vxor num.* 47. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 48. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.* 121. *per tot. lib.* 2. Rota *part.* 14. *recent. deciſ.* 315. *& deciſ.* 429. *& part.* 15. *deciſ.* 34. facit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 338. vbi tamen oſtendit ſecus eſſe in ſocietatibus officiorum, in quibus, & ſuper illorum pretio redacto ex venditione, vel reſignatione nulla competit prælatio creditori ipſius ſocietatis, ſed omnes veniunt in concurſu iuxta illorum anterioritatem, vt dixi *in* §. *Officia num.* 17.

18 Mercator, quando, in quo loco, cuius periculo, & an in totum, vel pro parte tantum teneatur edere libros, etiam ad fauorem tertij, vide Magon. *deciſ. Lucenſ.* 5. *n.* 2. *& ſeqq. ad* 16. Menoch. *de arbitr. caſ.* 499. *num.* 37. *& ſeqq.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. quæſt. vlt. per tot. fol.* 253. *& ſeqq. ad* 257. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 909. *num.* 10. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.* 122. *num.* 10. *& ſeqq. & conſ.* 123. *num.* 27. *&c. lib.* 2. vbi quòd de iure, & conſuetudine tenetur conficere libros rationum, ac illos edere, etiam ad fundandam actoris intentionem, & ſi nolit edere, poteſt contra illum in litem iurari, vide *in* §. *Libri num.* 31. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 237. vbi qualiter publicus mercator teneatur exhibere libros mercantiles apud ſe exiſtentes, *part.* 17. *deciſ.* 115. *per tot. &* 326. *& part.* 18. *deciſ.* 105.

Quòd mercator teneatur non ſolùm edere libros, vt ſupra, ſed etiam ſecreta, & priuata memorialia, ſiue memorias, vbi ſubeſt aliqua ſuſpicio, nec excuſetur ſi dicat libros non confeciſſe, vel amiſiſſe, Cabal. *d. conſ.* 122. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi etiam quòd nec vnica ſufficit editio, ſi opus ſit pluribus, *& conſ.* 123. *num.* 28. *& ſeqq.* vbi etiam de ſtylo Florentiæ.

19 Mercatores venientes ad nundinas ſecuritate illis conceſſa, debent illa gaudere tam in eundo, quàm in recedendo, & plura de priuilegijs nundinarum, qualiter nundinæ differant à mercatu, & alia DD. *ad tit. C. de nundin. & mercat.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 99. *&* 100. *vol.* 3. vide *in* §. *Feria num.* 2. *verſ. plura de ferijs*.

20 Mercatorum, ſiue aliorum peritorum iudicio ſtatur in reſpicientibus ſtylum, & peritiam mercaturæ, vel artis ſuæ, ſecus autem in dependentibus à diſpoſitione iuris, Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 73. *num.* 36. *&* 37. vide *in* §. *Peritis num.* 7.

Quòd ſtetur atteſtationi mercatorum de ſtylo mercantili deponentium, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 121. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 123. *num.* 3.

Si tamen conſtet de ſtylo particulari alicuius mercatoris, quod eum prævalet generali ſtylo aliorum, prout etiam idem eſt in ſtylo particulari alicuius Notarij, Buratt. *deciſ.* 120. *num.* 11. *& deciſ.* 419. *num.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 286. *num.* 7. *&* 8. *& part.* 18. *deciſ.* 80. vbi plura de ſtylo generali, vel particulari mercatorum attendendo.

De peritia Mercatorum Florentinorum magnificata per Sacram Rotam Romanam, Gregor. *deciſ.* 126. *num.* 1. Merlin. *deciſ.* 597. *num.* 4. *& deciſ.* 754. *num.* 9. *verſ. nec contemnenda*.

Mercator mandans continuari negotium ſub nomine 21
ſuo poſt eius mortem, efficit, vt eius hæreditas, & bona remaneant obligata creditoribus, etiam poſt illius mortem intuitu, & contemplatione negotij cum hærede contrahentibus, & diſtrahi poſſint, non obſtante fideicommiſſo ab eodem ordinato, vt latè probat Rot. *in Bononien. pecuniaria* 2. *Maij* 1661. *&* 22. *Martij* 1662. *coram Albergato*, & coram Emerix *part.* 13. *recent. deciſ.* 320. *&* 426. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 169. *num.* 31. *& ſeqq.* vbi tamen quòd iſtud non procedit quando negotiatio fuit diuerſa, & ex quibus arguatur dicta diuerſitas, vide *in* §. *Bona num.* 23. *in addit. &* §. *Societas num.* 41. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 212. *&* 303. vbi etiam quòd obligatio hæredis licèt minoris pro dicto negotio continuato ex teſtatoris iuſſu eſt valida abſque ſolemnitatibus, & quia etiam mercator licèt minor poteſt occaſione negotij obligari abſque ſolemnitatibus, vt dixi *in* §. *Statutum requir. ſolemnit. num.* 21. *&* 34.

Mercatus, ſiue nundinæ à ſolo Principe concedi poſſunt 22
cùm ſint de reſeruatis ſummæ poteſtati, & poſſunt transferri de vno ad alium locum, quamuis per longiſſimum tempus ibi fuerunt, etiam ſi hominum memoriam excedat, Theſaur. *deciſ.* 264. Franc. Marc. *deciſ.* 53. *vol.* 1. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 195. vbi etiam quòd poſſunt prohiberi per Epiſcopum in diebus feſtiui, vt dixi *in* §. *Epiſcopus num.* 35.

De nundinis, & earum priuilegijs latè cum multis citatis Conciol. cum addit. Romsguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 66. *per tot. & lib.* 5. *Rub.* 22. *per tot.*

An, & quando mercatus, & Nundinæ fieri poſſint diebus feſtiuis, vel potius ſint prohibendæ, Capon. *diſcept.* 209. Fermoſin. *cap.* 1. *de ferijs quæſt.* 1. Gratian. *deciſ.* 71. & alij relati per modern. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 9. *num.* 19. *& ſeqq. ad* 25.

Et de iure nundinarum, & mercatuum publicorum, ac de illarum ſignificatione, & differentia quod tamquam de Regalibus à ſolo Principe concedi poſſint, & alia ad rem, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 23. *per tot.*

Plura de foro, & nundinis, Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot. fol.* 373. *&c.* Cæſar. Cala *tract. de ferijs quæſt. vlt. num.* 244. *& ſeqq.* vbi an, & quando fieri poſſint diebus feſtiuis.

Mercator ſcribens aliquem debitorem in libris ſuis ad 23
commodum, & vtilitatem alterius, veluti aſſerendo res datas deſeruiſſe pro alijs (vt ſæpè contingit inter coniunctos) an habeat actionem tantùm contra deſcriptum debitorem, vel etiam contra eos, in quorum vtilitatem verſæ ſunt merces datæ ſaltem ex æquitate, *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* videtur affirmatiuè reſpondendum, quando non poteſt aliter mercatori eſſe conſultum, ſecus autem ſi poſſit à deſcripto debitore, vel eius bonis ſatisfactionem conſequi, vel cum eo tranſegit, cùm remedium *d. l. ſi me, & Titium*, ſit ſubſidiarium, Alex. *conſ.* 92. *num.* 6. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 19. *num.* 2. *lib.* 4. cum alijs per Ludouiſ. *deciſ.* 216. *per tot.* ſequitur Caluin. *tract. de æquit. lib.* 1. *cap.* 38. facit quòd dixi *in* §. *Liber num.* 8. vbi quando res tradita fuit alteri de mandato debitoris, *& in* §. *Locupletatio num.* 1. latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quando commodum recipiens ex contractu teneatur ſaltem in ſubſidium, vel non, licèt ipſe non contraxerit, nec aliter ſe obligauerit, ex æquitate, *d. l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* vide *in* §. *Mutuum num.* 15. latè Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 12. vbi ponit ſeptem requiſita, vt locus ſit dicto remedio ſubſidiario.

Mercatura an deroget nobilitati, videtur quod ſic, quia 24

eſt ars mœcanica, ſecundùm Bald. *in l. Nobile, C. de commerc. & mercat.* niſi contrarium ſit dicendum de conſuetudine apud aliquas nationes, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.322. num.9. & ſeqq.* vbi tamen quòd ſtatuta Religionis Hieroſolymitanæ non contentantur nobilitate locali, ſed requirunt nobilitatem, quæ pro tali habeatur vbique, vide *in §. Nobilitas num.4. &c.*

25 Mercator ſi reperiat errorem in libris ſuis, poteſt illum corrigere, & ſtornare partitas, vt clarum eſſe dicit Ludouiſ. *deciſ.366. num.6.* vbi tamen Beltramin. in Addit. dicit contrarium, quòd non poſſit ad libitum ſtornare partitas in libris deſcriptas, allegans Rot. *part.1. recent. deciſ.641. num.1.* Menoch. *conſ 296. num.12.* & Farinac. *conſ.18. num.4.*

26 Mercatura, & negotiatio qualiter ſit Magiſtratibus prohibita, & an quandoque permiſſa, Larrea *Alleg. fiſc.* 104. *per tot.* vide *in §. Officiales num.6.* Hermoſil. *gloſ.4. leg. 5. tit.5. part.5. num.1. & ſeqq.* alioſque modernos citatos à Romagner. in addit. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.5. Rub.1. num.17.*

27 De Mercatoribus aliqua deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.3. ſect.2. verb. Mercatores, & part.1. eod. verb.* vbi de mercatoribus librorum præferendis cæteris mercatoribus, vt dixi *in §. Libri in fine: De Campſoribus*, Cancer. *var. reſolut. part.1. cap.22. per tot.*

28 De mercatura, & mercatoribus alia plura indicant Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Mercatura, mercatores*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eodem verb. fol.* 115. *&c.*

29 Mercatores an teneantur, vel cogi poſſint referre in libris publicis Regiſtris, vel Æſtimi illorum pecunias, & merces, & pro illis collectari, latè Andreol. *contrau.* 266. *per tot.* vbi pro negatiua, & in omnem caſum propter varia pericula, quibus ſubiacent, eſſet ſatis minor taxa, quàm pro ſtabilibus facienda; quidquid pro affirmatiua dicat ſcripſiſſe Scot. *conſ.16. lib.8.* Menoch. *conſ.9. & conſ.1144. lib. 11.* & alios, quibus reſpondet.

30 Mercatores, quas fraudes committere ſoleant, quomodo ſe gerere debeant in vendendo, aliàs teneantur ad reſtitutionem, Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciata diſp.34. num. 213. & ſeqq.*

§. MERETRIX. XVIII.

1 Meretria propriè dicitur illa, quæ paſſim, & palam omnibus patet ad explendam libidinem, ſiue quæſtus cauſa, ſiue etiam ſine vllo quæſtu, & alia, vide per Cabal. *reſolut. crimin. caſ.123. num.5. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.535. num.2. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 135. num.5. &c.* idem Menoch. *caſ.291. num.6.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.10. tit.7. num.60. fol.231. & vol. 3. lib.14. tit.18. num.457. fol.327.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 150. *num.1. &c.* Maſcard. *de probat. lib.2. concluſ.1066.* vbi latè ea quibus probetur, vel præſumitur meretria, Decian. *tract. crim. lib.2. vol.8. cap.7. num.10.* Card. Tuſch. *littera M. concluſ.211.* Gizzarel. & Addent. *deciſ.52. & 54.* Farinac. *quæſt.136. cap.3. per tot.* vbi adducit octo probationes, & coniecturas, Franch. *deciſ.68.* vbi loquitur ad effectum iuriſdictionis, an ſit iudicanda ab Officialibus, ſiue Magiſtratu meretricum, vel ab alijs iudicibus ordinarijs, Ricc. *Collect.163. & 3053.* Sanfelic. *dec.341.* vbi quæ dicatur meretrix, vel non, vt ſi ſit nupta adulterium cum ea ſit punibile, vel non, & requirit eſſe publicè proſtitutam, aliàs adulterium eſſe punibile tam in ea, quàm in adultero, &c.

Non tamen meretria dicitur illa, quæ ſine quæſtu amoris cauſa, alicui amanti ſui copiam facit, & ideo non poteſt de vicinia expelli, non dicitur turpis perſona, quæ præterito fratre non poſſit inſtitui hæres, nec poteſt pro debito carcerari, Menoch. *de arbitr. caſ.328. per tot.* vbi latè ſeptem argumentis ingenioſè id probat ex vi, & potentia amoris, ſequitur Maſcard. *de probat. d. concluſ.1066. num.7. & ſeqq.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.* 150. *num.2.* vbi plures deciſiones allegat, *& num.3.* quòd ſub nomine meretricis, non venit etiam illa, quæ meretricari deſierit, dixi *in meis reſolut. cap.82. num.* 36. Farinac. *quæſt.98. & 86.* Baron. *de citat. tom.2. in Addit. ad qu. 18. num.144.* dixi *in Pract. §. Meretrici num.26. 27. & 28.* vbi quid in hoc ſtatuant leges municipales Florentiæ, & qualiter hæc opinio ſit intelligenda ceſſante quæſtu, & præmio, ea ſola vi, & potentia amoris, vide Caroc. *deciſ. 124.* Ricc. *Collect.163. & 3053.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 33. lib.3.* Nouar. *Collect.131. & 132.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.356.* vbi plura de meretricibus, quæ tales dicantur, vt poſſint expelli, vel non, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.5. Rub.40. per tot.* vbi plura quæ ſint meretrices, an expelli poſſint à vicinia, expulſæ an ſoluant penſionem, &c.

Et quòd etiam mulier nobilis meretricando, non amittat nobilitatem ſuorum natalium, nec priuilegia cæteris mulieribus nobilibus conceſſa, Didac. Mari in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.54. num.8. fol. mihi* 449. Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt.98. caſ.13.* dixi *in Pract. §. Meretrici num.28. in fine*, Ioſeph. Feliu. *Marg r. variar. concluſ. verb. Vidua fol.126.* vbi quòd vidua nobilis, licèt meretria non poteſt carcerari pro debito ciuili, vide *in §. Mulier num.29.*

Contrarium probat text. *in l. Senatoris filia, ff. de titul. nupt.* Bart. *in l.1. ff. de ijs quib. vt indig.* Tuſch. *litt. N. concluſ. 30.* Thum. Triuiſ. *deciſ.33. num.6. lib.2.*

Quòd meretrix occulta, verè ſit meretria, licèt non ſtet in lupanari, quia dum eſt venalis, parum refert an publicè, vel occultè, ſiue ſecretè concubitus vendat, Rot. *part.16. recent. deciſ.47. num.15. & ſeqq.*

Meretrices, & lenones non poſſunt eſſe teſtes in criminalibus cùm ſint infames, niſi agatur de re in lupanari ſequuta, vel aliter veritas haberi non poſſit, nam tunc admitterentur cum tortura ad purgandam infamiam, non tamen ad effectum faciendi plenam probationem, ſed tantùm indicium (quamuis quo ad dictam torturam numquam viderim ſeruari) Clar. *§. fin. quæſt.24. verſ. item infamis.* Menoch. *de arbitr. caſ.535. num.21.* Maſcard. *de probat. volum.2. concluſ.1066 num 40. & 41.* Farinac. *quæſt. 56. art.10. per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad perſonas reſolut.16. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.14. tit.18. num.456. fol.327.* vide *in §. Infamia num.3. & §. Teſtis num.4.* 2

Meretrix nupta rem habens cum alio, non punitur in foro contentioſo, ſicut nec ille, qui ſecus rem habet, Gabal. *reſolut. crimin. caſ.123. num.3. & per tot.* Clar. *§. Adulterium num.3.* Farinac. *quæſt.* 145. *§. Meretrix num.* 174. *& ſeqq.* 3

Contrarium autem quoad meretrices nuptas, quòd poſſint à viro, patre, & alijs propinquis, quibus permiſſum eſt, accuſari de adulterio, non iudicentur ſecundum leges meretricales, nec remittantur ad iudices meretricum propter honorem matrimonij, quando inſcio, & inuito marito, talem vitam degunt, ſecus autem ſi illo ſciente, & conſentiente, Capyc. *deciſ.44. per tot.* Alexand. *conſ. 99. num.9. lib.6.* vide Clar. & Cabal. *loc. cit.* qui tenent primam opinionem, quam tamen intelligunt in vera, & publica meretrice, quæ palam omnibus ſe proſtituit, vel ſciente viro meretricatur, aliàs ſecus, adde Sanfelic. *deciſ.266. per tot.* vbi benè tres caſus diſtinguit circa meretrices nuptas qualiter, & quando puniatur tam ipſæ, quàm illarum mariti lenones, & adulteri, *& deciſ.341. per tot.*

Florentiæ etiam practicatur prima opinio propter Officium Honeſtatis (ſiue rectius inhoneſtatis) quod admittit etiam mulieres nuptas ad meretricandum, etiam inuito marito, patre, & alijs, ab illiſque exigit ſolitas taxas, nec patitur eaſdem moleſtari ex hac cauſa, dum ſunt in eo deſcriptæ, quòd an ſit rationi conſonum valde dubito, cùm de iure poſſint meretrices à parentibus compelli ad relinquendum vitam inhoneſtam, vt probat Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.1. §.3. cap.4. num.44. &c.*

An autem dictum officium Honeſtatis modo, quo ſupra, poſſit tuta conſcientia à Principe permitti, & à Miniſtris exerceri, maximè quoad mulieres nuptas, quare ſic dictum, vnde originem traxerit, & alia ad propoſitum, dixi *in Pract. §. Meretrici num.31. & ſeqq. num. 55. & num.48.* vbi qualiter hodie omnia rectè ſint ordinata, in hac materia, poſſint accuſari, & puniri de adulterio, & alia faciunt ſcripta per Carol. Rot. *in Floril. concluſ. 11. num.12. & ſeqq. fol.78.* vbi an poſſit exigi decima perſonalis à meretricibus ex induſtria venerei actus, & affirmatiuè concludit in habitu, ſed non in actu, hoc eſt quando meretricaliter viuunt, quia maior in peccando præberetur occaſio, ſed poſtquam prauam derelinquerunt vitam

ex

Digitized by Google

ex doctrina D.Thom. 2.2.q.27.*art.2.* Munet. *de Decim.cap.4. q.1.n.41.& ſeqq.* Ricc. *deciſ.* 143.

An meretrix nupta teneatur dare lucrum marito ex adulterio quæſitum, vide Dian.*part.2.tract.17.reſol.7.* dixi *in §. Vxor n.23. in fine.*

4 Meretrix ſiue nupta, ſiue ſoluta non poteſt per vim cogi ad peccatum, & violenter eam cognoſcens, vel rapiens, tenetur pœna iudici arbitraria; mitiori tamen, quàm ſi non eſſet meretrix, latè Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 179. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*653. *num.*51. *&c.* Clar. cum Addit. *in §.Fornicatio in princ. & §. Raptus, verſ. quæro numquid,* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 356. *verſ. an coitus violentus.*

Quòd per vim meretricem carnaliter cognoſcens, non puniatur aliqua pœna videtur tenere Menoch. *de arbitr. caſ.*289. *nu.*15. Sanfelic. *deciſ.*341. *num.* 6. vbi intelligit de publicè proſtitutis.

Sed contrarium, & melius concordando cum prædictis latè firmat idem Menoch. *caſ.*291. *nu.*2. *& ſeqq. & caſ.* 535. *nu.*29.*&c.* Thom. Triuiſ.*deciſ.*33.*nu.*9.*&c. lib.*2. vide Thom. Hurtad.*reſolut.moral.part.*1. *tract.* 1.*reſolut.* 17.*nu.* 144. *& ſeqq.* vbi diſtinguit.

5 Meretrices, & aliæ inhoneſtæ mulieres poſſunt expelli de vicinia, niſi haberent maritum honeſtum, & non vilem, nec lenonem, vel niſi ipſæ præoccuperint in habitatione, & alia, vide per Menoch. *de arbitr. caſ.* 78. *nu.*10.*&c. caſ.*88. *nu.*18. *caſ.*222. *nu.*12.*&c. caſ.*535. *nu.*16. *&c.* Cabal. *reſolut. crim.caſ.*184.*per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 135. *num.* 20. *&c.cap.*962. *num.* 19. *&c.* Gizzarel. vbi Addent. *deciſ.* 54. *per tot.*

Quod procedit etiamſi habitarent in proprijs domibus, vel etiamſi domus eſſent perſonarum Eccleſiaſticarum, nam adhuc poſſunt, vt ſupra expelli; non tamen poſſunt ea dicta cauſa à locatore alibi commorante ante tempus expelli, vide Baron. *tractat. de citat. tom.* 2. *in Addit. ad quæſt.* 18. *numer.* 124. *& ſeqq. ad* 136. Theſ. *Quæſt. forenſ. cap.* 32. Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *d. deciſ.*54.*num.* 18. *&* 19. vbi tamen Didac. Mari. *num.*1. *&c.* Addit.ad Sanfelic. *deciſ.* 356. Caluin. *de æquitat. lib.* 1. *cap.* 33. *per tot.* Poſſeut. *ſing.* 113. vbi quòd poſſunt expelli etiam de domo propria.

An autem dictæ meretrices, vt ſupra à vicinia expulſæ, teneantur ſoluere penſionem domus pro tempore, quo ex dicta cauſa non habitauerint domum conductam, vel potius dictum damnum ſubire debeant vicini facientes illas expellere, vel dominus domus, & locator; quæſtio penes me eſt valdè dubitabilis, non reſpectu vicinorum, quos ad nihilum teneri, tanquàm iure ſuo vtentes extra difficultatem exiſtimo, ſed reſpectu ipſarum meretricum, & locatoris, in qua tamen magis communis opinio videtur, dictas meretrices non teneri,ſed damnum eſſe locatoris ſcienter cum huiuſmodi perſonis contrahentis, ex quo præuidere debebat id, quod accidere poterat, vel ſaltem quia fuit in culpa non inueſtigando conditionem perſonarum, Ricc. *reſolut.* 133. *volum.* 2. Balthaſ. de Ang. in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 38. *numer.* 3. Ioſeph. Mele ad dictum Gizzarel. *deciſ.* 54. *numer.* 6. Baron. *de citat. tom.* 2. *in Addit. ad quæſt.* 18. *numer.* 133. Molin. *de contract. diſputat.* 499. Scanarol. *de viſitat. Carcer. lib.* 1. §. 3. *cap.* 4. *numer.* 43. Addit.ad Sanfelic. *deciſ.* 356. *verſ. ſi meretrix*, Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verſ. Penſio, fol.* 31. *column.* 1. *in fine.*

Quando autem dominus domus, & locator probabiliter ignorauit conditionem inhoneſtæ perſonæ, vel quia poſt locationem meretricari cœperit, cùm maior ſit culpa ex parte ipſius meretricis, præponderat negligentiæ locatoris in meliusſe informando, & ipſa meretrix expulſa propter ſuos malos mores, & inhoneſtates, periculum penſionis ſubire deberet pro tempore conuento, & non locator, niſi eamdem domum alteri locauerit,quam hoc caſu eidem quoque meretrici ſublocate pro dicto tempore non eſſe denegandum putarem, ad tradita per Scanarol. *loc.cit.* & Molin. *loc. pariter cit.* dixi *in Pract.§. Meretricum.* 43. *& facit in reſol. cap.*1. *nu.*2.

Florentiæ extant viæ deputatæ pro habitatione meretricum, vigore plurium bannimentorum, quæ tamen non ſeruantur, niſi quandoque ad inſtantiam vicinorum, & quare dixi *in Pract.§. Meretrici nu.* 18. 44. *&c.*

Et idem eſſe Romæ, Scanarol. *de viſit.Carcer.lib.*3. §.8. *in fine fol.* 476.

An autem peccet locans domum meretrici, Dian. *part.* 5. *tractat.* 7. *reſolut.* 26. vbi refert diuerſas opiniones, ſed negatiuam probat, niſi ob loci circumſtantiam aliqua detur occaſio peccandi.

6 Meretrices in contrahendo tenentur ſeruare ſolemnitates inductas à ſtatuto in contractibus aliarum mulierum, Pic. *ad ſtat. Vrb.gloſ.*2. *nu.*10. *&c.* Gratian. *diſcept.for. cap.* 962. *num.* 15. *&c.*

Quòd Florentiæ non poſſint aliquid vendere, nec alij ab eis emere ſine licentia Officij Honeſtatis ſub pœna Scut. 25. auri, & amiſſionis rerum, dixi *in Pract. §. Meretrici num.* 22. *&* 23. ſequitur me citato Vrceol. *de tranſact. quæſt.*39. *nu.*40. vbi etiam quid ſeruetur Romæ, & de iure communi.

7 Meretrices non gaudent ſtatuto diſponente quòd mulier non poſſit perſonaliter capi, nec poſſit conſtitutione permittente mulieribus conſtituere procuratorem in criminalibus, & debent ferre ſignum, vt ab honeſtis mulieribus dignoſcantur, Gratian. *diſcept.for.cap.*962.*num.*16. *&c.* vide *in §. Mulier num.*

Nuptæ tamen non poſſunt carcerari pro debito, niſi ſciente,& patiente viro meretricentur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 505. *nu.*7. *&* 19.

Quòd meretrices etiam coniugatæ, quæ viro ſciente meretricantur poſſint pro debito carcerari, ſiue publico, ſiue priuato, ſicut & pro quolibet crimine, etiam leui; debeant tamen ſeparatim à viris honeſtè cuſtodiri, quia lex non permittit ſub publica cuſtodia aliquod turpitudinis genus committi, latè Menoch. *de arbitr. quæſt.* 86. *num.* 13. *&c.* vbi etiam *nu.*17. quòd coniugatæ magis delinquunt, & grauius puniri debent, Scanarol. *de viſit.Carcer.lib.*3. §.6. *per tot. fol.* 473. *&c.* Balthaſ.de Angel.in Addit.ad Gizzarel.*deciſ.*54.*nu.* 3.*& ſeqq.* Sperel.*deciſ.*158.*num.*38. vbi quòd poſſunt pro debito carcerari.

8 Meretrices dicuntur perſonæ miſerabiles, & ſecundum magis communem opinionem, tamquam tales gaudent priuilegio, *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vidu.* Menoch. *de arbitr.caſ.*66. *numer.* 25. Franch. *deciſ.* 233. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 962. *num.*29. *&c.* Ricc. *Collect.* 3053. Lanfranc. Zacch. *tractat. de ſalar.& merced. quæſt.* 91. *num.*35. quos ſequutus ſum in Pract. §. *Meretrices num.* 39.

Sed ſi modò veritatem prout decet amamus, exceptis quibuſdam pauperculis, quæ verè mendicæ, & miſerabiles ſunt, ac tamquam pauperes dicto priuilegio potiri debent, aliæ meretrices, ac etiam viduæ inhoneſtæ diuitijs, & amantibus affluentes, quoad mundum non ſunt, nec dici poſſunt miſerabiles perſonæ, quamuis in anima, quæ cunctis rebus pretioſior eſt imò miſerrimæ ſint ſecundum præſentem iuſtitiam, & ideò dicto priuilegio gaudere non debent, quod eſt conceſſum perſonis fortunæ, & non proprio facto, & delicto miſerabilibus, delictum enim nemini patrocinari debet, & ne plus luxuriæ, quàm caſtitati tribuatur, niſi quoad viduas pœnitentiam egerint,& reſipuerint, vt benè probat Sperel. *deciſ.*158. *nu.* 30.*& ſeqq.* Neguz. *in Silu. nupt.lib.*6. *cap.*29. Theſ.iun.in Addit.ad patris *deciſ.*77.*in fine*, vide *in §. Perſona num.*

9 Meretricum dolos,& fraudes, quibus alliciunt homines, quæ propriè dicantur tales, & ex quibus coniecturis deregantur, vndè dicantur, qualiter fuerunt inuentæ à diabolo, an, & quare olim fuerint, & hodie ſint tolleratæ in ciuitatibus, in qua parte habitare ſeparatim debeant, an teneantur geſtare ſignum aliquod, quòd ſint infames, an eis legari, & donari poſſit, & an ipſæ alij, quid ſi ad bonam frugem reuerſæ fuerint, an poſſint inuitæ compelli ad coitum, & alia latè explicat Menoch. *de arbitr. caſ.* 535. *per tot.* Lanfranch. Zacch. *tractat. de Salar. & merced. quæſt.* 76. *numer.* 54. *per tot.* facit latè Paul. Rub. *in diſcurſu ad part.* 11. *deciſ.* Rot. Rom. *numer.* 468. *& ſeqq. per tot.* vbi plurima de mulierum potentia tam in bono, quàm in malo.

De ſortilegio libidinis cauſa intentato per meretriculam; quòd ſit delictum mixti fori dum hæreſim manifeſtè non ſapiat, & qua pœna ſit puniendum, nempè mortis, & confiſcationis bonorum de iure ciuili, vel verius de generali conſuetudine arbitraria, puta fuſtigationis, ignominioſæ mitræ, tiremium reſpectu virorum, exilij, vel carceris, iuxta facti, & perſonarum qualitates, latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 60. Grimel. *deciſ.* 33. *per tot.* vbi quod mulieres ſortilegæ, & maleficæ non ſunt

de fa-

de facili tormentis ſubijciendæ, & quare, & an crimina commiſſa per obſeſſos à Dæmone ſint tribuenda Dœmoni obſideoti, vt nullum ab obſeſſo pro crimine commiſſo ſit ſumendum ſupplicium.

Quòd infanticidia, & alia delicta commiſſa à Lamijs, & ab obſeſſis ſpectent ad cognitionem Iudicis ſæcularis, & non Eccleſiaſtici, Fermoſin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt. 59. numer. 25. de Conſtitut.* Alphonſ. de Caſtro *de iuſt. hæret. punit. lib. 1. cap. 16. in fine*, Simanc. *Cathol. Inſtitut. tit. 37. de Lamijs numer.* 17. Cyriac. *controu.* 434. *numer.* 8. *& ſeqq.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. 6. §. 1. numer.* 74. *& ſeq.* vbi tamen firmat, quod etiam Iudex Eccleſiaſticus data præuentione poſſit incidenter de alijs delictis cognoſcere; ſed vide quæ notaui ad hoc propoſitum *in §. Abortus nu.* 9. & alibi.

De pluribus prouiſionibus Romæ factis contra meretrices, Scanarol. *de viſitat. Carcer. lib.* 1. *§. 3. cap.* 4. *per tot.*

De alijs ſimilibus Florentiæ emanatis dixi *in Pract. §. Meretrici per tot.*

Qualiter poſſint compelli geſtare ſignum, & abſtinere à veſtibus honeſtis, vt cognoſcantur à mulieribus pudicis, Didac. Mari. in Addit. Gizzatel. *deciſ. 52. nu. 6.* Ioſeph. Mele ad eumdem Gizzatel. *deciſ. 54. num. 7.* de quo Florentiæ extant plura bannimenta, licèt non ſeruentur, vt dixi *in Pract. §. Meretrici nu. 17. & 25.*

10 Meretricibus poteſt per iudicem interdici adminiſtratio bonorum, quo caſu non poſſunt diſponere inter viuos, nec cauſa mortis, quamuis vellent teſtari ad pias cauſas, quod pro cautela conſanguineis illarum ab inteſtato ſucceſſuris, tradit Ferrei. *caut. 6. per text. & gloſ. in l. & mulieri ff. de Curat. furioſ.* vide *in §. Curator num.* Montan. *de tut. cap.* 28. *numer.* 50. *&c.* vbi etiam quòd à Fiſco, vel Principe poſſunt ſpoliari bonis ab amantibus lucratis, quòd ego intelligo in exceſſu, vel per fraudem iuxta inferiùs dicenda, vide Guaz. *de confiſcat. bon. concl. 13. limit. 42. per tot.* Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt. 39. nu. 12. & ſeqq. per tot.*

Florentiæ vigore legis de anno 1553. meretrices non habentes filios, vel alios deſcendentes legitimos, & naturales, non poſſunt inter viuos ex titulo lucratiuo, nec in vltima voluntate de bonis ſuis diſponere, niſi relicta quarta parte, deducto ære alieno, Monaſterio Conuertitarum eiuſdem Ciuitatis, vt dixi *in Pract. §. Meretrici nu. 4. & ſeqq. & nu. 48.* quem locum refert, & ſequitur Vrceol. *d. quæſt. 39. ſub num. 40.*

De ſimili prohibitione vigente etiam Romæ, vide Scanarol. *de viſit. Carcer. §. 3. cap. 4. nu. 31. & ſeqq.* Guaz. *loc. ſup. cit.* Vrceol. *d. q. 39. nu. 40.*

Sed Bullam in fauorem Monaſterij Conuertitarum Vrbis, non procedere quoad meretrices, quæ ad meliorem frugem, & vitam redierunt, nec illas comprehendere, Seraph. *deciſ. 999.*

11 Meretrix quicquid meretricando acquirit, ſuum facit, ac poteſt de eo elargiri; & diſponere, & illi aliquid promittens ratione turpitudinis, tenetur etiam in foro conſcientiæ ſoluere, & adimplere iuxta inferiùs dicenda, cùm poſſit etiam meretrici iuſtè, & ſanctè poſt factum dari pro recompenſatione damni, & honoris, & pro ſubſidio, proponendo ſibi principaliter virtutem charitatis, & miſericordiæ, deteſtato tamen ſemper peccato præterito, ſicuti ex Couar. Nauar. Caietan. & alijs probat Gratian. *diſceptat. for. cap.* 218. *num.* 5. *&c.* vbi etiam quòd poteſt meretrix ex lucro meretricio ædificare Eccleſias, vel illas dotare, & iuſpatronatus acquirere, Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7. num. 59. fol.* 231. Gizzatel. & Addent. *deciſ. 52. per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 76. per tot.* Vrceol. *de tranſact. quæſt. 39. per tot.* vbi benè tot in materiam diſtinguit, & declarat, adde latè Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 7. dub. 1. & ſeqq. fol. mihi* 122. *&c.*

An habens rem cum meretrice teneatur in conſcientia illi ſoluere ſolitam mercedem, ſiue eam promiſerit, ſiue non, plures pro vtraque opinione allegat Dian. *part. 2. tract. 16. reſol. 40. & part. 4. tract. 4. reſolut.* 27. vbi quid ſi promiſerit cum iuramento, & tenet obligatio pro ſumma ſolita, omni prodigalitate ſecluſa, non autem pro incremento prodigalitatem continente.

Et an donatio prodiga ſit ipſo iure nulla, idem Dian. *part. 8. tract. 6. reſol. 84.*

Meretricibus debetur ſalarium, ſiue ſolita merces illarum turpitudinis iuxta communem Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſtarum ſententiam, eiſque ex dicta cauſa datur non ſolùm licitè retentio accepti, ſed etiam actio ad petendam, & conſequendam dictam mercedem, ſiue fuerit promiſſa, ſiue non; intelligendo tamen pro turpitudine iam commiſſa, non autem quòd poſſint compellere aliquem ad ſeruandum pactum initum pro turpitudine futura, facit Viui. *comm. opin.* 499. Dian. *part. 8. tract. 6. reſol.* 102. *per tot.* vbi quòd omnis donatio, vel promiſſio ad finem turpem eſt nulla ante peccatum, poſteà verò poteſt iure naturæ valere, non propter commiſſum peccatum, ſed propter impenſum laborem, & periculum, cui donatarius in gratiam donantis ſe expoſuit, & exemplificat in donante ad peierandum, homicidium patrandum, & huiuſmodi, vide *in §. Promiſſio n. 7.* Gabr. Vaſquez *loc. ſup. cit. dub. 4. per tot. fol.* 125. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 11. vol.* 3. vbi plura de conditione ob turpem cauſam. 12

Limitatur tamen dicta principalis concluſio, Primò non procedere ſtante fraude, vel falſis aſſertionibus, quòd Virgo eſſet vel non aliàs cognita, niſi à talis Principe, vel Magnate, intelligendo reſpectu maioris ſummæ ex hac cauſa extortæ, & non ſolutæ mercedis ordinariæ.

Secundò, ſtante exceſſu mercedis.

Tertiò, quando fornicarius non haberet poteſtatem dandi, vt ſunt filijfam. minores, Religioſi, Clerici, Milites ſtipendiati, & continuò ad bellum parati, ac Doctores, ne in vilipendium dignitatis ad inopiam reducantur, excepto tamen eo, quod (legitimè probatis meritis) daretur in remunerationem aliorum ſeruitiorum ſine turpitudine præſtitorum, & his caſibus non ſolùm meretricibus denegatur actio, ſed etiam retentio, ita vt omnes acceptum reſtituere teneantur, ſicuti hæc omnia ſingillatim probat, & exornat videndus Lanfranch. Zacch. *d. quæſt. 76. per tot.* Gizzatel. & Addent. *deciſ. 52. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 356. vbi plures allegat, Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt. 39. per tot.* vbi quoad meretrices comprobat prædicta; quò verò ad adulteras non poſſe agere, ſed tantùm accepta retinere, vide *in §. Donatio numer.* 53. Tuſch. *littera M. concluſ.* 211. vbi quorum ſint capaces meretrices, vel non, *& concluſ.* 212. vbi quæ priuilegia amittant.

An meretrices, vel huiuſmodi fœminæ inhoneſtæ licèt occultæ ſemper teneantur reſtituere accepta ex cauſa libidinis à filijſam. & Religioſis, latè Dian. *part. 11. tractat. 2. reſol.* 65. P. Steph. de Neap. *tractat. de reſtit. lib. 1. cap. 3. nu. 10. & ſeqq.*

Quartò limitatur dicta principalis concluſio procedere tantùm in publicis meretricibus, non autem in alijs fœminis occultè peccantibus, quæ non poſſunt petere mercedem promiſſam, nec datam retinere, ſed etiam in foro animæ illam reſtituere tenentur ſecundum plures DD. relatos, & de communi per Viui. *comm. opin.* 499. vbi tamen concludit procedere ſolùm in foro externo, nam in foro conſcientiæ poſſunt dictæ mulieres, etiam occultè peccantes retinere quæſita ſecundum Theologos, D. Anton. *in Sum. part. 2. tit. 1. cap.* 23. vbi concludit, quæſita per concubinatum, adulterium, & ſodomiam reſtituenda non eſſe, ſed potius ſuadendum illa de conſilio largiri pauperibus, vt refert Viui. *loc. cit.* intelligendo de quæſitis vt ſupra abſque dolo, exceſſu, & ab habentibus liberam bonorum adminiſtrationem, & vide Vrceol. *de tranſact. d. quæſt. 39. per tot.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 47. per tot.* vbi pro validitate donationis factæ ab adultero ad fauorem adulteræ, vel ſimilium perſonarum, etiam Monialium, & tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, ſiue publicè, ſiue occultè, & ſecretè ſe proſtituentium, quia licèt turpiter agant, non tamen turpiter accipiunt. De prædictis omnibus maximè quoad forum conſcientiæ, latè Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 7. de turpi lucro per tot. fol.* 122. *&c.* vide *in §. Legatum num.* 51.

Meretrix, vel alia mulier reperta in peccato cum Clerico, à quo iudice puniri debeat, & quid in ſimilibus ratione connexionis cauſæ, latè Sperel. *deciſ. 19. per tot.* vbi in omnibus concludit ad fauorem iudicis Eccleſiaſtici Tuſch. *lit. M. concl. 293. n. 44. &c.* 13

Sed vide quæ dixi *in §. Cauſa num.* 13. *§. Laicus numer.* 3. *§. Concubina num.* 5. vbi pro iudice ſæculari pro quo etiam concludit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 58. Valtich.

alte-

Digitized by Google

allegat. 34. Thom. del Bene *de Immunit. Eccl. part.* 1. *cap.* 10. *dubit.* 17. *fol.* 491. vbi quamuis teneat de iure concubinam Clerici eſſe puniendam à iudice Eccleſiaſtico, fatetur tamen in praxi contrarium ſeruari, & puniri à iudice ſæculari cum aliquibus animaduerſionibus, & limitationibus, de quibus ibidem *n.* 7. *& ſeqq.*

14 Meretrices, quæ in Paſchate non confeſſæ ſunt, ſi moriantur ſine confeſſione, an ſint priuandæ Eccleſiaſtica ſepultura, & incurrant cenſuram aliquam ſynodalem ſi extei, vide Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 36. vbi refert DD. negatiuam probantes, nec ipſe diſſentit, licèt aſſerat Romæ priuari, & ſepeliri in quodam loco extra Portam Populi, ac idem Florentiæ ſeruari audio.

15 Meretrices, & illarum turpitudines ſunt omni iure non tantùm diuino, ſed etiam ciuili reprobatæ, & varijs pœnis affectæ, nempè vt (vltra pœnas ſpirituales) inter viles, & abiectas perſonas reputentur, turpes perſonæ dicantur, infamia iuris, & facti notentur, illis adminiſtratio ſuorum bonorum interdicatur, denegetur actio iniuriarum, & furti, habitu diſtinguantur ab honeſtis, priuentur donatis, etiam adhibitis tormentis ſi illa occultauerint ad detegendum, poſſint ex hac cauſa à parentibus exhæredari, poſſint carcerari pro debitis ciuilibus, repellantur à teſtimonio ferendo, excludantur ab honeſtarum conſortio, & habitatione, & huiuſmodi, vt benè ſingillatim probat Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 59. *per tot.* vbi etiam de pœnis iure Hiſpano antiquo, & moderno contra illas ſancitis.

Quòd lupanaria publica non ſint ferenda in Ciuitatibus, & quare, latè probat Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 1. *cap.* 4. *Conſectar.* 12. *per tot. fol. mihi* 96. *&c.* Salzedo *in Opuſcul.* D. Thom. *de Regim. Princip. lib.* 4. *cap.* 14. *diſſert.* 49. *per tot. fol. mihi* 379. vbi tamen *numer.* 170. dicit grauiſſimos ſtare auctores pro contraria opinione, quorum rationes, & fundamenta adducit, & refellit pro tollerantia, Thom. Hurtad. *reſolut. moral. part.* 1. *reſol.* 17. *per tot.*

16 De meretricibus an poſſint in iudicio conuenire Amaſios, vel eorum hæredes ad ſoluendam ſummam ſibi promiſſam ex cauſa fornicationis Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 2. *& part.* 3. *ſect.* 2. *verb. Meretrix*, vbi ſe remittit ad Gizzarel. *deciſ.* 52. & videtur indicare fuiſſe diuerſimodè iudicatum, vide Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Promiſſio differ.* 7. *&* 8. *per tot.* vbi etiam quid dicendum in foro conſcientiæ, & de Meretricibus, quæ poſſint accipere, & retinere in foro conſcientiæ, vel non, Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ diſput.* 4. *num.* 4. *& diſput.* 34. *num.* 78. *& numer.* 202. *&c.*

17 Alia plura de meretricibus tradunt Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Meretrices, Mechi*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 118. *&c.* vbi quod vt dicatur aliqua meretrix, debent quatuor concurrere, nempè intentio, profeſſio, quæſtus, & actus publicè exercitus, &c.

§. MERITA. XIX.

1 MErita donatarij probantur per aſſertionem donatoris, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *num.* 48. *& ſeqq.* Caſtill. *lib.* 5. *contr. cap.* 80. *num.* 38. Hermoſil. *in l.* 3. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 17. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *part.* 2. *num.* 16. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 15. Gam. *deciſ.* 255. *num.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 314. *num.* 4. *& ſeqq.* Solorzan. 2. *tom. l.* 2. *cap.* 8. *num.* 44. & alios plures ab iſtis relatos, maximè ſi ſint ſpecificata, & non tantùm in genere poſita, quando ſumus in perſona, quæ poterat liberè donare etiam meritis non præcedentibus; Si verò ſimus in patre, marito, vel alio, qui non poſſet donare niſi propter merita, tunc illa non probantur per huiuſmodi aſſertionem etiam iuratam donatoris, Capyc. *deciſ.* 203. *numer.* 7. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 11. *numer.* 16. *&c.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 386. *numer.* 7. *&c. cap.* 657. *numer.* 51. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 29. *num.* 21. *&c.* vbi etiam quòd merita debent eſſe æquiualentia, & concurrentibus coniecturis poſſet ſtari aſſertioni donatoris, *& de Arbitr. caſ.* 134. *per tot.* vbi quòd dicta merita, etiam inter perſonas ſuſpectas poſſunt probari coniecturis, & præſumptionibus arbitrio iudicis, Maſcard. *de probat. concluſ.* 559. *&* 1052. *per tot.* vide *in* §. *Donatio nu.* 14. *& num.* 25. *& ſeqq.*

An, & quando merita probentur per verba enunciatiua, Maſcard. *de probat. concl.* 184. *per tot. & ſeqq.* vbi plura de probatione meritorum, & de modis illa probandi, *& concluſ.* 391. vbi quòd ſecundum aliquorum opinionem probantur per confeſſionem de illis factam in Inſtrumento quarantigiato, cùm habeat vim rei iudicatæ, & etiam inter perſonas prohibitas, vide eumdem Maſcard. *concl.* 1052. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 242. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi quòd non probantur per aſſertionem etiam iuratam donantis quando ſumus in perſonis donare prohibitis, & prohibitionem deducit ex ſtatuto generaliter & indefinitè inſinuationem in donationibus requirente, ità vt nec iuramentum operetur ſi ſtatutum ſolemnitatibus non adhibitis fidem adimat ſcripturæ, qua ſublata corruit iuramentum in ea appoſitum.

Quando autem merita dicantur æquiualentia remittitur arbitrio iudicis iuxta facti, & perſonarum qualitatem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 132. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 28. vbi quòd in donationibus Magnorum Principum non comenſurantur ad vnguem, prout in priuatis, ſed latiùs accipiunt.

Quòd probatio meritorum ſit neceſſaria inter perſonas prohibitas alienare, vel donare, ad effectum, vt ex cauſa meritorum ſuſtineatur alienatio, vel donatio, ſecus autem in alijs non prohibitis, Clar. §. *Donatio quæſt.* 3. *num.* 2. Gratian. *diſcept.* 657. *num.* 51. *& ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 200. *in fine*, Sanfelic. *deciſ.* 315. vbi etiam ad effectum vt donans teneatur de euictione, de qua dixi *in* §. *Donatio nu.* 51. latè Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 18. vbi an merita probentur ex confeſſione, ex aſſertione minoris ad ſuſtinendam donationem ab illo factam, etiam ſine ſolemnitatibus, & diſtinguit vt ſupra cum alijs declarationibus, *& lib.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* vbi de confeſſione, & aſſertione Concubinarij, vt non ſufficiat ad ſuſtinendam donationem concubinæ factam, de qua dixi *in* §. *Donatio num.* 53.

Merita cuiuſque quomodo ſint perſcrutanda, probanda, 2
perpetua perpetuum exigant præmium, & alia, Solorzan. *Polit. lib.* 3. *cap.* 8. *cum pluribus ſeqq.* & alij relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Meritum.*

Merita quando cum demeritis compenſentur, Cyriac. 3
contr. 433. *nu.* 26. *& ſeqq.* vbi quod compenſantur quando nulla culpa interceſſit, ſecus ſtante culpa, vt dixi *in* §. *Compenſatio nu.* 29. *in Addit.*

§. METVS. XX.

METus eſt inſtantis periculi, vel futuri, mentis trepi- 1
datio, *l.* 1. *ff. quod met. cauſ.* Couar. *in* 4. *decret. tit. de matrim. part.* 2. *cap.* 3. §. 4. *nu.* 1. Sperel. *deciſ.* 5. *nu.* 80. *& deciſ.* 6. Azor. *Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 15. Tuſch. *litt. M. concl.* 213.

Quòd vis, & metus ſit triplex, nempè grauis, leuis, & reſpectiua, & de vnaquaque tradit Pac. Iordan *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 59. *&c. fol.* 193. vide *in* §. *Vis, & violentia num.* Tuſch. *litt. M. concluſ.* 214. vbi de multiplici metu, nempè præciſo, conditionali, impulſiuo, concuſſiuo, & huiuſmodi, Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 16. vbi de alijs metus ſpeciebus ſecundùm S. Damaſcenum, & alios.

Quinque ſpecies metus, nempè minarum, facti, potentiæ, perfidiæ, & reuerentialis, vide per Azor. *Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *quæſt.* 10. Pac. Iordan. *d. tit.* 12. *nu.* 121. *fol.* 196. Sperel. *deciſ.* 5. *&* 6. *per tot. & deciſ.* 75. 79. *&* 108.

Qualiter metus reddat actum inuoluntarium mixtum, ſecundum quid, & conditionatum, & includat neceſſitatem conditionatam ex ſuppoſitione vitandi maius malum, latè Baldel. *Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *diſput.* 15. *per tot.* & plura de metu, an ſit cauſa inuoluntarij, Gabr. Vaſqu. in S. Thom. 1. 2. *tom.* 1. *diſput.* 27. *per tot. fol.* 131. *& ſeqq.* Zamoran. *tractat. de compenſat. diſput.* 4. *cap.* 22. *per tot.* vbi an propterea ſit locus occultæ compenſationi.

Metus non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, 2
ſiue per teſtes, ſiue per coniecturas, iuxta inferiùs dicenda, & quidem non ab intrinſeco, vel à cauſis naturalibus, ſed ab extrinſeco, & è cauſa libera ab homine procedente, cùm debeat eſſe illatus verè, & non conceptus, nec ſat eſt

eſſe

Digitized by Google

eſſe ab homine illatum, niſi inferatur ad illum actum, de quo agitur, nempè ad finem extorquendi conſenſum, Afflict. *deciſ.* 246. *nu.* 3. *&c.* vbi Vrſil. *in Addit.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 114. *per tot. vol.* 2. Larrea *Alleg. fiſc.* 35. *per tot.* Maſtril. *deciſ.* 140. *num.* 15. & alij plures, quos refert, & ſequitur Sperel. *deciſ.* 79. *num.* 40. *&* 41. & benè declarat Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *numer.* 36. *fol.* 193. vbi quòd metus illatus à cauſa intrinſeca, vel naturali, & non ad finem incutiendi timorem, & extorquendum conſenſum, & ſic quando eſt circa diuerſa, non impedit quominus agens dicatur liberè agere; quòd ſi metus procedat à cauſa extrinſeca ad finem compellendi circa idem, vtique reddit actum meticuloſum, & nullum; de primo poteſt eſſe exemplum in eo, qui metu mortis naturalis propter infirmitatem vouit caſtitatem, vel in eo, qui captus ab hoſtibus, vel latronibus promittit centum tertio non participi, vt eum liberet; nam quoad illum tertium valet promiſſio, quæ tamen eſſe inualida ſi à latronibus ad id cogeretur, de quo dixi *in meis reſol. cap.* 70. *nu.* 15. *&* 16. facit Larrea *Alleg. fiſc.* 35. *nu.* 41. *& ſeqq.* vide Caualer. *deciſ.* 263. *nu.* 5. *&* 6.

Vbi quòd metus non præſumitur, & qualiter ab allegante probari debeat, & alia quando reddat actum nullum &c. Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 56. *gloſ.* 1. *& ſeqq. fol.* 745. Andreol. *controu.* 301. vbi qualis eſſe debeat ad annullandam profeſſionem.

Quòd emens rem alterius ab hoſtibus occupatam, vt illam domino reſtituat, poſſit actione vtili negociorum geſtorum repetere pretium à domino, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 113. *vol.* 2.

Quòd ſuſpicio, & vani timores non habeantur in aliqua conſideratione quoad iuris effectum, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 341. *nu.* 1. vbi etiam in fine, quòd metus qualitas ab arbitrio iudicis pendet.

3 Metus iuſtus cadens in conſtantem virum, vt talis dicatur, & faciat reſcindi contractum, quinque conditiones copulatiuè requiruntur, prima vt malum, quod timetur ſit graue; ſecunda vt æſtimatio mali, quod timetur ſit fortis; ideſt vt timens non vanè, aut leuiter credat malum illud ſibi imminere, ſed probabiliter, & rationabiliter; Tertia, vt metum incutiens potens ſit minas exequi, cùm non ſit viri conſtantis, ac fortis quibuſcumque minis terreri, & trepidare vbi non eſt timor; Quarta, vt ſit ſolitus minas exequi, ſecus ſi ſit homo iactabundus, & facilè iram deponens; Quinta, vt timens non poſſit facilè occurrere malis, quæ ſibi timet imminere, quia ſi poſſit alia ratione malis mederi, non eſſet iuſtus metus: quæ omnia nota diligenter, vt ſcias articulare, & probare metum, & ſingillatim probat Rot. *in Venetiarum matrimonij* 29. *Nouembris* 1604. *coram Pennia, inter impreſſas euſdem deciſ.* 1140. *tom.* 2. penes Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 58. Sperel. *deciſ.* 79. *numer.* 43. Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *diſput.* 1. *num.* 10. *&c.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. *& ſeqq.* Rot. *in Tullen. matrimonij* 15. *Ianuarij* 1653. *coram Albergato*, penes Dian. *reſolut. moral. part.* 11. *in fine fol. mihi* 560. *&c.* Ricc. *Collect.* 943. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 154. vbi de metu in aſſumptione ordinis, & an impediat characterem imprimi, *infr. num.* 8. latè Baldel. *Theol. moral. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 17. *& ſeqq.* vbi plura de requiſitis ad metum grauem, probabilem, & iuſtum, ſiue cadentem in conſtantem virum, ſiue fœminam comparatiuè.

Qualis debeat eſſe metus, vt dicatur iuſtus, quando dicatur talis, & cadens in conſtantem virum, & alia, latè Tuſch. *lit. M. concluſ.* 215. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 154. *per tot.* Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tractat.* 1. *diſputat.* 3. *ſect.* 11. *per tot. fol.* 86. *& ſeqq.*

An autem contractus initi ex metu leui iniuſto, vel etiam ex metu graui, ſiue ſint lucratiui, ſiue oneroſi, ſint validi, & obligent in foro conſcientiæ, vel non, vide Dian. *part.* 3. *tractat.* 5. *reſolut.* 117. *& ſeqq.* Onnat. *loc. cit. ſect.* 10. *&c. fol.* 82. *& ſect.* 12. vbi qualiter contractus per metum initi obligent ad reſtitutionem metum inferentem, & quo iure, & an ſint ipſo iure nulli, vel annullandi *ſect.* 13. *fol.* 95. Noguerol. *allegat.* 29. vbi plura, in quo conſiſtat metus ad inducendam contractus reſciſſionem, & quomodo probetur.

4 Metus iuſtus, ideſt cadens in conſtantem virum, eſt cauſa reſciſſionis cuiuslibet contractus, *vt tot. tit. ff. & C. quod metus cauſa, &c.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *d. l.* 56. *gloſ.* 1. *& ſeqq. fol.* 745. *&c.* vbi plenè de materia metus; dicitur autem iuſtus arbitrio iudicis, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, niſi ſit iure expreſſus, prout metus mortis, vel amiſſionis filiorum, vel mortis affinium, vel amiſſionis omnium bonorum, & ſimiles caſus, qui in omnibus perſonis æquè iuſtum metum inducunt, Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 135. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 114. *numer.* 6. *&* 11. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 943. 3106. Farinac. *in Fragment. part.* 2. *verb. metus*, Aluarez de Valaſc. *tractat. de iudic. perfect. Rub.* 13. *annot. vnic. num.* 14. vbi de ſententia per metum nulla, vel reſcindenda, Fagundez *de iuſt. & contract. lib* 1. *cap.* 5. *&* 6. vbi plura, an, & quatenus metus grauis, vel leuis, & importunę preces auferant voluntarium, atque irritent contractum, & alia ad rem, Zamoran. *tractat. de compenſat. diſput.* 4. *cap.* 22. *per tot.* vbi an faciat eſſe locum occultæ compenſationi.

Quòd metus debeat eſſe talis, qui cadat in conſtantem virum, vt voluntas poſſit dici coacta, Altograd. *conſ.* 50. *numer.* 268. *lib.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 154. *numer.* 1. *& ſeqq.* vel in conſtantem mulierem, ſi agatur de muliere, in qua minor ſufficit metus, Ludouiſ. *deciſ.* 374. *nu.* 7. *&c.*

Quòd metus æſtimari debeat iuxta qualitatem perſonarum, & minor ſufficiat in ruſtico, paupere, & idiota, quam in ciue experto, & ſagace, & alia ad rem, Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 33. *nu.* 14. *&c. & quæſt.* 96. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi qualiter reddat nullam tranſactionem, ſicut alios contractus.

Quando metus cauſa geſta, ſint nulla, vel teneant, ſed veniant reſcindenda, Tuſch. *littera M. concluſ.* 251. *per tot.* Chriſtin. *d. deciſ.* 114. *per tot. vol.* 2. Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 1. *diſput.* 3. *ſect.* 10. *&c.*

Quòd metus operetur multa, & quæ, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 222. Onnat. *loc. cit. fol.* 82. *& ſeqq.*

De metu illato iudici, vt potius eligat vnam viam legitimandi proceſſum, quàm aliam, ſiue vnam pœnam, quàm aliam, qualiter inducat nullitatem, Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 119.

Metus non præſumitur, ſed euidenter eſt probandus, 5
& quando coniecturæ ſufficerent, debent eſſe efficaces, & quælibet debet eſſe probata per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores, ac debent in ſpecie exprimi verba, minæ, aut verbera illata, nec ſufficiunt minæ, aut verbera in genere, Carol. Tap. *deciſ.* 16. *nu.* 25. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 50. *nu.* 263. *& ſeqq. lib.* 1. vide Rot. *in Trullen. Matrimonij* 15 *Ianuarij* 1653. *coram Albergato*, penes Dian. *loc. ſup. cit.* Larrea *alleg. fiſc.* 35. vbi plura ad excluſionem metus. Licèt autem teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, tamen, vel tales præſumuntur, vel exceptiones reijciuntur ex congeſtis per Ludouiſ. *dec.* 351. *per tot. & deciſ.* 374. vbi etiam quòd ſufficiunt teſtes ſingulares.

Quando, & ex quibus præſumatur metus, vel non, qualiter probetur, & alia, Tuſch. *littera M. concluſ.* 223. *&* 224 *per tot.* latè Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1054 *&* 1055. *per tot.* Ricc. *Collect.* 154. 3340. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 164. *numer.* 11. *& ſeqq.* vbi de metu annullante teſtamentum vxoris, plenè Ludouiſ. *deciſ.* 326. vbi de metu annullante matrimonium, *& deciſ.* 374. *per tot.*

Si tamen ageretur de metu illato inter domeſticos parietes, ſufficere etiam teſtes domeſticos, idem Altograd. *conſ.* 24. *numer.* 5. *lib.* 2. Rot. *vbi ſupra*, Sperel. *deciſ.* 75. 79. *&* 80. latè Ludouiſ. *deciſ.* 351. vbi reſpondet alijs pluribus obiectionibus, *& deciſ.* 374. vbi quòd admittuntur etiam teſtes ſingulares, maximè concurrentibus alijs adminiculis.

Quòd magis credatur duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille deponentibus de libera voluntate, niſi deponentes de libera voluntate tale quid adderent, ex quo iuris præſumptione excludatur dolus, vel metus, vide Diaz. *reg.* 750. *per tot.* Rot. *in d. Trullen. matrimonij* 15. *Ianuarij* 1653. *coram Albergato*, *verſ. Et hinc non applicatur*, Sperel. *deciſ.* 5. *numer.* 21. *&* 22. vbi benè declarat quomodo hæc concluſio ſit intelligenda, *& deciſ.* 79. *nu.* 66. *&c.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1054 1055. *&* 1056. *per tot.* Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 1. 2. *nu.* 25. *& part.* 14. *dec.* 164. *num.* 18.

Quales debeant eſſe teſtes, & quomodo deponere ad pro-

Digitized by Google

probandum metum in cauſis matrimonialibus, idem Sperel. deciſ. 75. per tot. & deciſ. 79. & 80. vbi de matrimonio ſpirituali, & de carnali, Rot. in d. Trullen. matrim. coram Albergato, Ludou. deciſ. 351. per tot. & dec. 374.

Quòd ſufficiant etiam teſtes ſingulares, vel de publica voce, & fama, Burat. deciſ. 205. nu. 11. 17. & 18. Gregor. deciſ. 326. nu. 47. & deciſ. 374. nu. 21. Rot. part. 13. recent. deciſ. 211. nu. 16.

Quòd metus probetur per coniecturas, & qualiter, Iaſ. in l. interpoſitas C. de tranſact. Theſ. quæſt. forenſ. lib. 1. cap. 51. num. 23. & per tot. Ciarlin. contr. 108. num. 29. & ſeqq. lib. 1. Seraphin. deciſ. 817. per tot. Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. per tot. & præſumpt. 126. per tot. vbi multas coniecturas metus adducit, & quando dicatur continuatus, vel purgatus plene Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 326. per tot. & deciſ. 374. Sperel. deciſ. 5. & 6. per tot. & deciſ. 79. & 80. per tot. Rota part. 10. recentior. deciſion. 132. per tot. vbi de reſignatione nulla ob metum reſultantem ex carceratione fratris, & in eadem cauſa deciſ. 341. per tot. d. part. 10. vbi fuit confirmata prima deciſio non obſtante allegata regula de triennali poſſeſſione, & vltra, Noguerol. allegat. 29. vbi plura de probatione metus, & plures coniecturæ metum perſuadentes referuntur, Rot. part. 18. recent. deciſ. 363. vbi qualis requiratur, quomodo probetur, quando dicatur durare, durante illius cauſa, & alia pro annullatione voti ſacri per metum ſuſcepti, ad effectum matrimonij contrahendi.

6 Metus dicitur incuſſus ſtante carceratione iniuſta, ſecus autem ſi carceratio ſit iuſta, Menoch. de arbitr. caſ. 136. num. 3. &c. vide in §. Carceratus num. 5. & 6. & in meis reſolut. cap. 70. per tot. vbi plura Rot. part. 10. recent. deciſ. 132. vbi etiamſi carceratio ſit in perſona fratris pro inducendo fratre ad aliquod agendum, & in eadem cauſa deciſ. 341. per tot. d. part. 10. Larrea allegat. 35. num. 39. &c. benè Vrceol. tract. de tranſact. quæſt. 33. per tot. Rot. part. 16. recent. deciſ. 172. & 212. vbi plura de metu reſultante ex iniuſta carceratione ad infringendam permutationem, vel reſignationem beneficij, & obtinendam manutentionem in primæua poſſeſſione, vide in §. Permutatio, & §. Reſignatio, Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 14. vbi de nullitate confeſſionis delicti, aut contractus ex iniuſta carceratione, etiamſi eſſet habilitatus per Palatium cum fideiuſſione, quia adhuc durat metus carceris, ad Ricc. Collect. 2571. ampliat. 2.

Ita vt metus non remaneat purgatus per iuramentum, & quare, vide in §. Iuramentum num. & d. reſol. 70. nec per extractionem à carcere cum cuſtodia ſatellitum, Rot. d. dec. 172. num. 14.

Quòd quando timor, vel metus dependet à propria culpa non dicatur iuſtus ad reuocandum ea, quæ ex metu facta dicerentur, veluti in carceratione, vel excommunicatione iuſta, quæ metum non inducit, & ideò actio metus non competit ei, qui ſibi ipſi fuit cauſa metus per ſuam inobedientiam, & contumaciam, l. ſi mulier ff. quòd met. cauſ. gloſ. & Canoniſtæ in cap. Abbas de eo quod met. cauſ. Io. de Amic. conſ. 34. num. 5. Martha vot. Piſ. 164. numer. 10. & ſeqq. & vot. 203. nu. 11. vbi vt metu Principis aliquid factum dicatur, requiritur præceptum comminatorium, ſit ſolitus metum incutere, minas exequi, & præceptum fuerit iniuſtum, nam ſi iuſtum eſſet, eius executio metum non inferret.

Quòd metus illatus ex propria culpa non poſſit vt ſupra, fallit in matrimonio, quòd adhuc nullum redditur ex cauſa, Ludouiſ. deciſ. 326. nu. 16. & 17.

7 Metus præſumitur ex enormiſſima læſione, & immenſa donatione facta ſine cauſa perſonæ potenti, & more tyrannico procedenti, Corn. conſ. 124. num. 4. lib. 3. Iaſ. in l. interpoſitas num. 4. C. de tranſact. Magon. deciſ. Florent. 64. num. 60. in fine, & num. 61. Menoch. lib. 3. præſumpt. 177. num. 14. & præſumpt. 127. num. 10. vbi loquitur tantùm de enormi læſione, ex qua arguitur metus, vide in §. Dolus num.

8 Metus quando reddat matrimonium nullum, & qualis eſſe debeat, quando præſumatur continuatus, vel purgatus, latè declarat Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. per tot. vbi 15. coniecturas metus adducit, & ſex ſigna purgationis, vide infr. num. 16. latè etiam hincindè pro nullitate concludens Ludouiſ. deciſ. 326. per tot. & deciſ. 351. vbi plura de qualitate teſtium in hac materia, & deciſ. 374. per tot. Sperel. deciſ. 5. 6. & 75. per tot. Rot. in Trullen. matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram Albergato num. 12. & ſeqq. per tot. part. 11. recent. deciſ. 301. & penes Dian. reſol. moral. part. 11. in fine, & part. 3. tractat. 4. reſol. 228. & ſeqq. & reſol. 278. Rot. part. 11. deciſ. 334. vide in §. Matrimonium numer. 14. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 335. volum. 1. & deciſ. 114. nu. 8. & ſeqq. vol. 2. Ricc. Collect. 535. 1182. & 878. vbi quando dicatur purgatus, & Collect. 921. Rot. part. recent. deciſ. 23. per tot. vbi pro nullitate matrimonij ratione metus, Martha vot. Piſ. 64. vbi nupſit alteri, & latè Thom. Triuiſ. deciſ. 63. vbi pro nullitate, & Rot. part. 16. recent. deciſ. 38. per tot. Caſpenſ. Curſ. Theolog. tract. 6. diſput. 5. per tot. fol. 724. Rot. part. 18. deciſ. 405. per tot. & deciſ. 490. vbi pro excluſione metus.

Quid in matrimonio ſpirituali, & profeſſione emiſſa in Religione, latè idem Sperel. deciſ. 79. & 80. per tot. vbi etiam quid ſubſequuta ratificatione expreſſa, vel tacita.

Plura de nullitate profeſſionis ob metum, iuncta maximè interruptione nouitiatus, Rot. part. 1. recent. deciſ. 175. & part. 10. deciſ. 300. per tot. & part. 13. deciſ. 211. Caren. reſol. 81. per tot. Rot. part. 18. recent. deciſ. 514. per tot. vbi plura ad excluſionem metus, & pro validitate profeſſionis, & quæ ſeruanda ſint in iudicio nullitatis intentando.

An metus adhibitus in ſuſceptione ordinis ſacri impediat characterem imprimi, latè Dian. part. 10. tractat. 13. reſolut. 18. per tot. Ricc. Collect. 1579. Rot. part. 18. recent. deciſ. 373. per tot. vbi quòd licèt non impediat characterem, tamen ordo eſt nullus quoad votum, & obligationem continentiæ, ac ideò poteſt eo non obſtante matrimonium, liberè contrahi, quando metus fuit grauis, & cadens in conſtantem virum, & alia de metu.

Quòd licèt non poſſint cogi fœminæ ad intrandum monaſterium, etiam educationis cauſa ſub pœna excommunicationis, latè in Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 18. maximè ſi ſint puberes; tamen dicta pœna non procedat ſtante ſolo metu reuerentiali abſque reali coactione Dian. part. 2. tract. 15. reſol. 56. & latiùs part. 4. tract. 4. reſol. 42.

An ſolus metus reuerentialis annullet profeſſionem, dic quòd ſic, & ita fuiſſe declaratum refert idem Dian. part. 3. tractat. 2. reſol. 92. vide Rota part. 13. recent. deciſ. 211.

Metus, & doli præſumptio, & effectus ceſſat quando contractus fuit celebratus interuenientibus coniunctis, & affinibus, vel iudice, niſi agatur cum perſona, quæ etiam illis præſentibus poſſet metum inferre, vel niſi adeſſet enormis læſio. Menoch. lib. 3. præſumption. 128. per tot. Rot. in d. Trullen. matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram Albergato, vide in §. Conſanguinitas num. 7. 9

Ceſſat etiam metus præſumptio in eo, qui facilem potuit habere acceſſum ad iudicem, vel Magiſtratum, vel alium poteſtate præditum, qui vim potuiſſet remouere, l. vlt. ff. de eo quod met. cauſ. Rot. part. 6. recentior. deciſ. 343. num. 19. & 20. & part. 14. deciſ. 154. num. 7. &c.

Et plura ad excluſionem metus tradit Larrea allegat. fiſcal. 35. numer. 11. & ſeqq. per tot. vbi etiam numer. 41. & ſeqq. ſubtiliter declarat, an & quando metus à tertio illatus noceat, vel non ei, qui non fuit particeps metus, ſed illum ignorauit, & bona fide contraxit, ſupra num. 2. Rot. part. 18. recent. deciſ. 266. numer. 3. & ſeqq. vbi quòd metus probari debet de tempore contractus, vel paulò antè, & excluditur per interuentum iudicis, & præſentiam conſanguineorum, nec ita incutitur maiori, prout minori, &c.

Metus reuerentialis eſt ſufficiens ad actus reſciſſionem, ſicut metus verborum, & minarum, Afflict. deciſ. 69. num. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 136. num. 6. & ſeqq. Magon. deciſ. Florent. 18. per tot. vbi ex huiuſmodi metu reuerentiali fuit declarata nulla donatio, per filiam patri factam, vide in §. Donatio numer. 47. §. Filiatio num. 97. 10

Qualiter metus reuerentialis reſcindat, Tuſch. littera M. concluſ. 219. per tot. Dian. part. 3. tractat. 5. reſolut. 20. vbi refert diuerſas opiniones, & ipſe tenet pro nullitate cum Afflict. & alijs, & part. 8. tract. 6. reſolut. 129. Ricc. Collect. 1176. Ludouiſ. deciſ. 326. & deciſ. 374. benè

Petr.

Petr. de Onnate *de contract. tractat.* 1. *diſput.* 3. *ſect.* 14. *per tot. fol.* 99. *&c.* vbi etiam de importunis precibus, & blanditijs, an & quando liberum impediant conſenſum, & obligent ad reſtitutionem, ſicut metus ipſe reuerentialis ad illam obligat quando dat cauſam contractui.

Quomodo metus reuerentialis in filijs, vel vxore reſcindat contractum cum patre, vel marito initum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 108. *num.* 14. *&* 52. Capyc. *deciſ.* 159. *num.* 34. Burat. *deciſ.* 783. Ferenril. *ad eumdem deciſ.* 628. *nu.* 9. cum alijs per Leoncil. *deciſ. Ferr.* 100. *num.* 2. vbi quòd non ſufficit huiuſmodi metus, niſi concurrant alia adminicula, Rot. *part.* 2. *diuerſorum deciſ.* 341. *per tot.* Alex. *conſ.* 1. *num.* 15. *lib.* 10. Altograd. *conſ.* 50. *num.* 269. *lib.* 1. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 121. *&c. fol.* 196. vide *in* §. *Vxor num.* Larrea *Allegat. fiſcal.* 35. vbi plura ad excluſionem metus reuerentialis, & an à tertio illatus noceat ei, qui illum ignorauit, & bona fide contraxit, & refert contrarias opiniones, quas diſtinctione concordat.

Quibus autem præſumptionibus, & coniecturis, metus reuerentialis detegatur, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 127. *per tot.*

Quòd ſtante enormiſſima læſione ſufficiat metus reuerentialis ad actus reſciſſionem abſque alia probatione minarum præcedentium, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 102. *num.* 5. vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 136. *num.* 9. *&c.* ſequitur licèt contradicentes alleget Altograd. *conſ.* 5. *num.* 71. *lib.* 1. etiam non obſtante iuramento, Burat. *deciſ.* 75. *num.* 14. cum alijs per Tondut. *de præuent. part.* 3. *deciſ.* 10. *num.* 3. *quæ eſt deciſio* Rot. *Auenion. ſub die* 18. *Iunij* 1650. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *num.* 42. *& ſeqq. part.* 9. *recent.* vbi plura de metu reuerentiali ſubditorum annullante omnem prætenſam conſuetudinem Principum in exigendo ab eis iniuſta vectigalia.

An autem, & quomodo metus reuerentialis poſſit eſſe grauis, & cadere in conſtantem virum ad irritandum contractum, latè Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 22. *&* 23. vbi etiam de blanditijs, & importunis precibus, an dictum metum inducant, Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 1. *cap.* 5. *per tot.*

11 Metus non præſumitur in filia, vel vxore renunciante, vel donante ad fauorem patris, ſiue mariti, ſed eſt plenè, & concludenter probandus, etiam ſi filia, vel vxor præmiſerit metus reuerentialis proteſtationem, aliàs non reſcinditur contractus, imò debet probari, metum fuiſſe illatum ad illum actum, de quo agitur, & excluditur omnis metus ſuſpicio, vbi contractus fuit celebratus interuenientibus propinquis & coniunctis, vel iudicis decreto, vel vbi in inſtrumento adeſt clauſula, *ſpontè &c.* Altograd. *conſ.* 5. *nu.* 56. *& ſeqq. lib.* 1. Sperel. *deciſ.* 79. intelligendo prout infra *num. ſeqq.*

12 Metus reuerentialis præſumptio cadit in vxore ad fauorem viri contrahente, ita vt concurrentibus minis, verberibus, naturæ viri ferocis, & ſimilibus, vel etiam his ceſſantibus concurrente enormi læſione ſaltem in ſexta parte, vel inuerisimilitudine ſic contrahendi, contractus dicitur omninò nullus, ex ſolo metu reuerentiali, etiam interueniente iuramento, conſenſus propinquorum, clauſula, *ſpontè, &c.* & iudicis decreto, vt latè pro nullitate concludit Altograd. *conſ.* 24. *per tot. lib.* 2. vbi etiam meminit de his, quæ dixerat *conſ.* 5. *lib.* 5. & oſtendit non eſſe neceſſarium probare metum in ſpecie illatum ad illum contractum extorquendum; quando ſumus in viro, qui plurics, ac pluries metum, & coactionem intulit, cùm tunc ſufficiat ſolus timor coactionis, & metus, qui ſemel illatus à viro truci, & minas exequi ſolito ſemper dicitur durare, donec ille viuit, & ſic durante cauſa metus, ſemper dicitur metus durare, vt benè declarat Altograd. *dict. conſ.* 24. *per tot.* vbi etiam quòd poteſt coniecturis probari, quarum quatuor adducit, aliàs vide per DD. ſupracitatos, quibus adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 115. *volum.* 2. vbi de metu reuerentiali, plenè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſul.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 5. *& ſeqq. fol.* 400. *&c.* vbi de obligationibus mulierum ad fauorem virorum factis ex cauſa metus reſcindendis.

Quandiu dicatur durare metus, vel ſit purgatus, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 220. *per tot.*

13 Metus reuerentialis non ſufficit ad nullitatem contractus, niſi concurrant minæ, verbera, vel alius metus grauis, qui probetur in ſpecie, & quòd minans ſit ſolitus minas exequi, Sperel. *deciſ.* 76. *num.* 43. vbi agens de profeſſione ponit quinque requiſita probanda ab eo, qui vult in allegatione metus obtinere, & dixi *ſupra num.* alios allegat Altograd. *conſ.* 5. *num.* 64. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd nec ſufficiunt preces importunæ, niſi ſint iunctæ cum minis, vel procedant à ſuperiore ſolito tirãnicè agere contra inobedientes, vel adeò aſſiduæ, inſtantiſſimæ, ſæpius repetitæ, & inculcatæ, vt nullam quietem permittant, ſed omnes verecundiæ, & modeſtiæ fines excedant, & ſint doloſæ, adeò vt ſine dolo non dicantur importunæ, vt benè probat Altograd. *loc. cit. à d. num.* 64. *ad* 71. & pulchrè etiam in materia teſtamenti *conſ.* 50. *numer.* 197. *&* 198. *lib.* 1. vide *in* §. *Teſtamentum numer.* Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt.* 97. *num.* 24. *& ſeqq.* vbi an, & quando ſufficiat ad annullandam tranſactionem, Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 36. *per tot.*

In materia matrimonij, quando metus reuerentialis matris ſufficiat ad illud annullandum, iunctis alijs vt ſupra, latè Sperel. *deciſ.* 75. *per tot.* Rota *in Trullen. matrimonij* 15. *Ianuarij* 1653. *coram Albergato*, plenè Ludouiſ. *deciſ.* 326. *per tot.* vbi pro nullitate ex metu reuerentiali patris, *& deciſ.* 374. *per tot. in eadem cauſa.*

Quid in matrimonio ſpirituali, & ſic profeſſione emiſſa in Religione ex metu reuerentiali fraterno, qui etiam eſt conſiderabilis, latè Sperel. *deciſ.* 79. *&* 80. *per tot.*

Quòd ex metu reuerentiali annulletur profeſſio, & quomodo probetur, Merlin. *deciſ.* 590. *per tot. & deciſ.* 620. *deciſ.* 628. vbi quòd neque cenſetur purgatus metus, nec ratificata profeſſio per continuationem in Religione, quando durabat adhuc cauſa metus, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 211. *per tot.*

Metus reuerentialis ſuſpicio non cadit in auia mater- 14
na, nec in matre, Altograd. *conſ.* 50. *numer.* 267. *vbi numer.* 270. ampliat etiamſi filius, vel nepos eſſet minor; cadit tamen in fratre reſpectu ſororis, & in patruo reſpectu nepotis, vt ibidem *num.* 271. dummodò probentur minæ, & verbera, & ſimilia metum inducentia, aliàs ſecus.

Quòd imò ſit conſiderabilis etiam reſpectu matris, & fratris verſus fratrem, vide Sperel. *deciſ.* 75. 79. *&* 80.

Metus, & vis excuſat à delictis, & pœna, vt vide- 15
mus in muliere ad adulterium coacta, quæ non punitur, Clar. §. *fin. quæſt.* 60. *verſ. quaero modo*, vide latè Sperel. *deciſ.* 108. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* vbi de famula, quæ per metum dicebatur præſtitiſſe auxilium cooperatiuum ad homicidium per dominam mediantibus ſicarijs commiſſum, vide *in* §. *Mandatum num.*

Metus ſemel illatus præſumitur durare, donec durat, & 16
viget cauſa ipſius metus, nam ea durante quicumque actus fiant etiam liberam voluntatem præſeferentes, lætumque, ac iucundum animum demonſtrantes, veluti oſcula, & amplexus in matrimonio, purgationem metus non inducunt, quia requiritur plena, & totalis libertas pro purgatione metus, non obſtante quocumque temporis interuallo, Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 18. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 70. cum alijs per Ludouiſ. & Beltram. *deciſ.* 395. *per tot.* & dixi *ſupra num.* 8.

Et quando matrimonium fuit à principio ratione metus, vel alia de cauſa nullum, non poteſt per ratificationem conualidari, niſi denuò contrahatur cum omnibus ſolemnitatibus à Concilio requiſitis, maximè ex defectu confeſſoris, qui eſt de ſubſtantia matrimonij, & nihil magis contrarium conſenſui, quàm metus, nec conſenſus ſuperueniens poteſt retrotrahi quando actus fuit omninò nullus, niſi prout ex nunc, & omnibus reiteratis vt ſupra, ad latè tradita per Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 395. *per tot. in eadem cauſa*, Seraph. *deciſ.* 900. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 405.

Quòd ſola ſuſpicio in animo apprehenſa de metu inferendo habeatur pro iuſto metu, attenta qualitate perſonæ inferentis, & patientis metum, ac ad effectum annullandi matrimonium non tantùm timoris in muliere imbecillioris ſexus, & teneræ ætatis requiratur, quantum in viro, & alia pro nullitate matrimonij ratione metus à patre filiæ illati, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 38. *per tot.* Carol. Rota *in eius Florileg. concl.* 28. *per tot.*

Metus

Digitized by Google

17 Metus dicitur cadens in conſtantem virum periculum amittendi ſcripturas, & iura continentia probationem maioris partis bonorum, ac ſufficit ad reſciſſionem actus, vel contractus geſti pro dicto periculo vitando, & pro recuperatione eius, quòd iniuſtè datum eſſet per conditionem ob turpem, vel iniuſtam cauſam, nec excluditur talis metus ex eo quòd timens potuerit adire iudicem quando probationibus carebat, quia nihilo probato, nihil iudex mandare poteſt; arguiturque dictus metus, & defectus conſenſus ex præambula proteſtatione, etiam clandeſtina, quando palam facta magis timorem augeret; nec dicitur ab ea receſſum ob ſubſequutum actum ſolutionis, vel traditionis etiam cum iuramento, quia id procederet in ſimplici proteſtatione, non autem in proteſtatione metu veſtita, & declaratoria voluntatis circa actum futurum, & iuramentum remoto conſenſu non operatur, Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 54. *per tot.* vide *in §. Iuramentum nu.* 33. vbi plura, an & quando iuramentum conualidet contractum meticuloſum, vel non, & quare.

18 De metu, eius probatione, & effectibus multa tradit Caſtil. *controu. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 69. *cum multis ſeqq. & in tractat. de aliment. cap.* 59. alijque plures citati à Caſtcion. *Alphabet. iurid. verb. Metus, & Metus reuerentialis*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 122. *&c.* Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Metus per tot.*

19 An metus exceptio impediat executionem ſententiæ, vel inſtrumenti guarantigiati, an dicatur requirere altiorem indaginem, & alia, Fontanell. *deciſ.* 139. *&* 140. *per tot.*

20 Qualiter autem metus incuſſus alteri ad exigendas taleas, & recaptus, vel ad extorquendum, ſiue concutiendum pecunias, contractus, diſtractus, vel alias res, puniatur criminaliter, & quibus pœnis, effectu ſequuto, vel non, Bart. *in l. in eadem cauſa, §. eadem lege ff. ad leg. Iul. de vi pub.* Vgolio. *de cenſur. part.* 2. *cap.* 18. §. 5. *n.* 7. Anel. de Saeno *in prax. crim. de probat. in gen. n.* 56. Danza *de pugn. Doct. tit. de recept.* Campan. *reſol.* 28. *& ibidem Orsila* Maioran. *in Opoprax. crim. c.* 13. Carpzou. *Pract. crim. part.* 1. *quæſt.* 37. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 12. *per tot.*

§. MILITIA. XXI.

1 Militia eſt nomen genericum continens officia, & dignitates, etiam Eccleſiaſticas, doctorales, & ſimiles; pluribus modis conſiderari poteſt; an, & quando empta a patre pro filio veniat conferenda cum alijs fratribus, vel in legitimam imputanda, & quid in expenſis pro illa comparanda factis, & alia, vide per Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 21. *& ſeqq.* Mangil. *de imput. quæſt.* 33. Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 22. *nu.* 6. *&c.* dixi *in §. Officia nu.* 1. *&c.*

Plura de vita, & militia debita filijs ſecundogenitis à primogenitis ſuccedentibus in feudis, quid ſit, quando debeatur, vel non, & alia, Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 107. *per tot.*

Quid, & quotuplex ſit militia, & vndè dicta, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 227. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 134. *vol.* 5. *cum multis ſeqq. vſque ad* 153. vbi plura de re militari iuxta diſpoſitionem iuris communis.

2 Milites noſtri temporis magis otio, quàm armis vacantes, an, & quando gaudeant priuilegijs olim militibus antiquæ militiæ conceſſis, Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 25. *& ſeqq.* Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. *num.* 18. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 149. *num.* 48. *& ſeqq. vol.* 5. Merlin. *deciſ.* 692. *num.* 97. Caccialup. *tract. de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt.* 5. *princ.* cum alijs per Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 5. *numer.* 4. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd non gaudent dictis priuilegijs, niſi maneant in Fortalitijs, vel in expeditione in loco hoſtili, vel ad cuſtodiam Principis, inferendo ad Equites Auratos, Sancti Stephani, & ſimiles, qui domi manent, & ad milites Florentinos, qui non ſunt milites niſi nomine, & habent priuilegium tantùm in bibendo; hodie tamen dicti milites Florentini potiuntur pluribus priuilegijs, de quibus in eorum capitulis editis de anno 1646. & dixi *in Pract. §. deſcritti, & §. Soldati per tot.* latè Cabal. *reſol. crim. caſ.* 294. *per tot.* vbi etiam qualiter puniantur de delictis proprijs hoc eſt ſpectantibus ad rem militarem, vel de communibus, id eſt de commiſſis extra rem militarem, Card. Tuſch. *litt. M. concl.* 232. Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *reſol.* 43. *& ſeqq. per tot.* vbi multa de priuilegio teſtandi iure militari, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 3. *vol.* 4. vide *in §. Teſtamentum nu.* 4. Chriſtin. *deciſ.* 149. *& ſeqq. vol.* 5. latè Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 150. *per tot.* vbi an, & quando iure militari teſtari poſſint, & valeat teſtamentum, vel non, Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 133. Cabed. *deciſ.* 129. *part.* 1.

Milites efficiuntur ſubditi ratione militiæ, & poſſunt puniri à Iudice militum, licèt aliàs ei non eſſent ſubiecti, Clar. *§. fin. quæſt.* 38. *verſ. quæro etiam*, Cabal. *d. caſ.* 294. *num.* 389. Card. Tuſch. *litt. M. concl.* 233. Tondut. *loc. infr. cit.* 3

Quando debeant puniri à Magiſtro militum, vel à iudice ordinario aliarum cauſarum, vide Franch. *deciſ.* 88. *per tot.* vbi diſtinguit inter delicta militaria, & delicta communia, quæ dicantur talia, & quid operetur præuentio, latè Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 28. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 4. *numer.* 4. *&c.* & benè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 221. *per tot. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 95. latè Sanfelic. *in Praxi ſect.* 19. *numer.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam de Caſtellanis, quam iuriſdictionem habeant in milites Caſtri, & aliàs perſonas.

Multa de milite transfuga, & truffatore pagæ, Montan. *deciſ. Luc.* 24. *per tot.*

Qualiter in caſtris poſſint gaudere immunitate Eccleſiæ confugiendo ad Tentorium vbi diuina celebrantur, vide *in §. Immunitas nu.* 21.

Quando incipiant gaudere priuilegio militari, an à tempore quo ſunt deſcripti in rolo, vel libro Capitanei, vel in libro ſcribæ portionis, & alia, Sanfelic. *deciſ.* 164. *per tot.*

Milites Status Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ in criminalibus à nullo iudice iudicari poſſunt ſine voto conſultiuo Auditoris Militarium Legionum, vulgò Bandarum S. C. S. & huic priuilegio, vel alijs ſibi competentibus renunciare non poſſunt, cùm ſint inducta fauore totius ordinis militaris, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 225. *num.* 23. *& per tot. caſ.* 294. *num.* 255. Borgn. *de tut. numer.* 318. *& num.* 223. *&c.* Theſ. *deciſ.* 36. *num.* 5. Altograd. *conſ.* 17. *num.* 22. *lib.* 1. 4

Quòd poſſint renunciare priuilegio fori, ac alijs ſibi competentibus propter cingulum militare, *l. ſi quis in conſcribendo, vbi gloſ. C. de pact.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 328. *numer.* 13. *&* 24. Magon. *deciſ. Flor.* 116. *num.* 5.

Sed non eſt recedendum à prima opinione veriori, & magis communi, quam etiam ſequitur Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *num.* 32. *fol.* 498. & dixi *in meis reſol. cap.* 53. *num.* 4. *& in Pract. §. Deſcritti num.* 26. vbi quòd Florentiæ ita etiam diſponunt Capitula Militaria *cap.* 4. *nu.* 20. *in fine.*

Miles effectus per delictum abſque dolo, & fraude, gaudet priuilegijs militaribus, quoad fabricationem proceſſus, & ſententiæ, cum participatione Auditoris Bandarum, etiam quoad pœnam, vbi eſt arbitraria, ſecus ſi ſit ordinaria, ac quoad beneficium pacis, & alia ſimilia, & quid in eo, qui poſt delictum deſinit eſſe miles, latè Cabal *reſolut. crimin. caſ.* 147. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226 *num.* 3. *& numer.* 27. Tondut. *tractat. de præuent. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 43. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 221. *per tot. volum.* 5. Sanfelic. *deciſ.* 227. *num.* 2. Nouar. *in Pragm. Reg Neap. Collect.* 133. 5

Milites pro debito ciuili carcerari non poſſunt, & non tenentur niſi quatenus facere poſſunt, ac ideo ad euitandos carceres non tenentur cedere bonis, *l. miles, & l. item miles, vbi DD. ff. de iud.* Brun. *de ceſſ. bon. quæſt.* 11. *quæſt.* 4. *princ.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 294. *num.* 313. *& ſeqq. & num.* 383. *&c.* latè cum ampliationibus, & limitationibus Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *num.* 19. *& ſeqq. ad* 38. *fol.* 498. dixi *in meis reſolut. cap.* 53. *num.* 1. *&c. & in Pract. §. Deſcritti num.* 31. 32. *&* 46. vbi quid ſeruetur in ſtatu Florentino; quid ſi ſint ſuſpecti de fuga, vel fugitiui; quid ſi agatur cum Eccleſia, vel loco pio, vel de debito iurato. 6

De militum priuilegijs ob illorum ſimplicitatem collatis, & quando illa amittant, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 228. *& ſeqq.*

An milites gaudeant priuilegijs militaribus in cauſa dotis, vide Franch. *deciſ.* 286.

Quòd

Quòd actu ſeruientes non poſſint de iure carcerari, Altograd. *conſ.* 17. *num.* 15. *lib.* 1. vbi etiam *num.* 66. *& per tot.* latè inſiſtit, quòd non poſſit debitum ex vna cauſa, pro qua gaudent priuilegio militari, transfundi in aliam cauſam priuilegiatam, pro qua illis priuilegium militare non ſuffragetur, cùm id videatur factum in fraudem legis, & origo cauſæ primi debiti ſit attendenda.

Quòd miles factus cauſa debiti non ſoluendi, debeat à militia caſſari, & idem ſi cauſa litis differendæ, *l.* 1. *C. qui milit. non poſſ. lib.* 12. Tondut. *de prauent. part.* 1. *cap.* 28. *numer.* 50. *&c.* dixi *in reſolut. cap* 53. *numer.* 2. *& in Pract. §. Deſcrutti numer.* 27. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 134. *numer.* 14. *& ſeqq. volum.* 5. Conſtantin. Caſar. *ſpecul. peregr.* 99. *quæſt.* 35. §. 2. vbi quando dicatur factus miles in fraudem, vt ſit eijciendus à militia, & ſubiaceat iudici ordinario.

7 Milites de iure torqueri non poſſunt, ſed de conſuetudine non ſeruatur etiam quoad Equites, & Capitaneos, vide Cabal. *caſ.* 294. *numer.* 400. *&c.* vbi excipit Equites S. Stephani, ſed fortè vbique non ſeruaretur.

In ſtatu Florentino præſcribitur certus modus deueniendi ad torturam contra milites, de quo *in Capit. milit. cap.* 4. *num.* 11.

8 Milites quo more ſeruato debeant ſalutare Ducem exercitus, & illorum Principem, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 538. *nu.* 50. *&c.*

Plures laudes, & glorias militum, vide per Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 22. *per tot.*

9 Milites in publicis iudicijs, quæ irrogant infamiam, non gaudent priuilegio ſolutionis expenſarum pro medietate, & alia ad propoſitum, vide per Bardellon. *conſ.* 156. *per tot. lib.* 2. dixi *in Pract. §. Deſcrutti num.* 41. *&* 43. facit Surd. *deciſ.* 274. vbi quòd condemnati in expenſis verſus partem, tenentur illas integrè ſoluere, de quo vide Borgn. *dec.* 15. *nu.* 27.

Et in caſibus, in quibus eis priuilegium ſuffragetur, debent illud opponere ante litem conteſtatam, Magon. *deciſ. Flor.* 116. Bardellon. *dict. conſ.* 156. vide *in §. Priuilegium.*

10 Milites non poſſunt cogi ad bellum poſt quinquageſimum annum, & valetudine impediti excuſantur à pœna deſertionis, Montan. *de tut. cap.* 5. *numer.* 152. *&* 159.

An teneantur inquirere de iuſtitia belli, & dubitantes poſſint ſine peccato militare, Dian. *part.* 3. *tractat.* 5. *reſolut.* 96. vbi videtur in 2. affirmare, maximè in ſubditis, imò etiam in exteris idem probabile putat, *& part.* 4. *tractat.* 3. *reſolut.* 7. *tract.* 4. *reſolut.* 32. *part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 15. *part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 63. *per tot. & part.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 28.

Quando ſunt in expeditionibus, & armis onuſti non tenentur peragere vltra decem miliaria ſingulis diebus, Menoch. *de arbitr. caſ.* 2. *nu.* 13.

Plura de bello quando ſit iuſtum, vel non, Cabed. *deciſ.* 88. *part.* 2. vbi plura de captis in bello, quibus acquirantur, vel non, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia, & huiuſmodi, vide *in §. Captura numer.* 4. & quæ in eo ſint permiſſa, vel prohibita, latè Dian. *part.* 6. *tractat.* 4. *per tot.* vbi 40. caſus principaliter, & alios incidenter reſoluit.

An, & quando militibus ſint debita ſtipendia, vel non, vide latè Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 77. *per tot.*

An ſimul deprædantes iniuſtè aliquam vrbem, vel alium locum, teneantur omnes inſolidum ad reſtitutionem, plures affirmant, licèt alij negent, & velint teneri tantùm de damno a ſe commiſſo gregatim in bello; Dux tamen tenetur ad totum, vel quia eos duxerit, vel non impediuit, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 86. *& part.* 6. *tract.* 4. *reſolut.* 31. vbi meliùs explicat.

Quòd Dux, ſiue Capitaneus, vel alius Officialis conducens milites teneatur pro illis, *l.* 2. *§. ſin autem C. de eff. Præfect. Prat. Affric.* Bald. *in l.* 1. *C. de ſer. fug.* cum alijs per Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 82. *nu.* 1. *&c. vol.* 2. facit quod dixi *in §. Officia nu.* 8.

An militibus captis ab hoſtibus, & poſtea poſtliminio reuerſis debeantur ſtipendia medij temporis, Gregor. Ganauer. *deciſ.* 24. *per tot.* vbi poſt plura hincinde negatiue concludit, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. vol.* 5. *deciſ.* 136. *num.* 6. vbi idem firmat, & Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 294. *num.* 11.

Milites propter Sacramenti Religionem non poſſunt dari tutores, cùm non debeant à ſuis ſignis auocari, qua ratione prohibentur etiam conducere res alienas, vel fideiubere pro conductoribus, vel eſſe procuratores, mercatores, & negociatores, Montan. *de tut. cap.* 23. *num.* 36. 11

Intellige de militibus exiſtentibus actu, & habitu in caſtris, & militia, aliàs ſecus in militibus noſtri temporis, idem Montan. *cap.* 35. *reg.* 1. *nu.* 184. *& ſeqq.*

Milites, qui in exercitu hybernant, vel æſtiuant in aliqua ciuitate, vel loco, non poſſunt ibidem negotiari, & immobilia acquirere, imò nec matrimonia contrahere cum incolis dictorum locorum, ne potiùs eripere, quàm acquirere videantur, *l. milites ff. de re milit. l. ſi quis officium, ff. de rit. nupt.* Montan. *de tut. cap.* 30. *num* 63. vbi tamen dicit malè ſeruari, facit quod dixi *in §. Officia nu.* 6. vbi quòd huiuſmodi leges quoad matrimonia ſunt ſublata per ius canonicum. 12

Quòd poſſint nihilominus hæredes inſtitui, & ex teſtamento capere, *l. milites §. vlt. ff. de re milit.* Montan. *d. cap.* 30. *num.* 70.

Milites dum ſunt in expeditione, non poſſunt conueniri ab aliquo, & conuenti debet ſilere iudicium, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 23. *num.* 43. *fol.* 468. vbi loquitur ſecundum Conſtitutionem Regni Neapolitani. 13

Et quid ſeruatur in partibus Etruriæ, vide Capitula militaria de anno 1646. *cap.* 5. *& in mea Pract. §. deſcritti num.* 16.

Milites Hieroſolymitani, S. Stephani, & ſimiles, quibus potiantur priuilegijs, vide *in §. Equites.* 14

Milites dum ſunt in expeditione in loco hoſtili, vel in ipſo actu pugnandi, non ſubiacent ſolemnitatibus ſtatutarijs in eorum contractibus, ſecus autem ſi domi, vel alio loco non hoſtili reperiantur, Gabriel. *conſ.* 100. *n.* 3. *li.* 2. Gayl. *obſer.* 18. *lib.* 2. *n.* 6. Viuian. *dec.* 491. *n.* 3. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 166. *n.* 5. *&* 6. 15

Miles nemo præſumitur, niſi probetur; poteſt autem probari per teſtes deponentes de actibus, & inſignibus, ex quibus arguitur miles, & illum eſſe creatum militem cum debitis ſolemnitatibus, ſed facilliùs per litteras patentes, vel matriculam, ad tradita per Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1057. *per tot.* 16

Milites quibus gaudeant priuilegijs in teſtando dixi *in §. Teſtamentum n.* 4. *& ſupra nu.* 2. 17

An autem teſtando præſumantur voluiſſe vti iure communi, vel priuilegijs, dic quòd iure communi in dubio, niſi aliter appareat ex verbis, vel ex actu, & modo teſtandi, vel niſi alias teſtamentum corrueret, & alia ad rem, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1058. *per tot.*

Milites tranſeuntes qualiter hoſpitari debeant à Communitatibus, ac ideò Communitates ipſæ teneantur reſarcire damna priuatis ex hac cauſa paſſa per impoſitionem collectæ, & alia plura ad rem, Cabal. *conſ. deciſ.* 150. *per tot. lib.* 2. & melius Roland. *conſ.* 66. *per tot. lib.* 1. *& conſ.* 69. *lib.* 2. 18

An autem caupones ſint exempti ab huiuſmodi hoſpitalitate militum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 898. *nu.* 23 *& ſeqq.* dixi *in meis reſol. cap* 37. *n.* 17. *&* 19.

An, & qualiter Doctores ſint priuilegiati, & immunes ab hoſpitio militum, plenè Ricc. *Collect.* 3109. *per tot.* cum alijs per me citatis *in §. Doctor nu.* 2.

Milites deſertores militiæ, vel aliter delinquentes in re militari qua pœna ſint puniendi, Criſpol. *de caſibus milit. caſ.* 9. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 221. vbi de pœna mortis naturalis per amputationem capitis in nobili, facit Magon. *deciſ. Luc.* 24. *per tot* vbi de transfuga, & truffatore pagæ, & latiùs de omnibus Cabal. *reſol. crim. caſ.* 294. *per tot.* cum pluribus alijs ab eo citatis. 19

Qualiter milites, & alij ſubditi Status Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ non poſſint ire ad ſeruiendum alteri Principi, Reipublicæ, vel Potentatui ſine licentia S. C. S. ſub pœnis pecuniarijs, & triremium, quæ poſſint extendi etiam ad mortem, & confiſcationem bonorum dixi in Praxi §. *deſcritti nu.* 50. *in fine*, & hoc vigore bannimentorum ibidem vigentium.

De ſimili prohibitione exiſtente in Dominio Mediolani ſub pœna rebellionis, Caluin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 10.

Digitized by Google

num. 10. Et in ſtatu Eccleſiaſtico ſub pœna vitæ, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 8. *per tot.* vbi etiam an milites alterius Principis poſſint intrare in Statum Eccleſiaſticum ſine licentia Pontificis, quid de facinoroſis, & bannitis, & alia ad rem.

Quod milites à bello publico fugientes efficiantur infames infamia iuris, & ideò etiam irregulares, ſicut & ignominioſè dimiſſi, quando fuga exercitum, vel ſtatum ſui Principis in diſcrimen coniecerunt, nam tunc efficiuntur etiam rei læſæ Maieſtatis, intelligendo quando poterant defendere, ſecus ſi nihil poterant proficere, licèt in dubio, & per ſe loquendo, non poſſint locum deſerere, ſeu ſtationem, etiam in euidenti vitæ periculo, cùm teneantur defendendo mortem ſubire, quando bellum erat iuſtum, & alia, Carol. Anton. Theſ. *tract. de pœn. Eccleſ. part.* 2. *verb. Bellum cap.* 2. *fol.* 95.

Milites tenentur obedire eorum Principi, & Duci, & inobedientes capite plectuntur etiamſi rem benè geſſerint, ſiue inobedientia conſiſtat in faciendo, ſiue in omittendo, & qui faciunt aliquid præter, vel vltra mandatum, dicuntur non obſeruare mandatum, & puniuntur vt ſupra, per text. *in l.* 3. *d. in bello ff. de re milit.* intelligendo tamen de inobedientia in re graui, & pertinente ad periculum totius exercitus, ſecus in re leui, Cremenſ. *ſing.* 150. Couar. *lib.* 1. *Miſcellan. cap.* 24. *num.* 7. Caſſan. *in Catalog. glor. Mundi part.* 9. *conſ.* 34. Gigas *de crim. laſ. Maieſt.* 1. *part. quaſt.* 31. *nu.* 5. & alij per Cabed. *deciſ.* 86. *per tot. part.* 2. faciunt notata *in §. Vis in addit.*

21 De militia, & bello, habitu militari, vel equeſtri, & de militibus aliqua deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Milites*, & plura ſatis indicant Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Militia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 124. *&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. vt in Indice generali in fine part.* 3. *verb. Miles.*

De præuentione in cauſis militaribus, de delictis militaribus, & non militaribus, inter milites, & non milites, aliaque plura, maximè quoad iuriſdictionem, tradit videndus Tondut. *tractat. de præuent. part.* 1. *cap.* 28. *per tot.*

Et quia in hac materia habui caſum ſingularem in cauſa mihi delegata de anno 1682. à Sereniſſimo Magno Etruriæ Duce, placuit hic relationem per me factam, & à S.C.S. approbatam, ac iuxta quam fuit exequutum inſerere.

Sereniſsimo Gran Duca.

NElla cauſa delegatami da V. A. S. ſopra l'amutinamento de'ſoldati della Naue Bethlem condotta dal Capitano Pietro Franceſchi Corſaro contro gl'Infedeli ſotto la Bandiera, e Stendardo di V. A. S. reſtano à doglienza del medeſimo Capitano Inquiſiti 131. di detti ſoldati, e per la ſpeditione di detta cauſa è da conſiderare, che li delitti d'amutinamenti, ſeditioni, ò ſolleuationi de ſoldati contro i loro Capitani, ò altri Superiori ſono ſempre ſtati dagl'Antichi, e Moderni Maeſtri di Guerra ſtimati grauiſſimi, & dalle Leggi ſeueramente puniti di pena di morte ne'capi, & autori di eſſi, quando ſi ſono potuti diſtinguere, baſtando l'eſempio, e terrore agl'altri laſciati impuniti, e quando non ſi ſono potuti mettere in chiaro li capi, per non fare ſtrage di popolo ricorrere alla ſorte, acciò il timore tutti affligga, e la pena tocchi à pochi, con eſtrarne d'ogni dieci vno per farlo morire in preſenza degl'altri, come tutto ſi raccoglie da più caſi referiti dal Tiraquel. *tract. de pœn. temp. cauſ.* 47. *num.* 4. *& ſeqq.* e così parrebbe poterſi praticare nel caſo noſtro, che ò per verità, ò per malitia degl'Inquiſiti tutti, ò la maggior parte aſſeriſcano eſſer ſtati tutti vniti, tutti capi ad vn modo, non eſſerui ſtati nè capo, nè primo, nè ſecondo, nè vltimo, mà tutti aſſieme hauer gridato libertà, e non voler più ſeguire il loro Capitano, come pure li teſtimoni indotti dal medeſimo Capitano non hanno ſaputo, nè potuto per la confuſione delle voci, e clamori fare tal diſtinzione de' capi, e quando alcuno di eſſi teſtimoni habbia nominato qualche Inquiſito per capo in qualche atto ſeguito degl'eſpreſſi nell'Inquiſitione, non ſolo non ha hauuto conteſti, ma è più toſto ſtato contrariato dagl'altri teſtimoni, che benche tutti preſenti non hanno viſto, nè ſentito il medemo, ma qualche altro, ſi che reſta ſempre incerto chi ſia ſtato il capo, & autore degl'atti punibili, che tutti ſi riducano, e comprendano ſotto il nome d'amutinamento fatto con giuramento, voto, ò promiſſione fra loro di non voler in ſoſtanza andar più col Capitano, e la maggior parte non lo negano, aggiungendo ſe Dio li liberaua dalle ſue mani d'andare à viſitare la Madonna di Montenero, e dopo portarſi molti anco à piedi di V. A. S.

Maſſime che ne'delitti militari ſi procede ſemper più rigidamente, che negl'altri, anco per la ſol colpa, e la ſeuerità ſi reputa la maggior pietà, e miſericordia, che ſi poſſa vſare nelle coſe militari, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 294. *num.* 76. 83. 84. 294. *&c.* il che pare proceda anco ne'ſoldati delle Naui, e Marinari, idem Cabal. *d. caſ.* 294. *nu.* 18. *& num.* 177.

E però con gran ragione ancora ſono emanati in queſti feliciſſimi Stati gl'ordini di Giuſtizia militare, che ſeueramente puniſcano le diſubidienze, & altri delitti militari, & à noſtro propoſito *nel tit.* 3. *art.* 6. *a* 8. diſpongano, che qualunque ſparlarà del ſuo Generale, ò Capo, ò degl'Vfficiali maggiori in modo, che ne poſſa ſeguire amutinamento, ò qualche graue ſcandalo incorra in pena della vita; ma quando tali maledicenze ſeguiſſero per traſcorſo di lingua, ò per caldezza di vino, ò per qualche altra gran paſſione ſenza graue ſcandalo ſia caſtigato ad arbitrio. E nell'articolo 12. e 9. che qualunque tentarà, conſigliarà, ò acconſentirà di fare amutinamento alcuno, ò ſolleuamento di tumulti, ò ſedizioni con ſemplici parole, ò con fatti, ò parlaſſero, ò faceſſero ſparlare altri ad effetto, che naſceſſe qualche amutinamento tanto in publico, quanto nei corpi di Guardia, ò in altri luoghi, incorra in pena della vita, ſi come *nel tit.* 4. *art.* 4. *a* 11. che ſe i Comandanti, e ſoldati ordinarj vnitamente abbandonaſſero l'inſegna, la pena de'Comandanti ſia ſempre la morte, e de'ſoldati ſempre il decimo cauato à ſorte impiccato, e gl'altri ſiano gaſtigati arbitrariamente.

Nelle quali pene capitali di ragione commune, e municipale pare a prima faccia ſi poſſino dire incorſi gl'Inquiſiti ſopradetti.

Ma nondimeno ben conſiderato tutto il fatto, e ſue circoſtanze, non credo ſiamo in caſo, che ſi poſſino, e deuino practicare ſimili rigori.

Prima, perche à volere che li ſoldati ſoggiaccino alle pene contro di loro ſtatuite, ſtimo neceſſario, che ſiano veramente ſoldati riceuuti, deſcritti, & arrolati con giuramento, & altre ſolennità ſolite, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 134. *num.* 8. *vol.* 5. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 294. *num.* 18. 51. *&* 52. doue pone il modo, con che ſi deſcriuano li ſoldati tanto di ragion commune, che ſecondo lo ſtile di Toſcana, che è il medeſimo ſtatuito in detti ordini di Giuſtizia militare in principio, cioè quando ſono ameſſi al ruolo, giurare di ſeruire fedelmente &c. ſenza le quali ſolennità io credo non ſi poſſino dire propriamente ſoldati, & eſſere vna gran differenza giurare, & eſſere obligato di ſeruire al Principe nella Guerra tanto in terra, che in Mare à ſtipendi dell'iſteſſo Principe, che riguarda l'intereſſe publico, e ſeruire all'intereſſe priuato d'vn Capitano Corſaro, che gl'hà condotti ſenza alcuna formalità di giuramento, ma con ſemplici note, e patti diuerſi, alcuni preſi per forza, altri con inganno, dandoli ad intendere, che il viaggio fuſſe per durare ſolo cinque, ò ſei meſi, come eſſi dicano, & altri ſcambiati in diuerſi luoghi, che fà conoſcere eſſer più toſto gente conduttitie, che veri ſoldati, anzi di tanti Inquiſiti ſolo 34. ſono condotti per ſoldati, però à chi non conuiene il nome, non può conuenire la diſpoſizione delle leggi, & ordini, che parlano di tal materia, Magon. *dec. Luc.* 24. *nu.* 4. maſſime nelle coſe penali, nelle quali non ſi dà eſtenſione.

Secondo, perche negl'iſteſſi ordini militari, quando anco queſti ſi doueſſero attendere, e fuſſino in veri ſoldati, reſtano eccettuati dal rigore dell'aſpre pene li delitti, che deriuano da impatienza, ò altre cagioni, alle quali l'humana fragilità non poſſa reſiſtere, & hauendo ſempre riguardo al luogo, tempo, e ſcandalo, e ſe il fallo del ſoldato proceda da mancamento del ſuo Superiore, come ſi auuertiſce nel fine di detti ordini di Giuſtizia militare *tit.* 26. *nu.* 1. *&* 2. *a* 49.

Hora applicando al caſo noſtro, non ſi può ſe non ſtimare, che l'acclamazioni di libertà doppo il corſo di

ſei anni di ſtentata vita, che à principio ſi figurorno, e li fù detto di cinque, ò ſei meſi, come quaſi tutti aſſeriſcano, ne ſi proua in contrario, dicendoſi ſemplicemente nel ruolo, ò note del Capitano, accordato, mà non per quanto tempo, ſiano procedute da impatienza, e dal non poter più durare in sì aſpra ſeruitù, come pur tutti vnitamente eſclamano, che più toſto ſi eſibiuano ſeruire nelle Galere di V. A. S. & hauuto anco riguardo al luogo, (che è molto conſiderabile) di non hauer chieſto libertà, nè abbandonato il loro Capitano in luogo ſtraniero, e pericoloſo, mà in vn Porto ſicuro di V. A. S. doue pretendeuano eſſer finito il viaggio, & alli mali trattamenti, che tutti rappreſentano, e ce n'è qualche riſcontro, quantunque li teſtimoni Fiſcali tutti confidenti, e partiali del Capitano dichino, che foſſero trattati bene al pari, ò più dell'altre naui, pare che ſi rendino degni di gran compaſſione; & anco di ragione commune ne'delitti militari, come di deſertione, ò partenza del ſeruizio, s'attende ſe ciò ſegua nel conflitto con abbandonare il Capitano fra nemici potendolo diffendere, e ſi hà riguardo all'ordine, ò grado di militia, al ſtipendio, al luogo, al tempo, all'offizio, al ſeruizio paſſato, & altre circonſtanze, che nel caſo noſtro ſono tutte diminuenti, e non aggrauanti, come ben proua il Cabal. *d. caſ.* 294. *n.* 107. *& nu.* 126.

E quanto all'hauer diſubidito alli comandi di V. A. S. rappreſentatili dal Comandante di Porto Ferraio (tralaſciate l'altre conſiderationi) ſupponeuano non eſſer note à V. A. S. le cauſe, che li rendeuano renitenti à continuare la nauigatione con detto Capitano, eſibendoſi più toſto à ſeruire forzati, ò ſchiaui sù le Galere di V. A. S. come depongano non ſolo eſſi inquiſiti, mà anco più teſtimoni Fiſcali, che fà ceſſare ogn'ombra di diſprezzo, e finalmente queſto non ſarebbe delitto capitale ſotto Principe tutta pietà, e clemenza, Cabal. *d. cap.* 194. *nu.* 166. *& ſeqq.*

Terzo, perche non vedo in detto armamento eſſer ſtato oſſeruato l'vſo, e buoni ordini preſcritti, e da oſſeruarſi negl'armamenti de Vaſcelli, ò Quadri, ò Latini, che vogliano armare nel Porto di Liuorno per andare in corſo à Terzo Buſcaino, e gl'altri vſi differenti, che s'allegano, poſſono eſſere abuſi, che habbino forſi dato cauſa à tutti gl'altri diſordini.

Stimo nondimeno gl'inquiſiti tutti colpeuoli della diſubidienza, & altro contenuto nell'Inquiſitione, mà perche tutti non ſi poſſano corporalmente punire per non fare ſtrage di popolo, ſenza ricorrere alla ſorte, acciò non cadeſſi ſopra li più infelici, e miſerabili, riconoſcendoſi dal proceſſo, che più degl'altri habbino operato nel fare detta vnione, e giuramento.

Marco Mazzi. 1.
Paolo Venanzio. 2.
Gio: Bodelli. 7.
Andrea Magnani. 20.
Gio: Paoletti. 25.
Gio: Franceſco Fabbri, 99. &
Franceſco Caſella 3. con eſſer ſalito nel Caſſero della Naue dicendo, *Figliuoli farete come farò io*.

Hauuto riguardo all'eſſer ſtati ſei meſi, & eſſer ancora ritenuti tutti in catena, che non è poco eſempio, & agl'altri motiui ſopradetti.

Il mio parere ſarebbe di far dare due tratti di fune in publico per ciaſcuno alli detti 1.2.3.7. 20. 25. & 99. Inquiſiti, e li medeſimi, come tutti gl'altri fino al detto numero di 131. incluſiue eſiliarli, quelli che ſono foraſtieri da tutti li feliciſſimi Stati di V. A. S. e quelli, che ſono ſudditi lontano 20. Miglia da Liuorno, e dalle loro Patrie riſpettiuamente per durare detto eſilio a beneplacito di V. A. S. con cominatione di cinque anni di Galera à ciaſcuno non obedendo, e perche vien rappreſentato eſſer ridotti in ſtato miſerabiliſſimo quelli, che non haueſſero poſſibilità, ò ſanità da poterſene andare fra cinque giorni, che aſſegnarei à ciaſcuno, li farei per qualche tempo ritenere nel Bagno (ſi come gl'altri per detti cinque giorni) finche trouaſſero qualche occaſione da imbarcarſi, ò andarſene per altre vie, con farli tutti quelli, che volta per volta ſaranno ſpediti, & in grado di poter vbbidire à detto eſilio, accompagnare fuor di quelle porte, che eleggeranno, à finche non ſi poſſino trattenere in Liuorno, e ritornandoui, ouero trattenendoſi fuora ſenza proſeguire il viaggio, s'intendino incorſi in detta cominatione di Galera, e perche dette pene ſiano note à tutti, farei affigere cartello nel luogo, doue s'eſequirà la fune continente la ſoſtanza, e cauſa di eſſe rimetto con fare à V. A. S. humiliſſima riuerenza.

Dello Studio 19. Decembre 1682.

Humiliſs. e Diuotiſs. Seruo

Marc'Antonio Sauelli Delegato.

§. MINÆ. XXII.

Minæ illatæ à viro, vel muliere malæ conditionis, 1 & famæ in eodem genere mali, potente, & ſolito illas eſequi, faciunt contra minantem indicium non ſolùm ad inquirendum, ſed etiam ad torturam, Clar. §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. minæ præcedentes*, Theſ. *deciſ.* 24. *numer.* 3. *&* 9. plenè Menoch. *de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 89. *numer.* 59. *& ſeqq.* vbi plures caſus diſtinguit, Card. Gualtier. apud Zuff. *de legit. Proceſſ. crimin. lib.* 1. *quæſt.* 66. *numer.* 69. *& ſeqq.* vbi quòd minæ non attenduntur non conſtito de præcedente inimicitia, nec quando minans non eſt ſolitus illas exequi, nec quando interceſſit notabile menſium interuallum, nec quando proceſſerunt ex iracundia, vel iactantia, vel per lubricum linguæ, vel fuerunt æquiuocæ, & generales, vel ſi non adſit cauſa correſpondens delicto, & executioni minarum.

De minis prolatis per Vaſſallos contra Dominum qualiter ſint punibiles, latè Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 3. *ſect.* 2. *verb. Minatoria verba*.

Quid operentur minæ ad inferendum metum, dixi *in §. Metus num.*

Quando minæ ſint punibiles, vel non, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 236.

Quòd minæ ante delictum faciant indicium ad torturam, ſi minans ſit ſolitus exequi, vel aliæ adſint coniecturæ, & ſint ſpeciales, vel ſaltem generales aptæ comprehendere caſum, de quo agitur, ſecus ſi diuerſæ ſecundum aliquos, licèt melius ſecundum alios ſemper denotent malum animum minantis; ſi tamen minæ eſſent de vindicta poſſent intelligi mediante iuſtitia, ſicut quando eſſent conditionales non afficerent, & ſi eſſent contra potentem per minus potentem illuſoriæ reputarentur, debent autem minæ probari ſaltem per duos teſtes, licèt ſufficiant ſingulares, & probato homicidio faciunt indicium, & arguunt caſum apoſtatum, ac præmeditatum abſque diſtinctione, an minans ſit ſolitus eſequi, vel non, vt benè hæc omnia probat Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 1. *quæſt.* 12. *per tot.* & vide Farinac. *quæſt.* 50. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 871. *& concluſ.* 1060. & alios ab ipſis citatos, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Indicium reſolut.* 14. *per tot.* vbi plura de minis, an, & quando faciant indicium ad torturam, vel non contra minantem, ſequuto delicto, & conuenit ferè in omnibus cum prædictis, & D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 77. *& ſeqq. fol.* 217. Tranchedin. *conſ.* 74. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi quòd minæ per verba æquiuoca non faciunt indicium, nec quando incontinenti non fuit ſequutum delictum, nec ſine cauſa correſpondente, & proportionata delicto, ad Farinac. *d. quæſt.* 50. *& alios*, Poſſent. *ſing.* 257. vbi quòd minæ faciunt indicium ad torturam, quando de illarum mala cauſa, & odio minantis contra minatum conſtat.

Minæ ſicuti nocent minanti, ita etiam proſunt minato, a qui ſi minantem, vel iactantem occidere percutiat, vel etiam occidat excuſatur, ſi minans ſolitus erat exequi minas, vel indiſtinctè quando minans eſt in actu vulnerandi, vel occidendi, ita vt periculum ſit in expectando; imò minæ de occidendo etiam præcedentes, & ex interuallo ſufficiunt ad excuſandum à pœna ordinaria mortis, vbi minans occiſus erat vir potens ad occidendum, & conſuetus percutere, nam his concurrentibus minatus non tenetur expectare aggreſſionem, ſed poteſt præuenire, ſi alio modo non poſſit periculum euadere, vel ſi minæ fuerunt prolatæ in præſentia, quia tunc inducunt prouocationem, & percutientem incontinenti excuſant à pœna ordinaria, etiamſi mi-

Digitized by Google

ſi minans non ſit ſolitus exequi minas, vt colligitur ex traditis per Grammat. *deciſ.* 5. *per tot.* Bertazzol. *conſil.* 433. *&* 434. *lib.* 2. Boer. *deciſ.* 168. *numer.* 9. *& ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 45. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1244. Farinac. *quæſt.* 125. *num.* 67. *& ſeqq. & num.* 512.

2 Minans ferrum, & flammas, ſiue mortem alicui, ſi minatus voluntati minantis non ſatisfecerit, dando, vel faciendo quod voluerit, & ſic extorquendo per metum, & taleas, qualiter ſit puniendus, Carpzou. *Pract. crim. part.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 52. *& ſeqq.* & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 12. *per tot.*

§. MINOR. XXIII.

1 Minor 25. annis inculpatus de delicto, non poteſt de iure per ſe ſtare in iudicio, & reſpondere inquiſitioni, ſed illi debet per iudicem dari curator, *l. clarum C. de auct. præſt.* Pract. Papp. *for. Inquiſ. gloſ.* 2. ita vt ſibi non noceat confeſſio, vel aduerſus eam debeat in integrum reſtitui, etiam non docto de errore, cùm ex ipſa confeſſione ſatis dicatur conſtare de læſione, Menoch. *de arbitr. caſ.* 268. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1061. *num.* 22. *&* 23. Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 60. *& ſeqq. ad* 79. Afflict. *deciſ.* 208. Tuſchus *littera M. concluſ.* 256. *per tot & littera R. concluſ.* 283. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 120. *numer.* 2. *volum.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 25. latè Ricc. *Collect.* 3733. 4184. Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 135. Viui. *comm. opin.* 504. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Confeſſio reſolut.* 21. vbi tamen quòd ſufficit curatorem interuenire in actu iuramenti, & in decreto de torquendo, non debet autem interuenire examini, neque torturæ, & quòd ita ſeruatur in Hiſpania, vt teſtatur Plaz. *Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 12. latè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *nu.* 84. *& ſeqq. per tot.*

Hodie tamen cùm de generali conſuetudine non requiratur auctoritas curatoris, etiam quoad minores in iudicijs criminalibus ridiculum eſſet huiuſmodi exceptionem opponere, niſi agatur de minore 14. annis, vel niſi opponatur ad effectum tantùm minuendi pœnam, vide Clar. §. *fin. q.* 50. *in princ. quæſt.* 55. *nu.* 11. *& quæſt.* 60. *nu.* 1. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 17. *per tot.* Guaz. *deff.* 30. *cap.* 4. *numer.* 21. *deff.* 32. *cap.* 32. *& deff.* 33. *cap.* 17. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 134. Pic. *ad ſtatut. Vrb. gloſ.* 7. *numer.* 278. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 57. *numer.* 30. *&c.* Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 352. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 166. *& ſeqq. fol.* 258. Montan. *vbi ſupra num.* 73. *& ſeqq.* Tuſch. *d. concluſ.* 256. *num.* 4. *& ſeqq.* Chriſtin. *d. deciſ.* 120. *num.* 2. *vol.* 2. vbi quòd aliquando fuit reſtitutus, quando aliàs de delicto non conſtabat, *& deciſ.* 169. *nu.* 5. *volum.* 3. Ioſeph. Felio. *in Margar. var. concluſ. verb. Minor* 18. *annis fol.* 9. *col.* 1. Ricc. *Collect.* 3733. 4184. Sanfelic. *deciſ.* 57. *& deciſ.* 246. vbi de minore, qui ſe obligauit cum iuramento, & fideiuſſione, ſed abſque curatore, de tenendo palatium pro carcere, ſi delinquat extra palatium teneatur ad pœnam, & fideiuſſionem, Conciol. *verb. Confeſſio reſolut.* 21. vbi quòd in Italia, & Gallia concluſio prædicta de curatore dando minori in criminalibus non ſeruatur de generali conſuetudine, ſed valet confeſſio ſine tutoris, & curatoris auctoritate, etiamſi agatur de minore 14. annis, iuxta Conſtitutionem Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 17. *& reſol.* 22. vbi quando detur ſaltem reſtitutio in integrum, ſequitur Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 13. *num.* 98. *& ſeqq.* vbi quoad minorem 14. annis diſſentit ab opinione Concioli, cùm dicta Conſtitutio loquatur de maiore 14. annis, & de reſtitutione in integrum idem de Angelis *lib.* 3. *quæſt.* 23. *per tot.*

Quòd minor carens curatore poſſit per ſe eſſe in iudicio ſiue ciuili, ſiue criminali, Montan. *de tut. cap.* 30. *numer.* 159. latè Hieron. Cala *tract. de reſtitut. in integr. minor. deneg. quæſt.* 2. *per tot.* vbi de omnibus prædictis, & an detur reſtitutio in integrum aduerſus confeſſionem, & videtur negatiuè concludere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & tam in confeſſione vera, quam ficta reſultante ex contumacia.

Quoad iudicium ciuile, quod geſta per minorem ſine curatore ſint nulla, Cabal. *conſ.* 116. *lib.* 1. & quid ſi iurauerit non conuenire, vide Euerard. *loc. à vi iuram.* *num.* 8. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 225. *numer.* 28. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 60. *&c.* Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſine mand. numer.* 28. *& ſeqq. ad* 39. *& tit. qualiter ſent. poſſ. à nullitat. deff. num.* 81. *& ſeqq.* disi *in* §. *Curator numer.* 12. *& ſeqq.* §. *Sententia num.* 11. Paul. Chriſtin. *ad leg. municipal. tit.* 19. *art.* 25. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 50. *numer.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd ſi ſit in loco iudicij poteſt ſine curatore citari ad legitimè comparendum, & ad iudicium cum curatoris interuentu ſuſtinendum, quem ſi habeat, iudex eidem licèt inuito decernat, ſi autem ſit abſens, non niſi priùs conſtituto, & citato curatore, poteſt validè conueniri, aliàs omnia ſunt nulla, *dict. part.* 11. *deciſ.* 159. *numer.* 12. *&c. & part.* 13. *deciſ.* 192. *per tot.* vbi etiam an in iudicio poſſeſſorio poſſit citari, & per ſe ſtare in iudicio ſine curatore, & diſtinguit, vide *part.* 14. *deciſ.* 341. *nu.* 3. *&* 4. Cala *d. quæſt.* 2. *per tot.* vbi diſtinguit inter pupillum, & minorem, vt hæc procedant in pupillo.

Plura qualiter ſint conueniendi minores, & pupilli in iudicio ciuili, ne acta, & ſententia ſint nulla, vide per Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 55. *per tot.*

Qualiter minor poſſit citari omiſſo curatore, & intelligatur citatus ad legitimè comparendum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 479. *numer.* 28. *&c. & deciſ.* 73. *per tot.* Hieron. Cala *d. tract. de reſtit. minor. deneg. quæſt.* 2. vbi latè quomodo poſſit, & debeat minor citari, vide *in* §. *Infantia nu.* *&* §. *Pupillus nu.*

Quando in iudicialibus repræſentetur maior, & qualiter patiatur immiſſionem ſuper bonis hæreditarijs pro debitis à patre contractis, Tuſch. *littera M. concluſ.* 255.

Qualiter ligetur conſuetudine, vide *in* §. *Conſuetudo n.* 19. *infr. nu.* 4.

Minor 25. annis delinquens in minori ætate, non poteſt puniri pœna ordinaria delicti, etiamſi poſtea factus ſit maior, & qualiter minor ætas excuſet in delictis, etiam grauibus, & grauiſſimis à pœna illorum ordinaria, & mitiùs puniatur arbitrio iudicis, ita vt iudex teneatur omninò ex hac cauſa minuere pœnam, latè probat Menoch. *de arbitr. caſ.* 329. *per tot.* vbi quòd idem eſt ex cauſa ſenectutis, plenè Farinac. *quæſt.* 92. *per tot.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 134. *per tot.* Clar. §. *fin. quæſt.* 55. *&* 60. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Minor, reſolut.* 1. *per tot.* Guaz. *deff.* 30. *cap.* 4. *numer.* 21. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 135. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §. 10. *numer.* 125. *& ſeqq. vbi num.* 135. qualiter in furtis teneatur ad reſtitutionem, cum alijs ſupracitatis, Tuſch. *littera M. concluſ.* 256. *num.* 9. *& ſeqq. per tot.* Theſ. *deciſ.* 161. Aloyſ. Ricc. *deciſ.* 77. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 230. Maſtril. *deciſ.* 61. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 121. *vol.* 1. vbi tamen quòd quandoque fuit diſputatum de pubere doli capace, & fuiſſe etiam furcis ſuſpenſos minores 25. annis, Sanfelic. *dec.* 57. vbi etiam qualiter imberbes non tranſmittantur ad triremes, ſed retineantur in carceribus donec ceſſet periculum ſcandali, quod etiam ſeruatur Florentiæ vſque ad ætatem 18 annorum. 2

Quid in crimine parricidij, vel alijs atrocioribus, vide Franch. *deciſ.* 230. Menoch. *de arbitr. caſ.* 350. *numer.* 18. Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 34. *&* 37. *per tot.* vbi pro pœna ordinaria in delictis doloſis, & præcipuè in atrociſſimis, & ſodomia, *& quæſt.* 8. *numer.* 70. *& ſeqq. per tot. & quæſt.* 39. *per tot.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 134. *num.* 9. Farinac. *d. quæſt.* 92. *num.* 107. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Minor. reſolut.* 1. *numer.* 4. vbi quòd in atrociſſimis minor non excuſatur à pœna ordinaria, de quo vide D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 45. *& ſeqq.* Laurent. Matthæu & Sanz *de re crimin. contr.* 16. *per tot.* vbi quòd non excuſatur quando deliquit ex plena, & perfecta animi deſtinatione; ſecus autem ſi ex repentina, & caſuali deliberatione, quæ non eſt vera præmeditatio, ſed potius leuitas animi, ac ideo tunc excuſatur à pœna ordinaria, etiam in atrocioribus, vt in caſu deciſionis fuit excuſatus, licèt ipſe Auctor contrarium calculum poſuerit, idem Sanz *contr.* 8. *nu.* 19. *& ſeqq. & contr.* 32. *nu.* 37. vbi quòd ſi malitia ſupplet ætatem poteſt pœna ordinaria imponi in atrociſſimis poſt 17. annos ſecundum leges Hiſpanas.

Quod in crimine falſæ monetæ minores excuſentur à pœna ordinaria, & ſic puniantur eadem lege, ſed non

eadem pœna, Farinac. *quæſt.* 115. *num.* 97. Cortiad. *deciſ.* 87. *num.* 52. & alij, quos refert, & ſequitur Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 1. §. 1. *ad* 3. *num.* 66. vbi *num.* 67. quod mulieres ſi ſint principales puniuntur pœna ordinaria, niſi ex alijs cauſis poſſint ab illa excuſari, vide *in* §. *Mulier num.* 41.

Aliam pulchram diſtinctionem in hac materia, vt minor excuſetur à pœna ordinaria quando agitur de delictis commiſſis ex voluptate circa iraſcibilia, & concupiſcibilia, vel ex impetu ætatis, & imprudentia, veluti blaſphemia, adulterio, percuſſionibus, homicidio, & ſimilibus; ſecus in delictis obſtinata malitia, & incorrigibili voluntate commiſſis, vt ſunt aſſaſſinia, furta geminata, vſuræ, & huiuſmodi, quæ maturæ potius ætati, & malitiæ conueniunt, quàm adoleſcentiæ, & imprudentiæ, nam in iſtis poteſt etiam minor pœna ordinaria condemnari, vide per Stroz. Odd. *de reſtitut. in integr. part.* 2. *quæſt.* 80. *num.* 75. *& ſeqq.* facit Cabal. *caſ.* 134. *in fine*, vbi quòd hodiernorum temporum qualitas ampliùs non patitur, vt iuuenibus in delictis parcendum ſit, dum ad eam peruenerint ætatem, vt boni, & mali perfectam cognitionem habeant, maximè malitia ætatem ſupplente; & licèt dicta diſtinctio non approbetur à Farinac. *d. quæſt.* 92. *num.* 181. illam ſequutus fuit Magiſtratus DD. Octo Florentiæ ſub die 22. Iunij 1679. in cauſa Piſarum contra Benedictum Simonis Mannoni, prout ſequitur etiam pluribus alijs citatis Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 41. *num.* 15. *& per tot.* vbi probat, quòd minor ætas de iure communi non excuſat in furtis à pœna ordinaria, etiam mortis, ſi qualitas criminis ſæpius reiterati, & ſuperabundantia malitiæ id exigant; quicquid ſecundum leges Hiſpanas mitius agatur etiam in furtis, & dixi *in* §. *Furtum num.* 13. Hier. Cala *tractat. de reſtitut. in integr. denegan. quæſt.* 34. *per tot.* vbi poſt plura quòd minores ligentur ſtatutis, etiam in pœnalibus, concludit illos quomodolibet delinquentes pœna ordinaria puniri, ſi ita fuerit ſtatutum, & dolusè delinquerint, quod arguitur ex coniecturis, & contraria procedere in delictis omiſſionis, & negligentiæ, non autem in doloſis, nec reſtituuntur in integrum, & loquitur etiam in contrabandis, & gabellis fraudatis, *infra nu.* 4.

Florentiæ extat ſtatutum *lib.* 3. *Rub.* 33. diſponens, maiores annorum ſexdecim poſſe puniri pœna ordinaria delicti, minores autem ſexdecim vſque ad duodecim pœna extraordinaria mitiori arbitrio iudicis, & ab annis 12. infra non puniri aliqua pœna, niſi ageretur de delicto grauiſſimo, quia tunc poſſent aliqua pœna, citra corpus, arbitrio iudicis puniri; numquam tamen de conſuetudine imponitur dicta pœna ordinaria delicti, niſi delinquens compleuerit ætatem 18. annorum, quæ per aliud ſtatutum declaratur ætas maior, & perfecta, prout ſi eſſet 25. annorum de iure communi, vt teſtatur Cabal. *d. caſ.* 134. *num.* 11. *&c.* vbi quòd idem eſt Ferrariæ, Lucæ, & Neapoli, & dixi *in Praxi*, §. *Pene n.* 16. *& in hoc opere* §. *Ætas num.* 6.

De ſimili ſtatuto Lucano *lib.* 4. *c.* 58. & illius interpretatione, Ioſeph. Ludouic. *dec.* 60. *nu.* 13. *lib.* 1.

Quòd etiam in ſtatu Eccleſiaſtico adſint Bullæ Pontificiæ ſimiles dictis ſtatutis, ac de illarum intelligentia, & interpretatione, Coneiol. *verb. Minor. reſol.* 1. *numer.* 5. *& ſeqq. per tot.* Farinac. *quæſt.* 92. *num.* 182. *& ſeqq.* ConcIol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 13. *&* 14. *per tot.* vbi etiam Romaguer. *in addit.*

Quòd huiuſmodi ſtatuta de ætate loquentia non habeant locum contra foreoſes dixi *in* §. *Statutum circa generalia ſub num.* 46.

Et ſi dubitetur de ætate maiori, vel minori, debent recipi probationes, vt per Menoch. *de arbitr. caſ.* 268. *num.* 10. quòd ſæpè practicatum vidi, etiam ex officio per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, quando ex proceſſu informatiuo dabatur aliquis fumus minoris ætatis, & tunc in dubio recedi à pœna ordinaria, vt in cauſa contra Antonium Bernordium, & Ioſeph del Moro de anno 1674.

Et poteſt aſſignari terminus reo carcerato ad docendum de ætate ſua, Mur. *deciſ.* 30. *nu.* 21.

An quis præſumatur minor, vel maior, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 266. *per tot.* vide *in* §. *Ætas num.* 4. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1062. *per tot.* vbi etiam quibus modis poſſit probari, & latè D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 36. *& ſeqq.* vbi etiam, quòd iſta exceptio poteſt opponi antè, & poſt ſententiam, an reo in fortijs Curiæ non exiſtente, & alia ad rem *in* §. *Nullitas num.* 32.

In atrociſſimis non eſt appoſita neceſſitas Iudici, ſed eſt in eius facultate, & arbitrio attenta qualitate delicti, perſonæ delinquentis, & alijs facti circumſtantijs conſideratis, vel ordinariam mortis pœnam minori imponere, vel extraordinariam, & pro minoratione pœnæ etiam in atrociſſimis poteſt conſiderari, an minor fuerit ſeductus ab alijs ad delinquendum, vt aduertunt Guazin. *deffenſ.* 33. *cap.* 17. *ſub num.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 57. *in fine*, Felic. *alleg.* 36. *n.* 6. *part.* 1. Cartar. *deciſ.* 73. *nu.* 7. 8. Thor. *vot.* 10. *nu.* 16. Farinac. *quæſt.* 92. *nu.* 108. *verſus finem*, quos refert, & ſequitur Carol. Oriſia ad Campan. *obſeruat. ad reſol.* 2. *nu.* 8. Cala *de reſtit. in integr. minor. deneg. quæſt.* 38. *num.* 64. *& ſeqq. & quæſt.* 37. *n.* 18. *& ſeqq.*

Animaduertendum eſt igitur an minor deliquerit ex metu, fragilitate, errore, ignorantia facti, vel iuſto dolore, iracundia, vel animi leuitate motus perfectè non cognouerit delinquere, vel non potuerit reſiſtere, vel non fuerit in ſua plena libertate, vel fuerit ignarus delicti committendi, nam ſi aliqua ratione deceptus fuerit, & ignorauerit rei veritatem, nec intellexerit delictum committere, tunc eſt mitiganda pœna iuxta facti, & perſonarum qualitatem; ſi verò intellexerit ſe delinquere, & ex malitia ſua, & plena animi deliberatione delinquat, nullatenus ei ſubueniendum, vt explicant Matthæu Sanz. & Cala *in locis ſupracitatis*, Maioran. *in Opoprax. crimin. cap.* 14. *num.* 45. *& ſeqq. fol. mihi* 95. vbi *num.* 50. refert, & ſequitur diſtinctionem Oddi per me relatam, quam dicit ſequi Farinac. *quæſt.* 92. *num.* 181. licet verè illam non ſequatur, vt ego iam notaueram, & in facti contingentia pluries practicaueram, & iterùm concurrentibus etiam Illuſtriſs. DD. meis Colleghis Iulio Caballo, & Annibale Michelio in Rota criminali Florentiæ practicauimus ſub die 25. Auguſti 1688. in cauſa contra Antonium Baldonium, Io. Cardinum, & Io. Grimbellum de Baragazza Status Illuſtriſſimorum Dominorum de Pepulis legitimè confeſſos, & ratificantes de homicidio, & furto appenſatè, ac deliberatè in via nemoris commiſſo in perſonam cuiuſdam Merciarij, quos licèt foreuſes, & ſic diſpoſitioni ſtatutariæ Florentinæ circa ætatem non ſubiectos, & licèt in earum patria ex atteſtationibus habitis non adſit ſimile ſtatutum, ſed ſeruetur ius commune, eodem iure communi attento, quia verſabamur in atrocioribus, vel atrociſſimis, & proceſſus etiam fuerat ex balia, & auctoritate Tribunalis, & ad cautelam cum brachio Principis, atque vrgentiſſimis præcedentibus indicijs duorum teſtium de viſu, inter quos mulier, quæ omnes non cognouerat, & ideò non conuincebant, & alijs coniecturis, legitimè conſtito prius de delicto in genere ad tormentum Capræ ſuſpenſis deffenſionibus, quibus poſteà aſſignatis fuit inter alia deducta ætas minor 25. annorum duorum ex illis, ſed maior 18. prætendendo ex hac cauſa minorationem pœnæ, viſis videndis, & conſideratis omnibus doctrinis hic citatis, quibus addi poſſent Thoro *vot.* 24. *& Compend. deciſ. Neapol. tom.* 1. *verb. Minor fol. mihi* 337. *& tom.* 3. *ſect.* 2. *eod. verb. Minor fol.* 88. Quelad. Pilo *controu. forenſ. cap.* 30. *num.* 63. *& alij plurimi*, vnanimi voto omnes æqualiter condemnauimus in pœnam furcarum, & confiſcationis bonorum, ac ſquartus, cum traſportatione, & affixione quartorum in loco delicti ad exemplum, & terrorem aliorum; Cui iuſtitiæ multum etiam contulit Illuſtriſs. D. Marchio Guido de Pepulis huius Status Dominus, & Regens, optimè ſciens ſummè Principis intereſſe bonos ſubditos habere, & malos eſſe, ac ſua punitione dignos vbique delinquant.

Ex prædictis autem notari poteſt ſatis bona cautela interrogandi minores ipſos, an aduerterint, & cognouerint quid agerent dum deliquerunt, & vnde moti fuerint ad delinquendum, vt cognoſci poſſit, an verè ex imbecillitate ætatis, iuſto dolore, metu, vel errore, ſiue potiùs ex dolo, & malitia deliquerint.

Et quatenus dictum eſt conſiderandum eſſe, an minor fuerit ſeductus ab alijs ad delinquendum, & videatur poſſe præſumi ſeductus minor, qui non ſolus, ſed cum alijs deliquit ad tradita per Thoro *in allegat. ante dictum votum* 24. *num.* animaduertendum eſt etiam, quòd ſubducere in hoc ſenſu ſignificat decipere, & ſeorſom à veritate, & recta via ducere, Calep. *in verb. Subduco*, & Rebuff. *in l.* 48. *ff. de verb. ſignific. in verb. Subducere fol. mihi* 230.

&ideo

Digitized by Google

& ideò non ſatis, dicitur ſubductus ad effectum minuendi pœnam ille, qui ſimpliciter inuitatus conſentit, & ad delinquendum acceſſit cognoſcens, quod malè agebat, vt in caſu prædicto, vnus ex dictis minoribus accerſitus, (vt prætendebatur) cognouit, & dixit, quod erat peccatum, & ſibi replicato non referte, ſtatim ad complendum iniquum opus ſibi propoſitum ſe præparauit, & acceſſit cum alijs, quorum alter imò aſſerebat illum fuiſſe delicti auctorem, & cognita etiam aliundè ſua maxima malitia, dum ab initio ſe teſtem faciebat, ſupponendo alium innocentem pro delinquente, vt tamdem ingenuè falſus fuit tortus pro vlteriori veritate habenda, vnde etiam ceſſabat dicta præſumptio ſeductionis ex eo, quod deliquerit cum alijs, quia cognita propria malitia, & dolo nil refert deliquiſſe cum alijs, ad tradita per Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 17. Addit. ad Farinac. *conſ.* 66. de Marin. *lib.* 2. *quotid. reſolut.* 169. & alios citatos per D. Hieron. Calam *tract. de reſtitut. in integrum minor. deneg. quæſt.* 39. *num.* 33. *& ſeqq. per tot.* vbi pluribus rerum iudicatarum exemplis confirmat, & plenè etiam de hac materia habetur penes Franciſc. Scaglion. *in Comment. ad Pragm. Regn. Alleg.* 2. *per tot. fol. mihi* 304. *& ſeqq.* vbi fuerat querelata Curia, quòd quemdam minorem 25. annorum indebitè pœna ordinaria furcarum, & ſquartus condemnaſſet, & exequi feciſſet pro delictis cum alijs commiſſis, & demonſtratur iuſtitia ſententiæ, ex eo quia maior 14. annis eſt doli capax, & ſic plures minores 18. annorum, & tantò magis minores 25. fuiſſe furca ſuſpenſos, attenta criminum atrocitate, & illorum malitia ætatem ſupplente, cùm iudicis arbitrium non verſetur in minoranda, vel augenda pœna, vt aliqui putant, ſed in conſiderandis qualitatibus, circumſtantijs, & atrocitate delictorum, vt ſi mereantur pœnam mortis, hanc teneatur Iudex imponere, & non minuere, Cala *d. tract. quæſt.* 38. *n.* 74. *& ſeqq. & quæſt.* 37. *nu.* 18. *& ſeqq. per tot.* Queſad. Pilo *controu. forenſ. c.* 30. *n.* 53. *& ſeqq.*

Et è contra quando ageretur de caſibus miſeratione dignis ex cauſis prædictis eſſet minoranda pœna, non tantum quoad minores præſentes, ſed etiam quoad abſentes, & contumaces, nam ex contumacia legitima probatur, ſed non augetur delictum, & ideò qui præſentes confeſſi non eſſent condemnandi ad pœnam mortis, non etiam ſunt condemnandi abſentes, & contumaces, ne plus operetur ficta confeſſio, quàm vera, & ne detur occaſio, vt tamquam banniti, & foriodicati occidantur à priuatis, qui non occiderentur à iuſtitia, & ita verè ſeruatur, & ſeruandum eſt vbique, quidquid dixerit Foller. *in Prax. crimin. verb. Foriudicentur numer.* 7. vt teſtantur Campan. & Orilla *d. reſolut.* 2. Cala *dict. quæſt.* 38. *numer.* 44. *& ſeqq* alijque plures ab iſtis relati, & ego teſtari poſſum in ſtatibus Sereniſs. Magni Ducis Etruriæ habito ſummo minoris ætatis, illius veritatem ex officio inquiri, eaque comperta à pœna ordinaria recedi, etiam contra contumaces, prout fieret contra præſentes, ſi qualitas delicti hoc admittat.

De modis autem probandi ætatem minorem, vel maiorem, licèt aliqui tenuerit maiorem præſumi niſi probetur minor, Maioran. *in Opoprax. crimin. cap.* 14. *numer.* 52. *& ſeqq. fol.* 96. vbi quòd probatur per librum Baptiſmi, ac fidem Parochi, per parentum teſtimonium, vel eorum librum, per partis confeſſionem, per nutricem, & compatrem, & ego plura dixi *in §. Aetas num.* 2. *& ſeqq.*

Atque ex omnibus prædictis videtur poſſe concludi in atrocioribus, & atrociſſimis delictis, parum, aut nihil prodeſſe minorem ætatem, ſtante dolo, & malitia delinquentis, ſine deceptione, vt eſt text. *in l. Impunitas* 7. *C. de pœnis*, per hæc præciſa verba, *impunitas delicti propter ætatem non datur, modo in ea quis ſit, in quam crimen, quod intenditur cadere poteſt, in l.* 1. *Cod. ſi aduerſus delictum*, vbi quòd minori per dolum delinquenti reſtitutio non datur, & *in l. excipiuntur ff. S. C. Syllan.* vbi nec impubesi (pubertati tamen proximo) necis domini participi, nec in vlla alia cauſa parcitur, ſed ſupplicio afficitur, ſi intelligat quid agat. Quid quidem text. eſt nimis capitalis, ſed videtur poſſe temperari per alium text. *iuncta gl. in l. auxilium* 38. *ff. de minor.* ibi, *In delictis autem minor* 25. *annis non meretur in integrum reſtitutionem vtique in atrocioribus, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit, & gloſ.* ibi, *atrocioribus* explicat, ideſt in prouenientibus ex animo, ſiue ſint priuata, ſiue publica, excepto adulterio in quo vti atrociſſimo nullo modo ſubuenitur minori, ſi illud fateatur, licèt hodie ex conſuetudine, ſiue potius corruptela minus puniantur, quoad omnes adulteria, quàm cætera delicti, vt dixi *in §. Adulterium.*

Minor delinquendo amittit fauorem ſuum, & ſic per 3
delictum alienat ſine ſolemnitatibus, & decreto, niſi alienatio eſſet prohibita à teſtatore fauore alterius, vt quia iuſſerit bona manere apud hæredes, Bart. *in l. ſi quis in tantam verſ. quæro an dominus Cod. vnde vi, & in l. ſi finita §. ſi vectigalibus ff. de damn. infect.* Atei. *conſ.* 14. cum alijs per Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 507. *& ſeqq. fol. mihi* 153.

Non tamen priuatur feudo, vel emphyteuſi alienando ſine conſenſu domini, vel ipſum dominum negando, niſi probetur de vera, & certa ſcientia, ac dolo negantis, Bald. *conſ.* 9. *lib.* 1. Montan. *loc. cit. numer.* 511. *& ſeqq.* vide Fulgin. *de iure emphyt. tit. de alienat. quæſt.* 1. *n.* 104. 171. *&* 182. *& ſeqq.*

Quòd autem minor priuetur ob non ſolutum canonem, licèt damnum repetat à tutore, vel curatore, qui neglexit ſoluere, *l. ſi tutoris ff. de adminiſtr. tut.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 101. *fol.* 124. & ibidem *numer.* 281. *fol.* 129. vide Corbul. & Fulgin. *loc. infra cit.* vbi an ſit in electione minoris agere ad intereſſe contra tutorem, ſiue curatorem, vel petere reſtitutionem in integrum, *infra nu.* 36. *in fine.*

Quòd imò nec propter canonem non ſolutum amittat emphyteuſim, & in omnem caſum habeat reſtitutionem in integrum, Magon. *deciſ. Flor.* 69. *numer.* 9. *verſ. & quatenus, & numer.* 11. *&c. & deciſ.* 70. *numer.* 17. *&c.* vide latè Odd. *de reſtitut. in integr. part.* 2. *quæſt.* 82. *& ſeqq.* Corbul. *de iur. emphyt. de cauſ. priuat. ob mendat. num.* 19. *de cauſ. priuat. ob non ſolutum canon. ampliat.* 27. *num.* 25. & alibi *prout in indice verb. Minor.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt.* 1. *num.* 182. *& ſeqq.* vbi vide.

Qualiter excuſetur à pœna fraudatæ gabellæ, vide *in §. Gabella nu.* 39.

Minor non ligatur ſtatuto, vel conſuetudine puniente 4
aliquod delictum, quòd à iure communi non reputatur delictum, & in omnem caſum non poteſt puniri pœna ordinaria, niſi conſulto Principe, Farinac. *quæſt.* 92. *num.* 108. *& numer.* 53. *&c.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 17. *num.* 1. *circa medium*, de quo tamen latè Hier. Cala *tractat. de reſtitut. in integr. deneg. quæſt.* 34. *per tot.* vbi contrarium probat in delictis, etiam extractionum, & alijs doloſè commiſſis, & dixi ſupra *ſub n.* 2. idem Cala *quæſt.* 37. *per tot. & q.* 38. *per tot. & quæſt.* 39.

Quòd regulariter minor non comprehendatur ſub ſtatuto generaliter loquente, & quando ſecùs, latè Tuſchus *litt. M. concl.* 265. *per tot.*

Quòd non comprehendatur ſub conſuetudine, vel ſtylo pœnali, & à iure exorbitante, Farinac. *dict. quæſt.* 92. *numer.* 142. *& ſeqq.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 156.

Minor 14. annis, & maximè infans non poteſt tor- 5
queri in ſe, nec in alios, ſi tamen fuerit proximus pubertati poteſt leniter terreri, & ferula, vel alio leuiori tormento cedi, Brun. *de indic. & tort. quæſt.* 4. *numer.* 16. Clar. *§. fin. quæſt.* 64. *verſ. quæro numquid*, Guaz. *deff.* 30. *cap.* 11. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 79. *numer.* 49. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *num.* 178. *& ſeqq. fol.* 388. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *nu.* 1. *&c.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Tortura reſolut.* 1. *num.* 2. *& ſeqq.*

In criminalibus autem non dicitur proximus pubertati, niſi quando ſex tantum menſibus ab illa diſtat, quidquid in ciuilibus dicatur ab anno decimo cum dimidio ſupra in maſculis, & in fœminis ab anno nono cum dimidio ſupra, Iaſ. *in Auth. Sacramenta puberum num.* 15. *C. ſi aduerſ. vendit. & in l. properandum §.* 2. *nu.* 2. *C. de iud.* Boniſac. *de furt. §.* 10. *num.* 133. *fol. mihi* 351. Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *reſolut.* 39.

Vel rectius de hoc ſtatur arbitrio iudicis, Farinac. *quæſt.* 92. *numer.* 12. Card. Tuſchus *littera B. concluſ.* 958. Montan. *de tut. cap.* 30. *numer.* 156. *fol.* 94. *in fine*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 57. *nu.* 10. *& per tot.* vide *in §. Pupillus nu.* 2. *§. Pubertas nu.* 3.

Minor 14. annis non poteſt eſſe teſtis in iudicio, cùm

non poſſit iurare, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 525. *in prin.* Montan. *de tut. cap.* 37. *num.* 47. *&* 48. *fol.* 182. *cap.* 5. *num.* 94. *fol.* 21. *& dict. cap.* 37. *reg.* 2. *numer.* 79. *fol.* 188. Farinac. *quæſt.* 58. *numer.* 9. *& ſeqq.* Guaz. *defenſ.* 30. *cap.* 11. *num.* 13. Caluin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 158. *num.* 37. Conciol. *reſolut. crim. verb. Minor reſolut.* 2. *nu.* 4. *& ſeqq.*

Quòd imò minor 20. annis non admittatur ad probandum in cauſis criminalibus, niſi quando aliæ probationes haberi non poſſunt actu, nec potentia, Diaz. *reg.* 465. *& reg.* 759. de quo vide latè Farinac. *quæſt.* 58. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 523. *&c. fol.* 331. dixi *in §. Iuramentum numer.* 53. *§. Pupillus numer. & in Pract. §. Pupilli numer.* 8 9. *&* 10. vbi quòd in praxi examinantur non ſolum minores 20. annis, ſed etiam pupilli, & pueri doli, ac rationi capaces, & cum iuramento, quia qui peccando poſſunt obligari Diabolo, ita iurando debent obligari Deo, & iudici de veritate dicenda, ad effectum tamen faciendi ſolummodò indicia, & præſumptiones, non autem plenas probationes, Capell. Tholoſan. *deciſ.* 238. Clar. *§. fin. quæſt.* 24. *numer.* 16. Farinac. *loc. ſupra cit.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Minore ſol.* 2. *per tot.* vbi varijs modis materiam declarat, adde Cabal. *deciſ.* 141. *per tot. lib.* 2. vbi qualiter impuberes doli capaces poſſint admitti ad iuramentum, & obligentur iuramento, ſecus autem ſi non ſint doli capaces.

7 Minor, & eo magis infans, impubes, & pupillus non poſſunt pro debito ciuili carcerari, & iurari ſuſpecti de fuga, Bart. & Bald. *in l. nam impuberes ff. de in ius voc.* Roman. *conſ.* 120. Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 128. Caccialup. *de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt.* 5. *numer.* 3. *& ſeqq.* Brun. *de Ceſſ. bon. quæſt.* 34. *quæſt.* 1. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 267. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 360. *num.* 24 *&* 25. vbi tamen ipſe contrariam ſequitur opinionem, Viui. *comm. opin.* 502.

Quid ſeruetur Florentiæ circa minores ſexdecim annorum dixi *in Pract. §. Debitors num.* 30.

Quòd ſi minor ex forma ſtatuti habeat liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, vt quia ſit mercator, vel alia de cauſa, tunc poſſit carcerari, ſi ſit doli capax pro pertinentibus ad artem ſuam, Caccialup. *d. quæſt.* 5. *num.* 7. Brun. *loc. cit. num.* 21. & dixi *in meis reſolut. cap.* 52. *nu.* 21. *& ſeqq.* vbi quòd idem eſt in minore repræſentato maiore in ætate 18. annorum, prout Florentiæ, & alia ad propoſitum.

Quòd quando minor eſt doli capax poſſit carcerari, & mulctari etiam in ciuilibus, & ex obligatione facta pro illius tutorem, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 360. *num.* 24. *&c.* vbi citat Bart. *tractat. de Carcer. verſ. quarto quæro colum.* 2. *in princ. num.* 7. *& alios*, quos ipſe ſequitur, quamuis alij plures vt ſupra contrarium teneant, fatentur tamen omnes, ſaltem competere reſtitutionem in integrum, ſi fuerit læſus.

8 Minor vt poſſit in integrum reſtitui debet tria probare, Caldas Pereyra *tract. de reſtit. in integr. per tot.* nempè minorem ætatem, læſionem, & quòd læſio proceſſerit ex dolo aduerſarij, vel nimia facilitate minoris, ſiue veriſimili ignorantia, etiam ceſſante dolo aduerſarij, cùm ex ſolo ipſo contractu minor non præſumatur læſus, niſi in certis caſibus, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 82. *nu.* 14. *& per tot. & præſumpt.* 84. latè Odd. *de reſtitut. in integr. quæſt.* 36. 37. 38. *&* 39. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 503. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1061. *per tot. & volum.* 3. *concluſ.* 1273. *& ſeqq.* Oſaſch. *deciſ.* 158. *num.* 9. *&* 13. vide *in §. Læſio numer. & §. Reſtitutio.*

Plura quando minor debeat in integrum reſtitui, vel non, & quomodo, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 119. *cum pluribus ſeqq. volum.* 2. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 135. vbi etiam quòd Doctor non reſtituitur propter præſumptam peritiam, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 23. *per tot.* vbi quando, & quomodo reſtituatur aduerſus propriam confeſſionem, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, de quo plura Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 2. *per tot.*

In practica, & de conſuetudine ſeruari, minorem reſtitui ſolum propter ætatem etiam non docto de læſione, Ioſeph. Ludouiſ. *concluſ.* 49. Quòd tamen non eſſe totum, licèt ſufficiat probare, quòd non expediebat alienare, iuncto dolo aduerſarij, vel ſui facilitate, Gratian. *deciſ.* 130. *num.* 16. *&c. & deciſ.* 196. *num.* 17. vide alios ſupracitatos.

Quòd minor non reſtituatur ſine cauſa, latè Tuſch. *litt. M. concl.* 299. *per tot.*

An autem minor reſtituatur contra alium minorem, idem Gratian. *deciſ.* 196. *nu.* 18. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 18. *art.* 5. *per tot. & in loc. ſupra cit.* vide *§. Priuilegium n.* 9. *& §. Reſtitutio num.* 38.

An, & quando poſſit reſtitui aduerſus contractum non proprio, ſed alieno nomine celebratum, Galoan. *conſ.* 41. *per tot.* vbi quòd reſtituitur ſi ex eo damnum aliquod ſibi in futurum reſultare poſſit.

An ſi minor non poſſit ſine magnis expenſis coram iudice obtinere reſtitutionem in integrum contra læſorem, poſſit in conſcientia vti occulta recompenſatione, Dian. *part.* 11. *tractat.* 4. *reſolut.* 23. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & affirmatiuam probat, facit quod dixi *in §. Creditor numer.* 23. *& §. Compenſatio numer.* 26. *&c.*

9 Minor reſtituitur in integrum aduerſus venditionem factam de domo paterna, propter affectionem, quam in ea præſumitur habere, licèt aliter non eſſet læſus, *l. ſi emptionem, ff. de minor.* Tiraquel. *de retract. in præfat. numer.* 34. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 26. *num.* 25. Ger. Spin. *conſ.* 11. *numer.* 64. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 83. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 424. *& ſeqq. fol.* 149.

Multa in contrarium adducit Gratian. *diſcept. for. c.* 766. *nu.* 75. *&c.* vbi etiam quòd in omnem caſum deberet probare prouenire ab vltra iritatio.

10 Minor emens molendinum reſtituitur in integrum, & quare, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 564. *numer.* 2. *&c.*

Quando minor pluris emens, vel minus vendens debeat in integrum reſtitui, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 125. *nu.* 7. *& ſeqq. vol.* 2.

11 Minor virtute iuramenti habetur pro maiore, non tamen excluditur à remedio, *l.* 2. *Cod. de reſ. cod. vendit.* & an tunc poſſit in integrum reſtitui, vide Felic. *de Societ. cap.* 5. *num.* 24. *& num.* 48. *&c.* Pract. Papp. *for. reſtitut. in integr. gloſ. tunc tantum*, Euerard. *à vi iuram. num.* 2. *&* 36. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 27. *numer.* 27. *cap.* 233. *num.* 25. *&c.* latè Hier. Cala *tractat. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 16. Montan. *de tut. cap.* 33. *numer.* 575. *& ſeqq. ad* 610. *fol.* 156. vide *in §. Iuramentum num.* 27. *& §. Statutum num. infra num.* 38. Tuſch. *litt. M. concl.* 260. vbi an, & quando reſtituatur aduerſus contractum iuratum, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 225. *&* 226. *vol.* 5. vbi etiam an reſtituatur aduerſus iuramentum iudiciale à ſe alteri delatum, vide *in §. Iuramentum num.* 10. *§. Remedium num.* 37.

Vbi quod operetur iuramentum minoris in contractibus, & an reſtituatur aduerſus iuramentum, & alia, Caldas Pereyr. *d. tract. de reſtit. in integr. verb. Minoribus num.* 2. *& ſeqq. fol.* 193.

Qualiter debeat certiorari, vt renonciando ſuis priuilegijs ſibi præiudicet, Tuſch. *littera M. concluſ.* 246. *per tot.*

12 Minor qualiter poſſit adire hæreditatem ſibi delatam, & læſus ex additione, in integrum reſtitui, Marant. *in repet. l. ſi poteſt num.* 153. *ff. de acquir. hæredit.* vide *in §. Reſtitutio num.* 22. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 127. *&* 128. *vol.* 2. vbi qualiter ſit reſtituendus aduerſus additionem hæreditatis damnoſæ, vel omiſſionem lucroſæ, *& deciſ.* 180. *vol.* 5. latè Ludouiſ. *deciſ.* 181. vbi quòd reſtituitur quando hæreditas eſt damnoſa, vel litibus implicita, non ſuffragante inuentario, neque quòd poſſit agere contra tutorem, cuius auctoritate adiuit, & alia.

Qualiter maior factus dicatur additionem ratificare, ita vt non poſſit amplius agere ad damna, & intereſſe contra tutorem, qui adiuit ſine beneficio legis, & inuentarij, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 711. *num.* 54. *&c.*

Quando minor factus maior, tacendo per decennium excludatur à reſtitutione in integrum, Capyc. *dec.* 92. *per tot. infra num.* 22.

13 Minor factus maior quando per taciturnitatem dicatur approbare contractum alias nullum, vide Odd. *in l. fin. Cod. ſi minor. fact.* Merlin. *deciſ.* 535. *numer.* 6. *& ſeqq. & num.* 16. *& ſeqq. per tot. deciſ.* 646. *numer.* 13. *&c.* Ricc. *Collect.* 264. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 262. *numer.* 14. *& ſeqq. & part.* 10. *deciſ.* 80. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam quid dicen-

Digitized by Google

dicendum in foro conſcientiæ, vide *in §. Contractus num.* 11. *& 15. & in §. Ratificatio num.* 12. Gratian. *deciſ.* 102. *numer.* 12. *&c.* vbi quod non procedit de iure canonico, cui ſtandum eſt propter malam fidem contrahentis cum minore, vide *in §. Ratificatio num.* 12. Tuſch. *lit. M. concl.* 254. *per tot.* vbi qualiter contractus minoris nullus conualidetur.

Quòd minor factus maior ex quinquennio cenſeatur ratificaſſe alienationem nulliter factam in minori ætate; intelligendo de nullitate reſpectu alicuius ſolemnitatis, ſecùs ſi ex defectu legitimæ cauſæ, & alia, Merlin. *deciſ.* 444. *num.* 13. *&c. deciſ.* 646. *num.* 13. *& ſeqq.* Vrceol. *conſult.* 44. *nu.* 22. *&c. cum Addit. in fine vol.* 2. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 35. *num.* 17. *&* 18. vbi etiam de ſcientia neceſſaria, ex cuius defectu non impeditur venire contra contractum nullum ex omiſſione formæ à ſtatuto inductæ, etiam poſt quinquennium, & alia plura pro nullitate alienationis ex defectu cauſæ, & ſolemnitatum, Rot *part.* 18. *recent. deciſ.* 447. *per tot.* vbi etiam qualiter maior ratione communionis cauſæ iuuetur beneficio minoris.

Quòd minori datus ſit à iure terminus annorum quinque poſtquam factus eſt maior ad reclamandum in contractibus oneroſis, & correſpectiuis, & in lucratiuis decem, per text. *in l. fin. §.* 1. *& ſeqq. C. ſi maior. fact.* Odd *de reſtitut. in integr. part.* 1. *quaſt.* 25. *art.* 5. *num.* 44. *& ſeqq.* Rot. *in Bonon. ſeparationis bonorum* 15. *Martij* 1675. *coram Vicecomite*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 75. *num.* 10.

Quòd non reſtituatur in integrum minor, ſi maior factus ratum habuit id, quod in minori ætate geſtum fuit, & ex quibus inducatur, vel non huiuſmodi ratihabitio, *l.* 1. *&* 2. *C. ſi maior. fact.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 133. *vol.* 2. *& dec.* 180. *per tot. vol.* 3.

14 Minor iurans ſe maiorem eſſe, ratione mendacij priuatur reſtitutione in integrum, *l.* 2. *&* 3. *C. ſi minor ſe maior. dix.* Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 6. *cap.* 3. *numer.* 144. latè Tuſch. *littera M. concluſ.* 243. *per tot.* Mynſing. *cent.* 4. *obſeruat.* 20. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 21. *num.* 3. *&c. volum.* 2. *& deciſ.* 131. *per tot. d. volum.* 2. vbi etiam quid ſi dolo aduerſarij maiorem ſe dixerit, & tunc concedendam eſſe reſtitutionem, prout ferè ſemper etiam non obſtante iuramento ad tradita per DD. citatos, vide *in §. Reſtitutio num.* 18. Chriſtin. *deciſ.* 225. *&* 226. *vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 19. *art.* 22. Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quaſt.* 16.

Poteſt tamen dicere de nullitate ob non ſeruatam formam ſtatuti, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 576. *numer.* 39. *&c. deciſ.* 234. *num.* 15. *&c.* Dutan. *deciſ.* 18. *numer.* 32. *&c.* Martha *vot. Piſ.* 140. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 74. *&c.* vbi ampliat idem eſſe in eo, qui veniam ætatis impetrauit, *fol.* 136. *& num.* 575. *fol.* 155. vide *in §. Nullitas num.* *infra à numer.* 38. Franciſc. de Angelis *dict. quaſt.* 16. *per tot.* vbi etiam quòd per dictum mendacium, & periurium non poſſunt in foro criminali moleſtari de periurio, vel ſtellionatu, & quare, ad tradita per Merlin. *deciſ.* 155. *num.* 6. & poſt Zacch. *de obligat. Camer. deciſ.* 182.

15 Minor non reſtituitur aduerſus præſcriptionem conuentionalem, vide *in §. Reſtitutio num.* 15. *& §. Venditio num.* 56. Tiraquel. *de retract. conuent. §.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 16. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 31. *n.* 21. *&c.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 63. *nu.* 18. *&c.*

Non etiam reſtituitur re non integra, & vbi tractaret de lucro captando, Altograd. *conſil.* 85. *numer.* 45. *lib.* 1.

Item non reſtituitur ob damnum ſibi obuentum caſu fortuito, vel per iudicium ſortis, ſiue per contractum, ex quo poſſit reſultare damnum, & lucrum, *l. verum §. Secundum ff. de minor.* latè Felic. *de ſociet. cap.* 5. *num.* 34. *&c.* vbi allegat Odd. *de reſtitut. in integr. & alios*, vide *in §. Laſio num.*

Quid ſi ſit Doctor, vide *in §. Doctor nu.* 8.

Quòd minor non reſtituatur quando poteſt releuari à procuratore ſuo, vel miniſtro, & quando ſecùs, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 258. *& ſeqq.* vbi ponit alios caſus, in quibus ceſſat reſtitutio, vide *tot. tit. C. in quibus caſ. reſtit. neceſſ. non eſt, cum ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 129. *& ſeqq. vol.* 2. vbi quòd non reſtituitur quando tutus eſt alio remedio, & alia.

16 Minor reſtituitur aduerſus ſententiam contra ſe latam in Saluiano, ſi probet læſionem, non tamen ſufficit allegare ſolam ſententiam, cùm potuerit eſſe iuſta, Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quaſt.* 14. *per tot.* vide *in §. Reſtitutio num.*

An autem tunc teneatur aduerſario expenſas reſtituere, vide hinc indè Theſ. *deciſ.* 9. *per tot.* vbi videtur tenere, quòd non; facit quòd dixi *in §. Contumacia num.* 4. *& §. Reſtitutio num.* *infra nu.* 46.

Qualiter reſtituatur aduerſus negationem factam, ad effectum euitandi augumentum pœnæ ob negationem, & fruendi beneficio confeſſionis, ſi poſteà velit confiteri, Gratian. *diſcept. for. cap.* 109. *num.* 48. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 126. *vol.* 2.

An reſtituatur aduerſus ſententiam ex ſcripturis nouiter repertis, latè Hieron. Cala *tractat. de reſtitut. in integr. denegan. quaſt.* 40. *per tot.* vide *in §. Sententia num.* 31.

Minor reſtituitur in integrum aduerſus ſolutionem 17
ſibi factam, quando pecunia non fuit in eius vtilitatem verſa, ſed in malos vſus expendita, quòd intellige quando emptor fuit in aliqua culpa non ſoluendo cum omni iuridica ſolemnitate, aliàs ex caſu, vel culpa alterius non datur reſtitutio contra ſoluentem, Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 15. *&* 16. vide *in §. Debitor num.* *& §. Solutio num.* *& in meis reſolut. cap.* 98. *num.* 15. *&* 16. Odd. *de reſtitut. part.* 2. *quaſt.* 52. *art.* 1. 2. *&* 3. *per tot.*

Nec habet huiuſmodi reſtitutionem ſtante iuramento, niſi interuenerit dolus aduerſarij, idem Simoncel. *loc. cit. num.* 8.

Quod non poſſit annuos cenſus, & reſponſiones recipere ſine ſolemnitatibus, ita vt debitor illi ſoluens non liberetur, niſi pecunia exter, ſiue verſa ſit in minoris vtilitatem, *§. at ex contrario Inſtit. quibus alien. lic. vel non*, Cenc. *de Cenſ. q.* 69. *n.* 1. *& ſeqq. ad* 10.

Minor qualiter poſſit ſuper bonis ſuis cenſum imponere, 18
Cenc. *de Cenſ. quaſt.* 15. *per tot.* vbi vide, *& in §. Impoſitio nu.* plenè Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de cenſ. q.* 30. *per tot. fol.* 312. *& ſeqq.*

Quòd non poſſit vendere, vel aliter diſtrahere cenſus, ſiue annuos redditus ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione aliarum rerum immobilium, Cenc. *d. tractat. quaſt.* 30. *num.* 16. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 123. *fol.* 138.

Poteſt tamen ſine ſolemnitatibus extinguere cenſum per receptionem ſortis principalis, cùm extinctio ſit actus neceſſarius, Cenc. *d. tractat. quaſt.* 20. *num.* 18.

Requiritur tamen tutoris auctoritas, plenè idem Cenc. *quaſt.* 109. vide *in §. Decretum num.* *& §. Solutio num.*

Minori non currit præſcriptio, & cœpta dormit, inci- 19
piendo tantùm currere adueniente maiori ætate, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 78. *num.* 46. Guid. Papp. *quaſt.* 31. *numer.* 3. Balb. *de praſcript. part.* 1. 6. *part. prin. numer.* 33. Diaz. *reg.* 466. *cum duabus ſeqq.* vide *in §. Praſcriptio nu.* 30. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 126. *vol.* 2. vbi etiam qualiter reſtituatur in integrum, & loquitur præcipuè de præſcriptione ſtatutaria.

Minor fideiubendo ſine iuramento non obligatur, ſecùs 20
autem ſi cum iuramento promittat, niſi dolo malo, conſilio, & ſuaſionibus creditoris enormiſſimè lædatur fideiubendo pro paupere, & inope, Mantic. *de tacit. & ambigu. part.* 2. *lib.* 16. cum alijs per Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 11. *& ſect.* 8. *cap.* 15. *per tot.* Grat. *diſcept. for. cap.* 233. *num.* 28. *& cap.* 513. *per tot.* vbi pro nullitate concludit, cùm fideiubere ſit perdere, & malè vti ſubſtantia ſua, vide *in §. Filius num.* 54. Peregrin. *deciſ. Pat.* 8. *per tot.* vbi refert bis fuiſſe iudicatum pro minore non obſtante iuramento, & alijs, de quibus in deciſione, & Martha *vot. Piſ.* 25. *per tot.* vbi pariter pro minore non obſtante iuramento, Andreol. *contron.* 201. *&* 202.

Quòd minor non poſſit fideiubere, nec ſe obligare tam de iure communi, quàm municipali, non ſeruatis ſolemnitatibus, ita vt cum actus peccet in forma, nec ciuiliter, nec naturaliter remaneat obligatus, non obſtante iuramento, quòd præſumitur dolo, & fraude extortum, cùm minor eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, præſumatur etiam inductus ad iurandum, licèt fuerit aſſumptus ad officium Abundantiarij, ad quod de iure eligi

Digitized by Google

non poterat, & alia ad rem, Rot. *in Eugubina Cenſus 11. Ianuarij 1677. coram Albergato*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 90. per tot.*

Valeret tamen fideiuſſio, quando fideiuberet reciprocè pro aliquo, qui etiam pro illo promittit, Gratian. *diſcept. for. cap. 55. in fine.*

Sicut etiam valeret, ſi promitteret cum auctoritate curatoris, vel ſe geſſerit pro maiore, vel cum iuramento, vel in rem ſuam, vide Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 8. cap. 15. per tot.* latè Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 406. vbi pro validitate adhibitis ſolemnitatibus ſtatuti.

Qualiter autem minor reſtituatur in integrum aduerſus fideiuſſionem pro extraneo factam, etiamſi principalis debitor ſit ſoluendo, cùm ſua interſit potiùs non ſoluere, quàm ſolutum repetere, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 122. num. 3. &c. vol. 2.* Martha *vot. Piſ. 25. per tot.* Non tamen reſtituitur ſi fideiuſſerit pro patre excarcerando, vel ne ducatur ad carceres, & eſt valida obligatio, cùm tunc faciat actum laudabilem, & pium, vt latè probat Ludouiſ. *deciſ.* 120. & dixi *in §. Filius nu.* 54.

Quòd minor non dicatur læſus ex fideiuſſione, nec reſtituatur in integrum ſtante iuramento, & modica læſione, quando à debitore poteſt ſeruari indemnis, ne cogatur vendere proprium, & alia pro validitate fideiuſſionis minoris, Hier. Cala *tract. de reſtitut. in integr. minor. deneg. quæſt. 8. per tot.*

21 Minor non poteſt donare, Hermoſil. *ad l. partit. tom. 1. tit. 4. gloſ. 5. l. 1. fol.* 269. Andreol. *contron.* 399. *&* 400. *per tot.* etiam cum auctoritate tutoris, vel curatoris, decreto iudicis, & iuramento, cùm impoſſibile ſit de iure habere curatorem ad donandum, decretum debeat eſſe cum cauſæ cognitione, & iuramentum præſumatur dolo, & metu extortum, latè Gratian. *diſceptat. foren. cap. 233. per tot. cap. 750. num. 14. &c. cap. 464. numer. 12. &c. cap. 975. numer.* 28. Martha *vot. Piſ. 77. numer. 7. & ſeqq.* Caualer. *deciſ. 257. 268. & 393. per tot.* Card. Tuſch. *littera M. concluſ. 247. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 125. num. 14. &c. volum. 2.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 262. num. 20. &c.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 281. & deciſ. 289. & part. 18. deciſ. 306. per tot.* vbi plenè pro nullitate, *& part. 19. deciſ. 371. per tot.* vbi maximè per reſtitutionem in integrum, & ſi ſit clericus, ac donauerit bona patrimonij ſine licentia Epiſcopi, latè Montan. *de tut. cap. 33. num. 315. &c. ad 341. fol. 45. cap. 30. num. 77. &c. fol.* 90. vbi limitat in pupillo, vel minore ditiſſimo donante quid modicum, *& cap. 32. reg. 9. num. 133. &c. fol.* 125. plenè Odd. *de reſtitut. in integr. part. 2. quæſt. 58. per tot.* vbi per articulus octo examinat, quando minor poſſit validè donare, vel non, & quomodo reſtituatur aduerſus donationem validè factam.

Quòd poſſit donare cum iuramento, vide Theſ. *deciſ. 66. per tot.* intelligendo, vt per Caualer. *deciſ. 257. per tot. & deciſ. 479. num.* 3. Ludouiſ. *deciſ. 391. per tot. cum Annot.* vbi plures allegat pro validitate, & videtur admittere idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 827. nu. 10. &c. cap. 233. num. 25. &c.* facit quòd dixi *in §. Donatio num.* vide *in §. Iuramentum num.* Dian. *reſol. moral. part. 8. tract. 6. reſolut. 4. per tot.* vbi diſtinguit in minore habente curatorem, vel non habente, & inter res mobiles, vel immobiles, & quid in foro conſcientiæ, idem Dian. *d. tract. reſol. 71. per tot.* vbi an poſſit donare cauſa mortis, & affirmatiuè concludit, cùm & teſtari poſſit.

Quòd minor poſſit ſine ſolemnitatibus, & decreto donare illi, à quo prius eamdem rem ex donatione acceperat, cùm tunc plus fauoris habeat, quàm ſi donaret alteri, vel de alijs bonis, Caſtr. *conſ. 171. lib. 2.* licèt contrarium teneat Iaſ. *in l. cum filiofamil. ff. de leg. primo*, quos non ſe declarans refert Montan. *de tut. cap. 33. num. 622. fol.* 157. facit quod dixi *in §. Statutum requireas num.*

Item ex cauſa remunerationis, Viui. *comm. opin. 222. per tot.* dixi *in §. Donatio num.* 25.

Quando minor, vel eius tutor non potuit ſine dedecore abſtinere à donando, valet donatio; imò ad euitandum dedecus poſſunt recipi pecuniæ ſub vſuris, Menoch. *de arbitr. caſ. 173. numer.* 5. Paul. Chriſtin. *dict. deciſ. 125. num. 14. &c.* Aret. *conſ. 14. numer.* 13. Bart. *in l. tutor §. vlt. ff. de admin. tut.* Ruin. *conſ. 63. numer. 14. & conſ. 43. num. 6. lib.* 1. Dian. *part. 8. tractat. 6. reſolut.* 6. vbi etiam quòd in caſibus, in quibus non poteſt donare, non tenetur donatarius accepta reſtituere, niſi repetantur in iudicio à curatoribus, vel ab ipſo donatore per reſtitutionem in integrum.

Quòd poſſit donare ob merita donatarij, & ſuſtineatur donatio etiam ſine ſolemnitatibus pro meritorum menſura, & dummodò merita probentur aliundè quàm ex ſimplici minoris aſſertione, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 18. per tot.*

Minor ſoluens, vel ſolutionem recipiens videtur approbare contractum, vide Maur. *tractat. de ſolut. cap. 24. in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 488. numer. 8. &c. cap. 716. num. 16. cap. 823. num. 27. &c. cap. 879. num. 17. ſupra num.* 12. 22

Qualiter inducatur ratificatio in minore, latè Montan. *de tut. cap. 33. numer. 516. & ſeqq. ad 572. fol. 153 &c.* vide *in §. Ratificatio numer.* *§. Geminatio numer.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 254. per tot.* vbi plura qualiter contractus minoris nullus conualidetur, vel non, ſupra *num.* 13.

Minor habens curatorem, æquiparatur pupillo, & ſine curatore non poteſt tacitè, nec expreſsè ſocietatem contrahere, vel aliter ſe obligare, ſecùs autem ſi curatorem non habeat, niſi vellet ſocietatem inire, vel aliter ſe obligare ſuper rebus, in quarum alienatione, nam tunc illud eſſet adhibendum, aliàs non obligaretur, Felic. *de ſociet. cap. 5. num.* 2. latè Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 15. per tot.* vbi in aliquibus recedit ab opinione Felic. *loc. cit.* vide Montan. *de tut. cap. 37. n. 62. & ſeqq. ad 83. fol.* 188. vide *in §. Pupillus n.* 3. vbi an, & quando debeat interuenire contractui. 23

An minor 25. annis curatorem habens poſſit ſine eius conſenſu obligari, negatiuam ſententiam probat etiam Dian. *part. 8. tract. 7. reſolut. 20. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 164. nu.* 3.

Affirmatiuam verò tuentur Cuiac. *lib. 19. obſeruat. cap.* 33. Fachin. *lib. 3. contron.* 9. Faber. *de error. pragmat. Decad. 6. err.* 9. vide Dian. *part. 11. tractat. 7. reſol. 40. per tot.*

Minor licèt careat curatore, non poteſt immobilia, vel mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt alienare ſine decreto, *l. lex quæ tutores C. de admin. tut.* Felic. *de ſociet. cap. 5. & 12.* Menoch. *de arbitr. caſ. 171. per tot.* latè Tuſch. *litt. M. concl. 249. per tot.* 24

Plura requiſita neceſſaria in alienatione bonorum immobilium minoris enumerat, & declarat Tuſch. *loc. cit. concluſ. 268. per tot.* dixi *in §. Alienatio num. 19. &c.* latè Rot. *in Bononien. nullitatis contractuum Lunæ 13. Iunij 1672. coram Matthæo*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 35. per tot.* vbi de cauſa, & eius cognitione, vrgentia creditorum, iudicis decreto, & interuentu proximiorum ad formam ſtatuti, quod venit ampliatiuè ſeruandum vltra aliàs ſolemnitates à iure communi inductas, quæ nec per quodcumque iuramentum geminatum ſuppleri poſſunt, & quare, ac alia plura ad rem pro nullitate, Rot. *part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 42. per tot. & deciſ. 447. per tot.* vbi qualiter etiam maior ratione communionis cauſæ iuuetur beneficio minoris, *& part. 15. deciſ. 293. part. 16. deciſ. 206. & part. 17. deciſ.* 352. in quibus plenè pro nullitate ex defectu cauſæ, & ſolemnitatum, de quibus etiam Ganauet. *conſ. 6. per tot.* Merlin. *contr. for. cap. 73. & ſeqq.*

Quid ſi alienaret de mandato, & conſenſu teſtatoris, Montan. *de tut. cap. 33. n. 427. fol.* 149. dixi *in §. Alienatio nu.* 18. *§. Licentia num.*

Quod in venditione bonorum minoris requiratur cauſa neceſſitatis, & an ſufficiat vtilitas, latè Tuſch. *litt. M. concluſ. 271. per tot. infra numer. 28. & in §. Alienatio num. 19. & ſeqq.* vbi an, quando, & ex qua cauſa minor alienare poſſit, vel non, & adde Rot. *part. 15. recent. deciſ. 107. & 213. part. 17. deciſ. 364. & part. 18. deciſ. 253. & 289. per tot.*

Quòd minor deſcriptus in Albo mercatorum, poſſit ex cauſa mercaturæ obligare immobilia ſine decreto, & non reſtituatur in integrum, Felic. *de ſociet. cap. 5. num. 6. &c. & nu. 44. &c.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ. 7. in Addit. numer.* 311. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 279. num. 46. &c.* vide *in §. Filius num.*

Quando minor poſſit ſine curatore contrahere, & obligare, vel non, latè Tuſch. *litt. M. concluſ. 252. & ſeqq.* vide *in §. Alienatio num.*

Quòd non poſſit conſtituere procuratorem ſine auctoritate curatoris, vel decreto iudicis, *l. neque §. Pupillus*,

& l.

& l. non, & minus, C. de procur. Seraph. deciſ. 1259. num. 2. Gregor. deciſ. 373. num. 1. Rot. part. 13. recent. deciſ. 192. num. 4. &c.

Quòd minor poſſit validè ſine alijs ſolemnitatibus procuratorem conſtituere, promittendo de rato cum iuramento, quod illum repræſentat maiorem, vel ſi agatur in iudicio poſſeſſorio, in quo poteſt minor ſiſtere abſque ſolemnitatibus, & ita etiam procuratorem conſtituere, Rota part. 14. recent. deciſ. 341. num. 4.

25 Minor per viam vltimæ voluntatis, non ſolùm poteſt per ſeipſum alienare, ſed alijs poteſtatem alienandi concedere, ſi ſit talis, qui poſſit teſtari, vide latè Montan. de tut. cap. 33. num. 340. & ſeqq. fol. 149. & num. 462. & ſeqq. & cap. 37. reg. 2. num. 69. & ſeqq. fol. 188. vide in § Filius num. & §. Inſtitutio num. 17. vbi qualiter non poſſint inſtituere tutorem, vel curatorem, Paul. Chriſtin. deciſ. 4. num. 9. vol. 4. vbi contra quoad vltimum dictum.

26 Minor repræſentatus maior in ætate 18. annorum à ſtatuto, prout Florentiæ, poteſt bona ſine aliquo iudicis decreto alienare, nec ex aliquo contractu reſtituitur in integrum, Felic. de ſociet. cap. 5. num. 16. &c. num. 47. &c. Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 47. num. 5. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 233. num. 11. &c. vide Taraquel. de Nobilit. cap. 20. num. 41. & ſeqq. Montan. de tut. cap. 33. num. 618. fol. 157. & dixi latius in §. Statutum generale num. 46. vbi vide, & in Pract. §. Pupillus num. 2. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 132. num. 16. vol. 4. vbi quoad reſtitutionem in integrum refert plures contrarium tenentes, & quid ſi veniam ætatis impetrauerit, Hieron. Cala tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt. 23. per tot. vbi quod etiam Neapoli minor ætas reducta eſt ad 18. annos.

27 Minor carens curatore ſi veniam ætatis impetrauerit, non poteſt ſine decreto alienare, ſed tantùm ſibi denegatur reſtitutio in integrum, in quibus non requiritur decretum, & hoc operatur veniam ætatis, l. 1. & l. eos, C. de his, qui ven. ætat. impet. Felic. de ſociet. cap. 5. num. 15. & num. 43. &c. Montan. de tut. cap. 33. num. 76. &c. fol. 136. Et de effectibus huiuſmodi veniæ ætatis, latè idem Montan. cap. 37. reg. 2. num. 36. & ſeqq. ad 62. fol. 187. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 132. per tot. vol. 2. & ad leg. Munic. p. tit. 19. art. 28.

Qualiter minor ſecundùm ius commune, & maior ſecundum ius municipale diſpenſatos ad ſacros ordines, poſſit etiam contrahere, & ſe obligare, Thom. Triuiſ. deciſ. 60. lib. 1.

28 Minor non poteſt ſine decreto alienare fundum ſterilem, vt fertilem, & bonum emat, & ſic ratione maioris vtilitatis futuræ, ita vt nec ſufficiat euidens vtilitas pupilli, vel minoris, imò nec iudex debet huiuſmodi decretum interponere, cùm non habeat liberum arbitrium, vt alienare concedat, ſed tantùm vbi æs alienum imminet, & vrget, l. ob æs alienum, C. de præd. minor. Afflict. deciſ. 87. Capyc. deciſ. 113. cum alijs per Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 60. &c. latè Tuſch. littera M. concluſ. 231. num. 15. & ſeqq. per tot. vide in §. Alienatio num. 23.

Poteſt tamen alienare ſtabilia, quæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, & validè, etiam ſine ſolemnitatibus, Cyriac. deciſ. 113. num. 8. & 10. in fine, Surd. dec. 278. num. 23. cum Hodier. num. 28. Merlin. deciſ. 467. num. 3. Maſtril. deciſ. 13. num. 9. & 10. Ciarlin. controu. 196. num. 15. cum alijs, quos refert, & ſequitur Ioann. Paul. Mellij obſeruat. 47. num. 12.

29 Minor offerens venditioni ſub haſta, ſi ei tamquam plus offerenti fuerint bona deliberata, non remanet obligatus, neo poteſt compelli ad illa recipiendum, & pretium ſoluendum, cùm non obligetur ſine certis ſolemnitatibus, Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 7. in Addit. num. 314. &c. Poſt. de ſubhaſt. Inſpect. 34. num. 127. vide in §. Subhaſtatio num...

30 Minor non poteſt deuenire ad diuiſionem, cùm diuiſio ſit alienatio, DD. in l. iubemus, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Michalor. de fratr. part. 2. cap. 43. num. 14. &c. part. 3. cap. 41. §. Diuiſio num. 5. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. cap. 28. per tot.

Niſi frater maior eſſet riſoſus, & dilapidaret bona communia, vel niſi minor ſit prouocatus, & ſibi ſit vtilis diuiſio, vel niſi reputetur maior a ſtatuto, vel agatur de fructibus diuidendis, Rom. conſ. 106. num. 4. Michalor. dict. part. 3. cap. 38. per tot. Montan. de tut. cap. 33. num. 189. & ſeqq. fol. 141. Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 34. & ſeqq. Socin. regul. 409. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 177. num. 4. &c. vol. 3.

Quando autem ſit facienda diuiſio, an & vt maior diuidat, & minor eligat, vel per ſortes, ſiue officio iudicis, dixi §. Diuiſio num. 5. Hier. Cala tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt. 45. per tot. vbi quod debet iuxta Sacram Scripturam maior diuidere, & minor eligere, & aduerſus huiuſmodi diuiſionem, vel electionem detur reſtitutio in integrum, & alia.

31 Minor non poteſt tranſigere ſine decreto, & iuſta cauſa, quando ipſe poſſidet, ſecus ſi non ipſe, ſed aduerſarius poſſideat, Menoch. de arbitr. d. caſ. 171. num. 40. & ſeqq. & num. 74. &c. latè Montan. de tut. d. cap. 33. num. 239. & ſeqq. ad 315. fol. 143. &c. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 476. num. 16. &c. cap. 949. num. 1. vide in §. Tranſactio num. 3. Paul. Chriſtin. deciſ. 177. num. 5. vol. 3. Vrceol. de tranſact. quæſt. 11. num. 8. & ſeqq. vbi pluribus modis declarat, vt ſcilicet poſſit tranſigere cum ſolemnitatibus ſtatutarijs, vel in executionem voluntatis teſtatoris, vel patris, vel ſi veniam ætatis impetrauerit, vel ſi faciat meliorem conditionem ſuam, vel propter pacem, vel per ratificationem, &c. latè idem Vrceol. d. tract. quæſt. 22. per tot. vbi quando minor poſſit tranſigere, & teneatur adhibere ſolemnitates ſtatutarias, vel non; & an poſſit petere reſtitutionem in integrum aduerſus concordiam ommiſſam, ſi poſtea in progreſſu litis habuerit ſententiam contrariam, ex qua probatur læſio, eo quia apparet vtilius fuiſſe acceptare concordiam, & refert Bart. in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor. alioſque plures eius ſequaces pro reſtitutione in integrum, ſed ipſe contrarium verius oſtendit, & ſequitur duplici ratione nu. 33. & ſeqq. & quæſt. 88. num. 24. & quæſt. 95. per tot. vbi plura quando poſſit in integrum reſtitui, Rot. part. 18. recent. deciſ. 547. & 263. vbi plura pro nullitate tranſactionis ſine ſolemnitatibus Statuti Bononiæ factæ.

An autem poſſit compromittere ſine ſolemnitatibus, & quid ſtante ſtatuto, vide §. Compromiſſum num. 14. & §. Statutum num. 9. latè Tuſc. litt. M. concl. 150. per tot. Merlin. deciſ. 205. per tot. vbi quòd ſunt neceſſariæ ſolemnitates, alias compromiſſum, & laudum eſt nullum, neque meretur executionem.

32 Minor non poteſt ſine debitis ſolemnitatibus, & decreto hypothecare bona propria, nec ea, quæ emit, & pretium non ſoluit ad fauorem venditoris donec ſoluat, licèt fuerint vendita cum hoc pacto, & reſeruatione, l. 1. §. Si minor, ff. de reb. eor. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 242. per tot. Montan. de tut. cap. 33. num. 182. & ſeqq. fol. 141. Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæſt. 39. per tot. & d. lib. 2. quæſt. 77. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 31. vbi ampliat etiam ſi incontinenti eſſet pactum huiuſmodi adiectum, & ſiue minor per ſe contraxerit, vel eius nomine tutor, vel curator.

Quòd imò quodcumque pactum dominij reſolutiuum in ipſo actu acquiſitionis appoſitum per minorem, vel Eccleſiam ſit validum ſine ſolemnitatibus, ſi ex interuallo latè tuetur ſatisfaciendo contrarijs, Olea de ceſſ. iur. tit. 2. quæſt. 2. per tot.

An autem minor poſſit incontinenti in emptione per eum facta apponere pactum de retrouendendo ad fauorem venditoris, vide in §. Pactum num. 43.

An accipiendo in emphyteuſim poſſit obligari ad libellum, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 242. num. 20. &c.

33 Minor non poteſt ſine ſolemnitatibus locare ad longum tempus, vide §. Locatio num.

Nec in emphyteuſim dare, Montan. de tut. cap. 33. num. 419. fol. 148. &c.

Nec dotem conſtituere ad effectum vt maritus ex diſpoſitione ſtatuti illam lucretur, vide in §. Mulier num. & §. Statutum de lucro num. Tuſch. littera M. concl. 248. per tot.

Nec ad pias cauſas alienare, Montan. d. cap. 33. num. 421. & num. 319. &c. de quo tamen vide in §. Statutum requirens num. vbi contra.

Quòd pro redemptione captiuorum poſſit etiam immobilia ſine decreto alienare, Addit. ad Oinot. in §. alia autem num. 27. littera C. Inſtitut. de donat. vide in §. Filius num.

34 Minor in ſpiritualibus, & beneficialibus, ſi ſit maior 14. annis, reputatur tamquam maior, & habet legitimam

per-

Digitized by Google

perſonam contrahendi, ſine ſolemnitatibus, licèt læſus facilè reſtituatur, *cap. ex part. de reſtit. ſpoliat. cap. ſi annum de iudic. lib.6.* Montan. *de tut. cap.33. num.610. &c. fol.157.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.2. lib.10. tit.7. num.464. &c. fol.248.* vide *in §. Statutum requirens num.* Ricc. *Collect.2977.*

Item minor communi opinione reputatus maior poteſt ſine ſolemnitatibus alienare, niſi contrahens cum illo ſciret huiuſmodi opinionem eſſe falſam, Bal. & Iaſ. *in l. Barbarius Philippus, ff. de off. Prat.* Dec. *conſ.407.* Tiraquel. *poſt leges connub. gloſ.6. quaſt.17.* Montan. *d. cap.33. num.478. &c. fol.51.* vide *in §. Opinio num.*

Item poteſt ſine ſolemnitatibus alienare in neceſſariam obſeruantiam contractus cum parte initi, Magon. *dec. Flor. 22. num.7.* vide *in §. Alienatio num.* *& ſtatutum num.* Montan. *de tut. cap.43. num.447. &c. fol.150.*

Plures alios caſus, in quibus permiſſum eſt minori alienare ſine ſolemnitatibus, latè declarat videndus Montan. *de tut. dict. cap.33. num.427. & ſeqq. per tot. ad 625. fol. mihi 149. &c. ad 158.* vbi firmat prius regula *ſub num. 1. &c.* quòd minor non poſſit ſine iuſta cauſa, & præuia legitima dictæ cauſæ cognitione, ac iudicis decreto immobilia alienare, illam 44. modis ampliat vſque *ad num.427. ab inde infra per tot.* eamdem regulam 27. modis limitat, adde Tuſchus *littera M. concl.249. per tot.*

Quòd minor ſi ſit mercator poſſit obligari abſque ſolemnitatibus occaſione negotij, vide *in §. Mercator num.21. & §. Statutum requirens ſolemnit. num.21. & 34.*

35 Minor, vel alia perſona priuilegiata, ad cuius fauorem ſit inducta nullitas contractus, & habens electionem approbandi, vel reprobandi, qualiter poſſit compelli ad legitimè ſe declarandum an velit huiuſmodi contractui nullo ſtare, vel ab eo recedere, text. vbi DD. *in l. Iulianus, §. ſi quis celindonte, ff. de act. empt.* Iaſ. *in §. Action. num.42. Inſtitut. de act.* Montan. *de tut.33. num.458. &c. fol.150.* Surd. *deciſ.179. num.9.* Sperel. *deciſ.155. num.16. & ſeqq. per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.547. num.7. cap.714. num.14.* dixi in meis *reſolut. cap.98. num.10. &c.* vbi vide, & in hoc opere §. *Alienatio num.* *& §. Contractus num.* Romaguer. ad Conciol. *ſtatut. Eugub. lib.2. rub. 56. num.56. &c.*

Non tamen tenetur pupillus dictam declarationem facere, ſed minor, & cum debitis ſolemnitatibus, quamuis ex illa læſus habeat beneficium reſtitutionis in integrum, probando pretium non fuiſſe verſum in eius vtilitatem, vt probaui in *d. cap.98. num.12. 13. & 14.*

36 Minor tenetur in totum approbare, vel reprobare contractum, & geſta per tutorem, adeò vt ſi adſint aliqua vtilia, & aliqua damna in eodem contractu, non poſſit dicere volo approbare vtiliter geſta, & inutilia reprobare reſpectu tertij, ſed pro inutiliter geſtis poteſt agere contra adminiſtratorem, *l. cum quæreretur 17. ff. de admin. tut.* Rom. *conſ.414. num.2.* Tiraquel. *de retract. conuent. ad finem tit. num.4. & ſeqq.* Cardin. Tuſchus *littera M. concluſ.245. num.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.301. num.57.* Sperel. *deciſ.155. num.27. &c.* dixi *in reſolut. d. cap.98. num.17. & ſeqq. vbi plura.*

Quòd habeat electionem agendi contra tutores, vel curatores, qui indebitè alienauerunt, ſiue contra eum, in quem facta eſt alienatio, Gratian. *deciſ.130. num.14. &c. ſupra num.3. verſ. quod autem.*

37 Minor, qui vult dicere contractum nullum, vel implorare reſtitutionem in integrum, debet reſtituere omne id, quod ex illo contractu accepit, *l. quod ſi minor, §. Reſtitutio, ff. de minor. l. vlt. C. de vſucap. pro empt.* Montan. *de tut. cap.30. num.97.* Menoch. *lib.3. præſumpt.84. per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.767. num.53.* Sperel. *dec.154. num.54. & ſeqq. & deciſ.155. num.29. & 30.* Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib.2. reſolut.24. num.21. &c.* Andreol. *controuerſ.3. num.24. &c.* Duran. *deciſ.21. num.16. &c.* Hier. Cala *de reſtitut. in integr. deneg. quæſt.9. per tot.* qui omnes declarant, & intelligunt in eo, quòd minor eſt factus locupletior, cùm non debeat locupletari cum alterius iactura, & dixi *in reſolut. cap.98. num.23. &c.* vbi etiam quòd ſtante nullitate contractus, tenetur emptor probare verſionem in vtilitatem minoris; ſtante autem validitate, ſi minor velit in integrum reſtitui, debet ipſe probare læſionem, & non verſionem, vide *in §. Actor num.17. §. Nullitas num.13. & §. Pupillus num.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.47. per tot.* Maurit. *eod. tract. cap.225.* Simoncel. *de decret. lib.3. tit.7.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.134. in fine, & 135. per tot. vol.2.* vbi qualiter reſtitutio in integrum ponat in priſtinum ſtatum etiam aduerſarium, Caldas Pereyr. *tract. de reſtit. in integr. verb. Per quod priſtinum ius recuperant fol.445. &c.*

Qualiter etiam minor teneatur ad fructus recompenſatiuos pro pretio in eius vtilitatem verſo in extinctionem cenſuum, ſi ipſe velit ab emptore etiam malæ fidei recuperare bona cum fructibus vigore nullitatis, eo quia non ſit æquum, ipſum minorem conſequi fructus bonorum, & pretij, cum quo ſe exemerit ab onere cenſuum, dixi *in reſol. d. cap.98. num.36. &c. in hoc Opere §. Fructus num.9.* vbi plures allegaui.

38 Minor contrahens etiam cum iuramento contra formam ſtatuti ob publicam vtilitatem principaliter conditi, non obligatur nec ciuiliter, nec naturaliter, ita vt nec in foro conſcientiæ ad aliquid teneatur, ſi non ſit factus locupletior, quia quem natura non obligat, conſcientia non ligat, latè Duran. *deciſ.18. per tot. & deciſ. 80. num.12. & ſeqq.* Rota poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 35. num.20. & deciſ. 90.* vide *in §. Iuramentum num. 24. §. Statutum requirens num.32. &c.* Fagundez. *de ſuſtit. & contract. lib.1. cap.12. & 13.* vbi plura an, & quando minores, & pupilli poſſint validè inire contractus, & inualidè contrahendo, an ſaltem obligentur in foro conſcientiæ, quando reſtituantur in integrum, & alia ad rem.

An, & quando minor poſſit validè contrahere cum iuramento, vel non, latè Tuſch. *littera M. concluſ.253. per tot.*

An contrahendo ſine ſolemnitatibus obligetur ſaltem naturaliter, & in foro conſcientiæ, Dian. *part.3. tract.5. reſolut.44.* Rot. poſt Vrceol. *d. deciſ.35. num.20.* vbi quòd non, quando nullum commodum, aut vtilitatem ex contractu recepit.

Qualiter poſſit ſolutum vigore obligationis nullæ tamquam indebitum repetere, Rot. *part.15. recent. deciſ.19.* vide *in §. Repetitio num.4.* Plura de contractibus minorum, an, & quando ſint nulli, vel poſſint ſuſtineri, non adhibitis ſolemnitatibus à ſtatuto in eorum obligationibus requiſitis, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. Rub.56. per tot.* & dixi *in §. Statutum requirens certas ſolemnitates per tot.*

39 Minores gaudent priuilegio, vt abſque interpellatione ad illorum fauorem contrahatur mora irregularis, ſi habeant, cui debitor poſſit legitimè ſoluere, alias ſecus, & an teneatur debitor procurare, vt illis conſtituatur curator ad dictum effectum, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.241. per tot. cap.400. num.7. &c.* Leotard. *de vſur. quæſt.82.* Franch. *deciſ.16.* Ger. Spiu. *conſ.5. & 6.*

Intellige ſi creditum ſit liquidum, Surd. *deciſ.179. num. 24. &c.* vide *in §. Mora num.1. & §. Tutor num.*

Item niſi etiam debitor eſſet minor, quia tunc priuilegia conquaſſantur, Gratian. *d. cap.241. num.51. &c. & c.400. num.29.*

40 Minor an, & quando poſſit obligari pro dote, non obſtante ſtatuto generaliter loquente de ſolemnitatibus adhibendis, latè Surd. *deciſ.187. per tot.* vide *in §. Mulier num.* *& §. Statutum requirens num.* Tuſchus *litt. M. concluſ.248. per tot.* Rot. *part.11. recent. deciſ.39. per tot.*

Minor ſuccedens maiori lite conteſtata cum ipſo maiore ſuo auctore, non gaudet beneficijs minorum, quia tunc non vtitur iure proprio; benè gauderet reſpectu geſturum iure proprio, vide Afflict. *deciſ.212.* Franch. *deciſ.647.*

42 Minor 25. annis quoad iudicia, & 22. quoad negotia non poteſt eſſe procurator, *cap. qui generaliter, §.1. de procur. in 6.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.2. num.71. fol.118.*

43 Minores quinam dicantur, ideſt quinam minoribus æquiparentur vt gaudeant illorum priuilegijs, Tuſch. *litt. M. concluſ.241.* vbi quòd omnia Collegia licita, Vniuerſitates, Eccleſiæ, Monaſteria, pauperes, ſocietates, loci pij, hoſpitalia, Ciuitates, Reſpublicæ, Caſtra, Villæ, Fiſcus, pia cauſa, & huiuſmodi dicuntur minores, & minorum priuilegijs potiuntur.

44 Minores puberes, qui in poteſtate eſſe deſierunt morte, vel emancipatione an gaudeant priuilegio electionis fo-

tiex

Digitized by Google

ri ea diſpoſitione, *l. vn. C. quando Imperator inter vid. & pupil.* vide Nouar. *de elect. for. quaeſt.6. num.5.* Viſcont. in Addit. ad Franch. *deciſ.* 100. *num.*17. qui negatiuè concludunt.

Contrarium autem ſuſtinet Paſcal. *de virib. patr. poteſtat. part. 2. cap. 2. num. 92.* Sanfelic. *deciſ.* 134. *num.* 5. *&c.*

45 Minores non poſſunt de iure eligi ad publica officia habentia annexam adminiſtrationem rerum publicarum, iuxta text. *in l. ad Rempubl. ff. de muner. & honor.* Paſcal. *de patr. poteſt. part.4. cap.4.* Narbon. *de ætat. quaeſt.* 67. *num.* 1. cùm interſit Reipublicæ gubernacula ſenioribus demandari, non adoleſcentulis, ob quorum fragile conſilium maximas Reſpubl. ruiſſe, notat Ariſtot. *lib.* 1. *Polit. cap.8. & lib.* 1. *Rethor.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.5.* ſequitur Rot. *in Eugubina Cenſus* 11. *Ianuarij* 1677. coram Albergato, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.*90. *num.* 8. *&* 9.

46 Minor contumax in ciuilibus non auditur niſi refectis expenſis, Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quaeſt.* 37. *num.*3. *& ſeqq.* licèt alij etiam contrarium ſentiant, vt dixi *in §. Contumax num.* 1.

Quòd minor tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis poſſit fieri contumax, & pro crimine banniri, ac fori iudicari ſi qualitas delicti id depoſcat, nulla minoris ætatis habita ratione, ſed tantùm facti circumſtantijs perpenſis iuxta opinionem, quam tuetur, quòd iudex non teneatur minoribus delinquentibus minorare pœnam, latè idem Hieron. Cala *dict. tractat. quaeſt.*38. *per tot.* vbi teſtatur ita Neapoli ſemper fuiſſe ſeruatum, & ſeruari, quòd etiam probauit *in quaeſt.*34. 37. *&* 39. Sed certè apud nos regulariter habetur ratio minoris ætatis in imponendis pœnis, vt dixi *ſupra num.*2. *§. Aetas num.*6. *& §. Pœna num.* 14.

47 Minor licèt iuxta ſuperiùs dicta, ſi fuerit læſus in eius actibus regulariter in integrum reſtituatur, vt etiam dixi *in §. Reſtitutio*; tamen ne quæ pietatis ratione inducta fuerunt, in vitium degenerent, ac iniuriam producant, & triaca vertatur in venenum, ſunt aliqui caſus, in quibus ceſſat huiuſmodi remedium, nempè contra æqualiter priui egiatos, contra confeſſionem iudicialem, pactum reuendendi, lapſum temporis conuentionalis, fideiuſſionem iuratam modici læſionem immoderatam dotem à muliere minore viro conſtitutam, renunciationem quartæ in bonis viri, lapſum temporis inuentarij conficiendi, renunciationes iuratas, tranſactionem, omiſſam ſubhaſtationem, pactum de capiendo, & poſſeſſionem propria auctoritate ingrediendo, veniam ætatis, probationes quandoque omiſſas, pœnas ſtatutarias, & legales, contumaciam, repudiatam extranei hæreditatem, & ſimiles, quos latè proſequitur, & declarat Hieron. Cala *tractat. de reſtit. in integr. denegan. per tot.* vbi per quadraginta quinque quæſtiones materiam reſtitutionis in integrum minoribus, alijſque priuilegiatis denegandæ benè exornat, & dixi ego in locis opportunis.

Vbi in quibus caſibus ceſſet remedium reſtitutionis, &c. Adde Caldas Pereyra *tractat. de reſtit. in integr. per tot.* vbi plura quando competat, vel non, & melius Hieron. Cala *tractat. de reſtitut. in integr. deneganda per tot.*

48 De minoribus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus nonnullam habentur deciſa apud Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.*1. 2. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Minor.* Cancer. *var. part.*2. *cap.* 1. *per tot.* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.* 130.

49 Minores an inuiti curatorem accipiant, contrahentes matrimonium an liberentur quod in filijs Regum, & Regni ſucceſſoribus, plenè Vela *Diſſert.* 1. *cum pluribus ſeqq. volum.* 1.

50 Minores qualiter poſſint ex Principis reſcripto habilitari ad validè alienandum, & contrahendum, omiſſis omnibus iuris, & ſtatutorum ſolemnitatibus, per conceſſionem veniæ ætatis, Crauet. *conſ.*626. *num.*1. *& ſeqq.* Cyriac. *controu.* 182. *num.*30. *controu.*200. *num.*26. & alibi, cum pluribus alijs citatis per Ant. Gob. *conſult.*93. *num.*1. *& ſeqq.* vide *in §. Aetas num.*7. *cum Addit.*

§. MOBILIA. XXIV.

1 MObilia dicuntur ea omnia, quæ de loco ad locum moueri poſſunt, *l. mouentium, ff. de verb. ſignific.* Ricc. *Collect.*239 vbi infert ad plura.

Quæ veniant appellatione mobilium, dixi *in meis reſolut. cap.*10. *num.*20. *& ſeqq.* in hoc Opere *§. Legatum num.*23. *&c* Altograd. *conſ.*70. *per tot. lib.*1. vbi quæ veniant in legato mobilium, vide *in §. Bona num.*1. & latè Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*282. *ſecunda per tot.* Bartel. *de vltim. volunt. deciſ.*81. vbi an veniant pecuniæ, & huiuſmodi.

Quæ veniant appellatione maſſaritiarum, & ſupellectilium, Tuſchus *littera M. concl.*104. vide *in §. Legatum num.*25.

2 Mobilia an, & quando veniant in generali obligatione bonorum, latè Scapuc. de Saluian. *lib.*1. *quaeſt.*13. Gratian. *diſceptat. for. cap.*117. *num.*12. *&c. cap.*897. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.*2. *tit.*1. *quaeſt.*49. *per tot. & quaeſt.* 54. *&c.* vbi enumerat plura, quæ non veniunt in hypotheca generali tamquam talia, quæ debitor in ſpecie non fuiſſet obligaturus, & dixi *in §. Hypotheca num.*42. *&c. num.*54. vbi qualiter extinguatur hypotheca, ſi fuerint in tertium alienata, de quo latè Paul. Chriſtin. *ad leg. mancip. tit.*7. *art.* 8. vbi tamen loquitur de conſuetudine illarum partium, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*340. *num.*2. vbi quòd licèt aliàs hypotheca competeret ſuper mercibus, non eſt exercibilis contra merces minutatim diſtractas, & penes tertium exiſtentes, *& deciſ.*652. *num.*1. *in eadem cauſa*, vbi quòd merces ſi vendantur vniuerſaliter, vt corpus, & taberna tranſeunt cum hypotheca, ſecus autem ſi particulariter, & minutatim vendantur, quia tunc eximuntur ab hypotheca.

3 Mobilia, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi, & quomodo, vide *in §. Granatus num.*7. benè Peregrin. *deciſ.*64. *num.*1. *&c. deciſ.*99. *num.*15. *&c.* vbi an, & quando imputentur in detractionibus hæredi grauato competentibus, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*423. *num.*4. *& ſeqq.* vbi quòd regulariter non imputantur in legitimam, niſi fuerint pro certo pretio alienata, quia tunc, vel eſt vocatis reddendum, vel in detractiones imputandum; quæ deciſio habetur etiam poſt Vrceol. *tract. de tranſact. deciſ.*9.

Quòd mobilia, ſe mouentia, ſupellectilia, & ſimilia (ſicut & pecuniæ) tempore mortis extantia, & mox per hæredem conſumpta imputentur in legitimam, Capr. *conſ.* 32. *num.*8. cum alijs per Cabal. *conſ.*140. *lib.*1. vide *in §. Legitima.*

4 Mobilia cohærentia immobilibus dicuntur immobilia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*564. *num.*8. *& num.*37. *&c.* vbi quòd de columbis exiſtentibus in columbario, piſcibus ſtagni, munitionibus caſtrorum, & ſimilibus, an dicantur mobilia, ſeu fructus pendentes, & pars fundi, adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*212. *per tot. volum.*1. vbi an, & quando ratione deſtinationis mobilia habeantur pro immobilibus.

Item mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt æquiparantur immobilibus, ita vt non poſſint alienari ſine ſolemnitatibus à minore, de quo vide Montan. *de tut. cap.*33. *num.* 139. *& ſeqq. ad* 150. *fol.* 139.

Quòd mobilia reſpiciant perſonam, & ideò licèt ſint extra territorium ſtatuentium debeant iudicari proindè, ac ſi forent in loco, in quo erat perſona defuncti, Gayl. *obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 134. *num.* 18. Alexand. *conſ.*10. *volum.*6. Bald. *in l. Mercatores num.*1. *C. de Commerc. & Mercat.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Mancip. tit.*36. *art.*39. *num.*2. *&c.* vide *in §. Statutum excludens num.*21. *in fine.*

Quòd mobilia ſequantur domum quoad poſſeſſionem vbi cauſa eſt vniuerſalis, & ideò capta poſſeſſione domus intelligatur capta etiam poſſeſſio mobilium in ea exiſtentium, ſiue ſint fixa, ſiue ſeparabilia, latè Rota *in Bonon. hæreditatis* 26. *Iunij* 1648. coram Bichio *part.*10. *recent. deciſ.*237. *per tot.* & in alia cauſa *dict. part.*10. *deciſ.*269. *num.*8.

5 Mobilia conſiſtentia in ſuppellectilibus, pannis lineis, vtenſilibus, & ſimilibus præſumuntur conſumpta per decennium, nec ideò ſunt reſtituenda, Peregrin. *conſ.*70. *num.*

Digitized by Google

num.21. lib.1. quem ſequitur Rot. part.10. recent. deciſ.266. num.1. vbi in terminis dotis, & part.14. deciſ.267. num. 10. Bich. deciſ.510. num.21. & 22. vide in §. Bona num.10. Rot. part.11. recent. deciſ. 165. num.11. &c. vbi in terminis redditionis rationis tutelæ, & part.12. deciſ.297. num.34. & 35. vbi idem dicit de animalibus, ex quo per tantum tempus naturaliter viuere non poſſunt, ſed mortua præſumuntur, ad Corn. conſ.186. num.1. lib.1. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.624. per tot. Rot. part.13. recent. deciſ.340. num.6. vbi de mobilibus, & part.15. deciſ.292. num.9. & part.17. deciſ.281. num.8. & 9. vbi in terminis dotis, & conſumptio cedit damno vxoris, quæ illa inæſtimata viro tradidit, ſi probetur traditio, quæ aliàs non præſumitur etſi præceſſerit promiſſio, & part.19. deciſ. 214. num.2.

Si tamen agatur de mobilibus ſolidioris materiæ, veluti de libris, picturis, argentis, metallis, & ſimilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt longiſſimo tempore, non præſumuntur ſolo ſpatio decennij conſumpta, Cyriac. controuerſ.16. num.3. Rot. poſt Vrceol de tranſact. deciſ. 31. num.3. & part.18. recent. deciſ.236. num.3. quæ eſt eadem ab Vrceol. impreſſa, & deciſ.517. per tot. vide in §. Granatus num.7.

6 Mobilia conſumpta (ſi contingat diſputari de illorum valore, & reſtitutione) poſſunt æſtimari à peritis habita ratione qualitatum eorum, cum quibus reperiuntur deſcripta in inuentario; ſicuti fieri ſolet ex ſtylo, quando oculis æſtimatorum ſubijci non poſſunt, vt notat Ridolphin. in prax. part.3. cap.2. ſub num.180. & ſequitur Rota part. 13. recent. deciſ.485. num.5.

7 Mobilia vbi adſunt, ex quibus poſſit indemnitati fideicommiſſi conſuli, ſunt potiùs illa diſtrahenda, quàm æs alienum contrahi in damnum fideicommiſſi, Rot. part.17. recent. deciſ.4. num.10.

8 Mobilia conſiſtentia in iocalibus, gemmis, & huiuſmodi rebus muliebribus, licèt ſoleant permanere apud vxorem, tamen ad effugiendam occultationem, & delictum, niſi probetur illorum exiſtentia penes vxorem de tempore proximo mortis viri, præſumuntur perueniſſe ad hæredes ipſius viri, ac ideò ſub prætextu illorum amotionis vel occultationis non poteſt retardari dotis reſtitutio opponendo compenſationem, niſi amotio ſit certa, & liquida ſaltem in ſubſtantia, vel per publicum inſtrumentum, vel per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, vt latè probat Rota part.10. recent. deciſ.194. 245. & 378. per tot. & part.19. deciſ.73. num.2. & 3. dixi in §. Compenſatio num. 48. in Addit. Alia de iocalibus, & rebus muliebribus, vide in §. Veſtes.

9 Mobilia non poſſunt ex ſe parere fructus, & quomodo poſſint illos parere, ac alia ad rem, Fontanel. deciſ.492.

10 An, & quando mobilia imputentur in legitimam, Andreol. contron.19. Et alia plura notanda de mobilibus indicat Com Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part.5. verb. Mobilia fol. 138. &c.

11 Mobilium appellatione an veniant pecuniæ, animalia, aurum, argentum, fructus à ſolo ſeparati, & huiuſmodi, dixi in reſolut. cap.10. & tradunt Ramon. ac Balduc. in Annot. conſ.13. Andreol. contron. 10a. vbi quæ veniant in legato mobilium exiſtentium in domo tempore mortis teſtatoris, & contron.257. per tot.

§. MODVS. XXV.

1 MOdus nil aliud eſt apud I. C. quàm moderatio quædam diſpoſitioni adiecta, honoratum aggrauans in tempus diſpoſitionis iam perfectæ, l. Mauia, ff. de manum. teſt. l. demonſtratio, §. vlt. & l. quibus dieb. §. Termilius, vbi Bart. num.1. ff. de condit. & demonſtrat. Barz. deciſ. Bononien.81. num.6. cum alijs per Genu. de verb. enunciat. lib. 3. quæſt.6. num.8. &c. fol. mihi 98. &c. Tuſch. litt. M. concluſ.298. vbi qualiter differat à conditione, & quomodo cognoſcatur, Paul. Chriſtin. deciſ.49. per tot. vol.4. Rot. part.14. recent. deciſ. 534. Fagundez de iuſt. & contract. lib.1. cap.9.

Multipliciter tamen modus accipitur, & præcipuè pro onere iniuncto honorato, iuxta Rub. & text. C. de his, quæ ſub modo, & pro qualitate qualificante diſpoſitionem, l. obligationum, §. Modus, ff. de act. & oblig. l.4. §. Modus de ſeruit. Peregrin. de fideicomm. art.11. num. 109. & ſeqq. Galganet. tractat. de condit. & demonſtrat. part.1. cap.92. per tot. Genu. loc. cit. num.1. &c. Fagundez loc. cit.

Modus non impedit acquiſitionem ab initio, quamuis acquiſitio reſoluatur modo denique non impleto; conditio autem impedit ab initio, cùm nihil ponat in eſſe, donec illi fuerit ſatisfactum, Duran. tract. de condit. & mod. impoſſ. part.5. cap.1. num.4. Menoch. lib.4. præſumpt.199. num. 25. dixi in meis reſolut. cap.72. num.6. &c. Rot. part. 11. recent deciſ.283. num.10. &c. vbi quòd modus eſt, ſi onus iniunctum poſſit impleri poſt emolumentum quæſitum, & verba dubia ad modum potiùs, quàm ad conditionem ſunt referenda, & part. 14. deciſ. 534. Sanfelic. deciſ. 175. num.6. & ſeqq. & in Praxi ſect.27. num.22. & ſeqq. Vrceol. de tranſact. quæſt.100. num.39. & ſeqq. & Rota poſt illum deciſ.43. num.1. & ſeqq. vide in §. Conditio num. &c. 2

Plura quomodo modus differat à conditione, Genu. de verb. enunciat. lib.3. quæſt.6. num.11. &c. per tot. Fagundez de iuſt. & contract. lib.1. cap.9. per tot. Menoch. lib.4. præſumpt.175. num.10. &c. per tot. Galganet. d. tract. cap.88. Tuſch. litt. M. concl. 298. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.49. volum.4. Rot. part.12. recent. deciſ. 148. num.27. & ſeqq. vbi quòd in dubio potiùs præſumitur modus, quàm conditio, & part.14. deciſ.534. vide in §. diſpoſitio num. 42. & 43. Rot. part.17. recent. deciſ.320. num.1. & ſeqq. Petr. de Onnate de contract. tom.1. tract.4. diſput.13. 14. fol.431. & 454.

Quòd non curetur de modo, dummodò habeatur effectus, Rota part. 2. diuerſor. deciſ. 376. num. 3. infra num.10.

Quando attendatur modus agendi, & quid operetur, Tuſch. litt. M. concl.302.

Licèt modus, & conditio præcipuè differant in actus ſuſpenſione, vel non ſuſpenſione, vt ſupra, tamen in euentu, & reſolutione par ſit modi, & conditionis poteſtas, gloſ. Bar. & alij in l.1 C. de his, quæ ſub mod. Gait. de Credit. cap 4. quæſt 11. num.1341. & 2129. Altograd. conſ. 101. num.20. lib 2. Martha vot. Piſ.200. num.11. & ſeqq. Rot. poſt Vrceol. d. deciſ.43. num.10. & 11. Ger. Spin. conſ. 98. num.26. & 27. Bardellon. conſ.199. num.4. idem Altograd. conſ.26. num.20. lib.1. dixi in reſolut. cap.72. num.3. & ſeqq. vbi vide, & Sanfelic. deciſ.175. num.7. & ſeqq. vbi quòd data impoſſibilitate non amittuntur quæſita ſub modo, &c.

Per quæ verba inducatur modus, & non conditio, Tuſchus litt. M. concluſ.299 Paul. Chriſtin. deciſ.49. volum.4. Martha d. vot.200. Cabal. conſ.137. per tot. lib.1. vbi de gerundio quando importet conditionem, vel modum, Rot. per Farinac. part.1. deciſ.268 vbi plura quando legatum dicatur conditionale, vel modale, & latè Petr. de Onnate loc. ſupra cit.

Modus licèt non impediat natiuitatem actionis ab initio, tamen agens repellitur exceptione doli, niſi realiter offerat cautionem de modo implendo, l. Sius cui, & l. cum in teſtamento 48. ff. de fideicommiſſ. libert. Authent. cui relictum, C. de indict. vid. toll. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 250. num. 23. cap. 400. num. 17. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius num.17. ff. de condit. & demonſtrat. & latè videndus Galganet. de condit. & demonſtrat. part. 2. cap.3. quæſt.9. per tot. vbi an indiſtinctè ſit verum cautionem huiuſmodi eſſe præſtandam ante conſequutionem emolumenti, Ludouiſ. deciſ.428. num. 10. & ſeqq. vbi quòd qui iam eſt in poſſeſſione, & non petit non tenetur cauere, facit Cabal. conſ.137. lib.1. vide in §. Cautio num. 9. & ſeqq. 3

Quando modus inducat cauſam finalem, & quid operetur, Tuſchus littera M. concluſ. 300. per tot. & quòd vbi reſpicit cauſam finalem habeatur pro conditione, Rota part. 16. recent. deciſ. 365. num. 11. & 18. Vrceol. de tranſact. quæſt. 10. num. 41. & Rot. poſt illum deciſ. 63. num.4. & ſeqq. per tot. Rota part. 16. recent. deciſ. 365. num.11 vbi quòd quando modus reſpicit cauſam finalem inducit reſolutionem actus ſi non adimpleatur, infra num.5.

Plura de contractu, & diſpoſitione modali, Petr. de Onnate de contract. tom.1. tract.4. diſput.14. per tot. fol. 454. & ſeqq. Fagundez de iuſt. & contract. lib.1. cap. 9. per tot.

Mo-

Digitized by Google

4 Modus debet impleri per viam compulſionis, & eſt neceſſario interpellatio partis, vt implere debens poſſit priuari commodo ob non implementum ſequutum; conditio autem debet ita neceſſariò impleri, vt non requiratur interpellatio, Crauett. *conſ.* 59. *num.* 7. Duran. *de condit. & mod. impoſſ. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 7. & 8. Menoch. *conſ.* 131. & 132. Decian. *cauſ.* 11. *vol.* 2. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 25. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 84. *num.* 42. & 43. *lib.* 1. vide *in §. Legatum num.* & *in reſol. c.* 72. *n.* 6. & 7. vbi quòd Eccleſia ex priuilegio de iure canonico non priuatur legato, etiam pactis, & modis adiectis non impletis, ſed tantùm ad implendum præcisè compellitur, *cap. verum de condit. appoſ.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 803. *num.* 18. *& ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 148. *num.* 27. *& ſeqq. per tot.* & *part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 62. *per tot.* & *deciſ.* 156.

Qualiter, & quando modus impleri debeat facta acceptatione, nec requiratur interpellatio ſub pœna priuationis, vide Socin. ſen. *conſ.* 174. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 43. *num.* 9. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 197. *& ſeqq. lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 582. *num.* 13. Rot. *d. part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 62. *per tot.*

Quòd contractus modalis non remaneat ſuſpenſus, nec reſolutus ex capite non implementi, ſed tantùm præbeat actionem ad implementum, Bart. *in l. ſicut*, §. *videmus*, *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 65. *num.* 5. *& per tot.* vbi in terminis renunciationis, vel donationis cum aliqua reſeruatione, vt non poſſit agi ad reſolutionem, ea non impleta, ſed tantùm ad implementum, vide *in §. Donatio*, & §. *Renunciatio num.*

5 Modus licèt dicatur, & non conditio quando reſpicit aliquid implendum in futurum poſt emolumentum quæſitum, & non poſſit eſſe locus priuationi ob non implementum, niſi præcedente interpellatione, & iudicis monitione propter quinque rationes, quas benè ponderat Altugr. *conſ.* 101. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. Tamen quando modus ſtat pro conditione, vt quia appareat tacitè, vel expreſsè de mente teſtatoris, quòd debeat impleri ab initio acquiſitionis, vel ſi cauſam finalem diſpoſitionis reſpiciat, licèt commodum pecuniarium alicuius non contineat, & licèt huiuſmodi cauſa finalis ſit adiecta per viam modi, & non conditionis, cùm tunc in eo ſtet ſubſtantia diſpoſitionis, cenſetur datus pro forma, & reſoluitur in conditionem, ita vt non ſecus, ac conditio excludat ab acquiſitione vſque ab initio ob non implementum abſque alia interpellatione, vel iudicis monitione, latè probat Altograd. *loc. cit. per tot.* Riminald. *conſ.* 595. *num.* 28. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 257. *lib.* 2. Gamma *deciſ. Luſit.* 158. *num.* 2. Mantic. *de conieſt. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 5. *num.* 15. & 16. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 16. & 17. latè Rot. *in Neapolitana hæreditatis Luna* 13. *Martij* 1673. *coram Rondinino*, poſt Vtceol. *de tranſact. deciſ.* 43. *par.* 18. *recent. deciſ.* 62. *per tot.* & *deciſ.* 156. & *deciſ.* 398. *num.* 4. vbi etiam quando modus in odium hæredis, & fauore piæ cauſæ dicatur importare cauſam finalem, cum alijs citatis ſupra *num.* 3. *in fine*, adde Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 320. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi latè quando dicatur modus, & non conditio, etiam ſi videretur cauſam finalem reſpicere, Onnat. *de contract. loc. ſupracit.*

6 Modus ſi caſu deficiat, vt non poſſit impleri, legatum tamen, vel alia diſpoſitio non corruit, ſed ſuum ſortitur effectum; conditio verò, etſi per caſum deficiat, facit corruere diſpoſitionem, Corn. *conſ.* 311. *num.* 4. *&c. lib.* 1. Duran. *de condit. & mod. impoſſ. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 5. & 6. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 146. *nu.* 48. *& præſumpt.* 184. *per tot.* vbi quando modus defectus habeatur pro impleto, vel non, Viui. *comm. opin.* 509. Bich. *deciſ.* 196. *num.* 6. *& ſeqq.* dixi *in §. Caſus num.* 13. *in addit.*

7 Modus non impedit tranſmiſſionem, ſi legatarius decedat ante implementum, niſi ſit perſonalis, quia ab hærede non poſſit impleri, ſecus autem in conditione, quæ regulariter ante euentum impediat tranſmiſſionem, Duran. *dict. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 10. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 146. *num.* 48. vide *in §. Legatum num.* *in reſolut. cap.* 72. *num.* 6. & 7. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 49. *volum.* 4.

Quòd modus adiectus legato non impediat illius acquiſitionem, quæ ſit recta via à morte teſtatoris, nec ſuſpendat actionem, oblata cautione de implendo, neque impediat quin fructus ſtatim debeantur, Gratian. *diſcepcat. forenſ. cap.* 250. *num.* 23. *&c. cap.* 400. *num.* 15. *&c.* vide *in §. Diſpoſitio num.* & §. *Fructus num.* & §. *Legatum num.*

Quid ſi modus fuerit reuocatus, an dicatur reuocatum etiam legatum, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 169. *per tot.*

Modus impoſſibilis reijcitur in vltimis voluntatibus, & pro non ſcripto habetur, ſicut conditio, quia defectus modi minus vitiat, & deficiens per caſum relicto non obeſt, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 14. *&c.* vbi quòd iſtud indiſtinctè procedit, licèt contingens, & poſſibilis à teſtatore exiſtimetur, contra ea, quæ de conditione dixi *in §. Conditio num.* niſi talis modus impoſſibilis, qui poſſibilis exiſtimabatur fuerit cauſa relicti, vt per Duran. *loc. cit. num.* 16. *in fine*, vide *in §. Legatum num.* 8

Modus impoſſibilis in contractibus appoſitus non nocet, ſed illo reiecto, & pro non ſcripto habito ſuſtinetur contractus, Duran. *dict. tract. part.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. quidquid contrarium defendat, excepta donatione, Sarmient. *lib.* 2. *Select. Interpret. cap.* 3. *num.* 13. cuius opinionem nouam appellat, & contra omnes, ac non veram, Duran. *loc. cit. num.* 2. *& ſeqq. per tot.* vbi pro vera reſolutione huiuſmodi difficultatis diſtinguit quinque concluſiones, & ſpecies diuerſas, quas penes eum videre placeat, facit quod dixi *in §. Conditio num.* 9

Modus non curatur dum habetur effectus, Gratian. *diſcept.* 797. *num.* 6. Buratt. *deciſ.* 118. *num.* 1. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 416. *num.* 15. vbi in terminis citationum, & *part.* 18. *deciſ.* 716. *num.* 13. *&c.* in eiſdem terminis. 10

De omnibus in hoc §. contentis, nempè quid ſit modus, per quæ verba inducatur, quomodo differat à conditione, quod modus poſſit tripliciter conſiderari, primò prout reſpicit cauſam finalem, ſecundò prout reſpicit, vel importat cauſam impulſiuam, tertiò prout importat non onus, ſed conſilium, ita vt deficiente modo finali deficiat diſpoſitio, quia tunc eſt idem cum conditione, quando autem importet cauſam finalem, quid in alijs modis reſpicientibus cauſam impulſiuam tantùm, vel conſilium, inferendo inde ad plura notabilia in materia donationum, legatorum, & huiuſmodi diſpoſitionum modalium, vel conditionalium, reſoluendo ferè in omnibus iuxta ſæpè per me notata, pluribus alijs caſibus additis; qualiter modum implere debens ſit interpellandus, an, & quando poſſit vel non purgare moram ad euitandam pœnam, quæ requirantur ad conſtituendum aliquem in mora, an retransferatur dominium ipſo iure in donatorem propter pacta non ſeruata, & alia plura ad rem, multis in vnoquoque caſu, tum textibus, tum Doctorum auctoritatibus relatis D. Aomnez. Portugal. *tract. de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 1. & 2. *per tot.* qui vltra alios per me hic citatos, & *in §. Conditio*, §. *Donatio*, §. *Legatum*, pro omnibus alijs ſufficiat, cùm plenè, & doctè totam materiam explicet, & ſi quis alios videre cupiat, adeat Caſtejon. *Alphab. iur. verb. Modus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 141. & Io. Torre *de Succeſſ. in Maiorat. & Primog. part.* 2. *qu.* 52. *per tot.* ac alibi, *vt in Indice verbo Modus.* 11

§. MOLENDINVM. XXVI.

MOlendinum eſt ædificium conſtructum cum molis, macinis, & alijs ad molendum neceſſarijs, & eius appellatione venit perfectum, & in actu molendi; ea verò, quæ non ſunt affiſſa dicuntur potiùs inſtrumenta, & vendito molendino ius aquæ, cluſa, ac fiſtulæ comprehenduntur, etiam ſi propter ſiccitatem molere non poſſit, & alia vide per Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 153. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 303. *per tot.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 14. *& ſeqq.* 1

Molendinum habens in parte ſuperioris fluminis, poteſt recolligere aquam tempore ſiccitatis, etiam inuito domino molendini inferioris, quia donec aqua reperitur in formula, vel canali eſt propria illius, Bart. *in l. quo minus*, *ff. de flumin. quæſt.* 14. & ibi etiam Rip. *col.* 18. vbi quinque modis limitat prout refert Diaz. *regul.* 471. Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 25. vide *in §. Aqua num.* 3. Viui. *deciſ.* 411. *lib.* 3. Anton. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 14. *cum pluribus ſeqq.* 2

Mo-

Digitized by Google

3 Molendinum nouum, per quod minuatur aqua prioris, & antiqui molendini, non poteſt ædificari in præiudicium primi, ſecus autem reſpectu frequentioris acceſſus molentium, qui non habetur in conſideratione, niſi ex conſuetudine præſcripta, aut priuilegio, & idem eſt in hoſpitio, & ſimilibus; inciperet tamen huiuſmodi præſcriptio ſolùm à die, quo volentes ire ad aliud molendinum impediti fuerint, & acquieuerint, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 89. *per tot. cap.*480. *per tot. cap.*970. *num.*32. *&c.* vide *in* §. *Aqua num.*3. *& num.*9. Anton. Gob. *tractat. de aquis quæſt.*14. *& ſeqq.* vbi etiam an ſit neceſſaria Principis licentia.

De materia nouorum molendinorum, vel furnorum, & ſimilium, latè Theſaur. *deciſ.* 16. *per tot. deciſ.* 245. Bardellon. *conſ.*91. *lib.*1. *cap.*143. *lib.*2. Cardin. Tuſchus *littera M. concluſ.*304. & 305. Sperel. *deciſ.*55. *num.* 24. *& ſeqq.* vide *in* §. *Flumen num.* Afflict. *deciſ.*388. Ricc. *Collect.* 4116. *illat.*13. *&c. Collect.* 2178. Franciſc. Maria Pecch. *in ſuo Nouiſſ. tractat. de Aquaduct. lib.*1. *cap.* 13. *quæſt.*12. *&c.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 38. Viui. *comm. opin.*510. vbi benè diſtinguit inter flumen priuatum, & publicum, & an primus licitè ædificauerit, vel non.

Quod poſſit molendinum ædificari in ſuperiori parte fluminis, etſi noceat molendino inferiori, cùm non præſumatur factum animo nocendi, Menoch. *lib.*6. *præſumpt.* 29. *num.*15. vide Sperel. *deciſ.*55. *num.*24. vbi quòd ſecus eſt ſi fieret ad æmulationem alterius, & quòd ita diſtinguit Bart. quem omnes ſequuntur *in l. quominus num.*2. *ff. de damn. infect.* & ibi latè Iaſ. *num.*21. Gail. *obſeruat.* 69. *num.*27. *&c. lib.*2. Alexand. *conſ.*174. *num.*6. *lib.*2. Ruin. *conſ.* 98. *num.*12. *lib.*4. Afflict. *deciſ.*488. Honded. *conſ.*79. *num.* 18. *lib.* 1. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*405. *num.*4. *per text. in l. Fluminum*, §. *fin.* vbi Bart. *in l. Proculus*, *ff. de damn. infect. lib.*1. §. *Denique*, *& l. in ſumma*, §. *penult. ff. de aqua pluuia arcend.* vide Pecch. *loc. ſupra cit.* Anton. Gob. *tract. de aquis quæſt.*15. *per tot.* & Viui. *commun. opin.*510. *&* 511. vbi potior conditio præoccupantis.

Quòd nemo cogi poſſit ad molendum in tali molendino, quamuis ad illud iuerit per longiſſimum tempus, & licèt eſſet ſubditus, quia ad id per dominum compelli non poteſt, niſi ex priuilegio, præſcriptione, particulari conuentione, vel ex publica vtilitate, & ſimilibus cauſis, & tantò minus perſonæ Eccleſiaſticæ abſque incurſu excommunicationis ipſo facto, ac idem eſt in furno, & ſimilibus, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 564. *num.*44. *&c.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.*38. *per tot.* Anton. Gob. *tract. de aquis quæſt.*15. *num.*32. *&c.* Maritha *vot. Piſ.*183. *num.* 2. *&c.* Ludouic. Belli *conſ.*111. *per tot.* Ioſeph. de Roſa *conſult.*73. *per tot.*

An, & quando fieri poſſint noua Molendina, vel non in fluminibus publicis, an ſicuti flumina publica ſunt de Regalibus, ſit idem dicendum de Molendinis, & poſſint ſubditi cogi ad molendum in molendino Principis, vel Communitatis, & alia ad rem, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. tom.*2. *lib.*3. *cap.*4. *&* 5. *per tot.* vbi etiam de Furnis.

Quòd ſubditi cogi poſſint ad molendum in molendino Principis, vel Communitatis, non obſtante prætenſa quaſi poſſeſſione libertatis eundi ad alia molendina, latè Anton. Gob. *conſult.*99. *per tot.*

Plura de molendinis, & furnis iuxta prædicta, & alia, ac qualiter molendinarij, & furnarij teneantur artes ſuas fideliter exercere, alias teneantur ad intereſſe, & puniantur, Conciol. & melius Romaguer. *in Addit. ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.*14. *&* 15. *per tot.* vbi adducit multos modernos iſtam materiam tractantes.

An autem valeat ſtatutum Communitatis, quòd nemo vadat ad aliud molendinum, quàm ipſius Communitatis, vide Franch. *deciſ.*380. *per tot.* vbi in terminis quando in eodem territorio extabat aliud molendinum Eccleſiæ, quòd ferè inutile reddebatur, cùm ciues, & incolæ retraherentur ab acceſſu ad molendinum Eccleſiæ, & cogantur ire ad illud Communitatis, & poſt relatas hincindè opiniones videtur concludere pro validitate dicti ſtatuti, dummodò non procedat ex auaritia, cupiditate, vel æmulatione, ſed potiùs ex neceſſitate ſubueniendi indigentijs Communitatis, vide Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.*38. Crauett. *de antiquit. temp. part.*4. *verſ. Circa præmiſſa*, *Senat. Pedemont. deciſ.*17. *per tot.* apud Cacheran. Tuſchus *litt. S. concluſ.*597. *& concluſ.*582. *num.*1. *& ſeqq.* facit Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*435. *per tot.* vbi plura pro manutentione concedenda emptori molendini Communitatis cum conditione vt omnes incolæ in eo molere tenerentur, in prohibendo venditionem panis ex farina alibi molita confecti, Thomat. *deciſ.*298. *per tot.* vbi quòd huiuſmodi ſtatutum, vel prohibitio non compræhendit molendina Eccleſiæ, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, Anton. Gob. *tractat. de aquis quæſt.*16. *& ſeqq.* vbi de ſtatutis diuerſorum locorum, Maritha *vot. Piſ.*183. *per tot.* vbi pro validitate ſtatuti ceſſante præiudicio Eccleſiæ, vide Ludouic. Bell. *d. conſ.* 111. *per tot.*

Molendinum an, & quando dicatur prædium ruſticum, vel vrbanum, Gratian. *d. cap.*564. *num.*9. *&c.* Altogr. *conſ.* 102. *num.*72. *&* 73. *lib.*2. vbi quòd æſtimatur non ex ædificio, ſed ex fructibus, & tales fructus ſunt induſtriales, vide *in meis reſolut. cap.*1. *num.*13. *&* 14. 4

Molendina exiſtentia in fluminibus æquiparantur nauibus, numerantur inter mobilia, veniunt in eorum legato, non ſubiacent retractui, poſſunt alienari, tamquam mobilia, ſine ſolemnitatibus, & ſi ſint dotalia reſtituuntur tantùm poſt annum. Exiſtentia verò tamquam domus in terra, vel ripis fluminum dicuntur immobilia, etiam quoad molas, & alias contignationes illorum quamdiù ſunt annexæ, & quoad iſta procedunt omnes diſpoſitiones loquentes de immobilibus, niſi licèt ſolo cohærentia eſſet in flumine, à quo quotidie deteriorantur, & eſſent in continuo periculo deſtructionis, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*564. *num.*36. *& per tot.* Montan. *de tut. cap.*33. *num.*176. *fol.*140. Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 117. *in fine*, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*26. *num.*88. *& ſeqq.* vbi quando, & quæ molendina reputentur mobilia, vel immobilia. 5

An autem Molendina ſint capacia impoſitionis cenſus, quamuis ſint ad aquam, videtur affirmatiuè præſupponere, intelligendo quando ſunt talia, vt inter immobilia computentur, Gratian. *diſcept.*564. *per tot.* dum quærit, an molendino deſtructo extinguatur cenſus, & firmat quòd ſic, ſi ſine culpa, & facto domini fuerit deſtructum, aliàs ſecus, vide *in* §. *Cenſus num.*8. *&* 31. *&* §. *Hypotheca num.*50.

Quæ, & qualia molendina ſint capacia cenſus iuxta Bullam B. Pij V. vel non, vide Leotard. *de vſur. quæſt.*45. *num.* 14. *& ſeqq.*

Molendinum impetu aquæ vel alio caſu deſcendens in alio territorio, poteſt à domino reduci ad locum ſuum, cauendo de damno infecto prætetito, & futuro, ac idem eſt in cruſta terræ, vel arbore, quæ in alienum fundum deſcenderit, Pract. Pap. *alt. confeſſ. gloſ. Seruitio num.*14. vide *in* §. *Arbor num.*5. 6

Molendina ſtante neceſſitate, vel conſuetudine ab Epiſcopo tolerata, poſſunt exerceri ad molendinum ſolita mercede recepta, etiam in diebus feſtiuis de præcepto abſque peccato, vel alia pœna, vt probat Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæſt.*25. *num.*27. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*2. *lib.*21. *tit.*1. *num.*168. *fol.*501. 7

Quid ſeruetur Florentiæ dixi *in Pract.* §.501. *Mugnai num.*1.

Molendino locato cum tribus rotis, vel molis, ſi per conductorem fuerit addita quarta, an penſio ſit augenda, vel ſi alia molendina vicina fuerint deſtructa, & de molendino pluribus communi Coſta *de ratione rata quæſt.*7. 8

De molendinis varia deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.*1. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Molendinum*, & alia indicat Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Molendinum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.*141. *&c.* vide Tondut. *quæſt. ciuil.*150. *part.*2. vbi an poſſit impediri introductio panis exteri in damnum habentium ius molituræ, & furnorum, &c. 9

§. MOLESTIA, XXVII.

Moleſtia dicitur quælibet controuerſia, ſiue vexatio quomodocumque facta, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue iure, ſiue de facto, ſiue in iudicio, ſiue extra, etiam lite non conteſtata, *l. Lucius*, §. *tres hæredes*, 1

vbi

Digitized by Google

vbi Bart. & alij iuncta gloſ. *in verb. de omni, ff. ad Trebel.* Alex. *conſ.52. lib.2. conſ.177. lib.5.* Capyc. *deciſ.69. num.9.* Ger. Spin. *conſ.98. num.22.* Menoch. *de retin. poſſ. remed.3. num.467. & ſeqq. & de recuper. remed. 1. num.155.* vide latè Surd. *de alim. tit.9. quæſt.26. per tot.* Sanfelic. *deciſ.167.* Martha *vot. Piſ.28. per tot.* vbi quòd moleſtia dicitur inferri etiam per repudiationem hæreditatis, cùm per eum dicatur contrauentum diſpoſitioni teſtatoris, ita vt per dictam contrauentionem hæredum inſtitutorum colluſiuè factam, priuentur hæreditate, etiam eorum filij ſubſtituti, intelligendo, vt ibidem declarat, & Rota *part. 15. recent. deciſ.317. num.10. & ſeqq.*

Multa de moleſtia in quibus verificetur, vel non, ita vt conceſſo à Rege priuilegio eundi, & nauigandi ſine moleſtia, vel immittendi vinum ſiue alias merces liberè, & ſine moleſtia, intelligatur ſine Gabella, & cum exemptione Gabellæ Ciuitati ſolitæ ſolui, licèt non ſit expreſsè dictum, ac alia de vi, & efficacia verborum generalium, & vniuerſalium plenè hinc indè Fontanel. *deciſ.262. cum decem ſeqq.*

Promittens non dare moleſtiam ad quid obligetur, Tuſch. *littera M. concluſ.307. & 398.* vbi etiam qualiter moleſtia probetur ex ſubſtentatione litis, & alijs modis.

2 Moleſtia probibita à teſtatore intelligitur de illa, quæ fit malo animo, & modo illicito, de facto, & extra iudicium, non autem de iudiciali, & extra calumniam, ac requiritur quod habuerit effectum, fuerit ad finem perducta vſque ad ſententiam, Curt. iun. *conſ.173. num.12.* Gratian. *diſcept. forenſ.844. num.12. &c.* Menoch. *lib.2. præſumpt.98. per tot.* Magon. *deciſ. Florent.20. num.3.* vbi an verificetur in petitione legitimæ, vide *in §. Legitima num. 82. &c. §. Promiſſio num.* Molin. *deciſ.491. per tot.* vbi plura ad excuſationem pœnæ impoſitæ à teſtatore in caſu moleſtiæ, de qua materia plenè Surd. *de aliment. tit.9. quæſt.26. per tot.* Ricc. *Collect. 4071.* Sanfelic. *deciſ. 167. per tot.* vbi quòd legatum factum ſub conditione non mouendi litem valet, & mota quocumque modo lite, amittitur legatum, cùm talis conditio intelligatur appoſita gratia hæredis, & exemplificat in multis, Rota *part. 15. recent. deciſ.317. num.8. & ſeqq.* vbi quòd præceptum non moleſtandi hæredem ſub pœna priuationis, non impedit moleſtias pro conſecutione legitimæ, & priuatio non incurritur per moleſtias non doloſas permittente lege factas, &c.

3 Moleſtia etiam iudicialis non poteſt dici iuſta quando fit contra præceptum teſtatoris, propter quod efficitur iniuſtum, quòd aliàs fuiſſet iuſtum, & maximè ſi prohibitio non fuerit ſimplex, ſed multum prægnans, & cum dictionibus vniuerſalibus, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.758.num. 33. &c.* Magon. *deciſ.Flor.20. num.9. &c.* vide latè Surd. *de alim. tit.9. quæſt.26. per tot.*

Intelligi quando fieret malo animo, & calumnioſè, aliàs non obſtat, pulchrè Altograd. *conſ.84. num. 102. & 103. lib.1.* Vbi etiam quòd prohibitio moleſtiæ intelligitur de iniuſta, & non de iuſta, & rationabili, latè Merlin. *deciſ.491.* Ricc. *Collect.4071.* Rot. *part. 18. recent. deciſ.164. num.3. & 4.* quòd licèt præceptum de non moleſtando intelligendum ſit de moleſtijs iniuſtis, & calumnioſis, non autem de veris, & rationabilibus ex prædictis; tamen hoc non procedit quando prohibitum fuit quodcumque genus moleſtiarum, & litium, quia tunc omnes moleſtiæ, etiam iuſtæ, & legitimæ cenſentur prohibitæ, cùm poſſit teſtator de rebus ſuis ad libitum diſponere.

Qualis debeat eſſe moleſtia, vt hæres ex diſpoſitione teſtatoris priuetur hæreditate, vide Surd. *deciſ.194. per tot.* vbi ex multis concludit pro priuatione propter moleſtias illatas vxori vſufructuariæ, Sanfelic. *deciſ.167.* Martha *vot. Piſan.28.* latè Tuſch. *litt. M. concl.306.* vbi quando prohibitus moleſtare ſub pœna, incurrat pœnam, vel non, Bardellon. *conſ.73. num.19.* Merlin. *dict. deciſ. 491.* vbi quòd dicta deciſio Surdi non eſt tuta, & aliter ſentit idem Surd. *de alim. tit. fin. quæſt.26. num.27. & 32.* Ricc. *loc. cit.*

Cui autem ſit applicanda hæreditas, ſi non ſit expreſſum à teſtatore, idem Surd. *de alim. tit.9. & fin. quæſt.25. per tot.* Martha *vot. Piſ.28. num.19. & 20.* vbi quod illi, ad cuius fauorem eſt facta prohibitio moleſtiarum, & fuit læſus ex illis.

Quando moleſtia probetur per ſuſtentationem litis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 686. num.10. &c.*

Quod non cenſeatur prohibita moleſtia quæ ex noua cauſa ſuperueniret, Altograd. *conſ.84. num.106. lib.1.*

Quòd imò ſtante promiſſione de non mouendo controuerſiam, intelligatur etiam pro iure de futuro, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.672. num.16. &c.*

Quod verbum *moleſtare*, comprehendit tam petitorium, quàm poſſeſſorium, & ideò commiſſa cauſa ſuper moleſtijs ad vtrumque referatur, Marcheſan. *de Commiſſ. part.3. cap.1. §.1. num.17.* & Merlin. *deciſ.745. num.6. &c.*

Plura de legato, vt quis debeat liberari ab omnibus moleſtijs, quid importet, & qualiter ſit interpretandum, latè Rot. *part. 9. recent. deciſ.148.*

De liberatione à moleſtijs, vide *in §. Liberatio.*

Quòd ſtante pacto in venditione in caſu moleſtiarum quomodocumque, & qualitercumque illatarum, poſſit agere de euictione, probatis moleſtijs, etiam ſi moleſtiæ non ſint iuſtæ, Couar. *var. reſolut. lib.3. cap.17. num.7.* Oſaſch. *deciſ.48. num.8.* Mangil. *de euict. quæſt. 180. num. 14. &c.* Rot. *part. 4. recent. deciſ.18. tom.2. & part.12. deciſ.22. num.8. &c.*

Et de promiſſione de liberando à moleſtijs, vt promittens teneatur in ſe lites ſuſcipere, reficere damna paſſa occaſione moleſtiarum, ac expenſas litis in futurum ſubminiſtrare, & dicantur verificatæ moleſtiæ per ſolam litis conteſtationem; an poſſit relaxari mandatum pro liberatione à moleſtijs ante liquidationem damnorum, & alia in terminis mariti, qui promiſit vxorem ratam habere renunciationem, aliàs de proprio, Bich. *deciſ. 266. per tot.* de quo vide *in §. Factum, §. Promiſſio, & Liberatio num.14.*

De moleſtijs aliqua indicant Caſteion. *Alph. iurid. verb. Moleſtia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.143.* 4

Quòd poſſint à teſtatore prohiberi moleſtiæ ſub pœna amiſſionis relicti, an talis prohibitio intelligatur de moleſtijs facti, vel iuris, & alia plura ad rem, Ioan. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. Ital. & primog. Ital. part.2. cap. 50. per tot.* 5

De promiſſione reficiendi damna in caſu moleſtiæ, an intelligatur de moleſtia criminali, latè Andreol. *controu. 147.* 6

§. MONACVS, & MONIALIS. XXVIII.

Monacus quoad mundum habetur pro mortuo in actibus ciuilibus liberis, & tranſit in poteſtatem ſuperioris, *l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cler.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.102. cap.123. & cap.481. num.4.* Tuſchus *litter. M. concluſ.314. num.* *& recent. deciſ.57. num.1. &c.* vbi quod non habetur pro mortuo, ſi Religio, in qua eſt profeſſus, ſit capax bonorum ſaltem in communi, & admittitur ad ſucceſſionem, niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate. 1

Quòd habeatur pro mortuo quoad actus ciuiles, ſecus autem quoad actus naturales, Altograd. *conſ.99. n.12. lib.1.* Sanfelic. *deciſ.195.* vbi quòd ideò non poteſt eſſe procurator, & actus ab eo geſti ſunt nulli.

Et ideò quoad comedendum, & bibendum non habetur pro mortuo, ac propterea non amittit vſumfructum, nec alimenta ſibi debita, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.15. num.2. &c.* vide *in §. Vſusfructus num.*

Quid ſit monacatus, & qui veniant appellatione Monacorum, Tuſch. *litt. M. concl.311.*

Conuerſi qui ſint, & quomodo differant ab alijs, Tuſch. *loc. cit. concl.313.*

An autem criminoſi tam maſculi, quàm fœminæ poſſint ad Religionem admitti, & quæ crimina eos repellant, & quæ non, Suarez *de Relig. tom.3. lib.5. cap.10.* Frances *var. reſol. cap.22. per tot.* Carol. Montan. *controuerſ. part.5. reſp.11. per tot.* vbi in ijs, qui ratiocinijs reddendis adſtricti ſunt, itaut his celatis reddatur etiam nulla profeſſio, & poſſit expelli à Religione, & alia plura ad rem.

Monacus retinet iura ſuitatis, ſuccedit ex teſtamento, & ab inteſtato, admittitur ad ſubſtitutiones iuxta conditiones appoſitas, nec poſt emiſſam profeſſionem poteſt 2

in

Digitized by Google

in aliquo præiudicare Monaſterio renunciando ſuis iuribus ad fauorem agnatorum, Cranett. *conſ.*152. *nu.*2. *&c.* Curt. iun. *conſ.*48. *in fine*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 118. *& num.* 32. *cap.*870. *num.* 24. *&c.* vbi quòd non poteſt præiudicare Monaſterio tacitè, nec expreſsè, Magon. *deciſ. Florent.* 541. *per tot.* vbi etiam quòd ſi ſit nouitius nondum profeſſus, Altograd. *conſ.*96. *num.*8. *& ſeqq. per tot. lib.*1. vide *in §. Monaſterium num.*5. *& ſeqq.* latè Rota *in Bononien. fideicommiſſi de Blanchettis* 26. *Ianuarij* 1632. *& 9. Decembris* 1633. *per tot.* quæ duæ deciſiones habentur *in Append. par.* 12. *recent. deciſ.*433. *&* 434. vbi benè explicatur quæ iura retineat, & habeat monachus, & ex eius perſona Monaſterium in ſucceſſione fideicommiſſi, *& part.*13. *deciſ.*57. *num.*9. *&c.* facit latè Sanfelic. *deciſ.* 349. *cum Addit. per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.*272. *num.*7. *&c.*

Quę retineat, & quæ perdat monachus per profeſſionem, Tuſch. *litt. M. concluſ.*314. *per tot.*

An autem, & quando monachus, vel monialis, ſiue Monaſterium poſſit ſuccedere in feudo, Capyc. *deciſ.*10. vel ſaltem habere commoditates feudi durante vita vaſſalli, & ſeruire per ſubſtitutum, idem Capyc. *deciſ.*31. *per tot.* Rot. *d. deciſ.*433. *&* 434.

Quicquid acquirit monachus Monaſterio acquirit, & vndè acquiſiuiſſe præſumatur, latè Tuſch *litt. M. concl.*315. *&* 316. *per tot. infra num.*13.

An poſſit Monaſterio præiudicare, idem Tuſchus *loc. cit. concl.*320.

3 Monacus qualiter poſſit facere teſtamentum de bonis ſuis ante profeſſionem, non obſtante Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.*16. quòd procedit in teſtamentis, ſed tantùm in actibus inter viuos, ita vt teſtamentum non rumpatur per poſſeſſionem ſubſequutam, etiam nihil relicto Monaſterio pro ſua legitima, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 807. *num.* 30. *&c. cap.* 895. *num.* 98. *&c. cap.*363. *num.* 24. *&c.* Franch. *deciſ.*423. *per tot.* Oinot. *in §. fin. inſtitut.* 166. *quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. num.*9. *fol.* 566. Sanfelic. *deciſ.* 349. *cum Addit. per tot.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 188. *num.*1. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 436. *num.*8. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*45. *num.*1. *& ſeqq. per tot. cum Addit.* vbi latè an in huiuſmodi teſtamento, vel alia diſpoſitione comprehendatur fideicommiſſum poſt emiſſam profeſſionem purificatum, ita vt in eo ſuccedant hæredes inſtituti, vel Monaſterium, & poſt multa hincindè concludit pro Monaſterio, de quo tamen dubito propter auctoritates, & rationes in contrarium adductas, quibus non ita de facili reſponderi poteſt iudicio meo, vide *in §. Monaſterium num.*5. *& ſeqq. §. Fideicommiſſum num.* & dixi *in Pract. §. Monaſteri num.* 7. 10. *&c.*

An autem filiusfam. Religionem ingreſſus poſſit teſtari, vel aliter diſponere de bonis ſuis, ſaltem patre conſentiente, an aliquid tunc operetur clauſula codicillaris, & an hæres ab eo inſtitutus teneatur expectare mortem naturalem teſtatoris, vel ſufficiat eiuſdem per profeſſionem, & alia ad rem, latè Fontanel. *deciſ.*531. *&* 532. *per tot.*

De teſtamento confecto ab eo, qui poſtea profeſſionem emittit, & à quo tempore debeantur in eo relicta, an Religioſus poſſit condere teſtamentum, ad quos pertineat eius hæreditas, de renunciatione legitimæ, aut hæreditatis, & alijs ad rem, Aluarez Pegaſ. *reſol. for. cap.*20. *per tot.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*3. *cap.*15. *num.*53. *& ſeqq.* vbi plures allegat.

Quòd Monachus permanens Monachus non poſſit reuocare teſtamentum, vel aliam diſpoſitionem de bonis ſuis factam ante Religionis ingreſſum, quid ſi efficiatur Epiſcopus, & alia ad rem, Andreol. *contr.*396. & faciunt notata *in §. Renunciatio num.*

An monachus factus Epiſcopus poſſit diſponere de bonis poſtea acquiſitis ad fauorem propinquorum, quid de Eremitis, & ſtante diſpenſatione Pontificia, Paul. Chriſtin. *deciſ.*4. *num.*3. *&c. vol.*4. *& deciſ.*174. *num.*2. *volum.* 5. vbi quòd ſic, quia ratione dignitatis liberatur à monaſtica poteſtate.

An Nouitius poſſit condere teſtamentum, ſeruatis tamen ſolemnitatibus iuris Eccleſiaſtici, non autem Ciuilis, & quid in Clericis, & alia, Dian. *part.*9. *tract.*9. *reſol.* 16. *per tot.*

Quòd Monachus, vel Monialis ante ingreſſum Religionis poſſit renunciare hæreditatibus ſibi obuenturis, & liberè diſponere etiam priuatiuè quoad monaſterium, in quo eſt profeſſurus, ſecus autem poſt emiſſam profeſſionem, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 728. *num.* 17. *& ſeqq.* vide *in §. Renunciatio, vbi plura, & §. Monaſterium.*

4 Monachus an poſſit eſſe arbiter, index, executor, elector pauperum, & ſimilia officia exercere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*123. *per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdic. ordin. vel deleg. num.*76. *& ſeqq. fol.* 137. Ricc. *Collect.*1083. 2633. Aſcan. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.*17. *& vlt. per tot.* Sanfelic. *deciſ.*195. Martha *vot. Piſ.* 111. vbi quòd poteſt eſſe executor legatorum ad pias cauſas.

Quod Monachi, ſiue Religioſi tria vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ profitentes, non habeant legitimam perſonam ſtandi in iudicio, & litigandi, niſi pro vtilitate monaſterij, vel de licentia ſuperioris expreſſa, vel tacita, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. ſiue mand. num.*47. *& tit. qualiter ſent. poſſ. à nullit. def. num.*284. Tuſch. *litt. M. concl.*318. *per tot.* vide Tamburin. *loc. cit.* Sanfelic. *deciſ.*195. vbi quòd nec poſſunt eſſe procuratores ad contractus ſub pœna nullitatis.

Quid ſi ſuperior recuſet licentiam dare, Vant. *loc. cit. num.*87. facit quod dixi *in §. Filius num.*

Qualiter Monachus litigans cum Abbate, ab illo conſequatur alimenta, & ſumptus litis, Afflict. *deciſ.*10. *num.*2. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*99. *num.*1. *&c. vol.*4.

Quòd Monachus conſequi debeat alimenta, & alia neceſſaria à monaſterio, Tuſch. *litt. M. concluſ.*312.

5 Monachi qualiter ordinentur ad titulum paupertatis, & ſic profeſſionis, & Religionis, Sperel. *deciſ.*80. *num.* 1. *&c.*

Quæ beneficia ſæcularia poſſint obtinere, & an tunc eximantur à Clauſtro, & obedientia Superioris Regularis, Tuſchus *litt. M. concl.*328.

Qualiter non obſtante Regula, quòd nihil poſſidere valeant, poſſint retinere legata ſibi facta, cum conditione, vt monaſterio nihil acquiratur, vide *in §. Abbas num.*7. *& §. Religioſi num.*3.

Quòd non poſſint habere proprium, niſi quandoque ex conniuentia Superioris, Tuſchus *littera M. concluſ.*317.

De Fratribus Minoribus S. Franciſci tam de familia, quàm Reformatis, quorum legatorum, & ſucceſſionum ſint capaces, vel incapaces, latè Merlin. *deciſ.*456. *num.*7. *& ſeqq. per tot.*

Quòd poſſint habilitari ad percipiendum fructus bonorum, & poſſidendum per Breue Pontificium, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*57. *num.*13.

6 Monachus, ſiue Frater mendicans poteſt eſſe teſtis in teſtamento, etiam ſi in eo aliquid relinquatur ſuæ Eccleſiæ, item in contractibus, & iudicijs de licentia Superioris, Felin. *in cap. cum nuncius de teſt.* Fab. *in §. Teſtes, Inſtit. de teſt.* Pract. Pap. *form. iurament. teſt. gloſ. poteſtante num.*32. Clar. §. *Teſtamentum quaſt.*55. *& quaeſt.*29. Pariſ. *conſ.*54. *in fine lib.*4. Euerard. *in loc. à ſeruo ad Monac. num.* 6. Alexand. *conſ.*85. *lib.*2. Dec. *conſ.*63. *&* 559. *num.*3. faciat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 980. *num.* 10. vide *in §. Religio num.*

Non tamen probant Monachi teſtes inducti ad fauorem ſui Monaſterij, & quare, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 35. *lib.*1.

7 Monachus, & quilibet alius Religioſus non poteſt pro alijs fideiubere, niſi de licentia, & conſenſu ſui Superioris, & Capituli, vel maioris partis illius, *cap. quod quibuſdam, & cap. pœn. extr. de fideiuſſ.* Maut. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.*8. *cap.*11. vide *in §. Clericus num.*12. *&* 13. Sanfelic. *deciſ.*195.

8 Monachus, vel Monialis, cuius ætatis eſſe debeat tempore profeſſionis emittendæ, vide *in §. Aetas num.*10. *§. Religio num.*6. *& §. Tempus num.* 10.

Quòd Monachus, vel Monialis, non poſſit Religionem ſuam deſerere, niſi ex magna, & vrgenti cauſa diſpenſetur à Papa, ſicut nec poteſt ad laxiorem tranſire ſine licentia Papæ, vel Epiſcopi, ſi cauſa celeritatem deſideret, nec ad parem, vel etiam arctiorem ſua ſponte, ſed cum ſuperiorum licentia, Menoch. *de arbitrar. caſ.*421. *per tot.* Rebuff. *prax. benef. tit. de translat. Monac. per tot.* Socin. *regul.*544. *per tot.* latè Aſcan. Tambur. *tractat. de*

Digitized by Google

iur. Abbat. & Prælat. tom. 3. *diſput.* 7. *per tot.* vbi ſex quæſita reſoluit, facit quod dixi *in* §. *Clericus num.* §. *Epiſcopus num.* & §. *Religio num.* §. *Monaſterium num.* 6.

An tranſeundo cum licentia ad aliam religionem teneatur ibi integram annum Nouitiatus perficere, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 9. *tract.* 11. *reſolut.* 25. vbi affirmatiuam approbat, quam dicit vſo receptam, niſi impetretur diſpenſatio.

Regularis tranſiens ad aliam religionem, qualiter efficiatur incapax ad obtinenda beneficia ſæcularia, Conc. Trident. *ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 11. latè Bich. *deciſ.* 360.

Quæ autem dicatur iuſta cauſa, vt Monachus, aliuſue Regularis poſſint viuere extra Monaſterium, & ſibi acquirere, Menoch. *de arbitr. caſ.* 504. *per tot.*

Quando deſerens Religionem dicatur Apoſtata, & quibus pœnis afficiatur, latè idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 546. *num.* 24. *& ſeqq. ad* 46. Tuſch. *litt. M. concl.* 329. vbi quando dimittens habitum efficiatur excommunicatus, vel non, de quo etiam Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 115. latè Aſcan. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 7. & 8. *per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 19. *per tot. lib.* 2. vbi quòd Regularis deferens habitum coopertum dicitur Apoſtata, licèt faciat ex timore iuſtitiæ, & pœnæ meritæ, quicquid poſſet excuſari dimittendo habitum ex iuſta cauſa, vtpotè timore mortis, Carol. Maranor. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 33. *per tot.* vbi quiſnam dicatur Apoſtata, & quis fugitiuus, & quid ſi manſerit extra Conuentum, quia ſuperior recipere noluit, & poſtea infirmitate captus extra morari fuit coactus, an excuſari valeat ab Apoſtatarum, vel fugitiuorum nota, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *per tot. fol.* 481. vbi plura de Apoſtaſia.

Qualiter credens ſibi licere deſerere habitum, apoſtaſiam, & alia delicta non eſſe peccata, excommunicationem non afficere, & huiuſmodi in contemptum religionis, canonum, & Sacramentorum ſit hæreticus, & puniendus a Sancta Inquiſitione, latè idem Triuiſan. *deciſ.* 35. *lib.* 2.

Qualiter non poſſit monachus tranſire ad alium ordinem, niſi cum licentia, & tranſiens an bona hæreditaria primo monaſterio mediante illius perſona acquiſita transferat ſecum ad ſecundum Monaſterium, & alia, Tuſch. *litt. M. concl.* 321. *cum tribus ſequentibus per tot.* vide *in* §. *Monaſterium num.* 6.

An autem Monachus profeſſus, & à ſua Religione expulſus tamquam incorrigibilis, amittat priuilegium fori, ſaltem pro delictis poſt expulſionem commiſſis, latè Azot. *Inſtit. moral. tom.* 1. *lib* 12. *cap* 16. & 17. Ricc. *deciſ.* 95. *lib* 3. Martha *de iuriſdict. part.* 4. *caſ.* 185. *num.* 4. Couar. *Pract. quæſt. cap.* 32. *num.* 2. Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 797. Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 51. cum alijs per Rouit. *deciſ.* 54. *per tot.* vbi relatis contrarijs opinionibus nihil fuit reſolutum ob mortem inquiſiti pendente negotio.

9 Monachi Regulares delinquentes ſiue intra Clauſtra, ſiue extra Clauſtra, quando, & quibus caſibus poſſint ab Ordinario carcerari, & puniri, & quando debeant illorum Superiori remitti, ac alia iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. *de regul. ſeſſ.* 21. *cap.* 14. & aliarum Conſtitutionum, ac declarationum, vide Ricc. *Collect.* 503. Speiel. *deciſ.* 38. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam quod licèt quæſtuantes eleemoſynas non ſint impediendi, tamen ab immodicis ſunt compeſcendi, tenentur oſtendere licentiam ſui Superioris Epiſcopo, & ab illo confirmationem obtinere.

Plura de hac materia Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *per tot. fol.* 78. *& ſeqq. ad* 95. vbi colligit 49. caſus, in quibus Regulares ſubſunt Epiſcopo, vide *in* §. *Epiſcopus num.* 66.

An delinquentes in alieno Monaſterio poſſint tunc puniri ab Epiſcopo, vel ſaltem à ſuperiore illius Monaſterij, Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *reſolut* 49. vbi refert diuerſas opiniones.

Quando Monachi profeſſi ſubſint Epiſcopo, & non Religioni, & in quibus ſubijciantur ſuo Prælato, Tuſch. *litt. M. concl.* 325. & 326. *per tot.* Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 132. & 134. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 68. *vol.* 1. vbi intelligit data negligentia ſuperioris immediati, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 36. *per tot. lib.* 1. vbi etiam qualiter Nuncius Apoſtolicus Venetiarum ſit iudex ordinarius Regularium.

Multa alia dubia circa Regulares explicat Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *per tot. vſque ad* 136. *reſol.* & plenè Tamburin. *tract. de iur. Abbat. per tot.* plenius Suarez *tract. de Religione*, Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccl. par.* 1. *cap.* 14. *per tot. fol.* 543. *& ſeqq.* vbi latè de facultatibus Epiſcopi in Regulares exemptos.

Monachi, & Monialis extra Monaſterium ſunt tamquam piſcis extra aquam, poſſunt agere poſſeſſorio, & petitorio, vt recipiantur, quantumcumque mali non ſunt expellendi, ne efficiantur vagantes, ſed ſunt reducendi, & reuocandi ad Clauſtrum, & quando, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 330. & 331. 10

Monachi, & huiuſmodi Religioſi profeſſi, licèt Sacris ordinibus non initiati, cùm ſint ſeruitio Eccleſiæ, & Religionis obnoxij, nec ad ſecularem ſtatum redire poſſint, gaudent priuilegio fori, ſicut Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, nec illud amittunt, licèt à Religione apoſtatauerint, & habitum dimiſerint; niſi in caſibus quibus dicto priuilegio priuantur etiam Clerici in Sacris inſtituti, nempè ſi non incedant in habitu, immiſceant ſe enormitatibus, illas frequenter, in eis deprehendantur, præceſſerit trina monitio, & poſt monitionem fuerint incorrigibiles, nam his omnibus ſimul concurrentibus amittunt ipſo iure priuilegium fori, aliàs ſecus, quicquid alij contrarium tenuerint, quibus ſatisfacit Dian. *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 129. *per tot. fol. mihi* 50. dixi *in* §. *Clerici num.* 76. & *num.* 69. *in fine*, Ciarlin. *contr.* 194. *num.* 36. *&c.* vbi quòd etiam Conuerſi, & oblati viuentes vt Regulares in ſeruitio Eccleſiæ, gaudent priuilegio fori, canonis, & immunitatis, ſicut perſonæ Eccleſiaſticæ. 11

Quòd ad effectum declinationis fori ſæcularis, non ſufficiat profeſſio tacita, ſed probanda ſit expreſſa, vel tacita talis, in qua fuerint ſeruatæ conditiones omnes neceſſariæ in profeſſione expreſſa, & quæ ſint iſtæ conditiones, Sanfelic. *deciſ.* 217. vbi fuit deciſum cauſam remanere in foro ſæculari cuiuſdam capti cum re furata in habitu Monacali, licèt poſtea edita ſcriptura profeſſionis expreſſæ fuerit remiſſus ad Tribunal Nunciaturæ.

Quòd Monachus etiam ſi apoſtatauerit, vel atrocius deliquerit, & perdiderit priuilegium fori, non propter hoc Iudex Eccleſiaſticus amittat in eum iuriſdictionem, ſed ſit locus præuentioni, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 48. *per tot. lib.* 2.

Quòd Nouitij ob delicta ante Religionis Ingreſſum commiſſa, non a iudice laico, ſed ab Eccleſiaſtico ſint puniendi, ſicut idem dicitur de Clericis, Dian. *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 33. vide *in* §. *Delinquens num.* 4. & §. *Clericus num.* 36. Tamburio. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 28. *per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 48. *lib.* 2. vbi intelligit niſi iudex laicus præuenerit.

Item licet habitum dimiſerint, pro delictis tempore nouitiatus commiſſis debent à iudice Eccleſiaſtico puniri, cùm ad fundandam iuriſdictionem tempus delicti ſit attendendum, ſicut & in Clericis, idem Dian. *d. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 34. vide *in* §. *Clericus num.* 78. Tamburin. *dict. quæſt.* 28. *per tot.*

Quòd Nouitij gaudeant priuilegijs, quibus gaudent profeſſi, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 73. Tamburin. *loc. cit. per tot.*

Quòd etiam oblati alicui religioni, vel Monaſterio gaudeant priuilegio fori, etiam pro delictis ante oblationem commiſſis, ſi abſque fraude ſe obtulerint, cùm his tamen conditionibus, nempè quòd Religioni probatæ perſonam ſuam per legitimam, & expreſſam dedicationem obtulerint, vnà cum bonis nihil ſibi ſeruando, in eorum domibus, & cum vxoribus non commorentur, ſed perpetuò ſtent, & ſeruiant religioni, ac modo debito habitum portent, Ant. de Marin. *reſol. cap.* 114. *num.* 6. & 7. D. Carol. de Graſſ. *de eff. Cler. eff.* 1. *num.* 96. Sanfelic. *deciſ.* 191. *num* 7. Dian. *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 31. vbi etiam quòd idem in illis hominibus, qui aſſumpto habitu religioſo ſeruiunt monialibus ad petendas pro illis eleemoſynas, ex doctrina Bonac. *in Bulla Cœnæ diſp.* 2. *quæſt.* 26. *ſect.* 1. *punct.* 3. *num.* 18.

Item Eremitæ, qui edito voto paupertatis, vel alia ſuſcepta obligatione apud Prælatum Eccleſiaſticum, ordini, vel Eccleſiæ alicui ſpeciatim addicti ſunt, gaudent priuilegio fori, ſecus autem ſi ſint profugi, & non ſubſint alicui Superiori Eccleſiaſtico, Anton. de Marin. *reſol. cap.* 114. *num.* 8. & alij penes Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 35.

Item Nouitij in Religione Clericorum Regularium

gaudent priuilegio fori, canonis, & exemptionis à gabellis, etiam tempore hoſpitij, ad latè tradita per Dian. *part. 6. tract.8. reſolut.1. & part.9. tract.8. reſol.45. verſ. Sed hic obiter*.

Tertiarij autem tam maſculi, quàm fœminæ alicuius ordinis, vel religionis, nullo gaudent priuilegio, vel immunitate, niſi collegialiter viuant, vel cum clauſtralibus habitent, vota emittant, & ſub certa regula vitam ducant, latè Sanfelic. *deciſ.418. cum Addit.* Ciarlin. *contr.* 18. *num.6. &c.* alijque plures ab ipſis relati; licèt non deſint contrarium tenentes, ſed poſſunt opiniones concordari, vt per Sanfelic. *loc.cit.* & dixi *in §. Soror num.1.*

12 Moniales volentes agere ad nullitatem profeſſionis non debent, nec poſſunt audiri extra Monaſterium degentes, niſi obtineant diſpenſationem à Papa, vel de licentia Superiorum exiuerint, Concil. Trident. *ſeſſ.25. cap. 19. de Regular.* Sanchez *de matrim. lib.7. diſput.37. num.1.* Rodriquez *quæſt. Regular. tom.2. quæſt.17. art.1.* Merlin. *deciſ.523.*

Quòd nullitas profeſſionis non poſſit allegari poſt quinquennium, Ricc. *Collect.*4213. vbi quinque modis ampliat, & quatuor limitat, vide *in §. Monaſterium num.1.* Rot. *part.14. recent. deciſ.116. part.16. deciſ.199.* vbi plura ad rem.

Plura de Monialibus, Ricc. *Collect.*2223. 3928. 820. plenè Tamburin. *tractat. de iur. Abbatiſſ. & monial. per tot.*

De Tertiarijs alicuius ordinis, vide *in §. Soror num.1.* Tamburin. *d. tract. diſput.7. quæſt.3. & ſeqq. per tot.* vbi plura de huiuſmodi mulieribus, pœnitentibus, conuertitis, incluſis, & ſimilibus.

Monialis inhoneſta, vel deflorata, qualiter puniatur, Thom. Triuiſ. *deciſ.24. lib.2.* vide *in §. Coitus*.

An autem monialis nondum profeſſa patiendo ſe carnaliter cognoſci poſſit puniri, an gaudeat priuilegio fori, & alia ad rem, idem Triuiſ. *deciſ.57. per tot. lib.2.* vbi negatiuè concludit in vtroque, ſed vide quæ dixi *in §. Sacrilegium num.4. in fine*.

Plura de puellis monacandis, vtrumque exploranda voluntate, ac de dote conſtituenda in pecunia numerata, non autem in bonis ſtabilibus, vel annuis redditibus, & alia ſeruanda circa monaſteria monialium, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.1. lib.1. tit.12. cap.8. fol.379. & ſeqq.*

13 Monachus quicquid acquirit, monaſterio acquirit, & ſtatim efficitur monaſterij abſque facto, & apprehenſione Monachi ſecundum opinionem Canoniſtarum, Cabal. *conſ.175. lib.1.* Burat. *deciſ.394. num.2. & 723. num. 7.* cum alijs per Rota *part.9. recent. deciſ. 289. num. 12. &c.* vbi de iurepatronato, *& part.18. deciſ.689. per tot.* vide *in §. Monaſterium num.7.* latè Tamburin. *de iure Abbatiſſ. tom.3. diſput.11. per tot.* vbi plura de poteſtate Abbatum circa bonorum temporalium adminiſtrationem, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.349. verſ. Quicquid acquirit, &c.* Thom. Triuiſ. *deciſ.30.* vbi an acquiratur monaſterio, in quo profeſſionem emiſit, vel ei in quo reperitur, & dicit fuiſſe deciſum ſpectare ad monaſterium, in quo Monachus degebat poſſidere ex doctrina Card. Zabarel. *conſ. 6.* Cabed. *deciſ.163. part.1.* Fontanel. *deciſ.226. & 227. per tot.*

Quòd quicquid acquirit Monachus, acquirat monaſterio, in terminis poſſeſſionis, & regiminis alicuius Eccleſiæ, vt talis poſſeſſio quæſita monaſterio ſemper retineatur, nec reuocatione, amotione, morte, vel quouis alio facto Monachi amittatur, Bich. *deciſ.81. per tot.* Rota *part.18. recent. deciſ.689.*

De reſeruatione ſibi facta à Monacho, vel legato ei relicto, quòd quæratur monaſterio, non obſtante conditione contraria, cùm intelligatur quatenus ſtatui religioſo non repugnet, & alia ad rem fauore monaſterij, Rot. *part.16. recent. deciſ.405. & 410.* in eadem cauſa.

14 Monachi quinam poſſint, & teneantur geſtare cucullam, & qua forma priuatiuè ad alios, quid ſit cuculla, & alia de hac materia Rot. *part.12. recent. deciſ.399. & part. 13. deciſ.105. per tot.*

15 Monachus, vel monialis poſt profeſſionem emiſſam in vno monaſterio, ſi ad aliud tranſeat, an ſecum deferat bona, vel dotem primo monaſterio acquiſita, vel datam, vide pro negatiua Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. tit. de tranſeunt. ad Religionem cap.41. num.92. &c.* Surd. *de aliment. tit.9. qu. 28.* Tamburin. *de iur. Abbatiſſ. Monial. diſput.21. quæſt.7.* Pro Affirmatiua Azor. *Inſtit. moral. tom.3. lib.12. cap.15. quæſt.3.* Menoch. *de arbitr. lib.2. caſ.436. num.26. &c.* Bonacin. *tom.1. oper. mor. de alien. bon. Eccleſ. diſp.2. quæſt. vn. punct.2. num.5.* Et alij denique diſtinguunt vt per Sanfelic. *deciſ 323. per tot.* vbi fuit reſolutum (iuxta votum Sacræ Cardinalium Congregationis) in tali Doctorum varietate, eſſe à primo monaſterio præſtanda alimenta ſecundo pro perſonis ad illud translatis, alios citaui ſupra *num 8 & §. Monaſterium num.6.* quibus adde latè Capyc. Latr. *deciſ.193. per tot.*

Monachus ad Epiſcopatum promotus, an poſſit renunciationem legitimæ, vel aliorum ſuorum iurium ante profeſſionem factam reuocare, legitimamque, & alia iura renunciata proſequi, & vindicare, eſt magna quæſtio, valdèque inter Doctores, & Theologos agitata, nam pro Epiſcopo, vt poſſit prædicta non obſtante renunciatione vindicare ſtat Molfeſ. *conſ.1. poſt vol.1. Comment. ad Conſuet. Neapol. & conſ.39. poſt vol.2.* Paſcal. *de patr. poteſt. par. 1. cap.3. num.98.* Ricc. *in prax. reſol.152.* Ant. Genuenſ. *in Practicab. Eccleſ. quæſt.263.* Alphonſo de Leone *de off. & poteſt. confeſſ. reſol.11. num.118.* 16

Contrarium autem defendunt Fab. de Anna *conſ. 45. per tot. vol.1.* Mar. Cutel. *de donat. tom.1. tract.1. diſcur.2. particul.3. num.132. & ſeqq.* Fatard. *in quæſt. pro Epiſcop. Regul. per tot.* vbi hanc vltimam opinionem ſequitur, contrarijſque ſatisfacit, & habetur poſt illius *Allegat. Fiſc. fol.713. & ſeqq.*

De Monachis, Monialibus, & Monaſterijs plura deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.1. & 3. ſect. 2. verb. Monaſterium, &c.* Caſteton. *Alphabet. iurid. verb. Monaſterium, Monachi, & verb. Moniales*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. Legal. part.5. eiſdem verb. fol. 143. &c.* Suarez *tract. de Relig.* Pellizar. *Manual. Regular. &c.* nouiſſimè Ioannes Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. vt in Indice generali verb. Monachus, Monaſterium, & Monialis*, P. Mendo *tr. de ordin. Militar. in multis locis, vt in Indice, verb. Monaſterium, Monialis, &c.* 17

De cogentibus, vel impedientibus Moniales, quas pœnas incurrant, & quando poſſint excuſari, de Præfecta, ſiue Abbatiſſa non admonente Epiſcopum de tempore profeſſionis Nouitiarum, de Monialibus corruptis, & alia vltra citatos Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccl. part.2. verb. Monialis fol.235. &c.* 18

De Monacho, vel Moniali licitè tranſeunte de vno ad aliud monaſterium, an ſecum deferat bona prima monaſterio quæſita, Anton. Gob. *Conſult.12. per tot.* vbi relatis hincindè opinionibus pro negatiua reſoluit, vide *in §. Religio num.13.* Tondut. *quæſt. canon. 65. lib.1. & cap.121. & 122. part. 3.* 19

Quid autem ſi exitus è monaſterio non fuerit licitus, nec perpetuus, nec tranſitus ad aliud, an bona remaneant monaſterio, vel perſonæ exeunti ſint reſtituenda, vel acquirantur, idem Gob. *Conſult.13. per tot.* vbi per varias diſtinctiones reſoluit.

§. MONASTERIVM. XXIX.

MOnaſterium non præſumitur poſſidere liberum hominem ſine cauſa, & tenetur docere de profeſſione monachi, vel monialis expreſsè per ſcripturam, & legitimis probationibus, vel etiam tacitè ex præſumptionibus concludentibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.640. per tot.* latè Tuſch. *lit. P. concl.879. cum pluribus ſeqq.* Maſcard. *de prob. vol.3. concl.1237. per tot.* vbi quòd profeſſio non præſumitur, & quomodo probetur, Merlin. *deciſ.18.* Rot. *part.13. recent. deciſ.445. num.2. & ſeqq.* ex quibus reſultet profeſſio in Religione Hieroſolymitana. 1

Quoad profeſſionem, ex quibus cauſis poſſit impugnari, & nulla reddi loquendo de equitibus militaribus, & Monialibus, Mendo *tract. de Ordin. Milit. diſquiſit. 14. num.9. & ſeqq.* ac alibi, *vt in Indice verb. Profeſſio*, vide alios citatos *in §. Religio*, Tondut. *quæſt. Canon. 77. & 78. lib.1.*

Multa inferentia profeſſionem, Rota *part.2. diuerſ. deciſ.226. per tot.* vbi etiam quando, & ex quibus monaſterium dicatur regulare.

Quòd profeſſio legitimè facta non poſſit impugnari

ob

Digitized by Google

ob reformationem Regulæ circa accidentalia, & non ſubſtantialia, & quæ ſint, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 489. quæ tamen deciſio fuit reuocata, & declarata *part.* 14. *deciſ.* 116. *per tot.* vbi fuit concluſum pro nullitate profeſſionis, ex quo nouitiatus non erat completus, & rurſus in eadem cauſa *d. par.* 14. *deciſ.* 454. vbi plura in comprobationem nullitatis, quando in anno nouitiatus nouæ regulæ, & conſtitutiones ſuperueniunt, niſi ex tunc per alium annum continuauerit in nouitiatu, vide *in §. Annus num.* 3. *&* §. *Tempus num.* 10.

Ex quibus inducatur profeſſio tacita, & quas conditiones requirat, Sperel. *deciſ.* 161. *num.* 39. *& ſeqq.* Ludou. cum Beltramin. *deciſ.* 385. *&* 577. latè Tuſch. *littera P. concluſ.* 880. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 1. *per tot. & deciſ.* 18. Ricc. *Collect.* 223. *& alios prout in Repert. verb. Profeſſio*, Rot. *part.* 8. *recent. deciſ.* 2. *& part.* 9. *deciſ.* 94. vbi etiam quando poſſit dici ratificata, vel non, *& deciſ.* 370. *num.* 10. *ead. part.* 9. *& part.* 13. *deciſ.* 211. *& part.* 14. *deciſ.* 334. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 349.

Quòd profeſſio probetur per confratres, vel moniales, ex amictu, & ex eo quòd ab omnibus appelletur pro tali, Magon. *deciſ. Floren.* 241. *num.* 5. *&c.* vide alios ſupracitatos.

Quòd in declaratione nullitatis profeſſionis, ſit capitulariter citanda Religio, prout etiam conſanguinei, ad quorum fauorem fuerunt renunciata bona, ſint præcisè ſeruanda reſcripta delegatoria, & alia, ne ſententia reddatur nulla, ſicut fuit declarata per Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 370. *per tot.*

Multa de nullitate profeſſionis ob non ſeruatam formam à Conſtitutionibus Religionis inductam, Altograd. *conſ.* 64. *per tot. lib.* 2. vbi loquitur de profeſſione Equitis Hieroſolymitani, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 134. vbi de nullitate ratione ætatis, *& deciſ.* 409. vbi de nullitate ex defectu conſenſus, ex quibus arguatur huiuſmodi defectus, & qualiter ſit nulla profeſſio ſine nouitiatu, etiam data diſpenſatione per Breue Apoſtolicum, quando fuit obtentum inſcio ipſo profitente, Dian. *part.* 13. *tract.* 12. *reſol.* 6. *&* 7. vbi an facta contra prohibitionem Generalis, & Epiſcopi, &c. ſit nulla, & quando lex prohibens aliquem actum reddat illum non ſolum illicitum, ſed etiam inualidum; Qualiter ob interruptionem anni Nouitiatus, profeſſio reddatur nulla, late Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 14. Qualiter ob celata delicta, vel ratiocinia reddenda, Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 51. *per tot.* Qualiter ob tacita impedimenta infirmitatis, & quòd non ſufficiat profeſſio materialis, niſi concurrat formalis, & alia, idem Marant. *d. par.* 5. *reſponſ.* 105. *&* 106. *per tot.*

Et quod non poſſit fieri tranſactio ſuper validitate profeſſionis, & ſtatu religioſo ſine licentia Superioris, & ſit Simoniaca, nulla, & non obliget, & quando poſſit ſuſtineri, latè Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 189. *per tot.* vide *in* §. *Tranſactio.*

Quòd profeſſio emiſſa ſine ſolemnitatibus iuris poſitiui, licèt ſit nulla, tamen obliget in foro conſcientiæ ſi fuerit liberè facta, Sperel. *deciſ.* 163. *num.* 32. *& ſeqq.* facit latè Sanfelic. *deciſ.* 349. *cum Addit.* & Carol. Marant. *d. reſponſ.* 105. *&* 106.

Quando autem profeſſio poſſit dici nulla propter metum adhibitum, vel non, idem Sperel. *deciſ.* 79. *&* 80. *per tot.* vide *in* §. *Metus num.* 8. Rot. *part.* 8. *recent. deciſ.* 2. *& part.* 9. *deciſ.* 94. *& part.* 13. *deciſ.* 211.

An ſtante vi, vel metu poſſit profeſſus reclamare etiam poſt quinquennium, Dian. *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 62. Ricc. *Collect.* 4213.

An ignorans nullitatem profeſſionis, vel impeditus reclamare intra quinquennium, poſſit adhuc poſtea reclamare, non obſtante Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de Regul.* Dian. *par.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 53. vbi refert contrarias opiniones, ſed ipſe probat affirmatiuam, vide *in* §. *Ætas num.* 10. Merlin. *deciſ.* 1. *per tot.* Ricc. *Collect.* 4213. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 199. vbi plura ad rem.

Annullata tamen profeſſione remanet votum caſtitatis, ſi non ſolemne, ſaltem ſimplex, & ideò non poteſt contrahi matrimonium ſine diſpenſatione, *cap. placet* 12. *de conuerſ. coniug.* Dian. *part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 51.

Alia plura de profeſſione religioſa, quæ ſint neceſſaria ad eius validitatem, ex quibus reddatur nulla, vel non, latè Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *&* 7. *per tot.* Marant. *d. reſponſ.* 51. 105. *&* 106. Franciſc. de Magiſtr. *in Silu.* *Eccleſ. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 12. *cap.* 8. *fol.* 379. *&c.*

2 Monaſterium nouiter erectum, an poſſit prætendere maiorem dotem alijs monaſterijs, & qualiter debeat illam taxare iuxta congruam ſuſtentationem, & non attenta nobilitate, quid quando recipit aliquam ſupranumerariam, & an Conuerſæ augeant numerum, an filia poſſit cogere patrem, vbi eius hæredes ad illam collocandam in monaſterio, vbi maior dos requiritur, & alia ad hanc materiam, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 945. *per tot.*

Quod monaſterium non poſſit recipere aliquid vltra congruam ſuſtentationem, aliàs committat ſimoniam, & teneatur ad reſtitutionem, niſi liberaliter detur abſque pacto, vide Dian. & quos allegat *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 100. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 396. *num.* 8. *&c. & par.* 13. *deciſ.* 187. *num.* 7. *& ſeqq.* dixi *in* §. *Simonia num.* 9.

An autem monaſterium debeat eſſe contentum dote ſolita, vel poſſit prætendere integrum paragium, vel legitimam ex bonis paternis, dato quòd poſt mortem patris ſequatur ingreſſus, & profeſſio, ac alia plura ad rem, Io. Dominic. Panſut. *contr. forenſ.* 21. *per tot.*

3 Monaſterium poteſt licitè percipere intereſſe eleemoſynæ dotalis, donec ſibi ſoluatur, ad inſtar dotis pro matrimonium carnali conſtitutæ, quamuis hodie iuxta decreta generalia Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium ante omnia debet dicta dos, ſiue eleemoſyna deponi, Sperel. *deciſ.* 84. *num.* 59. *& ſeqq.* vbi etiam quando monialium dotes ſint reinueſtiendæ in ſtabilibus, vel expendi poſſint in vſus communes monaſterij neceſſarios, & tenet iuxta decreta dictæ Congregationis, dotes monialium ſupra numerum eſſe reinueſtiendas, aliàs verò poſſe vt ſupra in vſus neceſſarios monaſterij expendi.

Quòd Abbatiſſa, vel monaſterium poſſit licitè paciſci de certa ſumma pecuniæ donec dos monialis ſoluatur, etiam ſi monaſterium ſit opulentum, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 97. vbi alios allegat, Aſcan. Tamburin. *tract. de iur. Abbatiſſ. & monialium diſput.* 5. *quæſt.* 6. *per tot.* vide *in* §. *Intereſſe num.* 16.

Ex quibus rectè inferri poſſe exiſtimo, quoad ſupradotes, quæ de more aliquorum monaſteriorum remanent in manibus conſanguineorum, ipſarum monialium, cum obligatione ſoluendi quinque pro centenario durante vita monialium, & poſt illarum mortem ſoluendi dictas ſupradotes liberè monaſterio, ceſſare obligationem dicti intereſſe poſt mortem monialium, cùm monaſterio ceſſet alendi onus, & aliæ expenſæ, quarum intuitu ſoluebatur, ac omne ſolutum poſt mortem vt ſupra in ſortem imputari, iuxta ea, quæ de intereſſe dotis pro matrimonio carnali, dixi *in* §. *Intereſſe num.* vide Eman. Roder. *Quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 48. *art.* 7. quem refert Sperel. *loc. ſupra cit.*

Facto tamen depoſito vt ſupra iuxta decreta S. Congregationis, memini me alias in facti contingentia Florentiæ de anno 1667. conſuluiſſe, huiuſmodi depoſitarium, quatenus ſit in mora reſtituendi depoſitum, teneri ad dictum intereſſe verſus monaſterium, tum quia in depoſitario moroſo, ita tradunt Lup. *de vſur. Comment.* 1. §. 3. *num.* 61. *circa finem*, Caualer. *deciſ.* 331. *num.* 6. Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 33. *& num.* 45. vbi teſtatur ſe ita iudicaſſe; tum etiam quia dum monaſterium alit, & ſubſtentat de proprio monialem ſine dote patitur damnum, ad quod intereſſe damni emergentis tenetur ipſe depoſitarius, Leotard. *de vſur. quæſt.* 32. *num.* 1. *& ſeqq.* cum alijs per Staiban. *de Intereſſe lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 45. *fol.* 303.

Et tantò magis cùm huiuſmodi Depoſitarij de ſtylo notorio, & obſeruantia non ſint veri, ſed ficti, & habeantur pro fideiuſſionibus obligata in forma depoſiti, vt probat Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 1. *cap.* 5. *num.* 68. *& ſeqq. ad* 78. *fol.* 424. Fideiuſſores autem tenentur non ſolùm ad ſortem, ſed etiam ad fructus, & intereſſe, & alia omnia, ad quæ tenentur ſui principales, Surd. *deciſ.* 212. Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 5. *num.* 56. Maur. *de fideiuſſ. par.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 1. *num.* 5. *& per tot.* vide *in* §. *Depoſitum num.*

Qualiter monaſterium teneatur reſtituere dotem ſi puella adhuc nouitia decedat, dixi *in* §. *Dos num.* 47.

4 Monaſterium, & Abbatiſſa, etiam ſine conſenſu puellæ ingreſſæ, poteſt renunciare cuicumque ſucceſſioni, quæ poſſet illi competere ſuper bonis paternis, ac quibuſcumque alijs, ſiue iure hæreditatis, ſiue legati, vel fideicommiſſi abſque vllis ſolemnitatibus, cùm agatur de iure

quærendi, & nondum quæſtio; imò datur cautela, vt in renunciationibus monialium ſemper adhibeatur conſenſus Abbatiſſæ, & monialium, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.568. num.41. &c.* vbi etiam *num.18. & per tot.* quòd monaſterium excluditur à bonis per mulierem ingreſſam renunciatis ante ingreſſum, licèt ageretur de fideicommiſſo purificato poſt emiſſam profeſſionem, & quando recepit dotem ſolitam, nulla læſio etiam enormiſſima poteſt allegari, vide *in §. Renunciatio num.30. &c. §. Prælatus num. §. Statutum requirens num. §. Monachus num.* 3. Tuſch. *litt. M.concl.*336. vbi dicit ſecus eſſe ſi agatur de hæreditate iam adita, & acquiſita, cui non poteſt renunciari ſine decreto.

Quòd ſolus conſenſus Abbatiſſæ in renunciatione monialis ſufficiat ad præiudicandum monaſterio, Noguerol. *Allegat. 6. num. 23. & ſeqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.2. cap.14. num.*102. Cabal. *conſ. deciſ.*104. *per tot. lib.*5.

An requiratur conſenſus Epiſcopi, vel eius Vicarij, dixi *in §. Renunciatio num.30. & in Pract. §. Monaſteri num.*10.

Quòd monaſterium excludatur ſtante teſtamento facto ante emiſſam profeſſionem, in quo ſint inſtituti agnati, licèt alias ſine teſtamento, vel alia diſpoſitione ipſo iure bona ingreſſi, ſpectent ad monaſterium, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.*180. & ad materiam vide Menoch. *de arbitr. caſ.436. num.20. & ſeqq. caſ.*546. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.45. per tot. cap.48. num.37. &c. cap.50. num.21. &c. num.*64. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.96. per tot. cap.962. num.53. &c cap.813. num.*18. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.9. gloſ. vnic. num.*80. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*349. vbi plura.

An ſit licitum monacho, vel monialis declarare ſuum teſtamentum ante profeſſionem factum, dic quòd ſic, dummodò declaratione indigeat circa dubiam, vel obſcuram voluntatem, & interpretationem verbis ſcriptis conuenientem proferat, aliàs ſecus ſi declaratio aliquam nouam diſpoſitionem contineret, Dian. *part.3. tract.2. reſol.*75. facit Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*349.

5 Monaſterium, licèt capax bonorum non ſuccedit ingreſſus, vel ingreſſæ, ſicque nouitio, vel nouitiæ, intra annum probationis decedenti, etſi talis nouitius, vel nouitia nullam bonorum ſuorum diſpoſitionem ante ingreſſum fecerit, ſed illi ſuccedunt ſui agnati, & ſanguine coniuncti, niſi talis ingreſſus, vel ingreſſa expreſsè obtulerit ſe, & bona ſua monaſterio, vel niſi deceſſerit poſt annum probationis, etiam alia expreſſa profeſſione non facta, & retento adhuc nonitiorum habitu, ſi conſtet voluiſſe mutare vitam, nam his duobus caſibus ſuccederet monaſterium, in alijs verò agnati ab inteſtato venientes, ſicut etiam ſi nouitius reuerſus fuerit ad ſæculum, vt latè probat Menoch. *de arbitr. caſ.436. num.9. & ſeqq. ad 29.* vbi ſeptem caſus diſtinguit, idem Menoch. *conſ. 396. & de præſumpt. lib.6. præſumpt.84. per tot.* Ricc. *Collect.*3027. vbi plura Paul.Chriſtin. *deciſ.113. per tot. vol.*1. vbi etiam qualiter moribus Galliæ monaſterium non ſuccedat, & alia de hac materia; De prædictis omnibus latè videndus Sanfelic. *deciſ.349. cum Addit.* vbi etiam de coniecturis tacitam profeſſionem inducentibus ad effectum prædictum.

An ſi nouitius, vel nouitia reuertatur ad ſæculum teneatur reſtituere monaſterio expenſas in eum, vel eam factas pro tempore, quo ſtetit in monaſterio, vel ipſe nouitius, ſiue nouitia poſſit repetere quod dedit pro alimentis ad ratam temporis, quod non ſtetit in monaſterio, vide Dian. *part.3. tract.2. reſol.*16. Concil. Trid. *ſeſſ.12. de Regular. cap.*15.

Quòd imò monaſterium ſuccedat nouitius decedenti intra annum probationis videtur affirmare Gratian. *deciſ. 35. num.*13. vbi tamen loquitur per tranſennam, & dubitatiuè, ac ideò non recedas à prædictis, & infra dicendis, vide Cabal. *conſ.175. lib.*1. vbi quòd ſufficit tacita profeſſio, nec remanet interrupta per violentam ereptionem à monaſterio, quia detentus contra ſuam voluntatem non mutat ſtatum, & reuerſus habetur ac ſi continuato tempore perſeueraſſet.

Quòd nouitius in articulo mortis conſtitutus, etiam non expleto probationis anno, poſſit ad profeſſionem admitti, & tunc ſi moriatur ſine teſtamento, ſuccedat monaſterium in eius bonis, imò ſecundùm aliquos etiam non facta profeſſione, Dian. *part.3. tract.2. reſol.17. infra num.6.* idem Dian. *part.5. tract.3. reſol.139. & par.7. tract.12. reſol.*3. vbi quòd verum eſt etiam poſt tres dies habitus ſuſcepti, dummodò tamen talis nouitius habeat ſexdecim annos completos.

6 Monaſterium capax bonorum ſuccedit ingreſſo, qui in illo profeſſionem emiſit, nulla prius de ſuis bonis facta diſpoſitione, donec ipſe profeſsus in illa religione permanet, vel etiam ſi ab ea receſſerit, & ad aliam tranſierit ſine iuſta cauſa, & ſine ſui Prælati licentia, etiam non facta expreſſa, vel ſolemni profeſſione in primo monaſterio, & tantò magis ſi fiat Apoſtata reuertendo ad ſæculum; nam his caſibus non ſolum bona prius monaſterio acquiſita apud ipſum monaſterium permanent, ſed etiam alia deindè ipſi monacho delata illi primo monaſterio, & Religioni acquiruntur, Menoch. *de arbitr. caſ.546. num.11. & caſ.436. n.20. & ſeqq per tot.* vbi etiam quid ſi iuſtis de cauſis, & cum licentia ſui Prælati hic profeſsus tranſierit ad aliam Religionem, & videtur ſentire quòd ſecum iſto caſu tranſeant etiam bona ſua, ſecus ſi ob ſua malè merita transferatur ad aliud monaſterium, nam tunc cum eo tranſeunt ſolum fructus ad eum alendum neceſsarij, ne alteri monaſterio onerosus ſit; Si verò ob benè merita efficiatur Epiſcopus, vel Cardinalis, non recuperat bona iam monaſterio acquiſita, ſed ſibi, vel Eccleſiæ in poſterum acquirit, vt per Menoch. *loc. cit.* dixi *in §. Monachus num.15. infra num.*14. vide latè Tuſch. *litt. M. concluſ.322. per tot.* Dian. *part.3. tract.2. reſolut.*114. Sanfel. *deciſ.323. & deciſ.*349. Aſcan. Tambutin. *de iur. Abbat. tom.3. diſput.7. quaeſt.6. per tot.* Capyc. Latr. *deciſ.193. per tot.*

Quæ ſint cauſæ legitimæ, vt quis poſſit tranſire ex Religione ſtrictiori ad laxiorem, Dian. *part.3. tract.2. reſolut.*43. vbi de infirmitate, ſi malè tractetur, ſi alijs ſit exoſus, ſi ſit infamatus ob crimen, ita vt ſemper per pudore ſuffuſus in magna triſtitia manſurus ſit.

Quid ſi poſtea iterum reuertatur ad primam religionem, & pendeat lis ſuper validitate tranſitus, quænam Religio ſit manutenenda in quaſi poſſeſſione ſuperioritatis, latè Merlin. *deciſ.*18.

Quòd monachus profeſſus in vna Religione, & tranſiens ad aliam ſtrictiorem, ſi ante emiſsam profeſſionem in hac ſecunda, reuertatur ad primam intelligatur redire ex tunc ſcilicet à die primi ingreſsus, & non ex nunc incipiendo à die reuerſionis, ac ideò locum ſuum recuperet, quod tempus, præcedentias, & alia, abſque noua acceptatione, vel profeſſione, cùm retinuerit quæcumque iura ſua, Thom. Triuiſ. *deciſ.33. lib.*1.

Quòd monaſterium ſuccedat etiam quando nouitius exiſtens in periculo mortis, vel morti violentæ traditus, profeſſionem emittit, prout facere poteſt in manibus ſui Prælati, vel alterius ab eo ſubrogati, etiam adhuc anno probationis non completo, ſi prius non diſpoſuerit de bonis ſuis, vide Sanchez *oper. moral. tom.2. lib.5. cap.4. num.*16. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.110. num.*33. P. Manar. *Noct. Malencol. Interrogat. 117. in fine fol.190. ſupra num.5. in fine.*

Qualiter monaſterium acquirat bona ſui profeſſi in actu profeſſionis, Tuſch. *litt. M.concl.*345. latè Sanfel. *dec.349. cum Addit.* vbi etiam in tacita profeſſione.

An iuſte eiectus à Religione ſi aliquid poſtea acquirat, monaſterio acquirat, vide Dian. *part.7. tract.12. reſolut.*4. vbi quòd ſic de iure communi; Sed vigore motus proprij Gregorij XIII. bona religioſi eiecti ſpectare ad Cameram Apoſtolicam poſt illius mortem, niſi fuerit in alia Religione receptus; ſi autem Religioſus eiectus expendat bona in vſus illicitos, an recipientes teneantur ad reſtitutionem, idem Dian. *d. part.7. tract.12. reſol.*5. vbi refert contrarias opiniones.

7 Monaſterium an poſſit hæreditatem, vel legatum monacho delatum, abſque eius miniſterio adire, vel repudiare, & ſic an hæreditas dicatur delata monacho, & eo mediante monaſterio, vel immediatè ipſi monaſterio, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.363. num.16. &c. cap.568. num.22. & num.62. &c.* Magon. *deciſ. Floren. 10. num.1. &c.* Altograd. *conſ.96. num.18. lib.1. & conſ.42. num.28. &c. lib.*2. vbi quòd dicitur immediatè delata monaſterio ipſo iure abſque facto, & aditione Monachi, Ricc. *Collect.*2234. Cabal. *conſ.175. lib.*1. Rot. *part.13. recent. deciſ.100. num.*6. vide *in §. Monachus num. 13. & §.*

Con-

Digitized by Google

Conditio num. 31. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 728. *num.* 19. *&c.*

Qualiter ſuccedat in vſibus, & ſucceſſionibus monialis delatis, Merlin. *deciſ.* 22. *per tot.*

Quo ſolus Abbas poſſit repudiare hæreditatem, legatum, vel donationem, cùm agatur de iure quærendo, & nondum quæſito, Cenalt. *comm. contr. commun. quaſt.* 661. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 4. *num.* 4. *& ſeqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 101.

An autem poſſit aliquid relinqui monacho, vel moniali ſub conditione, vt nihil quæratur monaſterio, vide Franch. *deciſ.* 718. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. Ricc. *Collect.* 3027. vbi latè, & dixi *in §. Abbas num.* 7. Caren. *reſolut.* 155. *&* 199. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 100. *num.* 7. *& part.* 16. *deciſ.* 405. *&* 410. *per tot. in eadem cauſa*, vbi plora de reſeruatione ſibi facta à monacho, vt quæratur monaſterio, & quomodo, vide *in §. Monachus num.* 13.

8 Monaſterium ſecundùm vnam opinionem, quam veriorem profitentur illius ſequaces, non tenetur ſtatim aſſignare legitimam filijs patris ingreſſi, & profeſſi, ſed tantùm poſt illius mortem naturalem, & interim alimenta, niſi monaſterium eſſet incapax bonorum tam in communi, quàm in particulari, Soccin. *reg.* 225. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 102. *per tot. cap.* 815. *num.* 9. *&c.* Ger. Spin. *conſ.* 1. *num.* 37. *& ſeqq. per tot.* Vaſqu. *de ſucceſſ. reſol.* §. 12. *num.* 13. Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaſt.* 17. *nu.* 189. *&c. quaſt.* 8. *num.* 625. Giurb. *de conſuet. Meſſan. part.* 1. *cap.* 4. *gloſ.* 5. *num.* 32. *fol.* 398.

Contrariam autem opinionem indiſtinctè, imò ſtatim poſt profeſſionem teneri monaſterium aſſignare legitimam filijs ingreſſi, non expectata illius morte naturali, magis communem affirmant, & ſequuntur Craſſ. *in §. Legitima quaſt.* 12. *num.* 6. Honded. *conſ.* 60. *per tot. lib.* 2. Fachin. *contr. iur. lib.* 6. *cap.* 13. Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *quaſt.* 3. *num* 11. *& ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 41. *num.* 9. *&c.* Sperel. *deciſ.* 2. *num.* 21. Rota *part.* 5. *recent. deciſ.* 116. 223. *&* 267.

Quòd quamuis monaſterium ſuccedat monacho, non excludat eius parentes ſuperuiuentes à legitima, Gratian. *deciſ.* 7. *per tot.* ita vt tenetur ſtatim illam aſſignare poſt profeſſionem eodem modo ſicuti dictum eſt de legitima filijs ingreſſi aſſignandi, quidquid alij contrarium teneant Merlin. *d. quaſt.* 3. *num.* 12. *&* 13. vbi etiam *num. ſeqq.* quòd prædicta procedunt licèt filij præcedant patri, nam cùm legitima debeatur à die profeſſionis, illam etiam non petitam tranſmittont ad ſuos hæredes, vide *in §. Legitima num.* 15.

9 Monaſterium an poſſit prætendere legitimam à patre monachi ingreſſi, & profeſſi ex perſona, & iure ipſius monachi, & ſtatim, vel tantùm poſt mortem patris, vide *in §. Legitima num.* Giouagn. *conſ.* 85. *per tot. lib.* 1. vbi quòd pater non cogitur dare monaſterio legitimam, & ſi filius deindè profeſſione emiſſa vellet legitimam de tempore ſubſequutæ mortis patris, pariter non eſt audiendus, quia pater decedens cum filio monacho profeſſo, dicitur ſine filijs decedere, etiam ſi monaſterio ceſſa fuerint omnia iura monachi; intelligendo in monaſterio incapace bonorum, nam ſi monaſterium ſit capax tenetur pater illi reſeruare legitimam, & iure, ac titulo inſtitutionis relinquere pro filio in eo ingreſſo, etſi iam profeſſionem emiſerit, quia monachus Religionis capacis retinet iura ſuitatis, & ſanguinis, vt dixi *in §. Monachus num.* 2. ac illam tranſmittit in monaſterium, niſi tamen decedat ante patrem, quia tunc (quicquid tenuerint aliqui antiqui DD. non tenetur pater illi monaſterio legitimam relinquere, vide Giouagn. *d. conſ.* 85. *in fine*, *& in Addit. ad d. conſ. vol.* 1. Sanch. *de prac. Decal. lib.* 7. *cap.* 12. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 3. *num.* 15. *in Addit.*

Quòd ex conſuetudine Franciæ nullus Religioſus profeſſus, quamuis filius, vel proximus poſſit ſolit ſuccedere parentibus, vel conſanguineis, nec monaſterium pro eo, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 52. *num.* 6. *vol.* 4. *& deciſ.* 203. *num.* 8. *vol.* 5. idem ſeruari etiam Paduæ, Peregrin. *deciſ.* 73. *num.* 3. *&* 10. *& deciſ.* 138. *num.* 5. vide *in §. Conditio num.* 31. Vaſqu. *de ſucceſſ.* §. 18. *num.* 89. vbi de validitate huiuſmodi conſuetudinis, *& ibidem num.* 130. plenè Fontanel. *deciſ.* 346. 347. 348. 349. *&* 350.

10 Monaſterium quando teneatur ad debita monachi tam antè, quàm poſt ingreſſum contracta, Roman. *conſ.* 292. *num.* 2. *&c.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 15. *&c.* Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 41. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaſt.* 29. vbi an teneatur alere filios etiam ſpurios, vel parentes monachi.

An pro expenſis ſtudij, & ſimilibus, idem Gratian. *cap.* 436. *per tot.*

Quod non teneatur pro debitis, etiam ex cauſa monaſterij contractus, & maximè pro mutuo, niſi in ipſius monaſterij rem, aut vtilitatem verſum probetur, Cabal. *conſ.* 175. *num.* 10. *lib.* 1. dixi *in §. Abbas num.* 19.

Monaſterium licèt regulariter non habeatur loco filij, 11
niſi in caſibus expreſſis, tamen ſi ſit capax bonorum excludit ſubſtitutum datum alicui ſub conditione, *ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, ac ex ſuo corpore natis*, quia facit deficere dictam conditionem, Crauet. *conſ.* 152. Bartol. *conſ.* 1. *lib.* 1. de quo vide latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 305. *&* 306. *per tot. cap.* 271. *num.* 15. *cap.* 481. *& cap.* 815. *num.* 22. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.* 146. *per tot. lib.* 2. vbi pro monaſterio S. Mariæ Nouellæ de Florentia, Magun. *deciſ. Florent.* 16. *num.* 27. vbi quòd ſecus ſi ſit incapax, latè Tuſch. *litt. M. concluſ.* 344. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 243. *vol.* 1. Ruta *par.* 12. *recent. in Append. deciſ.* 433. *&* 434. *per tot.* Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 99. *per tot.* vbi contra monaſterium, latè Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 72. *per tot.* vbi quòd monaſterium excluditur quando fuit ſubſtituta pia cauſa, & quare, ac alia plura ad rem.

Non ſufficeret tamen ingreſſus monaſterij ad effectum prædictum, ſed requiritur profeſſio, & ſi eſſemus in cauſa pia ſubſtituta, illa non diceretur excluſa per monaſterium, Gratian. *d. cap.* 481. *num.* 7. *&c.*

Quòd autem ingreſſus præſumatur emiſiſſe profeſſionem ſi de illa non conſtet, & ſi decedat intra annum probationis, an, & quando præſumatur voluiſſe bona ſua acquiri monaſterio, vel agnatis ſuis, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 83. *&* 84. *per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 1. *per tot.* vide *in §. Religio num.* latè Sanfelic. *deciſ.* 349. *per tot. cum Addit.*

Quod in materia ſtatutaria monaſterium non habeatur loco filij, Rota *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 92. *num.* 11.

Quòd quando ſunt addita verba naturalitatem, & non fictionem præſeferentia, vt quando fuit dictum, *ex ſuo corpore procreatis, & natis, verè, non per iuris interpretationem*, monaſterium non habeatur loco filij, nec ſubſtitutum excludat, Antun. Portug. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *num.* 134. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *num.* 26. *&c.* Aliograd. *conſ.* 96. *num.* 26. 33. 34. 41. *&* 42. *lib.* 1. Barboſ. *de appel. verb. ſignif. appel.* 99. *num.* 146. *&c.* vbi dicit contrariam ſententiam teneri per Canoniſtas, & ipſe videtur eam tamquam vltimo loco relatam ſequi; quamuis aſſerat eſſe vtramque adeò probabilem, vt poſſit vnuſquiſque, cui magis voluerit ad libitum adhærere; hanc tamen contra monaſterium, benè probat Sperel. *deciſ.* 153. *num.* 37. *& ſeqq.* quando ſcilicet non ſumus in ſimplici conditione, *ſi ſine filijs*, ſed vlterius qualificata per verba naturalitatem denotantia, vt ſupra, Peregr. *de fideicom. art.* 28. *num.* 78. *&c.* Foſar. *de ſubſtit. quaſt.* 429. *num.* 27. *&c.* Ioſeph. Ricc. *in l. cum auus lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 44. *& ſeqq. ff. de cond. & demonſtr.* Oſaſch. *deciſ.* 126. Franch. *deciſ.* 29. Boer. *deciſ.* 354. *num.* 6. Cauale. *deciſ.* 1. *part.* 3. Rot. Rom. *part.* 5. *recent. deciſ.* 306. *num.* 11. *& deciſ.* 179. *num.* 17. *&* 18. *part.* 6. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 243. *volum.* 1. *& deciſ.* 218. *per tot. volum.* 4. Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 99. *per tot.* qui omnes teſtantur fuiſſe deciſum ſemper contra monaſterium ſtantibus verbis veram, & naturalem filiationem denotantibus, & ideò licèt contraria opinio eſſet magis communis, tamen iſta tamquam magis æqua, rationabilis, & vſu recepta, eſt ſine dubio amplectenda in iudicando, vide *in §. Conditio num.* 45. *in fine*, *& num.* 54. *& §. Subſtitutio num.* 42. Ricc. *Collect.* 3074. vbi an, & quando monaſterium habeatur loco filij, vel non ad excluſionem ſubſtituti, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 313. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi quòd ſtante expreſſa volontate teſtatoris excludendi monaſterium, ſtatim ac hæres grauatus in aliqua Religione profeſſus eſt, habetur pro mortuo ſine filijs, & ſit locus ſubſtitutioni, etiam non expectata morte naturali, Rota *part.* 11. *recent. deciſ.* 278. *num.* 10. *&c.* vbi quòd profeſſus numquam cenſetur diſpoſitiuè, aut conditionaliter vocatus, nec facit deficere conditionem, quando teſtator noluit

monaſterium ſuccedere, etiam ſi profeſſio poſt obitum fideicommittentis emanauerit, Rot. *part.13. deciſ.57.* vbi quòd profeſſus non cenſetur excluſus, ſed admittitur ad portionem ſuam, niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate, ſaltem durante vita ipſius profeſſi, & vbi ſua Religio eſt capax bonorum in communi, & hoc idem latè probat eadem Rot. *part.13. recent. deciſ.392. per tot.* adde Ludouic. Bell. *conſ.39. & ſeqq.*

Quòd vbi apparet de excluſione monaſterij, & monialium ex diſpoſitione teſtatoris, vt quia voluit euenien te
11 caſu monacationis aſſignari congruam dotem, & reliquum fideicommiſſo accreſcere admittatur ſubſtitutus excluſo monaſterio, etiam adhuc viuente moniali, ac idem ſit ſtante renunciatione reali, & abdicatiua, Rot. *part.16. recent. deciſ. 207. per tot.*

12 Monaſterium haberi loco filij per fictionem iuris, ac proindè ſi ſit capax bonorum facere deficere conditionem expreſſam, *ſi inſtitutus ſine filijs deceſſerit*, ita ſimpliciter appoſitam, & ſubſtitutum excludere admittunt omnes, etiam in foro conſcientiæ, in bigamo ingreſſo, & licèt poſtea ingreſſus apoſtataret; ac idem eſſe in Eccleſia ſæculari reſpectu clerici ſub dicta ſimplici conditione grauati ad illam poſtea addicti duobus tamen concurrentibus, primò, vt perpetuò perſeueret in clericatu, & Eccleſia, ſecundò vt in fine vitæ ſuæ bona illa, quæ poſt eius mortem ſubſtituto deberentur donet Eccleſia, vel in alia opera pia expendat, & hoc modo etiam Clericus poſſet potiri priuilegio excludendi ſubſtitutum, vt latè probat Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat. 99. num. 117. & ſeqq. ad 129.* Cardin. Tuſchus *litter. M. concluſ. 344. per tot.*

Quoad Eccleſiam, vel Clericum dictis duobus requiſitis concurrentibus ſequitur poſt relatas alias quatuor opiniones, latè Sperel. *deciſ.153. per tot.* vbi tamen tribus modis limitat, & prout in concluſione ſequenti.

13 Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, *ſi hæres ſine liberis deceſſerit*, ſed ipſe ſubſtitutus admittitur excluſo monaſterio, quando monaſterium eſſet incapax bonorum, vel repudiaret, vel ſi ingreſſus in eo non emiſerit profeſſionem, vel ſi profeſſio fuit nulla, vel ſi eſſet ſubſtituta pia cauſa, ſiue immediatè, ſiue etiam mediatè, vel ſi eſſet ſubſtitutus alter filius teſtatoris, vel ſi eſſet expreſſa ratio conſeruandi bona in agnatione, & familia, vel ſi grauatus ante ingreſſum monaſterij diſpoſuerit de bonis, vel ſi aliquid conditioni adijciatur, per quod appareat teſtatorem ſenſiſſe de veris filijs naturaliter genitis, vel ſi grauatus ingreſſus fuerit monaſterium animo fraudandi ſubſtitutum, quod probatur per iactationes, & minas, vel ſi blanditijs, & ſuaſionibus Prælati fuerit allectus; vel ſi conditio reſpiciat perſonam ipſius teſtatoris, & non grauati, vel ſi extet ſtatutum, ſiue conſuetudo quòd verba teſtamentorum ad litteram intelligantur, vel quòd monaſterium, & in eo ingreſſi non ſuccedunt prout in Galliæ Regno, vel ſi dicta conditio, *ſi ſine filijs*, ſit appoſita in contractu oneroſo, ſeu diſpoſitione inter viuos, vel teſtator expreſsè monaſterium excluſit, quod facere poteſt, vel ſi addita fuerit qualitas maſculinitatis, ſiue legitimitatis, vel naturalitatis, vel ſi fuerit excluſiuitatis interpretatio, vel ſi dictum fuerit, *ſuccedat Titius, & non alius, ſiue nullus alius*, vel ſi diſpoſitiuè eſſent vocati filij Titij, & illis decedentibus datus ſubſtitutus, nam Titio ingreſſo monaſterium non ſuccedet, ſed ſubſtitutus, vel ſi grauatus ante ingreſſum habeat liberos, vel ſi in caſu ingreſſus fuit aliquid particulare relictum, vel ſi viuo teſtatore grauatus poſt teſtamentum ingrediatur monaſterium, vel ſi dicta conditio fuerit appoſita cum datione ſubſtituti ei, qui iam fuerit in Sacris conſtitutus, vel profeſſus, vel ſi eſſemus in purè grauato, vel ſi monaſterium conſentiat, quòd bona vadant ad ſubſtitutum, vel ſi ſimus in ſententia, ſiue laudo, vel ſi ſimus in grauato ſub alia conditione quàm liberorum, vel ſi dicta conditio non ſit expreſſa, quamuis verſemur in caſu, quo à iure ſubintelligatur, vt latè, & ſingillatim approbat Barboſ. *d. appell.99. num.129. & ſeqq. per tot.* Sperel. *deciſ.153. num.27. & ſeqq. per tot.* Bich. *deciſ.345. num.8. &c.* vbi quòd conditio, *ſi ſine liberis* remanet purificata per ingreſſum Religionis Capuccinorum incapacis bonorum, & profeſſionem, quia mors ciuilis operatur eumdem effectum mortis naturalis, vide *ſupra num.11.* facit latè Hermenegild. de Roſas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.7. cap.5. per tot.* vbi plura de incapacitate Fratrum Minorum S. Franciſci ad interpretationem *Clem. exiui de Paradiſo, §. quia igitur de verb. ſignific.* & qualiter Principes poſſint ſtatuendo prohibere, ne monaſteria Clerici, vel Religioſi poſſint ſuccedere in officijs publicis, &c. abſque læſione libertatis Eccleſiaſticæ.

Monaſterium capax bonorum in communi ſuccedit in fideicommiſſis filijs, aut filiabus relictis ex perſona illorum in ea profeſſis, ita vt ſecundum plures illud procedat etiam in fideicommiſſis ordinarijs pro conſeruatione agnationis, & familiæ, ſaltem durante vita Monachi, vel Monialis, DD. *in l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, C. de Epiſc. & Cler. cap. in præſentia extr. de probat.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.313.* Coſt. *de part. rat. quæſt.226. num.2.* Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.8. art.31.* Crauet. *conſ. 132. num. 2.* Mantic. *de coniect. lib.8. tit.12. num.25.* Bart. *in l. cum pater, §. hereditatem num.3. ff. de legat.2. & in l. Statius, §. Cornelio num.1. ff. de iur. fiſc.* Couar. *var. reſol. lib.1. cap. 19. num.7.* Peregr. *de fideicomm. art.28. num. 81.* Ceuall. *comm. controu. commun. quæſt.193. num.7.* Clar. *§. Feudum quæſt.78.* Marcha *de ſucceſſ. leg. part.3. quæſt.13. art.4. num. 31. &c.* Cabal. *conſ. deciſ.146. per tot. lib.2.* & alij relati per Altograd. *conſ.96. num.1. & ſeqq. lib.1.* vide *ſupra num. 6. &c.* latè Rot. *in Bononien. fideicommiſſi de Blanchettis 26. Ianuarij 1632. & 9. Decembris 1633.* coram Veroſpio *in Append. 4. part. 12. recent. deciſ.433. & 434.* vbi pro Monaſterio. 14

Quòd monaſterium bonorum capax ſuccedat ex perſona tamen Monachi, & eius vita naturali durante ad fideicommiſſum æquè, & vnà cum alijs non Religioſis in eodem gradu exiſtentibus, latè à fideicommittente iniunctum fuerit onus aſſumendi ſuum cognomen, & ſua arma, acriter cauſa diſcuſſa deciſum fuit à Rota Bononienſi, vt videre eſt in motiuo, ſeu deciſione elaborata per Comitem Auguſtinum Fontanam in dicta cauſa Relatorem ad quam me remitto, cùm de facili poſſit haberi, fuit enim impreſſa Bononiæ 1685. per Hæredes Franciſci Mariæ de Sartis, & habetur etiam in Archiuio Secretariæ Illuſtriſſimi Regiminis Bononiæ, vbi ſeruantur deciſiones almæ Rotæ Bononienſis.

Hæc cauſa vertebat inter R. D. Franciſcum Mariam, & Ioannem Auguſtinum fratres de Griſonibus alias de Razalibus Clericos Regulares infirmis miniſtrantes, &c. ex vna, & Excellentiſſimum D. Ioannem Baptiſtam, & fratres de Griſonibus, aliàs de Razalibus ex altera, & expedita fuit à Rota Bononienſi ſub die 30. Aprilis 1685. Et Romæ pariter diſcuſſa habuit executionem a Signatura Iuſtitiæ ſub die 27. Auguſti dicti anni 1685. & iterùm repropoſita cauſa in dicta Signatura Iuſtitiæ ſub die 15. Nouembris 1685. ſteterunt in deciſis pro executione.

De hac materia videatur etiam latè Cæſar. de Afflict. *contr. iur. cap.29. per tot.* Tondut. *quæſt. canon. benef. & regul. par.3. t42.* vbi pro admiſſione monaſterij durante vita Monachi, vel Monialis.

Ioſeph. Ramonius *conſ.9. n.12.* & modernus Additionator Iacob. Baldue. *deciſ.131.* vbi inhærendo Auditori Mazzonio, qui in dicta Rota Bononienſi ſolus contrarium tenuit, ponit per extenſum votum d. D. Auditoris Mazzoni, omittendo prædictam contrariam totius Rotæ Bononienſis deciſionem a D. Co: Fontana extenſam, cui fuit data executio à Signatura iuſtitiæ, vt dixi, & ſi locus erit, apponetur inter meas reſolutiones in fine huius Tomi, vt omnia prout verè ſunt omnibus, & ſingulis innoteſcant.

An autem monaſterium ſit capax bonorum emphyteuticorum, & feudalium, vide citatos *in §. Emphyteuſis num.5. cum Addit. in §. Feudum num.29.*

Contrarium tamen in fideicommiſſi ordinatis pro conſeruatione agnationis, & familiæ, quòd tunc monaſterium ad illa non admittatur ex perſona monachi, vel monialis, cùm id repugnet expreſſæ diſpoſitioni, & intentioni teſtatoris, ſed in totum excludatur, etiam durante vita monachi, vel monialis, latè de veriori, & magis communi opinione probat, & teſtatur Altograd. *dict. conſ.96. per tot. lib.1.* allegans pro hac parte Couar. *d. cap.19. num.11.* Petr. *de fideicomm. quæſt.8. num. 516.* Decian. *conſ. 51. lib. 2.* Ceuall. *quæſt.593. num.10. &c.* Peregr. *d. art.28. num.82.* Mangil. *de imput. quæſt.71. num.28.* Fuſar. *quæſt.428. num. 15. & quæſt.430. num.2.* Anton. Fab. *Cod. lib.6. tit.2. deff. 25.* Cancer. *var. reſolut. cap.24. num. 31. in fine part. 1.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.987. num.8.* Caſtr. Palao *oper. moral.*

Digitized by Google

moral. part. 3. punct. 4. §. 3. *num.* 2. Caſtil. *contr. iur. lib.* 3. *cap.* 12. *per tot.* Roſental. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 29. *num.* 8. Rot. Rom. *deciſ.* 135. *num.* 17. 20. *&* 21. *part.* 7. *diuerſ. & alios multos*, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 313. *num.* 15. *& ſeqq.* Caren. *reſol.* 153. *per tot.* vbi inſerit ſupracitatam deciſionem Bonon. fideicommiſſi, quando monaſterium poſſit ſuccedere.

Prout etiam excluditur monaſterium quando fideicommiſſum fuit relictum filijs legitimis, & naturalibus, & ex ſuo corpore procreatis, & natis, verè, non per iuris interpretationem, idem Altograd. *d. conſ.* 96. *num.* 26. 33. 34. 41. *&* 42. vide *in* §. *Fideicommiſſum num.* & in concluſionibus ſupra firmatis, Cabed. *deciſ.* 133. *per tot. part.* 1. vbi an maioratus ſucceſſio deferatur monaſterio, Cæſar. de Afflict. *contr. iur. cap.* 29. *per tot.*

Excluditur adhuc monaſterium quando filio decedenti ſine liberis ex ſuo corpore natis fuit ſubſtituta pia cauſa, quia monaſterium ex tacita, & ſubintellecta voluntate venit, pia verò cauſa per expreſſam, quæ tamen admittitur tantùm poſt mortem naturalem inſtituti, & interim fructus bonorum ſpectant ad monaſterium, & alia plura ad rem explicat Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 72. *per tot.*

15 Monaſteria noua non poſſunt erigi, & ædificari, quamuis adſit licentia Epiſcopi niſi vocatis, & auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, ac cauſa cognita, vt ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſint iuxta diſpoſitionem Bullæ Clementis VIII. incip. *Quoniam*, de qua Ricc. *Collect.* 3964. vbi etiam quòd priuilegia conceſſa Regularibus ædificandi abſque conſenſu Ordinarij ſunt hodie reuocata per aliam Bullam Vrbani VIII. incip. *Romanus*, vide plenè Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 337. *per tot. cum pluribus citatis*, vbi non ſolùm de dicta prohibitione, ſed etiam de alia ſimili non ædificandi monaſteria propè alia antiquiora, niſi relicto ſpatio centum quadraginta cannarum, Rot. *part.* 12. *deciſ.* 124. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi pro nullitate erectionis ſtante præiudicio Parochi, plenè Frances *var. reſol. cap.* 27. *&* 28. *per tot.* vbi etiam an ſaltem poſſit retineri hoſpitium Regularium, quando fuit denegata licentia fundandi Monaſterium in aliquo loco, *infra num.* 19. latè Carol. Marant. *controu. part.* 5. *reſponſ.* 15.

Item non poſſe ædificari monaſteria, niſi adſint redditus ſufficientes pro ſuſtentatione ſaltem duodecim Religioſorum, vltra expenſas pro manutentione Sacriſtiæ, & Eccleſiæ, nec poſſe ſuppleri ex redditibus aliorum Conuentuum abſque Beneplacito Apoſtolico, & alia, latè Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 107. vbi refert plures Bullas id prohibentes *infra num.* 19. vide Frances *d. reſolut.* 27. *&* 28. *per tot.* vbi plura de hac materia, de qua etiam *infra num.* 19.

16 Monaſterium quando agitur de illius præiudicio, debet capitulariter citari, nec ſufficit ſimplex citatio Abbatiſſæ, ſed debet ipſa Abbatiſſa requiri ad congregandas Moniales ad hunc effectum, quòd ſi facere recuſet, tunc valebit citatio etiam non collegialiter facta, Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 275. *num.* 16. *& ſeqq.* facit quòd dixi *in* §. *Citatio num.* 27. Et idem ſeruandum in Abbate Monaſterij maſculorum, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 181. *num.* 10. *&c.* vbi citat Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 144. Caualer. *deciſ.* 435. *num.* 1. *& alios*, Rot. *part.* 17. *deciſ.* 44. *num.* 16. *& ſeqq.* Idem in capitulo, ſanatur tamen defectus per notitiam habitam, Rot. *part.* 12 *recent. deciſ.* 60. *num.* 2. *&c.*

Quando ſufficiat citatio facta ad oſtium monaſterij, nempe ſi in principio cauſæ fuit capitulariter citatum, Rot. *part.* 12 *recent. deciſ.* 234. *num.* 2. *&c.* vide *in* §. *Abbas num.* 10. Addit. ad Sanfelic. 357. *in fine*.

17 Monaſterium quando, & ex quibus probetur exemptum à ſubiectione Epiſcopi, & dicatur ſubiectum Ordini generali, latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 279 *per tot.* vide *in* §. *Epiſcopus num.* 3. *& ſeqq.* Rot. *dict. part.* 11. *in Append. deciſ.* 373. *per tot.* vbi quando monaſterium ſit exemptum ab Ordinario, & dicatur conſtituere territorium ſeparatum, ac Confeſſores Monialium non indigeant approbatione Ordinarij.

Quando autem, & ex quibus monaſteria exiſtentia intra limites Diœceſis cum Eccleſijs illis annexis ſubſint Epiſcopo, latè Rota *part.* 12. *recent. deciſ.* 181. *per tot.*

18 Monaſterium an, & quando obligetur, vel non ex mutuo per Abbatem recepto, vide *in* §. *Abbas num.* 29.

Thom. Triuiſ. *deciſ.* 41. *per tot. lib.* 1. vbi etiam de alijs contractibus.

19 Monaſteria noua, & alia huiuſmodi loca Regularia erigi, & iam erecta alio transferri non poſſint abſque beneplacito Apoſtolico, *cap.* 1. *de exceſſ. prælat. in* 6. *cap. vn.* §. *confirmatos*, vbi DD. *de relig. dom. in* 6. Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 3. *&c. ſupra num.* 15.

Nec obſtat Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de Regular.* dum diſponit non erigi ſine licentia Epiſcopi Diœceſani; quia ſtante compatibilitate beneplaciti Apoſtolici cum huiuſmodi licentia Epiſcopali, debet vtrumque adimpleri, & obſeruari, vt latè firmat Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 289. *per tot.* vbi de Conuentu Capuccinorum, etiam ſtantibus illorum ſtatutis approbatis, quòd habita Epiſcopali licentia, & concurrente communitatis conſenſu, ad fundationem deuenire poſſent, quia non ob id excluditur beneplacitum Apoſtolicum omninò iuxta Sacros Canones neceſſarium, ſed omnia vt ſupra copulatiuè requiruntur, nam ex noua forma addita non tollitur prima quando ſimul ſtare poſſunt, vt latiùs ibidem probat Rota *&* *part.* 13. *recent. deciſ.* 54. *num.* 31. *& deciſ.* 87. *per tot. & deciſ.* 115. *per tot. & deciſ.* 225. *per tot.* vbi tamen quòd prædicta non procederent in erectione ſimplicis hoſpitij pro Patribus venientibus ad locum illum pro negocijs ſuæ Religionis, ad tradita per Ricc. *deciſ.* 139. *num.* 2. *part.* 2. dummodò tamen ſine Eccleſia aperta, abſque campanis, ſine adminiſtratione Sacramentorum, & abſque Sepulturis, vt declarat Rot. *d. deciſ.* 225. *& deciſ.* 231. *num.* 1. *& ſeqq. in eadem cauſa dict. part.* 3. *recentior.*

Imò vltra beneplacitum Apoſtolicum, & licentiam Ordinarij, requiritur etiam conſenſus Incolarum, & loci habitantium; item conſenſus Parochi ratione ſui præiudicij circa oblationes, & aliàs obuentiones, & aliorum conuentuum vicinorum, etiam diuerſi ordinis, ita vt quilibet ex iſtis defectibus ſolus ſufficiat ad inualidandum fundationem, Rot. *in eadem cauſa dict. part.* 12. *deciſ.* 319. *per tot. & part.* 13. *deciſ.* 83. *& deciſ.* 115. *& deciſ.* 225. & de hac materia, vide Tamburin. *dict. tract. tom.* 3. *diſput.* 5. *per tot.* vbi vndecim quæſita doctè reſoluit, & agit etiam de deſtructione, & latè Frances *variar. reſolut.* 27. *&* 28. *per tot.* Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſp.* 15. *per tot.*

De ædificatione, ſiue conſtructione monaſteriorum Monialium, cuius auctoritate ſint erigenda, in quibus locis, an duplicia ſint permittenda, an ſint ſubiecta Parochiæ, & alia, latè Aſcan. Tambur. *in tract. de iur. Abb. & Monial. diſp.* 33. *per tot.*

Quòd monaſteria noua non poſſint ædificari, niſi adſint redditus ſufficientes pro ſubſtentatione ſaltem duodecim Religioſorum, vigore Bullarum Pontificalium Gregorij XV. de anno 1622. & Vrbani VIII. *in Bull. nou. tom.* 4. *Conſtit.* 31. §. 3. *& Conſtit.* 25. Barboſ. *de iur. Eccl. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. *&* 15. latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 54. vbi quòd conuentus inſtituitur cum conditione impetrandi diſpenſationem, illa non obtenta, fit locus alteri ſubſtituti, vide *in* §. *Eccleſia num.* 33.

20 Monaſteria Monialium non poſſunt adiri ad alloquendum cum ipſis Monialibus ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis, ſiue alterius Superioris Regularis circa Monaſteria Regularibus ſubiecta, & ſeruata ſemper in hoc conſuetudine locorum, cùm ad Epiſcopum ſpectet prouidere, & punire circa acceſſum ad Monaſteria, quia id concernit clauſuram, quam cuſtodire pertinet ad Ordinarium, etiam quoad exempta, *cap. Monaſteria de vit. & honeſt. Cler. cap. ex periculo de ſtat. Reg. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* Motus proprius Gregor. XIII. Bulla Pij V. Franc. Marc. *deciſ.* 954. Bonacin. *in tract. de Clauſur. quæſt.* 3. *part.* 4. Barboſ *de off. Epiſc. alleg.* 102. Tamburin. *de iur. Abbatiſſ. & Monialium diſp.* 25. *quæſt.* 7. Sperel. *deciſ.* 97. Ciarlin. *contr. for. cap.* 147. *part.* 2. latè Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *de Monialibus, &c. fol. mihi* 55. *&c.* alios allegaui *in* §. *Licentia num.* 9. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 393. *num.* 18. *& ſeqq.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 137. vbi etiam quòd licentia intelligitur de prima vice, ad Garz. *deciſ.* 97. Ricc. *in praxi reſol.* 545. *vol.* 1. Et de clauſura Monialium, & penès illam frangentibus, de licentijs, & tota materia plenè Thom. del Bene *tract. de immun. part.* 2. *cap.* 19. *per tot. à fol.* 190. *ad* 287. Suarez *de Relig. tom.*

4. *lib.* 1. *cap.* 8. 9. *&* 10. *fol. mihi* 30. *& ſeqq.* Michael Ferro Manriq. *quæſt. Vicar.* 12. *per tot. part.* 2. vbi qualiter ſint puniendi frequentantes Monaſteria, & an ſit ſalubre remedium excommunicatio.

De materia prohibitionis acceſſus ad monaſteria, & allocutionis cum monialibus ſine licentia, an comprehendat patrem, fratres, & filios, an tranſmiſſionem litterarum, & alia, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 15. *&* 16. *per tot.* vbi negatiuè reſoluit ad euitandam pœnam, & quod etiam debet intelligi de monaſterijs clauſtralibus, tam quoad alia potiùs conſeruatoria, quam monaſteria non comprehenduntur ſub diſpoſitione loquente de monaſterijs, ſed mitiùs puniuntur delinquentes circa dicta conſeruatoria, & ibi per eum.

De ludis, & rumoribus prohibitis propè monaſteria, vide *in* §. *Ludus num.* 12.

Quòd nec etiam poſſit à vicinis haberi aſpectus, vel feneſtra reſpiciens monaſteria, etiam exiſtente via publica intermedia, niſi antiquiora eſſent ædificia priuatorum, & vide per Nouar. *loc. cit. Collect.* 138. & dixi *in* §. *Aedificium num.* 15. *&* §. *Feneſtra num.* 1.

Florentiæ tamen (ex concordatis cum Eccleſiaſticis) vt magis ſeruetur clauſura, puniuntur accedentes ad monaſteria Monialium totius ſtatus Florentini abſque licentia per Iudices ſæculares, vt ſæpiſſimè ſeruatum vidi in Magiſtratu, & Cancellaria Dominorum Octo Baliæ Virorum Ciuitatis prædictæ, cùm huiuſmodi acceſſus, & alloquutio ſine licentia, vltra Conſtitutiones Eccleſiaſticas, ſit ſub grauiſſimis pœnis prohibitus per leges, & bannimenta Sereniſſimi Magni Ducis Noſtri de anno 1557. & & 1563. vt dixi *in Pract.* §. *Monaſteri num.* 1. *& ſeqq.* ita vt etiam aliquos audierim putantes vigore dictorum bannimentorum, cognitionem, & punitionem contra laicos in hac materia delinquentes, priuatiuè ſpectare ad Iudicem ſæcularem, & non ad Ordinarium Eccleſiaſticum; Sed vt ego de more verum fatear, puto grauiter errare, & huiuſmodi delicta eſſe mixti fori, ac attendendam eſſe præuentionem, cùm iudex Eccleſiaſticus poſſit vigore Canonum, & Concilij vt ſupra procedere, & punire, iudex autem ſæcularis vigore dictorum bannimentorum laicalium, non obſtantibus dictis concordatis, quæ cumulatiuè, & non priuatiuè (iudicio meo) ſunt intelligenda, per ea, quæ dixi *in* §. *Iuriſdictio num.* 5. cum declarationibus ibidem adductis; quamuis de ſtylo numquam viderim iudices Eccleſiaſticos ſe ingerere contra laicos in hac, vel ſimili materia delinquentes in Statu Florentino.

Quòd huiuſmodi delicti acceſſus ad monaſteria ſint mixti fori quoad ſæculares, & detur locus præuentioni inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, ac poſſe Iudicem Eccleſiaſticum non obſtante ſententia iudicis ſæcularis procedere ratione ſacrilegij ad excommunicationem, aliaſque pœnas ſpirituales, Menoch. *de arbitr. caſ.* 389. *num.* 24. Cacheran. *deciſ.* 103. Baiard. ad Clar. §. *Fornicatio num.* 16. Sperel. *deciſ.* 137. *num* 47. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 200. *num.* 73. & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 14. *num.* 19. vbi alia plura de hac materia, de qua ego dixi *in* §. *Coitus num.* 14. *&* §. *Sacrileg. num.* 4.

21 Monaſterij ſuppreſſi bona quibus veniant applicanda, vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 231. *deciſ.* 363. *per tot.* & dixi *in* §. *Bona num.* 37.

22 De monaſterijs vide etiam citatos ſupra *in* §. *Monachus*, *& Moniales in fine.*

23 Quod nouæ domus religioſæ, ſiue monaſteria non poſſint erigi, ſicut nec mutari, nec dimitti priora ſine debitis licentijs, & ſub quibus pœnis, & alia de religioſis, Carol. Ant. Theſaur. *tract. de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Religioſus cap.* 1. *& ſeqq. fol.* 287. Tondut. *quæſt. canonic.* 23. *per tot. lib.* 1.

§. MONETA. XXX.

1 MOneta ſi fuerit mutata in valore, ſiue circa bonitatem intrinſecam, vel extrinſecam, ad quem ſpectet periculum damni, & lucri an ad creditorem, vel ad debitorem, Bart. & alij *in l. Paulus, ff. de ſolut.* Pract. Pap. *act. hypoth. gloſ. relaxandum num.* 2. Euerard. *in loc. à rat. caſus conuerſ. num.* 3. Card. Tuſch. *littera M. concl.* 349. *per tot.* benè Cabal. *conſ. deciſ.* 103. *per tot. lib.* 2. vbi quòd ſi mutatio contingat circa bonitatem intrinſecam, debet ſolui ſecundùm tempus debiti contracti, etiam circumſcripta mora debitoris; ſi verò circa bonitatem extrinſecam, & ſic in valore, & non in materia, vel pondere, ante debitoris moram, nocet, & prodeſt creditori, cùm hoc ſecundo caſu tempus ſolutionis, in primò autem tempus contractus ſit attendendum, Theſ. iun. *tract. de augment. & diminut. monet. per tot.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de ſolut. concluſ.* 1. *& ſeqq. fol. mihi* 349. *&c.* Rota *part.* 4. *recent. deciſ.* 42. *tom.* 2. *per tot.* Guid. Pancirol. *Theſ. var. lect. lib.* 1. *cap.* 73. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 51. *per tot. cap.* 417. *& cap.* 560. *per tot.* Abb. *in cap. quanto num.* 12. *de iureiur.* Lanfranch. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quæſt.* 16. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 1. *num.* 1. *vol.* 3. vbi ſe remittit ad Facchin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 9. *& ſeqq.* vide Paul. Rub. *in Annot. d. deciſ.* 67. *part.* 9. *recent.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 398. vbi benè declarat in materia reſtitutionis dotis.

De materia depoſiti, ad quem ſpectet periculum mutationis valoris monetarum, Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 97. *& ſeqq.* vbi diſtinguit inter depoſitum regulare, & irregulare, vide Bartol. Gat. *conſ.* 10. 17. 18. *&* 19. *per tot.* vbi generaliter.

Plura de monetarum mutatione olim incognita, & hodie frequenti, & quare, cui competat, quæ incommoda pariat, an poſſit ſolui moneta de proximo reprobanda, & alia, Anton. Gob. *tract. de monet. quæſt.* 3. *per tot.* Gibalin. *de vniuerſit. negot. lib.* 2. *cap.* 4. *art.* 13. *&* 14. *fol. mihi* 444. & latiùs *lib.* 5. *cap.* 3. *art.* 4. Coſta *de fact. ſcient. & ignor. diſt.* 63. *per tot.*

Et data monetarum mutatione, ſiue in augmento, ſiue in diminutione, vel etiam totali reprobatione, quid iuris in ſolutione, tam ex contractibus, quàm vltimis voluntatibus, & ſimilibus, latè idem Ant. Gob. *d. tract. quæſt.* 4. *&* 5. vbi de bonitate intrinſeca, & extrinſeca, &c. latè etiam Viui. *comm. opin.* 512. *cum pluribus ſeqq.* vbi inſerit pulchrum conſilium Collegij Louanienſis pro Sereniſſima D. Margharita de Auſtria cum Sereniſſimo Magno Etruriæ Duce.

Alteratio monetarum facta à Principe ſæculari, an liget perſonas Eccleſiaſticas circa illorum præcedentes obligationes, Tuſc. *litt. M. concl.* 350.

Quòd ſi mutetur valor monetæ debeat conductori proportionabiliter augeri, ſiue minui pretium olei, vel ſimilis datij conductori iuxta ratam mutationis monetæ, ita vt non ſentiat lucrum, neque damnum ex tali mutatione, vide Gratian. *deciſ.* 85. *per tot.*

Quando moneta eſt in obligatione, & duæ ſunt illius ſpecies, alia nempè reales, & cuſſa, & alia imaginaria diuerſæ in valore, an ſit ſoluenda realis, vel imaginaria, Merlin. *deciſ.* 97. *per tot.* vbi quòd illa, quæ minus valet, facit quòd dixi *in* §. *Legatum n.* 65. vide latè Anton. Gob. *de monet. quæſt.* 6. vbi benè iſtam materiam declarat.

Quòd moneta ſit ſoluenda ſecundùm valorem de tempore ſolutionis, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 135. *num.* 2. *& part.* 11. *deciſ.* 13. *num.* 10. Ludouiſ. *deciſ.* 42. *per tot.* Benintend. *deciſ.* 39. *per tot.* Buccafer. *conſ.* 85. 86. *&* 87. *lib.* 1. Rot. *in Capuana penſionis* 16. *Martij* 1617. *coram Veroſpio, & in Alcentina Vicariæ* 10. *Ianuarij* 1620. *penult. & vlt.* apud Fenzon. *ad Stat. Vrb.* Paul. Rub. *in Annotat. ad deciſ.* 67. *part.* 9. *recent.* vide *in* §. *Mutatio num.* 1. latè Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 398. vbi de reſtitutione dotis fienda in ſcutis aureis iuxta illorum valorem currentem tempore reſtitutionis, quando in obligatione adſunt ſcuta aurea, & illorum bonitas intrinſeca non fuit alterata, licèt in obligatione adiecta ſit æſtimatio ſcutorum, quia cenſetur facta demonſtratiuè, & non taxatiuè, ac operatur tantùm vt debitor poſſit ſoluere æſtimationem, ſed iuxta valorem currentem tempore ſolutionis, eadem Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 15. *num.* 5. vbi quòd debet fieri ſolutio ad valorem monetæ currentis de tempore contractus iuxta text. *in cap. penult. de cenſ. & part.* 14. *recent. deciſ.* 504. *num.* 6. vide Anton. Gob. *de Monet. quæſt.* 4. *&* 5. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 225. *&* 230. vbi quòd debet attendi monetæ valor à contrahentibus taxatus, latè declarat, *& dec.* 309. *deciſ.* 363. *per tot. & deciſ.* 394. *per tot.* vbi quando valor expreſſus ſtet taxatiuè vel demonſtratiuè, *& part.* 17. *dec.* 233. *per tot.*

An autem ſciens de breui valorem monetæ eſſe minuendum, poſſit mutuare alteri vltra conſuetum cum pacto, vt ſibi reſtituatur iuxta valorem de tempore reſtitu-

tu-

Digitized by Google

tutionis, contrarias opiniones refert Dian. *par. 1. tract. 8. reſol. 55.* vbi affirmatiuam ſequitur, quia ita mutuans vtitur iure ſuo, nec accipit vltra ſortem, *& reſol. 45. & 46. d. tract. 8. & reſol. 54.* vbi idem in ſimilibus ſtatuitur.

Quòd moneta promiſſa, vel pretium intelligatur de vſuali, & frequentata in loco contractus, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 76.* vide *in §. Legatum num.* Tuſch *lit. M. concl. 349. per tot.*

An autem poſſit ſolui vnum genus monetæ pro alio, videlicet argentea pro aurea recepta, maximè in mutuo, contrarias opiniones refert Dian. *part. 8. tractat. 7. reſol. 19.* & ipſe affirmatiuam probat vide *in §. Solutio num. 26.*

Qualiter in quolibet Regno, & Dominio neceſſarium ſit proprium numiſma, & an Reipublicæ noxia ſit alteratio monetæ tam in augendo, quàm in diminuendo illius valorem, Salzedo *Politic. de Regim. Princip. lib. 2. cap. 13. per tot. fol. mihi 175. &c.* Plura de re numaria Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib. 2. cap. 4. per tot. à fol. 383. ad 453.*

2 Monetam falſam cudentes graue admodum crimen committunt, ita vt dicantur læſæ maieſtatis rei, ſi ſub forma, & effigie Imperatoris cuderint, vel Papæ, ſiue alterius Principis iuris Imperij, vel Superiorem in ſtatu ſuo non recognoſcentes, & pœna vltimi ſupplicij, ac confiſcationis bonorum ſunt puniendi, etiamſi cuderint monetam bonam, & iuſti ponderis, & bona dicantur lædere Principis Maieſtatem, & illius auctoritatem vſurpare, *l. 2. vbi gloſ. & DD. C. de falſ. monet.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 199. num. 21. &c. vol. 4. & deciſ. 70. volum. 5.* Ricc. *Collect. 172. 2187. 4198.* Sanfelic. *deciſ. 59. per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 136.* Anton. Gob. *tract. de muner. quæſt. 9. &c.* vbi refert decem ſpecialia huius atrociſſimi delicti, in quo tamen debet conſtare de corpore delicti per ocularem inſpectionem, prout in alijs, ita vt nec confeſſio poſſit illud ſupplere, vt dixi *in §. Corpus delicti nu. 12.* Card. Tuſchus *littera M. concluſ. 313. & 354.* Conciol. *reſol. crim. verb. Moneta reſol. 2. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 316. num. 6. & ſeqq. per tot.* Cabal. *reſol. crimin. caſ. 27. per tot.* vbi etiamſi cudentes non ſint alias ſubditi, niſi ratione delicti, & licèt delictum non fuerit integraliter conſumatum, quando non fuerit per eos, ſed quia fuerunt præuenti, & impediti, & non ſpontè pœnitentia ducti deſtiterunt, plenè Farinac. *quæſt. 115. inſpect. 1. per tot.* Gizzarel. *deciſ. 15. nu. 25. & deciſ. 75. num. 3.* vbi Addent. Viui. *comm. opin. 519.* vbi de pœnis & Capyc. Latr. *deciſ. 179.* dixi *in Pract. §. Monetæ numer. 27.* vbi quod etiam diſponit *Statut. Flor. lib. 3. Rub. 129. & 139.* Gibalin. *loc. cit. art. 15. fol. 447.* vbi maximè pro foro conſcientiæ, latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. contr. 44. per tot.* vbi quòd committunt in hoc crimine quatuor grauiſſima crimina, nempè falſi, læſæ Maieſtatis, peculatus, & ſacrilegij, & quando agitur de falſificatione monetæ Supremorum Regum pœna ſemper eſt capitalis, cuiuſcumque metalli ſit moneta, vel paruæ quantitatis, vna cum confiſcatione bonorum, & combuſtione cadaueris iuxta leges, & conſuetudines Hiſpanas.

Materiam falſæ monetæ vltra citatos tractant Dec. *tract. crim. lib. 7. cap. 23.* Carpzou. *Pract. crim. part. 1. quæſt. 42. & 43.* Cortiad. *deciſ. 87* Azeued. *Recopilat. lib. 8. tit. 17. lib. 5.* Maſtril. *de indultu cap. 27.* Larrea *deciſ. 10.* Garzia *de re Militar. deciſ. 1.* Muta *ad Pragm. tit. 72. de Monetis*, & plenè alios plures allegans Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 5. per tot. à fol. 338. ad 380.* vbi multas dubitationes benignè, & doctè reſoluit; iſtis adde Muſcatel. *in Prax. tit. de falſ. monet. cum Addit.* Franciſc. Mariæ Prati *fol. mihi 561. & ſeqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 25. n. 50. & ſeqq. per tot.*

Quod domus, ſiue prædium, in quo falſa moneta cuditur, etiam domino illius inſcio, & ignorante, confiſcandum ſit, Antun. Portug. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 25. numer. 57. &c.* niſi tamen ignorantia domini domus, vel prædij ſit probabilis, vt quia longè abfuerit, vel vt primum ſciuit, Curiæ prodidit, vel agatur cum vidua ignorante delictum, vel cum impubere etiam ſciente, & tutorem non habente, nam ſi tutorem habeat, ipſe tuto ſi non ſit abſens, tenetur iuxta text. *in l. 1.* vbi Salic. & alij *C. de falſ. monet.* Peguer. *deciſ. 46. num. 13.* cum alijs per Anton. Gob. *tract. de monet. quæſt. 9. nu. 21. &c.* & alios ſupracitatos, Conciol. *verb. Moneta reſol. 2. nu. 3.*

Quòd Monetarij ideſt cudentes falſam monetam, vel bonam tondentes, etſi dicantur crimen læſæ maieſtatis committere, cùm tamen non ſit directum in perſonam ipſiuſmet Principis, de quo loquitur Bulla Gregoriana, gaudeant immunitate Eccleſiæ, Peregrin. *de immun. cap. 6. nu. 11. cap. 10. num. 10.* Thom. del Bene *de immunitat. part. 2. cap. 16. dubit. 24. ſect. 18. fol. 84.* Mar. Ital. *lib. 1. cap. 5. § 1. num. 15.* Barboſ. *de iur. Eccl. lib. 2. cap. 3. num. 122.* Dian. *part. 6. tractat. 1. reſolut. 19.* qui tamen docent fuiſſe quandoque à Summo Pontifice conceſſam licentiam illos extrahendi ab Eccleſia, & conſignandi Curiæ ſæculari, Anton. Gob. *de Monet. quæſt. 11. numer. 33. &c.* vbi gaudent immunitate, Conciol. *loc. cit. reſolut. 6.* vbi pro immunitate, licèt ſpoliari poſſint moneta falſa, auctoritate tamen Curiæ Eccleſiaſt. & non ſæcularis; de qua vltima declaratione ego valdè dubito per ea quæ dixi *in §. Iudex num. 28.*

Imò clericos etiam culpabiles de hoc crimine repertos eſſe Curiæ ſæculari tradendos, puniendos ſtatuit Vrbanus Octauus prout refert Ricc. *Collect. 3312.* & dixi *in §. Clericus nu. 80.* idem Ricc. *Collect. 4198.*

De materia an, & quando Clerici, vel alij Religioſi ob crimen falſæ monetæ ſint degradandi, & Curiæ ſæculari tradendi ad eos puniendos, etiam extra Italiam, vbi non extenditur Conſtitutio Vrbani Octaui 75. in ordine, an pro dicto crimine poſſint tormento Capræ, vel Vigiliæ ſupponi ſi ſint ſufficienter indiciati, conſtito de delicto in genere, & alia plura ad rem notabilia, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. 5. §. 1. ad 3. numer. 107. & ſeqq. per tot.*

Quando autem poſſint excuſari à dicta pœna mortis, & confiſcationis ordinaria, alijs pœnis arbitrarijs mitioribus puniri, ex eo quod moneta fabricata ſit omninò reprobata, & non expendibilis, vel ſi cudentes pœnituerint, & opus non perfecerint, vel ſint impuberes, vel cuderint monetam viliſſimi valoris, & ex ſimilibus cauſis, vide Menoch. & Farinac. *loc. cit.* Viui. *comm. opin. 519.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 3. caſ. 8. per tot.* Conciol. *verb. Moneta reſ. 2. num. 7. & ſeqq.* Franc. *deciſ. 440.* vbi etiam quod poſſunt torqueri ex eo ſolo, quòd penes illos reperta ſint inſtrumenta ad cudendam monetam, Ricc. *Collect. 172.* vbi adducit alias excuſationes, nempè ſi nondum imaginem Principis impreſſerint, ſi monetam alterius, & non ſui Principis falſificauerint, Peguer. *deciſ. 46.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 136.* latè Anton. Gob. *tract. de Monet. quæſt. 11. per tot.* vbi prædictas, & alias excuſationes adducit, & benè declarat, adde latè Capyc. Latr. *deciſ. 79. per tot.* vbi pro abſolutione, maximè ex defectu probationum, & quæ probationes requirantur in hoc delicto monetarum.

Vbi quando excuſentur delinquentes circa monetam à pœna ordinaria &c. Cabed. *deciſ. 89. part. 1.* vbi pro pœna ordinaria mortis, etiamſi moneta ſit alterius Principis, quando erat expendibilis, & vſu recepta in loco delicti, vide Cortiad. *deciſ. 86.* Conciol. & Romagu. *ad ſtat. Eugub. lib. 4. Rub. 45. per tot.* Farinac. *quæſt 115. num. 79.* Azeued. *Recopil. lib. 8. tit. 17. leg. 5. num. 28.* Tondut. *reſol. tom. 1. lib. 2. cap. 20. per tot.* Raynald. *d. cap. 5. §. 1. nu. 12. &c. num. 70. & ſeqq.* vbi quando monetarij excuſari poſſint à pœna ordinaria, ſi autem moneta non ſit expendibilis in loco falſificationis, an poſſint puniri à Principe, cuius moneta fuit falſificata, Raynald. *loc. cit. numer. 106. & ſeqq.* vbi quod ſic ſi illi ſubſint ratione originis, vel domicilij, vel delicti, & ſi agatur de moneta Papali poſſunt vbiquè puniri ab Officialibus Papæ, qui habet iuriſdictionem vbiquè terrarum, & in alijs caſibus ibi relatis, adde Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 25. numer. 70. & ſeqq.*

De falſificante cuneos Regia ſignatorios ad falſam monetam cudendam, Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re criminal. controu. 45. per tot.* vbi latè concludit teneri eadem pœna cum cudentibus monetam falſam licèt in caſu ſuo fuerit extraordinariè punitus ex eo quia minor erat 17. annis.

Qualiter teneantur tutores pro moneta falſa fabricata in domo pupillorum ipſis ſubiectorum, *l. 1. Cod. de falſ. monet.* Leoncil. *deciſ. Ferr. 17. num. 39.* vide Farinac. *dict. quæſt. 115. Inſpect. 1. in fine*, Anton. Gob. *d. tract. quæſt. 9. num. 23.*

Et qualiter vxor cudentis falſam monetam, conſeruans

inci-

inciſuras poſt delictum, vel aliter coadiuuans ſit punienda, Maſtril. *deciſ.* 246. *lib.* 3. Giurba *conſ. crimin.* 85. Sanfelic. *deciſ.* 276. Faber. *deciſ.* 3. *Cod. de falſ. monet.* Nouar. *Collect.* 136. *numer.* 14. vbi quòd debet extraordinariè puniri ſi ſciuit, & non reuelauit, Anton. Gob. *de Monet. quaſt.* 9. *numer.* 10. *& quaſt.* 11. *numer.* 11. vbi contra.

Florentiæ, & eius Dominio cudentes, vel alio modo falſificantes aliquam monetam cuiuſcumque conij, vel ſtampæ puniuntur pœna mortis, & confiſcationis bonorum, non tantùm attenta Iuris communis diſpoſitione, vt ſupra, ſed etiam vigore legis, & prouiſionis municipalis de die prima Septembris 1496. exiſtentis in libro antiquo legum Zecchæ in Cancellaria eiuſdem Zecchæ 162. quæ pœna mortis eſt furcarum, vt pluries ſeruaui in paucis mihi delegatis, & alijs per Magiſtratum DD. Octo Baliæ me proponente expeditis, ac poſtremò ſeruatum fuit à Rota criminali, me vno ex Auditoribus interueniente de menſe Auguſti 1681. in cauſa Petræ Sanctæ contra Dominicum de Aucis in filcia Proceſſ. Rot. *nu.* 660.

3 Monetam tondentes, vel mutilantes minuendo circulum exteriorem, & ponderis quantitatem, ſiue moneta ſit aurea, vel argentea, & ærea puniuntur pœna mortis, niſi illam excedentem in pondere mutilauerint, vt ad iuſtum pondus redigerent, nam tunc non punirentur iuxta opinionem Alciat. *reſponſ.* 461. & aliorum, de qua tamen iuſtè dubitat Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 34. *& ſeqq. ad* 41. vbi quòd ipſe iudex eſſet non excuſaret dictos tondentes ab aliqua pœna arbitraria iuxta facti, & perſonarum qualitatem, prout ſi minimam aliquam quantitatem, vel viliſſimi valoris tondiderint, vide Farinac. *quaſt.* 115. *Inſpect.* 2. *per tot.* vbi meminit de conſtitutione Pij V. & alijs bannimentis Status Eccleſiaſtici, Ricc. *Collect.* 4198. vbi etiam de Bulla Vrbani VIII. Anton. Gob. *tractat. de Monet. quaſt.* 10. *&c.* vbi quot modis, & à quibus moneta falſificari ſoleat, Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. contron.* 47. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Moneta reſolut.* 5. *per tot.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 191. *nu.* 1. *& ſeqq.* Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 59. *& ſeqq. ad* 77. *fol. mihi* 171. Card Tuſch. *litt. M. concl.* 354. *num.* 29. *&c.* dixi *in Pract.* §. *Monete num.* 28. *& ſeqq.* vbi de ſtatuto, & bannimentis Florentiæ, Raynald. *loc. ſup. cit. num.* 75. *& ſeqq.* vbi quando tondentes poſſint excuſari à pœna mortis, Tondut. *reſolut. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *per tot.* Portugal. *d. cap.* 25. *nu.* 58. *& ſeqq.*

Qualiter monetam tondens, abradens, tingens, ſiue falſificans puniatur, vide Cabald. *d. caſ.* 191. *per tot.* vbi quòd Florentiæ iuxta decretum Officialium Zecchæ de anno 1496. 17. Septembris, tenetur pœna pecuniaria, vel etiam corporali extendenda vſque ad mortem incluſiuè arbitrio dictorum Officialium iuxta qualitates delicti, & perſonarum, *& num.* 5. quòd pœna ſemper eſt arbitraria, vt ſupra, adde Viui. *comm. opin.* 520. Anton. Gob. *tract. de monet. quaſt.* 11. *&* 12. *per tot.* vbi latè qualiter puniantur, vel excuſari poſſint falſam monetam fabricantes, expendentes, introducentes, & retinentes, & qualiter monetam probam tondentes, vel alio modo minuentes, tingentes, liquefacientes, accipere recuſantes, vel eam pro pluri, quàm valeat, vel diminutam, & tonſam expendentes.

Quomodo autem tingatur moneta, & argentea inauretur docet Plin. *lib.* 33. *natural. hiſtor. cap.* 3. *in fine*; ſed quibus pœnis puniantur tingentes, Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 42. *&c.* Farinac. *d. quaſt.* 115. *inſpect.* 1. *num.* 54. *&c.* Cabal. *d. caſ.* 191. Anton. Gob. *de monet. quaſt.* 9. *nu.* 11. Poſſent. *ſingul.* 217. vbi de pœna triremium, non docto à quo habuerint.

Plura de monetarum origine, cauſa, & effectibiles, de varijs moneris, tam antiquis, quàm modernis, de illorum vſu, & valore, quid veniat ſub nomine pecuniæ, monetæ, & alia, latè Anton. Gob. *tractat. de monet. quaſt.* 1. *& per tot.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 2. *cap.* 4. *per tot.* à *fol.* 383. *ad* 453.

Non tamen eſt prohibita, nec punibilis Alchimia, ceſſante falſitate, & ſi expendatur argentum, vel aurum alchimicum tanti, quanti valet, & vltra nec pro vero, bono, & reali, Farinac. *d. inſpect.* 1. *verſus finem*, latè Martin. Delrio *diſquiſit. mag. lib.* 1. *cap.* 5. *ſect.* 2. *per tot. fol. mihi* 60. *per tot.*

Multa autem de falſis alchimiſtis, cauſa truffandi pecunias alienas, de varijs tincturis monetarum, quid ſit Alchimia, an ſit quid ſubſiſtens, vel ſoffiſticum, & nonreale, quando, & ad quem finem poſſit eſſe licita, de varijs trufferijs in hac materia, de modo illas detegendi, & alia curioſa tradit Coſpius *in ſuo Iudice criminaliſt. part.* 3. *cap.* 51. *cum pluribus ſeqq. ad finem*, Martin. Delrio *diſquiſit. mag. lib.* 1. *cap.* 5. *per tot. fol. mihi* 57. *& ſeqq. ad* 83. Raynald. *d. cap.* 5. §. 1. *ad* 3. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi de tinctura monetarum, *&* §. 4. *ad* 5. *num.* 1. *& ſeqq. fol.* 370. vbi plura de Alchimia, & Alchimiſtis.

Monetam falſam ſcienter, & doloſè retinentes, vel expendentes, teneatur pœna falſi, & niſi doceant à quibus habuerint præſumuntur illam fabricaſſe, ſi ſint aliàs malæ conditionis, & famæ, ſecus autem ſi ignoranter, & ſine dolo expendiderint, vel retinuerint, latè in facti contingentia ad deffenſionem inquiſiti de huiuſmodi delicto, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 199. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 51. *& ſeqq. ad finem*, Franch. *deciſ.* 351. *&* 401. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 521. Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. contron.* 46. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. moneta reſolut.* 3. *per tot.* vbi de retinente, *& reſolut.* 4. *per tot.* vbi de expendente monetam falſam, vel tonſam, Tuſchus *littera M. concluſ.* 352. *per tot. &* 354. *numer.* 32. Farinac. *quaſt.* 115. *inſpect.* 3. *per tot.* Anton. Gob. *tract. de monet. quaſt.* 11. *num.* 36. *& ſeqq.* Et de pœna tenentis, vel expendentis monetam paruam, nempè amiſſionis, & dupli, &c. vide *Stat. Florent. lib.* 3. *Rub.* 131. latè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 1. *ad* 3. *num.* 17. *& ſeqq. & num.* 100. *& ſeqq.* vbi quando expendentes poſſint excuſari, vel non, & eodem *cap.* 5. §. 6. *ad* 8. *numer.* 1. *& ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 25. *numer.* 66. *& ſeqq.* 4

An autem bona fide expendens monetam falſam ab alio ignoranter acceptam, teneatur ad reſtitutionem damni verſus illum, in quem tranſtulit, Dian. *reſolut. moral. part.* 3. *tractat.* 6. *reſolut.* 3. vbi refert contrarias opiniones, & quod vtraque ſit probabilis, Anton. Gob. *d. tractat. quaſt.* 11. *numer.* 37. vbi quòd ſcienter expendens monetam falſam læthaliter peccat, licèt ab alio bona fide acceperit ad Syluestr. *in Summa verb. Falſarius quaſt.* 6. Nauar. *cap.* 17. *num.* 167. Graff. *deciſ.* 135. *num.* 27. Homobon. *tract. de exam. Eccl. fol.* 568. Franch. ſuper Bulla contra monetarios penes Paſqualig. *ad eamdem num.* 1296. *& ſeqq.*

Intellige prædicta de ſimpliciter expendentibus ſcienter monetam falſam, nam expendentes monetam falſam acceptam ab ipſis falſificantibus ſcientes illam adulteraſſe, & cauſa erogandi, tamquam conſcij, & participes ipſius delicti, atque auxilium præſtantes teneatur pœna ordinaria, Farinac. *quaſt.* 115. *numer.* 127. Menoch. *d. cap.* 316. *num.* 9. Merlin. Pignatel. *contr. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 16. *&* 17. Maſtril. *de indult. cap.* 27. *num.* 20. Matthæu. Sanz. *d. contr.* 46. *numer.* 6. *& per tot.* vbi tamen fuit concluſum pro pœna arbitraria mitiori iuxta aliam aliorum benigniorem opinionem, maximè in mulieribus, de quibus agebatur in caſu ſuo, & fuſtigatæ ad exilium per decennium damnatæ.

An autem moneta falſa, vel alia ratione prohibita poſſit impunè aſportari per tranſitum ad alium locum, vbi fortè ſit expendibilis, & an falſa dici poſſit, vel potiùs noua, & permiſſa quando eſt cuſſa de bona materia, licèt fortè inferiori liga, & ab habente auctoritatem cudendi, ſed ſub cunio, & imagine alterius Principis ignorantis, vel non conſentientis, & alia ad rem, Manſ. *Conſult.* 281. *per tot. tom.* 3. & alij plures relati per Raynald. *d. cap.* 5. §. 4. *ad* 5. *num.* 15. *& ſeqq per tot.* dixi *in* §. *Banna num.* 6.

Moneta dicitur falſa pluribus ex cauſis, vel nempè materiali per mixturam, raſuram, vel ſimilem alterationem, formali propter falſam appoſitionem nominis Principia, efficiente, quando ſcilicet cauſa efficiens eſt falſa, veluti quia fabricetur moneta vera, & bona cum proprio, & vero nomine cudentis; ſed abſque auctoritate, cùm cudere monetam ſit de reſeruatis ſupremo Principi, vt declarat Bald. *conſ.* 372. *lib.* 3. vbi ideo concludit, quòd expendens monetam iam veram, & bonam, ſed hodie reprobatam, & bannitam, non dicitur falſarius, nec vti talis punitur, ſed de ſtellionatu, & pœna arbitraria, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 352. *&* 353. Afflict. *in cap.* 1. §. *Moneta tit. qua ſint regal. in vſibus feud.* vbi declarat quibus caſibus dicatur fa- 5

bricari

Digitized by Google

bricari moneta falſa, cum alijs per Baiard. ad Clar. §. *Falſum num.* 308. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1069. *per tot.* & benè Farinac. *quæſt.* 115. *inſpect.* 1. *in prin.* vbi circa hoc, quot modis dicatur moneta falſa, refert plures opiniones, alij enim putant falſitatem monetæ conſiſtere in materia, forma, & pondere; alij vt ſupra circa cauſam materialem, formalem, & efficientem; alij quando in ea miſcetur metallum inferioris valoris, vel ſi non ſit iuſti ponderis, vel ſi tingatur; alij monetam cudendo ſine auctoritate Principis, vel falſam in materia, & pondere, vel adulterando, ſiue falſificando imaginem, ſiue inſcriptionem, vel tondendo, vel minuendo; denique multi ad veritatem, & bonitatem monetæ requirunt, primò auctoritatem cudentis, ſecundò, quòd cudatur in loco deputato, tertiò, quòd ſit probæ ſpeciei, vel materiæ, quartò, quòd ſit iuſti ponderis, vltimò, quòd ſit cuſſa in publica forma, vide Franc. Marc. *deciſ.* 87. *&* 261. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 136. *num.* 3. *&* 4. vbi quòd quatuor præcipuè exiguntur in moneta, nempè quantitas, pondus, materia, & forma publica, & aliquo ex iſtis deficiente, committitur falſitas, & alia ad rem, latè Anton. Gob. *tractat. de monet. quæſt.* 2. *per tot. & quæſt.* 10. *& ſeqq. per totum tractatum*, Matthæu Sanz *de re crimin. controu.* 44. *&* 45. Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 2. *cap.* 4. *art.* 15. *fol.* 447. vbi quæ obligatio contrahatur in foro conſcientiæ, Cabed. *deciſ.* 45. *part.* 2. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 1. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd circa monetam ſeptem modis delinquitur, nempè cudendo, adulterando, reſecando, expendendo, retinendo, introducendo, & tingendo, & quibus pœnis vnoquoque caſu delinquentes ſint puniendi, *& eod. cap.* 5. §. 4. *ad* 5. *num.* 52. *& ſeqq. fol.* 378. vbi quod ſicuti monetæ perfectio conſiſtit in tribus, ſcilicet materia, pondere, & forma, ita eiſdem tribus modis violatur, & falſificatur, Azeued. *Recopilat. lib.* 8. *tit.* 17. *leg.* 5. *num.* 7. *&* 8. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 26. *& ſeqq.* Nouar. *Pragm. de monet.* 2. *collat.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 261. vbi in fine docet modum benè formandi proceſſum in hac materia.

Quod circa monetam poſſit alio modo delinqui, nempè ſi moneta iam cuſſa fundatur, & ad virgas, vel maſſam reducatur, nam qui non poteſt cudere, nec etiam poteſt deſtruere ſub pœna arbitraria, & alijs rationibus probant Fabian. de Monte *de empt. & vend. quæſt.* 5. *nu.* 10. *& ſeqq.* Muta *ad Capit. Regn. Sicil. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* Raynald. *d. cap.* 5. §. 1. *num.* 32. *verſ. Poteſt*, *adde fol.* 345.

Qui autem haberent auctoritatem à Principe cudendi pro eo monetam, vt ſunt Zeccherij, & Miniſtri ad id deputati, excedendo limites conceſſionis, & cudendo monetam pro ſe ac ad propriam vtilitatem, licèt bonam, & iuſtam in materia, liga, pondere, & forma; in illa parte, in qua excedunt limites conceſſionis, & mandati dicuntur facere ſine auctoritate, & ſic deficit vnum principalem requiſitum circa cauſam efficientem, & poſſunt puniri pœna condigna, hoc eſt iudicis arbitraria, per text. *in l.* 3. *C. de falſ. monet.* vbi Bald. & alij, Boniſac. Vitalin. *de pœn. falſ. monet. num.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 261. Nouar. *in Pragm. Collect.* 136. *num.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 25. Anton. Gob. *de monet. quæſt.* 10. *num.* 8. *& quæſt.* 11. *num.* 15. vbi ſiue cuderint ex materia Principis, ſiue propria, *& ibidem num.* 28. *& ſeqq.* vbi quòd bona fides, & credulitas excuſat tantùm à pœna ordinaria, non autem ab arbitraria, iuxta caſuum contingentias, Marſil. *in l. qui falſam num.* 66. *& ſeqq. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Ang. *de maleſ. fol. mihi* 402. facit Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 145. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi quòd mandatum quamtumuis amplum, & cum libera, non extenditur ad obligandum dominum pro commodo ipſius procuratoris, nec ad faciendum actum ad ſui commodum, & in præiudicium domini, & fines mandati excedens videret aliud agere negotium, ad quod mandatum non habet, & ita fuit iudicatum Florentiæ de anno 1667. contra Antonium Mariam, & Bonum Leonidis del Bel Buono Zeccherios Sereniſſimi Magni Ducis, qui ex eo quòd tamquàm Zeccherij S. C. S. cuderint monetas ad proprium computum, per DD. Iudices Delegatos, (inter quos D. Valentinus Farinula, me de hoc inſtanter interrogauit, & illi vt ſupra reſpondi) fuerunt (vt audiui) condemnati ad perpetuos carceres Stincarum; quidquid plura pro illorum defenſione deduxerit D. Franciſcus Cencinius Iuris Profeſſor Aretinus, pro vt in eius conſilio Florentiæ impreſſo apud Onofrum de anno 1666. inter meas allegat. *crim. Diuerſ. volum.* 1. *fol.* 203. *& ſeqq.*

6 Plura in materia monetarum iuxta bannimenta Status Florentini dixi *in Pract.* §. *Monetæ per tot.*

7 Moneta vna an poſſit ſolui pro alia, & ſic vna ſpecies monetæ pro alia ſpecie tam de iure, quàm de conſuetudine, & alia ad rem, latè Anton. Gob. *tractat. de Monet. quæſt.* 7. *&* 8. *per tot.* dixi *in* §. *Solutio num.* 26. Viui. *comm. opin.* 517. vbi quòd ſic, maximè de conſuetudine.

8 Monetæ valor per ſolum Principem ſine populi conſenſu, mutari poteſt ſecundùm magis communem, & vſu receptam opinionem, quidquid alij contrarium ſentiant. Debet tamen ipſa moneta tantum valere in maſſa, quantum formata, & ſic tantum debet eſſe in pondere, quantum in valore, & expenſa in cudendo debet fieri de publico iuxta vnam opinionem, licèt ſecundum alios, prout verè ſeruatur (& vtinam in hoc ſe continerent Theſaurarij Principum) debeat de iure detrahi expenſas cudendi; Viui. *comm. opin.* 518. vbi citat D. Antonin. *in ſum. part.* 2. *cap.* 18. Sum. Angel. *verb. Falſarius* §. 6. *& alios.*

9 Monetam cudere eſt de Regalibus ſupremo Principi reſeruatis, nec venit in generali conceſſione, Pariſ. de Put. *tract. de ſind. tit. de exceſſ. Baron. nu.* 8. *& ſeqq. fol.* 35. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *tit. de notar. fol.* 224. vbi idem de creatione notariorum, vide *in* §. *Notarius numer.* 22. latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 16. *& ſeqq.*

10 An autem vnus Princeps poſſit iuſtè, & legitimè cudere monetam bonam, licèt fortè inferioris ligæ, ſub cuneo, & imagine, vel impreſſione alterius Principis, illam ad poſſibile imitando, vt ſuæ monetæ maiorem credentiam attribuat, negant Aloyſius de Leo *in Rub. Cod. de falſa monet. numer.* 7. Carpzou. *tractat. crimin. part.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 27. *& ſeqq.* Paſqualig. ad Laurent. de Franch. *controu. inter Epiſc. Regul. tit. de Monet. numer.* 13. 14. *& ſeqq.* Baldaſ. Conrad. *de Mendacijs lib.* 2. *cap.* 62. *numer.* 4. Affirmant autem, & defendunt Gargiarea Militar. *deciſ.* 1. *numer.* 89. *& ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. Negoc. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. *art.* 15. *numer.* 5. *& ſeqq.* Manſ. *conſult.* 281. *tom.* 3. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 4. *ad* 5. *num.* 28. *& ſeqq.* vbi adducit plura exempla.

11 Moneta quæ fuerit à contrahentibus, vel à teſtatore intellecta, ſtante diuerſitate valoris monetarum in varijs locis, an de maiori, vel minori, an de currente in loco contractus, vel teſtamenti, ſiue in loco patriæ, vel ſolutionis, vide Doctores, & Deciſiones *in* §. *Legatum num.* 65.

Quod moneta expreſſa in ſupplicatione porrecta in Vrbe, intelligenda ſit de moneta patriæ ſupplicantium, & non Vrbis, per text. *in l. nummis* 73. *circa medium ff. de leg.* 3. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 251. *num.* 20.

De monetarum materia tam quoad contractus, & ciuilia, quàm quoad delicta, & criminalia multa deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *in verb. Moneta*, & ſi quis plura deſideret adeat DD. citatos à Caſtelon. *Alphabet. iuridic. verb. Moneta*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 147. *&c.*

12 De Florenis in obligatione, qualiter ſint monetæ imaginariæ, quid, & quantum pro illis ſolui debeat, nempè de qua moneta, & ad quam rationem, Anton. Gob. *conſult.* 138. *per tot.* & multò plura ad rem tradit Tondut. *reſolut. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *cum multis. ſeqq. & tractat. de penſ. cap.* 40. *per tot.* vbi de penſione reſeruata in ducatis auri de Camera, in qua moneta, & ſub qua forma ſit ſoluenda, &c.

§. MONITORIVM, Siue Monitio XXXI.

1 MOnitoria, quæ concedi ſolent per Iudices Eccleſiaſticos ad aliquid detegendum, ſub pœna excommunicationis, admittuntur tantùm in ciuilibus, & concedi ſolent cum clauſula, dummodò criminaliter non agatur, neque principales, vel eorum aduocatos, & procuratores afficiunt, *Prax. Archiep. Neapol. cap. 1. numer. 7. & c.* Cabal. *reſol. crimin. caſ. 153. num. 1. & c.* Clar. §. *fin. quæſt.* 27. Guaz. *defenſ. cap. 5. num. 6. & deff.* 18 *cap. 1.* Tondut. *de præuent. part. 1. cap. 27. per tot.* Ricc. *Collect.* 102. 995. 3869. 2455. 3512. Giurb. *deciſ.* 94. Speciel. *deciſ.* 50. *num.* 30. *& c.* vide *in §. Compenſatio num.* 26. Coſt. *de factis ſcient. & ignorant. diſt.* 55. *cent.* 2. & latè Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 35. *per tot.* Caren. *reſolut.* 7. *part.* 5. vbi plura notanda de dictis monitorijs, Carol. Marant. *contron. reſponſ.* 63. *num.* 37. *& ſeqq.* Poſſent. *ſingul.* 169. vbi quòd iuxta veriorem, & à conſuetudine approbatam opinionem non conceduntur in criminalibus; imò teſtes qui depoſuerunt vigore monitorij in cauſa ciuili, non poſſunt compelli ad deponendum in cauſa criminali, ſi aliundè via id non aperiatur, quàm ex reuelatione facta in Curia Eccleſiaſtica.

Quòd coniuncti intra quartum gradum, item amici coniunctiſſimi, & benefactores inſignes non ſint detegendi vigore monitorij, ſecluſis caſibus Sancti Officij, idem Dian. *part.* 5. *tractat.* 13. *reſolut.* 67. *& part.* 8. *tractat.* 7. *volum.* 10. *per tot.* vbi ampliat etiamſi veritas aliter haberi non poſſit, licèt alij contra hoc caſu, & exceptis delictis Sancti Officij, vt ſupra, vide Giurb. *d. deciſ.* 94. Marant. *loc. ſupra cit.*

Quòd Epiſcopus poſſit illa regulariter concedere, dixi *in §. Epiſcopus* §. 50. alia vide *in §. Denunciatio num.* 12.

Qui tamen vigore huiuſmodi litterarum monitorialium deponunt, vt probent, debent iudicialiter repeti, Menoch. *de arbitr. caſ.* 109. Coſta *de factis ſcient. & ignorant. diſt.* 55. *cent.* 2. Merlin. *deciſ.* 608. *numer.* 27. Caualer. *deciſ.* 21. *numer.* 3. Ricc. *Collect.* 995. *in fine*, *&* 3512. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 103 *numer.* 14. *& part.* 6. *deciſ.* 230. *numer.* 23. quia deficit citatio partis, Sanfelic. *deciſ.* 97. *per tot.* vbi etiam de praxi, & modo repetendi, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 281. *num.* 3. vbi non repeti formiter, nullum gradum probationis conſtituunt, vide *in §. Teſtes num.* 89.

An ſcientes, & non reuelantes ex vi monitorij teneantur reſtituere damna indè ſequuta, quòd quæri poteſt etiam de teſtibus iuſſis diſponere, & ſe ſubtrahentibus, Dian. *part.* 5. *tractat.* 13. *reſolut.* 68. vbi quòd magis communis opinio affirmat, licèt etiam alij probabiliter contrarium ſentiant; intellige niſi ſint priuilegiati, vide *in §. Teſtes num.* 4.

Quòd imò concedantur etiam pro inueniendis rebus furatis, non tamen obligent indicare furem illum, qui iam reſtituit, vel reſtituere non poteſt, Nauar. *conſ.* 75. *numer.* 30. *lib.* 3. cum alijs per Bonifac. *de furt.* §. 2. *numer.* 72. *&* 73. *fol.* 76. vide Ricc. *Collect.* 3869. 2455.

An obligent ad reuelanda furta domeſtica facta à filio familiæ, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſ.* 69. vbi cogitandum relinquit.

Quando autem quis virtute monitorij teneatur reuelare ſcripturas tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, latè Dian. *part.* 9. *tractat.* 9. *reſolut.* 48. vbi plures concluſiones facit, & Giurb. *deciſ.* 94. *per tot.* vbi etiam an coniuncti, & alij excuſentur, & videtur concludere quòd non, quando veritas aliter haberi non poteſt, cùm ſaltem teneantur detegere ſi ſciant alios adeſſe teſtes informatos, niſi ex reuelatione magnum immineret periculum in fama, perſona, vel rebus.

Quod reuelatio facta vigore monitorij in foro Eccleſiaſtico, non attendatur in ſæculari dixit D. Iudex Piſarum de anno 1665. citans Farinac. *tit. de confeſſ. quæſt.* 6. *num.* 4. in quodam proceſſu contra Bartholomæum Ripolum in filcia Proceſſuum DD. Octo Ciuitatis Florentiæ 615. *num.* 188. in quam ſententiam concurrit etiam ibidem D. Auditor Bandarum; ſed Magiſtratus dixit aliqualem ſaltem facere ſuſpicionem, propter quam mandauit nominatos citari cum expreſſione cauſæ, Cabal. *conſ. deciſ.* 127. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. vbi quod teſtis deponens vigore monitorij, etiam extraiudicialiter, & ſine iuramento debet inclinare animum Iudicis alijs concurrentibus ex Crauett. *conſ.* 198. *nu.* 11. & alijs, Carol. Marant. *contron. part.* 5. *reſponſ.* 63. *num.* 38. *& ſeqq.* vbi quod qui reuelant vi monitorialium, veritatem dicere præſumuntur, ſuam vt exonerent conſcientiam, atque mandatis Eccleſiæ pareant, ac ideò ſunt veri teſtes omni exceptione maiores.

Quòd dicta monitoria non obligent filios, & vxores, qui aliquid ex bonis patris, vel mariti occultauerint ad honeſtam vitæ ſuſtentationem, & mediocrem ſui ſtatus conſeruationem, nec id etiam in iudicio vocati teneantur propalare, ſed poſſint negare etiam cum iuramento ſe nihil omninò occultaſſe, vel habere (ſupplendo) quod non ſit illis debitum, dummodò ipſi non ſint in culpa decoctionis, vide Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 57.

Hodie tamen non eſt permiſſum vti huiuſmodi amphibologijs, vt dixi *in §. Iuramentum nu.* 58.

Monitio, ſiue monitorium debet ter fieri, vt poſſit intrare pœna priuationis, importat præceptum pœnale, quando requiritur, & alia, Tuſchus *littera M. concluſ.* 355. 356. *&* 357. *per tot. ſi quis, & c.* 2

Plura de monitorio, quo mediante inchoantur cauſæ in Tribunali A.C. qualiter ſtet loco libelli, vim illius obtineat, inducat litis pendentiam, & licèt ſit præceptum, tamen debeat continere clauſulam ſaluarem, *ſi quis, & c.* vel ſi te ſenſerit grauatum recurras, quo caſu per comparitionem citati, vel moniti reſoluitur in ſimplicem citationem, & alia, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 30. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2455.

De Monitorijs, & Monitorialibus quoad diuerſa, & eorum effectibus, Barboſ. *de Epiſc. allegat.* 96. Solorzan. *lib.* 5. *Polit. cap.* 10. Ricc. *Collect.* 102. 995. *&* 1422. & alij citati à Caſteion. *Alphabet. iuridic. verb. Monitoria*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 156. 3

De monitione quando, & ad quid præcedere debeat, & an trina ſit neceſſaria, Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 15. *&* 16. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 63. *& cap.* 25. *numer.* 43. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 542. Vela *differt.* 44. *numer.* 71. *& c.* relati à Caſteion. *vbi ſupra verb. Monitio.* 4

Monitoria pro reuelandis rebus etſi contineat clauſulam, *etiamſi animo compenſandi, vel qualitercumque acceperint*, non tollunt iuſtam compenſationem, & ſic non afficiunt, nec obligant ad reuelandum eos, qui habent ius verum compenſandi, ſed tantùm incertum, aut non verum, Comitol. *reſponſ. Moral. lib.* 6. *quæſt.* 4. *nu.* 1. & illum ſequitur Valer. *de diff. vtriuſque fori, verb. Monitoria*, vide *in §. Compenſatio nu.* 42. 5

An teſtes reuelantes vigore monitorij, probent abſque eo quod repetantur cum iuramento, affirmatiuè ex pluribus tenet Danza *de pugn. DD. tit. de teſt. cap.* 1. Sed contrarium verius eſſe concludit Andreol. *contron.* 270. *per tot.* ita vt deponere debeant cum iuramento, & per extenſum, non relatiuè ad reuelationem iam factam. 6

Multa de iſtis monitorijs tradit Tondut. *tract. de præuent. part.* 1. *cap.* 27. *per tot.*

§. MONOPOLIVM. XXXII.

MOnopolium quid ſit, quàm publicæ vtilitati ſit pernicioſum, quomodo inducatur in Ciuitatibus, & qua pœna ſit puniendum, vide DD. *in l. vnic. Cod. de Monop.* Boſſ. *tit. de vnion. & collegat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 569. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 215 *per tot.* Franc. Marc. *deciſ.* 126. *part.* 2. Farinac. *in Fragment. verb. Monopolium*, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 328 Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 103. *num.* 10. *& c.* vbi quòd ſtatuta, quæ ſapiunt, & inducunt monopolium ſunt reprobata, vt dixi *in §. Statutum nu.* Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 358. *per tot.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tit. de Monopol. fol. mihi* 699. *& ſeqq. & fol.* 318. *num.* 6. Azor. *Inſtitut. moral part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 28. *fol. mihi* 612. *& c. & lib.* 10. *cap.* 11. *colum. vlt. fol.* 822. P. Steph. 1

de Nea-

Digitized by Google

de Neapol. *de præcip. iur. & inſt. part. lib. 2. cap. 41. per tot. fol. mihi* 120. *&c.* vbi etiam quando, & in quibus rebus, & cum quibus conditionibus, vel cauſis poſſit Princeps tuta conſcientia, vel non, concedere exercitium monopolij alicui priuato, vulgò nuncupatum appaltus, & alia, Dian. *part. 6. tract. 8. reſolut. 1. verſ. ad tertium*, Paul. Chriſtin. *deciſ. 89. vol. 3. & ad l. Municip. tit. 2. art. 27.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Monopolium reſolut. 1. & 2. per tot.* Ant. Pichard. *Pract. Inſtitut. part. 3. tit. de pœn. omn. delict. num. 86. fol.* 103. Ioſeph del Roſa *conſult. 70. per tot.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 19. diſp. 4. ſect. 15. fol.* 281. vbi plura, an & quando monopolia ſint licita, vel non, Fagund. *de iuſt. & contract. lib. 5. cap. 35. per tot.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 5. art. 5. fol.* 153.

Quòd pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniantur, qui monopolium ineunt, vt carius vendatur annona, vel quid ſimile, maximè ad ſuſtentationem vitæ humanæ neceſſarium, ſicut & illi qui annonam merceſue coemptas tantiſper ſupprimunt, donec carius illas vendendi occaſio ſe offerat, *l. annonam*, vbi & alij *ff. de extr. crim.* Menoch. *de arbitr. caſ. 384. per tot.* Salon. *d. tract. fol. mihi 63. num. 7. fol. 593. tit. de Monopol. Camp.* Decian. *tractat. crimin. lib. 7. cap. 21.* Cuiac. *lib. 16. obſeruat. cap. 23. & lib. 8. cap. 19.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 98. volum. 3.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Monopolium reſolut. 2.* vbi quòd pœna eſt exilij, & confiſcationis bonorum, & quomodo poſſint excuſari ratione tenoitatis rei, vel auctoritatis publicæ.

Decem, & nouem caſus, in quibus dicitur monopolium committi, & qua pœna puniatur refert idem Menoch. *de arbitr. caſ. 569. per tot.* vbi tamen quod prohibitio monopolij non habet locum in Principe, qui compellit ſubditos certo pretio emere ab eo frumentum, vinum, oleum, ſalem, & ſimilia ipſius Principis, licèt non valeat eius lex, quia monopolia conficiantur; quæ quidem procedunt ſine dubio in foro fori, cùm Princeps ſit ſolutus legibus, ſed quid dicendum in foro conſcientiæ vide in ſupracitatos Theologos, & alios de hac materia tractantes, quibus adde Iodoch. *pract. crim. tit. de Monopol.* Decian. *tractat. crimin. lib. 7. cap. 21. per tot.* Conciol. *verb. monopolium reſolut. 1. per tot.* Caualer. *deciſ. 286. & 309. per tot.* vbi qualiter Appaltatores alicuius artis teneantur alijs etiam licentiam exercendi concedere ſoluta competenti taxa, nec poſſint eam ſine iuſta cauſa reuocare, ita vt non ſufficiat ſuſpicio fraudis, cùm ex ea poſſit agi ad pœnam, & dixi *in Pract. §. Appaltatori numer. 5. & §. Monopogli per tot.*

Quod ſit monopolium contra iuſtitiam quando mercatores inter ſe conueniunt, & conſpirant, vt nullus eorum vendat niſi pretio ſupremo, vel medio, licèt etiam alij probabiliter contrarium doceant, Dian. *part. 1. tract. 8. reſolut. 24. in fine, & reſolut. 76.* vbi ſi re vera pretium ſit iuſtum non erit Monopolium illicitum dicto, vel ſimili modo conuenire.

An autem illi, qui non fuerint participes Monopolij poſſint iuſtè ſuas merces vendere pretio illo rigoroſo per monopolium ab alijs inducto, negatiuam opinionem probabiliorem dicit, & ſequitur, licèt etiam affirmatiuam probabilem aſſerat Dian. *reſolut. moral. part. 1. tract. 8. reſolut. 24.*

Mihi magis placet affirmatiua cum Bonacio. *de contract. diſput. 3. quæſt. 2. punct. 5. numer. 11.* & alijs, quia dicto caſu quis vendit eo pretio, quod eſt commune, etiamſi ſit auctum per fraudes aliorum, & pretium commune dicitur iuſtum, ergo hancque partem probabiliorem exiſtimat Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 5. cap. 35. numer. 10.* vbi alia plura ad rem, & Galat. *de vniuerſ. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 5. art. 5. per tot. fol. mihi 153. &c.*

De Monopolijs an, & quando ac ſub quibus conditionibus ſint Principibus permiſſa, vel non, vide multos per me citatos in deciſione cauſæ *Magona Ferri Florentia num. 11. & ſeqq.* quæ eſt inter reſolutiones nouas in fine huius tomi, & alios per Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Monopolia*, & Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. eodem verb. fol.* 157. Romagner. in addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib. 5. Rub. 21. per tot.* Iul. Capon. *diſcept. 262. tom. 4. &c.* Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciata diſp. 35. numer. 4. & ſeqq.* vbi quid ſit Monopolium, & qualiter eius auctores teneantur ad reſtitutionem, & etiam qui non ſunt auctores non poſſint accipere pro mercibus pretium auctum ex conuentione aliorum.

§. MORA. XXXIII.

MOra eſt magni ponderis in detrimentum creditoris; 1
quando autem dicatur commiſſa, & incurſa, cùm ſit facti, & non iuris, non poteſt rectè deffiniri, ſed iudicis arbitrio relinquitur; & poteſt duobus modis contingere, ex re ſcilicet, quando lex ſine hominis facto, vel interpretatione aliquem in mora conſtituit, quo caſu tamen adhuc requiritur declaratoria iudicis illum eſſe talem; ſecundò ex perſona ſiue per interpellationem iudicialem, vel extraiudicialem, etiam vnicam; Modos autem 17. quibus ex re, vel ipſo iure mora inducitur, & quomodo per interpellationem iudicialem, vel extraiudicialem, latè explicat Menoch. *de arbitr. caſ. 28. per tot.* vbi etiam adducit multas excuſationes, quibus ſe poſſit debitor moroſus tueri, vide Sperel. *deciſ. 130. per tot.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 870. per tot.* vbi quòd mora non præſumitur, ſed eſt probanda, & quomodo per interpellationem quis in mora conſtituatur, Fontanel. *deciſ. 90. 91. & 92.* vbi plura an, & quando mora contrahatur per interpellationem extraiudicialem ad effectum vt debeantur fructus, & intereſſe à die dictæ interpellationis, & ſic ante litem conteſtatam, Hermoſil. *ad leg. partit. tom. 1. tit. 1. leg. 8. gloſ. 4. fol. 83. &c.*

Quid ſit mora, & quid operetur, Tuſch. *litt. M. concluſ. 371. &c. & concl. 381. per tot.*

Quòd regulariter mora incurratur per interpellationem extraiudicialem, & quando ſecùs, vide Acin. *reg. 248. per tot.* Diaz. *reg. 355. per tot.*

Qualiter mora incurratur pluribus modis, quibus. & quando ſecùs, latè Tuſch. *littera M. concluſ. 373. per tot.*

Quòd inducatur mora per interpellationem extraiudicialem in his, quæ debentur iure actionis, non autem in his, quæ debentur officio iudicis nobili, benè Sperel. *deciſ. 130. num. 10. &c.* Maſcard. *d. concluſ. 1070. num. 15.*

An autem vnica interpellatio extraiudicialis ſufficiat ad conſtituendum debitorem in mora quocumque modo probetur, latè diſputat Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 19. per tot. fol. 47.* vbi affirmatiuè concludit quando eſt facta ipſi debitori præſenti, ſecùs autem ſi debitori abſenti mediante perſona ſerui, vel alterius, per text. *in l. mora ff. de vſur.* nam tunc debet repeti interpellatio, vide Sperel. *d. dec. 130. nu. 12. &c.*

De mora, eius commiſſione, & emendatione, eiuſque tota materia plenè Ant. Pichard. *in diſp. de mora per numeros 216. & paginas decem, & octo minutas, habetur in eius Pract. inſtitut. fol. 41. & ſeqq.* Onnat. *de contract. tom. 1. tractat. 45. diſput. 8. ſect. 1. & ſeqq. fol. 257. &c.* Donadeus *tractat. de renunciat. cap. 13. per tot. ad num. 34.* vbi etiam an beneficio purgationis moræ poſſit renunciari.

Mora præſupponit negligentiam, & culpam, imò 2
etiam dolum, & ideò ſtatutum non eſt trahendum, vt moroſo, & culpoſis faueat, cùm imò mora ſua ſemper cuilibet ſit nociua, *c. mora de reg. iur. in 6.* Alrograd *conſ. 9. num. 83. & 86. lib. 1.* Donad. *de renunciat. cap. 13. num. 1. & ſeqq.*

Quòd noceat tantùm ipſi moroſi, & culpabili, non alijs, & quomodo, latè Tuſchus *littera M. concluſ. 380. per tot.*

Quòd mora cùm ſit quaſi delictum non incurratur niſi mediante interpellatione, & citatione perſonali, nec ſufficiat domi facta, niſi vigore illius citatus poſteà comparuerit in iudicio, cùm debeat induci ſcientia certa cum omnibus qualitatibus in eo, quem quis in mora conſtituere intendit, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 708. num. 8. &c. cap. 944. num. 36. &c. & num. 46. cap. 946. numer. 12. &c.* vide *in §. Citatio num.* Ricc. *Collect.* 1190. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 304. numer.* 30. vbi ſequitur ad effectum, vt debeatur intereſſe propter moram, *& deciſ. 307. nu. 12. d. part. 9.*

Quòd nec etiam incurratur ex proteſtatione generali, cùm verba debeant eſſe incitatoria ad ſoluendum, ita vt

non

Digitized by Google

non ſufficiat dicere, ſe indigere ſua pecunia, niſi agatur cum perſonis, quibus reuerentia debeatur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 461. *per tot.* Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt.* 18. *per tot. fol.* 45.

Quòd per interpellationem non incurratur ſtatim mora, ſed debeat tribui aliquod modicum tempus arbitrio iudicis, intra quòd interpellatus comparere, vel adimplere poſſit, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 36. *per tot.*

Quòd iuſta cauſa excuſet à mora, vt quia debitum fuerit ab alio accolatum, à quo poſſit præſumi ſolutum, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 201. *num.* 41. *& dec.* 304. *num.* 24.

3 Mora nunquam dicitur contracta per debitorem, niſi præcedat liquidatio debiti, Crauet. *conſ.* 89. *num.* 5. Magon. *deciſ. Luc.* 3. *num.* 3. vbi *num.* 14. quòd ad euitandam executionem poteſt debitor quod liquidum eſt deponere, & reſiduum ſi quid erit facta liquidatione offerre, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 324. *num.* 2. Duran. *deciſ.* 346. *numer.* 13. Franch. *deciſ.* 23. *num.* 5. *&c.* Staiban. *de intereſſe lib.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 25. *&c.* Rot. *Flor. lib. mot.* 33. *fol.* 274. *ſub die* 12. *Aprilis* 1572. Magon. *deciſ. Luc.* 26. *numer.* 33. Altograd. *conſ.* 84. *num.* 30. *&c. lib.* 1. qui omnes concludunt, quòd mora non incurratur ante liquidationem, nec ſine interpellatione hominis, vel diei, latè Tuſch. *littera M. concluſ.* 376. *numer.* 53. *& ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 228. *numer.* 13. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 248. *numer.* 20. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſine mora non debentur fructus.

Intellige prædicta de liquidatione facti, non autem iuris, cùm ius ſemper ſit certum, & quando mora contrahatur etiam ante liquidationem, benè declarat Ger. Spin. *conſ.* 5. *numer.* 27. *& ſeqq. per tot. & conſ.* 6. *per tot.* cum alijs per eum citatis, vbi etiam quando iuſta, vel iniuſta cauſa excuſet.

Quòd quis non dicatur eſſe in mora, quando ex iuſta cauſa litigat, etiam poſt lapſum termini, Surd. *deciſ.* 179. *nu.* 13. *&c.* vide *in* §. *Debitor num.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 228. *num.* 15. Sanfelic. *deciſ.* 124. *num.* 5. vbi plura ad excuſationem moræ.

Item non contrahitur mora ab obligato ſub conditione, ſi ante euentum conditionis non implet, & quando ſecùs, latè Tuſch. *littera M. concluſ.* 375. *per tot.* nec in pluribus alijs caſibus, de quibus idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 376. *per tot.*

4 Mora ad effectum priuationis iuris iam quæſiti, non incurritur niſi tribus copulatiuè concurrentibus, nempè interpellatione, facultate dandi, aut faciendi poſt interpellationem, vel per dolum, deficiente dicta facultate, & ſcientia debiti implendi, vel faciendi, Mareſcot. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 235. *numer.* 1. Altograd. *conſ.* 84. *numer.* 17. *lib.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 124. *numer.* 5. *&c.*

Si tamen onus eſſet adiectum per viam conditionis, vel etiam modi denotantis cauſam finalem, mora incurritur ſine alia interpellatione, vt latè probat idem Altograd. *conſ.* 101. *numer.* 35. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in* §. *Conditio numer.* & §. *Modus numer.* §. *Legatum num.* 6.

5 Mora non contrahitur per lapſum diei contra hæredes debitoris, niſi mediante interpellatione, cùm ſuccedentes in ius alterius iuſtam cauſam ignorantiæ habere dicantur, *l. qui in alterius ff. de reg. iur.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 110. *numer.* 54. Surd. *deciſ.* 240. *per tot.* quæ eſt repetita *deciſ.* 341. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 38. *numer.* 23. *&* 26. vbi ſaltem ex capite ignorantiæ reſtituuntur in integrum, Trentacinq. *var. reſolut. volum.* 1. *lib.* 3. *tit. de ſular. reſolut.* 32. *num.* 16. Bich. *deciſ.* 302. *numer.* 18. 19. *&* 20.

Data tamen certa ſcientia debiti, vel vbi ageretur de mora iam contracta ab ipſo debitore, tranſiret in hæredes, & contra hæredes abſque alia interpellatione, Altograd. *conſ.* 32. *num.* 10. *lib.* 1. Ger. Spin. *conſ.* 5. *num.* 25. *&* 26. Gamm. *deciſ.* 110. *num.* 39. Franch. *deciſ.* 16. *num.* 8. *&c.* vbi an contracta contra defunctum maiorem, tranſeat contra eius hæredem maiorem, Bich. *deciſ.* 303. *num.* 29. *& ſeqq.* vbi quòd ſi agatur de mora committenda ex lapſu diei non committitur contra hæredes ſine interpellatione, vel ſaltem reſtituatur in integrum, vt ſupra, ſecùs autem ſi mora fuerit commiſſa in vita ipſius debitoris, quia tunc continuatur in hæredem etiam ignorantem abſque aliqua interpellatione, cùm ſufficiat mora ſimul incurſa, vt vſuræ perpetuò debeantur, per text. *in l. cum paterfam.* 27. *ff. de vſur.*

An autem pendente iudicio ſuper petitione hæreditatis poſſit agi contra debitores hæreditarios, Franch. *deciſ.* 596.

Mora non contrahitur quando interpellatio fuit facta 6
pro maiori ſumma, quàm verè ſit debitum, etiam reſpectu ſummæ verè debitæ, per text. vbi Bart. Fulgoſ. & alij *in l. fideicomm. ff. de vſur.* Anchar. *conſ.* 235. *numer.* 4. Ger. Spin. *conſ.* 69. *num.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 42. *num.* 42. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 357. *numer.* 2. vbi tamen quòd ſecùs eſt ſi interpellatio fuerit facta relatiuè ad ſcripturam debiti, cùm tenor ſcripturæ relatæ, non autem referentis inſpici debeat, licèt aliter fore in referente dictum.

Item non contrahitur, niſi quis ſit de ſuo debito certus, nec quando dubitat, cùm quælibet cauſa excuſet à mora, & mora non poſſit à culpa ſeiungi, Sperel. *deciſ.* 40. *num.* 62. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 357. *num.* 19. *&* 20. vbi quòd ſtante difficultate ad cuius ſtatuti normam ſit ſoluendum, non contrahitur mora, & illa ceſſante fructus non debentur.

Plures caſus in quibus mora non poteſt dici contracta, vide latè per Tuſchus *litter. M. concluſ.* 376. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 124. *nu.* 5. *&c.*

Quæ requirantur, vt debitor poſſit dici in mora conſtitutus, ad effectum, vt teneantur ad damna, & intereſſe, vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 364. *numer.* 4. *& ſeqq.* dixi *in* §. *Damna num.* 8. *&* §. *Intereſſe numer.* 10. *&c.*

Mora non contrahitur per interpellationem factam 7
minori ſine auctoritate iudicis ſuper re immobili, vel quæ ſeruando ſeruari poteſt, Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 307. *fol.* 147.

An incurratur per interpellationem extraiudicialem, maximè cum perſonis, quibus reuerentia debetur, & quid ſi fuerit facta per tertiam perſonam ſine mandato, pulchrè Magon. *dec. Flor.* 103. *per tot.*

Mora regularis incurritur per lapſum diei conuenti, 8
ita vt ſuccedat obligatio ad intereſſe quanti plurimi quando ſumus in frumento debito, vt ſpecies, & non vt genus, Duran. *deciſ.* 346. *num.* 1. *&c.* vide *in* §. *Æſtimatio num.*

Quòd iſta mora per lapſum diei magis afficiat, quàm hominis interpellatio, & facit ſuccedere obligationem ad intereſſe quanti plurimi in debitore frumenti, Altograd. *conſ.* 45. *nu.* 2. *&c. lib.* 2. vbi quòd nec cenſetur remiſſa per interpellationem ad implendum, ſi fiat cum proteſtatione, nec eius ceſſat effectus ex prorogatione, ſiue noui termini conceſſione poſt illam, ac facit debitorem teneri de caſu fortuito poſt moram ſuccedente circa rem debitam, & an, & quando impedimentum excuſet, vide *in* §. *Impedimentum nu.* *infra nu.* 13.

Quòd interpellatio reſultans ex lapſu temporis reputetur efficacior ad effectum inducendi moram, quam interpellatio hominis, ac etiam afficiat fideiuſſorem principaliter, & inſolidum obligatum, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 331. *num.* 12. *& ſeqq. volum.* 2. Bich. *deciſ.* 303. *num.* 14. *& ſeqq.*

Quando autem mora cenſeatur remiſſa per nouam conuentionem, ſiue ſtipulationem, vel per diſſimulationem, ſiue receptionem partis rei, & alia, Bardellon. *conſ.* 160. *lib.* 2. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 378. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 341. *num.* 6. vbi quòd ex receptione pecuniarum abſque proteſtatione mora quæcumque licèt incurſa, cenſetur remiſſa.

Quòd mora cenſeatur remiſſa ex acquieſcentia partis, ac ex receptione pretij, imò etiam ex ſola interpellatione, & petitione, Ludouiſ. *deciſ.* 148. vbi etiam quòd ſine mora non debetur intereſſe, niſi fuerit ab initio conuentum.

Mora non incurritur per lapſum diei ad ſoluendum præ- 9
ſtituti, niſi creditor, vel alios cum legitimo mandato accedat ad domum debitoris cum ſacco paratus ad recipiendum, Soccin. iun. *conſ.* 136. *lib.* 2. nec quando non fuit deſignatus certus locus, vbi ſolutio fieri deberet; quæ tamen non procedunt, quando debitor, & creditor ſunt eiuſdem fori, & domicilij, & ibidem eſt facienda ſolutio, quia tunc

debi-

Digitized by Google

debitor tenetur interpellare creditorem ad recipiendam, Roland. *conſ.87. num.15. lib.1.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 316. cum aliqua per Duran. *deciſ.* 346. *num.* 10. *& ſeqq.* vide *in* §. *Solutio num.* 27. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 471. *numer.* 20. *&c.* vbi quòd creditor non tenetur ire cum ſacco paratus ad locum deſtinatum, quando ſcit debitorem non habere facultatem ſoluendi, vel habere difficultatem præſtandi.

Quòd mora non incurratur per debitorem, vbi creditor non ſe contulit ad locum deſtinatum tempore conuento, & alia ampliatiuè, Bardellon. *conſ.* 160. *num.* 11. *&c. lib.* 2. Rota *part.* 5. *recent. deciſ.* 219. *numer.* 7. *&c. & part.* 9. *deciſ.* 173. *numer.* 16. *&c.* vbi limitat niſi debitor deberet ex pacto interpellare creditorem, quia ſi non interpellauit, non poteſt ex hoc capite à mora excuſari.

Quòd nec etiam incurratur, vbi non adeſt legitima perſona, cui poſſit ſolui, ita vt non ſit neceſſaria aliqua proteſtatio, oblatio, vel diſpoſitio ad ſe liberandum ab vſuris, quæ nondum currere inceperint, Altograd. *conſil.* 81. *numer.* 24. *lib.* 1. vide Franch. *deciſ.* 227. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 471. *numer.* 12. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 341. *numer.* 5. vbi quòd mora non incurritur quoties creditor de tempore ſolutionis peragendæ in deſtinato loco non conſiſtit, vel procuratorem ibidem non elegit.

Non etiam incurritur mora vbi quis cogi non poteſt ad ſoluendum, vt quia poterat compenſationem opponere, quia nemo eſt cogendus ſoluere, & ſolutum inuicem repetere, *l. quod te ff. ſi cert. pet. l.* 2. *&* 3. *ff. de compenſ.*

Item nec quando competit alia exceptio, ob quam non poteſt exigi pecunia, Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1387. *numer.* 32. Menoch. *de arbitr. caſ.* 220. *num.* 48. Honded. *conſ.* 38. *num.* 14. *volum.* 2. vbi in terminis compenſationis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 42. *numer.* 25. *&c.*

10 Mora irregularis contrahitur abſque interpellatione, vt debeatur intereſſe dotis viro, eo ipſo quòd incepit ſuſtinere onera matrimonij, prout etiam inducitur mora regularis ad eundem effectum per lapſum diei ſolutionis præfixæ, Altograd. *conſ.* 32. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. vide *in* §. *Intereſſe num.*

Item contrahitur fauore minoris, vt ei debeatur intereſſe, iuxta *l. in minorum C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. & de illius intellectu*, vide Franch. *deciſ.* 16. & dixi *in* §. *Intereſſe nu.* 31.

Quomodo contrahatur mora fauore minoris, quia minor ætas habet vim interpellationis, dummodò tamen alia neceſſaria concurrant, nempè quod creditum ſit liquidum, aliàs ſecùs, Surd. *deciſ.* 179. *num.* 24. *& ſeqq.* vide *in* §. *Minor num.*

Quòd mora contrahatur ſine interpellatione ſtante iuramento, & obligatione Camerali, ac fauore piæ cauſæ, dotis, minorum, & alimentorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 579. *nu.* 9. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 220. *nu.* 17. *&c.* Specul. *deciſ.* 130. *per tot.*

11 Mora irregularis non ſufficit, vt debeatur pœna conuentionalis, vel legalis, ſed debet eſſe incurſa per interpellationem, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 241. *num.* 43. *&c.* vbi plura de effectu moræ, vt debitor teneatur ad vſuras, & intereſſe, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 201. *num.* 26. *& ſeqq. per tot.* vbi ad effectum vt debeatur legatum nomine pœnæ relictum, non contrahitur niſi mediante interpellatione, vide *in* §. *Legatum nu.* 6.

Quòd in contractibus vltrò citròque obligatorijs incurratur mora ſtatim atque altera pars adimpleuit, ſaltem vt debeatur intereſſe, quidquid ſecùs ſit de pœna, Sperel. *deciſ.* 107. *n.* 16. *&c. & deciſ.* 130. *nu.* 4.

12 Mora vnius compenſatur cum mora alterius, ac vna extinguit alteram ſi ſit æqualis, & circa idem, imò in pari mora melior eſt conditio rei conuenti, cùm non adimplens ex parte ſua, non faciat alium moroſum, Sperel. *deciſ.* 49. *numer.* 33. *&c.* Afflict. *deciſ.* 150. *numer.* 24. *&* 26. Cephal. *conſ.* 407. *numer.* 12. *lib.* 3. vbi quòd moroſus non poteſt alium in mora conſtituere, cùm fruſtra petat, qui quod debet non impendit, Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 1. *tractat.* 3. *diſputat.* 8. *ſect.* 2. *per tot. fol.* 263.

Quòd mora vltima attendatur, & noceat, Tuſch. *littera M. concluſ.* 372. & bene exemplificando declarat Onnat. *loc. cit.*

Imò prima mora eſt attendenda in contractibus ex pluribus per Rot. *part.* 9. *recent. dec* 471. *nu.* 23.

Mora debitoris non ei nocet, vt teneatur de interitu rei per eum reſtituendæ, quando eodem modo fuiſſet peritura penes creditorem, vt dixi *in* §. *Caſus nu.* & §. *Debitor nu.* *ſupra nu.* 8. 13

Nec quando habuit iuſtam cauſam litigandi, etiamſi eſſet depoſitarius, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 42. *numer.* 24. Staiban. *de Intereſſe lib.* 2. *tit.* 15. *quæſt.* 1. *num.* 8. *&* 9. Sperel. *deciſ.* 40. *nu.* 33. *& ſeqq. & nu.* 62. *&c.* vbi plura ad excuſandam moram.

Aliàs autem ſemper mora nocet ad transferendum omne periculum in moroſum debitorem, licèt nullum commodum conſequatur, & ſic moroſus ſuſtinet periculum, & non percipit commodum, vt benè explicat, & probat Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tractat.* 3. *diſputat.* 8. *ſect.* 5. *per tot. fol. mihi* 275. vide *in* §. *Periculum.*

Mora debitoris non noceat fideiuſſori, vt poſſit conueniri non tantùm pro ſorte, ſed etiam pro pœna, & intereſſe ex illa reſultante, niſi fideiuſſerit in omnem caſum, Pract. Papp. *de pluri. reis deb. gloſ. ſolutionem*, vide Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 9. *cap.* 1. vbi etiam quid ē contra an mora fideiuſſoria noceat principali, an poſſit purgari, & infra quantum tempus, Bich. *deciſ.* 303. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi quod licèt mora debitoris principalis non noceat fideiuſſori, tamen benè nocet, vt & ipſe fideiuſſor teneatur ad damna, & intereſſe, quando in omnem caſum, & tamquam principalis principaliter, & in ſolidum interceſſit, Rot. *in Nouiſſ. part.* 1. *deciſ.* 195. *nu.* 2. 14

Mora poteſt purgari incontinenti, & celeri ſatisfactione; intra autem quantum tempus dicatur iſta celeris ſatisfactio remittitur arbitrio iudicis iuxta facti, & perſonarum qualitatem, ſicuti poſt relatas ſex opiniones per text. *& gloſ. in c. potuit de locat.* concludit Menoch. *de arbitr. caſ.* 7. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 73. *num.* 3. *&c.* Viui. *comm. opin.* 522. Bardellon. *conſ.* 151. *num.* 10. *num.* 25. *lib.* 2. & dixi *in meis reſolut. cap.* 65. *& per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. in Append. dec.* 361. *num.* 70. *& ſeqq. per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 55. *num.* 55. *& ſeqq.* 15

Qualiter poſſit re integra purgari, etiam in criminalibus, maximè in delictis in omittendo commiſſis, cùm antè proceſſum, & ſententiam non ſit ius quæſitum fiſco, niſi pœna ſit ipſo iure impoſita, quo caſu etiam eſt neceſſaria declaratoria facti, ſuper quo ius diſponit, niſi ſit dictum ſine aliqua declaratione fienda, Magon. *deciſ. Flor.* 88. *nu.* 15. *&c.*

Quòd mora poſſit purgari etiam in iudicialibus, ſi ius partis non ſit factum deterius, & re integra, id eſt ante latam ſententiam, licèt præceſſerit iudicis comminatio, maximè in præparatorijs habitis pro confeſſis, Scapuc. de Salutan. *lib.* 1. *quæſt.* 27. Michalor. *de poſſ. cap.* 46. Magon. *deciſ. Luc.* 25. *nu.* 34. *vbi Addit.*

An, & quando mora poſſit purgari, vel non eſt materia brocardica, de qua plenè Tuſchus *littera M. concluſ.* 377. 378. *&* 379. *per tot.* Ricc. *Collect.* 145. *ar* 27. 2456. Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 558. Fontanel. *deciſ.* 406. *&* 407. *per tot.* Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prolud.* 2. §. 1. *num.* 103. *& ſeqq. fol.* 31. latè Rot. *Lucen. in Lucana incurſa caducitatis* 13. *Februarij* 1686. coram Bernardino Auguſtino, impreſſa per Iacob. Balducc. *in Obſeruat. ad Ramon. deciſ.* 35. *per tot.* vbi ponit regulam, vt de æquitate canonica poſſit mora purgari vbicumque ius alterius non eſt factum deterius, quam ſex modis limitat, adde Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 124. Cabal. *conſ. deciſ.* 134. *lib.* 1. Pacion. *de locat. cap.* 55. *num.* 48. *& ſeqq. per tot.* vbi plura quando poſſit mora purgari, vel non, & latiùs Anton. Pichard. *in eius diſput. de mora poſt Pract. Inſtitut. fol. mihi* 141. *& ſeqq.* Onnat. *de contract. tom.* 1. *tractat.* 3. *diſput.* 8. *ſect.* 2. *& ſeqq. fol.* 163. *&c.* Coſta *de re integra diſtinct.* 105. *per tot.*

Mora poteſt purgari ab emphyteuta, etiam poſt declaratam caducitatem à domino, & qualiter iſtud procedat, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 378. *numer.* 11. *&c. cap.* 515. *per tot.* vbi facit in contrarium, vide Magon. *deciſ. Flor.* 61. *per tot. deciſ.* 145. *num.* 19. *& deciſ. Luc.* 35. *per tot.* Dec. *conſ.* 160. *numer.* 6. plenè Gratian. *deciſ.* 49. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi refert contrarias opiniones, latè Sperel. *dec.* 71. *per tot.* 16

Digitized by Google

per tot. vbi probat moram incipere tantùm à die declarationis factæ à domino, & non anteà, ac ideò poſſe purgari poſt declaratam caducitatem, non obſtante iuramento, cum clauſula, ipſo iure, cum omnia intelligantur domino volenſe, & declarante, dummodò purgetur celeri ſatisfactione arbitrio iudicis, attenta æquitate canonica, quidquid ſecùs eſſet de rigore iuris ciuilis, vt ibi per eum, vbi etiam an ſit neceſſaria citatio partis in declaranda caducitate, adde Merlin. deciſ. 648. per tot. Rot. part. 11. recent. deciſ. 361. in Append. numer. 70. & ſeqq. vbi etiam quòd dicitur purgata mora, licèt non fuerit ſolutus canon totius temporis, quia ſufficit quòd debitum pro integro triennio non remaneat, Cabal. conſ. 77. lib. 1. & conſ. 134. d. lib. 1. & poteſt ſemper purgari ante acceptatam caducitatem à domino, quando pœna eſt impoſita à iure, & non ab homine, ac etiam poſt declarationem domini, ſi fiat celeri ſatisfactione arbitrio iudicis, Rot. part. 13. recent. deciſ. 375. num. 14. Pacion. de locat. cap. 55. num. 48. & ſeqq. per tot.

17 Mora non videtur poſſe purgari quando obligatio fuit iurata, ad tradita per Euerard. loc. à vi iuram. num. 42.

Sed quòd imò de iure canonico, etiam ſtante iuramento, ſi abeſt dolus poſſit purgari, Rot part. 2. Diuerſ. deciſ. 277. nu. 5. Sperel. deciſ. 71. nu. 15. & ſeqq. Pacion. de locat. cap. 55. num. 52. &c.

Purgatur de æquitate canonica non obſtante iuramento, quando fit celeri ſatisfactione, & quando ius partis non eſt factum deterius, Felic. de ſociet. cap. 29. numer. 42. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 378. num. 22. &c. cap. 515. numer. 26. &c. vbi quando non poſſit purgari, Altograd. conſ. 84. num. 70. &c. lib. 1. vbi ampliat etiamſi iam fuiſſet oppoſitum de non implemento, Rot. in Romana fideiuſſionis de præſentando 16. Martij 1618. coram Decano penes Scanarol. de viſit. carcer. in Append. deciſ. 22. numer. 4. &c. vbi ampliat etiam in Terris Imperij, ac vbi eſſet ſeruandum ius ciuile ex diſpoſitione ſtatuti, quia ſtante iuramento, etiam vbi ius ciuile viget, ſeruandum eſt ius canonicum, etiam pro iudices laicos, intelligendo quando ius partis non eſt factum deterius, & vide Sperel. deciſ. 130. per tot. infra num. 19. Rot. part. 10. recent. deciſ. 165. num. 30. & ſeqq. vbi quòd de æquitate canonica poteſt quandocumque purgari, ſi ius alterius non ſit factum deterius, imò etiamſi pars ſit in damno, quando moroſus paratus eſt illud reficere, & alia, Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 550. ſub num. 10. Bich. deciſ. 485. num. 30. &c. vbi quòd poteſt purgari etiamſi ius actoris factum ſit deterius, ſi moroſus offerat damnum.

Quòd poſſit purgari quando adeſt aliqua præſumptio pro eo, qui purgare intendit, Menoch. lib. 1. quæſt. 34. num. 4. & 5.

18 Mora poteſt purgari non obſtante obligatione Camerali continente renunciationem omni legum auxilio, & fauori, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 915. numer. 23. Rot. in dict. Romana fideiuſſionis de præſentando 16. Martij 1618. coram Decano num. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 559. ſub numer. 10. Pacion. de locat. cap. 55. numer. 52. &c.

Quòd imò ſtante clauſula renunciationis omni legum auxilio, & fauori cenſeatur renunciatum purgationi moræ incurſæ ob non ſolutionem canonis, probat Barboſ. de Clauſ. Clauſ. 133. numer. 6. vbi reprobat Afflict. deciſ. 174. num. 4. & Tuſch. tom. 3. concluſ. 193. num. 33. contrarium tenentes.

Quòd ſtante pacto, vt mora non poſſit purgari, reddatur impurgabilis, etiam de æquitate canonica, Sperel. deciſ. 130. num. 49.

19 Mora non purgatur, etiam de iure canonico, ſi ius actoris factum ſit deterius, vel ſi interpellatio fuit geminata, vel ſi ſimus in loco vbi ſeruetur ius ciuile, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 708. numer. 18. &c. cap. 915. num. 9. ſupra num. 17.

Quòd mora geminata non purgetur, quamuis aliàs eſſet purgabilis, Barboſ. de Axiom. iur. Axiom. 105. numer. 10. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 915. numer. 5. &c. vbi quòd nec poteſt purgari, quando purgationi fuit in ſpecie renunciatum, vel ſumus in loco vbi ſeruetur ius ciuile, niſi conſiſteret tantùm in omittendo, quia tunc etiam de iure ciuili poſſet purgari, & quando ageretur de pœna conuentionali, quæ non exigitur, niſi quatenùs intereſſe concurrat, vide Sperel. deciſion. 71. per tot. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 559. ſub numer. 10. Pacion. de locat. cap. 55. numer. 74. & ſeqq. vbi quod admittitur dicta purgatio, ſi illam petens velit damnum totaliter reficere.

Mora non poteſt purgari, etiam de æquitate canonica, 20
ſtante pacto reſolutiuo, & ideò elapſo tempore conſtituto ad redimendum, non eſt amplius locus redemptioni, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 786. num. 29. &c. idem Gratian. deciſ. 49. num. 11. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 559. per tot. Sperel. deciſ. 130. num. 45. &c. Altograd. conſ. 24. num. 69. lib. 1. vbi loquitur in emphyteuta, & vult non poſſe purgare moram, etiam de æquitate canonica, ſtante pacto reſolutiuo, vide in §. Venditio num. Afflict. deciſ. 174. num. 3. Rot. part. 9. recent. deciſ. 119. num. 11. &c. vbi tamen ſtante iuſto impedimento paupertatis, vel carcerationis tempore ſolutionis concludit moram non fuiſſe incurſam.

Quòd ſtante pacto reſolutiuo non habeat locum purgatio moræ, nec reſtitutio in integrum, Rot. part. 12. recent. deciſ. 182. numer. 35. & deciſ. 252. num. 6. & ſeqq. Vrceol. tractat. de tranſact. quæſt. 88. numer. 30. &c. & quæſt. 99. num. 12. Cabal. conſ. deciſ. 134. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Pacion. de locat. cap. 55. num. 49. & ſeqq. vbi refert etiam contrarium tenentes, Rot. part. 18. recent. deciſ. 43. vbi plura ad excluſionem purgationis moræ ſtante pacto reſolutiuo in contractibus.

Mora non purgatur in diſpoſitione hominis habentis 21
facultatem apponendi conditiones rei ſuæ benè viſas, cùm tunc dicatur pars contractus, quidquid aliàs in pœna legali purgetur; ſicut etiam ſecundum veriorem opinionem purgatur etiam in conuentionali quando ius partis non eſt factum deterius, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 915. numer. 1. &c. cap. 515. numer. 24. & 26. Sperel. deciſ. 130. num. 43. vbi quòd in conuentionali non purgatur.

Quòd in contractibus non poſſit mora purgari, intellige duobus concurrentibus, nempè certa die, & pœna, vel reſolutione contractus, vt benè pro purgatione moræ probat Rot. in dict. Romana fideiuſſionis de præſentando 16. Martij 1618. coram Decano, apud Scanarol. de viſit. Carcer. in Append. deciſ. 22. numer. 7. &c. Rot. part. 18. recent. deciſ. 435. per tot. vbi pro non purgatione moræ quando eſt appoſita dies, & pœna, vel poſt certam diem eſt adiecta reſolutio pacti, vel contractus.

Mora non poteſt purgari ſtante clauſula, non aliter, 22
nec alio modo, vt dixi in §. Clauſula numer. Altograd. conſ. 24. numer. 69. lib. 1. vbi de ſimilibus clauſulis reſolutiuis impedientibus moræ purgationem, etiam de iure canonico.

Mora numquàm poteſt purgari, quando agitur de lu- 23
cro captando, nec tunc ad eam inducendam requiritur aliqua interpellatio, cùm ſemper officiat implementum non eſſe factum tempore conuento, Iaſ. in l. ſi inſulam nu. 39. ff. de verb. obligat. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 725. nu. 15. &c.

Quòd mora non poſſit purgari ad acquirendam actionem in fauorem actoris, Seraph. deciſ. 1136. num. 3. infra num. 26.

Mora non poteſt purgari poſt executionem factam, & 24
conſumatam per translationem dominij ipſo iure, vel hominis facto per traditionem, ſed benè poſt ſubhaſtationem ante deliberationem, & quando ſecùs, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 708. num. 44. &c. cap. 915. numer. 20. &c. cap. 921. num. 23. &c. Rot. in d. Romana fideiuſſionis de præſentando num. 12. &c. Montan. de tutel. cap. 18. num. 21. & 22. fol. 60. vbi quod non purgatur, quando executio fuit iam facta à lege, vt ſi mater, vel alij ad ſucceſſionem pupilli aſpirantes non petierint infra annum illi tutorem dari, de quo dixi in §. Mater num. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 559. numer. 10. verſ. limitatur ſecundo, vbi generaliter, quòd mora non poteſt purgari, quando res non eſt amplius integra, ſed executio iam eſt facta à iure, vel ab homine, Pacion. de locat. cap. 55. numer. 61. & ſeqq. vbi quòd, vt poſſit mora purgari, & dicatur celeris ſatisfactio, debet ſolutio offerri re integra, & plura quando res dicatur integra, vel non, & per quos actus deſinat eſſe integra, Coſta tractat. de re integra diſtinct. 105.

Mora

Digitized by Google

25 Mora non purgatur aduerſus terminum legalem, vel ſtatutarium, nec poſt monitionem, ſiue interpellationem, nec vbi pœna eſt ipſo iure impoſita, nec vbi eſt alteri applicata, vel reſoluitur contractus propter inobſeruantiam, nec de iure ciuili vbi agitur de re profana in terris Imperij inter laicos, & in omnem caſum opus eſſe celeri ſatisfactione, quæ dicatur celeris ſatisfactio, & alia plura, Bardellon. *conſ.* 151. *nu.* 13. *& ſeqq. ad* 30. *lib.* 2. Tuſch. *littera M. concluſ.* 379. *per tot.*

Sed multa in contrarium vide per Sperel. *dec.* 71. *per tot. ſupra num.* 17.

26 Mora purgari non poteſt in conditionibus non adimpletis, nam eo ipſo quòd mora fuit commiſſa, dicitur non impleta conditio, & non eſt locus purgationi, an autem ſit ſaltem locus reſtitutioni in integrum, Ger. Spin. *conſ.* 61. *numer.* 49. *& ſeqq.* vide *in* §. *Conditio numer.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 559. *in fine*, vbi etiam quòd non purgatur quando eſt commiſſa in faciendo, nec ad effectum acquirendi nouam actionem, ſed tantùm ad effectum euitandi pœnam, & caducitatem, nec ſtante pacto reſolutiuo contractus in caſu non implementi, ſi pars vti velit dicto pacto, nec vbi res non eſt amplius integra, ſed iam executio facta à iure, vel ab homine, nec vbi ius alterius eſt factum deterius, vel alter damnum paſſus eſt, niſi volens moram purgare ſit etiam paratus intereſſe, & damnum reſarcire, adde Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt.* 48. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi quòd in vltimis voluntatibus mora eſt impurgabilis, etiam de iure canonico poſt ius alteri quæſitum, & acceptatum; vt ibidem benè declarat.

27 Mora præcedens cenſetur remiſſa ob prorogationem dilationis ad ſoluendum, ſicut etiam per nouam conuentionem, Ruin. *conſ.* 155. *nu.* 5. *& ſeqq. lib.* 5. cum alijs per Honded. *conſ.* 4. *nu.* 66. *&* 68. *lib.* 2.

Pari modo cenſetur remiſſa ex acquieſcentia alterius partis, cui erat implendum, Ludouiſ. *deciſ.* 148. *num.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 301. *num.* 53. *& ſeqq.* vbi plura ad rem, quando per ſolam petitionem, vel interpellationem cenſeatur remiſſa mora, pœna, vel caducitas iam incurſa, Honded. *conſ.* 34. *num.* 84. *lib.* 2. Ludouiſ. *d. deciſ.* 148. *nu.* 3.

28 Mora quibus modis incurratur, quando poſſit purgari, vel non, an, & quomodo poſſit beneficiò purgationis moræ renunciari, plenè Donadeus *tractat. de renunciat. cap.* 13. *per tot.* vbi poſt plura de hac materia iuxta prædicta, concludit beneficium purgationis moræ miſerationis cauſa eſſe inductum, ac ideò non venire, nec intelligi renunciatum ſub clauſula renunciationis generalis omni legum auxilio, & fauori, nec virtute iuramenti, licèt aliqui contradicant, ſed ſpecialem eſſe debere renunciationem, vt renuncianti præiudicet, & ſtante expreſſa renunciatione non eſſe renunciantem amplius ad purgandam moram admittendum, vide *in* §. *Renunciatio nu.* 5.

29 De mora, eius incurſu, præiudicio, purgatione, & huiuſmodi, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Mora*, Caſtelon. *Alphab. mrad. verb. Mora*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 159. *&c.*

§. MORS. XXXIV.

1 Mortis appellatione in dubio intelligitur de naturali, & non de ciuili, quia ciuili non æquiparatur naturali niſi in caſibus à iure expreſſis, vel vbi viget eadem ratio, vel vbi circa id, de quo quæritur eumdem operatur effectum, quem naturalis, vt in Statuto de lucro dotis, & ſimilibus, ſecùs autem in diſpoſitione conditionali, vel in materia fideicommiſſaria, vt latè declarat Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 157. *per tot. & in loc. comm. argum. loc.* 74. *per tot.* vbi vide, Viui. *comm. opin.* 525. Franch. *deciſ.* 562. *per tot.* vbi an propter mortem ciuilem, & foriudicationem viri ſit locus reſtitutioni dotis, & quomodo, *& deciſ.* 689. *per tot.* vbi de lucro antefati an debeatur ſtante foriudicatione, & morte ciuili viri, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 442. *per tot. & cap.* 430. *num.* 19.

Quòd in beneficialibus, & ad effectum vacationis, & impetrationis, mors ciuili, etiam ex captiuitate, apud Turcas non veniat ſub nomine mortis, ſed tantùm mors naturalis, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 543. *nu.* 2. *& part.* 14. *deciſ.* 453. *nu.* 3. *&* 4. facit Conciol. *reſol. crim. verb. Damnatus reſolut.* 2. vbi quòd hodie mors ciuilis non æquiparatur naturali, non facit expirare mandatum, nec purificare fideicommiſſum.

Quòd valeat argumentum à morte ciuili ad naturalem, Caſtil. *lib.* 3. *contr. cap.* 12. *num.* 1. *& ſeqq.* Giurb. *de feud. gloſ.* 7. *numer.* 8. *& ſeqq.* Tondut. *quæſt. ciuil.* 194. *part.* 2. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. *&c.* Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum quæſt.* 41. & alios apud Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 3. *num.* 68. *&c.* Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. vt in Indice, verb. Mors*, & de diſpoſitis circa vnam ad diſpoſita circa aliam, quando idem ſequitur effectus, pulchrè Altograd. *conſ.* 45. *nu.* 37. *lib.* 1. & latè declarat aliquibus modis limitando, Barboſ. *d. l. c.* 74. *per tot.*

Quid ſit mors naturalis, Tuſchus *littera M. concluſ.* 390.

Quid ciuilis, & quæ dicatur talis, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 392.

Mors ciuilis quando æquiparetur naturali, vt ea, quæ deberentur poſt mortem naturalem, debeantur adueniente morte ciuili, maximè in donationibus cauſa mortis, & ſimilibus diſpoſitionibus, Boſſ. *de public. bon. num.* 35. *&c.* Euerard. *loc. ad æquipoll. num.* 10. Roland. *de dot. quæſt.* 95. Rot. *part.* 2. *Diuerſ. deciſ.* 92. *numer.* 10. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 102. *num.* 7. *&c. cap.* 172. *num.* 15. *&c. cap.* 481. *num.* 4. *&* 35. Altograd. *conſ.* 98. *num.* 92. *& conſ.* 45. *num.* 37. *lib.* 1. Card. Tuſch. *litt. M. concl.* 392. *&* 393. *per tot.* Ricc. *Collect.* 531. 3565. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 345. *num.* 8. Merlin. *deciſ.* 206. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi de emittente profeſſionem in Religione Capucinorum, vel alia incapace bonorum, & ideò habeatur ac ſi naturaliter obijſſet, vt non expectato alio obitu aperiatur fideicommiſſum ſi quid adſit ad fauorem ſubſtitutorum, vide *in* §. *Monachus*, *&* §. *Monaſterium*. 2

An autem naturaliter viuente bannito, debeant bona manere apud fiſcum, vel tranſire ad vocatos poſt mortem banniti, Montan. *de tut. cap.* 33. *nu.* 509. *fol.* 153. vide *in* §. *Bannitus nu.* 31. *&* §. *Fideicommiſſum nu.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt* 442. *nu.* 4. *& ſeqq.*

Quòd mortis nomine veniat tam naturalis, quàm ciuilis, appellatione verò obitus veniat tãtùm naturalis, & non ciuilis, notat Rebuff. *in prax. beneſ. part.* 1. *tit. de form. ſignat. verſ. per obitum fol. mihi* 105.

Quòd mortis mentio in dubio de naturali intelligatur, & quando ſecùs, Tuſch. *lit. M. concl.* 394. *per tot.*

Qualiter etiam mors æquiparetur abſentiæ, ita vt caſus mortis æquiparetur caſui abſentiæ, & ſubrogatus in caſu abſentiæ, cenſeatur etiam ſubrogatus in caſu mortis, Ricc. *Collect.* 1056. vbi per text. *in c. ſi delegatus de off. deleg.* in 6. infert ad plures caſus contingibiles, facit quod dixi *in* §. *Abſentia num.* 16.

An autem mors æquiparetur remotioni, Ricc. *Collect.* 3513. 3888. vel reſignationi Eccleſiæ, ita vt faciat vacare penſionem relictam ad vitam, & alia plura quando mors ciuilis æquiparetur naturali, latè Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 60. *per tot.*

Mors delinquentis regulariter extinguit crimen, & pœnam, *l. defuncto ff. de pub. iud.* niſi eſſemus in caſu, quo poſſet memoria defuncti damnari, vt in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, & ſimilibus, vel niſi ageretur de pœna pecuniaria, vel confiſcationis à lege impoſita ipſo facto, quia poſſet exigi intra quinquennium aduerſus hæredes, Clar. §. *fin. quæſt.* 51. *verſ. Quæro*, Addit. ad Pract. Papp. *for. Inquiſit. gloſ.* 2. latè videndi Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 298. Guaz. *deff.* 33. *cap.* 26. Magon. *deciſ. Flor.* 47. *num.* 15. *&c.* Tondut. optimè declarans, & diſtinguens *tract. de præuent. part.* 2. *cap.* 62. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 28. vbi de modo procedendi contra hæreticos defunctos, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 400. *num.* 27. *& ſeqq. & numer.* 70. *& ſeqq. vol.* 1. *& deciſ.* 227. *nu.* 2 *vol.* 4. vide *in* § *Confiſcatio nu.* 15. Conciol. *reſolut. crim. verb. Delictum reſolut.* 13 *per tot.* Franciſ. de Amaya *in l.* 10. *C. de iure fiſc. per tot. fol. mihi* 42. *& ſeqq.* Gabriel. de Bellis *tractat. de delict. cap.* 5. *per tot. fol.* 315. 3

Ad hoc vt pœna pecuniaria, vel confiſcationis non rema-

remançar extincta morte delinquentis, requiritur quòd lis fuerit conteſtata cum defuncto, & quòd de delicto fuerit verè confeſſus, vel conuictus, & non tantùm in contumaciam incurſus; quia confeſſio ficta ex illa reſultans non afficit hæredes, qui etiam in omnem caſum debent citari, Oſaſch. *deciſ.* 148. Magon. *deciſ. Flor.* 47. *num.* 17. *& ſeqq.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 5. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 10. Guaz. & Tondut. *loc. ſupra cit.* Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 391. *&* 396. *per tot. & litt. P. concluſ.* 256. latè videndus Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 298. *per tot.* vbi etiam quomodo ſit ferenda ſententia, & non teneantur hæredes vltra vires hæreditatis, etiamſi inuentarium non confecerint, (nempè non condemnando mortuum, ſed ſimpliciter pronunciando, & declarando illum incidiſſe in pœnas pecuniarias à lege, vel ſtatuto impoſitas, & ad illas eius hæredes, bona obligatos, & obligata eſſe) & ſeruauit Magiſtratus DD. Octo Balliæ Florentiæ ſub die 30. Auguſti 1678. cum voto Illuſtriſſ. D. Auditoris Franciſci Venturini in cauſa contra Thomam Ciardum de Florentia ſine citatione hæredum; quia defunctus non ſolùm erat confeſſus, ſed etiam habuerat terminum defenſionum, & illas compleuerat, licèt ego de citatione dubitauerim, vide *in* §. *Contumacia num.* 14. *&* §. *Hæres num.* 55. latè Franciſc. de Amaya *in Codice loc. ſupra cit.* Gabriel. de Bellis *vbi ſupra*, Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 400. *num.* 27. *&c.* vbi qualiter hæredes ſemper poſſint probare bona non eſſe ſubiecta confiſcationi, & alia plura de hac materia, idem Chriſtin. *deciſ.* 127. *num.* 2. *vol.* 4. Fachin. *contron. lib.* 9. *cap.* 37. vbi indiſtinctè probat non eſſe locum confiſcationi reo defuncto ante ſententiam, Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſs. quæſt.* 25. *lib.* 2. vbi quòd per mortem delinquentis extinguitur crimen, & pœna, niſi verſemur in criminibus exceptis, vel in pœna amiſſionis bonorum à lege ipſo iure impoſita, vel agatur de reſtitutione rei furatæ, vel reus ſit confeſſus, vel conuictus ſine altercatione, & confeſſio ſit pura, non conditionalis, nec qualificata, atque iudicialiter emiſſa, & lis fuerit conteſtata, ac alia ad rem, plenè Caldas Pereyra *in relect. ad l. vnic. Cod. ex delict. defunct. fol. mihi* 161. *&c.* Griuel. *deciſ.* 6. *per tot.* vbi an pœnalis ſententia ferri poſſit in hæredem, vel fideiuſſorem delinquentis defuncti ante ſententiam, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 39. *& ſeqq. ad* 75. vbi diſtinguit inter delicta priuata, & publica, vt in priuatis mortuo reo ante ſententiam, ſed lite conteſtata, pœna pecuniaria, vel confiſcatio, ſiue actio pœnalis tranſeat contra hæredes, quod ſub *num.* 62. videtur etiam intelligere ſi ciuiliter agatur, ſecus ſi criminaliter; in publicis autem delictis, vel etiam in priuatis, ſi criminaliter agatur, vt in hæredes tranſeat inſtantia, non ſufficiat quod lis fuerit conteſtata cum defuncto, ſed requiratur etiam quod defunctus in vita fuerit per ſententiam condemnatus, quia mortuo reo ante ſententiam delictum extinguitur, & litis conteſtatio euaneſcit per plures textus, & auctoritates, quas allegat, & in ſpecie per text. *in l. in Senatus* 15. §. *ſi propter ff. ad Turpil. l. ex iudiciorum ff. de accuſat. l.* 3. *l. defuncto* 6. *ff. de pub. iudic. l.* 1. *l.* 2. *l. defuncto C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer.* Et ita vt plurimum, licèt diuerſimodè ſeruatum vidi, & ſeruaui Florentiæ.

Limitat tamen prædicta idem Antunez. Portugal. *d. cap.* 20. *numer.* 63. *& ſeqq.* in criminibus exceptis, nempè læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, repetundarum, peculatus, & de reſiduis, eius quo mortem ſibi conſciuit, deſertionis militiæ, necantium eos, quorum ſunt ſucceſſores, aſſaſſinij, & eorum qui turpia lucra quæſierunt, in quibus non tam inſtantia, quàm actio datur in hæredes, vt bona ab eis auferantur, ſicut etiam in caſibus, in quibus factum, vel delictum ipſo iure vel ipſo facto punitur, ac denique, vt detur actio pœnalis in hæredes, quatenus ad eos peruenit, licèt res non amplius extet, ſed ſit conſumpta, imò etiam aduerſus hæredes hæredum abſque diſtinctione, citans Amayam *in l. fin. C. de iur. fiſc. lib.* 10. Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 83. Hermoſil. *in l.* 56. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſ.* 1. Tondut. *de præuent. part.* 2. *cap.* 62. vbi etiam an cauſa ſuper intereſſe partis, quod ſaluum remanet ſit tractanda coram Iudice, & notario cauſarum ciuilium, an verò criminalium, ſtante maximè præuentione, & alios per me etiam relatos *in* §. *Confiſcatio nu.* 15. *&* §. *Hæres nu.* 55. in quibus locis omnes prædictas, & alias limitationes ſuccinctè compilatas inuenies; & iterùm quoad eos, qui ſibi mortem intulerunt ob conſcientiam patrati criminis, materiam reaſſumit idem Antunez. Portugal. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 41. *n.* 17. *& ſeqq. per tot.*

4 Mors animalium datorum in ſocidam, vel ad cuſtodiam, an cedat periculo domini, vel cuſtodis, latè Michalor. *de Fratrib. part.* 2. *cap.* 47. *per tot.* vide *in* §. *Animalia num.*

Quòd animal moriens intra triduum à die venditionis præſumatur mortuum ex morbo, quo laborabat tempore venditionis, licèt alij contra, Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1077. *nu.* 2. *&* 3. vide *in* §. *Venditio num.* 39. *verſ. ſi beſtia.*

Qualiter mors animalium probanda ſit à conductore agente ad reſtaurum, & non ſint idonei teſtes eius famuli, & miniſtri, vel animalium cuſtodes, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 359. *per tot. & deciſ.* 403. in eadem cauſa, vbi benè diſtinguit inter animalia, quæ gregatim paſcuntur, & alia animalia groſſa, ac ex quibus arguatur culpa conductoris, & de denunciatione congruo tempore domino facienda.

5 Mortem ſibi ipſi inferens qua pœna plectatur, vide *in* §. *Homicidium nu.* 18.

An optare mortem alterius, vel de illa gaudere ob hæreditatem habendam ſit peccatum mortale, Dian. *part.* 3. *tractat.* 6. *reſolut.* 84. vide *in* §. *Homicidium num.* 8.

An ſibi expetere mortem ad vitanda mala temporalia ſit peccatum mortale, Dian. *part.* 5. *tract.* 14 *reſolut.* 92. vbi refert diuerſas opiniones.

6 Moriens, ſiue conſtitutus in articulo mortis regulariter præſumitur dicere veritatem, non tamen iſta præſumptio ſufficit ad plenè informandum iudicem in alterius præiudicium, quia non omnis moriens eſt Sanctus Ioannes Baptiſta, ſiue Euangeliſta, vide Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1078. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 28. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *nu.* 60. *fol.* 251. dixi *in* §. *Aſſertio nu.* 1.

De multis caſibus occurrentibus tempore mortis, & quæ tunc ſint permiſſa, vel non maximè circa adminiſtrationem Sacramentorum, factionem teſtamenti, & alia, Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *per tot.* vbi ponit 141. reſolutiones.

Quòd moriens non agat actus poſitiuos, neque viuentium, Tuſch. *litt. M. concl.* 387.

Quòd mortis conditio dicatur purificata, etiam antè mortem, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 388.

7 Mors non præſumitur, ſed ab allegante probanda eſt, cùm quilibet præſumatur viuere centum annos, *l. fin. cum ibi not. C. de Sacroſanct. Eccl.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1073. Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.* 1. *concluſ.* 1. *num.* 96. *fol.* 73. Viui. *comm. opin.* 1042. latè Tuſch. *litt. M. concluſ.* 400. vbi à quo ſit probanda, & qualiter probetur, Ludouiſ. *deciſ.* 228. *per tot.* vbi plura de vita, & morte probanda ab allegante ad effectum impediendi matrimonium, *& deciſ.* 247. *nu.* 21.

Qualiter autem probetur ad effectum, vt hæreditas illius, qui dicitur mortuus poſſit adiri, Matant. *in reper. l. ſi poteſt num.* 156. *& ſeqq. ff. de acquir. hæred.* vbi 23. modos, ſiue coniecturas refert, licèt ſecùs eſſet quando ageretur de puniendo homicidio, qui tunc deberet clarè, & non per coniecturas probari, vt dixi *in* §. *Corpus delicti per tot.*

Multa de probatione mortis, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1074. *& ſeqq.* Farinac. *in fragm. part.* 2. *quæſt. fin. num.* 323. *& ſeqq. & de delict. carn. quæſt.* 140. *part.* 2. *per tot.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 42. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 323. *&c. fol.* 299. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 758. 895. *&* 944. *numer.* 35. *&c.* Gregor. *deciſ.* 37. *& deciſ.* 88. Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 400. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 1042. Bart. *in tractat. qualiter mors prob.* Medic. *tract. mors omnia ſoluit*, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 49. *num.* 20. *&c.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 28. Merlin. *deciſ.* 629. *num.* 5. *&c.* Ricc. *Collect.* 401. 1139. 2226. 2171. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 480. *nu.* 15. *& ſeqq.* vbi ad effectum vacationis beneficij per obitum, & ex quibus arguatur fuiſſe mortem per aliquot dies occultatam, quòd non eſſe nouum oſtendit, *& part.* 14. *deciſ.* 304. *nu.* 7. *&* 8. *& part.* 15. *deciſ.* 105. vbi qualiter probetur ex libro mortuorum.

Quòd probetur ex ſolutione legati facta hoſpitali, vel loco ſimili vigore legis, vel decreti Principis ita diſponentis

nentis

Digitized by Google

nentis (prout Florentiæ) item ex libro priuato pharmacopolæ, in quo dicatur tradidiſſe candelas pro ſepultura, item ex ſolutione aliorum legatorum in teſtamento relictorum, ex fide religioſorum aſſerentium interfuiſſe funeralibus, licèt huiuſmodi fides non fuerit facta parte citata, Altograd. *conſ.* 53. *nu.* 17. *& ſeqq. lib.* 2.

Item probatur per vnum teſtem de certa ſcientia, & duos de publica fama; Caualer. *deciſ.* 145. *numer.* 1. Pur. *deciſ.* 266. *lib.* 3. Gregor. *deciſ.* 166. *numer.* 7. Merlin. *deciſ.* 467. *num.* 1. *& deciſ.* 629. *numer.* 7. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 405. *num.* 5. vbi quòd probatur ex publica voce, & fama, *& part.* 17. *deciſ.* 67. *nu.* 18. *&c.*

An præſumatur ex lapſu centum annorum, vel ex eo, quòd poſt diſceſſum à patria non fuerit habita aliqua notitia per viginti annos, Caualer. *deciſ.* 344.

An quis præſumatur viuere vſque ad centum annos, vel non vltra centum annos, ad quos effectus, & quid hodie, Gabriel. *comm. concluſ. lib.* 1. *tit. de præſumpt. concluſ.* 16. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 226. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 49. Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 173. *num.* 6. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 41. *numer.* 21. *& ſeqq.* vbi quòd procedit præſumptio negatiua, non autem affirmatiua, & idem concludit Magon. *deciſ. Luc.* 44. *num.* 12. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 169. *numer.* 9. vbi quòd quis viuere præſumatur vſque ad centum annos, non procedit ſi ſuperuiuentia ſit probanda tamquam fundamentum intentionis.

Quòd probetur per verba, *bonæ memoriæ quondam*, & ſimilia, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 895. *numer.* 73. *&c.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 87. *num.* 7. *vol.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 298. *numer.* 8. *part.* 17. *deciſ.* 67. *num.* 10. *& part.* 18. *deciſ.* 689. *numer.* 9. vbi etiam de fama.

Item ex libro, in quo adnotantur nomina mortuorum, idem Gratian. *cap.* 869. *numer.* 23. *&c.* Gregor. *deciſ.* 78. *numer.* 2. *cum Addit.* Duran. *deciſ.* 430. *numer.* 3. Caualer. *deciſ.* 558. *num.* 3. *& deciſ.* 575. *numer.* 3. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 392. *num.* 1. *& part.* 12. *deciſ.* 71. *num.* 1. Merlin. *deciſ.* 467. *num.* 1. vbi quòd probatur ex fide Parochi fideliter ex dicto libro extracta, *& deciſ.* 501. *num.* 1. *&c.* vbi etiam ex libro Hoſpitalarij, vel ex libro priuato iunctis adminiculis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 59. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi ex quibus coniecturis arguatur falſitas, ita vt dicto libro nullatenus ſit credendum.

Item per teſtes deponentes quòd coniuncti publicè, & palam luctum fecerunt, & iuſta ſoluerunt, quam probationem poteſt iudex ex officio recipere, etiam ſine citatione, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 758. *num.* 1. *&c. cap.* 944. *numer.* 35. *&c.* Altograd. *conſ.* 53. *numer.* 23. *lib.* 2. vbi quòd tales teſtes poſſunt examinari parte non citata.

Probatur etiam per teſtes deponentes ſe fuiſſe præſentes morti, mortuumque vidiſſe, Bart. *in l.* 2. *§. Si dubitaretur, ff. quemad. teſtam. oper.* Rot. *part.* 4. *recent. deciſ.* 544. *numer.* 3. *part.* 5. *deciſ.* 336. *numer.* 7. *part.* 13. *deciſ.* 90. *numer.* 1. *& deciſ.* 405. *numer.* 4. *&c.* vbi quia interuenerunt funerali, & ſepulturæ, qui eſt vnus ex veris modis probandi mortem, *& deciſ.* 530. *num.* 1. *d. part.* 13.

Qualiter mors coniugis ſit certitudinaliter probanda, vt poſſit ſuperuiuens aliud matrimonium contrahere, aliàs ſit nullum ſecundum matrimonium; etiamſi reuerà coniux eſſet mortuus, Poſſent. *ſing.* 149. *&* 183. vide *in §. Matrimonium nu.* 22.

8 Mors teſtium habetur pro recognitione, & iuramento; Merlin. *deciſ.* 321. *num.* 8. *&c. deciſ.* 572. vbi quòd habetur pro repetitione, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 429. *num.* 12. *&c. cap.* 710. *num.* 7. *&c.* vbi etiam quòd magis creditur ſcripturæ mortui, quàm viuenti, ſi conſtet eſſe ſuam, quod probatur per teſtes, qui viderint illam ſcribere, vel recognoſcentes manum ſcribentis ipſis notam, vide *in §. Teſtes num.* 45. Magon. *deciſ. Flor.* 95. *nu.* 5. *&c.* vbi plura de magis credendo ſcripturæ mortui, quàm viuæ atteſtationi, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 4. *tit. de lib. rat. num.* 16. *&c. ad* 65. *fol.* 190. *&c.* Surd. *deciſ.* 103. *per tot.* vide *in §. Acta num.* *& §. Scriptura num.*

An magis credatur mortuo, quàm viuenti, Tuſchus *lit. M. concl.* 398.

An mors teſtium examinatorum in cauſis criminalibus ſuppleat defectum repetitionis, vel alterius legitimationis proceſſus neceſſariæ, vide *in §. Teſtes num.* 29.

Mors (concurrentibus pluribus cauſis) attribuitur cauſæ magis proximæ, & vrgentiori ſuperuenienti, non autem cauſæ præcedenti, etiamſi aliàs læthalis eſſet, niſi legitimè probetur contrarium, Caualer. *deciſ.* 220. *&* 239. *per tot.* penes Paul Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *dec.* 35. 36. *&* 43. & ipſe Zacch. *d. tract. tom.* 2. *concl.* 33. 46. 47. 53. 54. 55. 56. *&* 57. *per tot.* vide *in §. Homicidium nu.* *& §. Vulnus num.* 9

Ex quibus autem ſignis cognoſcatur mors ſequuta per ſtrangulationem, ſuffocationem, vel laqueum, idem Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt. vlt. nu.* 5. *&c. & conſ.* 19. *&* 44. *per tot.*

Quòd mortuus quis præſumatur ex vulnere, quando vulnus ab initio erat mortale, ſi deceſſerit poſt modicum tempus; ſi autem ex interuallo magno, puta poſt 40. dies, non dicatur mortuus ex vulnere, ſed propter malam curam, & negligentiam, licèt in hoc ſtandum ſit peritiorum iudicio, ex quibus multi, (& maximè vulgus) putant læthaliter vulneratum non poſſe vltra 40. dies viuere, ſed de veritate huius concluſionis vide Boer. *deciſ.* 323. *num.* 11. *& per tot.* Pract. Papp. *for. inquiſit. gloſ. tx quibus cum Addit.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1077. *per tot.* Euerard. *loc. ab effect.* Boſſ. *tit. de homicid. col. pen. & fin.* Guaz. *deff.* 4. *cap.* 10. Farinac. *quæſt.* 126. *numer.* 11. *& quæſt.* 127. *num.* 28. *&c.* Ricc. *Collect.* 1456. Card. Tuſch. *littera V. concluſ.* 379. *&* 380. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 5. *&* 6. *per tot.* dixi *in Practic. §. Ferite num.* 7. *& ſeqq. & in §. Homicidio num.* 30. *& ſeqq.* & in hoc Opere *§. Homicidium numer.* 21. *& §. Vulnus num.*

Mors omnia ſoluit, & ideò mortuus reſurgens, licèt dùm viueret fuerit damnatus ad mortem, non poteſt morti tradi, nec ad ſupplicium duci, niſi eſſet ſodomita propter immanitatem criminis, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 257. *num.* 4. *&c.* Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 391. *per tot.* Ricc. *Collect.* 173. vbi facit nonnullas illationes. 10

Quòd ſemel morte affectus, vel naturaliter mortuus reſurgens, non poſſit iterùm morti tradi, non recuperet bona confiſcata, niſi fuerit iniuſtè damnatus, non teneatur vxorem ſuam reaſſumere, niſi de mutuo conſenſu; non recuperet dignitates, quas anteà viuens obtinebat, cùm mors omnia ſoluat, & alia magis ſpeculatiua, quàm practicabilia, notat P. Manat. *in Noct. Malencol. Interrog.* 121. *&* 122. *fol.* 195. ex Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 36. *&c.* Cagnol. *de reg. iur. fol.* 252. Bald. *in l. iura ff. de legibus*, Tiraquel. *ad leg. Connub. gloſ.* 4. *num.* 19 *fol.* 150. & alijs per eum citatis, vbi tamen quòd recuperaret bona non confiſcata per text. *in l. iura ff. de legibus*, Bald. *in l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccl. num.* 152. Clar. *§. Teſtamentum quæſt.* 87. intelligendo de æquitate, ſecùs de rigore iuſtitiæ, vt ibi per eum.

Quæ retineat homo mortuus, & an mortuo fiat iniuria, Tuſch. *litt. M. concl.* 389.

An poſſit priuilegiari, & abſolui poſt mortem, idem Tuſch. *litt. M. concl.* 395.

Quamuis regulariter mors omnia ſoluat, ea tamen eſt maligna litium natura, vt iſtæ neque per mortem finiantur, ſed tantùm per ſententiam, vt benè deducit Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 147. *n.* 1. *& ſeqq.*

Mortuus repertus in puteo, vel alio modo præcipitatus, vel ſubmerſus, non præſumitur ſe ipſum voluntariè præcipitaſſe, cùm abhorreat à natura, quòd quis proprias carnes odio habeat, ſed ex aliorum facto, vel caſu, aut morbo ſuperueniente, Dec. *conſ.* 438. *num.* 2. *&c.* Addit. ad Ambroſ. *Proceſſ. Informat. lib.* 1. *cap.* 1. *ſub num.* 14. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 130. *nu.* 28. vide Farinac. *quæſt.* 24. *nu.* 29. *& ſeqq.* Guaz. *deffenſ.* 4. *cap.* 2. *nu.* 2. *& ſeqq.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Corpus delicti reſolut.* 1. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd in hoc, & ſimilibus caſibus attenduntur coniecturæ, & præſumptiones, & per eas probatur corpus delicti, an ſit commiſſum ſcelere nec ne, ac in dubio ceſſantibus coniecturis caſu potius, & naturali morbo, quàm ex ſcelere, & doloſè factum eueniſſe præſumitur. 11

Repertus autem in domo ſocij, viri, vel vxoris, ſiue ante domum, vel in domo alterius, præſumitur occiſus ab habitantibus in illa, concurrente tamen mala fama,

vel inimicitia, & facit indicium ad torturam, Menoch. *lib.1. præſumpt. quæſt.89. num.89. &c. & num.107. & de arbitr. caſ.394.* num.60. latè Farinac. *quæſt. 52. num.98. & ſeqq.* dixi *in §. Cadauer num.* 13. Conciol. *reſolut. crim. verb. Homicidium reſol.13. & 14. per tot.* D. Fului. Maloran. *in Opoprax. crim. lib.2. cap.8. num.153. & ſeqq. fol.* 232. vbi idem de reperto in agro, vel vinea alterius, & de primo denunciante malefactorem citra intereſſe, & obligationem.

Quòd repertus ſuffocatus præſumatur potius ex morbo naturali, & ſubitanea morte, quam ex facto, & delicto hominis, alio indicio in contrarium non exiſtente, vel non exiſtentibus ſignis ſuffucationis exterioris, cùm in dubio ſit ſumenda interpretatio excluſiua delicti in actu indifferenti, Follet. *in prax. verb. Item quod ſuffocauit vxorem num.9. & 27.* Farinac. *quæſt.2. num.29.* Conciol. *verb. ſuffocatio reſol. vnica num.4. & verb. Corpus delicti reſolut. 1. num.4.*

12 Mortuus quis præſumitur ſine filijs, dum contrarium non probatur, Duran. *deciſ.301. num.5. & deciſ.438. num. 4.* vbi refert Alexand. *num.15.* & Iaſ. *num.58. in l. is poteſt, ff. de acquirend. hered.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.436. num. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 182. num. 5.* Merlin. *deciſ.107. num.1. & deciſ.186. num.4. & deciſ.460. num. 28.* Rot. *part.9. recent. deciſ.391. num.29. part.12. deciſ.338. num.10. &c.* Caualer. *deciſ.575. num. 3.* Altograd. *conſ.104. num.1. lib.2.* latè Tuſchus *litter. F. concluſ.281.* vbi quòd fideicommiſſarius non tenetur probare grauatum ſine filijs deceſſiſſe, cùm habeat intentionem fundatam ex dicta præſumptione, & quando ſecus; Sed licèt hæc opinio ſit magis communis, non deſunt alij tenentes contrarium, ex eo, quòd actor debeat ſuam probare intentionem, Fachin. *contrcu. lib.6. cap.44.* ac ita fuiſſe iudicatum refert Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.244. num. 3. vol.1.* vide in §. *Fideicommiſſum num.52.* idem Chriſtin. *deciſ.126. num.4. vol.3.* vbi quòd ſi conſtat aliquando liberos habuiſſe, debet probari ab actore ſine illis deceſſiſſe, aliàs autem ſecus, & hac diſtinctione ſuppoſita videntur loqui Merlin. & alij ſupracitati, Rot. *part.9. recent. deciſ. 62. num.4. part.11. deciſ.185. num.1. part.13. deciſ.90. num. 2. & deciſ.530.* num.2.

Sicut etiam quis præſumitur mortuus in pupillari ætate, donec probetur contrarium Ger. Spin. *conſ. 70. num.1.*

Item inteſtatus quis præſumitur deceſſiſſe, dum de teſtamento non docetur, Alexand. & alij *in l. ſi emancipati num.3. de collat.* Duran. *deciſ.448. num.1. & deciſ. 443.* num.1.

Quòd non præſumatur, quem habuiſſe filios, ſed ſit probandum ab allegante, Altograd. *conſ.95. num.23. lib. 2.* Caualer. *deciſ.344. num.4. &c. & deciſ. 558. num. 3.* vbi quòd verum eſt ad effectum purificandæ conditionis, non autem ad effectum probandæ deuolutionis ob lineam finitam.

13 Mortuis duobus, vel pluribus in eodem belli conflictu, vel eadem ruina, ſiue naufragio, quis præſumatur prius deceſſiſſe, ita vt ſi ſibi inuicem ſuccedant, poſſit cognoſci quis fuerit ſuperſtes, & alteri ſucceſſerit, in ſuoſque hæredes tranſmiſerit, pulchrè Menoch. *lib.6. præſumpt.50. per tot.* Franch. *deciſ.454.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.5. tit.2. quæſt.12. per tot. fol. mihi 335. &c. ad 364. & conſ.51. & 85. per tot.* Card. Tuſch. *litt. M. concl. 401. per tot.* Ricc. *Collect.* 2402. vbi quòd debilior, & Mulier, &c. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.416.* vbi de conditione ſi deceſſerit ſine filijs, an tunc dicatur impleta, vel defecta, Maſcard. *de probat. conclus.364. num.4.* vbi de donante, & donatario ſimul mortuis, vt præſumatur donans prius mortuus ad ſuſtinendam, & confirmandam donationem, ad Menoch. *conſ.84. num.14.* Burat. *conſ 8. num.16.* Couar. *var. reſolut. cap.7.* idem Maſcard. *concluſ.1344. per tot.* vbi in terminis conditionis, *ſi ſine filijs*, Andreol. *contron.163. per tot.*

Hunc articulum in viro, & vxore ſe inuicem in eadem carta, & teſtamento inſtitutis, & poſtea ex peſte in eadem domo mortuis repertis eodem tempore, latè examinat Altograd. *conſ.69. per tot. lib.1.* vbi adductis hinc indè rationibus, præſumptionibus, auctoritatibus, multiſque caſibus ſimilibus, ac datis pluribus diſtinctionibus, tandem concludit non fuiſſe locum teſtamento, ſed ſucceſſioni ab inteſtato, cùm non potuerit conſtare, prout neceſſe fuiſſet, ad ſuſtinendum teſtamentum, vnum alteri ſuperuixiſſe, vide *in §. Lucrum num.19. & §. Pater num.*

Quando enim neceſſe eſt alterum ſuperuiuere, non ſufficit, quod ſimul decedant, & ſuperuiuentiam allegans, illam probare debet, Paul. Chriſtin. *deciſ. Bel.25. num. 5. vol. 3.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 120. per tot.* vbi ad effectum vt procedat ſtatutum deferens lucrum dotis marito, vxore præmortua.

Mors repentina poteſt ex pluribus cauſis procedere, & 14
non ſolùm ex veneno, vel etiam ex veneno, ſed ingenito, & non propinato; quid igitur in huiuſmodi caſibus debeat prudens iudex obſeruare, Coſpius *in iud. criminal. part.3. cap.15. & 16. per tot.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num.626.* Guaz. *defenſ.4. cap.5. per tot.* latè Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.2. tit.2. per tot.* dixi *in Pract. §. Volens num.4. & ſeqq.* & in hoc Opere §. *Venenum per tot.*

Mors naturalis dicitur illa, quæ prouenit à cauſis in- 15
trinſicis, & violenta, quæ à cauſis extrinſecis; qualis dicatur illa, quæ ſequitur ex prægnantia, vel partu ad effectum ſocietatis Officij, & alia ad propoſitum, Paul. Zacch. *dict. lib.1. tit.4. per tot.* vbi examinat octo quæſtiones.

Mors naturali aliquando ſumitur prout opponitur ca- 16
ſuali, aliquando vt opponitur violentæ, veluti quando contraponitur violentæ; & tunc mors naturalis comprehendit etiam caſualem, quæ non eſt contra naturam, ſed præter naturam, & ideò de ea indicatur idem, quòd de naturali, & excinditur tantùm violenta ab homine inflicta ad euitandum votum captandæ mortis, Bald. *in l.1. num.4. C. de his, qui ante apert. tab.* Martha *vot. Piſ.* 90. vbi quòd ob id pactum de lucrando capitali per mortem naturalem creditoris habet locum etiam in morte præter naturam, & caſuali.

Mortui an, & quando ex diuina virtute, & potentia 17
poſſint viuis apparere, & alia de animarum apparitione, Torreblanc. *tract. de Magia lib.2. cap.27. per tot.* vide *in §. Amicitia in fine.*

Mortui in bello qualiter per gloriam perpetuò viuere di- 18
cantur, & an idem ſit de mortuis in caſtris ex vulneribus in prælio receptis, *l. vlt. ff. de vacat. mun. l. bello amiſſi, ff. de excuſat. tut. §.1. Inſtitut. eod. tit.* Cabed. *deciſ. 147. per tot. part.1.* vbi etiam quid de captis ab hoſtibus, & in captiuitate mortuis, & quoad iſtos dicit contrarium iudicatum.

De morte, morituris, morientibus, & mortuis multa 19
indicant Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Mors, Mortui*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eod. verb. fol.164. &c.*

Mortis in articulo quis eſſe dicatur ad effectum, vt qui- 20
libet Sacerdos poſſit abſoluere; & alia ad rem, Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciata diſp.22. num.5. & ſeqq.* ac alibi, *vt in Indice verb. Mortis articulus.*

De moribundo aliquid declarante pro exoneratione 21
conſcientiæ, an præiudicet hæredi; vtrùm talis declaratio gaudeat priuilegio piæ cauſæ, an ſit reuocabilis, & alia ad rem, Tondut. *quæſt. canon. 108. per tot. lib. 1.*

§. MVLIER. XXXV.

MVlieres dicuntur genus auariſſimum, & quando 1
donant faciunt contra ſui ſexus naturam, ita vt ſit miraculum, vel ideò de facili præſumuntur per dolum, & deceptionem inductæ, *l. ſed ſi ego, vbi gloſ. ff. ad Vell.* Caſtr. *conſ.174. per tot. lib.1.* Magon. *deciſ. Flor. 18. num. 7.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 669. num.17.* Maſcard. *de probat. vol.2. concl.1090. num.29. & ſeqq.* dixi *in reſol. cap. 87. num.11. &c.* vbi de nullitate donationis mulierum ob non ſeruatam formam ſtatuti, Tuſch. *litt. M. concluſ.419. infra num.23.* facit quod dixi *in §. Salutio num.23.* vide *in §. Donatio num.72.*

Plurima de mulierum potentia, & fortitudine tam in bono, quàm in malo, tradit ad ſaturitatem Paul. Rub. *in Diſcurſ. ad part. 11. deciſ. Rot. Rom. num. 468. & ſeqq. ad 799.* Et de illarum pertinacia, ac inexpugnabilitate, Tiraquel. *connub. lib.9. num.39.* Rot. *par.16. deciſ. 307. num.1.* De mulierum leuitate, ac mutabilitate plura

eru-

Digitized by Google

eruditè Carol. Matant. *controu. part.4.reſponſ.77. num. 1. & ſeqq.*

Quòd ſub nomine, & appellatione mulieris veniat non ſolum corrupta, ſed etiam Virgo, imò propriè, & magis propriè corrupta quàm Virgo, inferendo ad diſpenſationem ſuper retentione penſionis non obſtante matrimonio cum quacumque muliere contracto, vt ſuffragetur etiam ſi fuerit contractum cum muliere aliàs nupta, & ſic non obſtante bigamia, latè Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.516.per tot.* & in ſelectis per Farinac. *part.1. tom.1. deciſ.352. & 367.* vide *in §. Penſio.*

Quòd ex innata lege naturæ fœminæ maſculis ſubſint, vt appareat etiam in brutis, & diuinitus hęc pœna ſit illis impoſita; Geneſ.3. verſ.16. ibi, *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi*; Tiraquel. *in l.1. connub. num.9.* Matthæu. Sanz *de re crimin. controuerſ. 46. num.26.* vbi quòd verum eſt non tantùm in vxoribus, ſed etiam in concubinis, imò iſtæ tirannicè magis ab amaſijs tractantur; ac ideò excuſantur à pœna ordinaria delicti de mandato, vel complicitate commiſſi, ſicut ancillæ, & huiuſmodi domeſtici, & loquitur de falſa moneta, infra *num.41.*

2 Mulier, quæ propter ſuos malos mores, vel hæredum mariti non poteſt habitare cum illis, an ſit extra domum alenda, Iaſ. *in l. quidam num.7.ff. de verb. oblig.* Alex. *conſ. 100. lib.1.* vide *in §. alimenta num.*

Mulieres omnes præſumi malas, ita vt dicant Doctores, non reperiri textum in toto corpore iuris mulierem bonam appellantem; multa tamen eſſe mulieribus condonata ob ſexus fragilitatem, & muliebris naturæ infirmitatem, latè Maſcard. *de probat. vol.2. concl.1080. per tot.* vbi infert ad plura.

De mulieribus rebus bellicis exponendis iuxta Socratis, & Platonis opinionem, quæ tamen exploſa, non eſſe conueniens mulieres rebus bellicis exponi reſpondendo ad argumenta contraria, Salzedo *Polític. de Regimin. Princip. lib. 4. cap. 5. & 6. per tot. fol. 336. &c.*

3 Mulier eligendo vitam vidualem ad effectum conſequendi legatum ſub tali conditione ſibi relictum, non poteſt poſtea variare nubendo, vt conſequatur aliud legatum in caſu nuptiarum ſibi factum; niſi aliter appareat de voluntate teſtatoris, vide Gratian. *deciſ.168. num.7. & ſeqq.*

4 Mulier habens generalem, & ſpecialem hypothecam in bonis viri, debet à ſpeciali incipere iuxta deciſionem text. *in l.2. C. de pign.* Rodriq. *de concur. credit. part.1.tit. 1. num.19.* Neguſ. *de pignor. part 5. membr.2. num.51. &c. part 8. membr.1. num.20. &c.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 318. num.50.* latè Merlin. *de pign. lib.4. tit.4. quæſt.21.num. 34. &c.* vbi teſtatur de communi, licèt in puncto iuris multa adducat in contrarium, vide *in §. Remedium num.1. &c.* Merlin. *deciſ.28.* Rot. *part.10. recent. deciſ.30. num. 24. &c.* vbi limitat ſtante obligatione in forma Cameræ, cuius vigore habet electionem agendi etiam contra bona generaliter obligata, adde latè Caluin. *de aquit. lib. 1. cap.30.*

5 Mulier pro bonis paraphrenalibus habet tacitam hypothecam in bonis viri, qui illa adminiſtrauit, Rodriquez *loc. cit. num.20.* vide *in §. Hypotheca num.11.*

An autem in dubio mulier videatur bona dediſſe viro tamquam dotalia; vel tamquam paraphrenalia, vel extradotalia, Menoch. *lib.3. præſumpt.8. per tot.*

Quòd poſſit habere bona triplicis generis, nempè dotalia, paraphrenalia, & hæreditaria, ſiue propria, & qualiter, Tuſch. *littera M. concluſ.424.* vide *in §. Bona num.*

6 Mulier tradens in dotem bona æſtimata, etiam tali æſtimatione, quæ faciat venditionem, & emptionem, & ſic tranſire dominium in virum, poteſt ex ſpeciali priuilegio ad illa recurſum habere, cùm intelligantur ſemper naturaliter fuiſſe mulieris, quæ à nullo creditore poterit impediri, reiecta omni fictione, quòd tranſierint in dominium viri, iuxta text. *in l. rebus, C. de iur. dot.* & idem eſt in re empta ex pecunia dotali, in qua mulier in ſubſidium præfertur omnibus, Mantic. *de tac. & ambig. lib.11. tit.28. & tit.27.* Seraph. *deciſ.1347.* Thomat. *deciſ.113.* vbi etiam firmat non eſſe neceſſariam excuſſionem, Scapuc. de Saluianum *lib.1. quæſt.12. per tot.* vbi quòd illi competit Saluianum, Altograd. *conſ 9. num.74. lib.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.38. num.22. &c.* vide *in §. Fundus n. & §. Emptio num.*

Quòd ſi mulier fuerit decepta in æſtimatione, etiam infra dimidiam, dando in ſolutum bona viro pro dote promiſſa, ſuccurratur illi ſpeciali fauore mulierum, & dotis, per text. *in l. iure ſuccurſum, §. fin. & l. ſi res, §.1. ff. de iur. dot.* Altograd. *conſ.24. num.31. lib.2.*

An fœminis magis, quàm maſculis ſuccurrendum ſit in his maximè quæ concernunt rigorem iudiciorum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.290. vol.1.* Odd. *de reſtit. in integrum quæſt.10. art.3.* Tiraquel. *de retract. conuent. §.1. gloſ.7. num. 15. & ſeqq.*

Mulier pro dote gaudet priuilegio, *l. ſi is qui 28. ff. de iur. fiſc.* vt ſcilicet quoad bona futura præferatur creditoribus mariti, etiam per anteriorem hypothecam habentibus bona præſentia, & futura obligata, imò in huiuſmodi bonis futuris, ideſt poſt obligationem quæſitis concurrens cum fiſco eſſet præferenda, vide *in §. Fiſcus num.13.* Rodriquez *de concurſ. credit. art.2. num.4. &c.* Neguſ. *de pign. part.2. membr.4. num.100. &c.* Cabal. *conſ.17. lib.1.* Mantic. *de tacit. lib.11. tit.26. num.23.* Cancer. *variar. reſolut. tom.1. cap.9. num.2.* Rot. *part.5. recent. deciſ.328. num.19. & ſeqq. & part.12. deciſ 7. num. 5. & ſeqq.* vbi de magis communi, & à Rota approbata opinione, quia lex inducens hypothecam ad fauorem mulieris citiùs operatur, quàm hypotheca inducta ab homine *part.13. deciſ.505. num.6. part.15. deciſ.248.* vbi quòd tale priuilegium competit etiam pro fructibus dotis, *& part.18. deciſ.84. num.15. & ſeqq.* vbi tamen quòd tale priuilegium procedit tantùm pro dote numerata, quia lex præſumit ea bona fuiſſe ex pecunia mulieris comparata, ſecus autem pro dote confeſſata, *& deciſ.331. num. 14. & ſeqq. dict. part.18.* vbi loquitur indiſtinctè, ac etiam pro fructibus dotis, & latiùs pluribus citatis *deciſ.493. num. 8. & ſeqq.* 7

Contrarium tamen eſſe verius, latè examinato articulo dictum priuilegium mulieri non competere, concludit Merlin. *de pign. lib.3. tit.2. quæſt.68. per tot. & lib.4. tit. 1. quæſt.28. num.39.* & alijs pluribus citatis hanc partem ſequitur Olea *de ceſſ. iur. tit.7. quæſt.7. num.4.* Gizzarel. *deciſ. 1. per tot.* ſed Merlin. reprobatur in ſpecie per Rot. *d. deciſ.7. num.6. part.12. recent.* vide Gait. *de credit cap.4. qu. 11. num.1591. & ſeqq.* vbi pluribus hinc inde citatis firmat eumdem opinionem Merlini; volunt tamen etiam ſequaces huius opinionis quòd ſi mulier, vel dos concurrat cum fiſco, tunc procedat æquiparatio fiſci, & dotis, conquaſſentur priuilegia, & attendatur ius commune, & ſic temporis anterioritas.

Quòd mulier hæretica non habeat priuilegia dotis, Iaſ. *in §. Fuerat num.113. inſtitut. de act.* vide *in §. Priuilegium num....*

Mulier concurrens cum fiſco ad repetitionem dotis pari paſſu cum illo ambulat, nec præfertur niſi in dubio, vt quia inſtrumenta fiſci, & dotis eſſent confecta eadem die, nec ex appoſitione horæ, ordine ſcripturæ, vel naturæ, ſiue alio modo poſſit cognoſci de anterioritate, cùm in dubio ſit iudicandum pro dote, quod priuilegium tranſit ad quemcumque tranſeat ipſa actio, Socin. *in l.1. ff. ſolut. matrim.* Neguſ. *de pign. part.2. membr.4. num. 108. &c.* 8

De priuilegijs mulierum circa dotes, plenè Tuſch. *litt. D. concl.745. per tot.* Gizzarel. & Addent. *deciſ.1. per tot.* dial *in Pract. §. Donne num.28.*

An autem mulier præferatur creditori ex cauſa militiæ, vel Primipili, & quid ſit Primipilus, vide Rot. *part.14. recent. deciſ.214. num.14. & ſeqq.*

Mulier agens pro dote, ſiue ex tacita, ſiue expreſſa hypotheca præfertur omnibus creditoribus habentibus tacitam hypothecam quamtumuis anteriorem, niſi huiuſmodi tacita hypotheca creditorum eſſet inducta à Statuto cum priuilegio quòd habeatur pro expreſſa perindè, ac ſi in inſtrumento eſſet ſcripta, nam tunc ſi ſit anterior præfertur hypothecæ dotali; ſicut & aliæ hypothecæ expreſſæ creditorum ſi ſint anteriores doti pariter præferuntur, *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* Rum. *conſ.147.* Alex. *conſ.58. lib.7.* Neguſ. *de pign. part.2. membr.4. num.94. & ſeqq. ad 104.* Cabal. *conſ. deciſ.25. & 90. per tot. lib.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.935. per tot.* Couar. *var. reſolut. lib.1. cap. 7. num.1. & 2. concluſ.3.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.29. num. 3. &c. cum Addit, in fine 2. vol.* Paul. Chriſtin. *deciſ.128.*

num.3. &c. vol.4. & deciſ.50. & 51. vol.6. Benedict. Carpzou. *deciſ. Saxon.75. per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ.7. gloſ.2. per tot. fol.378. &c.* vbi quòd iſtud priuilegium prælationis competit mulieri, non autem marito ratione dotis à ſocero, vel alio ſibi promiſſæ, ſed ſolùm ius tacitæ hypothecæ, vide *in §. Priuilegium num.18. & §. Hypotheca num.14.*

Si tamen mulier concurrat cum alia muliere tunc conquaſſantur priuilegia, & attenditur prioritas temporis, niſi ſuperante aliquid de locis datis in dotem per ſecundam vxorem, quæ in illis eſſet præferenda, vel niſi altera agere tantùm actione ex teſtamento pro dote legata, Neguſ. *loc. cit. num.96. & 97.* Gratian. *d. cap.935. num.27.* vide *in §. Hypotheca num.*

Quid ſi concurrat cum Eccleſia, vel pia cauſa, vide *in §. Eccleſia num.*

Iudæa tamen, vel alterius ſectæ Infidelium, non gaudet priuilegijs dotalibus, niſi conuertatur ad Fidem, per text. *in authent. priuilegium, C. de hæret. & Manich.* Rot. *part. 16. recent. deciſ.214. num.4. & ſeqq.* vbi de veriori opinione, vide *in §. Iudæi num.1. &c.*

10 Mulier contrahens matrimonium cum viro, qui iam conſumpſerat legitimam, & trebellianicam ſibi in bonis reſtituendis competentem, cùm non ſit in culpa, nec potuerit veriſimiliter ſcire grauamen fideicommiſſi, poteſt mortuo viro, vel ad inopiam vergente repetere dotem ſuam de bonis fideicommiſſarijs ad ſui electionem, dummodò fuerint poſſeſſa à viro tempore aliquo conſtantis matrimonij, & non antè illud contractum alienata, Menoch. *conſ.33. & de præſumpt. lib.4. præſumpt.190. num.44. & ſeqq. per tot.* Curt. iun. *conſ.59.* Anl. Cluin. apud Scapue. de Saluian. *lib.1. quæſt.12.* Caſtr. *conſ.219. num.3. lib. 1.* Natt. *conſ.61. num.3.* Surd. *deciſ.62. num.15.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.952. num.19.* Cancer. *var. reſolut. lib.1. cap.9. num.170.* Rota Bonon. coram Borello *Conſult. forenſ.* Vrceol. *cap.29. num.39.* Sperel. *deciſ.165. num.31. & ſeqq. per tot.* Merlin. *deciſ.657. num.18.* Cabal. *conſ. deciſ. 6. per tot. lib.2.* latè Boſſ. *de dot. cap.15. num.265. & ſeqq. fol 636.*

Quidquid contrarium teneant Iaſ. *in Auth. res quæ, C. commun. de legat.* Pariſ. *conſ.63. num.45.* & nonnulli alij, vide DD. ſupracitatos, *& in §. Bona num.21. & §. Filius num.*

Poteſt etiam mulier pro repetitione dotis agere contra tertios poſſeſſores bonorum liberorum, vel petere bona fideicommiſſo ſubiecta, & vinculata ad ſui arbitrium, & electionem, *l. plus cautionis, ff. de reg. iur.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.2. quæſt.73. num.383.* Buccafer. *conſ.45. num.24. lib. 1.* Boſſ. *de dote cap.15. num.267.* Peregr. *de fideicomm. art.42. num.18.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.532. num.10. & ſeqq.*

11 Mulier conſtante, vel etiam ſoluto matrimonio non poteſt agere pro repetitione dotis aduerſus promittentes ad fauorem mariti, qui illam non exegit, ſed debet agere contra hæredes ipſius mariti, qui fuit negligens in exigendo, nam ſtipulatio concepta in perſonam mariti non extenditur ad vxorem, cùm in contractibus extrinſeca perſona non comprehendatur: dicti tamen hæredes cedendo actionem contra eoſdem promittentes debitores dotis liberantur, ſecundùm Cabal. *conſ. deciſ.21. lib.2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.627. num.8.* Franch. *deciſ.33. per tot.* Altograd. *conſ.30. ſub num.50. lib.2.* vide *text. in l. ſi extraneus 34. ff. de iur. dot.* cum ibi not. per DD. Rot. penes Zacch. *de obligat. Camer. deciſ.203. num.6.* Hodier. *contr. for. cap.31. num.45. &c.* Ant. Fab. *in Cod. lib.5. tit.7. deff. 9. per tot.* vbi quòd dicti hæredes mariti non liberantur cedendo actiones contra promiſſores, quia non conueniuntur ex eo, quòd habeant actionem contra alium, quo caſu liberarentur per dictam iurium ceſſionem, ſed conueniuntur propter negligentiam mariti in exigendo, quæ culpæ annumeratur; quapropter exiſtimarem ego, quòd ceſſante negligentia, vel culpa in exigendo, vt quia nondum ceſſerit dies ſolutionis, vel factæ fuerint debitæ, & neceſſariæ diligentiæ, poſſint dicti hæredes liberari per huiuſmodi iurium ceſſionem, iuxta ea, quæ dixi *in reſol. cap. 29. num.1. & ſeqq. & in hoc Opere §. Vxor num.37.* & ita videtur concludere Olea *de ceſſ. iur. tit.5. quæſt.12.* poſtea viſus Bich. *deciſ.350. num.30.* vbi quòd vir non tenetur reſtituere quòd ſine ſua culpa non exegit, Boer. *deciſ.329.* Guid. Pap. *deciſ.375.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.49. num.24. &c. cap.769. num.63. cap.362. num.4. &c. infra num. ſeqq.* Rota *part.9. recent. deciſ.403. num.9.* vbi quòd negligentia mariti in exigendo non præiudicat vxori, quin agere poſſit ad dotis reſtitutionem, *& part.11. deciſ.217. num.16.* vbi quando non fuit promiſſa ab ipſa muliere, ſed à patre, *& deciſ.342. num.4. d. part.11. & part.12. deciſ.149. num.18. & 19.* & de omnibus prædictis, & alijs ad rem benè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. quæſt.9. per tot. lib.1.* vbi pluries citat meas reſolutiones *d. cap.29.*

An ſi mulier ipſa ſola exegerit dotem liberetur ſoluens, Gratian. *diſcept. for. cap.455. num.22. &c.*

Quòd conſtante matrimonio actio de dote ſit penes virum, & quid illo ſoluto, vide Merlin. *de pign. lib.3. titul.2. quæſt.79. per tot. vbi num.20. &c.* notabiliter loquitur quoad hypothecam.

Qualiter mulier non poſſit repetere dotem aduerſus hæredes mariti, niſi probet illius ſolutionem, ita vt non inueniat inſtrumentum confeſſionis, quando ex coniecturis apparet de ſimulatione adhibita in fraudem prohibitæ donationis, latè Rot. *part.11. recent. deciſ.126. per tot.* vide *in § Confeſſio num.9. & §. Vxor num.36.* adde Franciſc. de Angelis *d. quæſt.9. per tot.* vbi an confeſſio viri de propria inopia ſufficiat pro repetitione dotis conſtante matrimonio, & affirmatiuè concludit contra ipſum virum, & eius hæredes, ſecus autem contra creditores, vel tertios poſſeſſores, cum quibus eſt aliter probanda.

Mulier, vel eius hæres non poteſt pro reſtitutione dotis conſequi ab hæredibus mariti vltra ſummam illi à ſocero ſolutam, cùm iuxta veriorem opinionem non imputetur viro ſi à ſocero dotem non exegerit, etiam ſi interim factus fuerit non ſoluendo, & ideò eſt in electione mariti, vel hæredum exigere, & ſoluere, vel actionem contra promittentem, ſiue eius hæredes cedere, & cedendo liberantur; Quòd tamen fallit ſi dos fuerit promiſſa ab extraneo; qui factus ſit non ſoluendo, ita vt culpa, mora, ſiue negligentia viro in exigendo poſſit imputari, vel ſi pater vxoris ſit mortuus, & vir fuerit negligens in exigendo ab hæredibus, qui pro extraneis reputantur, nam his duobus caſibus periculum decoctionis ſpectat ad maritum, & eius hæredes ſi ſtat in culpa, vel mora exigendi; aliàs ſecus niſi etiam ipſimet mulieri poſſit culpa imputari, vt quia potuerit de per ſe agere ad dotem, & non exegerit, quia tunc culpam alijs, vel negligentiam imputare non poteſt, ſed fit hincindè culpæ, & negligentiæ compenſatio, vt latè probant videndi Altograd. *conſ.31. per tot. lib.1.* Mart. Medic. *deciſ. Senenſ. Exam.36. num.15. & ſeqq.* Franch. *deciſ.424.* Olea *de ceſſ. iur. tit.5. quæſt.12. per tot.* Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.1. quæſt.9. num.7. & ſeqq.* Rota *part.18. recent. deciſ.393. num.4. & ſequentibus.* 12

Quòd imò etiam ſi fuerit promiſſa à patre mulieris, poſſit culpa, & negligentia viro imputari, & ipſe, vel eius hæredes teneantur dotem reſtituere, Rot. *in Romana dotis 31. Ianuary 1652. coram Bichio num.14. & ſeqq.* poſt Salgad. *Labyr. credit. deciſ.3. ſupra num.11.*

Sed quòd viri hæredes dotem ſolùm exburſatam, non autem promiſſam, & inexatam teneantur reſtituere, quando viro non poteſt negligentia imputari, veluti quia non exegit à ſocero, quem ob reuerentiam vir nullatenus tenebatur conuenire, eadem Rot. *part.13. recent. deciſ. 357. num.5. &c. part.14. deciſ.376. num.18. & ſeqq.* vbi tamen ſecus ſi ſocer ſit mortuus, & vide Franciſc. de Angel. *d. qu.9. num.10. & ſeqq.* Rot. *part.18. recent. deciſ.393. num. 4. & ſeqq.* vbi vt mulier poſſit dotem repetere debet docere de traditione ſcripturarum pro conueniendis debitoribus in dotem aſſignatis, & de exactione, ſiue negligentia mariti in exigendo, animaduertendo etiam an ab ipſa muliere, illius patre, vel ab extraneo dos fuerit conſtituta, vide *in §. Vxor num.36.*

Mulier defuncto viro poteſt directè, & abſque vlla ceſſione agere contra promiſſores dotis, vel eorum hæredes vigore tacitæ ſtipulationis à iure ad eius fauorem inductæ, vt latè probat ex multis DD. Altograd. *d. conſ.31. num.18. & ſeqq. lib.1.* vbi ſatisfacit in ſpecie rationibus, & motiuis, Mart. Medic. *d. exam.36. num.47. & ſeqq.* qui de hac concluſione non ſine ratione ex ſuperiùs dictis dubitare viſus fuit, & contrariam ſententiam amplecti reſpectu dictæ tacitæ ſtipulationis, quam credidit ad fauorem mulieris non induci contra promiſſores dotis, ſed tantum contra 13

vt-

virum, & eius hæredes pro repetitione. Imò idem Altograd. num. 59. & ſeqq. oſtendit mulierem poſſe agere contra promiſſores dotis ex quatuor alijs remedijs ſine ceſſione nempè ex ſtipulatione Notarij fauore omnium intereſſe habentium, de qua Ludouiſ. cum Beltram. deciſ. 97. vbi maximè concurrente iuramento, vel clauſula Camerali, vtili actione de dote, officio iudicis ſtante negligentia viri, & vtili hypothecaria, tamquam contra debitores ſui debitoris; & de his, & alijs remedijs vſque ad ſeptem vide Mart. Medic. d. exam. 26. numer. 24. & ſeqq. vbi ſingula benè examinat, cùm Addit. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 1. part. 1. numer. 12. & ſeqq. Cutel. de donat. tractat. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 10. numer. 14. &c. Poll. reſol. 28. num. 53. &c. Olea de ceſſ. iur. tit. 4. quæſt. 8. numer. 35. & ſeqq. per tot. Rot. part. 5. recent. deciſ. 527. num. 11. &c. & part. 7. deciſ. 35. num. 8. & deciſ. 114. num. 16. &c. Sanfelic. deciſ. 130. vbi quòd de æquitate mulier poteſt agere ſine ceſſione contra promiſſores dotis. Sed contra vide Thom. Triuiſ. deciſ. 22. numer. 7. Franciſc. de Angelis de confeſſ. lib. 1. quæſt. 8. num. 1. & ſeqq. vbi conuenit in omnibus prædictis, & de æquitate citando meas reſol. cap. 29. nu. 3. &c.

Qualiter mulier poſſit ſoluto matrimonio, vel ob vergentiam viri ad inopiam, ſiue ex alia iuſta cauſa, veluti pro alendis parentibus, vel etiam filijs prioris matrimonij, repetere dotem, vel partem illius, & in hoc ius ſibi competens poſſit alijs cedere, Olea de ceſſ. iur. tit. 3. quæſt. 7. per tot. & de alimentis ex dote præſtandis filijs alterius matrimonij, vide Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 12.

14 Mulier pro reſtitutione ſuæ dotis poteſt retinere omnia bona mariti defuncti, tam immobilia, quàm mobilia, & ſuppellectilia ſine crimine expilatæ hæreditatis, quam quidem retentionem poteſt opponere etiam in executione ſententiæ, non obſtante ſtatuto omnes exceptiones reijciente, nec poteſt ab hæredibus viri ſpoliari, niſi per ſolutionem, latè Mart. Medic. exam. 56. numer. 19. & ſeqq. & deciſ. 91. & 92. per tot. cum Addit. vide in §. Vxor numer. 32. Paul. Chriſtin. deciſ. 139. num. 7. &c. volum. 3. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 52. per tot. vol. 2. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 9. num. 35. & ſeqq. per tot. Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. Clauſ. 7. gloſ. 3. per tot. fol. 443.

15 Mulier poteſt per ſe comparere, & ſtare in iudicio, agendo nomine proprio, non autem vt procuratrix alterius, niſi eſſet in rem propriam, Pract. Papp. act. vxor. ad dot. & vſumfruct. gloſ. 2. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 873. num. 14. Dian. reg. 311. per tot. vbi quando poſſit eſſe procuratrix alterius.

Quòd poſſit repetere dotem ſub prætextu paupertatis, & inopiæ, quæ aderat tempore contracti matrimonij, ſi careat culpa, & illam ignorabat, licèt Bart. teneat indiſtinctè poſſe repetere, Pract. Papp. loc. cit. gloſ. 3. num. 15. vide in §. Vxor num.

16 Mulieres de iure canonico non ſunt idoneæ teſtes in criminalibus, niſi veritas aliundè haberi non poſſet, ſed benè admittuntur de iure ciuili, licèt illis ſemper minor fides adhibeatur, Marant. part. 4. diſtinct. 1. num. 42. &c. Clar. §. fin. quæſt. 24. verſ. 2. Farinac. de teſt. quæſt. 50. per tot. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 18. num. 528. &c. fol. 331. vbi etiam quid in ciuilibus, & latè Duen. reg. 313. & 315. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 91. numer. 1. &c. volum. 1. Viui. comm. opin. 980. per tot. & 993. vbi quòd admittuntur etiam in cauſis matrimonialibus, Poſſent. ſing. 260. vbi quòd admittuntur etiam de iure canonico, Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis quoad perſonas, reſol. 15. per tot. vbi quòd admittuntur in criminibus exceptis, quando iudex procedit per inquiſitionem, quando veritas aliter haberi non poteſt, ad defenſam, & in ſimilibus caſibus, niſi alios patiantur defectus, ſed non ſunt integræ fidei, nec omni exceptione maiores.

An autem prægnantes poſſint cogi ad teſtificandum, dic quòd ſic ſine periculo ventris, aliàs iudex debet mittere Notarium ad domum illarum, idem Conciol. loc. cit. reſolut. 17. per tot. Cabal. caſ. 99. per tot.

Quòd mulieres non admittuntur teſtes in teſtamento, ſed benè in codicillis, in donationibus cauſa mortis, in teſtamentis inter liberos, ad pias cauſas, militum, & ſimilibus teſtamentis priuilegiatis, & admiſſæ in omnem caſum, ſuſtineretur teſtamentum vigore clauſulæ codicillaris, vide Farinac. d. quæſt. 59. caſ. 5. per tot. Duen. reg. 314. per tot. Paul. Chriſtin. ad leg. municip. tit. 17. art. 1. nu. 32. Viui. comm. opin. 968. Rota part. 16. recent. deciſ. 312. nu. 6. & 7. Ferdinand. de Eſcano tract. de teſtam. cap. 23. nu. 21. vbi quòd admittuntur ad probandam perfectionem voluntatis pro ſuſtinendo teſtamento cœpto, & ob impedimentum non completo. Qualiter admittatur in codicillis, Caluio. de aquit. lib. 2. cap. 154. per tot.

Item in contractibus ſaltem de conſuetudine non admittuntur, ita vt Farinac. d. quæſt. 59. numer. 47. &c. dicat non recordari vidiſſe vmquam aliquod inſtrumentum, in quo adhibitæ eſſent mulieres pro teſtibus, Sperel. deciſ. 81. numer. 9. vbi tamen numer. 42. & ſeqq. contrarium firmat de iure, maximè fauore piæ cauſæ, vel Eccleſiæ, imò etiam priuatorum in cauſa ciuili, & quòd regulariter probent in ciuilibus, & quando ſecus, vide Farinac. & Iordan. loc. cit.

Quòd ſint inhabiles ad accuſandum, & faciendam pacem pro alijs, niſi in ſubſidium, quando deficiunt maſculi, latè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 518. per tot. dixi in Pract. §. Pace nu. 6. &c. vbi quid ſeruandum vigore legis municipalis Florentiæ, & de iure communi, vide Farinac. de accuſat. quæſt. 13. & 14. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 152. vol. 1.

Quoad accuſandum non attenditur huiuſmodi defectus, cùm poſſit iudex ſupplere ex officio, vt dixi in Pract. in Præfat. nu. 7. & vide Farinac. loc. cit.

Mulier non poteſt renunciare hypothecæ ſuper bonis 17
alienatis à viro, niſi ſuperſint alia, ſuper quibus ſatisfieri poſſit tempore reſtitutionis dotis, Addit. ad Pract. Papp. act. realis gloſ. veris, & legitimis nu. 44. lit. N. Afflict. deciſ. 313. Franc. deciſ. 477. & 478. Boer. quæſt. 23. part. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 723. num. 20. &c. Magon. deciſ. Flor. 68. nu. 6. Altograd. conſ. 25. nu. 28. & ſeqq. lib. 2. vbi ampliat etiamſi renunciauerit cum iuramento, Card. Tuſchus lit. M. concluſ. 420. per tot. Vrceol. Conſult. for. cap. 24. num. 35. &c. cum Addit. in fine 2. vol. fol. 23. Hodiern. ad Surd. deciſ. 86. num. 22. Ricc. Collect. 3419. Rot. part. 12. recent. deciſ. 193. num. 3. &c. part. 14. deciſ. 313. nu. 11. vbi quòd obligans ſe pro viro non minuit creditum ſuæ dotis, ſed contra illius bona habet actionem.

Quòd viro redacto ad paupertatem, poſſit mulier agere contra emptores bonorum illius pro repetitione dotis, licèt alienationi conſenſerit, Pract. Papp. reſponſ. act. hypoth. gloſ. Exceptionem num. 30. latè Franch. d. deciſ. 477. & 478. Gratian. diſcept. for. cap. 292. per tot. cap. 932. num. 20. &c. cap. 723. num. 20. &c. Diaz. reg. 799. diuerſ. fol. mihi 629. vbi tribus modis limitat, Card. Tuſch. littera M. concluſ. 420. num. 28. &c. vbi allegat Folgoſ. conſ. 206. in terminis legis Florentiæ de hac materia, facit Thom. Triuiſ. deciſ. 43. lib. 2. vbi quando pluries, & ad fauorem plurium renunciauit, an poſſit agere contra primos, cùm tunc remanſerint alia bona, vel iocalia, & videtur negatiuè concludere in cauſa ciuili, cùm mulier ſit in culpa conſentiendo, & renunciando in alijs contractibus.

Quid ſtante iuramento, vide Franch. deciſ. 84. Sperel. deciſ. 164. nu. 30. Ricc. Collect. 3419. vbi quòd iuxta veriorem, opinionem non obſtante iuramento poteſt agere in ſubſidium contra emptores.

An poſſit vindicare fundum dotalem alienatum per errorem, quamuis contra illum habeat actionem remiſſiuè, Gratian. diſcept. 861. nu. 16.

Quòd mulier pro reſtitutione dotis, non poſſit agere contra bona mariti, quibus ipſa cum ſolemnitatibus renunciauit, Caualer. deciſ. 482. num. 2. Rot. part. 19. recent. deciſ. 214. num. 11.

Mulier vendens vnà cum viro bona ſibi pro dote obliga- 18
ta, cenſetur adhibita pro forma, & ad effectum tantùm renunciandi ſuis iuribus dotalibus, ac ideò non transfert iura dotalia in emptorem, etiamſi tamquam principalis ſe cum viro obligauerit (niſi ipſa verè pretium, vel partem illius pro concurrenti quantitate dotis receperit) & ſic remanet ſibi ſaluum ius dotem conſequendi ſuper alijs bonis mariti, imò & contra ipſa bona vendita, & renunciata in ſubſidium, ſi maritus tempore reſtitutionis faciendæ non habeat alia bona ſuper quibus ſatisfieri poſſit, non obſtante iuramento, obtenta tamen ad cautelam abſolutione, & facta prius excuſſione contra virum, vel eius hæredes; quod eſt intelligendum quando mulier ſe voluntariè obligauit, nam ſi ex cauſa neceſſitatis, non poſſet contra bona renun-

ciata, niſi pro medietate dotis regreſſum habere, vel in nihilo ſi ex cauſa famis, & præciſè neceſſitatis ſe obligauerit, quia tunc poteſt etiam tota dos alienari, vel ſi poſt mortem viri vendiderit ad effectum conſequendi dotem, & verè illam conſequatur ab emptore, nam tunc abſque dubio transfert in eum iura dotalia, ad effectum ſe tuendi contra creditores poſteriores, vt latè probat Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 24. num. 31. & ſeqq. per tot. cum Addit. in 2. volum. fol. 23.* vide *in §. Maritus num. 30. §. Vxor num. 13. &c.* Franch. *deciſ. 477. & 478.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 178. num. 11. & ſeqq. volum. 5. & deciſ. 187. d. volum. 5. & deciſ. 52. volum. 6.* Conciol. *allegat. 4. numer. 32. & allegat. 6. num. 68.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 304. num. 15.* vbi quòd renuncians iuribus ſuis, illa non transfert in emptorem, ſed cenſetur adhibita per forma, & ad cautelam, ne poſſit illum moleſtare ſuper bonis venditis, Bich. *deciſ. 464. nu. 22. & 23.* Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 29.* vbi diſtinguit tres caſus, & benè declarat Rot. *part. 15. recent. deciſ. 216. nu. 2.* vbi quòd ideò non prohibetur iura ſua poſtea in alios poſitiuè transferre, *& part. 18. deciſ. 291.* vbi tamen quòd ſi mulier ſit obligata vt principalis non intereſt emptorem habere translationem iurium dotalium, ſed eidem ſufficit habere mulierem principaliter obligatam, ad effectum vt vtendo iuribus illi vti eius debitori competentibus, poſſit creditores poſteriores ipſum moleſtantes excludere, *& part. 19. deciſ. 187. & 239.* in eadem cauſa, vbi pro emptore, *& deciſ. 352.*

An autem mulier renuncians hypothecæ ſuper vno fundo, deinde agens contra alium poſſeſſorem ad dotem, poſſit illi opponi, quòd deducatur pro rata illius rei, in qua renunciauit, Paul. Chriſtin. *deciſ. 81. numer. 22. volum. 5.* vbi quòd ſic, quia ſecundi creditores offerentes dotem mulieri poſſunt eam vrgere, vt eis cedat actionem; ſed intellige vt ſupra, & vide Bart. *in l. Moſchis ff. de iur. fiſc.*

Quòd pretium ex venditione facta per virum, & vxorem ſimul præſumatur perueniſſe ad virum tantùm, alio non docto, latè Caluin. *de æquitat. lib. 2. cap. 153.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 397. numer. 5. & ſeqq.* vbi tamen quod aliud eſt ſi mulier ipſa alienet, & maritus conſentiat, nam tunc præſumitur pretium ad mulierem perueniſſe.

19 Mulier non poteſt pro viro ſuo fideiubere, *l. 1. ſi ex tot. cit. ff. ad Velleian. auth. ſi qua mulier C. eodem*, Afflict. *deciſ. 209. num. 4.* niſi fideiubeat cum iuramento ſecundum Euerard. *loc. à vi iuram. nu. 4.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 7. fol. 413. &c.* vide *in §. Senatuſconſultum nu.* *§. Vxor num.*

Quod fideiuſſio facta pro viro ſit nulla ex defectu cauſæ, quando non ceſſit in vtilitatem mulieris, & maximè ſi enormiſſimè lædatur vltra medietatem dotis non obſtante iuramento, & iudicis decreto, vel ſimilibus ſolemnitatibus, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 723. num. 8. & ſeqq. cap. 961. per tot.* Matt. Medic. *deciſ. 333. per tot. & 363.* Surd. *deciſ. 164. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 197. volum. 5.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 171. num. 7. & ſeqq. per tot.* vbi quòd obligatio mulieris corruit, non obſtante decreto iudicis, ſi cauſa detegatur falſa, & nullum commodum mulieris reſpiciens, ita vt ſi plures fuerint cauſæ copulatiuè enunciatæ, ſtante falſitate vnius, obligatio corruat in totum ratione indiuiduitatis, quidquid ſit, ſi cauſæ eſſent alternatiuè expoſitæ, & quælibet ex ſe mouiſſet promittentem, vide *in §. Decretum num. 6.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 109. & deciſ. 193. per tot.* vbi in vtraque pro nullitate ex falſitate cauſæ, *& deciſ. 200. per tot. & part. 14. deciſ. 31. per tot.* vbi quod eſt nulla maximè ceſſante ſpe releuationis, *& deciſ. 163.* vbi de nullitate fideiuſſionis mulieris pro eius viro, licèt creditores non vrgerent, ſufficiente paratam eſſe contra illum executionem vigore obligationis cameralis, pro illo liberando, & in quibus terminis procedant deciſiones contrariæ, latè Rot. *part. 8. recent. deciſ. 462. per tot. & deciſ. 778.* in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio.

An autem poſſit obligari cum marito pro dote communis filiæ, vide Cabal. *conſ. 69. lib. 1.* Pic. *ad Statut. Vrb. gloſ. 7. num. 234.* Put. *deciſ. 160. lib. 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 647. num. 10. &c.* Gizzarel. & Adden. *dec. 4. per tot.* vbi plenè quando, & in quibus caſibus poſſit mulier validè obligari, Bardellon. *conſ. 113. lib. 2.* Ricc. *Collect.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 475.* vbi quòd pro dote poteſt obligari ſine ſolemnitatibus, non autem pro donatione propter nuptias, vel contemplatione matrimonij facta, vide *in §. Statutum requirens.*

Quòd ex cauſa pietatis, puta pro excarcerando viro, vel impediendo ne carceretur, poſſit mulier validè obligari etiam ſine ſolemnitatibus ſtatuti, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 108. per tot. cap. 169. num. 25. & per tot.* Gizzarel. *d. deciſ. 4. per tot.* Franch. *deciſ. 578.* vbi etiam an idem ſit pro filio, vel patre carceratis, vel carcerandis, vide *in §. Senatuſconſultum num.* *& §. Vxor num. 15.* Rot. *par. 12. recent. deciſ. 193. per tot. & deciſ. 109. num. 7. & ſeqq.* vbi tamen quòd debet dicta cauſa verificari, aliàs obligatio eſt nulla, licèt adhibitæ fuerint omnes aliæ ſolemnitates, cùm ſola falſitas cauſæ, vel nimis generalis, & vagæ, ſit ſufficiens ad annullandum contractum, ſicuti pro nullitate in dicta deciſione firmatur, ratione nimiæ generalitatis cauſæ, vide *in §. Alienatio num. 27. in fine*, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 97.* vbi pro nullitate obligationis factæ à matre pro liberando filio à pœna, & moleſtijs fiſci ex defectu veritatis cauſæ, *deciſ. 301. num. 1.* vbi pro validitate obligationis factæ à muliere pro liberando viro, & fratre à carceribus, & iminentibus cenſuris, *& part. 18. deciſ. 462. per tot.* vbi quando valeat obligatio vxoris pro viro, *& deciſ. 778.* in eadem cauſa.

Quòd ſi mortuo viro in paupertate promittat ſoluere creditoribus pro exoneratione illius conſcientiæ non iuuetur Velleiano, Cabal. *conſ. deciſ. 2. lib. 1.*

Plura an, & quando obligatio vxoris cum viro ſit valida, vel non, Caluin. *de æquit. lib. 7. cap. 152.*

Mulier obligans ſe pro viro, vtrùm obligatio ſit in totum nulla, aut valida propter vim iuramenti, an verò vſque ad medietatem dotis tantùm, & vtrùm exceſſus vltra medietatem debeat eodem modo conſiderari, ſiue mulier vnica obligatione lædatur, ſiue pluribus, vide deciſionem Rot. *Auenionen. 18. Iunij* 1650. penes Tondut. *de præuent. part. 3. deciſ. 10. per tot.* vbi fuit conclutum obligationem ſuſtineri pro medietate dotis, ſiue vnica vice, ſiue pluries mulier ſe obligauerit, attenta maximè obſeruantia dicti Tribunalis, quidquid alij teneant in totum corruere obligationem, quando mulier vnica obligatione læditur vltra dictam medietatem propter contractus indiuiduitatem, ſuſtineri autem vſque ad medietatem, quando mulier diuerſis obligationibus ſe arctat, poſterioribus annullatis, vt per Fontanel. *de pact. dot. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 6. numer. 21. & ſeqq.* vide Theſ. *deciſ. 223.* Hodier. ad Surd. *deciſ. 86. numer. 16.* Gaſpar. Anton. Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 65.* vbi tenet primam opinionem, ſed reprobatur à Fontanel. *loc. cit.* vide Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 24. num. 43. &c. cap. 28. numer. 23. &c.* Sperel. *deciſ. 164. numer. 31.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 178. numer. 11. & ſeqq. per tot. volum. 5. & deciſ. 187. dict. volum. 5.* Rot. *part. 4. recent. tom. 2. deciſion. 314. numer. 6. &c. part. 13. deciſ. 495. numer. 11.* vide *ſupra num. 17. in fine*, Noguerol. *allegat. 30. per tot.* vbi quòd mulier propter indotationem poteſt contractum reſcindere, etiamſi ei alia ſuperueniant bona, ex quibus non remaneat indotata, & ad indotationem non ſemper attenditur læſio vltra dimidiam, ſed quandoque minor ſufficit.

Quòd de iure ciuili non poſſit obligari pro filio, *l. 3. C. ad Vell.* ſecus autem de iure canonico concurrente iuramento, Theſ. *deciſ. 223. num. 8.* Afflict. *deciſ. 311. num. 4.* Merlin. *deciſ. 27. & deciſ. 749.* vbi pro validitate fideiuſſionis factæ pro filio in cauſa illi neceſſaria, ſi habeat filium ipſum releuatorem, & non remaneat indotata, vel vltra medietatem dotis obligata.

Plura de obligationibus mulierum ad fauorem virorum factis, ex cauſa metus reſcindendis, tradit Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 5. 6. & 7. per tot. fol. 400. &c.* vide *in §. Metus.*

Mulier, quæ cum iuramento renunciauit hypothecæ, an poſſit habere regreſſum ad bona olim ſibi obligata, ſaltem in ſubſidium, latè Cæſar de Afflict. *contr. iur. cap. 4. & 5. per tot.* vbi pro negatiua in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ.

Mulier pro alio fideiubens regulariter iuuatur Velleiano non tantùm in foro contentioſo, ſed etiam in foro poli, animæ, & coram Deo, ita vt ſi quid vigore fideiuſſionis ſoluerit, poſſit tamquam indebitum repetere *tot. tit. ff. & Cod. ad Velleian.* latè explicat Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 8. cap. 3. per tot.* Rot. *in Romana ſocietatis officij 4.* 21

Februa-

Februarij 1602. coram Ponia, Gratian. deſcept. forenſ. cap. 669. num. 21. &c. vide in §. Senatuſconſultum num. Tuſch. littera P. concluſ. 121. per tot. Rot. part. 14. recent. deciſ. 363. vbi pro nullitate fideiuſſionis factæ pro fratre, Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 321. vbi limitat quando certiorata de tali beneficio, illi in ſpecie cum iuramento renunciauit, imò ſufficere iuramentum abſque alia certioratione, quando ob id non remanet indotata, vel niſi præſumatur per fraudem extortum.

Quando mulier præſumatur ad ſui commodum interceſſiſſe, itaut non iuuetur Velleiano, Menoch. lib. 3. præſumpt. 21. per tot.

Quòd mulier aſſerens rem non eſſe dotalem in illius venditione, non audiatur tamquam mendax volens poſtea contra venditionem venire, l. ſi ſine, C. ad Velleianum, Maur. de fideiuſſ. part. 2. ſect. 6. cap. 3. num. 145. &c. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. quaeſt. 19. num. 6.

Item induens ſe veſte virili, vt alium decipiat fideiubendo non iuuetur Velleiano, l. ſi decipiendi, ff. ad Velleian. l. fœmina, C. eod. Maur. loc. cit. num. 146. Franciſc. de Angelis loc. cit. Alia vide in §. Senatuſconſultum num.

An autem mulier vtens veſte viri, & è contra homo veſte muliebri, peccent mortaliter, & ſint aliqua pœna puniendi, vide Azor. Inſtitut. moral. part. 3. lib. 13. cap. 4. dub. 6. Bonac. de legibus diſp. 10. quaeſt. 1. punct. 2. num. 10. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 2. num. 211. &c. fol. 435.

22 Mulieri an ſuccurratur in caſibus à iure non expreſſis, & inductis ad rigorem iuris ſeruandum, & quid circa confectionem inuentarij, vide Franch. deciſ. 229. per tot. dixi in §. Ignorantia num.

23 Mulier contrahens omiſſis ſolemnitatibus ſtatutarijs, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur cùm Statutum cenſeatur reſiſtere actui ab initio; & ideò etiam pro illa fideiubens non obligatur, niſi promittat vti principalis principaliter, & in ſolidum, quo caſu ſi quid ſoluerit videtur donaſſe, & non poteſt repetere à muliere, cùm Statutum non adhibitis ſolemnitatibus annullet omnem illius obligationem, & ſic etiam mandatum, & promiſſionem indemnitatis, pulchrè Maur. de fideiuſſ. part. 2. ſect. 8. cap. 56. Felin. de ſociet. cap. 29. num. 49. &c. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 11. num. 8. Roman. conſ. 12. num. 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 122. per tot. Cabal. conſ. 130. per tot. lib. 1.

Quid in foro conſcientiæ, vide in §. Contractus num.

Qualiter autem olim mulieres perpetua tutela coercerentur, ita vt in quacumque ætate ſine tutore nihil agere poſſent, quamuis hodie ceſſet dicta perpetua tutela, cuius tamen loco per totam ferè Italiam ſucceſſerunt ſtatuta requirentia certas ſolemnitates in earum contractibus, & obligationibus propter illarum ſexus fragilitatem, & negotiorum ignorantiam, Montan. de tut. cap. 7. num. 46. & ſeqq. fol. 34. & 30. & de Mundualdo vigore Statuti Florentini lib. 2. Rubr. 111. &c. Ang. conſ. 171. Bald. conſ. 207. lib. 2. & in l. 2. quaeſt. 9. C. de reſcind. vendit. & dixi in Pract. §. Donne num. 5. vbi quòd hodie vigore legis de anno 1568. in locum dicti Mundualdi ſucceſſit decretum iudicis.

Quòd mulieres excepta cauſa Velleiani, & ſic fideiuſſionis poſſint de iure communi celebrare omnes contractus, & etiam donare prout maſculi, cùm in omnibus ligentur, & ſeruent ius commune, niſi de iure municipali ſit aliter ſtatutum, Ang. conſ. 353. Tuſch. litter. M. concluſ. 422. per tot. Merlin. deciſ. 601. num. 15. vide in §. Statutum requirens num. 4. &c.

Plura ad conſtituendam obligationem matris pro filio, interuenientibus ſolemnitatibus requiſitis, licèt illi non fuerit promiſſa releuatio, quia de iure debetur, Rota par. 17. recent. deciſ. 86.

24 Mulier minor non poteſt bona ſua immobilia dare in dotem, vel aliter obligare ſine curatore, & decreto iudicis; alias verò res alienari non prohibitas, poteſt moderatè tamen dare in dotem ſine huiuſmodi ſolemnitatibus, l. lex qua, C. de adminiſtr. tut. l. 1. C. ſi aduen. dot. Neguſ. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 74. Rota part. 11. recent. deciſ. 324. num. 13. & per tot. vbi de cenſibus.

Et ideò in dictis bonis immobilibus nulliter ſine ſolemnitatibus in dotem datis, non poſſet procedere lucrum dotis, niſi iam adhibitis ſolemnitatibus fuiſſet data in dotem alteri primo viro, quia tunc poſſent etiam dari ſecundo viro, ſine alijs ſolemnitatibus, & procedere lucrum dotale, Roland. de lucr. dot. quaeſt. 45. Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 7. num. 223. Borgn. de tut. num. 161. Gratian. diſcept. for. cap. 27. num. 16. &c. cap. 367. per tot. cap. 583. num. 1. &c. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. quaeſt. 83. num. 18. Montan. de tut. cap. 33. num. 418. fol. 148. & num. 441. fol. 150. Magon. deciſ. Flor. 24. num. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. num. 1. & ſeqq. Altograd. conſ. 331. per tot. lib. 2. Surd. deciſ. 278. per tot. & deciſ. 287. num. 4. & ſeqq.

Poteſt tamen mulier etiam minor conſtituere dotem in pecunia numerata abſque decreto, cùm pecunia dicatur de illis rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, Rota part. 2. diuerſ. deciſ. 89. num. 1. &c. & deciſ. 316. num. 18. d. part. 2.

Qualiter dotem immoderatam conſtituens marito habeat reſtitutionem in integrum, ne ille tantam ſummam lucretur, Roland. de dot. quaeſt. 46.

Quòd poſſit ſecundò viro dare eamdem dotem, quàm dederat, vel promiſerat, primo etiam non adhibitis ſolemnitatibus ſtatutarijs in hac ſecunda dotis conſtitutione, quæ etiam venit ex iuris diſpoſitione, Altograd. conſ. 34. num. 1. & 2. lib. 1. infra num. ſeqq. & vide in §. Statutum requirens num.

Quòd imò mulier, licèt minor, non poſſit conquæri, nec in integrum reſtitui debeat aduerſus virum ob immoderatam dotem illi conſtitutam, quidquid alij contrarium contendant, quorum opinio quando procedere poſſit, & alia, Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. part. 8. gloſ. 8. nu. 15. & ſeqq. Hieron. Cala tract. de reſtit. in integr. minor. deneg. qu. 11. per tot.

Mulier primò nubens abſque dotis mentione, non 25 videtur tacitè bona ſua dediſſe in dotem, & ideò maritus non poteſt aliquam portionem vigore ſtatuti lucrari, ſecus autem ſi aliàs fuerit nupta, nam tunc videretur dediſſe eamdem dotem ſecundo viro, quam dederat primo, Roland. de dot. quaeſt. 71. 72. 73. & 74. vide Bart. in ſua quaeſt. 8. Mulier. quem refert, & ſequitur Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 11. num. 117. fol. 430. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 143. num. 27. &c. cap. 583. num. 21. &c. num. 10. &c. Merlin. deciſ. 287. & deciſ. 346. & deciſ. 493. vbi quid ſi conſtante matrimonio fuerit conſtituta certa, & determinata dos, & ad eius rationem fructus ſoluti, & deciſ. 527. & deciſ. 724. De omnibus prædictis, & alijs ad idem facientibus, latè Boſſ. de dot. cap. 8. num. 81. & ſeqq. per tot. fol. 284. Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 7. num. 25. & ſeqq. fol. 80. vbi an mulier, quæ nulla dote conſtituta nupſit, poſſit à viro compelli ad ſeipſam dotandam, & dotem illi conſtituendam, negatiuè concludens, an ob id poſſit expelli, & alia ad rem.

Quando mulier nubendo primo, vel ſecundo, ſiue ſit minor, ſiue maior, videatur dediſſe bona ſua in dotem, vel non, latè, & pulchrè declarat Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 133. num. 12. &c. volum. 3. & deciſ. 190. num. 8. &c. volum. 5. Boſſ. loc. cit.

Quòd mulier conſignans omnia bona ſua viro cenſeatur illa vti dotalia tradidiſſe, multi tenent, licèt alij magis communiter dicant non præſumi titulum dotis, vel eſſe diſtinguendum vt ſupra, Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 92. num. 12. &c. vol. 2. vbi refert DD. hincindè, & firmat pro excluſione dotis, niſi aliter ſit dicendum ex coniecturis, quas benè in caſu ſuo ibidem deducit num. 44. & ſeqq. ad comprobationem dotis.

Quòd ſecundò nubens non relictis filijs ex primo viro, videatur eamdem dotem conſtituere ſecundo viro, & habeat locum ſtatutum de lucro dotali, Roland. de dot. qu. 76. & ſeqq. vide in §. Nomen num. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 156. num. 10. vbi quòd ſecundò nubens intelligitur dare eamdem dotem, licèt nulla interuenerit promiſſio, vel mentio dotis, Merlin. deciſ. 287. per tot. Viui. comm. opin. 534.

Non intelligatur tamen dare augmentum dotis ſibi factum à primo viro, vt dixi in §. Augmentum num. 2. Sed quòd augmentum, cenſeatur etiam datum ſecundo viro verius eſſe probat Rot. part. 13. recent. deciſ. 795. per tot. & dixi in Addit. ad d. §. Augmentum. Nec etiam intelligatur

tur

Digitized by Google

rur dare cum pacto lucrandi totam dotem, quod inierat cum primo viro, & quando tale pactum de lucro dotis cum primo viro, cenſeatur repertum cum ſecundò, iuxta text. *in l. dotem* 30. *ff. de iur. dot.* vel non plenè Rot. *part.* 15. *recent. decıſ.* 98. *&* 194. *per tot.* in eadem cauſa, vide *in* §. *Statutum de lucro num.* 31. *in fine*, Rot. *part.* 16. *decıſ.* 19. *&* 249. in eadem cauſa, vbi fuerunt confirmatæ dictæ primæ deciſiones.

Quando verò reliquit filios, non præſumitur omnia dare in dotem, ſed ſolùm quantum vni ex filijs primi matrimonij debetur, etiam ſi per ſtatutum eſſet permiſſum dare omnia ſecundo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij, & ſic derogatum *l. hac adictali*, *C. de ſecund. nupt.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 32. *&* 33. Rot. *part.* 13. *recent. decıſ.* 511. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd eadem dos cenſetur conſtituta, etiam ſi nullum præceſſerit inſtrumentum dotale cum ſecundo viro, ad effectum illam, vel partem illius lucrandi iuxta diſpoſitionem ſtatuti, ad quod fuit habita relatio in conſtitutione dotis cum primo viro, & etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij, quando ſtatutum lucrum defert ſecundo viro non obſtantibus filijs primi matrimonij, & ſic derogat diſpoſitioni *d. l. hac adictali*, vide Rota *part.* 15. *decıſ.* 98. *&* 194. *& part.* 16. *decıſ.* 19. *&* 249. vbi quod quamuis dos in primo matrimonio data, præſumatur etiam in poſterius conuerſa cum iiſdem pactis, & conditionibus, tamen ſecus eſt quando fuit in poſteriori aliter conuentum.

26 Mulier per tranſitum ad ſecunda vota non amittit proprietatem eorum, quæ ſibi fuerunt donata contemplatione primi viri, & ſi inteſtata decedat in eis æqualiter ſuccedunt filij vtriuſque matrimonij, Roman. *conſ.* 405. Addit. ad Pract. Pap. *act. reddit. act. tut. gloſ.* 2. vide Ricc. *Collect.* 4192. vbi allegat plures deciſiones hincinde.

Sed quòd non teneatur omnia reſeruare filijs primi viri contra, Roman. & alios in ſpecie teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 862. *num.* 7. vide Ricc. *d. Collect.* 4192. vide *in* §. *Donatio num.* 10. §. *Diſpoſitio*, *l. Fœmina*, Viui. *comm. opin.* 535.

Quòd teneatur reſtituere iocalia, & omnia alia donata ſibi à viro, niſi nubat de illius conſenſu, vel niſi eſſent donata in recompenſationem iuuentutis, vel nobilitatis à marito ſene, vel ignobili, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 986. *num.* 15. *&c.* vide *in* §. *Donatio num.* 8. 9. *&* 10.

27 Mulier tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij quidquid ab illis, vel eorum patre percepit, reſeruato ſibi ſolo vſufructu vita durante, *l. fœmina*, *& l. generaliter*, *C. de ſecund. nupt. l.* 2. *C. de indict. vidui. toll. &* §. *nec illud*, *Auth. de nupt.* Rot. *decıſ.* 80. *part.* 6. *recent.* latè ampliando, & limitando Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 25. *&c.* Boer. *decıſ.* 185. Surd. *decıſ.* 99. *&* 100. vbi obſtet conſenſus tacitus datus per filium matri ſecundò nubendi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 702. *num.* 21. *&c.* vbi tenet fructus perceptos poſt tranſitum ad ſecundas nuptias eſſe reſtituendos, nec imputantur in legitimam, idem Gratian. *cap.* 862. *num.* 4. *&c.* Paul. Chriſtin. *decıſ. Belg.* 223. *vol.* 1. vbi quòd tenetur reſeruare non ſolum bona, quæ habuit à marito titulo lucratiuo, ſed etiam per ſucceſſionem à filijs: hæc pœna extenditur ad fauorem nepotum; quid ſi nupſerit de voluntate mariti defuncti, vel filiorum ex illo, ſiue tutorum, & alia, latè *decıſ.* 131. *per tot. vol.* 3. *& decıſ.* 189. *vol.* 5. Viui. *comm. opin.* 535.

Quod videtur ampliandum quamuis huiuſmodi lucrum eſſet conceſſum pleno iure, nam per talia verba non cenſetur denegatam diſpoſitioni, *d. l. fœmine*, *C. de ſecund. nupt.* idem Gratian. *cap.* 46. *num.* 9. *Addit. ad cap.* 519. *in fine tom.* 3.

Intellige prædicta de quæſitis à coniuge ex titulo lucratiuo, ſecus ſi ex titulo oneroſo, Rot. *part.* 12. *recent. decıſ.* 303. *num* 10. & dixi *in* §. *Lucrum num.* 12.

Quòd tranſiens ad ſecunda vota teneatur filijs primi matrimonij relinquere legitimam de dote ſua, nec poſſit cum ſecundo viro paciſci de tota lucranda, & ſi pacta fuerit, reuocetur pactum vſque ad dictam legitimam, Pract. Papp. *cauſ. dot. & vſufruct. gloſ. dicta Domina rei ſingul. gloſ.* 1. *num.* 80. Roland. *de dot. quæſt.* 27. vide *in* §. *Diſpoſitio num.* 1. *& ſeqq. &* §. *Diuiſio num.*

facit Sanfelic. *decıſ.* 353. vbi plura an, & quando mulier tranſiens ad ſecunda vota poſſit diſponere de dote in præiudicium filiorum primi matrimonij ad intellectum plurium ſtatutorum.

Nec poteſt ſecundo marito relinqoere pluſquam vni ex filij primi, *l. hac adictali*, *C. de ſecund. nupt.* Roland. *de dot. quæſt.* 26. *&* 27. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 463. *per tot. cap.* 219. *num.* 31. *cap.* 300. *cap.* 702. *num.* 27. *&c.* latè Hodiern. *in d. l. hac edictali*, Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 93. *&c.* vide *in* §. *Diſpoſitio num.* Theſaur. *decıſ.* 171. Paul. Chriſtin. *d. decıſ.* 223. *num.* 7. *&c. & decıſ.* 271. *volum.* 1. vbi plura de pœnis iteratarum nuptiarum, *& decıſ.* 131. *volum.* 3. *& decıſ.* 189. *vol.* 5. & Rot. *part.* 18. *recent. decıſ.* 244. *& decıſ.* 759. *in eadem cauſa.*

An autem teneatur præſtare fideiuſſionem de dote conſeruanda, Surd. *decıſ.* 279. *per tot.*

Quòd ſecundæ nuptiæ non beoedicantor, & quare, licèt bigami cum virgine poſſint impunè benedici, Menoch. *de arbitr. caſ.* 418. *per tot.*

Plura de reiteratis nuptijs toties quoties ſucceſſerit viduitas tam in viri, quàm in fœminis, quia melius eſt nubere, quàm vri, niſi emiſerint votum caſtitatis, Viui. *com. opin.* 535. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi refert exempla Sacræ Scripturæ, & cuiuſdam plebis Romana, qui ſepelierat 20. vxores, & poſtea duxit mulierem, quæ ſepelierat 22. maritos, & triumphator extitit.

Quòd mulier minor per tranſitum ad ſecunda vota non patiatur pœnas ſecundò nubentium, nec amittat acquiſita à primo viro, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 862. *num.* 18. *&c.* & alia qualiter poſſint euitari pœnæ ſecundò nubentium, Socin. *regul.* 332. *per tot.* vide *in* §. *Diſpoſitio num.* 1. *& ſeqq.* §. *Mater num.* 1. *&c. &* §. *Pater num.*

Quòd non ſit verum, vt anima mariti defuncti contriſtetur per tranſitum vxoris ſuæ ad ſecundas nuptias, latè comprobat Viui. *commun. opin.* 852. vbi plura an animæ defunctorum cognoſcant, & ſciant, quæ in hoc ſæculo peraguntur, & auctoritate Sanctorum Patrum, Theologorum, & Eccleſiæ diſtinguit inter damnatas, purgantes, & beatas, vt primæ virtute propria neſciant, & ſit adeò pœnis oppreſsæ, vt non curent facta mortalium; vltimæ autem, nempè beatæ omnia ſciant, & cognoſcant in Verbo, & contemplatione Diuinæ eſſentiæ, in qua omnia relucent, quia ſunt Angelis æquales, qui facta mortalium non ignorant; non tamen afficiantur dolore, & moleſtia, facit Gabriel. Vaſquez in D. Thom. *prima primæ tom.* 1. *diſput.* 50. *&* 51. *per tot. fol. mihi* 183. *& ſeqq.* vbi latè explicat an, & quomodo Beati aliqua videant in Verbo, & quid ſentiant D. Auguſtinus, D. Bernardus, & alij.

Mulier, quæ numquam fuit nupta poteſt ſibi relictum 28
ſub conditione, *ne nubat* capere, etiam ſi nupſerit, cùm talis conditio in virgine reprobetur, *l. quoties* 23. *ff. de condit. & demonſtr.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 254. *num.* 27. *&* 28. vide *in* §. *Conditio num.* 34. §. *Legatum num. &* §. *Pœna num.*

Vidua autem, cui huiuſmodi conditio non nubendi fuerit appoſita, tenetur illam adimplere, aliàs amittit legatum, *auth. cui*, *C. de indic. vid. toll.* quia per tranſitum ad ſecunda vota fit iniuria primo viro, §. *qua in fine*, *auth. de nupt.* poſſet tamen per eum remitti, & per filios, §. *perſpeximus*, *auth. eod.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 8. *& num.* 64. *&c.* vbi quòd talis iniuria poteſt remitti, & qualiter intelligatur remiſſa, & reprobat Gratian. *cap.* 140. *num.* 3.

Intellige ſi conditio viduitatis fuerit expreſsè appoſita, aliàs retinet legatum, etiam ſi dictum fuerit, ſi permaneat in domo teſtatoris, vel caſtè, & honeſtè viuat, latè Altograd. *conſ.* 63. *per tot. lib.* 1. vide *in* §. *Conditio num.* 39. §. *Legatum num.* 29. *&* 30. Rot. *part.* 12. *recent. decıſ.* 95. *per tot.*

Qualiter habeat reſtitutionem in integrum aduerſus non obſeruatam conditionem, latè idem Altograd. *conſ.* 77. *num.* 48. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. vide *in* §. *Conditio num.* . . .

Quòd dicta conditio non nubendi valeat etiam in Virgine, & ſit ſeruanda ſub pœna amiſſionis relicti, quando eſt ſubſtituta pia cauſa, Gratian. *decıſ.* 187. *num.* 13. *&c.*

Quòd

Quòd ſi fiat ademptio legati in pœnam ſecundarum nuptiarum, & non ſub conditione, poſſit etiam vidua illud retinere non obſtante tranſitu ad ſecunda vota, cùm pœnæ ſecundò nubentium ſint ſublatæ, Rimınald. iun. *conſ.* 279. *num.* 11. Pract. Pap. *act. ad dot. & vſumfruct. gloſ. donec vitam*.

Mulieres honeſtæ non poſſunt carcerari pro debito ciuili, etiam fiſcali, parum autem honeſtæ, & meretrices carcerantur, *Auth. ſed hodie, C. de off. diuerſ. iud. quæ deſumitur ex Auth. vt nulli iudici, §. Neceſſarium collat.* 9. *Nouel.* 134. Socin. *reg.* 229. Guid. Pap. *quæſt.* 256. Paul. Chriſtin. *decıſ.* 217. *num.* 5. *& ſeqq. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 215. Dec. *in l. fœmina num.* 72. *ff. de regul. iur.* Addit. ad Pract. Pap. *for. Inquiſit. gloſ.* 1. *verb. fallit*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 728. *num.* 16. *cap.* 606. *num.* 3. Caccialup. *de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt.* 5. *num.* 22. Magon. *decıſ. Luc.* 90. *num.* 1. *&c.* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 88. *num.* 10. *&c.* Duen. *regul.* 312. *per tot.* Sperel. *decıſ.* 158. *num.* 37. *&c.* Farinac. *quæſt.* 27. *num.* 42. Gizzarel. *decıſ.* 54. *num.* 13. *&c.* Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 416. *per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer.* *lib.* 3. §. 6. *per tot. fol.* 473. Caluin. *tract. de æquit. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Paul. Chriſtin. *decıſ.* 178. *per tot. volum.* 5. vbi an poſſint ſe obligare etiam ad carceres, & videtur concludere quòd ſic, dummodo certioratæ in ſpecie dicto priuilegio renunciauerint, & non ſint nuptæ, nam nuptæ non poſſunt ſe ad corporis capturam obligare, niſi publicæ ſint meretrices, vide *in §. Meretrix num.* 2. *in fine.*, Griuel. *decıſ.* 115. *per tot.* Conciol. *ad Statut. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 12. vbi etiam quando minùs puniantur, quam maſculi, & Romaguer. *ibidem in Addit. num.* 8. ſubiungit, quòd carceratæ in aliquo Monaſterio non gaudent illius immunitate, ſed extrahi poſſunt inuitæ quamuis delicta ab illis commiſſa non ſint de exceptis ex rationibus adductis per Cortiada *decıſ.* 84. *num.* 13.

Quid in debito tutelari, Montan. *de tut. cap.* 15. *num.* 65. *&c. fol.* 51. vbi quòd poſſunt carcerari; ſed contrarium tenet Menoch. *d. quæſt.* 88. *num.* 12. & dixi *in §. Mater num.*

Quòd mulieres quidquid ſit de iure, tamen de conſuetudine carcerentur pro cauſis criminalibus, etiam leuibus; & ponantur ſeparatim à viris in carceribus honeſtioribus, attenta qualitate delicti, & perſonarum, Clar. *§. fin. quæſt.* 28. *verſ. quæro igitur*, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 78. Magon. *decıſ. Luc.* 90. *num.* Menoch. *de arbitr. d. quæſt.* 88. *num.* 19. *& ſeqq.* Guaz. *deff.* 5. *cap.* 3. *num.* 8. *&c.* Tuſch. *litt. M. concl.* 416. *num.* 13. & alij ſupracitati, Paul. Chriſtin. *decıſ.* 217. *vol.* 5. Farinac. *d. quæſt.* 27. *num.* 42. *& ſeqq. ad* 65. vbi latè quando, & pro quibus cauſis poſſint mulieres carcerari; vel non.

30 Mulier qualiter propter adulterium commiſſum à marito lucretur donationem propter nuptias, Roland. *conſ.* 50. *lib.* 1. Clar. *§. Adulterium verſ. Et ſcias.*

31 Mulier propter adulterium ab ea commiſſum amittit dotem, quæ marito applicatur, niſi cum illo fuerit reconciliata, vel etiam ipſe adulterium commiſerit, vel illi conſenſerit, Pract. Pap. *act. ad dot. & vſumfruct. gloſ.* 3. *num.* 3. Clar. *§. Adulterium, verſ. Et ſcias*, vbi etiam de oſculo iniurioſo, Gratian. *diſcept. forenſ.* 581. *nu.* 26. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 41. *num.* 36. Viui. *commun. opin.* 1060. *per tot.* Ioſeph. Felin. *Margar. variar. concl. verb. Mulier fol.* 12. *col.* 2. Farinac. *quæſt.* 142. *per tot.* Paul. Chriſtin. *decıſ.* 138. *num.* 6. *&c. volum.* 3. *& decıſ.* 178. *num.* 20. *& ſeqq. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 3987. vbi etiam qualiter dos amittatur ex parte viri; & alia, idem Ricc. *Collect.* 2001. vbi alijs etiam modis limitat, Cala *de mod. art. & proband.* §. 2. *gloſ. vnic. num.* 879. *& ſeqq.* vbi docet plura articulanda, & probanda pro muliere, ne propter adulterium dote priuetur.

Quòd ſententia lata ſuper adulterio ad fauorem mariti, tollatur per ſubſequutam reconciliationem, Caualer. *decıſ.* 482. *num.* 7.

Quòd iudex laicus ſit competens in declaranda amiſſione dotis ob adulterium maximè notorium, etiam ſi ciuiliter agatur, Dec. *conſ.* 212. Franch. *decıſ.* 312. *num.* 6.

An autem dicta exceptio adulterij competat hæredibus mariti, & contra hæredes mulieris, Roc. *part.* 3. *diuerſ. decıſ.* 86. *lib.* 2. *& decıſ.* 13. *lib.* 3. Roman. *conſ.* 286. Bardellon. *conſ.* 177. *lib.* 2. Franch. *decıſ.* 184. Farinac. *dict. quæſt.* 142. *part.* 2. *per tot.* Viui. *commun. opin.* 1060. *num.* 14.

Quòd mulier propter adulterium amittat dotem, & partem paraphrænalium, & applicetur marito, vel eius hæredibus, ita vt de illa non poſſit teſtari, latè aduerſus Curt. iun. & Plaut. *in Rub. C. de edendo*, probat Menoch. *de arbitr. caſ.* 419. *num.* 58. *& ſeqq. ad* 70. vbi illorum argumenta, & rationes diſſoluit, & intelligit maritum dotem lucrari, ſi nulli extent ex eo matrimonio filij, ſi verò adſint filij, illis conſeruari debere, & vide Franch. *decıſ.* 421. *num.* 66. & dixi *in Pract. §. Donne num.* 13. Leoncil. *decıſ. Ferrar.* 84. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi quòd dos applicatur filijs quando extant.

Non tamen amittere dotem propter ſolum oſculum iniurioſum, niſi alia concurrant adulterij adminicula, latè probat contrarijs reſpondendo Menoch. *de arbitr. caſ.* 287. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* Viui. *comm. opin.* 1060. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi contra Paul. Chriſtin. *decıſ.* 138. *num.* 7. *volum.* 3. Thom. Triuiſ. *decıſ.* 16. *per tot. lib.* 2. vbi an lite pendente ſuper Adulterio ſit interim alenda à viro, maximè de bonis dotis, & affirmatiuè concludit, aliàs eſſet exequi ſententiam ante illius prolationem.

Quòd mulier inhoneſtè viuens patiatur omnes pœnas ſecundò nubentium, vide *in §. Mater num.* *& §. Vidua num.* 5. vbi an amittat dotem.

Cætera de mulieribus inhoneſtis, vide *in §. Meretrix per tot. §. Adulterium, §. Coitus, §. Inceſtus, §. Stuprum, &c.*

Ad quid autem teneatur mulier ex adulterio filium concipiens, & pariens, vt ſit tuta in conſcientia, latè Viui. *comm. opin.* 1060. *num.* 21. *& ſeqq.* vbi quòd regulariter non tenetur ſe marito detegere, niſi ceſſante omni periculo; ſi tamen præmoriatur viro, debet id propalare confeſſori extra confeſſionem, vt poſt eius mortem notificetur viro ſuo, (non tamen manifeſtando adulterum;) ſi autem ſuperuiuat, debet quantum poteſt inducere filium adulterinum ad religionem, vel clericatum cum debitis diſpenſationibus, & ad dimittendam hæreditatem alijs filijs legitimis, quod ſi aſſequi non potuerit, tenetur iuxta poſſibilitatem ſuam reſarcire de proprio omnia damna viro, & filijs legitimis cauſata, vide alios, quos allegaui *in §. Adulterium num.* 10. *& §. Fama.*

Mulier pauper habens matrem, & fratres diuites, cùm neutri illorum teneantur dotare niſi in ſubſidium, eſt dotanda à matre pro dimidia, & pro alia dimidia à fratribus, Soc. iun. *in auth. res quæ, C. comm. de leg.* 32

Quòd non extantibus bonis paternis, quamuis ipſa habeat de proprio, ſit dotanda ab auo, qui prius eſt cogendus, quam mater, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 259. *per tot.*

Mulier, quæ peperit, & non bene purgata remanſit, ſi 33 moriatur poſtquàm exiuit de domo, præſumitur mortua ex prima cauſa, nempe puerperio, & non ex culpa conſiderata in exitu de domo, Rota Roman. *decıſ.* 701. *lib.* 1. refert Felic. *de ſociet. cap.* 22. *in fine*, vide *in §. Mors num.*

An autem moriens ex partu, vel prægnantia dicatur mori morte violenta, vel naturali ad effectum ſocietatis officij, plenè Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tit.* 4. *per tot.* vbi examinat octo quæſtiones ad hoc propoſitum, & Rota poſt illum *tom.* 2. *decıſ.* 1. *&* 3. *per tot.*

Mulier, (vel puer) aſſerens fuiſſe ſtupratam, & carna- 34 liter cognitam, non facit indicium ad torturam contra imputatum, cùm ſit ſocia criminis, niſi deponat cum tortura leui ad purgandam maculam, concurrant adminicula, & alios non patiatur defectus, Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 88. *&c.* 134. *&* 145. Ambroſ. *decıſ. Peruſ.* 34. *vol.* 2. Muſcatel. *de cognit. & probat. delict. tit. de adult. & ſtup. num.* 11. Sperel. *decıſ.* 38. *num.* 7. Conciol. *reſolut. crim. verb. Indicium reſolut.* 13. *& verb. Stuprum reſol.* 2. *per tot.* Boer. *decıſ.* 299. *per tot.* Guaz. *deff.* 4. *cap.* 6. *num.* 14. Pariſ. *conſ.* 160. *lib.* 4. Baiard. ad Clar. *§. Stuprum num.* 41. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 6. *per tot.* dixi *in Pract. §. Donne num.* 14. *&* 15. *§. Stupro num.* 3. *& §. Violenza num.* Paul. Chriſtin. *decıſ. Belg.* 25. *num.* 12. *vol.* 3. vbi quòd creditur virgini dicenti ſe ab aliquo cognitam, & ex eo prægnantem redditam, licet non ita credatur meretrici; Sed ego puto eſſe intelligendum concurrentibus alijs adminiculis, maximè probatæ pudicitiæ, ad tradita per Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 52. *num.* 12. *& ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. vbi quod tunc illi creditur ad effectum vt ſtuprator illam ducat in vxorem, & dixi *in* §. *Stuprum num.3. verſ. Quod aſſertio.*

Quamuis dictum mulieris ſtupratæ facere indicium ad torturam contra nominatum teneat etiam Vim. *decis.*249. quem refert, & ſequitur Ricc. *Collect.* 133. & Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Tortura fol.*152. *col.*2. Sed in facti contingentia quidem iudex non fuit excuſatus, cùm aliàs eſſet non bonæ famæ, vide *in* §. *Sodomia num.*6. *&* §. *Stuprum num.*3. *verſ. quod aſſertio iurata, &c.* vbi qualiter iſtud procedat etiam ſine tortura ad purgandam maſculam in muliere, facit Rot. *part.* 18. *recent. decis.*818. *per tot.* vbi qualiter mulier, etiam meretrix iunctis adminiculis probet adulterium cum ea commiſſum ad effectum ſeparationis thori.

Quòd in dubio mulier præſumatur virgo, & qualiter probetur corrupta, Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*89. *per tot.* vide *in* §. *Stuprum.*

Quòd nec virgini ſtupratæ credatur ſi aſſerat ex tali concepiſſe, illo negante ſe rem habuiſſe cum ea, ita vt mulier ipſa teneatur alere partum, Alexand. *conſ.*157. *lib.*5. Theſaur. *decis.*3. *num.*4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 288. *num.*25. Cabal. *reſolut. crim. caſ.*220. *num.*113. *&c.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.*18. *art.*4. *& ſeqq.* vbi plura, vide *in* §. *Filiatio num.*1. *&c.*

Non etiam creditur famulæ cohabitanti cum domino, & aſſerenti ſe fuiſſe ab eo ſtupratam, Matthæu. Sanz. *dict. tract. contron.*53. *num.*18. dixi *in* §. *Stuprum num.*3. *in fine.*

35 Mulieres ligantur ſtatuto, vel lege prohibente delationem armorum, vel ire de nocte ſine lumine, & ſimilibus, Cabal. *reſol. crim. caſ.*228. *num.*14. *&c.* Guaz. *deff.*29. *cap.*2. *num.*20. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*59. *num.*88. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.*394. *num.* 64. Farinac. *quæſt.*108. *num.*15. Conciol. *reſol. crim. in verb. Arma reſol.*7. vbi tamen quòd æquitate contrarium eſt ſeruandum, ſicuti quandoque fuiſſe ſeruatum refert ex Caluin. *de æquit. lib.*2. *cap.*129. *num.*130.

Circa quod aduertendum eſt, quamuis per legem armorum in multis caſibus vltra pœnam pecuniariam, imponatur etiam pœna ictuum funis, & licèt mulieres, niſi aliud obſtet, poſſint torqueri ad eruendam veritatem, imò ſecundùm peritus, cum ſint latiores pectore minus ſentiant vim tormenti funis, quàm maſculi, tamen de conſuetudine non condemnantur in dictam pœnam ictuum funis, nec ad triremes, ſiue ſimiles pœnas muliebri ſexui indecentes, ſed ad alias pœnas arbitrarias æquiualentes, puta pecuniarum, carceris, exilij, ſiue confinij, & ſimiles iuxta facti, & perſonarum qualitatem, imò quoad ictus funis pro armis, illis omiſſis, & ſola pœna pecuniaria legis impoſita, abſque alio arbitrio, memini fuiſſe per me ſeruatum in facti contingentia de anno 1666. in quadam cauſa Vici Piſani, dum Florentiæ vices Auditoris Militarium legionum pro S. C. S. ſuſtinerem.

36 Mulieres prægnantes etiam per viginti, vel decem dies tantùm, & ſic ante fœtum animatum, licèt dolosè, & ex alio, quàm ſuo viro in carceribus, propter timorem abortus non poſſunt torqueri, nec terreri, à Caranza *tract. de part. nat. & legit. cap.*2. §.4. *num.*21. *& ſeqq. fol. mihi* 208. ſicut nec per quadraginta dies poſt partum, nec etiam poſt dictos quadraginta dies, ſi ſint lactantes, & alia nutrix ad alendum partum non poſſit haberi, & ſi fuerit contrafactum, omne reſultans eſt nullum, vide Clar. §. *fin. quæſt.*68. *num.*22. Tuſchus *littera T. concluſ.*338. *num.*21. Brun. *de indic. quæſt.*4. *part.*4. *num.*2. Guaz. *deff.* 30. *cap.*14. *&* 15. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.*6. *tit.*2. *quæſt.*2. *num.*5. *& ſeqq. & quæſt.*4. *num.*19. *&c.* Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.*1. *num.*5. *& ſeqq.*

Quòd prægnantes non poſſint morte mulctari, nec membri mutilatione donec peperint, Menoch. *de arbitr. quæſt.*86. *num.* 10. *& ſeqq.* Tuſchus *litter. M. concl.*417.

Imò quòd nec poſſint morti tradi, niſi poſt quadraginta dies à die partus, Bart. *in l. prægnantis, ff. de pœnis*, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrogat.* 94. *poſt princ. fol.*156.

Nec etiam prægnantes poſſunt impunè offendi, licèt ſint bannitæ, ne fœtus innocens pereat, Menoch. *de arbitr. quæſt.*90. *num.*55. vide *in* §. *Bannitus num.*

Si autem mulier prægnans damnata ad mortem, dum cuſtoditur donec peperit, infirmetur ad mortem cum periculo, vt fœtus vna cum ea pereat ſine baptiſmo, poſſet, imò deberet ſeruato iuris ordine, ideſt executioni demandata ſententia per Carnificem, poſtea ſtatim aperiri per Chirurgum ad effectum baptizandi fœtum in ea exiſtentem animatum ſecundum P. Manar. *d. tract. interrog.*152. *fol.*245. vbi etiam refert alios contrarium tenentes, vide Dian. *part.*2. *tract.*15. *reſol.*44. vbi videtur idem tenere, quando ſubeſt ſpes infantem non eſſe moriturum, & quòd non licèt matri conſentire ſe adhuc viuam ſecari, cùm eſſet directa occiſio, idem Dian. *part.*5. *tract.*3. *reſolut.* 12. *&* 13.

An mulieres prægnantes poſſint cogi ad perhibendum teſtimonium, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.*79. *per tot.* dixi ſupra *num.*16.

Qualiter prægnantes, & lactantes excuſantur à ieiunio, & an à comeſtione ouorum, & carnium, Dian. *part.*4. *tract.*4. *reſol.*126.

Ex quibus autem ſignis, & coniecturis ad prædictos effectus, & ad effectum petendi poſſeſſionem bonorum ventris nomine, vel ſimiles cognoſcatur prægnantia mulierum, Cagnol. *in l. ſi quis prægnante, ff. de regul. iur.* Giurb. *de Conſuet. Meſſan. cap.*8. *gloſ.*2. *num.*5. *& ſeqq.* & melius Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.*1. *tit.*3. *quæſt.*1. *& lib.*3. *tit.*2. *quæſt.*10. *num.*9. *& conſ.*26. *per tot. lib.*2. dixi *in Pract.* §. *Aborto num.*3. *&* §. *Donna num.*29.

De ſignis conceptionis, & eius effectibus, de formatione hominis, de animatione, & motu concepti, ac alia huiuſmodi, doctè Alphonſ. a Caranza *tract. de part. nat. & legit. cap.*1. *ſect.*1. *& ſeqq. per tot.*

Item an mulieres poſſint concipere, & prægnantes reddi ex ſemine humano abſque vera, & effectiua copula, ſiue coitu, & totali membrorum applicatione, vnione, & intromiſſione, an opera incuborum, & ſuccuborum, ideſt dæmonum, ſi non ex propria virtute, ſaltem per aſſumptionem corporis alterius, an prægnantes ex mola gaudeant priuilegijs aliarum prægnantium, quid ſit mola, quomodo concipiatur, & alia curioſa, vide per Paul. Zach. *d. tract. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*10. & in alijs locis ſupracitatis, & *conſ.*39. *&* 42. *per tot.* Scip. Mercur. *in ſua Comar. lib.*2. *cap.*38. *&* 41. *per tot. & in Pract. d.* §. *Donne nu.*21. Torreblanc. *de Magia lib.*2. *cap.*30. vbi multa de incubis, & ſuccubis cum Lamijs, & an ex tali congreſſu naſci poſſit proles.

Mulieres quandoque ſe fingunt prægnantes, & poſtea parturientes, ad effectum ſupponendi alienum partum in præiudicium legitimorum ſucceſſorum, vel alijs de cauſis, quod eſt delictum falſitatis grauiſſimum, quomodo cognoſcatur, ſiue detegatur huiuſmodi ficta prægnantia, 37
Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.*8. *per tot.* Boſſ. *tit. de part. ſuppoſ.* Farinac. *quæſt.*150. *part.* 10. *per tot.* Bonif. *de furt.* §.7. *num.*34. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1208. *per tot.* vbi quomodo probetur prægnantia.

Quæ autem prouiſiones poſſint, & debeant per iudicem fieri, vbi dubitaretur de ſuppoſitione partus, maximè inter Magnates, & Nobiles, & cuius expenſis, vide Franch. *decis.*332. *per tot.*

Vſque ad quam ætatem poſſint mulieres concipere, Bald. *conſ.*435. *littera* 5. Tuſchus *littera M. concluſ.*423. dixi *in* §. *Aetas num.* frequentior tamen mulierum defectus eſt ſe fingere, & ſimulare virgines, & intactas, cauſa velandi amiſſam virginitatem, ſiue quandoque proſtitutam libidinem, & partum ante nuptias, quòd facere poſſunt medicamentis adſtringentibus, & emplaſtris ad tollenda ſigna partus, & quod peius eſt interdum procurant abortus; an autem ſit permiſſum vti remedijs ad reparandum amiſſæ virginitatis cauſa vitandi infamiam, & ſponſi intactas ſe demonſtrandi, & quomodo poſſint huiuſmodi artes, ſiue fallaciæ detegi, vbi ageretur de probando ſtupro, vel abortu, Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.*7. *per tot. & lib.*4. *titul.*2. *per tot.*

Qualiter ad prædictos effectus debeant viſitari, & inſpici à matronis honeſtis, vel obſtetricibus, non autem à viris, etiam medicis, vel chirurgis, & tantò minus à iudicibus, vel notarijs, §.1. *verſ. pubertatem, Inſt. quibus*

mod.

Digitized by Google

mod. tut. l. fin. C. quando tut. vel cur. eſſe deſin. Rot. *in Taurinen. matrimonij* 2. *Decembris* 1611. *coram Penia* apud Paul. Zacc. *d. tract. tom.* 2. *deciſ.* 32. *num.* 26. dixi *in Pract.* §. *Donne num.* 34.

38 Mulier, vel alios procurans, & dans cauſam abortui, qua pœna puniatur, ſiue fœtus fuerit animatus, ſiue inanimatus, & quid quando infantem iam natum neceſſet, vide latè pro defenſione à pœna mortis, Theſ. *deciſ.* 12. *&* 13. *per tot.* vbi ſe iactat fuiſſe mulieris ſaluatorem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 357. *per tot.* Franch. *deciſ.* 502. *per tot.* Farinac. *quaſt.* 122. *part.* 6. *per tot.* P. Manar. *Noct. Malene. Interrog.* 200. §. 1. *per tot.* vide *in* §. *Abortus per tot. & in Pract.* §. *Aborto num.* 8. vbi etiam an in huiuſmodi delicti ſuffragetur immunitas Eccleſiæ. De materia ibi contenta, latè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 6. §. 5. *per tot.* vbi plures allegat.

Quòd mater, quæ partum celanit, ſi inueniatur mortuus, parricidij rea cenſenda ſit, niſi probet illum fuiſſe à ſe editum mortuum, & in dubio torquenda ſit, Anton. Fabr. *in ſuo Cod. tit.* 11. *defin.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 198. *num.* 36. *vol.* 4. vide *in* §. *Parricidium num.* 2. *&* 5.

An autem mulier mingendo ſtatim poſt copulam ad emittendum ſemen, & impediendam conceptionem peccet mortaliter, vide Dian. *part* 3. *tract.* 5. *reſol.* 15. vbi quòd non, niſi ex conſcientia erronea, ideſt credendo ita mingendo peccare; refert tamen Sanchez *de matrim. to.* 3. *lib.* 9. *diſput.* 30. *num.* 3. Bonac. *de matrim. quaſt.* 4. *punct.* 9. *&* 10. *num.* 10. affirmantes mortaliter peccare, cùm prodigat ſemen à natura ad prolem ſuſcipiendam ordinatum, ſed cùm matrix habeat vim magnam attractiuam, & retentiuam ſeminis, fruſtra profectò id agit, & ideò non peccat, niſi ex conſcientia erronea, vt ſupra, idem Dian. *part.* 7. *tract.* 5. *reſolut.* 31. vbi idem firmat ſe digitis eijciat ſemen, nec ob id dicatur procurare abortum, & facit *part.* 10. *tract.* 14. *reſolut.* 55. *per tot.*

Quòd coniuges poſt coitum, ex quo ſuſpicari poſſunt ſemen fuiſſe retentum, non poſſint per aliquot dies petere, nec reddere debitum matrimoniale ob periculum effluxionis ſeminis iam recepti, Altograd. *conſ.* 52. *num.* 52. *lib.* 1. vbi citat Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 22. *num.* 1. *in fine*, Tabien. *in ſum. reſolut. matrimonium* 3. *quaſt.* 3. §. 6. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 31. *littera E. col.* 6. *verſ. quarto maioris fol. mihi* 210. *& alios*, quos vide, quia ob dictam vim retentiuam matricis valdè dubito de hac opinione.

39 Mulieres prohibentur ſub grauibus pœnis eodem tempore plures maritos ducere, vel habere, ſicut è contra viri plures vxores, & dixi *in* §. *Vxor num.* 6. vbi etiam an huius delicti cognitio ſpectet ad iudicem laicum, vel ad Eccleſiaſticum, & diſtingue prout ibidem.

Si tamen mulier probabiliter crediderit primum virum ab humanis deceſſiſſe, & de illius morte nuntium habuerit, iuncta fama, non punitur ſi alium virum duxerit, ſed reuerſo primo, qui mortuus certè credebatur, tenetur ad illum redire, ſecundo relicto, ita vt ſi conſtante ſecundò matrimonio mulier incipiat dubitare, quòd primus viuat, non poſſit à ſecundo petere debitum, licèt illo petenti reddere poſſit, & debeat, *cap. dominus de ſecund. nupt. cap. cum per bellicam* 34. *quaſt.* 2. *cap. in præſentia de ſponſal.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 420. *num.* 118. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 98. *per tot.* Farinac. *quaſt.* 140. *part.* 1. *&* 2. *per tot.* Tuſch. *litt. M. concl.* 144. *&* 145. *per tot.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tr.* 26. *diſp.* 2. *ſect.* 6. *per tot. fol.* 714.

40 Mulier non poteſt eſſe tutrix, niſi ſit mater, vel auia, ita vt præter matrem, & auiam non poſſit relinqui tutria in teſtamento, nec a iudice confirmari, *l.* 1. *& tot. tit. C. quando mul. tut. off. l.* 2. *ff. de reg. iur. l. iure noſtro* 16. *ff. de teſtam. tut. l. fin. ff. de tut.* dixi *in meis reſol. cap.* 98. *num.* 1. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 149. *per tot. vol.* 3. *& deciſ.* 194. *&* 195 *vol.* 5. Ricc. *Collect.* 315. 1065. *&* 1238. Altograd. *conſ.* 17. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. vbi propterea infert ad nouercam, quæ non poteſt eſſe tutria priuigni, etiamſi data eſſet in teſtamento, & à iudice confirmata, Merlin. *deciſ.* 35. *num.* 1. *&c.* Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 470. *num.* 11. *& ſeqq.* & poſt Vrceol. *tract. de tranſact. deciſ.* 21. *num.* 1. latè Fontanel. *deciſ.* 249. *cum pluribus ſeqq.*

Qualiter autem mater, & auia poſſit eſſe tutrix filiorum, vel nepotum, vide *in* §. *Mater num.* 5.

Poteſt tamen etiam matrem, & aliam ſuſtineri datio alterius mulieris in tutricem, ſi non in vim tutelæ, ſaltem in vim generalis adminiſtrationis, ſi verba id patiantur, Surd. 428. *num.* 13. *&* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 919. *num.* 2. *cap.* 830. *num.* 11. Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 668. *num.* 5. Cancer. *reſolut.* 7. *num.* 8. Bardellon. *conſ.* 191. *per tot. lib.* 2. Merlin. *deciſ.* 35. *num.* 5. *&* 6. facit Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 171. nec bona fide contrahentes cum ea decipiantur, vt dixi *in cit. cap.* 90. *num.* 3. *&c.* vbi tamen quòd titulus huiuſmodi adminiſtrationis, non poteſt extendi ad alienationem ſtabilium, per text. *in l. procurator* 63. *ff. de procur.* & maximè ſine cauſa legitima, ſine qua non valet alienatio, etiam facta à vero tutore, vt ibidem latiùs. Nec poteſt huiuſmodi defectus ſuppleri à Principe, cùm non reſpiciat ſolemnitates, ſed ſubſtantiam actus, & poteſtatem alienantis, Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 470. *num.* 13. vide *in* §. *Princeps num.* 41.

Poteſt tamen mulier, licet minore 25. annis diſpenſari à Papa tam ratione ſexus, quàm ætatis ad ſuſcipiendam tutelam, imò quando fuit à teſtatore aſſignata, non ſolùm eſt honeſtiſſima huiuſmodi diſpenſatio, ſed quodammodo debita, nec dubitari poteſt de facultate, cùm agitur de obſtaculis à iure poſitiuo inductis, Merlin. *deciſ.* 35. *per tot.* ac idem puto dicendum de alio Principe ſuperiore.

41 Mulier numquam præſumitur eſſe in dolo, vel lata culpa, & idem eſt in minore, ruſtico, & milite, Gratian. *diſcept. for. cap.* 68. *num.* 12. *&c.* vide *in* §. *Dolus num.* 6. *& n.* 4. *in addit ſupra num.* 1. *in fine.*

Quòd in delicto falſæ monetæ ſi ſint principales puniantur pœna ordinaria, niſi ex alijs cauſis excuſari poſſint, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 1. *num.* 67. *&c. fol.* 349.

Intellige in dubio, vel quoad dolum præſumptum, ſecus in vero dolo clarè probato, & in his, quæ prohibita ſunt iure diuino, naturali, vel gentium, fœminæ ratione ſexus excuſari non poſſunt neque ab acerbitate pœnæ, ſed tantùm in his, quæ prohibita ſunt iure ciuili, vel quæ fœminæ à communiter accidentibus ignorare ſolent, aliquam excuſationem merentur, vt ex Farinac. *quaſt.* 98 *conſ.* 10. *& quaſt.* 119. *num.* 10. & alijs pluribus comprobat Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 29. *num.* 72. *& ſeqq.* vbi latè demonſtrat fœminas comprehendi ſub nomine viri in pœnalibus, ac pari pœna puniri, niſi aliter ſit expreſſè cautum, *vide in* §. *Maſculinum num.* 1. *&* §. *Venenum num.* 1. vbi quòd in delicto veneni acrius puniuntur.

42 Mulier, quæ nupſit extra territorium, ſtante Statuto, quòd non poſſit ſuccedere, quando illo non obſtante ipſa, & eius filij admittentur, vide *in* §. *Statutum excludens num. & in Pract.* §. *Donne num.* 3. *&* 4. vbi quid in hoc diſponant leges municipales Florentiæ.

43 Mulieres nec actiuè, nec paſſiuè comprehenduntur in ſtipulationibus pacis, vel cautionis de non offendendo, niſi de illis, vel de affinitate ſit facta mentio, quidquid aliqui contrarium teneant, de quo vide Farinac. *qu.* 107. *art.* 29. *num.* 380. *&c. & in meis reſol. cap.* 93. *num.* 16.

An habeant ius accuſandi, & reddendi pacem, Ricc. *Collect.* 3589. dixi *in* §. *Pax num.* 5.

44 Mulieres an poſſint ingredi Clauſtra Regularium comitando proceſſionem, vel alia cauſa deuotionis, vide Dian. *part.* 7. *tract.* 16. *reſol.* 6. vbi refert varias opiniones, & declarationes, vide *in* §. *Religioſi num.* 11. Plura de prohibitione mulierum ingrediendi Monaſteria virorum, de Religioſis illam admittentibus, an aliquo caſu poſſint admitti, de pœnis ingredientium, & admittentium, à quibus poſſint abſolui, & alia ad rem, latè Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 72. *cum decem ſequentibus fol.* 278. *&c.*

45 Mulieres an & quando ob negligentiam fratrum in dotando admittantur ob ſucceſſionem non obſtante ſtatuto excluſiuo, vide *in* § *Fœmina num.* 11. *&* §. *Statutum excludens num.* 26. *&* 27.

46 Mulier licèt non poſſit eſſe iudex, neque arbitrariè, poteſt tamen eſſe arbitraria, qui arbitramentum nulla iudiciali auctoritate fulcitur, ſed ſe habet potius ad inſtar contractus, ac idem eſt in Monacho, & habens vtramque facultatem cenſetur proceſſiſſe tanquam arbitraria, & omni meliori modo ad ſuſtinendum actum, prout dicitur de iudice ordinario, & delegato, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 204. vbi pro ſuſtinendo laudo lato ab Illuſtriſſima D. Virginia Sabella.

47 Mulieres ſe mutuo, vt viri ſubagitantes, & actum ve-
ne-

Digitized by Google

nereum exercentes, & inſimul ſe corrumpentes dicuntur ſodomiam committere, & pœna vltimi ſupplicij puniri debent, *l. fœdiſſimam, & l. cum vir. vbi gloſ. & DD. C. de adulter.* Boet. *deciſ.* 316. *num.* 14. Viui. *comm. opin.* 530. vbi tamen quòd ſupergrediendo virum ſuum non peccant mortaliter, ſed ſic coeuntes coniuges ſunt grauiter increpandi, & prohibendi ab huiuſmodi modis coeundi periculoſis, vide *in §. Sodomianum.*

48 Mulieres ſuffocantes filios infantes in lecto, an priuentur eorum ſucceſſione, & quomodo puniantur dixi *in §. Homicidium num.* 12. *in fine.*

49 Mulieres extra patriam nuptæ, dicuntur ex magis communi DD. ſententia habere duo domicilia, vnum ſcilicet propriæ originis, alterum habitationis viri; quorum primum quoad fauores, alterum quoad omnia, vt plenè per Cabal. *conſ. deciſ.* 125. *num.* 8. *lib.* 2. dixi *in §. Vxor num.* 2. & 3. vbi plura, & plures allegaui.

50 Mulieres retinent nobilitatem ſui generis, etiam ſi nubant viro inferioris dignitatis, & ideò ſi filia Regis nubat Comiti, appellabitur tamen Regalis, Tiber. Decian. *reſponſ.* 84. *num.* 7. *vol.* 5. Cabal. *conſ. deciſ.* 129. *num.* 25. & *ſeqq. lib.* 2.

An autem transſuadant in viro ipſarum titulum, & nobilitatem, dixi *in §. Maritus num.* 32.

51 Mulier pro recuperatione ſuæ dotis, an agere poſſit contra fundacum, quam eius vir cum alijs ſocijs exercebat, dixi *in §. Vxor num.* 47.

52 Mulier confitens delictum in iudicio ſibi præiudicat ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, ſi concurrant adminicula, Riec. *Collect.* 2203. & 3952. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. quæſt.* 23. *num.* 24. vbi etiam latè per totam quæſtionem an, & quando mulieris confeſſio ſuſtineatur, vel non ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs; & faciunt per me notata *in §. Statutum requirens.*

53 Mulieres fuco, vel ornatu immodico incedentes, vt candidiores, vel rubicondiores appareant, vel vt aliquos defectus faciei cooperiant, hocque modò catenis aureis, annulis, iocalibus, alijſque mundanis ornamentis vtentes; ſi hoc faciant vt marito placeant, nullam nec venialem culpam committunt, ſi verò vanitatis cauſa, in venialem culpam incidunt, at ſi id agant nimio appetitu, vt miſeros iuuenes alliciant ſimul & facie compta, & corporis ornatu, à mortali culpa excuſari nullo modo poſſunt, & ſic hoc totum ex affectu voluntatis pendet, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 2. *per tot.* Nauar. *in Manual. cap.* 23. *num.* 21. & *ſeqq.* latè Tiraquel. *l.* 3. *connub. per tot.* Io. Andr. *in reg. ea quæ fiunt de reg. iur. in* 6. Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 149. Frances *var. reſol. cap.* 2. *per tot.* facit quod dixi *in §. Veſtes num.* 6. *§. Peccatum num.* 12. Leſſ. *de iuſt. & iure lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 14. *per tot.* vbi plures, & dixi *in §. Veſtes num.* 8. *in addit.*

Multæ ſe excuſant ad placendum marito, ſed reverà mentiuntur, quia domi vbi placere debent marito iuxta illud Pſalmi, *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ,* vt plurimum incompoſitæ, inornatæ, atque vt ita dictam *ſudice* permanent, foris autem tantùm fucatæ; comptæ, atque ornatæ, vt alijs placeant incedunt, & vtinam quandoque id non agant de virorum conſenſu, ne vterque illorum mortaliter peccet.

54 Mulier qualiter ex cauſa morbi Phtyſici, lecis veneteæ, ſiue morbi gallici, & adulterij viri poſſit ab eo diuertere, ac diuortium petere, ita vt nec pendente cauſa diuortij teneatur ſecum cohabitare, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 201. *per tot.* vide *in §. Matrimonium num.* 19. vbi plura, ac etiam de alijs cauſis.

55 De mulieribus multa, & varia deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. & 3. *ſect.* 2. *verb. Mulier,* & plura etiam indicant Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Fœmina;* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Mulier fol.* 170. &c. Io. Torre *de ſucceſſ. & Primog. Ital. vt in Indice generali verb. Mulier.*

§. MVTATIO. XXXVI.

1 MVtatio pecuniæ contingens circa valorem, vel bonitatem intrinſecam, an ſpectet ad debitorem, vel creditorem, Pract. Pap. *cum Addit. Act. hypoth. gloſ. relaxandum num.* 2. &c. Bart. *in l. Paulus* 99. *ff. de ſolut.* Euerard. *à rat caſ. conuerſ. num.* 3. Nat. *conſ.* 454. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 55. *numer.* 5. &c. *cap.* 417. *num.* 2. &c. Cabal. *conſ. deciſ.* 103. *per tot. lib.* 2. Theſ. iun. *tract. de augm. & diminut. monet. per tot.* Anton. Gob. *tract. de monet. quæſt.* 4. & 5. Guid. Pancirol. *Theſ. var. lect. lib.* 1. *cap.* 73. optimè Abb. *in cap. quanto num.* 12. *de iureiur. fol. mihi* 140. vbi clarè loquitur, & diſtinguit in hac materia, à quo ſubobſcurè ſumpſerunt alij, vide *in §. Moneta num.* 5. latè Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 18. *per tot.* vbi loquitur de mutatione extrinſeca, & in mutuo, ac refert diuerſas opiniones, Boer. *deciſ.* 327. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 1. *num.* 1. *vol.* 3. vbi pariter in mutuo, & *deciſ.* 23. *num.* 10. &c. *vol.* 5. Fachin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 9. & *ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 67. *num.* 32. vbi Paul. Rub. *in Annot.* latè declarat per numeros 84. & benè eadem Rot. *d. part.* 9. *deciſ.* 398. & *part.* 13. *deciſ.* 15. *num.* 5.

Quòd vbi non fuit mutatus valor intrinſecus, ſiue bonitas intrinſeca monetæ, ſit ſoluenda ad rationem monetæ currentis de tempore ſolutionis, ita vt tam incrementum, quàm decrementum valoris cedat damno, vel lucro creditoris, iuxta communem diſtinctionem Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 504. *num.* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 42. *cum Beltram.*

Quantum autem noxia ſit Reipublicæ mutatio valoris monetarum, ac plurimorum malorum, & litium cauſa, atque origo, Salzedo cum pluribus ab eo citatis *Politic. de Regim. Princip. lib.* 2. *cap.* 13. *diſſert.* 28. *per tot. fol. mihi* 178. &c.

Mutatio contingens facto Principis certum genus monetæ reprobantis dicitur attingere bonitatem intrinſecam, & ſolutio eſt facienda ſecundum valorem antiquæ, & currentis tempore contractus, & ortæ obligationis, non autem ſecundum valorem nouæ currentis tempore ſolutionis, cùm de tali mutatione partes nunquam proſpexerint, & ſemper intelligatur clauſula rebus ſic ſtantibus, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 884. *per tot.* Guid. Pancirol. *loc. cit.* Gabriel. *comm. concl. tit. de ſolut. concl.* 1. &c. Paul. Rub *in Annot. ad deciſ.* 67. *part.* 9. *recent.* vbi plura de hac materia, & Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 15. *num.* 5. latè Anton. Gob. *tract. de monet. quæſt.* 4. & 5. *per tot.* 2

Quòd mutatio, ſiue diminutio monetæ non cedat periculo adminiſtratoris, ſed domini, & adminiſtrationis, niſi tamen adminiſtrator fuerit in mora ſoluendi, quia tunc ipſe damnum ſubire deberet, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 17. & *ſeqq.* latè Larrea *Alleg. fiſc.* 83. 84. & 85. vbi quòd Theſaurarij Regis ne ſuſtineant damnum diminutionis monetæ, debent probare pecuniam, quam habent prouenisse ex vectigalibus, & exactionibus publicis, an dicantur debitores generis, vel ſpeciei, & alia plura notabilia ad cognoſcendum, cui imputari debeat damnum, vel periculum diminutionis monetæ, an ſcilicet domino, vel adminiſtratori cuilibet; de quo latè etiam Creſp. de Valdaur. *Obſeru.* 502. *per tot. part.* 2. *fol.* 195. &c. *cum duabus Obſeruat. ſeqq.* vbi plenè de periculo mutationis pecuniæ.

Mutatio nominis regulariter eſt vnicuique permiſſa, cùm nomina ſint ad placitum, niſi fieret cum dolo, in fraudem, vel detrimentum alterius, quia tunc puniretur pœna falſi arbitrio iudicis, *l.* 1. vbi DD. *C. de mut. nom.* & latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 318. *per tot.* Clar. *§. fin. quæſt.* 83. *verſ. ſi quis,* Boniſac. *de furt. §.* 1. *num.* 93. *fol.* 28. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 199. *num.* 23. &c. *vol.* 4. Farinac. *quæſt.* 150. *part.* 5. *num.* 136. &c. Tuſchus *littera M. concluſ.* 473. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 50. *per tot.* vbi etiam de aſſumptione nominis Magiſtratus, officij, & huiuſmodi, & quòd mutatio nominis, & patriæ in dubio præſumitur facta in fraudem, Sanfelic. *deciſ.* 58. vbi qua pœna ſit plectendus mutans ſibi nomen, vt recipiat pecuniam alteri ſoluendam, Carol. Rota *in eius Flor. concl.* 27. *per tot.* vbi limitat dictam regulam ſtante fraude, in Notario, & ſimilibus, vide *in §. Nomen num.* 2. 3

Mutatio ſtatus in perſona principalis quando liberet, vel non fideiuſſorem, vide *in § Fideiuſſor num.* 4

De mutatione, & alteratione ſtatus rei quid operetur, Tuſch. *lit. M. concl.* 436.

Mutatio voluntatis an, & quando præſumatur, vel non, Tuſch. *lit. M. concl.* 434. & *lit. V. concl.* 286. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1416. *per tot.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 37. *per tot.* Barboſ. *de Axiomat. iur. Axiom.* 230. *num.* 7. & *ſeqq.* 5

Quando ſit licita mutatio conſilij in melius, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 435. *per tot.*

Mu-

Digitized by Google

6 Mutatio generaliter non præſumitur, ſed eſt ab allegante probanda, & eò magis quoad ea, quæ naturaliter inſunt, & talia ſunt, niſi aliquando fuerint mutata, quia tunc accidens, & mutatio naturæ contraria remouet effectum præſumptionis naturæ, vt benè declarat Maſcard. *vol.2. concluſ.*1082. *per tot.* vbi infert ad mutationem confinium, voluntatis, mandati, & huiuſmodi non præſumi, niſi talia ſint quæ curſu temporis mutentur, vt ætas, paupertas, & valetudo, & ſimilia in quibus mutatio præſumitur, & ideò ſi adducantur pro fundamento intentionis ſunt ab allegante probanda.

7 De varijs mutationibus, & earum effectibus, plura indicant Caſteton. *Alphab. iurid. verb. Mutatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.* 177. *&c.*

8 De mutatione valoris monetæ, cuius periculo cedat, an debitoris, vel creditoris, latè Bartol. Gatt. *conſ.*10. *&* 57. *&* 19. *per tot.* Manſ. *Conſult.*391. *lib.*5. vbi creſcente, vel decreſcente valore monetæ certæ promiſſæ, an ſit facienda ſolutio iuxta valorem temporis promiſſionis, vel ſolutionis, &c. Andreol. *contr.*319.

Mutatio teſtamenti facta ad alterius ſuggeſtionem in præiudicium primi inſtituti, operatur vt primo detur reuocatoria contra ſecundum, Iaſ. & alij *in l. vnic. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* Pariſ. *conſ.*97. *num.*55. *vol.*3. Marſil. *ſing.*526. Menoch. *de arbitr. caſ.*395. *num.*41. Cyriac. *contr.* 584. *num.*88. *&* 89. quamuis enim permiſſum ſit blandis verbis aliquem inducere ad ſe inſtituendum, debet intelligi quando antea alius non erat inſtitutus, vt per citatos DD. & alios *in §. Blanditia cum addit.*

§. M V T V S. XXXVII.

1 MVtus, & ſurdus, qui nihil prorſus loquitur, aut exaudit, cùm ſtipulari non poſſit, non poteſt etiam fideiubere, niſi ſciat legere, & ſcribere, quo caſu poſſet per ſcripturam obligari ſi faciat ſponte, ſecus ſi fraudulenter inducatur ad ſcribendum; Cæcus verò cùm non impediatur ſtipulari poteſt etiam fideiubere, Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*8. *cap.*10. Dian. *reſol. moral. part.*5. *tract.* 6. *reſol.*29. vide Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. cap.*54. *per tot.* vbi quoad mutum, & ſurdum videtur aliter ſentire, nempè vt poſſit fideiubere, ſi quod agat intelligit, quòd facilè dari poteſt in muto, & ſurdo ex accidenti, non autem in muto, & ſurdo à natura, qui quod agit intelligere non poteſt, & in hoc vim conſiſtere, non autem in ſtipulatione, ſine qua poteſt contrahere per ſigna conſenſum denotantia, adde Vrceol. *tract. de tranſact. qu.*38. *per tot.* vbi plura de muto, ſurdo, & cæco an poſſint tranſigere, vel alios ſimiles contractus inire, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*68. *per tot.*

Qui autem propriè muti dicantur, quare ſic appellentur, aliqui ſint à natura, aliqui ex accidenti, & alia, Michalor. *d. tract. cap* 31. *& ſeqq.*

Quòd mutus, & ſurdus non à natura, ſed ex accidenti, licèt non poſſit mediante ſtipulatione obligari, tamen ſocietatem, exercendo actus ſociales, vel alios contractus per ſcripturam, vel alia ſigna conſenſum denotantia inire poſſit, ſecus autem ſi huiuſmodi defectus patiatur à natura, *l. diſcretus, C. qui teſt. fac. poſſ.* Felic. *de ſociet. cap* 7. *num.*2. *&c.* latè Michalor. *d. cap.*37. *cum pluribus ſeqq. per tot.*

Plura autem de ſurdis ex accidenti, vel à natura, (qui ſurdi a natura ſunt etiam muti) an poſſint teſtari, contrahere, teſtificari, quorum Sacramentorum ſint capaces, & alia, latè Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. cap.*26. *& ſeqq. per tot.*

Quòd mutus, & ſurdus à natura æquiparetur infanti, & furioſo, & licèt alias intellectus acutiſſimi, tamen ob defectum organi repræſentantis obiectum intellectui, & ſic licèt intelligat quod agit, non tamen intelligit quod ex aduerſo agitur, & ideò ſit iudicij, ac cuiuſcumque actus ciuilis incapax ſine alterius miniſterio, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mandati num.*25. *fol.*151. Maſcard. *de probat. vol.*2. *concl.*1083. vbi quomodo, & ex quibus actibus quis probetur mutus, & quòd ſemel mutus non ſemper præſumitur mutus, cùm poſſit eſſe, quòd propter aliquod accidens fuerit mutus, & hodie non ſit.

Quòd muti, & ſurdi dicantur morboſi, & idem de cæci, ac miſerabiles perſonæ, & ideò habeant electionem fori, Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. cap.*36. *per tot.* Nouar. *de elect. for. ſect.*2. *qu.*8. *num.*6. *&c.* Dian. *reſolut. moral. part.*5. *tract.*6. *reſol.*30.

Mutus, & ſurdus non poteſt in teſtamento dari tutor, 2 imò ſi ſuſcepta tutela huiuſmodi defectus ex accidenti ſuperueniat, deſinit eſſe tutor, & eius loco debet alius tutor per Iudicem ſubſtitui, latè Montan. *de tut. cap.*9. *num.*34. *& ſeqq. ad* 49. *fol.*36. vbi plura de muto, & ſurdo, *& cap.* 23. *num.*24. *fol.*68. vbi quòd nec à iudice dari poſſunt, *& cap.*30. *num.*25. *&c. num.*40. *&c. num.*43. *fol.*87. Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. qu.*55. *per tot.*

An, & quando, ac quomodo muti, & ſurdi poſſint facere teſtamentum, vel non, Scaiona *de teſtam. lib.*1. *cap.*7. *nu.*39. *& ſeqq.* Gomez *in l.*3. *Tauri num.*16. Spino *de teſtam. gloſ.*9. Caldas Pereyra *de nominat. quæſt.*1. *num.* 30. Pichardi *in §. Item mutus num.*5. *Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* vbi etiam alij interpretes, & latè cum multis alijs citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*3. *cap.*15. *num.*47. *& ſeqq.* & de nemine iſtorum facta mentione Rota *Bonon. in Bononien. teſtamenti Muti, & Surdi coram Mazzono* 12. *Februarij* 1685. *num.*1. *& ſeqq. & num.*23. *& ſeqq.* apud modernum Iacob. Balduc. *in Obſeru. ad Ramon. deciſ.*32.

An autem, & quomodo muti, & ſurdi ſiue à natura, ſiue ex accidenti teſtari poſſint, vel non, latè videndus Michalor. *tr. de cæc. mut. & ſurd. cap.*32. 33. 34. *&* 35. *per tot. & cap.*56. *cum plurib. ſeqq.* vbi quod inter liberos, ad pias cauſas, iure militari, ex diſpenſatione Principis etiam ſi ſint litterarum ignari, & huiuſmodi.

Mutus, & ſurdus à natiuitate non poteſt torqueri pro 3 habenda confeſſione delicti, cùm ex ſignis non poſſit haberi vera, ac certa confeſſio, ſed debet teſtibus conuinci, aliàs non poteſt puniri, ſicut nec etiam puniri poteſt pro delictis à iure tantùm poſitiuo prohibitis; cùm huiuſmodi iuris poſitiui cognitionem habere non poſſit, & cùm ſit inhabilis ad propriam defenſionem, ſine qua nemo condemnari poteſt, ſecus autem in delictis contra ius naturale commiſſis, vt notat P. Hiacint. Manar. *in Noct. Malonc. Interrog.*21. *fol. mihi* 49. vide *in §. Tortura num.*6. latè Michal. *tract. de cæc. mut. & ſurd. cap.*45. *&* 46. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*68. *per tot.*

An muti, & ſurdi à natiuitate ſint doli, & rationis capaces, ita vt puniri poſſint, vel non, latè Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.*2. *conſ.*50. *per tot.* vbi poſt multa videtur idem quod ſupra concludere, adde Dian. *part.* 5. *tractat.* 6. *reſolut.*35. Farinac. *quæſt* 98. Guaz. *deff.*32. *cap.*29 Gizzarel. *deciſ.*26. *num.*9. *&c.* Michalor. *d. tract. cap.*45. *&* 46. *per tot.* 1

An autem poſſint ipſi accuſare, & iurare, & qualiter, idem Michalor. *d. tract. cap.*47 *&* 48. *per tot.*

Mutus, & ſurdus ſiue à natura, ſiue ex accidenti non 4 admittitur ad teſtificandum, niſi poſſet omnia nutibus, & ſignis certis, ac indubitatis exprimere, vel per ſcripturam, quod de ſcriptura intellige in muto, & ſurdo ex accidenti poſtquam prius didiceri, Farinac. *quæſt.*62. *oppoſit.*11. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.*2. *concluſ.*1083. *num.*6. *&* 7. Dian. *reſolut.*32. *d. part.*5. *tract.*6. vide Michalor. *d. tract. cap.*64. *per tot.* vbi in multis reprobat rationes Farinac. *loc. cit.* adde Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *qu.* 68. *num.*6. *&c.*

Mutus ſine loquela poteſt multa, nam poteſt contrahere 5 matrimonium ſigno, vel nutu, idem teſtari cum nutu, & ſcriptura ſua, donare, ac alios contractus facere, Lap. *alleg.*57. *num.*2. *& num.*10. Ang. *conſ.*258. Alex. *conſ.*12. *lib.* 1. quem refert, & ſequitur Tuſch. *littera M. concluſ.* 440. Dian. *part.*5. *tract.*6. *reſol.*9. *& ſeqq. & reſol.*23. vbi latè an mutus, & ſurdus poſſit teſtari, *& reſol.*24. *& ſeqq.* vbi etiam de cæco, &c. Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.*19. *&* 20. vbi plura an valeat teſtamentum nutu factum, & ſic an mutus teſtari valeat per nutus.

Qualiter mutus, & ſurdus poſſit teſtari ſaltem ad pias cauſas, licèt alij contra, idem Dian. *part.*7. *tractat.*6. *reſol.* 14. vide de omnibus ſingillatim Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. quæſt.*32. *cum multis ſequentibus per tot. tractatum.*

Quomodo autem mutorum diſpoſitiones à Notarijs colligi, percipi, & deſcribi debeant, docet idem Michalor. *d. tract. cap.*56 *per tot.*

Mutus, & ſurdus an poſſit baptizari in ætate adulta, an 6 teneatur confiteri peccata ſua per nutus, & ſigna, vel per ſcri-

Digitized by Google

ſcripturam ſi ſcribere ſciat, an ſit capax Euchariſtiæ ſaltem in articulo mortis, an Miſſam audire teneatur, & quid in cæco, an poſſit ſurdus, & cæcus abeſſe à Choro, & lucrari diſtributiones quotidianas, an teneatur recitare horas canonicas, an poſſit Miſſam celebrare, vel Sacramenta alijs miniſtrare, an ſit capax Prælaturæ, Ordinum, Feudi, & huiuſmodi, circa mutos, ſurdos, & cæcos, Dian. *reſol. moral. par.5. tract.16. per tot.* Michalor. *d. tract. cap.51. per tot.*

7 Muti, & ſurdi habent beneficium reſtitutionis in integrum, illudque ad quoſcumque hæredes tranſmittunt, Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.3. art.2. num.3. & ſeqq.* Gomez *var. reſolut. tom.1. cap.9. num.56.* Rot. *par.11. recent. deciſ. 146. num.18. & 19. part.13. deciſ.20. num.12. & 13.* vbi quòd contra eos non currit præſcriptio, & quatenus procederet, datur reſtitutio in integrum, Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. cap. vltimo.*

8 Mutis, & ſurdis an poſſit exemplariter ſubſtitui, vide Michalor. *tract. de cæc. mut. & ſurd. cap.62. per tot.*

Item an muti, & ſurdi poſſint eſſe iudices, idem Michalor. *loc. cit. cap.63. per tot.*

An poſſint in feudis ſuccedere, à quibus muneribus excuſari, & alia, Michalor. *d. tract. cap.66. & 67. per tot.* Balzaran. *de feud. tit.36. fol.*288. Carol. Tap. *deciſ.6. per tot.*

9 Mutus ex accidenti, vt quia vulneratus amiſit loquelam, ſi in articulo mortis aliquem pro ſuo offenſore per nutus deſignet, an faciat indicium aliquod, ſaltem ad coadiuuanda alia indicia, Cyriac. *contr.80. per tot.* vbi pro negatiua, & an, & quando mutus admittatur in teſtem, quomodo examinari debeat, & an in eo examinando poſſit conſiderari ſuggeſtio.

10 Alia de mutis indicant Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Mutus*, & Com. Auguſt. Font. *Biblioth. leg. par.5. eod. verb. fol.*179. Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. par.1. cap.28. num.30. & ſeqq.*

Reliqua vide *in §. Cæcus.*

§. MVTVVM. XXXVIII.

1 MVtuum eſt contractus nominatus ſtricti iuris, qui celebratur datione vera, vel ficta rei conſiſtentis in numero, pondere, vel menſura cum ſpe recipiendi tantumdem in genere ſuo eiuſdem bonitatis, & qualitatis; quatuor autem ad ſui ſubſtantiam requiri, primò vt animus contrahentium ſit quòd non idem corpus, ſed aliud reſtituatur, aliàs enim eſſet commodatum, depoſitum, vel pignus; ſecundò vt illud, quod redditur ſit eiuſdem generis, aliàs eſſet venditio, vel permutatio; tertiò vt conſiſtat in numero, pondere, & menſura, ita vt vnum corpus recipiat functionem alterius in genere ſuo; quartò vt res accipientis fiat, & ſic in mutuatarij dominium tranſeat, quod eſt maximi affectus, nempè vt mutuans cogatur perpetuò inhærere perſonæ debitoris, nec poſſit rem mutuatam penes tertium exiſtentem vendicare, Bart. & alij *in l.2. § fin. ff. ſi cert. pet.* & benè declarat Oinot. *Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in principio fol. mihi 167. &c. num.8. & ſeqq. ad 22.* vbi etiam quotuplex ſit mutuum, quæ actio pro illo competat, quæ ſint in mutuo præſtanda, & alia vſque *ad num.41. fol.*267 Paul. Chriſtin. *deciſ.4. & 3. vol.3.* Caſpenſ. *curſ. Theolog. tract.19. diſput.3. fol.*248. plenè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.1. tit.1. gloſſ. Rub. fol. 17. & ſeqq. ad 175.* Et multa de mutuo, & vſuris, alijſque ad hæc ſpectantibus D. Gregor. Roſſignul. *in Nouiſſ. Prax. Theol. Moral. tom.1. contract.3. per tot. fol.*145. *& ſeqq ad* 308.

Quotuplex ſit mutuum, eius ſpecialia, an in dubio præſumatur, qualiter cognoſcatur, & quòd debeat eſſe gratuitum, Tuſch. *litt. M. cum duabus ſeqq. per tot.* Caſpenſ. *loc. cit.* vbi plura an, & quando in mutuo committatur vſura, vel non, de quo dixi *in §. Vſura*, Albert. Alderiſ. *tract. de ſymb. contract. tit.4. cap.7.* vbi plura de mutuo, & quem ſymbolum cum pignore habeat, Hermoſil. *loc. cit.* vbi etiam quod eſt contractus gratioſus, cùm ad mutuandum nemo poſſit compelli, niſi promiſerit, vel ex cauſa publicæ neceſſitatis, & alia.

Quomodo probetur mutuum per ſcripturam, vel per teſtes, & qualiter deponere debeant de numeratione, & non de ſimplici confeſſione, & alia ad rem, Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ.* 1084 *per tot.*

Ex quibus autem coniecturis mutuum præſumatur ſimulatum, & ideò non poſſit repeti, latè Rot. *par.16. recent. deciſ.*148.

2 Mutuum in dubio non præſumitur, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.622. num.10.*

An præſumatur quando pecunia traditur in ſacculo, dic quòd non, ſed depoſitum, niſi data ſit facultas vtendi, vel actum, vt alia eiuſdem generis poſſit reſtitui, vel eſſet ſub cambijs, Menoch. *lib.3. præſumpt.69. per tot.* Viui. *comm. opin.* 537. vide *in §. Pecunia num.* ſi nulla ſit expreſſa cauſa, ad quam pecuniarum traditio poſſit referri, mutuum præſumi, Rot. *part.13. recent. deciſ.437. num.1.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.1. tit.1. leg.10. gloſ.1. fol.*116.

Quòd ſi fuerit probatum mutuum per teſtes, poſſit illius quantitas probari iuramento mutuantis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.948. num.28. &c.*

Quòd præſumatur ita contractum, vt tantumdem eiuſdem bonitatis reſtituatur, Menoch. *lib.3. præſumpt.67.*

Si tamen alicui tradatur pecunia, vel in conſtanti, vel de ordine, nulla expreſſa cauſa, & ceſſantibus coniecturis donationis, cenſetur mutuata, & poteſt tamquam mutuum repeti, *gloſ. in l. cum quid, ff. de reb. cred.* Alex. *conſ.37. num.8. lib.3.* Rom. *conſ.238. num.3. conſ.290. num.6.* Mantic. *de tacit. lib.13. tit.15. num.8.* Rot. *part.19. recent. deciſ.69. num.1. & ſeqq. & part.10. deciſ.482. num.1. & ſeqq.* vide *in §. Contractus num.44. §. Pecunia num.*11. latè Rot. *part. 11. recent. deciſ.315. per tot.* vbi quando ſit donatio ex circumſtantijs, & rationibus ibidem ponderatis.

Qualiter mutuum non præſumatur liberè datum pauperi abſque cautione, ac ideò reddatur valdè inueriſimile, quæ inueriſimilitudo adimat etiam fidem inſtrumento, Rot. *part.16. recent. deciſ.48. num.1. & ſeqq. & deciſ.*148. vbi ex quibus dicatur ſimulatum.

3 Mutuum confeſſionatum, etiam per apocam, vel publicum inſtrumentum non poteſt in effectu ante biennium repeti, quia obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam ſi dictum fuerit non ſpe futuræ numerationis, vel dictæ exceptioni renunciatum abſque iuramento, vel etiam ſi adeſſet ſtatutum omnes exceptiones rejiciens, niſi iſta ſit in ſpecie reiecta, & etiam ſi cõfitens dediſſet pignus, vel iuraſſet; quæ tamen concluſio limitatur niſi huiuſmodi confeſſio eſſet in teſtamento facta, vel geminata ex interuallo, vel in iudicio, vel niſi agatur inter mercatores, vel niſi debitor poſt confeſſionem incœpiſſet ſoluere, quia his caſibus ceſſaret exceptio non numeratæ pecuniæ, vt probat Socin. *reg.97. per tot.* vide *in §. Exceptio num.* vbi plura notabilia.

4 Mutuum factum quamdiù mutuanti placuerit, etſi reſtituendum ad beneplacitum ipſius mutuantis, non poteſt ſtatim repeti, & renouari, quia aliàs eſſet fruſtratorium, & inutile accipienti, quod non eſt dicendum, cùm talis non credatur fuiſſe mens contrahentium, ſed potiùs, vt ſuſcipienti ſubueniatur, & intelligitur tacita promiſſio ad tempus, nempè donec accipiens vſus fuerit ad ſuum vſum deſtinatum, non enim ſine vlla cauſa acceptum creditur, & ideo erit in arbitrio iudicis infra quaotum tempus debeat reſtitui, Bart. Bald. Iaſ. & alij *in l. ſi pœnam, ff. de verb. oblig.* Capyc. *deciſ.116. num.1. &c.* Menoch *de arbitr. caſ. 22. per tot.* Hermoſil. *loc. cit. gloſ.8. fol.*36.

Et idem eſt in commodato, vt dixi *in §. Commodatum num.*

5 Mutuum deſcendens ex contractu dotis, ſiue emptionis, aut ſimili alio contractu, ſapit naturam illius contractus, & non mutui, intelligendo quoad priuilegia, quæ inſunt fauore creditoris, & cauſæ, quæ cenſentur repetita, non autem quoad odium debitoris moroſi, vt ſunt vſuræ, & ideò tunc in huiuſmodi mutuo degenie, vt ſupra ex contractu priuilegiato non debentur vſuræ, Capyc. *deciſ. 183. per tot.* Altograd. *conſ.17. num.10. & ſeqq. lib.1. & num. 44. & per tot.* vbi multis ſimilibus adductis probat transfuſionem vnius debiti in aliud debitum, ſemper intelligi factum cum qualitatibus, & priuilegijs prioris debiti, cauſamque originalem, & non accidentalem eſſe attendendam, latè Fontanel. *deciſ.559. & 560. per tot.* vide *in §. Debitum num. & §. Nouationum.*

Mutuans pecuniam minori, vel Eccleſiæ propter æquiparationem ob cauſam neceſſariam, tenetur inueſtigare, vt erogetur, & vertatur in cauſam enunciatam, quod eſt ſpeciale in mutuo, depoſito, & venditione pro debito Eccle-

cleſiæ, vel minoris, nam ſi vnquam contingeret dubitari de huiuſmodi verſione, eſſet illa probanda ab allegante, niſi ſecundùm aliquos recipiens fuerit bonæ frugis, & ſolitus benè res ſuas adminiſtrare, Surd. *deciſ.* 156. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 15. *num.* 37. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 45. *& cap.* 879. *num.* 12. *&c.* latè Odd. *de reſtitut. in integr. qu.* 51. *art.* 5. *num.* 46. *&c. part.* 2. plenè Hermoſil. *ad leg. Part. tom.* 1. *tit.* 1. *leg.* 3. *gloſ.* 2. *cum pluribus ſeqq. fol.* 38. *& ſeqq.* vbi de Eccleſia minore, Ciuitate, Rege, & huiuſmodi, an, & quando obligentur ex mutuo, & in ſpecie de filioſam de quo dixi *in §. Senatuſconſultum num.* 1. *&c.*

Quando mutuans Eccleſiæ, vel eius Prælato, Procuratori, vel alteri adminiſtratori nomine Eccleſiæ ſuſcipienti, teneatur probare verſionem, vel non, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 432. *per tot.* vbi pulchrè per nouem caſuum diſtinctionem declarat, & Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 96. *& ſeqq. ad* 111. Bich. *deciſ.* 599. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 272. *per tot.* dixi *in §. Abbas num.* 19. *& §. Verſio num.* 1. *§. Adminiſtratio n.* 35. adde Rot *part.* 14. *recent. deciſ.* 42. *& part.* 15. *deciſ.* 42. *& deciſ.* 227. *per tot.* vbi quòd mutuum ab Abbate, vel alio Prælato contractum abſque conſenſu monachorum non præiudicat monaſterio, niſi plenè, & concludenter probata verſione, non autem præſumptiuè tantum.

7 Mutuans pecuniam in reparationem, & conſeruationem nauis, vel alterius cuiuslibet ædificij, ſiue de mandato domini dans opificij, habet tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis in ædificio refecto, dummodò in huiuſmodi cauſam pecunia fuerit data, & expendita, per text. *l. interdum, & l. ſeqq. ff. qui pot. in pign. hab. & in §. his conſequens, Auth. de æqualit. dot.* latè inferendo ad plures caſus ſimiles, Matt. Medic. *exam.* 11. *per tot.* vbi *nu.* 6. *&c.* ponit requiſita neceſſaria, nempè quod pecunia fuerit expreſsè mutuata ad rem reparandam, in talem cauſam fuerit expendita, expenſa fuerit neceſſaria, & alia, & ibi per eum, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 212. *num.* 223. *& ſeqq. vol.* 5. vide Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *per tot.* vbi qualiter competat hypotheca tacita pro pecunia data ad conſeruationem rei, Sanfelic. *deciſ.* 112. *per tot.* vbi qualiter probetur verſio pecuniæ in dictam cauſam, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 60. *per tot.* vbi quòd non probatus ex ſola confeſſione debitoris recipientis in præiudicium aliorum creditorum anteriorum, niſi ſit aliunde adminiculata, & comprobata, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 104. vbi quòd expendens pro reſtauratione domus, probata verſione in eam cauſam omnibus præfertur etiam anterioribus.

Quòd mutuans pro reparatione domus præferatur alijs creditoribus etiam anterioribus, intellige quando reparatio, & expenſa erat neceſſaria, ſecus autem ſi pecunia ſit expendita in exceſſiuis, & non neceſſarijs, ſed ſuperfluis ſumptibus, & acconcijs, nam tunc creditor ex hac cauſa nullam habet prælationem, vt benè declarat Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 227. *per tot.* Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 60. *n.* 5. vbi intelligit ſi pecunia ſit mutuata, & exburſata antequam domus ſit perfecta, ſecus ſi poſtquam domus fuerit perfecta, & in neceſſarijs vt ſupra.

Non etiam procederet dicta concluſio in confeſſione noui ædificij, vel in alia re comparanda, niſi expreſsè hypotheca conſtituatur, vel niſi eſſemus in minore, Eccleſia, vel ſimilibus priuilegiatis, iuxta ea, quæ dixi *in §. Emptio num.* 36. & vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 955. *num.* 7. *&c. cap.* 670. *num.* 7. *&c. cap.* 25. *num.* 8. *&* 22. Rodriquez *de concurſ. cred. part.* 1. *art.* 7. *per tot.* Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 13. *& membr.* 4. *num.* 162. *& part.* 5. *membr.* 2. *num.* 3. *&* 15. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 5. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 212. *per tot. vol.* 5.

Item dictus mutuans etiam pro reparatione, & conſeruatione ædificij, non eſſet præferendus doti, per text. *in §. his conſequens, Auth. de æqualit. dot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 257. *num.* 33. Ioſeph. de Roſa *conſult.* 51. *per tot.* Fagund. *de iuſt. & contr. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd præfertur omnibus alijs hypothecis, etiam anterioribus, & expreſſis, excepta dote, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de pignor. & hypoth. cap.* 5. *§.* 9. *& ſeqq. fol.* 221. Multos hinc indè allegans, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 31. *per tot.* & hinc indè probans, ſed nihil reſoluens propter magnam dubietatem, Mart. Medic. *exam.* 11. *num.* 23. *& ſeqq. per tot.* vide tamen eiuſdem additionem de anno 1665. vbi cum Merlin. *ſupra cit.* & altero Merlin. Pignatel.

controu. 26. concludit ſeruandum eſſe ius commune in hoc caſu, vt qui prior eſt tempore, ſi etiam potior iure, nullis attentis priuilegijs, ſed hinc indè inuicem confuſis, & dixi *in meis reſolut. cap.* 66. *num.* 24. de hac quæſtione, & generaliter de pluribus creditoribus priuilegiatis ſimul concurrentibus, quis eorum ſit præferendus, latè cum pluribus citatis Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1818. *& ſeqq. per tot.* vbi *num.* 1987. concludit vt ſupra, exceptis tamen creditoribus ex cauſa vecturæ, vel vbi animalibus dati, feminis, & huiuſmodi pro conſeruatione rei, quia in ipſa re vecta, vel conſeruata præferuntur omnibus alijs priuilegiatis, & latè declarat idem Gait. *loc. cit. & ſeqq.* ſed vide *in §. Locatio num.* 13.

8 Mutuans pecuniam pro re aliqua emenda, vel reficienda præfertur cuilibet creditori licet anteriori ſuper re ipſa empta, vel refecta, duobus tamen concurrentibus, cauſa ſcilicet prædicta, & conuentione, per text. *& gloſ. in l. licèt, C. qui pot. pign. hab.* quæ tamen loquitur ſolùm de mutuante pro re emenda, in quo eſt neceſſaria dicta cauſa, & conuentio, prout etiam dixi *in §. Emptio num.* & eſt intelligenda reſpectu creditorum ementis, quia dans ſuam pecuniam pro re emenda cum tali pacto, vt ſit ſibi ſpecialiter hypothecata acquirit hypothecam antequam talis res empta ea ſua pecunia tranſeat in dominium debitoris, ex cuius perſona poſſit ius acquiri alijs creditoribus ipſius debitoris, vt dixi *in §. Creditor num.* *§. Pactum num.* *& §. Venditio num.* 4. Secus autem reſpectu aliorum, qui ante emptionem ius, & hypothecam haberent ex perſona venditoris, vel aliorum, quibus non præiudicatur à mutuante pro emenda re cum tali conuentione, quæ eſt poſterior. Sed benè puto, quòd omnibus eſſet præferendus mutuans pro re reficienda, & conſeruanda etiam abſque conuentione iuxta ſuperiùs dicta *n.* 7. cùm æquum, ac iuſtum ſit, illum, qui fuit cauſa conſeruationis rei, & ſine quo aliàs periſſet omnibus præferri, quamuis dictam concluſionem promiſcuè in mutuante tam pro emenda, quàm reficienda re ponat Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 142. *& ſeqq.* Ioſeph. de Roſa *conſult.* 51. Fagund. *de iuſt. & contract. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* Carleual. *de Iud. lib.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 28. *per tot.*

Sed reverà inter mutuantem pro re emenda, & mutuantem pro re reparanda, & conſeruanda, & communiter per DD. conſtituitur prædicta differentia vt ſupra *num.* 7. Mart. Medic. *deciſ.* 20. *num.* 2. *cum Addit. eiuſdem de anno* 1665. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 23. *per tot.* vide *in §. Hypotheca num.* 39. *verſ.* 11. *&* 14. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 212. *per tot. vol.* 5 Ceual. *comm. controu. comm. quæſt.* 754. Franch. *dec.* 96. *num.* 506. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priu.* 48. *num.* 5. *&* 7. Afflict. *deciſ.* 306. *num.* 9. vbi Vrſil. *num.* 1. *&* 2. Gratian. *diſcept. for.* 670. *num.* 1. *&c.* Rota *part.* 14. *recent. deciſ.* 327. *num.* 8. *&* 9.

Dicta autem per Staiban. *loc. cit.* procedere poſſunt in refectione de nouo, pro qua non competit hypotheca, niſi ita fuerit conuentum, Mart. Medic. *exam.* 11. *num.* 11. *& ſeqq.*

Quòd mutuans pecuniam expreſsè, ſpecialiter, & nominatim ad emendum tales merces, quæ verè fuerint ex dicta pecunia mutuata emptæ, non ob id præferatur alijs creditoribus anterioribus ementis, cùm non habeat hypothecam in mercibus emptis, Bart. & Salyc. *in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab.* Neguſ. *de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 3. *&* 9. ſequitur Viui. *comm. opin.* 136. Quòd ego intelligo niſi etiam fuerit conuentum de hypotheca ſuper dictis mercibus ex pecunia mutuantis emendis iuxta ſuperiùs dicta, quibus adde Pacion. *de locat. cap.* 33. *num.* 67.

Et licèt mutuans in re empta ea pecunia mutuata non præferatur alijs niſi ex ſpeciali conuentione, vt ſupra, præfertur tamen quoad habentes actionem perſonalem tantùm, Caſtr. *in l. procuratoris, §. ſi plures, ff. de tribut.* quem refert, & ſequitur Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Venditor fol.* 120. *col.* 3. *verſ. amplia in fine,* Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 5. *num.* 17. Cunat. *var. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *diſp.* 28. *num.* 14. Ioſeph. de Roſa *conſult.* 61. *num.* 3. *&c.*

9 Mutuans vt ſupra pecuniam pro re emenda, vel reficienda, an ſicut alijs præfertur pro ſorte principali, ſit etiam præferendus pro intereſſe decurſo ſuper dicta ſorte principali in caſibus, de quibus de iure debetur (quamuis in alijs non ita priuilegiatis ſit regula certa quòd anterior

Digitized by Google

pro ſorte ſit etiam anterior pro fructibus, & intereſſe tamquam neceſſarijs ad ſortem) quæſtionem perdifficilem, & cum rationibus, ac auctoritatibus hinc indè probatam, vide penes Staiban. *de Intereſſ. lib.2. tit.11. quæſt.1. num.151. & ſeqq. per tot.* vbi illam indeciſam relinquit; opinionem negatiuam probat Galleot. *contrau.21. tom.1.* affirmatiuam verò Pont. *deciſ.34.* quem ſequitur Merlin. *de pign. lib.3. tit.1. quæſt.5. num.80. & ſeqq.*

10 Mutuans ſimpliciter mercatori pro emendis mercibus per mare deferendis, nihil aliud gerens in animo, poteſt poſtea tuta conſcientia ſub certo pretio in ſe ſuſcipere periculum, & merces aſſecurare, nec facit vſuram, cùm dicantur duo contractus ſeparati, mutui ſcilicet, & aſſecurationis, *c.fin.de vſur.* de cuius intelligentia plenè Petr. Santer. Luſit. *tract.de aſſecurat.& ſponſ.part.1. num.10. & per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 589.per tot.* vide *in §. Aſſecuratio num.2.* Rot. *part.14. recent. deciſ.74. num.* 18. & 19. facit latè Caſpenſ. *curſ.Theolog. tract.19. diſp.6. ſect.10. & 11.* vbi quando dicantur initi tres contractus, nempè ſocietatis, aſſecurationis, & venditionis incerti lucri, per quos multi iuſtificantur contractus.

11 Mutuans ſcolari in ſtudio exiſtenti etiam inuito patre, repetit à patre, vide Gratian. *diſcept. forenſ.cap.107.num. 23.&c.* Menoch. *lib.3. præſumpt.68. num.9.*

Sicut etiam mutuans pecuniam alicui, qui illam conuertit in alimenta aliorum filiorum, & familiæ poteſt agere etiam contra eoſdem alimentatos, *l.his ſolis, ff.de condit. indeb.* Surd. *deciſ.240. lib.3.* Ioſeph.Feliu. *Margar.var.concluſ. verb.Mutuans fol.13.* vide *in §. Vxor num.14. & §. Filiatio num.28.*

12 Mutuans amico pecuniam, quam ab alio accepit ad cenſum, poteſt paciſci, & accipere tantumdem vltra ſortem quantum damni ipſe patitur, vt dixi *in §. Impoſitio num. & §. Intereſſe num.*

In quibus caſibus ſit permiſſum aliquid vltra ſortem recipere, plenè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.1. tit. 1. leg.10. gloſ.4. per tot. à fol.128. vſque ad 175.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.2.cap.20. per tot.* vide Socin. *reg.6. per tot.* vbi ponit regulam negatiuam, quam 37. modis limitat, Ricc. *Collect.* 2683. vide *in §. Intereſſe num.7. &c. §. Vſura num.8. &c. in Pract. §. Vſura per tot.*

Quòd in contractu mutui ſit permiſſum pactum legis commiſſoriæ ad iuſtam æſtimationem, ita vt ſi non reſtituatur, tranſit in contractum venditionis, & ob retardatam traditionem fundi debeantur fructus recompenſatiui, iuxta *l.curabit, C. de act. empt.* Rot. *part.13. recent. deciſ.* 138. *per tot.* vide *in §. Pactum num.9.* Rot. *part.14. recent. deciſ. 286. per tot.*

Quòd quis poſſit tradere mercatori ſua pecuniam ad negotiandum cum pacto, vt ipſe mutuans in fine anni recipiat quinque pro centenario, dummodò tamen intendat ſaltem tacitè, & intentione implicita celebrare tres contractus, vnum ſocietatis, alterum aſſecurationis capitalis, & tertium venditionis lucri incerti pro certo, vel aſſecurationis lucri certi pro maiori incerto, Dian. *reſolut. moral. part.1. tract.8. reſolut.30.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 360. num.10. & 11.* Bonacin. *de contract. diſput.3. quæſt.3. punct.11. num.2.* & alij per eos citati, dixi plenè *in meis reſolut. cap.17. per tot.* Rot. *part. 17. recent. deciſ.* 368. *per tot.* latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.19. diſp.6. ſect.70. & 71. per tot. fol. mihi 299. &c.*

Mutuans frumentum cogitur illud recipere quando offertur, ne detur procraſtinatio in tempus penuriæ, *gloſ. in l.n. illi, C.de erog. milit. ann. lib.12.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.252. num.59.* vide latè Caſpenſ. *dict. tract.18. diſput.3. ſect.6.* vbi plura, an ſit licitum mutuare frumentum citra vſuram. 13

Quòd mutuans frumentum pro ſemine præferatur cæteris creditoribus in frumento recollecto, & idem eſſe generaliter in quolibet creditore ex cauſa expenſarum factarum in bonis debitoris, vt cæteris præferatur, Carleual. *de iudic. lib.2. tit.3. diſput.32. per tot.* Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib.6. Rub.40. num.2.* vbi quod talis mutuans præfertur etiam domino ipſius feudi, Mantic. *de tacit. lib.11. tit.23. num.11.* Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Mutuans fol.13.* vide Decian. *conſ.* 50. *lib.3.*

Mutuans pecuniam alicui debitori, vt cum illa ſatisfaciat, & ſoluat alteri ſuo creditori anteriori, ſubintrat in locum, ius, & hypothecam dicti creditoris anterioris cùm eius pecunia dimiſſi, tribus tamen concurrentibus, nempè pacto de ita ſubintrando, quod pecuniam ad dictum effectum mutuauerit, & quòd cum effectu ex dicta pecunia ſit creditor anterior dimiſſus, Anton. Amat. *reſ.7. num.14. & ſeqq.* Salgad. *Labyr. credit. part.3. cap.8. num.55. &c.* facit Gait. *de credit. quæſt.4. cap.21. num. 167. & ſeqq.* vbi de creditore poſteriore ſoluente anteriori an, & quando in illius locum ſuccedat, & quòd dixi *in §. Emptio num. 22. &c.* Arias de Meſa *var. reſol. lib.1. cap.12. & ſeqq.* vbi plura Carleual. *de iud. lib.2. tit.3. diſp.35. per tot.* vbi plenè quæ requirantur, vt creditor poſterior, vel quilibet alius extraneus ſoluens ſuccedat in locum, & ius anterioris, & multos caſus diſtinguit. 14

Mutuans de mandato alterius pecuniam alicui negotianti ad propriam vtilitatem habet obligatum pro repetitione mutui nedum mandantem, & litteras credentiæ ſcribentem, ſed etiam ipſum recipientem pecuniam mutuatam, imò ipſe recipiens reputatur principalis obligatus, & primò conueniendus, & poſtea mandans, vel ſcribens in ſubſidium, aut rationibus pro vtraque parte relatis concludit Michael. Ferro Mantiq. *Quæſt. Vicar. 60. per tot. par. 1.* facit quòd dixi *in §. Mercator num.23.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.1. tit.1. gloſ.2. leg.2. fol.31.* 15

Mutuum an præſumatur ex apoca bancaria, in qua fuit dictum *per altri tanti*, ad hoc vt poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, latè Thoro *Comp. deciſ. Neapol. part.3. ſect.2. verb. Mutuum.* 16

Alia plura de mutuo tangunt Caſteion. *Alphab. iur. verb. Mutuum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eodem verb. fol.179.* 17

Finis Libri Vndecimi.

MAR-

Digitized by Google

MARCI ANTONII SABELLI I.V.D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DVODECIMVS.

De littera N.

§. NATVRALIA. I.

1 NAturalia contractus dicuntur illa, quæ ſecundum naturam cuiuslibet contractus taciè in vnoquoque veniunt, licèt non fuerint expreſſa, & tamen pacto expreſſo, vel tacito remoueri poſſunt ab ipſo contractu citra illius corruptionem, vt in mutuo, quòd reddatur in eadem bonitate, & in venditione euictis, Qinor. *Inſtitut. de obligat. §. fin. cap. de contract. num.22. fol.*264. vbi etiam benè declarat, quæ dicantur ſubſtantialia, quæ ſolemnia, & quæ accidentalia ipſius contractus, Cenc. *de Cenſ. quæſt.*53. *num.*15. *& ſeqq. cum alijs per eos citatis*, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.*1. *tit.*1. *leg.*2. *gloſ.*4. *fol.*34.

2 Naturalia ſi concurrant cum accidentalibus ſemper præferuntur, quia naturalis cauſa præfertur accidentali, ſicuti ad plura inferendo declarat Tuſch. *littera N. concluſ.*8. *& 9. per tot.*

3 Multa de natura, & rebus naturalibus, & illarum effectibus tradunt remiſſiuè Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Natura, & Naturalia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.*182. *&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maior. & Primog. Ital. vt in Indice generali in fine part.*3. *verb. Natura, Naturalia.*

§. NATVS. II.

1 NAtos per tranſitum in aliquo loco, vbi mater non erat permanſura, ſortitur ibi originem, & efficitur ciuis, ac municeps illius loci, & tantò magis ſi etiam ibidem fuerit baptizatus, ac idem eſt in expoſito in hoſpitali, cuius parentes ignorantur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 75. *per tot.* Altograd. *conſ.*27. *num.*9. *&* 10. *& conſ.*28. *nu.* 21. *& ſeqq. per tot. lib.*2. vbi refert Bart. & alios contrarium tenentes, ſed hanc opinionem eſſe veriorem, & receptiorem teſtatur, ac tandem tres diſtinctiones, & conciliationes adducit, quibus contrariæ concordantur ſententiæ, & quòd huic ciuilitati naturali renunciari non poteſt aliquo modo, latè Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1141. vbi refert contrarias opiniones, & nititur illas concordare, vide *in §. Baptiſmus num.* *& §. Dictio num.* 26. *in reſolut. cap.*49. *num.*1. *&* 3. Cratlin. *controu.*149. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*33. *num.*1. *&c.* vbi quoad natum per tranſitum negatiuam probat, & Boer. *deciſ.*13. *num.*49. *&c.* Sed affirmatiuam vt ſupra tenet idem Chriſtin. *ad leg. municip. tit.*5. *art.*4. *num.*4. *& art.*9. *num.*5. vbi tamen videtur intelligere, niſi poſtea domicilium alibi transferat animo ibi perpetuò manendi, & quòd etiam ſit Ciuis Ciuitatis, ex qua illius parentes animo redeundi receſſerunt, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*261. *num.*5. vbi quòd Filius quamuis alibi natus ciuilitatem patris originariam non ammittit. Niſi tamen pater alibi domicilium transtulerit, quia licèt non ammittatur ciuilitas ex origine propria, ammittitur tamen ex origine paterna, quando pater ipſe domicilium mutauit, & ibi natus eſt filius, de quo vide Sanfelic. *deciſ.*74. Nouar. *in Pragmat. Reg. Collect.*115. facit Rota *part.*17. *recent. deciſ.*108. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd natus in vicis, ſuburbijs, & comitatu dicitur, & habetur tamquam natus in Ciuitate, vel oppido, ac gaudet eiſdem fauoribus, & priuilegijs, vide *in §. Ciuis, & Appellatiua*, & confirmat eadem Rot. *part.*18. *tom.*1. *deciſ.*9. *num.*1. *& tom.*2. *deciſ.*431. *num.*11. *& ſeqq. & deciſ.*557. *num.*6. *& ſeqq.* Caldas Pereyra *in conſ.* pro D. Ioanne de Taſſis impreſſos poſt *tract. de reſtit. in integr. fol.* 521. vbi latè probat quòd natos, & baptizatos in aliquo loco efficitur verus ciuis originarius, & naturalis illius loci, in quo naſcitur, & capax omnium priuilegiorum, beneficiorum, & officiorum, quibus alij ciues eiuſdem loci fruuntur, & eſt repetitum in volumine conſiliorum eiuſdem Caldas *conſ.*47. *per tot.* vbi reſpondet motiuis contrariæ opinionis, & hanc quæſtionem multis hinc indè citatis examinat etiam Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*15. *num.*2. *& ſeqq.* Carleual. *de iudic. tit.*1. *diſp.*2. *num.* 91. Amays *in l. Ciues, C. de incol. lib.*10. *num.*43. *& ſeqq.* Creſp. de Valdaur. *obſeru.*6. *num.*104. *&c.* & nouiſſimè Iacob. Balduc. in Obſeru. ad Ramon. *conſ.*21. *num.*6. *&c.*

Quod natus per accidens in aliquo loco, vel ſi in fraudem mater iuerit ibi ad pariendum non efficiatur ciuis illius loci, nec gaudeat eiuſdem priuilegijs, pluries deciſum refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.*1. *verb. Natus, & part.*3. *ſect.*2. *eodem verb. & verb. Ortus*, vbi allegat Hodiern. ad Surd. *deciſ.*329.

Si tamen Conſtitutio, vel alia diſpoſitio diſcretiuè loquatur de natis in Terra, & territorio, & ſic diſtinguat Ciuitatem, vel oppidum à territorio, pro diuerſis reputantur, Rot. *d. part.*18. *deciſ.*695. *num.*14.

Natis duobus, vel pluribus maſculis, ſiue fœminis, ſiue altero maſculo, & altera fœmina vna ſimul ex eodem partu, ſiue prægnantia, qui prius natus præſumatur declarat Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*52. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.*2. *concluſ.*1087. *per tot.* vide *in §. Primogenitura num.* 2

Natus, ſiue etiam conceptus poſt mortem teſtatoris, quando admitti poſſit ad ſucceſſionem tam in emphyteoſi, feudo, maioratu, quàm in vltimis voluntatibus, Surd. *deciſ.*230. *per tot.* vide *in §. Fideicommiſſum num.* 3

Natiuitas, & ætas filiorum probatur per parentum, & coniunctorum teſtimonium, quando ex ea nihil commodi ad fauorem filiorum reſultat, aliàs autem ad informandum tantùm, & certius per librum Curati habentem debita requiſita, vel domus, in quo parentes deſcripſerunt natiuitatem filiorum, Maſcard. *de probat. vol.*2. *concluſ.* 1086. *per tot.* 4

Natus an quis fuerit maturo tempore, vel immaturo, vt naturaliter viuere poſſet, vel non, ad effectum excludendi, vel non excludendi fideicommiſſarium, & alios, ſtatur iudicio obſtetricum, phyſicorum, ac aliorum in arte peritorum, etiam de ſola ſua credentia, & iudicio deponentium, dummodò tamen concurrant aliæ coniecturæ, veluti pro partu immaturo ſæua, & molta accidentia in pariendo per matrem paſſa; pro partu verò maturo, ſi aliquo tempore vixerit, vocem emiſerit, baptizatus fecerit, ſi natus fuerit in illa pellicula, quæ nutrimentum vocatur inuolutus, ſi lauatus cum vino, & aqua tepida fuerit motum, & repertus fuerit calidus, & huiuſmodi, vt declarat Maſcard. *de probat. vol.*2. *concluſ.* 1088. *per tot.* & melius idem Maſcard. *vol.*3. *concluſ.* 1146. vbi qualiter probetur partum abortiuum eſſe, nec viuere poſſe, vide *in §. Filius num.*5. vbi plura, & plures ad hoc propoſitum allegaui, *& in §. Poſthumus num.*2. *§. Subſtitutio num.*49. *§. Conditio num.*65. *§. Abortus num.*8. *& in Pract. §. Aborto num.*1. 5

Natus expoſitus in Hoſpitali qualiter efficiatur ciuis illius Ciuitatis, in cuius Hoſpitali fuit expoſitus, & gaudeat illius Ciuitatis immunitatibus, non tamen eius filius 6

alius natus, quia pater eſt fictus ciuis, latè Gregor. Ganauer. *deciſ.36. per tot.*

7 Alia de natis diuerſis, & ad diuerſos effectus indicat Com. Auguſt. Fonian. *Biblioth. legal. part.5. verb. Natus fol.181.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in pluribus locis, vt in Indice generali in fine part.3. verb. Natus*, vbi de natis vnico partu, de natis ex ſecto matris ventre, & huiuſmodi.

§. NEGATIVA. III.

1 NEgans poſſidere rem ab actore petitam, conuictus de mendacio priuatur poſſeſſione, quæ conceditur actori, *l. fin.* vbi Bart. & alij *ff. de rei vindic.* Aret. *in §. omnium num.8. Inſtit. de act.* Pract. Pap. *in forma interrog. §.1. An dictus num.2. vbi Addit. lit. A.* cum alijs per Ridolphin. *in prax. part.2. cap.2. num.20. &c.* Ricc. *Collect.210.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.25. per tot.* vbi intelligit ſi ſcienter mentiatur, ſecus ſi ignoranter, & quoad commodum poſſeſſionis, non autem quoad proprietatem, ita vt ex reo afficiatur actor ſuperproprietate.

Imò nulla alia facta probatione per actorem, poteſt ſtatim ipſo actor petere ſe mitti in poſſeſſionem rei petitæ tamquam vacantis in præiudicium poſſidere negantis, ſaluo iure cuiuslibet tertij, non tamen ſufficeret iuiſſe ſimpliciter negata narrata prout narrantur, & expoſita prout exponuntur, quia huiuſmodi reſponſio non habetur pro negatiua, Iaſ. *in d. §. omnium num.91. & 98.* latè Scapucc. de Saluian. *lib.1. quæſt.26. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.109. num.35. & 57. per tot.* Pract. Pap. *libell. act. hypoth. gloſ. Ex memoratis cauſis num.3.* dixi *in reſol. cap. 44. num.18.* vbi quòd ita fuit iudicatum, vide *in §. Actor num.7.*

Negans poſitiones, conuictus de mendacio, debet in expenſis condemnari, & patitur iuramentum in litem, Addit. ad Pract. Pap. *except. contr. poſit. gloſ. vlt.* vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.109. num.5. & per tot.* Farinac. *quæſt.160. num.215.* Surd. *deciſ. 17. num.15.* Thomat. *deciſ.70. num.4.* Michalor. *de poſit. cap.41. num.12. & ſeqq.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis, quoad dicta reſolut. 11. num.5. & 6.* vbi quòd iuxta veriorem opinionem negans poſitiones per mendacium, poteſt puniri de periurio ob falſam illarum negationem, vide *in §. Poſitio num.17.*

Item negans poſitiones, & conuictus de mendacio quoad vnam partem illarum, patitur etiam hanc pœnam, vt aliæ præſumantur veræ, & habeantur pro confeſſis, Natt. *conſ.59. num.6.* Crauett. *conſ.282. num. 9.* vide Gratian. *d. cap.109. per tot.* vbi multas declarationes, ſiue caſus, in quibus negans excuſatur a pœnis mendacij.

2 Negans ideò poſitiones hoc modo, ſicuti communiter fieri ſolet, *non credit vt ponitur*, euitat pœnas mendacij, negationis, & periurij, ſi aliqua ex demonſtrationibus adiectis non ſit vera, Gratian. *dict. cap.109. num. 74. &c.*

Et quòd poſitio partim vera, & partim falſa poſſit ſimpliciter negari, ſicut etiam ſi quis mille mutuo receperit, & integrè ſoluerit, inquè conuentus in iudicio, & interrogatus de receptione poteſt abſolutè negare, Ricc. *Collect. 3466.* vide *in §. Poſitio num.13.* & Gratian. *d. cap.109. num.20. & ſeqq.*

3 Negans factum proprium incidit in pœnas mendacij, negans verò factum ſui auctoris, vel narrata in libello inepto, vel negans ex ignorantia non tamen craſſa, & ſic non ex certa ſcientia, nec doloſè non incurrit dictas pœnas, Gratian. *d. cap.109. num.34. &c.* vbi etiam *num.38. &c.* quòd negans parti extraiudicialiter, vel etiam iudici ſi habet iuſtam negandi cauſam non incidit in pœnas mendacij.

4 Negatiua ſemper plus negat, quia nihil excipit, quàm affirmatiua affirmet, & negatiua mera, ac ſimplex probari non poteſt, niſi habeat in ſe implicitam affirmatiuam, vel niſi reſoluatur in affirmatiuam, vel niſi ſit loco, & tempore coarctata, vel niſi probari poſſit ex inſpectione actorum, Barboſ. *de Axiom. iur. axiom.158. num.1. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.17. num.34. &c. fol.268.* vide *in §. Teſtes num.* Tuſch. *litt. N. concluſ. 26. per tot.* Ricc. *Collect.1057. & 3100.*

Quando negatiuæ plures negent, vel affirment, vide Tuſch. *loc. cit. concluſ.27. per tot. infra num.17.*

Negatiua quoad probationis effectum eſt triplex, alia quæ in plenam teſtis cognitionem, & ſenſum cadit, & quando habet coniunctam affirmatiuam; alia quæ directam probationem effugit, ſed ſub indirecta, & obliqua tantùm cadit, vt illa, quæ ex aliquo extrinſeco adiuncto, non intrinſecè annexo probationem recipit, poteſt tamen vim directæ probationis obtinere, ſi certo loco, & tempore ſit coarctata, & determinata; alia tandem, quem omnem cognitionem, & ſenſum effugit, vt quando certi loci, & temporis concomitantiam non habet, & iſta non niſi iuramento purgatorio, vel iuramento aduerſarij per reſponſionem ad poſitiones, vel per diſcuſſionem, & nuncij relationem probari poteſt, vt benè, ac ſubtiliter declarat Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.527. & ſeqq. ad 540. Caſenæ impreſſo de anno 1645.* de hac materia DD. *in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim.* Herculan. *tract. de negat. per tot.* Viui. *comm. opin.538. per tot.* Maſcard. *de probat. vol.1. concluſ.1091.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib. 14. tit.17. num.20. & ſeqq. fol.267. &c.* Tuſch. *littera N. concluſ. 29. & 30. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.26. vol.3. & deciſ.76. num.2. &c. vol.5.* Farinac. *quæſt.65. num.218. & ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.325.* vbi in materia iuriſdictionis, & quando teſtes debeant reddere rationem etiam non interrogati, & per remotionem actus à ſenſu, niſi ex qualitate teſtium appareat eſſe taliter informatos, vt non potuerit actus fieri, quin ipſi ſciuiſſent, nam tunc ſufficit ſimpliciter deponere de negatiua, Conciol. *reſolut. crim. verb. Negatiua reſol.1. num.5.* 5

Quadruplicem eſſe negatiuam, nempè iuris, facti, qualitatis, & quantitatis, & quomodo vnaquæque probari poſſit, & debeat ab allegante, pulchrè Menoch. *lib.2. præſumpt.50. num.8. & ſeqq.* Pontirol. *in d. reſponſ. nu.526. & ſeqq.*

Negatiua quando eſt fundamentum intentionis debet probari ab allegante, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue ſit facti, ſiue iuris, ſiue qualitatis, *l. hoc iure, ff. de verb. obligat. lib.1. §. docere*, vbi DD. *ff. ne quis eum qui in ius, &c.* Maſcard. *de probat. vol.2. concluſ.1091. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.798. num.9.* Menoch. *lib.4. præſumpt.1. num.7.* Viui. *comm. opin.538.* Afflict. *deciſ. 377.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.32. gloſ.1. num.98. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.26. num.4. vol.3.* vbi intelligit in quantum per rerum naturam fieri poteſt, & diſtinguit, vt dixi *in §. Mors num.12.* Ludouiſ. *deciſ.210.* vbi de negatiua narrata in ſupplicatione, *& deciſ.342. & 288. & deciſ. 353.* Bich. *deciſ.360. num.6.* vbi quando negatiua non ſit probanda. 6

Quando tamen agitur de negatiua non implementi, & conſtat per inſtrumentum, vel aliter de obligatione implendi, ſufficit neganti implementum ſequutum allegare inſtrumentum, vel obligationem implendi, ad hoc vt aduerſarius teneatur docere de implemento ad formam ſuæ obligationis, Altograd. *conſ.21. num.13. &c. lib.1.* Tuſch. *littera N. concluſ.29. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib.14. tit.17. num.33. &c. fol.268.* vbi intelligit negatiuam eſſe probandam ab allegante pro fundamento ſuæ intentionis, quando ipſa negatio includit aliquod ens, vel implicitam affirmationem, ſecus ſi ſimplicem negationem, & non ens, & plenè Gabriel. *comm. concluſ. tit. de probat. concl.6.* vbi pluribus modis ampliat, limitat, & declarat ad plura notabilia inferendo, Pacion *de probat. cap. fin. n.45. & ſeqq.* Farinac. *pragm. crim. verb. Bannitus num.98.* vbi ex doctrina Innoc. declarant fauore fiſci, nam ſi quis promiſerit ſub certa pœna ſeruare exilium, vel non recedere à tali loco, fiſcus agens ad pœnam conuentionalem non tenetur probare negatiuam, ſed reus ipſe docere debet ſe paruiſſe, & non contrafeciſſe, & dicit Farinac. practicaſſe Romæ cum quodam, qui fideiuſſorem præſtiterat de non diſcedendo ab Vrbe, faciendo citare fideiuſſorem ad docendum, quòd eius principalis non receſſerit iuxta formam obligationis, & in contumacia non docentis, obtinuiſſe mandatum, ac exequi feciſſe, quòd tamquam notandum refert Pac. Iordan. *loc. cit. in fine*, quamuis ego dubitari poſſe exiſtimarem, & contrarium quandoque ſeruari viderim, committendo birruarijs perquiſitionem in loco, in quo manere debet reus, & tunc eo non reperto procedi ſeruatis ſeruandis, & maximè quando non adeſt obligatio ſe reſignandi, vel repræſentandi certis temporibus ob pacta iun-

ta iun-

Digitized by Google

ta ſingulo die, triduo, vel &c. in loco indeterminato, vel coram aliquo Officiali, facit Tuſchus *litteraN. concluſ. 29. num.34. & 39.* vbi quòd quando agitur pro delicto, & ad pœnam debet negatiua probari ab eo, qui negat factum, vt inducatur delictum, Conciol. *reſolut.crimin.verb.Exiliumreſolut.2.num.3. & 4.* Et iuxta prædictam doctrinam Farinac. fuit me proponente reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ de menſe Nouembris 1662. in cauſa contra Io. Petrum Pientinum de Prato veteri, facit Sanfelic. *deciſ.31. in princ.* vbi facta perquiſitione in loco, à quo quis fuerat iuſſus non diſcedere, & non reperto, fuit condemnatus ad pœnam comminatam.

Quòd negatiua non implementi voluntatis teſtatoris ſit probanda ab allegante, qui vult agere ad priuationem hæreditatis ob non implementum, & contrauentionem, Salycet. *in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm.* cum aliis per Altograd. *conſ.84. num.1. lib.1.* & Rot. *in Neapolitana hæreditatis Lunæ 13. Martij 1673. coram Rondinino*; poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.43. num.3. & deciſ.52.* in eadem cauſa coram eodem.

Negatiua quòd non adſint bona libera, & allodialia ad effectum vt in obligatione veniant feudalia à quo ſit probanda, Bardellon. *conſ.179. per tot. lib.2.*

7 Negatiua difficiliùs probatur, quàm affirmatiua, quia magis creditur duobus teſtibus ſuper affirmatiua, quam mille ſupper negatiua, Cabal. *conſ. deciſ.135. num. 8. & ſeqq. lib.1.* pulchrè Socin. *reg.508. per tot.* vbi quatuor modis limitat, Grattian. *diſceptat. forenſ. cap. 870. num.31.* Magon. *deciſ. Flor. 140. num.4. & ſeqq.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Negatiua reſolut.3. num.1.* vbi quòd negatiua vaga, indeterminata, & non coarctata non cadit ſub ſenſu, ac eſt improbabilis, nec falſitatis ſuſpicione caret.

Quòd ſit validè ſuſpecta probatio, admittenda tamen ſi contineat contrariam affirmatiuam, Magon. *deciſ. Flor.17. num.6. & ſeqq. per tot.*

Quòd probatio negatiuæ non ſoleat admitti vbi militat præſumptio iuris contraria pro aduerſario, vel ſaltem tunc in ea ſe fundans grauetur duriori probatione, Rot. *part.9. recent. deciſ.175. num.49. &c.*

Quòd quando eſt loco, & tempore coarctata conticeſcat illud dictum, plus eſſe credendum duobus ſuper affirmatiua, quam mille ſuper negatiua, & æqualis tunc ſit omnium fides, ſeruata tamen numeri, ac honeſtatis ratione, *c. in noſtra 32. de teſt. gloſ. & DD. in c. bona 23. de elect. l.2. C. de error. Aduocat. & l. optimum 14. C. de contrah. & commit. ſtipul.* Pontirol. *in d. reſponſ. num.534.* Farinac. *quæſt.65. part.3. per tot.* benè Cabal. *conſ. deciſ.135. num. 9. & ſeqq. lib.1.* Card. Tuſch. *litt. I. concl.259. & 260.* Conciol. *reſolut. Negatiua reſol.1. num.3. & ſeqq.* dixi *in Pract. §. Teſtimonium num.15.* & in hoc Opere *§. Teſtes num. 18. in fine.*

Quòd vbi allegatur factum poſitiuum, ex quo reſultet negatiuum, nil aliud probandum ſit quam ipſum factum poſitiuum, Natt. *conſ.446. num.15.* Cancer. *variar. reſolut. part.3. cap.4. num.147. & ſeqq.* Flores de Mena *variar. quæſt. lib.3. quæſt.21. num.266.* Bich. *deciſ.563. num.3.*

8 Negatiua continens in ſe affirmatiuam, non differt ab ipſa affirmatiua; vt negatiua non ſanæ mentis, quæ habet implicitam affirmatiuam, ac probatur per actus, & ſigna furoris, ac dementiæ; negatiua verò dementiæ, & ſic quòd aliquis non ſit demens dato antecedente furore; qui præſomitur durare, non probatur niſi dicant teſtes, quòd talis non potuiſſet dicere, vel facere quid inſaniæ; quin eiſi audiuiſſent, vel vidiſſent, non enim ſufficit dicere, quòd nihil inſanum fecerit, ſed opus eſt addere illa verba arctatiua excludentia poſſibilitatem in contrarium, cùm aliàs poſſet eſſe quòd fecerit inſanias, & ipſi non viderint, & ſic probatio non concluderet de neceſſitate prout requiritur, Rota *part.2. diuerſ. deciſ.129. num.4. & ſeqq. & num.14. &c.*

Si tamen teſtes deponentes ſuper negatiua taliter deponant, vt id quod aſſerunt ſit illis veriſimiliter cognitum, non eſſet opus, quòd dicant formaliter non potuiſſe aliter fieri qoin ipſi vidiſſent, cùm ſufficiat implicitè hoc apparere, Rot. *d. part.2. diuerſ. deciſ.134. num.4.* vide *in §. Teſtes num.18.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 343. num.12.* vbi quod quando teſtes ſunt informati, & deponunt de re illi nota, probant negatiuam, licèt illam non coarctent, Farinac. *de teſt. quæſt.65. num.229. & conſ.151. num.18.* Buratt. *deciſ.704. num.3.* Merlin. *deciſ.98. num.2.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.325.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Negatiua reſolut.1. num.5.*

Negatiua loco, & tempore coarctata probat innocentiam inquiſiti, etiam per teſtes domeſticos, & familiares deponentes inquiſitum fuiſſe alibi tempore commiſſi delicti, Guaz. *deff.28. cap.1. num.12. &c.* ſequitur alios adducens, & benè declarans Conciol. *reſolut. crimin. verb. Negatiua reſolut.2. per tot.* vbi in fine dicit teſtes ſuper negatiua deponentes eſſe examinandos ad præſentiam fiſci, & poſtea ſub fideiuſſore dimittendos de ſe repræſentando ſub certa pœna, vel ſub præcepto pœnali quando ob paupertatem fideiuſſorem non haberent; quòd tamen numquam ſeruatum vidi Florentiæ, & male, ac ideò fuiſſe iuſtitiam ſæpe deluſam per huiuſmodi teſtes poſtea falſos repertos; cautiùs igitur agendum eſſet, vt ſupra illos dimittendu ſub fideiuſſore, vel in cauſis grauiſſimis retinendo carceratos vſque ad expeditionem cauſæ, vel ſub ingenti ſumma vinculatos, maximè vbi vrgeret aliqua falſitatis ſuſpicio. 9

Et probari negatiuam per teſtes domeſticos, & familiares quando inquiſitus eſt bonæ conditionis, & famæ, aliàs ſecus, idem Conciol. *loc. cit. reſolut.4.* Quando autem non admittatur dicta probatio per teſtes domeſticos, & coniunctos, vide Farinac. *quæſt.54. num.36. & ſeqq. & n. 121. & quæſt.62. num.91. & ſeqq.* Guaz. *defenſ.29. cap.3. num.6. & ſeqq.*

Quòd negatiua coarctata reſultans per rei euidentiam, præualeat affirmatiuæ, & probet innocentiam, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.53. num.20.*

Qualiter ſit concipienda, & coarctanda negatiua, Grattian. *diſcept. forenſ. cap.525. num.24. & ſeqq. ad 57.* Caualer. *deciſ.268. num.3. &c.* Ludouiſ. *deciſ.510. num. 1.* vbi quòd non probatur per teſtes, niſi remoueant actum à ſenſu, dicendo quod non poteſt aliter eſſe, quin ipſi vidiſſent, & ſenſiſſent, Rot. *part.18. recent. deciſ.450. num. 5. & ſeqq.*

Quòd ſit coarctanda ad breue tempus arbitrio iudicis, aliàs teſtes non ſolum illam non probent, ſed reddantur ſuſpecti de falſo, veluti ſi deponerent per menſem, cùm non ſit veriſimila teſtes per tam longum tempus vidiſſe ſemper inquiſitum, Farinac. *quæſt.65. num.227. & conſ. 88. num.6. lib.1.* Ludouiſ. *deciſ.325. num.9.* Conciol. *dict. verb. Negatiua reſolut.3.* Rot. *part.18. recent. deciſ.305. num.16.* vbi quod negatiua indefinita non tranſit ſine falſitatis nota.

Qualiter teſtes ſuper negatiua deponentes debeant eſſe omni exceptione maiores, & reddere rationem ſufficientem illorum dicti, etiam ſi non interrogentur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, Grattian. *diſcept. forenſ. cap. 789. num.9. & c. cap.843. num.13. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 17. num.14.* Tuſch. *littera I. concluſ.189.* Leoncil. *deciſ. Ferr.41. num.2.* vide *in §. Teſtes num.18.* Hermenegil. Roxas *tract. de incompat. Regn. & Maiorat. part.2. cap.1. num. 47. & ſeqq. ad 59.* vbi quòd teſtes de negatiua coarctata deponentes debent eſſe idonei, naturali veritate, & ſinceritate prædíti; non largè, ſed ſtrictè, negatiua ſit multum coarctata loco, & reſtricta ad tempus non breue, teſtes remoueant actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu, addendo quòd non poſſint aliter eſſe quin viderint, ac etiam non interrogati naturalem rationem reddant, & commorando aliquid (ſi fuit) notabile, ex quo eorum depoſitionem veriſimilem, & ſine ſuſpicione reddant, & alia ad conuincendos teſtes de falſo.

Negatiua probari poteſt omni argumentorum genere iudicis animum ad ita credendum inducentium, & quibuſcumque probationibus etiam poſſibilibus tantùm, cùm ſit materia difficillima demonſtratu, imò quandoque per ſimplicem illius propoſitionem ſi ei contradictum expreſsè non fuerit, cùm ſufficiat coniecturalis probatio vbi ſubiecta materia directam probationem non admittit, Corn. *conſ.136. num.20. lib.* Crauett. *conſ.1. nu. 9.* Herculan. *tract. de negat. num.314. & 316.* Pontirol. *in ſupracit. Reſponſ. num.576. & 577.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib.14. tit.17. num. 34. & ſeqq. fol. 268. infra num.16. in fine*, Cabal. *conſ. deciſ.123. num.32.* vbi de indebito, quod dicitur probatum eo ipſo, quòd non probatur debitum, quando debitum, quod prætenditur 10

eſt omninò incertum, & ſine cauſa, vide *in §. Solutio num.*61.

Quòd poſſit probari per famam, quando aliter probari non poſſit, Bald. *in l. paupertas in fine, ff. de excuſ. tut.* Ludouiſ. *deciſ.*325. *num.* 15. *&c.* vbi tamen quòd famæ probatio non admittitur ſuper eo, quod habet contra ſe præſumptionem iuris, vel adeſt aliud eludens famam,& famæ probatio tamquam priuilegiata facilè proſternitur.

11 Negatiua citationis non factæ probatur ex reuolutione actorum, Alex. *conſ.*55. *lib.*4. Caualer. *deciſ.*35. *num.*2. Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.*14. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*416.

Quòd vbi affirmatiua debet conſtare in actis, ex ipſorum reuolutione, & rimatione ſatis dicatur probata negatiua, Caualer. *deciſ.*110. *num.*4. *& deciſ.*752. *num.*6. vbi etiam *num.*7. quòd præſumitur pro integra actorum tranſportatione.

Quando negatiua probetur ex inſpectione proceſſus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*704. *num.*14. *&c. cap.*725. *num.* 35. Magon. *deciſ. Luc.*22. *num.*19.

Quòd negatiua ceſſionis probetur ex inſpectione inſtrumenti, & actorum, Gratian. *cap.*737. *num.*3. *cap.*877. *num.*23. *&c.*

Quòd ex reuolutione librorum Banchi probetur pecunias in eo non fuiſſe depoſitatas, Gratian. *cap.* 748. *num.*15.

Negatiua notificationis non factæ in materia retractus probatur ex inſpectione, & rimatione proceſſus, Magon. *deciſ. Flor.*40. *num.*2.

De dictis, & ſimilibus modis probandi negatiuam vide Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.*17. *num.* 34. *& ſeqq. fol.*269. vbi pulchrè, & quomodo ſeruetur in Curia Romana, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*175. *num.* 48. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de probatione negatiuæ derogationis non factæ alicui Bullæ, vel Conſtitutioni, & ad illam excludendam, ex eo quòd perquiſitio ſit imperfecta, & non in omni loco, & libro facta, vel ſi deficiat aliqua carta.

Quòd negatiua non probetur ex diligentijs, niſi fiant in omnibus ſcripturis, & locis, in quibus poteſt eſſe adnotatus actus, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*262. Et quomodo fieri debeant dictæ diligentiæ in Curia Romana per deputationem duorum officialium cum citatione partis, idem Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.*287. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.*323. *num.*4.

Negatiua aliquem non eſſe tutorem qualiter probetur, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*907. *num.*26. *&c.*

Quòd diligentiæ factæ in Regiſtro Cancellariæ non probent negatiuam diſpenſationis, cùm potuerit obtineri à Legatis, & Nuncijs, Ludouiſ. *deciſ.*353. *per tot.*

De negatiua non publicationis legis qualiter probetur ex non regiſtratione illius in libro ſolito, niſi deficiant paginæ, vel aliàs fuerit deperditus, Rot. *par.*17. *recent. deciſ.* 239. *num.*7. *& ſeqq.*

12 Negatiua quòd non adſint bona ſufficientia per detractionibus, à quo, ſiue quibus ſit probanda, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*743. *num.* 22. *&c.* Caualer. *deciſ.* 246. *per tot.* vbi quòd eſt probanda ab hærede ſi inuentarium non fecit, ſi verò fecit inuentarium citatis citandis præſumitur pro eo, & transfertur onus probandi in aduerſarios, Matt. Medic. *deciſ.*9. *num.*15. vide in §. *Inuentarium num.* *& §. Legitima num.*19. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*237. *num.*10. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.*123. *num.*22. *lib.*2. vbi quòd ex inuentario probatur quantum quis habuerit in bonis, & dicenti aliud habuiſſe incumbit onus probandi.

Quòd negatiuæ inſufficientiæ bonorum alimentorum pro detractionibus, & non aliorum bonorum ſit probanda ab hærede grauato, qui cum hæreditatem adiuit ſine inuentario, ſi prætendat bona alienata non ſufficere pro detractionibus, & velle reſiduum detrahere, cùm ex omiſſione inuentarij reſultet maligna ſuſpicio ſubtractionis, & adequatæ ſatisfactionis, Bald. *in l. cum de lege, ff. de probat.* Natt. *conſ.*199. *num.*11. *& conſ.*238. *num.*7. *&c. lib.*2. Couar. *var. reſolut. lib.*2. *cap.*6. *num.* 4. Peregr. *de fideicomm. art.*39. *num.*14. Seraph. *deciſ.*609. *num.* 7. Addit. ad Gregor. *deciſ.*195. *in fine, & deciſ.*266. *num.* 16. cum alijs pluribus relatis per Pontirol. *in citat. reſp. num.* 521. *&* 522. vide *in § Legitima num.*19. Rot. *part.*19. *recent. deciſ.* 193. *num.*2. *& ſeqq.* vbi quòd non facto inuentario, & conſtito de aliquibus alienationibus, detractiones præſumuntur conſumptæ, adeò vt aſſerentibus contrarium incumbat onus probandi huiuſmodi negatiuam.

Negatiuè quòd teſtator alia bona non habuerit poteſt directè, & per obliquum probari, directè ſcilicet ex partis confeſſione facta in reſponſione ad poſitiones, vel iuramento deciſorio, vel per teſtes determinatè deponentes de bonis teſtatoris tempore mortis cum abnegatione pluris, nempè alia non habuiſſe illo tempore mortis, additaque ratione, etiam non interrogatos per remotionem actus à ſenſu, ſcilicet aliter eſſe non poſſe, quin ipſi ſcirent; quamuis non eſſet neceſſaria huiuſmodi remotio actus à ſenſu, vbi probatio fieret per teſtes familiares, & domeſticos, vel ſaltem vicinos ipſius teſtatoris tempore mortis, ſed ſimplex negatiuæ depoſitio ſufficeret, & propter præſumptæ ſcientiæ concomitationem, optimè concluderet Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*525. *num.*27. cum alijs pluribus per Pontirol. *d. reſponſ. num.*541. *& ſeqq. ad* 560. Altograd. *conſ.*50. *num.*107. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd debet remoueri actus à ſenſu per clauſulam quòd aliter fieri non potuiſſet, &c. loquitur tamen in reprobatione inſtrumenti, quæ niſi per concludentiſſimas probationes fieri poteſt, aliàs non videtur contradicere vbi ſufficiunt veriſimiles probationes, vide *in §. Teſtes num.* 13

Item probatur dicta negatiua aliorum bonorum indirectè, & per obliquum mediante poſitione quantitatis, numeri, ac quotæ bonorum, & rerum omnium in hæreditate repertarum, addendo quòd plus in bonis teſtator non habebat, iuxta doctrinam *gloſ. in l. cum de lege, ff. de prob.* Alex. *conſ.*55. *num.*6. *lib.*1. Rom. *conſ.*276. *in fine*, hocque modo probata ſaltem onus affirmatiuæ probandæ in aduerſarium transfert, Herculan. *de negat. num.*255. *&c.* Pontirol. *d. Reſponſ. num.*565. *& ſeqq.* vbi tamen ipſe ita demum ſufficere exiſtimat ſi iuris aliqua præſumptio aſſiſtat, conſulitque extrinſecis documentis aliundè quæſitis, *d. gloſ. praximad-innare*, facit quòd dixi *in §. Iuramentum num.*21. *&c.* Rota *part.*17. *recent. deciſ.*174. *num.*1. vbi quòd pecunia non fuerit in hæreditate reperta probatur ex inuentario, in quo non reperitur deſcripta, & idem de alijs rebus, *& dec.* 367. *num.*16. vbi tamen quòd talis negatiua non probatur ex inuentario minus legitimo, & defectuoſo.

Item probari poteſt ex publico libro Æſtimi, Bart. *in l. decem* 116. *num.*3. *ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. quicumque num.* 21. *C. de ſer. fugit.* Menoch. *conſ.*809. Palma *conſ.* 100. *num.*2.

Cùm tamen in hoc contradictores non deſint, ſatiùs erit adiungere iuramentum hæredis, & ſaltem ſufficiet ad transferendum onus probandi contrarium in aduerſarium, & maximè ad effectum retentionis, benè Pontirol. *d. Reſponſ. num.*567. *&c. ad* 573.

Negatiua non exiſtentiæ aliorum bonorum, imò quælibet alia negatiua quantumuis lata, & nullo limite terminata probari poteſt per miſſione nunciorum publicorum de mandato iudicis, & illorum relationem factam præcedente informatione, & inueſtigatione per eoſdem ſumpta ab ijs, qui veriſimilem notitiam habere poterant, Bart. *in l. in illa* 8. *num.*11. *&c. ff. de verb. obligat. & conſ.* 81. *num.*3. *lib.*1. Corn. *conſ.*126. *num.*20. *lib.* pulchrè Pontirol. *in cit. Reſponſ. num.*573. *& ſeqq. ad* 576. facit *in §. Nuncius num.* 14

Item omni alio argumentorum genere, Pontirol. *loc. cit. num.*576. *&* 577. dixi *ſupra num.*11.

Negatiua quòd bona ſubrogata tanti non valeant, quantum valebant illa, in quorum locum fuerunt ſubrogata, eſt probanda ab excipiente, & allegante, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*763. *num.*69. *cap.*766. *num.*16. 15

Negatiua non receptionis pecuniarum præſumitur de iure, ita vt ea ſola probationis loco habeatur, *l. actor, C. de probat.* Crauet. *conſ.*1. *num.* 11. Duran. *deciſ.* 368. *num.*23. 16

Item probatur ex inſpectione libri, in quo ſoluens erat ſolitus omnes ſolutiones adnotare, ſi illa, de qua quæritur non reperiatur ſcripta, Duran. *d. deciſ.*368. *num.* 38. *&* 39.

Quòd libri probant non tantùm ſolutiones actualiter factas, ſed etiam negatiuam aliorum ſolutionum non factarum ex eo, quia in illis non reperiatur adnotatæ, Ludouiſ. *deciſ.*139. *num.*5. Buratt. *deciſ.*73. *num.* 12.

Digitized by Google

Quòd negatiua, vt quis non ſit debitor communis ærarij probetur ex fide illius Secretarij, iunctis maximè alijs adminiculis, Bich. *deciſ.*238.*num.*25.*&* 26.*& deciſ.*257.*num.*17.

Item negatiua quod res non ſit emphyteutica probatur ex inſpectione libri, in quo res emphyteutæ deſcribi ſolent, ſi ibi non reperiatur, Genu. *de ſcript. priuat. lib.*5. *in notabil. fol.*283.

Qualiter negatiua non ſolutionis ad effectum præſcribendi ſit probanda ab allegante, ſed cùm ſit indeterminata, ac improbabilis dicatur probata eo ipſo quòd contrariam non apparet, quia negatiua præſumitur vbi probari non poteſt, Abb. *in cap. pons num.*14. *de elect.* Bald. *in l. alber ad finem, C. de probat.* Bart. *in l. de atate quæſt.*3. *ff. de minor.* Caſtr. *conſ.*134. *lib.*2. Bald. *conſ.*79. *lib.*2. Crauett. *conſ.* 1. *num.*10. Anton. de Ballis *tract. var. lib.*5. *tit. de cenſur. quæſt.*33. *num.*8. *& ſeqq.* vbi etiam quod probatur eo modo, prout erit poſſibile, vel per confeſſionem partis, vide ſupra *num.* 10.

17 Negatiuæ duæ faciunt vnam affirmatiuam, & ſic affirmant Bart. & alij *in l. duobus, ff.* 3. *verb. ſignif. DD. in l.* 1. *C. de ſer. fugit.* Rot. *deciſ.*639. *num.*2. *part.*1. *Nouiſſ.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*14. *tit.*17. *num.*41. *fol.*269. vbi quòd habeat etiam vim copulatiuæ; ſed quòd Italico, ſiue vulgari idiomate, vel ſermone non currit hæc latina expoſitio, quoniam in eo duæ negatiuæ non important affirmatiuam, vide *in §. Dictio num.* Tuſch. *littera M. concluſ.*27. *per tot.*

Quòd duæ negatiuæ inducant affirmatiuam, quia natura negationis eſt, vt quidquid inueniat deſtruat, vnde cùm ſecunda negatio reperiat præcedentem, ipſam deſtruit, & eius oppoſitum infert Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.*33. *num.*23. *fol.*102. Rot *part.*18. *recent. deciſ.*111. *num.*4. *&* 5. vbi tamen quòd dictio, *ſine*, iuncta cum alia negatiua affirmatiuam non importat, ad tradita per Bich. *deciſ.*483. *num.*14. *&* 17. Dunozet. iun. *deciſ.*748. *&* 760. *&c.*

18 Negatiua, ſiue negatio promiſſa eſt reo, vel ſimilibus quando delictum, vel aliud, de quo quæritur non poteſt probari, cum quilibet ius habeat occulta ſua dicta, vel facta quantum poteſt tegere, & negare; ſi verò agatur de eo, quod probari poteſt, vel adſint legitima indicia, interrogatus iuridicè tenetur dicere veritatem, quamuis indè mortem ſibi, vel aliud malum timeret iuxta magis communem Theologorum ſententiam; probabilis tamen eſt etiam aliorum opinio, vt donec ſubeſt ſpes euadendi licita ſit negatio, de quo vide Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*31. *dub.*2. *&* 3. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.* 18. *num.*44. *& ſeqq. & tit.*23. *num.*207. *&c. fol.*451. Farinac. *quæſt.*160. *num.*294. *& ſeqq.* vide *in §. Delinquens num.* 10. latè Gutierez *in prax. quæſt.*9. *cum tribus ſeqq.* Turrian. *tract. de iuſt. diſput.*50. *dub.*2. *per tot.* Poſſent. *ſing.* 102. *per tot.* vbi etiam ſi interrogetur cum iuramento, quod & alij ſupponunt, Dian. *part.*2. *tract.*15. *reſolut.*26. *&* 27. vbi pluribus hinc inde relatis firmat licitam eſſe negationem, quando debitum non eſt aliàs plenè probatum, & ſic adeſt ſpes euadendi, & latè iterùm Dian. *part.*10. *tract.*13. *per tot.* plenè Thom. Hurtad. *reſolut. moral. part.*2. *tract.*6. *per tot. fol. mihi* 2. *& ſeqq.* vbi plurimis alijs citatis concludit, vt ſupra, & benè totam materiam declarando, etiam quoad teſtes, de quibus dixi *in §. Teſtis num.*14. Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.*2. *lib.*6. *cap.*3. *art.*6. *per tot. fol.* 581. *&c.*

Quòd ſi reus legitimè interrogatus neget delictum, ex quo erat condemnandus in pœnam pecuniariam non teneatur ad reſtitutionem dictæ pœnæ, etiam ipſo facto impoſitæ, quidquid alij contra, probat Dian. *part.*3. *tract.*5. *reſolut.*52. facit quòd dixi *in §. Iudex num.* 19. idem Dian. *part.*4. *tract.*5. *reſolut.*56. latè Zamoran. *de compenſ. diſp.*6. *cap.*3. *& ſeqq.* vbi infert ad reſolutionem plurium caſuum, & quòd ille, cui erat applicanda dicta pœna, non poſſit vti aliqua occulta compenſatione, quia nihil eſt ei actu debitum ante finalem ſententiam.

Qualiter poſſit vti æquiuocatione quando factum, de quo interrogatur excuſari poteſt à peccato ratione alicuius circumſtantiæ, vel qualitatis, idem Dian. *part.*3. *tract.*5. *reſolut.*66. *& tract.*6. *reſol.*30. vbi plura. Sed hodie eſſe prohibitas huiuſmodi æquiuocationes in iurando, vide *in §. Iuramentum num.*58. & latè Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.*2. *tract.*7. *per tot. fol. mihi* 38. *&c.*

An autem reus teneatur iudici reſpondere, & veritatem fateri, ſi teſtium depoſitiones, & inditia ſibi non manifeſtentur, dic quòd non, quia aliter ei non conſtat an iuridicè interrogetur, ac ideò habet ius negandi, vt benè probat Dian. *part.*3. *tract.*5. *reſolut.*91. *& gloſ.*7. *tract.*9. *reſolut.*47.

Quid ſi dubitet an iuridicè interrogetur, idem Dian. *part.*3. *tractat.*5. *reſolut.* 116. vbi refert contrarias opiniones.

An poſtquam fuit damnatus ad mortem teneatur manifeſtare veritatem prius negatam, Dian. *part.*3. *tract.*5. *reſolut.*103. vbi refert contrarias opiniones, & ipſe negatiuam approbat.

Verum autem prætenſus reus poſſit ſibi graue crimen impendere, vt euitet grauia tormenta, & alia, latè Dian. *part.*11. *tract.*1. *reſolut.*14. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones.

Quòd in foro externo negans delictum, de quo interrogatur per iudicem non puniatur de periurio, ſed ſolum Deum habeat vltorem, cùm vnicuique liceat ſuam celare turpitudinem, & ſanguinem ſuum redimere, etiam ſi notoriè, vel per confeſſionem conſtaret de periurio, ita vt nec ſit locus pœnæ extraordinariæ, Clar. *§. fin. quæſt.*45. *num.*8. Guaz. *deff.* 20. *cap.*3. Michalor. *de poſit. cap.*41. *num.*8. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſolut.*11. *num.*3. vbi idem in teſte negante id, quod reſultaret in eius infamiam, vel damnum, vt puniatur de periurio.

Quòd negatio dicatur defenſio, non autem propriè exceptio, Dec. *in l. nemo ex his in fine, ff. de reg. iur. num.*8. *fol. mihi* 291. facit Bertazol. *de Clauſ. clauſ.*29. *gloſ.*9. *num.* 5. ex quo rectè inferri poſſe exiſtimo, quòd inquiſiti de crimine, comparentes, & negantes, cùm valdè ſibi proſit negatio, ſi non ſint conuicti, licèt aliàs non faciant defenſiones, teneantur ſoluere expenſas proceſſus, & vide *in §. Expenſa num.*21. *& in Pract. §. Statuti num.*52. *verſ. Nel qual negozio*, nouæ Impreſſionis.

Negatiua loci, & tempore coarctata an poſſit articulari, & probari poſt publicationem proceſſus, & didiſcita teſtificata in termino dato ad repulſam (ſuppoſito notorio ſtylo Florentino non publicandi proceſſum, niſi poſt factam defenſiones, pro quibus datur ſolùm copia inquiſitionis, & Conſtitutorum, ſiue examinum rei, ſaluo iure repulſandi teſtes, & dicta in termino aſſignando poſt publicationem, iuxta notata in mea Praxi in Præfatione *num.*81. & alibi) fuit quandoque dubitatum, & videbatur 19
admittenda, quia repulſa eſt ſpecies defenſionis, *Clem. ſæpè, §. non ſit, vbi gloſ. de verb. ſignif.* Guaz. *deff.*28. *cap.* 7. *num.*3. Ventrigl. *de repulſ. teſt. annot.*32. *§.*2. *num.*20. defenſio autem à Principe tolli non poteſt, Guaz. *deff.* 29. *cap.*4. *num.*2. cum alijs per me citatis *in §. Defenſio num.*4. & tanto minus à conſuetudine; Nec dubitari poteſt reo competere repulſam non tantùm contra perſonas, ſed etiam contra dicta teſtium, vt tradunt communiter DD. in ſpecie notat Peregrin. *in praxi crimin. de repulſ. teſt. par.* 4. *ſect.*10. *num.*28. *& ſect.*13. *num.*8. *§. Tertium caput*, repulſa autem non poteſt fieri niſi poſt publicationem proceſſus, cùm antea reus ignoret quid contra eum depoſuerint teſtes, & illorum perſonas, ergo publicatio, repulſæ viam non procludit, ſed aperit, ita vt nec etiam obſtet regula *text. in Auth. de teſt. §. quia vero*, quam exornat Farinac. *quæſt.*75. *num.*68. nempè poſt publicationem proceſſus, & didiſcita teſtificata non poſſe examinari alios teſtes ſuper iiſdem, vel directè contrarijs, vt dixi *in §. Teſtis num.*25. quia negatiua coarctata non eſt probatio directa, ſed obliqua, vt ex ſe patet, igitur admittenda etiam poſt publicationem, & didiſcita teſtificata, ex traditis per eumdem Farinac. *d. quæſt.*75. *num.* 139. *limit.*15. vbi quòd licèt poſt publicationem non poſſint examinari teſtes ſuper alijs articulis directè contrarijs, benè tamen poſſunt examinari ſuper indirectè contrarijs; vt puta probando negatiuam iuxta terminos *l. optimam, C. de contrah. & comit. ſtipulat.* Et quòd in termino repulſæ poſſit probari negatiua loci, & tempore coarctata tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ſic repulſari teſtes quoad dicta videlicèt ſi aduerſarius probauit mutuaſſe mihi centum Florentiæ, vel alium occidiſſe tali die, poſſim probare ad repulſandum dicta teſtium, quòd fui abſens tota illa die, colligitur ex doctrina Salycet. *in l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus num.*15. Capyc. *deciſ.*62. Ventrigl. *de re-*

*pulſ. annot.*32. §.22. *num.*22. Peregrin. *in Prax. crimin. Vicar. part.*4. *ſect.*13. *num.*13.

His tamen non obſtantibus in terminis ſupratelati ſtyli Florentini fuit contrarium reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Balliæ Virorum cum voto ſuorum Aſſeſſorum, & approbatione Sereniſſimi Magni Ducis de more, in duabus cauſis ſub die 8. & 9. Februarij 1677. contra Petrum Agnolum, Iulij Cæſaris Biani, & contra D. Zannobium Gannuuiam, nempè in termino ad repulſam dato poſt publicationem proceſſus, non eſſe admittenda capitula ſuper negatiua coarctata reſpiciente abſentiam Inquiſiti à loco, & tempore delicti, ſed benè fuiſſent admiſſa, ſi negatiua reſpeaiſſet abſentiam teſtium, vt dixi *in Præfatione ſupracitata num.*81. & in hac terminis loquitur Salyc. *in d. l. ſi quis teſtibus num.* 15. ibi: *Puta ſi Titius petat centum à Caio, quæ offent ſo ei mutuam in Bononia de menſe Auguſti, & teſtes fuerunt atteſtati hoc fuiſſe verum, quia fuerunt præſentes, & dicta centum numerari viderunt, nunc Caius hoc reprobare volens, articulat, quomodo ipſe, vel Titius de Menſe Auguſti non fuit in Bononia, ſed Romæ, certè hoc non poterit probare per teſtes, ſecus dico ſi teſtes velit reprobare in cauſa ſcientia, puta quia velit probare teſtes in illo loco non fuiſſe de menſe Auguſti, ſed in Roma, quia tunc dico quod poteſt, &c.* Et ratio differentiæ aſſignari poteſt, quia in primo caſu eſſet probatio directè contraria intentione fiſci, & per quam excluderetur delictum iam probatum, ſecus in ſecundo caſu, qui verò percutit repulſam teſtium, dum probatur illorum abſentia à loco, & tempore, de quo atteſtati fuerunt.

Repulſa igitur non impeditur neque defenſio, ſed modus ſeruari debet, maximè quando prout in dictis cauſis locus, & tempus delicti erant expreſſa, & certa in inquiſitione, quo caſu reus ſibi imputare debet, ſi ante publicationem proceſſus negatiuam non probauit, & poſtea non eſt admittendus, quidquid ſecus eſſet quando tempus, & locus non eſſent expreſſa in inquiſitione, vt diſtinguit idem Salyc. *in dict. l. ſi quis teſtibus ſub num.* 15. Farinac. *quæſt.*75. *num.*142. & in his terminis procedere poteſt, ac intelligi debet Ventrigl. qui ſe fundat in doctrina Salycet.

Sed in terminis iuris communis poſſe reum in quacumque parte iudicij poſt publicationem proceſſus, & didiſcita teſtificata examinare teſtes ad probandam ſuam innocentiam, etiam ſuper ijſdem, vel directè contrarijs articulis, maximè vbi agitur de pœna corporali, quidquid ſecus vbi agitur de pœna pecuniaria, & licèt renunciauerit termino probatoris, & defenſionibus, latè pluribus probat Conciol. *reſolut. crim. verb. reus reſolut.*3. *per tot.* vide *in* §. *Teſtis num.*25.

Prædictus autem ſtylus Florentinus fuit abrogatus, & reductus ad terminos iuris in capitulis, ſiue ordinibus erectionis Rotæ criminalis de menſe Maij 1680. in qua ego fui electus Auditor, & primus Prætor, ſiue Præpoſitus.

31 Negatiua non inueniri malefactorem, vt poſſit agi contra Villam, vel Vniuerſitatem vigore Statuti, quòd malefactore non inuento teneatur Vniuerſitas, eſt probanda ab allegante, iuxta regulam, quòd teneatur probare negatiuam, qui ſe fundat in illa, Maſcard. *de prob. volum.*2. *concluſ.*183. vide *ſupra num.*16. *& in* §. *Vniuerſitas num.*2.

32 Multa de negatione, negatiuis, & illarum effectibus remiſſiuè tradunt Caſtelon. *Alphabet. iurid. verb. Negatio, & Negatiua*, & Comite Auguſt. Fontana *Biblioth. legal. part.*5. *eod. verb. fol.*188. *&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in pluribus locis, vt in Indice generali in fine part.*3. *verb. Negatiua, Negatio.*

De negatiua non exiſtentiæ aliorum bonorum, à quo ſit probanda, quomodo, & ex quibus coarctetur, & alia, Iacob. Balducc. in Obſeruat. ad Ramon. *conſ.* 50. *num.* 120. *ac ſeqq.* ac alibi, *vt in ſuo Indice verb. Negatiua.*

§. NOBILITAS. IV.

Nobilitas acquiritur ex natiuitate, officio, & virtute, principaliter autem producitur ex ſcientia, & virtute, potiùs quàm ex natiuitate, & ſanguine, cùm arbor non ex radice, ſed ex fructibus cognoſcatur, vir enim nobilis propriè non naſcitur, ſed fit proprijs dotibus, cùm omnibus vna communis ſit origo, & principium, ac ridiculoſa ſit iactantia de alieno, & non proprio gloriari, & multò plus eſt nobilitatem fundare, quàm fundatam inuenire, vel illam peperiſſe, quàm acceptam ab alijs corripuiſſe, ac nobilitatem morum plus prodeſſe, quàm genitorum, ſicuti egregiè probat videndus Paulus Rubeus *in diſcurſu ad ſtudioſos omnes num.*117. *& ſeqq. & num.*282. *&c. in princ. part.*4. *tom.*2. *deciſ. recent.* Tuſch. *litter. N. concl.*47. vbi quòd eſt duplex, nempè præſumptiua, quæ à ſuis maioribus procedit, & certa, quæ ex propria virtute ortum habet, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*226. *per tot. vol.*1. *& deciſ.*5. *vol.*5. *& ad leg. municip. tit.*5. *art.*1. *num.*11. *&c.* Viui. *comm. opin.*197. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.*1. *concluſ.*1098. Anſald. *conſ.*138. vbi plenè ad interpretationem *cap.*3. *tit.*2. Statutorum Illuſtriſſimæ Religionis S. Stephani. 1

Plura de virtute nobilitati præferenda, quod nobilis non virtuoſus non præferatur ignobili virtuoſo, ac de nobilitate ſcientiæ præferenda nobilitati generis, & alia pluribus citatis Hermoſill. *ad leg. Partit. prol. tom.*1. *gloſ.*3. *fol.*15. *&c.* vbi etiam ex Ariſtotel. *in* 4. *&* 5. *Politic.* notat eum verè nobilem eſſe, cui non deficiunt progenitorum virtutes.

De triplice ordine nobilitatis, ſcilicet generis, iuriſdictionis cum mero, & mixto imperio, & morum, ac virtutis, Bernard. Græc. *in Pragmat. de litter. Forma, &c.* apud Scaglion. *in Comment. ad Regal. Pragmat. Regn. fol.*251. *num.*101. *& ſeqq.* vbi lepidè ſatis oſtendit, ſolam nobilitatem generis à virtutibus disiunctam, eſſe falſam, & mendacem, cùm nemo nec de virtute, nec de vitio parentum ſit laudandus, aut culpandus, & nemo inde verè clarus, aut obſcurus fiat, tales enim nobiles neſciunt niſi ſuperbire, &c. concludendo perfectam nobilitatem debere eſſe cum probitate morum, & virtutis coniunctam, nobilemque verè non naſci, ſed virtute, & moribus effici, hancque eſſe optimam, & indubitatam nobilitatem, & alia ad rem.

Qualiter nobilitas oriatur ex dignitate Epiſcopali, latè Pac. Iordan. *Lucubrat. volum.*1. *Prælud.*11. *per tot. fol.*44. *&c.*

Quòd nobilitas poſſit eſſe ſic in Caſtro ſicut in Ciuitate, Tiraquel. *de Nobilit. cap.*2. *num.*54. Nobilior tamen ſit qui ex Ciuitate nobiliori ortum ducit, Decian. *reſponſ.*84. *num.*21. *vol.*5.

Quòd etiam oriatur ex Doctoratu, cùm virtus præcipuè ſit illa, quæ reddit hominem nobilem, Tiraquel. *de Nobilit. cap.*4. Anſald. *dict. conſ.*138. *de arbitr. caſ.*67. vbi quòd eſt in iudicis arbitrio quando quis dicatur nobilis, vel non, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 590. *num.* 20. Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.*1. *lib.*1. *titul.*1. *num.*60. *fol.*38. vbi benè probat ex Sacra Scriptura, &c. Ariminn. Tepat. *var. ſentent. tit.* 580. *cap.*8. Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appell.*164. *num.*6. vide *in* §. *Doctor num.*3. Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*226. *num.*9. vbi quòd magis dicitur nobilis eo, qui genere eſt nobilis, Sanfelic. *deciſ.*56. vbi quòd extenditur etiam ad filios legitimos Doctorum, & latè Viui. *comm. opin.*197. *per tot.* vbi mirabilia de nobilitate Doctorum, quæ tamen in practica parum, ne dicam nihil attenduntur, temporum, & morum calamitate, & corruptela. De nobilitate virtutis, & Doctorum plura D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.*2. *cap.*9. *num.*58. *& ſeqq.* vbi an tales nobiles poſſint torqueri *infra num* 4. *in fine.*

Qualiter etiam ordo Clericalis nobilitet, Tiraquell. *de nobilit. cap.*9. *num.*4. & latè Thom. Valaſc. *allegat.*6. *per tot.*

Nobilitas habet ſemper magnam præſumptionem pro ſe, nam nobilis præſumitur fidei datæ obſeruantiſſimus, & habet alias bonas præſumptiones, & priuilegia; regulariter tamen non præſumitur nobilitas, Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*59. *&* 60. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.*2. 2

con-

Digitized by Google

concluſ.1094. & 1095. per tot. vide in §. Dolus num. Tuſch. littera N. concluſ.48. & 49. per tot. Rot.part.13. recens. deciſ.421. numer.9. & 10. vbi quòd facit ceſſare omnem delicti, & actionis repræhenſibilis præſumptionem.

Quòd tollat falſitatis ſuſpicionem, idem Altograd. conſ.50. numer.220. lib.1. Rot. part.9. recent. deciſ. 333. num.31. &c. vbi tamen quòd iſta præſumptio ceſſat ea nobilitate, & probitate alterius partis, cùm vna aliam confundat.

Sed omnes iſtas, & ſimiles præſumptiones intelligendas puto in vera nobilitate virtutis, & probitatis, cùm aliàs (vt experientia docet) plures ſint nobiles ſanguine, & origine tantùm perditiſſimæ fidei, & corruptiſſimarum actionum, à quibus magis quam ab ignobilibus, & plebeis cauendum eſt, quia omnia ſibi putant eſſe permiſſa, ita vt hodie iſta nobilitas à virtute, & probitate ſeiuncta, poſſit magnum quandoque eſſe ſceleris, iniquitatis, ac doli, vel fraudis indicium, & experto ſæpiùs crede, ac ideò Doctores, & deciſiones de hac materia loquentes præſupponunt cum nobilitate probitatem.

Aliàs enim plus licentiæ ad ſcelera tribuit, & non eſt honoris, neque laudis, ſed dedecoris, & vituperij, vltrà quod habet nobilitas ſua vitia propria genuina, & innata, vt egregiè de more per plura notat Tiraquell. de nobilit. cap. 22. & 23. per tot.

An nobiles, ſiue ſanguine, ſiue virtute poſſint torqueri, D. Fulu. Maioran. in Opeprax. crimin. lib.2. cap. 9. numer.55. & ſeqq. fol.247. Fontanel. deciſ.228. vbi quod in Cathalonia non torquentur, vbi quòd ſic de conſuetudine, in magnis delictis, & grauioribus concurrentibus indicijs, quàm in alijs, & Ego dixi in §. Doctor, & §. Tortura.

3 Nobilitas probatur per publicam vocem, & famam, nec ammittitur ex eo quòd mater ſit ignobilis, cùm conſideretur tantùm ex parte patris, & quia mulier ignobilis nupta viro nobili illius radijs coruſcat, & efficitur nobilis, l. cum legitimè ff. de ſtat. hom. l. fœmina ff. de ſenat. Tiraquel. de nobilit. cap. 18. Caualer. deciſ.6. & 9. Duran. deciſ.294. numer.20. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. 38. numer.15. & ſeqq. deciſ.69. numer.4. &c. volum.5. & deciſ.109. d. volum.5. & ad leg. municip. tit.5. tit.1. num. 11. & ſeqq. Ricc. Collect. 3373. Cabed. deciſ.73. per tot. part.2.

Item probatur ex communi reputatione, publica voce, & fama, ac per exercitium graduum, munerum, honorum, & officiorum Ciuitatis, quæ ſolis nobilibus dantur, in terminis Conſtitutionum Religionis Hieroſolymitanæ, Caualer. deciſ.68. per tot. vbi concordantes adducit, Rot. part.13. recent. deciſ.150. numer.4. & 5. deciſ.207. per tot. & deciſ.213. per tot. Ludouiſ. cum Beltram. deciſ.498. per tot. vbi plura de puritate ſanguinis probanda, Rot. part.16. recent. deciſ.220. per tot. vbi ad effectum admittendi ad habitum Religionis Ieroſolimitanæ iuxta illius ſtatuta.

Item ex armis, & inſignibus familiæ nobilis ad effectum ſuſceptionis habitus in dicta religione, Merlin. deciſ.164. per tot. Rot. part.13. recent. deciſ.213. num.5. &c. part.16. deciſ.229. vbi quòd dicta inſignia debent eſſe cognita per ſpatium centum annorum, & deciſ.303. per tot. in eadem cauſa, vbi qualiter, & ex quibus probetur retentio, & vſus dictorum armorum, & inſignium, & part. 17. deciſ.130.

Item probatur per libros antiquos, Turett. conſ.14. nu. 15. lib.1.

Item per inſtrumenta antiqua familiæ confecta cum Principe, vel eius miniſtris, ſi in illis aut, & prout fuerint nuncupati nobiles, Genu. de verb. enunciat. lib.2. quæſt. 1. nu.102. fol.29. Rota part.13. recent. deciſ.213. nu.3. & Seraph. deciſ.207. nu 4.

Item ex tractatu Principum erga familiam tamquàm nobilem, & ex alijs, Caualer. deciſ.113. per tot.

Item ex inueſtituris feudalibus, Rot. part.13. recent. dec. 213. nu.6. &c.

Quòd nobilitas tranſeat in deſcendentes, Gratian. diſceptat. 590. num.15. & ſeqq. Bich. deciſ.578. numer.9. probetur ex gradibus militaribus, ex vxoribus, non ammittatur ſine voluntate, & alia, Caualer. deciſ.440. Ricc. Collect. 3986. vbi quòd transferetur ad hæredes ſanguinis in infinitum, & alia plura, Rot. part.13. recent. deciſ.207. numer.2. vbi quòd nobilitas eſt qualitas, ſiue dignitas à claro parentum ſanguine deriuata, & in eorum liberos propagata, per quam nobiles vltra vulgares, & plebeos honorantur, & excipiuntur.

Quòd præſumatur validè, & legitimè probata ſtante obſeruantia quadraginta annorum, & in alijs caſibus, pulchrè Duran. deciſ.422. nu.6. & per tot.

De prædictis, & alijs modis probandi nobilitatem, & ex quibus reſultet nobilitas, latè Ricc. Collect.3886. per tot. & 2177. per tot. & 2028. per tot. 3174. vbi quòd nobilitas non præſumitur, ſed debet probari, & quomodo, Rota part.16. recent. deciſ.229.

Multa de nobilitate, quinam veniant appellatione nobilium, & dicantur nobiles, Barboſ. de appellat. verb. ſignific. appellat. 164. per tot. Tiraquel. tractat. de nobilit. per tot. Ariſmin. Tepat. var. ſentent. tit. 580. per tot. Tuſch. lit. N. concluſ. 48. per tot. vbi etiam quòd nobilitas non præſumitur niſi probetur, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 226. per tot. volum.1. vbi qui ſint nobiles, quibus gaudeant fauoribus, & priuilegijs, qui ſint præferendi, & quomodo probetur nobilitas, & deciſ.5. numer.21. & ſeqq. volum.5. & deciſ.116. d. vol.5. & ad leg. municip. tit.5. art. 1. nu.11. &c. Rot. part.10. recent. deciſ.229. & nouiſſimè Tranchedin. conſult.4.

Quòd nobilitas deriuetur ab aſcendentibus in deſcendentes, non autem à tranſuerſalibus, & ideò macula, praua qualitas, vel ignobilitas fratris, vel ſororis, ſine alterius collateralis non præiudicet nobilitati aliorum, etiam ad effectum Equeſtris dignitatis Hieroſolymitanæ, Merlin. deciſ.279. per tot.

Nobilis an dicatur qui deſiſtit à negotiationibus, & incipit nobiliter viuere, & quòd per ſpatium triginta annorum tollatur omnis macula præcedentis exercitij, & ſaltem dicatur vir honeſtus, vt progenitus ex ruſtico, qui ſi probus exiſtat, & nobiliter viuat poteſt dici nobilis, ad latè tradita per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 976. per tot. vbi etiam pulchrè an nobilitas trahatur à matre. 4

Quòd exercitium agriculturæ, etiam ſuis manibus, dummodò fiat in proprijs agris, nihil detrahat nobilitati, latè Duran. deciſ.294. numer.12. & per tot. Guid. Pap. deciſ.41. per tot. Scanarol. de viſit. carcerat. lib.2. §.4. cap.2. numer.5. &c. Franch. deciſ.128. numer.4. Chriſtin. deciſ. Belgic. 102. numer.4. volum.1. & deciſ.46 numer.11. volum.5. Ricc. Collect.37. & omnium accuratius Tiraquel. de nobilit. cap.32. Fontanel. deciſ.292. num. 16. Conciol. & Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib.6. Rub.1. vbi quod non nocet ad effectum ſuſcipiendi habitum militarem, & alia.

Et agriculturæ plures laudes, atque vtilitates refert Boer. deciſ.322. numer.11. & meliùs Tiraquel. loc. cit.

Quòd nobilitas non ammittatur per exercitium artis aromatariæ, & in omnem caſum exercitium cuiuslibet artis repugnantis nobilitati, noceat ſolum quamdiù quis in eo verſatur, & non vltra, Mandel. conſ.43. per tot. Ricc. Collect.37 vide Tiraquel. de nobilit. cap.33. & cap.35. per tot. Fontanel. deciſ.292. vbi plura, an, & quando nobilitas ammittatur per artes humiliores, & ſordidas, ac illarum exercitium.

An, & quando per mercaturam ammittatur nobilitas, vel non, vide Tiraquel. de nobilit. cap.23. in fine, & cap. 27. num.7. Menoch. conſ.9. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.106. numer.6. &c. volum.3. & deciſ.26. volum.5. & deciſ.46. numer.13. & 14 volum.5. Ricc. Collect.37. vbi plura ex quibus cauſis ammittatur nobilitas, & Collect. 2177. & 4196. in fine, vbi quòd ammittitur per mercaturam, niſi adſit conſuetudo, prout Florentiæ, Genuæ, Venetijs &c. Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ.322. num.10. & ſeqq. vide in §. Mercator numer.24. Rot. per Farinac. part. 1. tom.1. deciſ.297. numer.9. & 10. Gibalin. de vniuerſ. negot. lib.3. cap.1. art.4. fol. mihi 13. &c. vbi refert contrarias opiniones concludens iure Gallico negotiationem nobilitati derogare, in alijs verò locis ſeruandam eſſe conſuetudinem.

An ammittatur per vitam meretricalem in muliere, vide in §. Meretrix numer.1. Tuſch. littera N. concluſ. 30. vbi quòd ſic, per text. in l. Senatoris filia ff. de rit. nupt.

Quòd nobilitas familiæ conſeruetur per alios, licèt alijqui

Digitized by Google

qui ceſſauerint in actibus nobilitatis, & patris negligentia non præiudicet filijs, nec alijs deſcendentibus, Ricc. *Collect.* 3986. *&* 733. *infra nu.* 8.

Quòd nobilitas non ammittatur per artem Chirurgiæ, imò Doctor Chirurgiæ efficiatur nobilis, & maximè ſi ſit etiam Doctor Medicinæ, Franciſ. Ant. Tranchedin. *conſult.* 76. *per tot. ſupra nu.* 1. *in fine*.

5 Nobilis, qui propter delictum ſuum nobilitatem ammittit, perdit quidem priuilegia honorifica, non autem oneroſa, quibus nobilis magis grauatur, quàm ignobilis, ne ea culpa ſua commodum conſequatur, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 24. *numer.* 7. *& ſeqq.* Bart. *in l.* 1. *Cod. de dignit. lib.* 10. Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 39. *fol.* 73. *& cap.* 31. *effect.* 2. *num.* 7. *fol.* 97. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 52. *nu.* 8. *vol.* 5.

Quòd nobilis non puniatur pœna furcarum, ſed capitis, etiam pro delictis infamantibus, Franch. *deciſ.* 569. vbi loquitur iuxta conſuetudinem Neapolitanam, *& deciſ.* 630. vbi etiam de alijs pœnis nobilium, & quomodo probetur nobilitas, Paul. Chriſtin. *ad leg. municipal. tit.* 2. *art.* 1. *num.* 9. vbi quòd nobilis ratione furti raro ſuſpenditur, ſed decapitatur, Sanfelic. *deciſ.* 56. Capyc. Latr. *deciſ.* 183. vbi latè de pœnis nobilium, & ignobilium, & an, & quando pœna ignobilium poſſit dari nobilitas, & alia ad rem.

Quando nobilis puniatur ſicuti plebeus pœna furcarum, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 99. *numer.* 104. *& ſeqq.* Sperel. *deciſ.* 185. *numer.* 38. *&c.* Ricc. *Collect.* 2177. Sanfelic. *deciſ.* 56. Ganauer. *deciſ.* 18. *per tot.* vbi quòd de iure nobilitas non excuſat à pœna infami committentem turpe delictum, quia pœna non irrogat infamiam, ſed cauſa, dicit tamen in crimine falſi, de quo agebatur fuiſſe pro maiori parte inclinatum in pœnam relegationis, contemplata ſemper nobilitate; ac ita ſemper ego ſeruaui, & ſeruatum vidi Florentiæ, imponendo pœnas, habita ratione nobilitatis, quando verè agebatur de perſonis nobilibus.

6 Nobiles an, & quando præfetantur popularibus, & Clero in deferendo haſtas palij in ingreſſu Epiſcopi, & ſimilibus functionibus, Franch. *deciſ.* 253.

Plura de nobilibus præferendis in honoribus, & muneribus gerendis, in cuſtodia Portarum Ciuitatis, & locorum obſeſſorum ex Tiraquel. *de nobilit.* & D. Thoma, ſacris paginis, alijſque Philoſophorum monitis notat Sanfelic. *deciſ.* 288. *per tot.* & nouiſſimè Franciſc. Anton. Tranchedin. *conſult.* 4. *per tot.* plenè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 6. *per tot. & cap.* 17. *num.* 42. *& ſeqq.*

7 Nobilitas an acquiratur à plebeo per adoptionem de eo factam à viro nobili, ita vt gaudere debeat priuilegijs nobilium, diſputat hinc indè Dian. *part.* 8. *tractat.* 7. *reſolut.* 87. vbi negatiuè concludit, allegat Tiraquel. *de nobilit. cap.* 15. *numer.* 5. & alios facit Sanfelic. *deciſ.* 324.

Qualiter Princeps poſſit nobilitare ignobilem, quæ requirantur, vt quis nobilis fiat, & priuilegijs nobilium gaudeat, an nobilitas officijs, & virtute quæſita à patre continuetur à filijs, quid ſi fuerit acquiſita poſt natiuitatem filiorum, an eoſdem nobilitet, & alia de hac materia Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 5. *num.* 21. *& ſeqq. per tot. d. volum.* 5. Sanfelic. *deciſ.* 324. *num.* 5. *&c. deciſ.* 376. *cum Addit.* vbi plura de nobilitate à Principe, vel feudo deriuante, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 6. *&* 7. *per tot.* Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt.* 55. *numer.* 63. *& ſeqq.* vbi quòd nobilitas quoad eius eſſentiam, & ſubſtantiam non poteſt à Principe concedi, ſed benè quoad ipſum ius, & effectum nobilitatis, exemptionis, & priuilegij, Cabed *deciſ.* 73. *part.* 2. & latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 17. *per tot.* vbi quod Princeps poteſt verè nobiles efficere, plenam, & vniuerſam nobilitatem tribuere, intelligendo de nobilitate politica, quæ eſt de Regalibus Maioribus, non autem vt poſſit ipſum ius ſanguinis, & nobilitatis concedere, & cautè ſemper agere debet in concedenda nobilitate plebeis, & indignis, ſed potiùs illo ditare, quàm nobilitare, niſi in eis adſint clara, & ſtrenua facta, & virtutes, cùm nobilitatis pretium debeant eſſe virtutes, & non pecunia, aliàs nobilitas empta in deriſum apud nobiles cedit, & ipſis emptoribus in opprobrium, prout hæc, & alia ad rem pluribus citatis probat idem Portugal. *vbi ſupra* & Cyriac. *controu.* 21. *per tot.* vbi in principio ponit formulam à Sereniſſimo Mantuæ practicatam cum quadam filia ruſtici; vt poſſet illam quidam nobilis amore captus in vxorem ducere, non obſtante prohibitione patrui teſtatoris ſub pœna amiſſionis hæreditatis.

An autem baſtardi nobili ſtirpe nati gaudeant priuilegijs nobilium, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 46. *num.* 15. *& ſeqq. vol.* 5. Tiraquel. *tract. de nobilit. cap.* 15. vide *in* §. *Filiatio num.* 10.

Quòd non ſint anguſtiandæ probationes nobilitatis, nobilitas proueniens à ſanguine numquam ammittatur, etiamſi in Ciuitate non adſit diſtinctio inter nobiles, & plebeos quoad munera publica, poſſit procedere à Principe, & alia, Rot. *in Interamnen. habitus* 20. *Februarij* 1641. coram Royas *part.* 9. *recent. volum.* 1. *deciſ.* 6. *per tot. & part.* 13. *deciſ.* 150. *& deciſ.* 207. Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 55. *num.* 45. *& ſeqq.* vbi quod nec per tranſactionem poteſt nobilitati ſanguinis præiudicari, vel renunciari, & quare.

Nobilitas proueniens à ſanguine non ammittitur per exercitium alicuius artis, maximè per alium exercitatæ, veluti Datij, vel Notariatus, quia non poteſt præiudicari nobilitati, ab Anteceſſoribus in poſteros deriuatæ, quidquid ſit in nobilitate ex priuilegio Principis proueniente, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 35. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 29. *numer.* 25. *&c.* cum alijs per Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 213. *numer.* 10. *& ſeqq. ſupra numer.* 4. *in fine*, *& in* §. *Notarius numer.* 1. adde Vrceol. *d. quæſt.* 55. *numer.* 45. *& ſeqq.* vbi quòd in cauſa nobilitatis ſanguinis non valet tranſactio, ſiue ſit contra nobilitatem, ſiue fauore nobilitatis, & quare, dictam diſtinctionem ſequitur Franciſc. de Amaya *in l. vn. C. de infamibus num.* 81. *& ſeqq. fol.* 393. vbi alia plura ad rem. 8

Quòd nobilitas ſanguinis tranſeat in filios, ac alios deſcendentes, etiam vltra pronepotes, tamquàm deſcendens à radice in omnes poſteros, præcipuè maſculos, imò etiam in fœminas nuptas, & alia plura ad rem per iura, & exempla, Cabal. *conſ. deciſ.* 129. *per tot. lib.* 2.

Quòd nobilitas ex parte patris non denigretur per ignobilitatem matris, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 137. *per tot.*

Obſcuratur tamen per aſſumptionem notariatus, & ideò natus ex patre, aut auo ſcriba, vel notario, aut tabellione publico non admittitur in Religione Hieroſolymitana pro fratre milite, ſed tantùm ad ordinem Capellanorum, & fratrum ſeruientium iuxta dictæ Religionis ſtatuta, quantumuis aliàs deſcendat ex nobilibus ſanguine, nomine, & armis, qui ammittitur, vel ſaltem obſcuratur nobilitas per exercitium artis notoriatus, quæ vile officium à multis reputatur, licet in aliquibus locis particularibus non ita, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 297. *per tot.* vide *in* §. *Notarius num.* 1.

Nobilitas qualiter communicetur hinc indè inter virum, & vxorem, ita vt ſicuti vir nobilis reddit vxorem ſuam nobilem, licèt aliàs ſit infimæ conditionis, ſic & vxor nobilis, vel titulata efficiat virum ſuum nobilem, & titulatum, ſaltem de æquitate, & conſuetudine in aliquibus locis, ac etiam de iure ſecundum aliquos, vt petitis iuris principijs, latè tuetur diſputando Ant. Pichard. *Pract. Inſtitut. diſp.* 2. *per tot. fol.* 179. *& ſeqq.* ad ornatum, & explicationem, *l. ingenua* 3. *& l. adremus* 7. *C. de Murilegulis &c. lib.* 11. & ego dixi *in* §. *Maritus nu.* 32. *&* §. *Vxor num.* 2. adde Tiraquel. *de nobilit. cap.* 18. *per tot.* 9

Nobilitas ſecundum aliquos nihil re vera eſt, ſed quid inane, & merum hominum figmentum, vel vt Logici dicunt ens quoddam rationis, quia de iure naturæ omnes æquales naſcuntur; Sed tamen de iure humano eſt quid politicum, ſiue morale, cuius ratione vna familia clarior, & magis æſtimabilis redditur alia, vel ratione ſtirpis, vel ratione virtutis; Maior autem eſt nobilitas propriæ virtutis, quàm illa, quæ ex ſolo genere prouenit, nam qui propria virtute ſiue in armis, ſiue litteris alios eminet, nobilior eſt illo, qui ex nobili familia progenitus ignauus, iners, atque vitioſus exiſtit, quia illi nobiles verè habendi ſunt, qui habitum habent aptum ad operationes virtuoſas: non tamen ſpernenda eſt nobilitas generis, cùm & ipſa in virtutibus parentum radicetur, quorum filij partes ſunt, ſed ſi ipſi à parentum virtute deficiant, ſuoque vitio a claritare 10

Digitized by Google

ritate generis cadant, illud improbant, ſi verò parentum virtutes imitentur, præferendi ſunt virtuoſi, & nobilibus recentioribus, multum etiam ad nobilitatem conferre diuitias, & alia ad rem, Salzedo *Politic. de Regim. Princip. lib. 3. cap. 22. Differt. 42. per tot. fol. mihi* 314. *&c.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 9.* & alibi plenè de materia per totum tractatum, quibus adde Anſald. *conſ.* 138. *per tot.* vbi plura de nobilitate virtutis, & generis, & qualiter iſta vltima ammittatur, vel obſcuretur propter officia, vel artes mecanicas &c. Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part. 1. lib. 1. cap. 5. num. 53. & ſeqq. per tot. fol.* 36. vbi plura de multiplici nobilitate, nempè naturali ex eminentia, & perſpicaci iudicio rationis proueniente; parentali ex præeminentia quadam notabili, & laude conditionis parentum orta; honeſtati ex beneplacito honeſtatis per promotionem ad Magiſtratum, vel dignitatem deriuante; virtuali ex aſſuefactione, & habituatione virtutum moralium procedente, quæ tamquàm ab electione, & ex intrinſeco proueniens eſt omnium præſtantiſſima, cùm eam, non aliena, ſed ſua virtute, & animi magnitudine quis adipiſcatur; & ſupernaturali, quæ prouenit ex charitate, & ſupernaturali gratia, per quam homo per adoptionem efficitur filius Dei, Anima ſponſa Chriſti, & Spiritus Sancti templum, & ſine iſta nobilitate, cæteræ nihil ſunt, nihil proficiunt, ſed potius nocent; quia ſæpè quod altum eſt hominibus, abominabile eſt apud Deum, & habetur 1. Regum cap. 2. *Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contempſerint me, erunt ignobiles,* quod latè explicat Tiraquel. *de nobilit. cap.* 21.

Plura de nobilitate, & eius denominatione, vnde proueniat, an ex diuitijs, virtutibus, ſcientijs, voluntate Principis, feudo, iuriſdictione, militia, Clericatu, conſuetudine, ſtatuto, aſtris, patria, & huiuſmodi, an puniatur qui falsò nobilitatem profitetur; quomodo acquiratur, an præſcriptione, deriuatione ab aſcendentibus, deſcendentibus, tranſuerſalibus, & coniugibus; quò antiquior eo maior, de eius prærogatiuis, priuilegijs, & commendatione; multa contra eos, qui ſine virtute ſola nobilitate gloriantur, ſua nobilibus eſſe vitia, à quibus longè abeſſe oportet. Quibus modis amittatur, an per infamiam, & vitæ turpitudinem, paupertatem, religionem, artes viles, iudicaturas, aduocationem, procurationem, medicinam (quamuis ſuper Aſtra tollit à pagina 168. ad 354.) agriculturam, mercaturam, picturam, poeſiam, hiſtrionam, muſicam, exactionem vectigalium, notariatum, coquinam, piſtoriam, fabrilem, tabernariam, præconiam, ſcribam, monetariam, arenariam, vnguentariam, pigmentariam, ſuſoriam, architecturam, figulariam, ſutoriam, & ſimiles artes; An per exercitium ſordidarum præiudicetur poſteris, an per furorem &c. An ſententia lata in cauſa nobilitatis faciat ius, & ſtatum inter alias perſonas; An nobiles poſſint cogi eſſe tutores ignobilium, & è contra, aliaque plura ſingillatim, & eruditiſſimè de more explicat adeundus ſemper in hac materia Tiraquel. *tract. de nobilit. per tot.* vltra alios ſupracitatos, Fontanel. *deciſ.* 218. & 219. & plenè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 17. per tot.* vbi quod nobilitas nil aliud eſt, quàm communis hominum loci exiſtimatio, & opinio; diuiditur in Theologicam, naturalem, mixtam, & politicam, ſiue ciuilem; vel ſecundum alios oritur ex virtute, quæ Theologica dicitur, & omnibus eſt præſtantior, vel ex ſtirpe, & generatione, quæ naturalis appellatur, vel ex mera liberalitate, ſinceroque Principis affectu, quæ politica, & ciuilis nuncupatur, de qua vltima quæ eſt de Regalibus Maioribus Principis ex profeſſo agit *Portug. loc. cit.* ac de alijs incidentes plura reſoluit.

11 An autem nobilis poſſit nobilitati renunciare, & eius priuilegijs, Couaruu. *in cap. quamuis pactum in princip. 2. part. de pact. in 6.* Guitierez. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 16. num. 37. & ſeqq.* Cenallos *comm. contron. comm. quæſt.* 688. Gratian. *diſcept.* 328. *nu.* 21. Garzia *de nobilit. gloſ. 6. nu.* 18. Capyc. Latr. *deciſ.* 183. *nu.* 43. Valeron. *de tranſact. tit. 3. quæſt. 2. nu.* 20. Antunez. Portugal. *d. cap. 17. num. 97. & ſeqq.* vbi plures allegat pro vtraque opinione, & affirmatiuam ipſe approbat.

12 De triplici nobilitate, naturæ ſcilicet, morum, & familiæ; prima tamquàm proueniens à Deo omnibus eſt communis, ſecunda enitet ex animi ornamentis; tertia (de qua præcipuè tractat Auctor) vndè proueniat, ex quibus cognoſcatur, an paterna, vel materna ſplendidior, vtraque iuncta magis perfecta, an aſcendat, ſicut deſcendit, an communicetur inter fratres, inter virum, & vxorem, an ad omnes filios emanet, etiam ante partam nobilitatem ſuſceptos, adoptiuos, & illegitimos, an ctor familiæ nobilis an nouus, nobilitas eo illuſtrior quo antiquior, & quare; cauſæ effectrices gentilitiæ nobilitatis ſunt prudentia ciuilis, & militaris, morum probitas, ſcientia, diuitiæ, & Principum gratia, adiutrices virtutes, & ſcientiæ, quarum ſit præſtantior, ſicut & diuitiæ, varij nobilitatis gradus, an aduocationis peritia conferat ad nobilitatem, vel è contra: nobilitas gentilitia ex quibus maculetur per humanarum rerum viciſſitudines, & volubilitates, cur filij ſæpè degenerent à parentibus, an perdatur per cauſas oppoſitas cauſis, quibus acquiritur, per quæ ſcelera, & vitia obſcuretur, per conditiones ſeruiles, per quas artes, & illarum diuiſio, an per paupertatem, augetur autem, & ornamenta recipit ex diuitijs, liberali educatione, generoſitate, doctrina, fide, conſtantia, liberalitate, beneficentia, modeſtia, comitate, alijſque virtutibus otij, & negotij, prout omnia hæc ſingillatim explicat, & exemplis exornat Vincent. Turturet. *hortis ſucceſſ. de nobilitat. gentilit. per tot.* & Philip. Paſchal. *de patr. poteſt. part. 4. cap. 2. per tot. cum addit. Prati.*

De nobilitate, & nobilibus multa deciſa refert Thoro 13
Compend. deciſ. Neapol. part. 1. 2. & 3. fol. 2. verb. Nobilitas, & plura remiſſiuè Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Sanguis,* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Nobilitas fol.* 194. *&c.*

§. NOMEN. V.

NOmina teſtium in cauſa hæreſis, vel alia graui non 1
ſunt edenda reo, vbi adeſt ſuſpicio propter potentiam illius, & ſi dantur debent dari confuſa, & ſeparata à dictis illorum, ne poſſit reus ſcire quid vnuſquiſque depoſuerit, Clar. §. *fin. quæſt. 49. verſ. tertio, & quæſt. 53. lit. A.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 44. per tot.* vbi quòd etiam in ciuilibus non ſunt edenda nomina teſtium, ſtante diſparitate litigantium, & potentia aduerſarij arbitrio iudicis æſtimanda, Creſp. de Valdaur. *de obſeruat. 90. per tot.* Benintend. *deciſ.* 74. Honded. *conſ. 101. lib. 1. nu.* 40. *& ſeqq.* vbi de nominibus teſtium ad defenſam an ſint edenda fiſco, & querelanti, & negatiuè concludit; ſed ego ſemper vidi contrarium ſeruari.

Quòd ſint edenda indiſtinctè, præterquàm in crimine hæreſis, vt reus poſſit videre quid vnuſquiſque illorum depoſuerit, maxime vigore Bullæ Pauli V. *Rub. de iud. crim.* Guaz. *deff. 24. cap. 3. nu. 8. & 9.* vbi quando non ſint edenda ob periculum ſubornationis; & vide Conciol. *reſ. crim. verb. reus reſolut. 4. per tot.*

An in iudicijs Regularium ſint reo manifeſtanda nomina teſtium, Dian. *part. 11. tractat. 3. reſolut. 7. per tot.*

Quid ſeruetur in ciuilibus, ac etiam in criminalibus, vide *in* §. *Teſtis nu.* 60.

Nomen ſibi mutare non eſt prohibitum, niſi fiat cum 2
fraude, & in alterius detrimentum, vel deceptionem, *l. 1. vbi DD. C. de mut. nom.* latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 318. *per tot.* Clar. §. *fin. quæſt. 83. verſ. ſi quis &c.* Farinac. *quæſt. 150. part. 5. num. 136. & ſeqq.* Boniſac. *de furt. §. 1. num. 93. fol. mihi* 28. dixi *in Pract.* §. *Falſit à num.* 21. vbi quòd ſtante dolo, & deceptione intrat pœna arbitraria, vide *in* §. *Mutatio numer.* 3. Pichard. *Pract. Inſtitut. part. 3. tit. de pœn. omn. delict. numer. 87. fol.* 103. Viui. *comm. opin.* 540. vbi etiam plura de bono, & malo nomine, ac eius effectibus, & idem de inſignijs, & armis alienis, vt licitum ſit illis vti, ſi non tendat in alterius præiudicium; non tamen inſignijs dignitatis à non habente illam dignitatem ſub pœna falſi, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib. 4. Rub. 50. per tot.*

De habente plura nomina principaliter, an omnia ſint exprimenda, vt habeatur identitas perſonæ, latè Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part. 3. ſeſſ. 2. verb. Nomen vnicum,* vel plura, & alia de nominibus ad diuerſos effectus, Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Nomen.*

Nomina debitorum etiam extra territorium veniunt in 3
confiſcatione, & pertinent ad fiſcum Principis, ſiue iudicis condemnantis, cùm ſequantur perſonam creditoris, & cen-

Digitized by Google

cenſeantur de territorio illius, niſi ſolutio ſit alibi deſtinata, quia tunc dicerentur de illo territorio, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 268. *numer.* 4. *&c.* Franch. *deciſ.* 93. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 581. *num.* 9. vbi de quo loco dicantur ad effectum cognoſcendi quodnam ſtatutum præualeat in illorum ſucceſſione, Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 142.

An actionis, & nomina debitorum circumſcribantur loco, in cuius perſona dicantur reſidere, & de cuius loco eſſe, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 252. *vol.* 1. *& deciſ.* 5. *vol.* 2. vbi cuius loci conſuetudines ſequantur, *& deciſ.* 60. *&* 61. *vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 39. Merlin. *deciſ.* 828. *num.* 17. *&c.* vbi quòd dicuntur de loco, in quo exigi poſſunt, vide *in* §. *Actio nu.* 20.

Quòd Florentiæ vigore legis de anno 1555. nomina debitorum quoad confiſcationem intelligatur eſſe de loco, in quo repertuntur ſcripturæ, & libri il' continentes, Cabal. *d. caſ.* 268. & dixi *in Pract.* §. *Confiſcatione nu.* 3. *&c.*

An autem debitores poſſint ſoluere delinquenti, vel fiſco, vt remaneant liberati, vide Boſſ. *tit. debitor an delinqu. ſoluere*, Peregrin. *loc. ſupra cit. numer.* 176. *&c.* Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 24. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 116. §. 2. *nu.* 65. *&c.*

Quòd cenſus dicatur extare in loco, vbi eſt fundus cenſitus, Gabriel. *conſ.* 141. *num.* 15. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 586. *num.* 6. Rot. *part.* 8. *recent. deciſ.* 144. *numer.* 13. *&* 14. *& deciſ.* 290. *numer.* 8. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 342. *numer.* 1. vbi ad effectum, ne in eo procedat ſtatutum fœminarum excluſiuum ſi ſit fundatus extra territorium.

Nomina debitorum veniunt in tacita hypotheca, ac etiam in expreſſa, quando fuit ſimpliciter facta obligatio bonorum, ſecus autem ſi fuerit dictum mobilium, & immobilium, quia tunc non continentur, cùm faciant tertiam ſpeciem, Capyc. *deciſ.* 129. *num.* 4. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 8. *num.* 3. Neguſ. *de pignor. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 8. *&c. membr.* 4. *num.* 84. latè videndus Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 29. *per tot. cum pluribus ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 507. *per tot.* vbi etiam docet modum practicandi, & agendi contra huiuſmodi nomina obligata, & an ſit neceſſe citare debitorem principalem, qui illa obligauit, facit *in cap.* 271. *num.* 27. *&c.* vide *in* §. *Creditor numer.* 34. *&* §. *Saluianum num.* 5. Tuſchus *littera I. concl.* 494. *& lit. N. concl.* 65. *per tot.* vbi etiam qualiter exigantur, & poſſit debitor ſoluere ſuo primo creditori, & liberetur, non interueniente aliquo ex requiſitis *in l.* 2. *C. de nouat.* vide *in* §. *Ceſſio nu.* 28. *&c.* latè Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 299. Noguerol. *allegat.* 35. *per tot.*

Quòd veniant in dicta hypotheca nomina debitorum etiam conditionalia, & in diem, licèt ante purificatam conditionem, vel diem non poſſint exigi, Borboſ. *de appellat. verb. ſignific. appell.* 35. *numer.* 2. *&c.* vide *in* §. *Bona numer.* Sanfelic. *deciſ.* 210. Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæſt.* 29. *numer.* 19. Anton. Gob. *tractat. ad l. benè à Zenone C. de quadr. præſcript. quæſt.* 2. *num.* 31.

Quòd vigore Statuti Florentini poſſit debitor debitoris executiuè conueniri quemadmodum ſi creditor ipſe conueniret ſuum debitorem immediatum, Magon. *deciſ. Flor.* 94. *in fine*.

Nullum tamen Magiſtratum, vel Officium Ciuitatis Florentiæ, nec eorum miniſtros poſſe grauare, vel grauari facere, vel conſentire, ex quauis cauſa, debitores debitorum Communis, ſed tantùm ipſoſmet debitores immediatos, ſub pœna nullitatis ipſo iure, & reuocationis abſque vlla expenſa, vel damno, ſiue intereſſe talis debitoris grauari, ac inſuper florenorum decem, vide aliam legem municipalem de die 16. Iunij 1491. de qua in allegationibus criminalibus penes me *vol.* 3. de anno 1679. D. Franciſci Cencini.

An ex dicta hypotheca tranſeat vtilis actio ſine ceſſione in creditorem, vt agere poſſit contra nomen debitoris obligatum, maximè controuerſam dicit Altograd. *conſ.* 37. *num.* 34. *&c. lib.* 1. vbi videatur firmare quòd ſic, & Matt. Medic. *exam.* 36. *numer.* 25. *&* 44. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 63. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 209. *num.* 1. *& ſeqq.* Noguerol. *allegat.* 35. *numer.* 4. 16. *& ſeqq. per tot.*

Quomodo agendum ſit, & quid narrari debeat, Pract. Papp. *act. hypoth. gloſ. ex memoratis cauſis numer.* 14. Tuſch. *d. concluſ.* 63. *numer.* 35. Noguerol. *dict. allegat.* 35.

Quod nomen debitoris, etiam ſui ipſius veniat in hypotheca, & poſſit ſibi ipſi ex alia cauſa creditori eſſe hypothecatam, & retineri, Soccin. *conſ.* 180. *colum.* 3. Capyc. *deciſ.* 88. *numer.* 3. *&c.* Franch. *deciſ.* 53. *per tot.* Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 3. *numer.* 21. *&c.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 328. *&c. num.* 352. *& ſeqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 1. *&c.* vbi latè an debitor in hoc nomine à ſe debito, ſibique ex alia cauſa creditori, hypothecato, ſit alijs præferendus ſaltem mediante compenſatione, quæ fiat ipſo iure, & extinguat debitum, & negatiuè concludit contra Gait. *loc. cit. num.* 355. *&c.* & Scacc. *ab eo relatum*, & eo quia compenſatio non fiat in præiudicium anteriorum creditorum, vt dixi *in* §. *Compenſatio nu.* 26. *&* §. *Creditor num.* 63. & certè vt verum fatear res eſt hincindè valdè dubia per rationes, & auctoritates, in quibus nec Rota fuit conſtans, vt dixi in locis citatis.

Qualiter autem extinguatur hypotheca per ceſſionem alteri factam, ita vt non poſſit creditor contra tertium illam proſequi, fuiſſe deciſum in cauſa reuiſionis, teſtatur Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 274. *volum.* 1. facit quòd dixi *in* §. *Hypotheca num.* 54. vide *in* §. *Creditor numer.* 34. Intellige quando fuit extinctum nomen, ſecus ſi ſimpliciter ceſſum, vel alienatum, ſiue de eo tranſactum, ad tradita per Merlin. *deciſ.* 2. *per tot.* Anton. Gob. *tractat. ad l. benè à Zenone Cod. de quadr. præſcript. quæſt.* 2. *num.* 32. *&c.* vide Larream *alleg. fiſcal.* 22. *vbi plura*, Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæſt.* 29. 30. *&* 32. plenè Rot. *part.* 15 *recent. deciſ.* 209. vbi plura hincindè concludit, nomen debitoris non poſſe alteri cedi, vel in ſolutum dari in præiudicium eius, cui primò fuerat hypothecatum, ac ideò anteriori creditori competere Saluianum aduerſus dictum nomen ceſſum donec adeſt, ſecus autem ſi fuerit extinctum per ſolutionem ipſi creditori factam per quam debitor remanet liberatus, dixi *in* §. *Creditor nu.* 34. ad Noguerol. *alleg.* 35. *per tot.* vbi etiam quid in delegatione, & alia plura de modo procedendi.

5 Nomina debitorum non veniunt in legato vſusfructus mobilium, & immobilium, cùm faciant tertiam ſpeciem, *l. quam Tuberonis* §. *pen. ff. de pecul. l. à diuo Pio* §. *in venditione*, vbi Iaſ. *in* 4. *not. ff. de re iud.* Bart. *conſ.* 50. cum alijs per Crauet. *conſ.* 300. *in fine*, plenè videndus Ger. Spin. *conſ.* 8. *per tot.* vbi loquitur etiam non obſtantibus quibuſcumque dictionibus vniuerſalibus, & geminatis, cùm ſemper referantur ad expreſſa.

Quòd iura, & actiones non computentur inter mobilia, & immobilia, ſed faciunt tertiam ſpeciem, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. P. concluſ.* 494. *per tot. & litt. M. concluſ.* 62. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 252. *vol.* 1. *& dec.* 5. *num.* 2.

Quando veniant in legato mobilium, latè Magon. *deciſ. Flor.* 146. *per tot.*

Quòd nomina debitorum non veniant in legato, vel donatione omnium bonorum, quæ quis habet in tali loco, cùm illa loco non circumſcribantur, *l. quæſitum*, §. *Papinianus de fund. inſtruct.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 256. *nu.* 5.

Qualiter veniant in reſtitutione fideicommiſſi, ſiue ſint exacta, ſiue non, & quid ſi ſint facta deteriora, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 625. *per tot.*

6 Nomina debitorum non tanti æſtimantur quantum ſit in nomine, ſed quantum exigi poteſt à debitore, nam idoneitas, & qualitas illius debet æſtimari à futuro euentu, & incertitudo exigendi facit cenſeri iuſtum pretium illud, quòd aliàs foret iniuſtum, Magon. *deciſ.* 129. *numer.* 6. vide *in* §. *Pretium numer.* 2. §. *Pecunia num.* 14. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 110. *per tot.* vbi qualiter debitor cum dilatione poſſit conſequi liberationem à toto, ſoluendo tantummodò partem ante tempus.

7 Nomen debitoris datum, & conſignatum creditori, *in riguardo del ſuo credito*, videtur tantùm datum pignori, & non ceſſum, cùm illa verba *in riguardo* pignus tantùm, & cautionem, non autem ceſſionem præſeferant, quo caſu non tenetur creditor exigere, nec aliquam diligentiam adhibere, ſed poteſt ad libitum contra ipſum debitorem agere, vel contra nomen ſibi obli-

Digitized by Google

obligatum, etiam ſine excuſſione ipſius principalis debitoris, pulchrè Altograd. *conſ.* 37. *numer.* 18. *& ſeqq. lib.* 1. vbi tamen in caſu ſuo oſtendit huiuſmodi traditionem non fuiſſe ſimplex pignus, ſed ceſſionem, ex qua ſequitur alia concluſio infraſcripta, & benè docet *nu.* 39. *& per tot.* quando dicatur nomen datum pignori, vel obligatum, ſiue ceſſum.

An autem nomen debitoris poſſit pro parte, vel in parte cedi, renuente debitorem ceſſo, latè Olea *de ceſſ. iur. tit.* 3. *quaeſt.* 12. & dixi *in* §. *Ceſſio nu.* 50.

8 Nomen debitoris quando fuit traditum creditori, & ab illo acceptatum, licèt non ſolutum, nec in præſentia ipſius debitoris, ex quo excluditur nouatio, & delegatio liberans debitorem tradentem, vel cedentem, tamen dicitur ſimpliciter ceſſum, ita vt quamuis non faciat ſolutionem, nec liberet cedentem, ſed actio primæua remanear in ſuo robore, ac cedens teneatur præſtare debitorem ceſſum locupletem, & ſoluendo, aliàs contra ipſum cedentem detur regreſſus, & periculum nominis debitoris ceſſi ſpectet ad cedentem non ad ceſſionarium, tamen hæc omnia debent intelligi cum moderamine, nempè ſi ceſſionarius diligentiam adhibuerit pro exactione nominis debitoris ceſſi, illiuſque ſtatim diligentem excuſſionem fecerit, ita vt ei non poſſit aliqua negligentia imputari, quo caſu, vt dixi periculum, & deterioratio ſpectat ad cedentem, ſecus autem ſi ceſſionarius dictus diligentiam non adhibuerit, nam tunc periculum ſpectat ad illum, eique propria imputatur culpa, & negligentia, & ideò vt ceſſionarius poſſit redire ad cedentem, debet duo probare, primò, quòd vſus fuerit ſollicita diligentia, & illam ad finem perduxerit, impetrauitque à iudice declaratoriam excuſſionem legitimè factam fuiſſe, tam quoad bona, quàm quoad perſonam, quibus non adimpletis, & non probatis ceſſionarius non poteſt ad ſuum debitorem redire, vt benè probat Altograd. *conſ.* 37. *numer.* 23. *& ſeqq. ad* 31. *lib.* 1. Scacc. *de Commerc. & camb. l.* 1. §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 255. *& ſeqq.* cum alijs per Altograd *loc. cit.* vbi etiam in fine, quòd non ſufficiunt diligentiæ extraiudiciales, & informes, vide *in* §. *Ceſſio num.* Gratian. *diſceptat. for.* 527. *per tot.* Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 43.

Quòd nomen debitoris promiſſum exigibile ſi tale non ſit, ſtatim dicatur commiſſa ſtipulatio contra promittentem, Bich. *deciſ.* 127. *num.* 6. *&* 7. Reliqua vide *in* §. *Ceſſio*.

Si tamen nomen debitoris vt ſupra ceſſum, non fuerit ſimpliciter acceptatum, ſed cum conditione, *ſe mi pagarà*, non tenetur ceſſionarius aliquas facere diligentias Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 231. *nu.* 1. *& ſeqq.*

9 Nomina debitorum non traduntur, ſed ceduntur, & ideò niſi interueniat ceſſio non videntur data in dotem per mulierem ſecundo marito, Roland. *de dot. quaeſt.* 81. Menoch. *lib.* 3. *praeſumpt.* 6. *num.* 45 *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 252. *nu.* 49. *&c. cap.* 144. *num.* 30. vide *in* §. *Mulier num.* 25.

Si autem nomen debitoris fuerit ceſſum, vel datum in dotem, an illo non exacto poſſit mulier repetere in pecunia ab hæredibus viri, vel teneatur ſuum nomen recipere, vide Franch. *deciſ.* 108. *per tot.* Anſald. *conſ.* 72. *per tot.* facit quòd dixi *in* §. *Mulier numer.* *&* §. *Vxor num.*

Quod nomina debitorum poſſint cedi, vendi, obligari, donari, vel aliàs in contractum deduci, etiam cum pacto, vt cedens non teneatur de veritate, vel mendacio illorum, nec veros debitores præſtare, Cabal. *conſ. deciſ.* 100. *per tot. lib.* 1. vide *in* §. *Ceſſio numer.* 32. *cum Addit.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 20. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi qualiter poſſit donari, obligari, ac in contractum deduci ſicut quælibet alia res, & cenſeatur donata actio competens pro illis.

10 Nomina debitorum pupilli ſe efficiantur non ſoluendo, an periculum ſpectet ad tutorem, vel ad pupillum, & quid in paternis, vel contractis ab ipſo tutore, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 125. *per tot.* vide *in* §. *Tutela num.* 25.

Quòd nomina debitorum non exacta cedant periculo adminiſtratorum annonæ, minorum, & aliorum quorumcumque, maximè ſi per eos fuerint contracta, idem Gratian. *cap.* 626. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 370. vbi quòd vſurarum exactio ad periculum tutoris ſpectat, ſicut etiam ſortis principalis quando emit ipſe cenſum à debitore poſtea de proximo repetto non ſoluendo, licèt plures alij eidem crediderint, ſi fuit in culpa, quæ ex multis ibidem arguitur.

Quòd exactor non teneatur pro partitis non exactis, niſi dolo, vel lata culpa exigere omiſerit, & alia ad rem, Rota *part.* 16. *recent. deciſ.* 260. *per tot. & part.* 17. *dec.* 259. *nu.* 4. 5. *&* 6.

Nomen debitoris creatum, & acquiſitum ex venditione rei alienæ nomine proprio facta acquiritur vendenti, & non domino rei, cui tamen tenetur vendens illud cedere, Ger. Spin. *conſ.* 85. *num.* 15. *&* 16. vide *in* §. *Venditio nu.* 43. vbi plura. 11

Nomina naturalia, & nomina iuris quæ dicantur, quæ vniuerſalia, quæ collectiua, quæ generalia, quid operentur, & alia, Tuſch. *lit. N. concluſ.* 52. *cum pluribus ſeqq.* 12

Nomina debitorum à ſpoliatore diſtracta pretio recepto, ſunt pro purgatione ſpolij reſtituenda, ita vt ſit in electione ſpoliati agere contra dicta nomina ſi extent, vel contra diſtrahentem ad pretium, etiamſi fuerint ab eo recuperata per retroceſſionem ſibi factam, cùm non ſint apud ſpoliatorem eo iure, quo prius erant, Bich. *deciſ.* 628. *nu.* 3. *& ſeqq.* 13

Alia de nominibus debitorum, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. verb. Nomen*, Caſtejon. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Nomen fol.* 202. vide *in* §. *Creditor num.* 34. 14

Nomen debitoris alteri ceſſum ſi efficiatur non ſoluendo, cuius damno cedat, & ad rem, Andreol. *contr.* 115. *per tot.* vide *in* §. *Ceſſio num.* 30. *& ſeqq. &* §. *Periculum num.* 21. 15

Debet tamen fieri omnis diligentia contra nomen ceſſum, & illius fideiuſſores antequam agi poſſit contra cedentem, etiamſi fuerit renunciatum excuſſioni, idem Andreol. *contr.* 275. *per tot.* vide *in* §. *Ceſſio numer.* 33. vbi plura.

§. NOMINATIO. VI.

NOminatio ſemel facta ſi non habuerit effectum, an poſſit iterum fieri, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 58. *numer.* 1. *&c. cap.* 719. *numer.* 22. *&c. cap.* 746. vbi quòd non cenſetur abdicata facultas iterum nominandi, quando prima non habuit effectum, vide *in* §. *Facultas num.* 1

Plura de nominatione, & electione quid ſit, quando, & à quibus fieri poſſit, vel non, & alia in materia emphyteuſis, plenè videndus idem Caldas Pereyra *tract. de vniuerſ. iur. emphyt. lib.* 2. *de nominat. emphyt. per tot. fol. mihi* 1. *& ſeqq. ad* 310. vide *in* §. *Emphyteuſis num.* 17.

An autem nominatione, vel electione ſemel facta ab eo, cui competit facultas nominandi, vel eligendi, ſit locus pœnitentiæ, & poſſit fieri noua electio, pro negatiua ex eo quia ſit quæſitum ius primo electo, vel nominato, quando nominatio iure alieno fuit facta, Valenzuol. *conſ.* 155. *num.* 17. *& ſeqq.* Paz. *de tenuta cap.* 34. *num.* 14. Noguerol. *alleg.* 9. *num.* 34. *& ſeqq.* Addit. ad Fontauel. *de pact. nupt. poſt tom.* 2. *num.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 358. *num.* 1. *vol.* 2. Pro affirmatiua verò quando electio eſt facienda per vltimam voluntatem, ſiue competat ex contractu, ſiue ex teſtamento, vt poſſit variari vſque ad mortem, Tondut. *quaeſt. ciuil. cap.* 51. *numer.* 28. Cald. *de nominat. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 22. *&c.* Gratian. *diſcept.* 746. *num.* 12. Gomez *ad l.* 17. *Tauri num.* 6. Barri *de ſucceſſ. lib.* 8. *tit.* 8. Alia vide *in* §. *Electio*.

Nominatio auctoris an, & quando eximat nominantem à iudicio contra eum intentato, Magon. *deciſ. Flor.* 150. *num.* 1. *&* 2. *numer.* 27. *& ſeqq. ad finem*, Maram. *part.* 6. *membr.* 6. *de nomin. auct.* vide *in* §. *Poſſeſſio*, *num.* 2

Contra quem ſit concipienda ſententia, vide *in* §. *Sententia num.*

Nominatio perſonæ, pro qua fuit facta emptio intra quantum tempus ſit facienda, & alia de emptione pro perſona nominanda dixi *in* §. *Emptio num.* 39. 3

De nominatione teſtium, ac de alijs etiam nominationibus 4

Digitized by Google

nibus ad diuerſos effectus, Thoro Compend. deciſ. Neapol. part. 1.2. & 3. ſoll. 2. verb. Nominatio, Caſtcion. Alphab. iurid. verb. Nominatores, & Com. Auguſtin. Fontan. Biblioth. legal. part. 5. verb. Nominatio fol. 201. Io. Torre de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. in pluribus locis, vt in Indice generali in fine part. 3. verb. Nominatio.

Nominans aliquem ad officium, an, & quando teneatur pro nominato tamquam illius fideiuſſor, an poſſit aliquando excuſari, & alia, Cæſar. de Afflicto contr. iur. cap. 45. per tot. dixi in §. Officialis num. 8. cum Addit. vbi nlius allegaui, & pleniùs in cauſa Magonæ Ferri Florentiæ 13. Iuoij 1687. inter meas reſolutiones additas in fine huius Tomi.

§. NOTARIVS. VII.

1 NOtariatus an ſit dignitas, ſiue potius vile officium varij varia dicunt, vt conſtat ex recollectis per Card. Tuſch. litt. N. concluſ. 69. per tot. Tiraquel tract. de Conſtit. part. 3. limit. 39. num. 32. & ſeqq. & tract. de nobilit. cap. 34. Couar. pract. quæſt. cap. 19. num. 5. plenius R. P. Placid. Puccinel. in integro tractat. de nobilit. Not. Amaya in l. vniuerſos 15. C. de Decurian. lib. 10. fol. 250. &c. vbi plura contra notarios, & in l. vnic. C. de infamibus lib. 10. n. 86. &c. fol. 393.

Quòd notariatus magna olim fuerit dignitas, & etiam hodie de iure iuxta l. 2. C. de primicer. ſecundicer. & notar. lib. 12. Paul. Chriſtin. deciſ. 112. num. 9. &c. vol. 5. Ricc. Collect. 4164. in princ. dixi in Pract. §. Notas num. 93. & ſeqq. vide Gibalin. de vniuerſ. negot. 2. lib. 6. cap. 3. art. 10. fol. 620.

Quòd notariatus non præſumitur, ſed ſit probandus, & quomodo, Ricc. Collect. 1189. infr. nu. 31.

An notariatus præiudicet nobilitati quoad habitum ordinis Hieroſolymitani, Tiraquel. de nobilit. cap. 27. numer. 7. & ſeqq. Rot. part. 9. recent. deciſ. 555. & part. 13. deciſ. 213. vbi videtur concludere quòd non, niſi fuerit in ſe ipſo, patre, vel auo, nam tunc præiudicaret, quia communiter reputatur officium, vide Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 322. in fine, vide in §. Nobilitas num. 8. in fine.

Qui non poſſint eſſe notarij, Tuſch. litt. N. concluſ. 71. per tot. vbi de Clericis, Monachis, furioſis, ſpurijs, & ſeruis, qui non poſſunt eſſe notarij, infra numer. 20. in fine.

Plura de Notarijs Ricc. Collect. 4164. per tot. Nouar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 143. per tot. vbi multa notabilia ex varijs deciſionibus collecta, Gibalin. loc. cit. Conciol. cum Addit. Romaguer. Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 35. & 36. Andreol. contr. 314. per tot. vbi de honorificentia, & nobilitate.

Qualiter vſurpans ſibi anctoritatem notarij, & rogans inſtrumenta cùm non ſit notarius, committat falſitatem, & pœna arbitraria puniatur, ſi verò inſtrumenta aliam falſitatem contineant incurrat pœnam capitalem, Farinac. quæſt. 155. numer. 13. & ſeqq. Cabal. reſolut. crimin. caſ. 66. numer. 6. & caſ. 89. per tot. Franch. deciſ. 444. Matthæu & Sanx de re crim. contr. 4. num. 21. & ſeqq. latè idem Cabal. caſ. 176. vbi etiam quid in ſimilibus, vide infra num. 31.

2 Notarius requiſitus de conficiendo inſtrumento, cùm dicatur ſeruus publicus non poteſt recuſare, aliàs poſſet priuari officio, Bart. in l. fin. C. de Aſſeſſor. Felin. in cap. quoniam not. 2. de probat. Menoch. de arbitr. caſ. 369. num. 7. Card. Tuſch. litt. N. concluſ. 74. per tot. Gibalin. loc. ſupra cit. num. 17. &c. vbi plura de officio, & obligationibus notarij.

An autem ob id dicatur ſeruus publicus, & quomodo hoc intelligatur vide DD. relatos num. 1. & Ganauer. dec. 55. vbi oſtendit notarium eſſe perſonam publicam, non autem ſeruum publicum.

Quòd verba Notarij dicantur verba partis, Natt. conſ. 483. num. 7. Magon. deciſ. Flor. 57. num. 2. vide in §. Additio num.

An Notarius præſumatur rogatus de inſtrumento, quod apparet ab illo conſcriptum, Menoch. lib. 2. præſumpt. 81. per tot. latè Tuſch. litter. R. concluſ. 360. per tot. Capell. Tholoſ. deciſ. 143. Boer. deciſ. 35. Nouar. in Pragm. Reg. Collect. 143. num. 21. Maſcard. de probat. concluſ. 1101. per tot. vbi latè quando, & de quibus præſumatur rogatus notarius, vel non, infra nu. 17.

Quòd debeat rogari ab vtraque parte, & quando ſecus, Tuſch. lit. N. concl. 75. per tot.

Notarij plures rogati de eodem inſtrumento, non 3
probant vnus ſine alio, & contraria deponentes reddunt actum nullum ad exemplum Iudicum delegatorum, qui nihil ſine alio facere poſſunt, Grattan. diſceptat. forenſ. cap. 474. numer. 30. &c. Magon. deciſ. Flor. 64. numer. 60. verſ. tertius erat, Tuſch. litt. N. concl. 73. per tot.

Intellige, vt vnus ſine alio non poſſint ab initio inſtrumentum recipere, & rogare, quando legis diſpoſitione, vel partium conuentione debent plures notarij rogari, ſecus autem ſi agatur de leuatione ipſius inſtrumenti tam in ſua ſubſtantia perfecti, nam tunc vnus tantùm poſſet illud leuare, quia vnuſquiſque præſumitur inſolidum rogatus, Menoch. de arbitr. caſ. 187. num. 7. & vide Tuſch. d. concluſ. 73. Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 46. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num. 330. &c. ad 337. fol. 411. Rot. part. 11. recent. deciſ. 371. nu. 15. vbi requirit amborum ſubſcriptionem.

Notarius de iure non tenetur cognoſcere contrahentes, 4
Caldas Pereyra tract. de empt. & vendit. cap. 7. num. 1. & ſeqq. Romaguer. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 35. nu. 23. & ſeqq. ſed in ſtatu Eccleſiaſtico vigore reformationis Pauli V. tenetur illos, vel ſaltem vnum ex eis cognoſcere, vel recipere teſtes, quorum vnus ſaltem cognoſcat alterum ex contrahentibus, ac de huiuſmodi cognitione facere mentionem expreſſam in inſtrumento, aliàs obligatio eſt nulla, ac ipſe tenetur ad damna, & intereſſe parti læſæ, ſicuti pro nullitate fuit concluſum per Rot. coram Merlino in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 62. per tot. inter impreſſas eiuſdem Merlin. deciſ. 525. vide Grattan. diſceptat. forenſ. cap. 497. per tot. Theſ. quæſt. for. 78. lib. 2. Franch. deciſ. 262. Ricc. Collect. deciſ. 713. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. deciſ. 24. num. 71. &c. Nouar. in Pragm. Collect. 6. & Collect. 143. num. 29.

Ceſſante tamen fraude, & vbi verè appareat non interueniſſe ſuppoſitionem perſonarum, ſuſtineri contractum latè firmauit eadem Rot. recedendo à ſupra deciſis in eadem cauſa, coram eodem Merlin. dict. part. 6. deciſ. 149. per tot. inter impreſſas eiuſdem deciſ. 558.

Quòd notarius non teneatur cognoſcere contrahentes, neque teſtes, & quare, ſed benè teſtes debeant cognoſcere perſonas, de quibus teſtificantur, Grattan. deciſ. 116 per tot. Franch. deciſ. 262. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. nu. 851. &c. fol. 348.

Imò notarius, qui ſtipulatur inter ignotos tenetur pœna falſi, ad tradita per Ant. Fabr. deciſ. 2. C. ad leg. Cornel. de falſ. Ricc. Collect. 687. verſ. quarto.

Intellige ſtante ſtatuto quòd debeat illos cognoſcere, idem Ricc. Collect. 713.

Quòd teſtes debeant cognoſcere teſtatorem, non autem contrahentes, Tuſch. litt. I. concluſ. 292.

Notarius non poteſt ſibi, nec patri, nec fratri aliquid 5
aſcribere in teſtamento, niſi eſſet emancipatus, non enim ſanguinis neceſſitudo, ſed patria poteſtas eſt cauſa prohibitionis, & ideò multò magis poteſt aliorum conſanguineorum inſtrumenta conficere, vide Magon. deciſ. Flor. 53. per tot. vbi loquitur etiam in terminis ſtatuti Florentini Rub. 12. lib. 14. prohibentis ſub pœna lib. 500. Notarios rogare inſtrumenta ad fauorem ſuorum Conſortum, vel conſanguineorum, ſiue coniunctorum per lineam maſculinam, Altograd. conſ. 50. num. 229. & ſeqq. lib. 1. Farinac. quæſt. 150. num. 206. Rot. part. 12. recent. deciſ. 291. num. 25. facit Montan. de tut. cap. 10. num. 33. &c. ad 40. vbi generaliter loquitur de ſcriptore teſtamenti, Menoch. de arbitr. caſ. 459. num. 19. Card. Tuſch. lit. N. concluſ. 77. per tot. & concluſ. 78. vbi qualiter poſſit notarius rogare inſtrumentum contra ſe ipſum, & ſit validum, ſicut etiam poſſit teſtari, & proprium rogare teſtamentum, mediante repreſentatione duarum perſonarum, nempè teſtatoris, & notarij.

Quòd Notarius poſſit conficere inſtrumentum procuræ pro ſe ipſo in cauſa propria, Bart. in l. 2. ff. de ſtipul. ſer. & in Rubr. C. de his, qui ſibi adſcrib. in teſtam. Bald. in l. ſi conſult. ff. de adopt. Guid. Pap. deciſ. 318. Cabed. deciſ. 128.

vbi

Digitized by Google

vbi tamen quòd in Senatu Luſitano de ſtylo non admittuntur dictæ procurationes in cauſa propria, cùm debeat eſſe diſtinctio inter notarium, & contrahentes in ſcriptura.

Quòd poſſit conficere inſtrumentum contra ſe ipſum, & ſe ipſum obligando pro fideiuſſore, vel alio modo, & ſit validum, Merlin. *deciſ.* 274. *nu.* 9. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1100. *nu.* 15.

An autem notarius poſſit rogare inſtrumenta prò, vel contra Principem, vel Baronem, cuius eſt ſubditus, & quod ſtante prohibitione in aliquo caſu, talia inſtrumenta ſic contra prohibitionem confecta non probent, Rot. cum pluribus alijs citatis *part.* 9. *recent. deciſ.* 92. *& deciſ.* 155. *num.* 5. *& ſeqq. in eadem cauſa*, Martha *vot. Piſ.* 186. vbi de ſtatuto, quòd notarij ſubditi non poſſint inſtrumenta Dominorum conficere, quomodo, & de quibus ſubditis ſit intelligendum, & latè Bich. *deciſ.* 23. 55. *&* 91. vbi in terminis Conſtitutionis Regni Neapolitani Regis Ladislai fidem adimentis inſtrumentis rogatis à notarijs vaſſallis ad fauorem, vel contra Baronem, an locum habeat in contractibus celebratis cum Eccleſia, vel iuratis.

Quòd notarius ſuccedens creditori, pro quo rogauit inſtrumentum crediti, poſſit illo vti, & plenè probet ad eius fauorem *de ſucceſ. priuat. lib.* 2. *quæſt.* 2. *numer.* 22. *fol.* 96.

An adſcribens ſibi legatum, vel fideicommiſſum in teſtamento incidat in pœnam falſi, vide Conciol. *reſolut. crim. verb. Falſum reſolut.* 22. vbi ponit regulam affirmatiuam, quam tamen multis declarat, & limitat, ipſum conſulas.

Non poſſe notarium ſibi aliquid adſcribere in teſtamento per eum rogato, *l. ſi teſtator, & tot. tit. Cod. de his qui ſibi adſcrib. in teſt. l.* 1. *§. ad teſtamenta, & l. Diuus §. plenè, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ſuſtineri tamen relictum in teſtamento nuncupatiuo propter ſcientiam, quam habent teſtes, ſi adhuc viuant, & de eo deponant, Cancer. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 6. *numer.* 24. *&c.* Faber. *in Cod. tit. de his, quibus vt indig. definit.* 1. Rot. *deciſ.* 356. *nu.* 13. *&c. part.* 6. *recent.* Vrceol. *Conſult.* 90. *nu.* 30. *vol.* 2.

Poteſt etiam extraneus ſcriptor teſtamenti, licèt non ſit notarius ſibi adſcribere legatum in teſtamento per eum ſcripto, & valet, ſi fuerit à teſtatore ſpecialiter ſubſcriptum, & confirmatum, vel per clauſulas æquipollentes, etiam non facta indiuidua mentione dicti legati, cùm ceſſet omnis ſuſpicio quòd priuatus ſcriptor ſibi adſcripſerit inſcio, vel inuito teſtatore, & ceſſante ratione legis, ceſſat illius prohibitio, vt latè firmat Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 190. *per tot.* vide *in §. Inſtrumentum nu.* 25.

6 Notarius non poteſt ex protocollo alterius notarij viuentis reaſſumere inſtrumentum, niſi ex aliquo impedimento fuerit ſibi commiſſum à notario rogato, Bart. *in l.* 1. *ff. de off. Conſult.* Afflict. *dec.* 6. *cum Addit.* Franch. *dec.* 300. facit Sanfelic. *deciſ.* 182. *&* 183. vbi an, & quando probet exemplum non exhibito originali, maximè ſi fuerit extractum ab eodem notario.

An autem, & quando ex commiſſione iudicis, poſſit notarius leuare in formam autenticam inſtrumentum alterius notarij mortui repertum in Baſtardello, ſiue ſimplici ſchedula in filcis ipſius notarij defuncti, non deſcriptum in protocollo eatenſo, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 187. *per tot.* Tuſch. *littera N. concluſ.* 79. *per tot. & lit. S. concl.* 600. Franch. *deciſ.* 300. Afflict. *deciſ.* 6. Faber. *dec.* 28. *de fide inſtrum.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 144. *num.* 9. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 37. *&* 38. vbi plura de hac materia.

Quid ſeruetur Florentiæ vigore legum municipantium diai *in Pract.* §. *Inſtrumenti num.* 4. vide *Stat. Flor. lib.* 2. *Rub.* 95. Corn. *conſ.* 64. *lib.* 3. Socc. *conſ.* 97. *lib.* 1. Tuſch. *loc. cit.*

Quòd poſſit notarius extrahere acta, vel inſtrumenta ab ipſo confecta abſque citatione partis, vel alia ſolemnitate, Ludouiſ. *deciſ.* 39. *per tot.* vbi etiamſi non ſint ab eo ſcripta, ſed tantùm ſubſcripta.

7 Notarius omittens ſolemnitates requiſitas in teſtamento poteſt de falſo puniri, quod eſt ſpeciale, & non procedit in alio actu, vel contractu, Afflict. *deciſ.* 21. *numer.* 5. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 370. *numer.* 4. *&c.* vbi loquitur generaliter de quolibet inſtrumento, & vult notarium omittentem debitas ſolemnitates puniri pœna falſi, non quidem ordinaria, ſed extraordinaria iudicis arbitrio, vide Tuſchus *littera N. concluſ.* 90. 91. *&* 92. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 542. Farinac. *quæſt.* 157. *part.* 1. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 143. *nu.* 7. vbi quòd tenetur ad intereſſe partis.

Quòd puniatur etiam arbitrio iudicis ſi penes ſe non cuſtodiat protocollum prout tenetur, Menoch. *dict. caſ.* 370. *num.* 1. *&c.* Farinac. *quæſt.* 154. *part.* 3. *per tot. infra num.* 12.

Notarius conficiens inſtrumentum falſum, ſed nullum 8
alio vitio quàm falſitatis non videtur puniendus de falſo, cùm nulli noceat, Afflict. *deciſ.* 21. *num.* 12. vide *in §. Falſitas num.* latè Farinac. *quæſt.* 155. *num.* 17. *& ſeqq. ad* 32. Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus, &c. nu.* 53. *& ſeqq. per tot.*

Quòd ſi non eſſet notarius, ſed publicè pro tali habitus, Franch. *deciſ.* 444. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 143. vbi quòd puniat tamquàm notarius, quia communis error facit ius, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 89. *infra num.* 31.

In contrarium, quòd imò ſi non pœna ordinaria falſi, ſaltem extraordinaria arbitrio iudicis puniatur, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 306. *numer.* 16. *& ſeqq.* Gentil. *de ſcriptur. priuat. lib.* 1. *num.* 9. *&c. fol.* 32. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 213. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 155. *part.* 2. vide *in §. Actus nu.* *& §. Contractus nu.* *& §. Teſtis nu.* 33. *in fine.*

Quando poſſit puniri de falſo, quando excuſari, & qualiter probetur falſitas contra notarium, latè Tuſch. *lit. N. concl.* 90. 91. *&* 92. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 209. *per tot.* vbi etiam an confeſſio notarij de falſitate, & ſententia contra eum lata præiudicet alijs intereſſe habentibus in inſtrumento, Surd. *deciſ.* 107. *per tot. infra numer.* 26. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 46. *per tot.*

Notarius conficiens inſtrumentum de rebus alienari 9
prohibitis ſaltem non adhibita certa ſolemnitate, vel de alio quolibet actu prohibito, qua pœna puniatur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 582. *per tot.* vbi duodecim caſus enumerat, quibus notarius punitur; Quid ſi inſtrumentum non habuit effectum, vel ſuit alio vitio nullum, dic quòd ſi notarius ſit aliàs vir probus, & ignoranter egerit, poteſt arbitrio iudicis excuſari, vel puniri, ſi ſcienter egerit, vide Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 243. *num.* 7. *&c.* Farinac. *quæſt.* 154. *part.* 2. *per tot.* diai *in Pract.* §. *Notar. numer.* 49. vbi qualiter conficiens inſtrumentum vſurarium, vel aliàs illicitum teneatur ad pœnam, & reſtitutionem, ſicut ipſi principales contrahentes, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 89. *num.* 22. *& ſeqq. volum.* 5. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 143. vbi alia plura notabilia circa notarios, & eorum officium, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 10. *per tot. fol.* 620. *&c.* vbi plura de munere, & officio notarij, & quando peccet, & obligetur ad reſtitutionem conficiendo inſtrumentum vſurarium, vel alias de rebus prohibitis.

Notarius tenetur apponere in inſtrumento omnes clau- 10
ſulas ſolitas, & conſuetas, quæ etiam omiſſæ habentur pro expreſſis de conſenſu partium, Pract. Papp. *for. product. inſtr. gloſ. Exhibens numer.* 9. *in Addit.* vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 548. *num.* 36. *&c.* Tuſch. *littera N. concluſ.* 84. *&* 85. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 157. *part.* 2. *per tot.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 31. *per tot.* vbi quænam ſint iſtæ clauſulæ ſolitæ, quæ poſſint ſuppleri per notarium, & omiſſæ ſubintelligi in inſtrumentis, Gait. *de cred. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 272. *cum multis ſeqq. cap.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *numer.* 235. *& ſeqq. & quæſt.* 11. *num.* 2072. *cum pluribus ſeqq.* vbi de hypotheca, & conſtituto, vide *in §. Clauſula nu.* 2. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 342. *num.* 14. *& ſeqq.* Conciol. & Romaguet. *d. tract. lib.* 2. *Rub.* 36. *per tot.* vbi plura, vt quæ ſunt de ſtylo cenſeantur appoſita, & quomodo ſtylus probetur.

Qualiter notarius præſumatur peritus, & probus, ac omnes clauſulas de conſenſu partium appoſuiſſe, & nihil de ſuo capite addidiſſe, Menoch. *de arbitr. caſ.* 144. *nu.* 6. *&c. infra nu.* 30.

Quid ſi notarius dicat certioraſſe partes, & ipſe ignoret cum clauſularum, & renunciationem, vide *in §. Renunciatio num.* 3.

Notarius apponens in inſtrumento cenſuali pactum 11
illi-

Google

illicitum, & contra illius ſubſtantiam incidit in pœnam periurijs, infamiæ, & priuationis officij, niſi adeſſet conſuetudo, quæ etiam irrationabilis excuſaret à delicto, & pœna, vel niſi faceret cum proteſtatione, vt omnia debeant intelligi, & reduci ad formam Bullæ B. Pij V. de cenſibus cum clauſula, *non aliter, nec alio modo*, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 61. *&* 62. *per tot.* Gratian. *diſceptat.* 141. 751. *&* 777. Michalor. *de Fratribus part.* 3. *cap. vlt. in fine*.

12 Notarius poſt factam fidem de inſtrumento ab eo rogato, non præiudicat partibus, ſi non cuſtodiat protocollum, ſed amittat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 653. *nu.* 65. *cap.* 877. *num.* 24. Tuſch. *lit. I. concluſ.* 247. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 151. *part.* 8. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 197. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam quando potiùs ſtari debeat inſtrumento tradito, quàm protocollo, videlicet ſi conſtet de errore, & alia, licèt regulariter potiùs ſtandum ſit protocollo.

Quòd regulariter ſtandum ſit protocollo, & non exemplo, & tamen ſi in protocollo aliquid ſcriptum ſit ſub clauſula cæterata, & in exemplo reperiatur extenſum, tunc ſtandum ſit potiùs exemplo, & extenſioni, dummodò non varietur ſubſtantia diſpoſitionis, & concurrat veriſimilitudo, quòd teſtator ita intellexerit, ſtante maximè bona fama notarij, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 24. *per tot.* vide *in* §. *Clauſula numer.* 42. §. *Inſtrumentum num.* 4.

An potiùs ſtandum ſit protocollo, vel matrici, dum diſcordant, Theſ. *quæſt. for* 87. *lib.* 3. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 144. *nu.* 7. vbi quòd ſtatur potiùs notulæ, quàm imbreuiaturæ.

An Notarius poſt datam copiam autenticam poſſit aliquid addere, vel minuere, & quid ſtante errore, & an incurrat pœnam falſi, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 889. *per tot.* Tuſch. *littera N. concl.* 86. *&* 87. *per tot.* Farinac. *q.* 156. *part.* 1. Ricc. *Collect.* 3579.

Quòd probato errore citatis citandis, poſſit cum cognitione cauſæ corrigi de mandato iudicis, quia error notarij non debet partibus nocere, & qualiter poſſit probari, vide Gratian. *deciſ.* 161. *&* 163. *per tot.* Tuſch. *litt. N. concluſ* 106 *num.* 7. *& ſeqq. concluſ.* 87. *&* 89. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 156. Ricc. *Collect.* 1195. *&* 3579. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 149. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi de errore, & ignorantia notarij, vt veritati, ac voluntati teſtatoris non præiudicet, ſi de illa appareat, etiam ex ſolis coniecturis.

Quòd notarius per ſua verba impertinentia non poſſit partibus præiudicare, Magon. *deciſ. Flor.* 57. *numer.* 27. *& ſeqq. & numer.* 36. *&c.* vbi etiam *num.* 44. *&c.* quòd nihil poteſt addere, vel corrigere ſine iuſſu, & decreto iudicis.

Quando autem, & quæ verba notarij dicantur verba partium, ac quomodo interpretari debeant, Card. Tuſch. *littera N concluſ.* 80. *& ſeqq.*

Quòd in notario potiùs præſumatur error, quàm falſitas, Rota *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 135. *numer.* 5. *&c. per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 345. *numer.* 71. *&c. part.* 9. *recent. volum.* 2. vbi intelligit ſtante eius bona fama.

Niſi vrgerent coniecturæ in contrarium, Rot. *d. part.* 2. *in eadem cauſa deciſ.* 137. Farinac. *quæſt.* 156. *part.* 3. *&* 4. *per tot.* Tuſch. *lit. N. concl.* 90. 91. *&* 92. Paul. Rub. *loc. cit.* vbi de mala fama

An autem notarius poſſit declarare verba ambigua in inſtrumento poſita, corrigere errores, & alia, Peregr. *deciſ.* 112. *nu.* 1. *& ſeqq.*

13 Notarius poſtquam perfecit, & publicauit inſtrumentum, vel teſtamentum, ſi vellet deponere contra idem inſtrumentum ab eo celebratum, fidem non meretur, nec illud reprobare poteſt, cùm contra eum ita deponentem militet contraria iuris præſumptio, quòd aliàs ipſe non rogaſſet inſtrumentum, ſi in eo contenta vera non fuiſſent, vt probat, idem eſſe in teſtibus aſſerens, Altograd. *conſ.* 50. *nu.* 94. *lib.* 1.

Sed quòd imò confeſſio notarij, quòd teſtamentum ſit falſum probet, ſi ſit coniecturis adminiculata, Surd. *deciſ.* 107. *&* 135. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 46. *num.* 8. *&c.* vide *in* §. *Inſtrumentum num.* §. *Teſtamentum num.* *&* §. *Teſtes num.* Ricc. *Collect.* 3579. vbi ſecus ceſſantibus dictis coniecturis.

Quòd vbi conſtat de veritate inſtrumenti, vel teſtamenti non attendatur, quòd non ſit poſitum in protocollo, vel in Archiuio, quia negligentia notarij partibus non præiudicat, Gratian. *diſceptat.* 736. *numer.* 23. Caualer. *deciſ.* 122. *numer.* 11. Burat. *deciſ.* 456. *numer.* 18. Bich. *deciſ.* 220. *numer.* 15. cum alijs per Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 735. *num.* 16. *&* 17. *& part.* 19. *deciſ.* 16. *nu.* 4. *&c. deciſ.* 202. *nu.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 411. *num.* 10. *& ſeqq. d. part.* 19.

Notarius non computatur in numero teſtium, niſi fuerit per iudicem examinatus, Afflict. *deciſ.* 25. *num.* 4. Magon. *deciſ. Luc.* 32. *nu.* 36. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 98. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 546. 14

Articulum admodum controuerſum appellat Altograd. *conſ.* 50. *numer.* 87. *&c. lib.* 1. vbi tamen quòd Notarij auctoritas multum pollere debet pro inſtrumento.

Quòd probato notariatu, ſit præſumendum pro Notario, & qualiter, latè explicat Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 298. *per tot. &* 1099. vbi etiam quanta ſit notariorum auctoritas.

Notarius æquiparatur duobus teſtibus, & ſic præfer- 15
tur vnico, & non punitur ſcribens teſtatorem ore proprio nominaſſe hæredem, licèt nominauerit ore alterius habita relatione ad interrogationem per eum factam, & in ſimilibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 843. *nu.* 18. *&c.*

Quòd imò in materia teſtamenti non plus credatur notario, quàm vnico teſti, idem Gratian. *cap.* 973. *num.* 48.

Sed iſtud non eſſe à iure deffinitum, & remitti arbitrio iudicis iuxta qualitatem Notarij, Menoch. *de arbitr. caſ.* 105. *numer.* 29. *&c.* vide Ferdinando de Eſcanno *tractat. de teſtament. cap.* 23. *numer.* 3. *& ſeqq.* vbi plura qualiter credatur notario, & fungatur vice duorum teſtium ad probandam perfectionem, vel imperfectionem teſtamenti.

Notarius non poteſt recipere iuramenta, & examen 16
teſtium, niſi faciat de mandato iudicis, Guaz. *deff. cap.* 6. *per tot.* Aſin. *in Prax.* §. 14. *cap.* 13. *fol. mihi* 121. vbi in fine dicit contrarium ſeruari de ſtylo Florentiæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 695. *num.* 29. *cap.* 738. *num.* 30 *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 317. *numer.* 19. *& part.* 13. *deciſ.* 40. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd licèt de iure non poſſit Notarius recipere iuramenta teſtium ſine iudicis commiſſione, tamen ſecus eſt de ſtylo, & conſuetudine, cui ſtandum eſt, & probatur ex atteſtatione Notariorum, vide *in* §. *Teſtes nu.* 48.

Quòd atteſtans de commiſſione, & deputatione ſibi facta per iudicem probet de ſtylo, Gratian. *cap.* 841. *nu.* 3. *&c.* Tuſch. *lit. N. concl.* 76. *per tot.*

Quidquid ſecus ſit de iure, Viui. *comm. opin.* 545. latè Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 118. *numer.* 16. *& ſeqq.* vbi quòd ſtante conſuetudine, & in antiquis probat.

Cui autem magis credatur, an notario, vel teſtibus aſſerentibus non ita depoſuiſſe prout ſcriptum reperitur à notario, vide Capyc. *deciſ.* 94. *per tot.* Clar. *in* §. *Falſum num.* 15. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1098. *num.* 9. *lib.* 2. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 183. Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 109. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſol.* 11. *per tot.* Tuſch. *lit. N. concl.* 83 *num.* 42. *& ſeqq. & num.* 86. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 47. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 158. *part.* 3. *num.* 187. *& ſeqq. per tot.* Poſſent. *ſingul.* 215. *per tot.* Guaz. *deff.* 26. *cap.* 15. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 231. *num.* 2. *&* 6. Boer. *deciſ.* 40. *nu.* 110. *& ſeqq.* vbi qualiter in examine poſſint adhiberi teſtes ad conuincendum alios teſtes examinatos, ſi poſtea detegatur veritas in contrarium; quòd tamen numquam ſeruatum vidi in criminalibus, licèt in cauſis grauiſſimis, & ſuſpectis non eſſet abſurdum, vel ſaltem adiunctum, vel adiunctos petere, prout in ciuilibus adhiberi ſolent interpretes hinc inde, qui loco huiuſmodi teſtium ſunt, vide *in* §. *Teſtis num.* 64.

Notarius non poteſt teſtificari niſi de illis, quæ fiunt in 17
eius præſentia inter partes tempore actus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 907. *num.* 38. *&c.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 285. vbi quòd de actu præterito teſtificari non poteſt, Ludou. cum Beltram. *dec.* 177. *per tot.* Tuſch. *lit. N. concluſ.* 75. vbi etiam qualiter, & quando debeat rogari ab vtraque

parte,

Digitized by Google

parte, & latè Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 118. per tot.* vbi de quibus poſſit eſſe rogatus notarius, ad hoc vt illi credatur, vel non, quòd benè declarat, *& concluſ.* 1101. vbi quando, & de quibus præſumatur notarius rogatus, vel non, *ſup. num. 2. & 3.*

Quòd non faciat fidem circa tranſumptionem ſcripturarum ab eo non cuſtoditarum, Caualer. *deciſ. 25. per tot.*

Quòd ſicuti non creditur inſtrumento ſine teſtibus, ita ac multò minus ſolo notario non ſit credendum, Duran. *deciſ. 255. num. 8.* Seraph. *deciſ.* 1085. Rot. *part. 12. recent. deciſ. 74. num. 20.* vide in §. *Citatio n. 3.*

Quando, & quibus non credatur notario, plenè Tuſch. *lit. N. concl* 83. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 143. num. 6. & ſeqq.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controuer. 76. num. 63.* vbi quòd notarius non poteſt fidem præſtare de re non viſa, neque ab eo modo debito examinata.

Quòd notario aſſerenti de actu ab alio geſto non credatur, Felin. *in cap. quoniam contra num. 41. de probat.* Gratian. *diſcept. for. 948. num. 15.* Boer. *deciſ. 281. num. 6. & ſeqq.* Bich. *deciſ. 306. num. 29.*

Qualiter credatur notario actuario, ſi de mandato iudicis fidem dederit, vel inſtrumentum ediderit de crimine coram ſe ipſo patrato, vel commiſſo, latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 207. per tot.*

18 Notarius dicens in inſtrumento pecuniam fuiſſe numeratam, vel alia verba de illis, quæ verè non fuerunt geſta, tenetur pœna falſi, niſi adeſſet conſuetudo ſimili apponendi, quo caſu licèt poſſit notarius excuſari, inſtrumentum tamen remanet falſum, & nihil probat quoad partes, quamuis alij concludant pro illius validitate, vide Cabal. *reſol. crim. caſ. 137. per tot.* Tuſch. *litt. N. concl. 90. &c.* Farinac. *quæſt. 154. part. 4. 5. & 6. per tot.*

Pro defenſione notarij apponentis in inſtrumento verbum, *numerauit*, ſi probetur nullam interueniſſe pecuniam, Socin. *reg. 337. per tot.* Diaz. *reg. 692. per tot.* Surd. *deciſ. 284. per tot.* Tuſch. *litt. N. concluſ. 150. per tot.* vide in §. *Numeratio num. 1.*

Quòd verba, *dedit, & conſignauit*, per notarium in instrumento appoſita, poſſint intelligi de traditione facta paulo antè ſtipulationem inſtrumenti, Bart. *in l. poſt dotem num. 21. ff. ſolut. matrim.* Nat. *conſ. 460. num. 41.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 44. num. 12. &c.*

19 Notarius, qui confecit inſtrumentum, vel alius officialis ad id deputatus poteſt atteſtari, (vel vt vulgò dicitur approbare) lituram, vel cancellationem, ſiue additionem in eo apparentem fuiſſe factam de partium conſenſu, & ita ab eo conſcriptam, vel de neceſſitate factam per eum, qui potuit hoc facere, & ſic nihil obſtabit inſtrumento, vel ſcripturæ, & illi de hoc creditur, *l. 1.* vbi Bart. *ff. de his, quæ in teſt. delen.* Iaſ. *in l. ſi vnus col. fin. C. de teſtam.* Reboff. *prax. benef. part. 1. tit. opponi quæ contra Bullam poſſint num. 7.*

An, & quando cancellatio aliquorum verborum facta in teſtamento præſumatur de voluntate teſtatoris, & conſultò facta, vel ex capite notarij, ſiue per errorem, & quid operetur, & quòd conſultò deleti petentes exceptione repellantur, quando autem dicantur conſultò deleti, vel non, & quòd creditur notario aſſerenti aliqua cancellaſſe de ordine teſtatoris, vel partium, latè Altograd. *conſ. 92. num. 39. & ſeqq. & num. 45. lib. 2.*

Quòd appoſtilla manu notarij rogati ſignata, vel addita in margine, eiuſque copia nitida, & autentica partibus tradita, falſitatis ſuſpicio ceſſet, ac de teſtatoris voluntate, & mandato incontinenti appoſita cenſeatur, etiam abſq; ipſius notarij ſpeciali approbatione, quando conſtat ab eodem notario rogato fuiſſe appoſitam, & maximè ſi ſemel pro vera, & reali habita fuerit, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 133. per tot. & deciſ. 247. num. 5. &c.* vbi quòd quando appoſtilla etiam in fine inſtrumenti addita, apparet ſcripta manu eiuſdem notarij, qui totum inſtrumentum confecit, ceſſat omnis imaginaria ſuſpicio, & benè probat ſine alia expreſſa notarij approbatione, & tantò magis ſi illius ex illis etiam ſcripturis roboretur veritas.

20 Notarius committens falſum, amittit poteſtatem conficiendi inſtrumenta, ſecus autem ſi aliud committat delictum, per quod etiam efficiatur infamis, Diaz. *reg. 493. & 494.* vide Farinac. *quæſt. 155. part. 3. & 4.* Tuſch. *lit. N. concluſ. 100. per tot.* vbi plura quando, & ex quibus cauſis notarius amittat facultatem rogandi inſtrumenta, vel non, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 48. per tot.* vbi diſtinguit an ſit condemnatus ex vera confeſſione, vel ex contumacia, Conciol. & Romaguer. *vbi ſupra lib. 4. rub. 46.*

Pendente tamen quæſtione falſi, poteſt officium ſuum exercere, inſtrumentaque valida conficere, Boer. *deciſ. 150. num. 15.* Sanfelic. *deciſ. 61. num. 8.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Falſum reſol. 10.* vbi quòd notarius inquiſitus de falſo, poteſt antè condemnationem ſe rogare de inſtrumentis, quæ ſunt valida, ſecus autem poſt condemnationem de falſo, etiam ſi non ſit expreſsè priuatus, quo caſu tamen poterit perficere, & publicare confecta antè condemnationem.

Qualiter notarius ob falſitatem poſſit puniri pœna arbitraria, etiam vſque ad mortem incluſiuè iuxta qualitatem facti, & perſonarum, vltra refectionem damnorum, & intereſſe, vide Farinac. *d. quæſt. 155. part. 1. per tot.* vbi quòd poteſt puniri pœna mortis, quando falſitas eſt magna, eſt pluries reiterata, ſequitur latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr. 5. num. 12. & ſeqq. & contr. 38. per tot.* vbi etiam quando poſſit excuſari à pœna mortis, & extraordinariè tantùm puniri, *ſupra num. 8.*

Ex quibus indicijs notarius poſſit argui de falſitate, vel non, latè Ioſeph. Ludouic. *Luc. deciſ. 13. per tot.* vbi examinat decem indicia.

An autem ſi fuerit priuatus officio, adimatur fides inſtrumentis ab eo antea rogatis, vide in §. *Inſtrumentum num...*

Et an falſus in vno, reddatur ſuſpectus in alijs, Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ. 86. num. 6. & per tot.* vide in §. *Falſitas num... & §. Inſtrumentum num...*

Quòd ſi efficiatur Clericus poſt commiſſam falſitatem non poſſit puniri à iudice laico, ſed ab Eccleſiaſtico, & quomodo ſit prohibendus abſtinere à confectione inſtrumentorum, Maſtril. *deciſ.* 159. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 8. num. 15.* Dian. *part. 4. tract. 1. reſolut. 84.* vide in §. *Delinquens num. 4.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 154. n. 4. &c. volum. 5.* vbi qualiter Presbyter non poſſit exercere notariatum, licèt dicat contrarium vidiſſe ſeruari in ſuis Partibus.

Quòd Sacerdotibus inhibitum ſit exercere officium notarij, vel valeat conſuetudo tamquam contra honeſtatem Eccleſiæ, vel ſaltem debeat eſſe legitimè præſcripta, *deciſ. 745. num. 14. &c.* Ricc. *Collect.* 1613. vide Ciarlin. *conſ. 63. num. 15. &c.*

Notarius tamquam perſona publica poteſt ſtipulari pro abſentibus, quibus acquirit actionem ſine ceſſione, ſi ſequatur ratihabitio, Caſtr. *conſ.* 196. Euerard. *loc. à vi, & energ. iuramenti num. 79.* Felic. *de ſociet. cap. 14. num. 33. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 49. nu. 17. & 35. cap. 455. num. 22. cap. 532. num. 3. cap. 701. num. 12. cap. 912. nu. 12. & 29. & cap. 946. num. 5. &c.* Ricc. *Collect.* 1196. Viui. *comm. opin.* 541. Sperel. *deciſ. 168. num. 8. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 39. num. 14. &c.* vbi etiam an videatur pro abſentibus recepiſſe ſtante verbo, *promiſit*, imperſonaliter probato in inſtrumento, & in iudicijs tenet quòd ſic, aliàs ſecus, vide in §. *Verba num...* Capyc. *deciſ. 73. per tot.* vbi quibus verbis vti debeat notarius in ſtipulando pro abſentibus, idem Magon. *deciſ. Florent. 57. & deciſ. 117. num. 28. in fine*, vbi quòd ex ſtipulatione notarij quæritur ius, & actio abſenti; etiam antè ratificationem, & vigore Statuti Florentini *lib. 2. Rub. 39.* non requiritur ceſſio, neque ratificatio, niſi expreſsè repudietur. 21

Et idem eſt vigore Statuti Bononiæ, vt teſtatur Rot. *part. 9. recent. deciſ. 387. num. 34.*

Quòd ex ſtipulatione notarij, & clauſula conſtituti ab eo nomine abſentis accepta, quæratur ſtatim ius, & actio abſenti ſine ceſſione, imò vtile dominium, & poſſeſſio iuxta naturam contractus, etiam antè illius ratificationem, quod tamen ius eſt reuocabile ex parte ipſius abſentis ſi nolit acceptare, latè Altograd. *conſ. 39. num. 18. & ſeqq. per tot. lib. 2.* & latius videndus Sperel. *deciſ. 168. 169. 170. & 171. per tot.* Toſch. *lit. N. concl. 99.* Gizzarel. & Addent. *deciſ. 51. per tot.* Bich. *deciſ. 33. num. 4. & ſeqq.* vbi diſtinguendo benè declarat, & dixi in meis reſol. *cap. 5. & cap. 49.* & in Pract. §. *Donatione num. 11. &c.* §. *Notai num. 45.* & in hoc Opere §. *Donatio num... & §. Iuramentum num...*

Digitized by Google

Non tamen poteſt notarios ſtipulari pro extero, & forenſe, Magon. *d. deciſ.39. num.17.*

Quòd autem iure poſſit notarius ſtipulari pro abſentibus, ac pro naſciturìs, luculenter declarat Gregor. Ganauer. *deciſ. 55. per tot.*

22 Notarius creatus à Papa, vel ab Imperatore, ſiue ab alijs Apoſtolicam, vel Imperialem auctoritatem habentibus, poteſt vbique locorum inſtrumenta conficere, ita vt non valeant ſtatuta aliter diſponentia in præiudicium notariorum Forenſium Apoſtolica, vel Imperiali auctoritate creatorum, quorum auctoritas, & priuilegium non poteſt ab inferioribus reſtringi, niſi fuerint à ſupremo Principe confirmata, Specul. *de inſtrum. edit. §. Reſtat num.* 25. cum alijs pluribus, quos refert, & ſequitur Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.*103. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 28. *num. 9. &c & diſcept. forenſ. cap.*167. *num.*55. latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 601. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 67. *per tot.* Ciarlin. *contr.*63.

Notarius à quibus poſſit creari, vel non, Tuſch. *litt. N. concl.*70. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. de notar. fol.*224. vbi quòd creare notarios reſpicit ſupremam Principis poteſtatem, & eſt de Regalibus, nec venit in generali conceſſione Regalium, ſicut nec cudere monetam, quia iſta ita oſſibus Regis inhærent, vt non poſſint a Regia dignitate ſeparari, licet videatur contrarium ſequi ſtante conceſſione Regalium, vel meri, & mixti Imperij, vel præſcriptione, & vide Parid. *de Sindic. tit. de exceſſ. Baron. num.*8. *& ſeqq. fol.* 35. Boer. *deciſ.* 50. *&* 242. & alios, Anrunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap.* 13. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd ad ſupremam Principis iuriſdictionem, & Maieſtatem ſpectat creare Notarios, & cæteros Officiales, quòd eſt de maioribus Regalibus, & multos hoc idem confirmantes allegat.

Quòd notarius non poſſit conficere inſtrumenta extra ſtatum Principis, cuius auctoritate fuit creatus, Bart. *in l. apud eum ff. de manum.* Pract. Papp. *for. product. inſtr. gloſ. exhibens num.*11. vide Gabriel. *comm. concl. tit. de fid. inſtrum. concl.* 1. *per tot.* Tuſch. *litt. N. concluſ.* 70. *&* 72. *per tot.* Gratian. *d. cap.*167. *num.* 55. vbi quòd ſpeciale eſt in notario creato à Papa, vel ab Imperatore, vt poſſit vbique inſtrumenta conficere, ſecus in creato à quocumque alio Principe, vel Rege, Addit. ad Gratian. *deciſ.*238. Boer. *deciſ.* 242. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 115. Paul. Chriſtin. *deciſ.*153. *num.* 16. *& ſeqq. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 1788. Peregrin. *deciſ.* 67. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 143. *num.*5. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 926. vbi etiam an talia inſtrumenta probent.

Florentiæ tamen, & eius Dominio vigore legum municipalium, non poſſunt notarij ex ſola Imperiali, vel Apoſtolica auctoritate creati, (niſi fuerint etiam in dicta Ciuitate matriculati, & approbati ab habentibus auctoritatem à Sereniſſimo Magno Duce, ſublatis quibuſcumque priuilegijs Comitum Palatinorum circa notariorum creationem) rogare, vel conficere inſtrumenta contractuum, ſiue vltimarum voluntatum; ſed tantummodò acta cauſarum vertentium in Tribunalibus Eccleſiaſticis, ſub pœna nullitatis, & alijs pecuniarijs, vt dixi in Pract. §. *Notai num.*86. *& ſeqq.* facit Nouar. *d. Collect.*143. *n.*15. *&* 16. vbi ex Boer. *deciſ.* 242. dicit notarios Imperiales, vel Apoſtolicos in Francia non recipere inſtrumenta, intelligendo de Apoſtolicis quoad negocia temporalia, non autem ſpiritualia.

An huiuſmodi leges ſint de iure validæ, licèt ſeruentur de facto, plenè Tuſch. *lit. S. concl.*601. *per tot.*

Quod Epiſcopus in ſua Diœceſi poſſit creare notarios actorum ad acta iudicij conficienda, per text. *in cap. cum P. Tabellio* 15. vbi Hoſtien. *de fid. inſtrum.* Carol. Marant. *contr. part.*4. *reſp.*63. *num.*19.

23 Notarius non poteſt alicui edere teſtamentum viuo adhuc Teſtatore, præterquam ipſi teſtatori, de cuius morte, quoad alios debet ſibi conſtare antequam edat, & facta editione præſumitur teſtator mortuus, Marant. *in l. is poteſt num.*259. *ff. de acquirend. hered.* Sanſelic. *deciſ.*197. vbi quòd non poteſt aperiri teſtamentum viuo teſtatore, etiam facto mentecapto, qui alias habetur pro mortuo, ſed mors naturalis expectanda.

Quòd mortuo teſtatore teneatur ratione officij exhibere teſtamentum, Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 10. *num.* 16. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 180. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi etiam qualiter requiſitus recuſans, vel differens faciat magnam ſuſpicionem.

Reliqua autem inſtrumenta tenetur edere notarius cuicumque in illis intereſſe habenti, præcipuè concurrente etiam petentis mandato de conficiendo, & ſic ad inſtantiam partium rogantium, Menoch. *de arbit. caſ.*499. *n.*15. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.* 398. *fol.*415. Tuſch. *lit. N. concl.*74. vbi quòd poteſt compelli, etiam ſi inſtrumenta eſſent nulla.

Quòd celans protocollum, vel alia acta à ſe rogata teneatur pœna falſi arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 311. *per tot.* Farinac. *quæſt.*154. *part.*1. *per tot.*

Notarius debet habere totam mercedem pro extractio- 24
ne, & copia inſtrumenti reſpectu totius ſummæ in eo contentæ, & non tantùm pro rata, qua quis vti vellet inſtrumento, vel in eo intereſſe haberet; licèt ſecus ſit in teſtamentis reſpectu legatariorum, qui non tenentur ſoluere mercedem notario pro tota hæreditate, ſed tantùm pro legatis ſibi factis, quorum etiam datur copia ſeparata, & non totius teſtamenti, ſi nolint, Surd. *conſ.*66. *num.*8. *&c. lib.*1. Gratian. *deciſ.*226. *in Addit. num.* 2. *&* 3. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.*2. §. 2. *cap.* 17. *num.* 17. facit Merlin. *deciſ.*137. vbi quòd inſtrumenta debent integraliter exhiberi, aliàs non probant.

Qualiter debeat habere mercedem pro rogitu, & exemplatura, Tuſch. *lit. N. concl.*102. *&* 103. Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.*2. *lib.*6. *cap.*3. *art.*10. *num.* 26. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.*2. *Rub.*38. *per tot.* vbi etiam qualiter debeatur hæredibus notarij prædefuncti pro medietate.

An teneatur ſeruare taxas antiquas tenues nimis iuxta varietatem temporum præſentium, dixi in §. *Iudex nu.*21. *verſic. Quod non teneatur*, vide Gibalin. *loc. cit.* Gabr. Vaſquez. *Opuſcul. moral. tract. de reſtitut. cap.* 7. *dub.* 6. *fol.*130.

De taxis, quas ſeruare tenentur notarij, & alij Officiales Almæ Vrbis, vide latè apud Ridolphin. *in fine ſua Praxi fol. mihi* 703. *& ſeqq.*

Quòd notarius ex vno Inſtrumento poſſit facere, & edere plura inſtrumenta, ideſt per plura diuerſa, & ſeparata capitula, Boer. *deciſ.*253. *num.* 5. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*189. *num.* 7. *&c.*

Notarius poteſt propter leuiorem cauſam in totum 25
tamquam ſuſpectus recuſari, nec ei datur adiunctus pro nt iudici, Gratian. *diſcept. for. cap.* 100. *num.* 53. *&c. cap.* 538. *num.*57. vbi quòd poteſt dari ſuſpectus ab eo, quem non ſalutat, vide in §. *Iudex n.*66. *&c.* Sanſelic. *deciſ.*287. vbi quòd notarius actuarius poteſt ſolo iuramento recuſari, reſeruatis tamen ei emolumentis cauſæ, & dato adiuncto iuxta Pragmaticas Regni, adde latè Vallaſc. *allegat.*96. *per tot.*

Plura de notarijs actuarijs, Aſin. *in Prax.* §. 14. *cap.* 10. *&c. fol.*111.

Quòd notarius actuarius reuelans partibus teſtium depoſitiones ante publicationem proceſſus, vel alia acta ſecreta, ſiue iura depoſitata teneatur de falſo, Sanſelic. *deciſ.*60. *per tot.* vbi de Cancellarijs fiſcalibus reuelantibus ſecreta inquiſitionum.

Quòd etiam notario actuario poſſit dari adiunctus, & ſic tollatur omnis ſuſpicio, Theſſ. *deciſ.* 255. *num.* 6. *cum Addit.* Ludouiſ. *deciſ.*327. *num.* 5. Guaz. *defenſ.*1. *cap.*19. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 5. *& ſeqq.* quòd Princeps poteſt committere cauſas recuſatione remota, quam materiam, latè proſequitur, & declarat *d. cap.* 19. *& cap.* 20. *per tot.* ac ita per dationem adiuncti fuit prouiſum Florentiæ de anno 1679. in cauſa ardua baratteriarum, & extorſionum mihi delegata contra Colmum Tantuccium, & alios, cùm eſſet allegatus ſuſpectus notarius actuarius, de qua vide in §. *Officialis*.

Notarius actuarius recipiens fideiuſſores non idoneos 26
tenetur in ſubſidium ad damna partis læſæ, quod excuſatur Notarius ſi recipiat laudatorem, vel approbatorem, ſi fecit de mandato iudicis, ſi debitor principalis ſit diues, & ſoluendo, ſi recepit fideiuſſorem in præſentia partis non contradicentis, & quando fideiuſſor erat ſoluendo tempore fideiuſſionis, licèt poſtea ſit factus non ſoluendo, Otter. *de Official. Reip. part.* 1. *cap.* 18. *num.*4. *& ſeqq. l. fin. C. de Magiſtr. conuen. l.* 1. §. *Sciendum ff. eodem*. Rot. *part.* 4. *diuerſ. deciſ.* 574. Gratian. *deciſ.* 69. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1258. *&* 1494. vbi plu-

pluribus modis limitat Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 5. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 5. *Cent.* 2. vbi qua cautela vti poſſit.

Quòd procedit quamuis notarius eſſet minor, latè Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 20. *num.* 33. *&c.*

De dicta concluſione, vide Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. *§.* 11. *cap.* 1. *num.* 35. *& ſeqq.* Tuſch. *lit. N. concl.* 88. *per tot.* Farinac. *quaſt.* 33. vbi pluribus modis limitat, & Conciol. *reſol. crim. verb. Fideiuſſor. reſolut.* 8. *per tot.* & dixi in §. *Index num.* 53.

Qualiter ſcribere debeat examina reorum, & teſtium per extenſum, & deputatus ad ciuilia, non poſſit rogare acta criminalia, & è contra, Tuſch. *lit. N. concl.* 95. *&* 96. *per tot.*

27 Notarius Epiſcopi gaudet indiſtinctè priuilegio fori, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 340. *&* 341. *per tot.* idem Gratian. *deciſ.* 233. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 128. *num.* 34. vbi ampliat ad alios miniſtros, vide quæ dixi in §. *Familia num.* 9. *&c. ſupra num.* 22. *in fine*, vbi qualiter poſſit creari ab ipſo Epiſcopo quoad acta conficienda in ſua Diœceſi.

28 Notarius exercens officium criminale, an, & quando incurrat irregularitatem quoad ordines, & à quo poſſit diſpenſari, vide Sperel. *deciſ.* 77. *per tot.* vbi etiam quid in ſimilibus.

29 Notarius ſe ſubſcribens inſtrumento, de quo fuit rogatus ratione ſui officij, non præſumitur conſentire, nec approbare actum illum in inſtrumento deſcriptum ad ſui præiudicium, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 66. *num.* 18.

Quòd ſcriptura Notarij vt probet debeat eſſe manu ipſius Notarij ſcripta, nec ſufficiat ſubſcriptio, niſi atteſtetur quòd ſit aliena manu ſcripta, & alia, Tuſch. *lit. N. concl.* 97. *per tot.*

30 Notarij plerumque pauciſſimis verbis colligunt ſubſtantiam contractus, vel teſtamenti, & poſtea omnia ritè latiùs extendunt, ac ideò poſſunt addere omnia, quæ ſunt de natura actus, & omnes clauſulæ ſubſtantiales, licèt de illis nihil dictum fuerit, & intellectum, quem partes habuerunt plenius extendere iuxta conſuetudinem, & formularium ſuum, imò etiam circa ſubſtantialia ſupplere aliquid omiſſum quoad ea, de quibus actum fuit tempore celebrati contractus, cùm ita addendo præſumantur facere de voluntate partium, Mandel. *conſ.* 10. *num.* 14. *&c.* cum alijs per Altograd. *conſ.* 50. *num.* 223. *&c. lib.* 1. *& conſ.* 92. *num.* 46. *&* 60. *&c. lib.* 2. Tuſch. *litt. N. concl.* 85. *per tot.* vbi quæ poſſint addere, vel non in extenſione inſtrumenti.

Quòd notarius præſumatur rogatus apponere in inſtrumento omnes clauſulas ſolitas, & quidquid in eo ſcriptum reperitur, præſumatur de mandato, & voluntate partium appoſitum, latè explicat Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1102. *&* 1103. *per tot.* vide ſupra *num.* 10. *&c.*

31 Notarium quem eſſe qualiter probetur, & quid ſtante antiquitate temporis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 554. *n.* 36. *&c.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 78. *& ſeqq.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 193. *per tot.* Tuſch. *lit. N. concl.* 93. *&* 94. Ricc. *Collect.* 1189. Viui. *comm. opin.* 543. latè Maſcard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 1096. *cum pluribus ſeqq.* vbi etiam qualiter probato notariatu ſit præſumendum pro notario in multis, & quanta ſit notariorum auctoritas.

Quòd legalitas notarij probetur ex litteris, & atteſtatione Communitatis loci, in quo fuit rogatus de inſtrumento, Gratian. *diſcept. for. cap.* 982. *nu.* 14. *&c. cap.* 736. *n.* 25. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 301. *num.* 12. vbi etiam de atteſtatione Nuncij Apoſtolici.

An geſta per eum, quis communi opinione reputabatur notarius, ſed verè non erat, vel non legitimè creatus, ſint valida, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 154. *num.* 18. *&c. volum.* 5. vbi quòd non cum diſtinctione, vide alios citatos in §. *Error num.* 7. *& ſupra num.* 8.

Quòd conſtare debeat de notariatu per litteras legalitatis, vt præſtetur fides ſcripturæ confectæ ab aliquo vti notario, & inſuper ſit neceſſaria recognitio illius manus partes citata, præſertim poſtquam fuit iudicialiter appoſitum, Burat. *deciſ.* 472. *num.* 2. *&* 3. cum alijs per Bich. *dec.* 223. *num.* 18. *&* 19. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 735. *n.* 2. *& ſeqq.* vbi etiam quod vltra litteras legalitatis probatur notariatus ex inſtrumentis antea, & poſtea rogatis, & ex enunciatiuis quando ſumus in antiquis, &c.

Qualiter autem Romæ ex notoria conſuetudine (non obſtantibus pluribus Conſtitutionibus Summorum Pontificum antiquis, & modernis ex ipſorum tacito conſenſu vſu non receptis) poſſint inſtrumenta, & teſtamenta ob multiplicitatem negociorum confici, & rogari per ſubſtitutos, & iuuenes notariorum principalium, quamuis dicti ſubſtituti non ſint notarij, nec id ſit multum à iure alienum, cùm recipiant dicta inſtrumenta nomine notariorum ſuorum principalium, ne ſub publica fide ignari populi decipiantur, plurimis citatis probat Rot. *in Romana teſtamenti Vener.* 12. *Iunij* 1676. coram Rondinino poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 46. *num.* 11. *&* 12. *& deciſ.* 97. *num.* 5. *in eadem cauſa*, & coram eodem ſub die 16. Iunij 1677. & priùs dixerat eadem Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 375. *num.* 13. *& ſequent. part.* 17. *deciſ.* 395. *num.* 11. *& ſeqq. & part.* 18. *deciſ.* 111. *num.* 2. vbi ſub dubio reſolutio fuit relicta deciſioni Pontificiæ, *& deciſ.* 418. *num.* 5. *&* 603. vbi latè pro nullitate, ſed pro validitate fuit poſtremò reſolutum in eadem cauſa, vt in citatis deciſ. poſt Vrceol. *& part.* 19. *deciſ.* 95. *num.* 8. *&c. deciſ.* 411. *num.* 12.

Quæ quidem conſuetudo viget etiam Florentiæ quoad iuuenes, & ſubſtitutos Cancellariorum, quorum nomine recipiunt acta ad eorum officium pertinentia, & fortè quoad alios, vide Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 561. *& ſeqq.* dixi in §. *Acta num.* 1.

Quòd allegans notarium non eſſe matriculatum, teneatur probare huiuſmodi negatiuam, & defectum, qui quidem defectus nocere valeat ipſi notario tantùm, non autem contrahentibus bona fide coram illo, nec annullare inſtrumenta in præiudicium partium, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 109. *num.* 11. *& ſeqq.*

Notarius non poteſt quis creari ante pubertatem, cùm 32
debeat eſſe ſaltem pubes, *l. impuberem*, vbi Bart. *in princ. ff. de falſ.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 83. *&* 84. *fol.* 393. vbi plura de ætate requiſita ad obtinenda beneficia, officia, & ſimilia, vide in §. *Aetas num.*..

Plura circa notarios vigore legum municipalium ſtatus Florentini, dixi in Pract. §. *Notai per tot.*

Notarij, & contrahentes an excuſentur à peccato con- 33
tractus celebrando diebus feſtiuis, maximè cum iuramento, vide Dian. *p.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 34. dixi in §. *Contractus num.* 36. §. *Feria num.* 6. *&* §. *Iuramentum num.* 31.

An tranſcribendo, ſiue copiando acta pro mercede, idem Dian. *loc. cit. reſol.* 35. vbi excuſat à peccato mortali, & dixi in §. *Feria num.* 6.

Notarius aſſerens de ſana mente teſtatoris in teſta- 34
mento, an probet ſanam mentem ipſius teſtatoris, vide Petr. Royz. Maur. *deciſ. Lituan.* 2. *per tot. & in* §. *Teſtamentum num.* 20. *&c.* Viui. *comm. opin.* 344. *per totum*, vbi quòd non regulariter, pluribus tamen modis declarat Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 167. *num.* 4. vbi quòd probat, maximè concurrentibus alijs coniecturis, & præſumptione iuris.

Item an probet aſſerendo de perfectione, vel imperfectione teſtamenti, & an duorum teſtium vice fungatur, Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 23.

Notarius ſi efficiatur Doctor, non ob id deſinit eſſe 35
notarius, & poteſt adhuc inſtrumenta conficere, quia honor ſuperueniens non mutat priorem conditionem quamuis augeat ſtatum, Alex. *conſ.* 32. *vol.* 5. Sanfelic. *deciſ.* 324. *n.* 6. & ita ſeruatur Florentiæ, & toto eius ſtatu, vbi multi notarij ſunt etiam Doctores, & conficiunt inſtrumenta.

Notarij actuarij tenentur tam de iure communi, quàm 36
vigore Reformationis Sanctæ memoriæ Pauli V. cuſtodire ſcripturas in actis à litigantibus productas, & poſſunt ad illarum exhibitionem etiam executiuè conueniri, & ſufficit probare quòd ſcripturæ fuerint ſemel in actis exhibitæ, quia etiam ſi fuerint partibus accommodatæ, illorum onus eſt eas recuperare, & ſi fuerint in recuperando negligentes ſibi ipſis imputare debent, ac tenentur vel illas exhibere, vel ad damna, & intereſſe, Abb. *in cap. quoniam contra num.* 3. *&* 4. *de probat.* Rot. *deciſ.* 97. *num.* 1. *&* 4. *deciſ.* 339. *num.* 1. *poſt conſil. Farinac.* Caualer. *deciſ.* 542. *num.* 2. 3. *&* 4. & latè Bich. *deciſ.* 407. *per tot.*

De Notarijs indicant Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Ta-* 37
bellio, & Com. Auguſt. Fontan. *part.* 5. *verb. Notarius fol.* 203. *&c. & verb. Tabellio fol.* 703.

Notarij, ſiue Tabelliones, Secretarij, alijque Offi- 38

Digitized by Google

ciales publici, quomodo in eorum munere, & officio ſe gerere debeant, quando peccent, & teneatur ad reſtitutionem, ac alia ad rem, Onnate *de contract. part. 2. diſput.35. ſect.5.* Sylueſt. *in Sum. verb. Tabellio*, Card. de Lugo *tom.2. de iuſt. diſput.*41. & alij citati à Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciata diſput.34. cap.10. per tot.* Fernand. de Ottero *tract. de Official. Reipub. part.2. cap. 5. per tot.* vbi plura.

39 Notarij Actuarij ad tria tantùm tenentur, primò, vt vniuerſa iudicii acta fideliter ſcribant iuxta præceptum iudicis, ſecundò, vt originalia acta apud ſe cuſtodiant, tertiò, vt copiam partibus requirentibus tradant; qualiter poſſint hæc per ſuos iuuenes expedire, & alia ad rem pro excuſatione imputari de negligentia, ceſſante tamen dolo, & lata culpa, ac baratteria, quibus duntaxat Officiales indicantur, Tondut. *quæſt. ciuil.* 126. *per tot. part. 2. & facit in tract. de præuent. part.1. cap.2.* vbi plura de præuentione inter Notarios Actuarios.

§. NOTORIETAS. VIII.

1 NOtorium ſecundum multos dicitur id, quòd ita clarum, & euidens eſt, vt latere non poſſit, & cuius teſtis eſt populus ipſe, vel quòd celari non poteſt, vel quod ex actis reſultat, ſiue verius notorium dicitur arbitrio iudicis, qui conſiderare debet an factum ſui natura ſit tale, vt omnes, vel ſciant, vel ſcire veriſimiliter poſſint, Menoch. *de arbitr. caſ.*166. *per tot.* Clar. §. *fin. qu.* 9. Farinac. *quæſt.* 21. *per tot.* Tuſch. *litt. N. concl.*104. *per tot.* vbi qualiter differat à publico, manifeſto, & famoſo, Maſcard. *de probat. vol.2. concl.*1016. vbi quid ſit manifeſtum, & quomodo probetur, & latiùs *concluſ.* 1105. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.2. cap.*23. vbi plura de notorio, & eius effectibus.

Plura de notorio, & eius effectibus, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.* 14. *tit.*17. *num.* 76. *& ſeqq. ad* 94. *fol.* 271. Tuſch. *d. concl.*104. *cum pluribus ſeqq.* vbi de notorio facti permanentis, facti momentanei, vel tranſeuntis, & iuris, ac huiuſmodi, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 24. *n.* 6. *& ſeqq. vol.*3. Ricc. *Collect.*653. 1155. *&* 3202. Sanfelic. *deciſ.*373. *cum Addit.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1105. *& ſeqq.* vbi quid ſit notorium, quotuplex, an ſit probandum, vel ſaltem allegandum, quomodo probetur per teſtes, & alia ad rem, adde Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 29. *num.*2. *&* 3. vbi quòd notorium dicitur crimen commiſſum in loco publico coram multitudine perſonarum, & in notorijs ordo eſt, ordinem non ſeruare &c. Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.*148. *&* 204. *vbi num.* 12. quòd notorium inducitur per decem teſtes de fama publica, ad tradita per Cyriac. *contr.* 102. *num.* 1. Capyc. Latr. *deciſ.*167. vbi plura quando crimen dicatur eſſe notorium, & quomodo tunc procedatur.

2 Notorium crimen dicitur illud, quod aliqua tergiuerſatione celari non poteſt, & quod fit coram populo, vel maiori parte, ſiue ſit facti permanentis, ſiue tranſeuntis, Clar. §. *fin. quæſt.* 9. *verſ. primo*, Menoch. & Farinac. *loc. cit.* Tuſch. *loc. cit.*

Quot teſtes requirantur vt factum dicatur notorium, alij putant ſeptem ad minus, alij melius arbitrio iudicis remittunt, iuxta qualitatem facti, loci, & temporis, Dian. *part.2. tract.* 16. *reſol.* 24. vbi de percuſſione clerici, Maſcard. *de probat. vol.2. concl.*1109. vbi quòd notorium probatur per duos teſtes, dummodò etiam non interrogati eorum dicta ſufficientem reddant rationem, ex qua certa populi ſcientia arguatur, ita quòd poſſit populus directè eſſe teſtis, veluti affirmando illud eſſe adeò notum, vt nulli inficiationi ſit locus, vtpotè quia vniuerſæ viciniæ populus ſit teſtis, & huiuſmodi, vt benè ibidem declarat.

Quòd nullum malum, ſiue delictum adeò notorium ſit, vt non præſumatur aliqua defenſione excuſari poſſe, Magon. *deciſ. Flor.*47. *num.*22. Vrceol. *Conſult. for. cap.* 42. vbi agit de extractoribus in flagranti repertis, quibus nihilominus aſſignari debent ſolitæ defenſiones, Tuſch. *lit. N. concl.*111. *per tot.* vbi an in factis notorijs ſit neceſſaria citatio, & ſententia, & videtur tenere quod ſic, cùm non detur aliquid notorium, quod non poſſit recipere defenſionem, vel per qualitates probandas in notorio facti, vel per conſuetudinem contrariam, ſiue priuilegium in notorio iuris.

Qualiter notorium inducatur ex confeſſione tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.*1. *quæſt.*7. *effect.*3. *num.*1. *& ſeqq.*

Notorietas delicti debet conſtare iudici ex actis, & non 3
aliter, & circa illam eſt benè aduertendum, nam ea probata dicitur probatum ipſum delictum, & poteſt exequi ſententia, ſiue pœna, quia in notorijs iudex potiùs dicitur exequi, quam ſententiare, Magon. *deciſ. Flor.* 47. *nu.* 20. Clar. §. *fin. quæſt.* 9. *verſ. item quæro*, vbi etiam *in verſ. quæro nunc &c.* qualiter notorium poſſit probari per duos teſtes, & vide Farinac. *d. quæſt.*21. Tuſch. *lit. N. concl.*107. 108. *&* 109. *per tot.* vbi quando delictum dicatur notorium, vel non, qualiter ſit probandum, & per quos teſtes.

Quòd requiratur ſententia declaratoria facti notorij, & citatio in formando proceſſo, ſuper ipſo facto notorio, Magon. *deciſ. Flor.* 47. *num.*23. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.*235. *num.* 12. *&c. & caſ.*542. *num.* 22. *& ſeqq.* Farinac. *d. quæſt.*21. *num...* Aluarez de Velaſch. *tract. de iudic. perfect. Rub.* 9. *annot.* 12. §. 3. *num.*21. *&c.* vbi etiam quòd ſi fiſcus antè dictam ſententiam occupet bona, tenetur ad reſtitutionem.

Notorietas delicti qualiter aperiat viam iudici ad inquirendum, debeat tamen eſſe notorium non tantùm factum 4
principale, ſed etiam eius qualitates, Clar. *d. quæſt.* 9. *verſ.* 2. Magon. *deciſ.*47. *num.*22.

Notorium releuat ab onere probandi, niſi probatio re- 5
quiratur pro forma, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 596. *n.* 1. *&c.* Sperel. *deciſ.*101. *num.*64. *&c.*

Quòd in ordinatorijs notorium releuet ab onere probandi, ſecus autem in deciſorijs, quia tunc debet plenè probari, Sperel. *deciſ.*85. *num.*35. *& deciſ.*101. *num.*66.

Quòd ſufficiat illud allegare, & poſſit poſtea iudex ex officio etiam parte non citata ſe extra iudicialiter informare, Gratian. *diſcept. for. cap.* 780. *num.* 14. *cap.* 870. *num.*4. *cap.*925. *num.*6. *&c.* Tuſch. *lit. N. concl.* 108. vbi quando debeat allegari, vel probari, & quomodo, Sanfelic. *deciſ.* 373. *cum Addit.* Viui. *comm. opin.*548. *&* 549. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.*1108. *per tot.*

Quando habeat vim expreſſionis, & aliam expreſſionem non requirat, idem Gratian. *cap.*819. *n.* 11. *&c.*

Quòd notorium factum ſufficit, licèt iudici ex proceſſo non ſit notorium, & ſufficiat illud allegare, Capyc. *deciſ.* 54. *n.*6.

Notorium non admittit appellationem, non requirit 6
ordinem, nec indiget probatione, dummodò tamen priùs conſtet illud eſſe tale, Gratian. *diſcept. for. cap.* 572. *nu.*44. *&c.* latè Tuſch. *lit. N. concl.*110. *per tot.* vbi de multis ſpecialibus notorij, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1105. *& ſeqq.*

Quod vbi agitur de notorio permanente non ſit ſeruandus ordo iudiciarius, niſi aliquam excuſationem poſſit habere, Menoch. *de arbitr. caſ.*235. *num.* 14. *&* 15.

Quòd à facto notorio non appelletur, *cap. cum ſit de appell.* Appelletur tamen à ſententia declaratoria facti notorij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*444. *num.*29. *&c.* Sanfelic. *deciſ.*261.

Notoria nullitas, & iniuſtitia qualis eſſe debeat ad effe- 7
ctum retardandi executionem inſtrumenti iurati, & quæ dicatur talis, Gratian. *diſcept. for. cap.*872. *num.*4. *&c. cap.* 974. *num.*17. *&c.* Sperel. *deciſ.*132. *num.* 12. *& ſeqq.* vide in §. *Nullitas*, Tuſch. *lit. N. concl.*112.

Plura de Notorio, & eius effectibus, quomodo probari, 8
vel conſtare debeat, & alia, Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Manifeſta*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Notorium fol.*208. *&c.* vbi indicat Auctores, qui de notorio ſcripſerunt.

Notorium inducitur per decem teſtes, qui etiam probant 9
publicam vocem, & famam ex ſe ſufficientem ad torturam in delictis occultis, & multò magis aliquibus concurrentibus adminiculis, vt per Cyriac. *contr.*102. *n.* 1. *& ſeqq.*

Notoria quæ ſunt in Curia Papæ, vel alterius Principis 10
reſcribentis, non ſunt in precibus exprimenda, & tacita non inducunt obreptionem, vel ſubreptionem, cùm ſufficiat Principem nouiſſe, vel cogitare potuiſſe id, quod non fuit expreſſum, Felin. *in cap. ſuper litteris* 20. *ſub n.* 8. *de reſcript.* Capyc. *deciſ.*69. *num.*16. Veral. *deciſ.*49. *nu.* 5. *part.*1. Cyriac. *controu.*160. *num.*30. *& ſeqq.* vide in §. *Gratia*, *&* §. *Reſcriptum*.

§. N O-

Digitized by Google

§. NOVATIO. IX.

1 NOuatio eſt prioris debiti, ſiue obligationis in aliam nouam obligationem ciuilem, vel naturalem tranſfuſio, & translatio, adeò vt prima remaneat extinctã, *l.1. ff. de nouat. l. vlt. C. eod. §. præterea, Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Maur. *de fideiuſſ. part.2. ſect.*10. §.4. vbi pleuè, & adducit 14. caſus, in quibus neceſſariò inducitur, Altograd. *conſ.*32. *num.* 1. *lib.* 1. vbi etiam *num.*4. quòd ex actu conditionali non inducitur nouatio, niſi purificata conditione, nec quando partes voluerunt primum contractum in ſuo robore manere, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 284. *num.*3. *&* 4. vbi quòd ad inducendam nouationẽ opus eſt oſtendere veterem obligationem fuiſſe repetitam, & transfuſam in nouam, & vnam eſſe incompatibilem cum alia, nam data compatibilitate vnius contractus cum alio, non poteſt allegari nouatio.

Quid, & quotuplex ſit nouatio, Tuſch. *litt. N. concluſ.* 116. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 180. *volum.*4.

Quibus modis, & qualiter fiat tam de iure antiquo, quàm de iure nouiſſimo, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 117. 118. *&* 119. *per tot.* Ricc. *Collect.* 309. 1922. 2481. *&* 3448. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1111. *per totam.*

2 Nouatio non inducitur, niſi expreſsè dicatur, vel appateat ex coniecturis, vide Iaſ. *in l.* 3. *ff. ſi quis in ius voc.* Afflict. *deciſ.*44. *num.*15. *& deciſ.* 130. *num.* 2. Franch. *deciſ.*15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 509. *num.* 10. *cap.* 961. *num.* 8. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 134. *num.* 36. *&c.* Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*10. §. 4. *num.* 18. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.*117. *num.*3. *& ſeqq. lib.*1. Mart. Medic. *Exam.* 41. *num.*9. *& ſeqq. per tot.* vbi latè quando inducatur nouatio, vel non, *& deciſ.* 66. *per tot.* vbi quando fiat mediante delegatione, & quid in dote, *& deciſ.* 67. *per tot.* vbi quomodo inducatur in ſocietate, vt fideiuſſores liberentur, & vide Additiones eiuſdem in locis citatis de anno 1665. dixi in reſolut. *cap.* 30. *num.* 12. *& ſeqq.* latè Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 122. *& part.*13. *deciſ.* 38. *num.*13.

Quòd non cenſeatur derogatum primæ conuentioni, vel obligationi, niſi quatenus in ſecunda reperiatur expreſſum, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 90. *num.* 1. *& part.* 12. *recent. deciſ.* 122. *per tot. & part.* 13. *deciſ.* 38. *num.* 13. Sanfelic. *deciſ.* 253. vbi quòd nouatio non inducitur ob licentiam à iudice conceſſam reo, vt poſſit audire Miſſam in Eccleſia propinquiori, & conſequenter non liberatur fideiuſſor datus de habendo domum pro carcere.

3 Nouatio non fit etiam ex interuentu nouæ perſonæ, niſi expreſsè id actum ſit, imò vtendum eſt ſemper omni interpretatione, vt nouatio excludatur, maximè ſi ſecunda obligatio minus contineat, & magis ſit damnoſa creditori, nam ſtante præiudicio creditoris non præſumitur voluiſſe nouare, præcipuè vbi actus ſunt inter ſe compatibiles, quia tunc ſemper excluditur nouatio, vt benè probat Altograd. *conſ.* 4. *num.* 32. *& ſeqq. lib.* 1. vbi plura ad excludendam nouationem, & quæ ſint neceſſaria ad illam inducendam, latè etiam Sanfelic. *deciſ.* 360. *per tot. cum Addit.* Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1111. *num.*2. *& ſeqq.* Limita dictam concluſionem ſtante delegatione, vel vbi ſit mandatum à creditorẽ debitori de ſoluendo alteri etiam non creditori ſequuta ſolutione, vel permiſſione, & acceptatione illius, cui ſolui debet, vel quando fuit factum tranſportum per accomodationem ſcripturarum, idem Altograd. *conſ.*6. *n.*7. *&c. lib.*1. latè Mart. Medic. *deciſ.* 66. *per tot.* vbi adducit rationes, & fundamenta hincindè, vide in §. *Delegatio num. . . infra num.*7.

Qualiter, & quando inducatur nouatio, & liberatio mediante delegatione, pulchrè Altograd. *d. conſ.*6. *per tot. lib.*1. vide in §. *Delegatio.*

Quòd non inducatur nouatio, quando alia ſequens obligatio fit ad cautelam, idem Altograd. *conſ.*95. *nu.* 102. *&c. lib.*1. vbi plura ad excludendam nouationem, & Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 114.

4 Nouatio non inducitur in actione dotis priuilegiatã, Gratian. *diſcept. for. cap.*509. *num.*13. *&* 21.

Quia dos habet (inter cætera) hoc priuilegium, vt circa illam non poſſit fieri aliqua nouatio, ſiue delegatio in præiudicium ipſius dotis, & tam mulieris, quàm viri, latè Mart. Medic. *deciſ.* 66. *num.* 56. *& ſeqq. cum Addit. num.*13. *&c.* vide in §. *Dos num.* 9. *&* §. *Pactum num.*15.

Nouatio non inducitur per mutationem fundi cenſuati, & hypothecati, ſed remanet prima obligatio, neque fideiuſſores liberantur, Gratian. *diſcept. for. cap.*113. *n.*81. vide in §. *Cenſus num. . .* 5

Nouatio non inducitur ex inutili ſtipulatione, ex quã cùm non oriatur noua obligatio, non videtur receſſum à prima, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*962. *num.*12. *&c.* Altograd. *conſ.*17. *num.*28. *lib.*1. latè Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.*114. facit Ludouiſ. *deciſ.*76. vbi quando per ſecundum inſtrumentum continens diuerſa pacta cenſeatur receſſum à primo, dummodò ſecundum ſit validum, aliàs ſecus, niſi expreſsè contineat reuocationem primi, quiã etiam ex actu nullo declaratur voluntas, Rot. *in Bonon. pecuniaria* 10. *Decembris* 1677. coram Vbago, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 100. vbi quòd non inducitur nouatio primæ tranſactionis per ſecundam nullam. 6

Quòd prior obligatio, & contractus non nouetur per ſecundum nullum, irritum, vel reſciſſum, ſed prior integra remaneat obligatio, non obſtante nouatione factã per ſecundum contractum nullum etiam expreſsè nouantem primum, cùm non præſtet impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, eſt communis, & indubitata ſententia, per text. *in l.*1. §. 1. *& l. Nouatione ff. de nouat.* Giurb. *deciſ.*63. *num.*4. Caſtil. *contr. tom.*4. *cap.*59. *num.*48. Coſt. *de iur. & fact. ignor. cent.* 2. *diſtinct.*89. *num.* 10. Cancer. *var. reſolut.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 309. Merlin. *de pign. lib.*5. *quæſt.* 30. *num.* 26. *& quæſt.* 43. quos cum alijs pluribus refert, & ſequitur Salgad. *Labyrint. credit. p.* 4. *cap.* 14. *per tot.* vbi refert ex inde poſſe creditorem ex prima obligatione agere in iudicio concurſus, & gradũ obtinere de tempore primæ obligationis, ac contrarij ſatisfacere.

Nouatio inducitur per interuentum nouæ perſonæ, vt quando delegatur creditum creditori acceptanti, ex quã ſequitur deliberatio delegantis, Afflict. *deciſ.* 353. Marant. *part.*6. *verſ. eſt iam productio num.* 49. Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.*10. §. 4. *num.*39. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.*64. *& cap* 290. Menoch. *lib.*3. *præſumpt.* 134. vbi latè quando dicatur facta nouatio, vel non, etiam ſi delegatus non eſſet debitor delegantis, ſi creditor acceptet illum delegatum, de quo plenè Altograd. *conſ.* 6. *num.* 60. *&c. lib.*1. Mart. Medic. 66. *per tot. cum Addit.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*232. *per tot.* vide in §. *Delegatio num. . . &* §. *Litera num. . .* Rot. *part.* 10 *recent. deciſ.* 47. *per tot.* vbi plura ad excluſionem nouationis, & vt ceſſio importet ſimplex mandatum ad exigendum, cuius effectu non ſequuto, poſſit ceſſionarius agere primæuis ſuis iuribus contra cedentem pro ſui crediti conſecutione, & latè Sanfelic. *deciſ.*360. *cum Addit.* 7

Nouatio executiua inducitur per compromiſſum, & laudum arbitratoris cum clauſula, & de iure, & de facto, ita vt liberetur fideiuſſor ſi ſequatur laudum ſuper negotio principali, niſi creditor ſibi reſeruet iura contra illum, vide Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *in* §. 4. *num.* 4. *& ſeqq. ad* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 557. *num.* 20. *&c. cap* 672. *num.* 11. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 134. *num.* 44. facit quòd dixi in §. *Compromiſſum num. . . .* Cabal. *conſil. deciſ.* 117. *num.* 6. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd per laudum ad inſtar ſententiæ redactum, non fit nouatio extinctiua primæ obligationis; ſe illi accumulatiua, quia additur noua actio iudicati, quod caret difficultate, quando in ipſo laudo fuit facta reſeruatio primæ obligationis, ſiue qua reſeruatione alij contra, vt ſupra in laudo arbitratoris. 8

Nouatio cumulariuè tamen, & non extinctiuè inducitur ex litis conteſtatione, & ſententia, Neguſ. *de pign. part.*6. *memb.* 3. *num.*4. Gratian. *diſcept. for. cap.* 291. *n.* 7. *cap.*309. *num.*12. *&c.* vide in §. *Sententia num. . .* 9

Nouatio neceſſaria inducitur per tranſactionem, & concordiam initam inter principalem debitorem, & creditorem, ita vt fideiuſſor liberetur, Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*10 § 4. *num.*8. Menoch. *lib.*3. *præſumpt.* 134. *num.* 42. vide in §. *Fideiuſſor num. . . , &* §. *Tranſactio num.* 18. *& num.*24. latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.*73. *per tot.* vbi plura an, & quando per tranſactionem inducatur nouatio 10

prioris contractus, & obligationis, *& quaſt.64. per tot.* vbi an, & quando fideiuſſor liberetur per tranſactionem factam à principali debitore.

Item quando res conducta fuit in alium alienata, & ſublocata, quo caſu fideiuſſor primi conductoris amplius non tenetur, *l. nouatione C. de fideiuſſ.* Maur. *loc.cit. num.9.*

Item quando in ſolutione penſionis fuerunt variata pacta ab initio firmata, vt ſi debeatur granum, & promittatur pecunia, vel è contra, & liberatur fideiuſſor, Maur. *vbi ſupra num.*10. *&c.*

Item inducitur nouatio quando finita locatione conductor perſeuerat in re conducta, nam licèt fiat tacita reconductio, fideiuſſores dati ab initio remanent liberati, niſi illorum nouus conſenſus interueniat, Caroc. *de locat. quaſt.*22. *ad §.qui impleto num,*4. *&c.* Maur. *de fideiuſſ. p.*2. *ſect.*5. *cap.*2. *num.*9. *& §.* 33. *num.* 16. Mart. Medic. *deciſ.* 97. *& Exam.*50. *num.* 3. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 68. *num.*36. *&c.* dixi plenè in reſol. *cap.*30. *n.*3. *& ſeqq. ad* 11. vbi videre non pigeat.

11 Nouatio præſumitur quando contractus ſunt inter ſe incompatibiles, pugnantes, perplexi, & contrarij, aliàs ſecus, vbi ſecundus poteſt ſtare cum primo, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.*134. *num.*39. Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.* 50. *§.* 4. *num.* 22. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 290. *num.* 17. *cap.*509. *num.*16. *cap.* 553. *num.* 34. *cap.* 718. *num.* 16. *cap.* 864. *num.*8. *cap.* 876. *num.*26. *cap.* 962. *num.* 53. *&c.* Aliograd. *conſ.*17. *num.*30. *& ſeqq. lib.* 1. Mart. Medic. *exam.* 41. *num.*26. *& ſeqq.* Spetel. *deciſ.* 40. *num.* 56. *&c.* Tuſch. *litt. N. concluſ.*119. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 432. *num.* 2. *& ſeqq. & part.* 12. *deciſ.* 132. *num.* 2. *& ſeqq. & part.*13. *deciſ.*284. *num.* 4. *& deciſ.* 341. *num.* 15. Ludouiſ. *deciſ.*76.

Limita, niſi ſit appoſita clauſula, ſine præiudicio priorum iurium, vel niſi ſecundus contractus eſſet nullus, vel vbi non appareret de conſenſu creditoris, nam in his caſibus non inducitur nouatio, Menoch. *loc. cit. n.*45. & Mart. Medic. *vbi ſupra num.* 30. *&c.* Tuſch. *dict. concluſ.*119. facit Sanfelic. *deciſ.*353. *num.* 8. *& deciſ.* 360. *per tot. cum Addit.*

Quando ex ſecundo contractu intelligatur facta nouatio, Caren. *reſol.*71. *per tot.* & omninò receſſum à primo, latè Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.*722. *per tot.*

12 Nouatio præſumitur quando tam prima, quàm ſecunda obligatio ſunt per inſtrumentum, guarantigiam, iuramentum, & ſtipulationem, Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 10. *§.* 4. *num* 23. *&* 24.

Item inducitur nouatio quando factum ſecundum eſt diuerſum à primo, vel quando in ſecunda obligatione præfigitur longior terminus ad ſoluendum, Bart. *in l. pacta C. de pact.* Maur. *vbi ſupra num.* 26. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 290. *num.* 31. *cap.* 509. *num.* 3. 17. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.*30. vbi quòd mutato modo, & qualitate adminiſtrationis, non poteſt quis conueniri ex prima obligatione, nec iuxta formam illius, ita vt non habeat locum obligatio Cameralis in prima contenta, quæ non cenſetur repetita in ſecunda.

Item per adiectionem nouæ pœnæ, vel per iam appoſitæ ſublationem, Gratian. *d. cap.*509. *num.* 36. latè Albert. Alderiſ. *de ſymbol. contract. tit.* 1. *cap.* 6. vbi plura de hac materia.

Item quando partitæ libri fuerunt calculatæ, ad computum, & ſaldum redactæ, ac ex illis formata apoca detrahendo ſummam in eis deſcriptam, & minorem ſoldando, latè Gratian. *d. cap.*509. *per tot.*

Item quando actus primus erat imperfectus, & qui ſequitur eſt perfectus, Gratian. *d. cap.*509. *num.* 25. *&* 31.

Item quando alteratur natura negotij in ſubſtantialibus, vt ſi addatur, vel minuatur pretium, quid autem de pacto ſecondo diuerſo à primo, reſpectu quantitatis, & modi ſoluendi, idem Gratian. *dict. cap.*509. *num.* 3. *&c.*

Plura quando, & ex quibus inducatur nouatio, vel non, Tuſch. *lit. N. concl.*119. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. lib.*3. *de nouat. concl.*1. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 314. Sanfelic. *deciſ.*253. *& deciſ.* 360. *cum Addit.* Albert. Alderiſ. *loc. ſup. cit. num.*49. *& ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.*95. *&* 213. *per tot.*

13 Nouatione ſuppoſita in prædictis, vel ſimilibus caſibus, an priuilegia actionis nouatæ ſurgentia ex lege, diſpoſitione, prout curſus vſurarum, intelligantur repetita, dic quòd aut dicta priuilegia inſunt fauore creditoris, vel cauſæ, & intelliguntur repetita, aut inſunt odio debitoris moroſi, vt vſuræ in contractibus bonæ fidei, & iſta non intelligunt repetita, iuxta diſtinctionem Bart. *in l. aliam ff. de nouat.* quem ab omnibus approbari teſtatur Capyc. *deciſ.*183. *num.*3. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*439. *n.*35. vide in *§. Mutuum num..* Aliograd. *conſ.* 17. *num.* 10. *& ſeqq. lib.*1. *num.*44. vbi latè probat multis ſimilibus adductis, quòd ſemper nouatio intelligatur facta cum omnibus qualitatibus, & priuilegijs, quæ competebant primæ obligationi, & declarat qualiter ſit intelligenda dicta deciſio Capyci, Fontanel. *deciſ.*559. *&* 560. *per tot.* Surd. *conſ.*445. *tom.*3. *num.*57. Giurb. *obſeru.*10.

Nouatio non inducitur per modificationem contra- 14
ctùs, cùm modificatio præſupponat primum actum extare, neque per prorogationem termini adiecti in ſolutione non ſtipulata noua obligatione, neque ſi fideiuſſor interrogatus veriſimiliter conſenſiſſet, neque vbi deeſt conſenſus creditoris, neque ob modicum receſſum, ſi ſtatim redeat, vt in terminis fideiuſſionis de habendo domum pro carcere, non inducatur nouatio, neque fideiuſſoris liberatio per licentiam à Iudice conceſſam de exeundo ad audiendam Miſſam in Eccleſia propinquiore, concludit Sanfelic. *deciſ.*253. *per tot.* vide in *§. Fideiuſſor num.*46. *&c. §. Prorogatio num.*3.

Nouatio qualiter inducatur per voluntariam dationem 15
in ſolutum, & aſſignationem bonorum pro creditis, ita vt omnes præcedentes contractus, & pacta extinguantur, & abrogentur, & ſolum attendatur ſecundus contractus dationis in ſolutum, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.* 712. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* facit quod dixi in *§. Donatio in ſolutum num.*1. *& §. Obligatio num.*34. *verſ. Item finitur per dationem in ſolutum*, latè eadem Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.*85. *& deciſ.* 213. *in eadem cauſa*, in qua vltima fuit receſſum a duabus præcedentibus ex nouiter in facto deductis, *& deciſ.* 381. *d. part.*19. vbi quomodo euictis bonis in ſolutum datis, poſſit creditor agere pro refectione damnorum, & intereſſe, etiam cum priuilegio prælationis, & alia ad rem.

De nouationibus multa indicant Caſtelon. *Alphab. iurid.* 16
verb. Nouatio, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eod. verb. fol.*210. *&c.*

An quando inducatur nouatio, & ex ea fideiuſſorum liberatio, latè Andreol. *contr.*373. *per tot.*

§. NVLLITAS. X.

NVllitas in abſtracto conſiderata nil aliud eſt, quàm 1
ius, & commune auxilium ad irritandum actum, de quo agitur competens; in concreto verò eſt vitium, ſiue defectus rei geſtæ ob legis tranſgreſſionem proueniens, & quando eſt clara, & patens dicitur fauorabilis, teneturque iudex omninò illam declarare, cùm nulla ſit maior iniuſtitia quàm nullitas parens, quando verò eſt turbida, dicitur odioſa, & potiùs pro validitate ſtat præſumptio, Vant. *de nullit. tit.*1. *per tot.* Scacc. *de appellat. qu.*19. *num.*1. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 2. *fol.* 605. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.*261. *&c.*

Nullum aliquid eſſe, vel annullandum, quomodo differant, Tuſch. *litt. N. concluſ.*141. *per tot.*

Nullitas actuum extraiudicialium eſt proponenda co- 2
ram iudice ordinario loci ipſarum partium; actorum verò iudicialium ante ſententiam deffinitiuam poteſt ſine appellatione proponi coram eodem iudice, vbi cœpta fuit, & pendet controuerſia, vel mediante appellatione coram ſuperiore, & poſt ſententiam deffinitiuam ſi agatur coram iudice ordinario, poteſt coram eodem, vel etiam coram ſuperiore proponi principaliter, & incidenter, quia poteſt etiam idem iudex ordinarius reformare ſuam ſententiam deffinitiuam nulliter prolatam, cùm eius iuriſdictio non expiret per prolationem ſententiæ nullæ; imò & iudex inferior dummodò aliàs ſit competens habita prima ſententia pro notoriè nulla, poteſt de nouo ſuper negotio principali cognoſcere: Si verò agatur coram iudice delegato, cùm eius iuriſdictio etiam per expeditionem actus nulli, ſiue nulliter expiret, debet recurri ad delegantem, vel alium ſuperiorem pro declaranda nullitate,

Digitized by Google

te, niſi eſſemus in Delegato Principis, vel ad vniuerſitatem cauſatum, qui ordinario æquiparatur, & poteſt ſuas ſententias etiam deffinititas nulliter prolatas reformare, dummodò tamquam ordinarius, & virtute generalis, & non particularis delegationis proceſſerit, vt benè probat videndus Vant. *de nullit. tit. Coram quo poſſ. & deb. nullit. prop. per tot. fol. mihi* 19. *& ſeqq.* latè Scacc. *de appell. q.* 19. *remed.* 1. *concl.6. per tot.* Card. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 139. Ricc. *Collect.* 1477. Peregr. *deciſ.* 128. *per tot.*

Nullitate autem propoſita coram Superiore, ſi fuerit declarata nulla ſententia, cognoſcit ipſe Superior de meritis cauſæ, ſecus ſi fuerit propoſita coram eodem iudice, vel declarata valida, Giurb. *deciſ.* 70. Sanſelic. *deciſ.* 95. vide in §. *Appellatio num.* 49.

3 Nullitas poteſt proponi etiam coram iudice executore, non quia ille poſſit, aut debeat de ea cognoſcere, ſed ad ſuperiorem remittere, & interim ſi de nullitate ſibi conſtabit in exequendo ſuperſedere, Guid. Pap. *deciſ.* 574. cum alijs, quos refert, & ſequitur Vant. *loc. ſup. cit. n.* 22. vide in §. *Executor num....* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 38. *per tot. lib.* 1.

4 Nullitas proponi, & allegari poteſt à quocumque, qui ſe ex ea ſentiat grauatum, & ſic non tantum ab illis, qui ſunt in actu, vel iudicio principaliter comprehenſi, & nominati, & non tantùm ab illis contra quos ſtat actus, vel ſententia, ſed etiam ab eis, qui actum, vel ſententiam in ſuum fauorem habent, & à tertio extraneo, ſiue ſit neceſſarius deffenſor, ſiue alius voluntariè accedens ad actum, vel iudicium impugnandum pro ſuo intereſſe, de quo ſaltem ſummariè per iuramentum, vel vnum teſtem, vel alias appareat, & nedum ratione priuati ſui iuris, & intereſſe, verùm etiam reſpectu publici iuris, & publicæ vtilitatis, vt in cauſis popularibus, ita vt ſi nullitas ſit patens poſſit, & debeat iudex ex ſuo officio ſupplere, & tantò magis ſi fuerit ab aliquo requiſitus, ac etiam quòd cauſa fuerit commiſſa nullitatibus, & quauis appellatione remotis, quia huiuſmodi clauſula ad tertij præiudicium non ſe extendit, prout nec dicto tertio de nullitate opponenti obſtaret quòd reo principali non competat, nec exceptio trium conformium, nec confeſſio, vel renunciatio, vt iſte tertius poſſit quaſcumque exceptiones, & nullitates ex propria perſona ſibi competentes allegare, etiam ſi reus principalis expreſsè recuſaret, vel prohiberet, latè Vant. *de nullit. tit. quis poſ. dic. de nullit. num.* 1. *& ſeqq. ad* 22. vide in §. *Tertius num.... infra num.* 24. *& ſeqq.*

5 Nullitas non poteſt allegari à tertio, cuius non intereſt, nec ad mutandum ſtatum cauſæ, cùm in omnem caſum admittatur tertius tantùm in terminis, in quibus cauſa reperitur ſi ſciuit illam agitari, nec quando adeſt præſumptio malitiæ, vel calumniæ quòd veniat ad cauſam ad fauorem rei, vt illam impediat, & differat expeditionem, nec vbi nullitatem allegans eſſet iudicij incapax, & inhabilis, Vant. *d. tit. quis poſſ. dic. de null. num.* 22. *& ſeqq. ad* 33. vide in §. *Tertius num... infra num.* 24. *&c.*

Quòd nullitas proueniens ex defectu citationis non poſſit allegari à tertio, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 601. *num.* 10. *&c.* vbi etiam quòd ſemper ſuſtinetur iudicium quoad citatos, licèt quoad non citatos ſit nullum.

6 Nullitas proponi, & allegari poteſt etiam ab eo, qui ſit prohibitus appellare, cùm ſimpliciter appellare prohibitus non cenſeatur prohibitus dicere de nullitate, quia appellatio, & nullitas ſunt duo iuris remedia, penitus ſeparata, ac ex diuerſis cauſis orientia, ideòque remoto ſimpliciter vno remanet aliud; imò quandoque etiam licèt ſit prohibita nullitatis allegatio, vel per ſtatutum reiecta, poſſet de illa opponi, vt ſi proueniat ex defectu poteſtatis, vel iuriſdictionis, vel ex inhabilitate perſonarum, vel negando inſtrumentum, vel ſententiam, vel ex defectu citationis, vel ex capite alterius ſtatuti, vel reſcripti, ſiue ex facie actorum, & ſic ſi ſit notoria, & euidens, vel ex perplexitate, ſiue contrarietate verborum, quia huiuſmodi nullitates ſub generalitate verborum, & aliarum nullitatum non comprehenduntur, vt latè explicat, & probat Vant. *d. tit. quis poſſ. dic. de null. num.* 33. *& ſeqq. per tot.* facit quod dixi in §. *Appellatio num... &* §. *Statutum reijciens num....* Pract. Papp. *for. appellat. ab interlocut. gloſ.* 2. Gratian. *diſcept.* 74. *num.* 2. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 22. *num.* 18.

7 Nullitas ipſo iure inducta poteſt ſemper deduci abſque aliqua temporis præfinitione, cùm ea, quæ ab initio ſunt nulla, tractu temporis non conualeſcant, maximè per viam exceptionis, vel ſi proueniat ex defectu iuriſdictionis, vel mandati, vel ſi agatur de periculo animæ, vel in caſibus, in quibus non currit præſcriptio; Si verò per modum agendi principaliter deducatur, poterit opponi tantùm vſque ad 30. annos, prout aliæ actiones perſonales, cùm etiam per tantumdem tempus duret officium iudicis, quod pro illa declaranda competit, Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus de nullit. ag. poſſ. n.* 8. vbi intelligit niſi aliter per ſtatuta cautum reperiatur, & dummodò cauſa poſtquam fuit propoſita terminetur intra tempus inſtantiæ aliarum cauſarum, quia deſerta appellatione, cenſetur etiam deſerta nullitas ſimul propoſita, niſi proueniat ex defectu iuriſdictionis, quia tunc fatalia non currunt, vide Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 7. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 25. *& ſeqq. fol.* 606. vbi etiam quòd ad inſtar appellationis deuoluit totam cauſam, & negotium principale, ita vt iudex declarata nullitate poſſit, & debeat cognoſcere, etiam de negotio principali; (quòd malè ſeruant iudices Eccleſiaſtici in criminalibus, qui declarata nullitate poſteà dimittunt reos impunitos) an autem cum eiſdem actis, vel nouo compilato proceſſu, Pract. Papp. *form. appellat. definit. gloſ. fuiſſe num.* 9. vide in §. *Inſtantia num...* §. *Sententia num...*

Intra quantum tempus poſſit nullitas allegari, vltra citatos, vide Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 262. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 283. *num.* 1. vbi quòd ius agendi de nullitate præſcribitur 30. annis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 262. *num.* 17. *&c.* vbi quid ſi deducatur per viam excipiendi, *& part.* 13. *deciſ.* 400. *num.* 25. Sanfelic. *deciſ.* 88. *nu.* 7. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 551.

8 Nullitas duobus modis allegari ſolet, & poteſt, nempè principaliter, & incidenter; quando autem dicatur principaliter, vel incidenter propoſita, ac plures magnos effectus, ex huiuſmodi differentia reſultantes, latè Vant. *de nullit. tit. quot. & quibus modis null. in iud. prop. poſſ. per tot.* Scacc. *de appell. quæſt.* 12. *num.* 19. *& ſeqq. & quæſt.* 19. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 593. *fol.* 577. & latiùs *tit.* 28. *per tot. fol.* 605. Tuſch. *litt. N. concl.* 149. *per tot.* vbi an nullitatis cauſa ſit ſimilis appellationi, & qualiter poſſit cumulari, vel non, adde prædictis Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 269. *& ſequentib.* An ſi quis principaliter dixerit de nullitate poſſit poſteà ab eadem ſententia appellare, vide in §. *Appellatio num.* 10. *in fine.*

9 Nullitas qualiter poſſit contra quamlibet ſententiam à Supremo Magiſtratu, vel Principe latam opponi, vide in §. *Sententia num.* 9.

Quòd imò nullitates proceſſuum, non attendantur in Principum Conciſtorijs, & iudicijs, ſummiſque Tribunalibus, ac foro Eccleſiaſtico, cùm in iſtis procedatur ſola facti veritate inſpecta, & de æquitate, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 348. *vol.* 1.

Quòd poſt rem iudicatam non attendantur nullitates, maximè quando non ſunt de tribus, Ludouiſ. *deciſ.* 508. *num.* 1. *& ſeqq. inf. num.* 20.

Nullitates tamen procedentes ex defectu citationis ſemper obſtant, & poſſunt allegari, etiam contra ſententiam à ſupremo Magiſtratu latam, Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.* 70.

10 Nullitas toties proponi poteſt, quoties actus nullus agitur, & ideò quamuis ab eadem ſententia non liceat tertio prouocare, ſemper tamen poteſt de nullitate dici, quia licèt prima, ſecunda, vel tertia fuerint confirmatæ, adhuc, & ſemper poterit allegari nullitas ipſarum ſententiarum confirmantium, & vltimæ; Sed tamen ne tot ſententiæ ludibrio ſint, fuit iure cautum ne quis contra tres conformes ſuper nullitate audiatur, niſi prius fuerint plenariè executioni demandatæ, & ſic prius parito iudicato, vel præfixo aliquo breui termino ad docendum de prætenſis nullitatibus, attentatis, vel reſtitutione, quo elapſo ſi de illis non conſtiterit, ad executionem proceditur, Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus de nullit. ag. poſſ. n.* 1. *&c.* vide in §. *Executio num.* 16. *&* §. *Appellatio num.* 35. Tuſch. *lit. N. concl.* 136. *per tot.*

De nullitate non attendenda ad impediendam executionem trium conformium, Gratian. *deciſ.* 18. *num.* 9. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 23. *num.* 116.

fol. 474. *& tit.* 25. *num* 344. *&c. fol.* 531. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 136. *per tot. infra num.* 27. vide in §. *Sententia num.* 32.

Quòd nullitas ex defectu iuriſdictionis, & etiam notoria reſultans ex actis, poſſit ſemper allegari, etiam aduerſus tres conformes ad impediendam illarum executionem, Bardellon. *conſ.* 153. *per tot. lib.* 2. Tuſch. *d. concluſ.* 136. Pac. Iordan. *d. tit.* 25. *num.* 346. *&c.* vbi adducit etiam alias limitationes, & quando ſententiæ dicantur conformes, vel non, vide in §. *Sententia num.* 32.

11 Nullitas ab allegante eſt probanda, poteſt autem probari, vel per modum affirmatiuum ipſi negatiuæ implicitum, vel per ſimplicem negatiuam facti, ſiue qualitatis extrinſecæ, & erit ſufficiens probatio, vbi de contrario non appareat, vel doceatur quando ſententia non facit tranſitum in rem iudicatam; vbi verò tranſiuit in iudicatum, cùm tunc pro illa præſumatur, ſat eſt eam pro ſe habenti producere etiam abſque proceſſu, & iſto caſu aliter quam per abnegationem erit probanda nullitas ab allegante; poterit tamen probari per actorum productionem, vel per teſtes litteratos, qui fuerint præſentes, vel acta habuerint, & examinauerint, & atteſtentur talia non fuiſſe reperta, vel per confeſſionem partis, cùm negatiua coarctata ad certam ſcripturam, vel locum, & tempus poſſit probari per illius inſpectionem, & per partis confeſſionem, ad tradita per Vant. *de nullit. tit. à quo, & quibus modis poſ. & deb. null. prob. per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1114. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 115. *per tot. lib.* 1. facit quòd dixi in §. *Negatiua num...*

12 Nullitas quando eſt inducta in odium perſonæ dicitur pœna ſaltem largo modo, prout in attentatis; quando verò eſt inducta in fauorem alterius principaliter, vel ob non ſeruatam formam, non dicitur pœna; cauendum tamen ſemper eſt ab actibus, qui poſſunt retractari, quia ex retractatione magna reſultat confuſio, Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 4. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 693. *num.* 3. *Nouiſſ.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 224. *& ſeqq. fol.* 237.

Quòd nullitas inducta ad fauorem certæ perſonæ, poſſit ab eadem perſona ſanari, qualiter, & quando ſecùs, latè Tuſch. *lit. N. concl.* 145. *per tot.*

13 Nullitatem allegans tenetur omnia accepta reſtituere, vbi conſtat de receptione, Caualer. *deciſ.* 144. *num.* 4. *& deciſ.* 311. vbi limitat dummodò res ſit penes actorem, vel ſit factus ex ea locupletior, *& num.* 8. videtur etiam firmare quòd dicta concluſio procedat tantùm vbi agitur ad reſciſſionem contractus validi, ſecùs ſi agatur ex nullitate contractus, & allegat alias deciſiones, vide in §. *Actor num.* 17. *infra num.* 23. Gratian. *diſcept.* 470. 479. 555. 692. 759. 770. *& ſeqq. & deciſ.* 18. *num.* 26. Mar. Antonin. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 24. Andreol. *controu.* 3. quos vide, & Ricc. *Collect.* 1535. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 228. *num.* 8. *&c.* vbi de muliere, quæ dum agit ad recuperationem rei nulliter alienatæ, non tenetur reſtituere pretium, niſi quatenus in eius vtilitatem probetur verſum.

Quòd Eccleſia, vel minor vindicans rem ex defectu ſolemnitatum nulliter alienatam, non teneatur reſtituere pretium, niſi quatenus ſit factus locupletior, Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 55. vbi allegat Burat. *deciſ.* 814. *n.* 1. Duran. *deciſ.* 18. *num.* 27. Merlin. *deciſ.* 219. *per tot.* & alios, & quòd onus probandi locupletationem non Eccleſiæ, vel Minoris, ſed aduerſario ſine ſolemnitatibus contrahenti incumbit, idem Sperel. *dict. deciſ.* 154. *num.* 56. *& ſeqq. & num.* 97. *& ſeqq.* vide in §. *Verſio num.* 1. *& num* 5. latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 75. *per tot. vol.* 1. vbi quando, & quomodo emptori bonorum Eccleſiæ ſit reſtituendum pretium vna cum fructibus, ſi ab eo auocetur res cum fructibus, facit quod dixi in §. *Fructus num.* 9. vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. vbi an poſſit ſuſtineri contractus ſine ſolemnitatibus, conſtito de verſione in vtilitatem minoris, & à quo ſit probanda, prædictis adde Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 89. *per tot.* vbi an, & quando veniens contra tranſactionem teneatur prius accepta reſtituere, dixi in §. *Impugnatio num.* 3. *& §. Tranſactio num.* 16. facit Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 397. *&* 398. *infra num.* 23. latè Hieron. Cala *tract. de reſtitut. in integr. denegan. quæſt.* 9. *per tot.*

14 Nullitas non poteſt allegari ab eo, qui appellauit à ſententia, cùm appellans faciat omnia acta ſua, vide in §. *Appellatio num.* 18. *& §. Citatio num...*

Qualiter nullitati propoſitæ dicatur renunciatum per petitionem executionis ſententiæ, Cabal. *conſ.* 109. *num.* 3. *lib.* 1. Et idem eſſe per petitionem executionis contractus, vt amplius nullitas illius allegari non poſſit, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 657.

15 Nullitas contra vnum declarata, non obſtat alteri non citato per regulam quòd res inter alios acta alijs non præiudicat, vnde ſi legatarius agat ex teſtamento ad legatum conſequendum non poteſt repelli, ex eo quòd teſtamentum fuerit declaratum nullum contra alios legatarios, ſed erit audiendus donec & ipſe in iudicio nullitatis fuerit ſuperatus, & victus, *l.* 1. *ff. de except. rei iud. gloſ. in l. Papinianus §. ſi ex cauſa verb. non valeant ff. de inoff. teſt.* Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. à nullit. defend. poſſ. n.* 33.

16 Nullitates non attenduntur vbi ex confeſſione partis conſtat de eo, de quo principaliter agitur, quia ex huiuſmodi confeſſione inducitur notorium, ſuper quo nulla ſeruata iudicij forma procedi poteſt, & inconfeſſum partes iudicis non ſunt niſi in exequendo, cùm confeſſus habeatur pro condemnato, & in omnem caſum ſi actus non valebit tamquàm ſententia, ſuſtinebitur tamquàm præceptum iudicis factum inconfeſſum, niſi cauſa annullans pariformiter inualiditatem confeſſionis reſpiciat, vel incompetentiam iudicis, vt benè probant Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. poſſ. à nullit. deff. num.* 126. vide in §. *Confeſſio num... & §. Inſtantia num...*

17 Nullitas obiecta ſi poſſit aliquo modo iure, vel ex facto offuſcari, & dubia reddi, non erit attendenda, quia in dubio contra nullitatem, & pro actus validitates pronunciari debet; Sicut etiam erit aduertendum, an huiuſmodi nullitas ſit ſolita in illo loco ſeruari, quoniam nullitate illæ tantùm attenduntur, quæ ſunt ſolitæ de facto obſeruari, Vant. *loc. ſupra cit. num.* 127. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.* 31. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd ſententia contra plures lata poteſt eſſe nulla quoad vnum, & valida quoad alios, in dubio pro validitate iudicandum, niſi clarè probetur nullitas ab allegante, quia cùm nullitas ſit pœna, ei nullatenus eſt fauendum, ſed ſufficit aliqualiter in iure, vel facto illam offuſcari, vel dubiam reddi, de quo plura Ant. Franciſc. Tranchedin. *conſult.* 40. *num.* 34. *& ſeqq. & conſ.* 41. *num.* 35. *& ſeqq.* vbi etiam quòd annullata ſententia ob vitioſam inquiſitionem, vel ob defectum citationis, proceſſus remanet in ſuo robore, ac ſi tranſmiſſa non eſſet inquiſitio, vel prolata ſententia &c.

Nullitas iuriſdictionis non eſt attendenda à iudice appellationis, vbi conſtat de bono iure, quia ſententia iuſta, licèt ſit nulla poteſt confirmari, Alex. *conſ.* 67. *lib.* 6. *& conſ.* 181. *num.* 15. *lib.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 206. *num.* 4. Magon. *deciſ. Luc.* 92. *num.* 33. Rot. *part.* 3. *Diuerſ. deciſ.* 129. *num.* 2. *lib.* 3. dixi in reſol. *cap.* 88. *num.* 9. *&c.* Bardellon. *conſ.* 172. *num.* 14. *lib.* 2. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 354. *& ſeqq. fol.* 532. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 348. *vol.* 1. Borgn. *deciſ.* 25. *num.* 16. *part.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 104. *&* 341. *per tot.* vbi idem concludit in nullitate ex defectu citationis, & mandati, ac ſimilibus, vide in §. *Sententia n.* 4.

Et generaliter de nullitatibus non attendendis, vbi conſtat de bono iure ſuper negotio principali, Vant. *de nullit. tit. vlt. qualiter ſent. poſſ. à nullit. def. num.* 129. *& ſeqq. per tot.* Bardellon. *conſ.* 200. *per tot. lib.* 2. Pac. Iordan. *loc. cit.* Peregrin. *deciſ.* 97. *num.* 5. *&c.*

Quòd tamen nullitas clara ſit maior iniuſtitia, quæ dari poſſit, ita vt iudex nulliter procedens dicatur ſpoliare, & ideò parte opponente, non confirmetur ſententia, quamuis conſtet de illius iuſtitia; non ſufficere tamen generalem oppoſitionem, ſed eſſe neceſſariam ſpecificam cum expreſſione cauſæ ipſius nullitatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 516. *num.* 23. *&c. cap.* 950. *nu.* 27. *&c. & deciſ. March.* 144. *num.* 26. *& ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 176. Pac. Iordan. *vbi ſupra num.* 356. *& ſeqq. fol.* 532.

Si tamen de nullitate non fuerit ſpecificè oppoſitum in prima inſtantia, & ſententia confirmatoria tranſiuerit in rem iudicatam, non poteſt amplius de nullitate opponi, cùm ipſa ſola faciat ius, & pro veritate habeatur, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 474. *num.* 4. *& deciſ.* 572. *n.* 1. *& ſeqq. part.* 5. *deciſ.* 312. *num.* 6. *& part.* 9. *deciſ.* 265. *num.* 2. *&c.* vbi de nullitate ex defectu citationis.

Quòd parte inſtante ſuper nullitate declaratur, illaque oppoſita ante diſcuſſa merita cauſæ, & ſeruatos terminos ſubſtantiales, ſit ſuper ea pronunciandum, & annullanda

ſen-

ſententia, quamuis de illius iuſtitia in progreſſu cauſæ apparere poſſet, intelligendo quando nullitas eſt clara, ſecùs ſi turbida, Rot. *part. 12. recent. deciſ.* 227. *num.* 1. *&c.* vide eamdem Rot. *part. 14. recent. deciſ* 104. *num.* 12. *& ſeqq.*

Qualiter nullitas, & iniuſtitia inter ſe differant, vel non, Tuſch. *litt. N. concluſ.* 131. *&* 132. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 278. *& ſeqq.*

19 Nullitas non poteſt allegari ab eo, qui fuit cauſa illius, nec ab eius ſucceſſore, ne ex proprio dolo commodum conſequatur, Ruin. *conſ.* 40. *num.* 7. *&c. lib.* 5. Magon. *deciſ. Luc.* 14. *num.* 30. Surd. *deciſ.* 108. Sperel. *deciſ.* 155. *num.* 31. *& ſeqq. infra num.* 29. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 150. *num.* 9. vbi quòd auctor nullitatis non poteſt dicere de nullitate.

20 Nullitates circa iudicialia in Statu Eccleſiaſtico, & vbique in foro Eccleſiaſtico non attenduntur, niſi ex defectu iuriſdictionis, mandati, & citationis ſecundùm Bullas Pij IV. & Clementis VIII. de quibus Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 762. *num.* 11. latè Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 348. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2865. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 36. *num.* 1. *& ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 508. vbi quod poſt ſententiam non attenduntur nullitates, maximè quando non ſunt de tribus prædictis, Piaſec. *in Prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 4. *de ord. iud. nu.* 69. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *num.* 70. *fol.* 6. vbi propterea infert alios terminos iudiciales non eſſe de ſubſtantia, ſed ad benè eſſe, iuxta ſtatum, & qualitatem cauſæ arbitrio iudicis.

Quomodo poſſit ſanari nullitas citationis, vide in §. *Citatio num.* 49.

Quòd dictæ tres nullitates ſint inſanabiles, quandoque tamen ſanentur, & quomodo, vide Ridolphin. *d. cap.* 13. *num.* 348. *cum plurib. ſeqq.*

Quòd dictæ nullitates, & vnaquæque ex illis, etiam poſt tres conformes, reuocentur, & quare, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 68. *lib.* 1.

21 Nullitas ob defectum citationis ad videndum iurare teſtes iuxta textum in *l. ſi quando C. de teſt.* & dixi in §. *Teſtis num.* 22. & in reſolut. *cap.* 92. *num.* 15. *&c.* non obſtat quando à parte fuerunt data Interrogatoria, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 694. *num.* 10. *&* 48. *cap.* 550. *n.* 2. *& ſeqq.* vbi generaliter de modo ſanandi huiuſmodi nullitatem, Caualer. *deciſ.* 295. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 8.

Quòd imò datio interrogatoriorum ex ſe non ſufficiat, niſi ſanatio nullitatis fuerit à Principe commiſſa arbitrio iudicis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 280. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 361. *per tot.* vbi quando non ſit locus dicto arbitrio, nec poſſit nullitas ſanari, ceſſante æquitate, Bich. *deciſ.* 230. Zuff. *de legit. proceſ. lib.* 3. *quæſt.* 114.

Quòd ſuppleatur dictus defectus citationis ex monitione iudicis facta procuratori, quòd certo die, & hora examinabuntur teſtes, maximè ſi etiam ille dederit interrogatoria, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 187. *num.* 30. *&c.*

Item non attenditur dicta nullitas, ſtante ſtylo contrario, Gratian. *diſcept.* 694. *num.* 7. *&c. cap.* 738. *num.* 16. *&c.* ſed huiuſmodi ſtylum non valere tamquam contra ius, probat idem Gratian. *d. cap.* 694. *num.* 48. *&c.* Primam tamen partem quando fuit ſeruatus ſolitus terminus ad probandum iuxta conſuetudinem loci videtur ſequi Burat. *deciſ.* 118. *num.* 17. *in Addit. & deciſ.* 304. *per tot.* vide in §. *Citatio num.* 26. Bich. *deciſ.* 48. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi de ſtylo Hiſpanarum.

Item non obſtat quando coram iudice delegante fuit facta citatio generalis pro intereſſendo examini coram iudice remiſſoriali, & intimatum fuit decretum parti, Caualer. *deciſ.* 275. *num.* 5. Rot. *in Venetapratenſe illegitimitatis* 6. *Nouembris* 1598. coram Pena, poſt Farinac. *ad Stat. Vrb. deciſ.* 45. vide Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 12. *n.* 15. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 772. *num.* 19. vbi quòd iſte defectus ſuppletur ex præfiſione termini ad probandum parti intimati.

Item non obſtat ſtante ſcientia partis, contra quam teſtes examinantur, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 42. *n.* 2. Vant. *de nullit. tit. vlt. num.* 122. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 9. *gloſ.* 2. *num.* 16. Sanfelic. *deciſ.* 1094. Ferentil. ad Buratt. *deciſ.* 118. *n.* 19. Duran. *deciſ.* 276. *n.* 2.

Et in omnem caſum conceditur repetitio etiam facta publicatione, & conualidatur depoſitio, quamuis teſtes ſe referant ad primum examen nulliter factum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 890. *num.* 11. *&c.* Duran. *deciſ.* 276. *n.* 3. *& n.* 5. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 317. *num.* 27. vbi tamen qualiter tunc ſint reficiendæ expenſæ, vide in §. *Teſtis n.* 53. *& n.* 22.

Alia ad ſuſtinendum examen non obſtante huiuſmodi defectu, Rot. poſt Fenzon. *ad Stat. Vrb. deciſ.* 46. *&* 47. Poſt. *de manut. obſeruat.* 91. *num.* 26. *&c.* Rot. apud eumdem *deciſ.* 98. *num.* 3. *&* 5. *deciſ.* 162. *num.* 8. *& deciſ.* 171. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 72. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 125. *&c. fol.* 310. dixi in reſolut. *cap.* 92. *num.* 21. *& ſeqq.* & in hoc Opere §. *Teſtis num.* 22. *&* 44. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 33. *& ſeqq. & cap.* 12. *num.* 64. *& ſeqq.*

Non etiam obſtat dicta nullitas in ſummarijſſimo manutentionis iudicio, vbi non extant probationes contrariæ, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 456.

Nullitates leues non attenduntur, vbi ius redditur per 22
notarios iuris ignaros, & coram Vicarijs, ſiue Poteſtatibus Caſtrorum, quia tunc de apicibus iuris non curatur, Alex. *conſ.* 61. *num.* 11. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 353. *num.* 17. *&c.*

Nullitas ob non ſeruatam formam ſtatuti non poteſt al- 23
legari quando conſtat de receptione mercium, vel pecuniarum, aliter tamen quam per confeſſionem etiam iuratam debitoris, cùm per eam poſſit fieri fraus legi, ſiue ſtatuto, quia non eſt licitum locupletari cum aliena iactura, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 713. *num.* 55. *&c. cap.* 750. *in princ. cap.* 576. *num.* 25. *&c. cap.* 669. *num.* 3. *&c.* vide in §. *Mercator num.* . . *&* §. *Verſio num.* 1. *ſupra num.* 13. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 60. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi quòd iam mulieres, quàm minores opponentes nullitatem, tenentur reſtituere pecunias receptas, & in eorum vtilitatem verſas, quæ verſio præſumitur in contractu merè gratuito, (quidquid ſecùs ſit in vſuram) niſi contrarium ab ipſis probetur.

Locupletatione verò non probata obſtat nullitas, ad latè tradita per Magon. *deciſ. Luc.* 15. *per tot.*

Quòd nullitas non poſſit allegari probata verſione in vtilitatem pupilli, ſiue minoris Eccleſiæ, vel Ciuitatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 564. *num.* 33. vide in §. *Verſio num.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 69. *& ſeqq.*

Sed iſtud procedere ſolùm, vt pretium ſit reſtituendum, non vt ſuſtineatur alienatio nulliter facta, Rot. poſt Cenc. *de cenſib. deciſ.* 287. Merlin. *deciſ.* 244. *num.* 16. *& deciſ.* . . *per tot.*

Quòd etiam ſanetur nullitas, & non poſſit allegari propter ſubſequentem euentum, ex quo retractus reſultet in vtilitatem minoris, vel mulieris contrahentis abſque ſolemnitatibus, idem Gratian. *cap.* 756. *num.* 49. *&c.* vide tamen Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quòd in omnem caſum vtilitas deberet eſſe incontrouertibilis, & euidens.

Plura de nullitate contractuum, quid ſit, quotuplex, de illius cauſis, nempè ex defectu in perſonis, ex parte materiæ, ex parte formæ, & huiuſmodi; de effectibus dictæ nullitatis, quomodo contractus nulli poſſit reualidari, & conualeſcere, ac alia ad rem, Petr. de Onnate *de contract. to.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 19. *per tot. fol.* 534. *& ſeqq. ad* 600.

Nullitas inducta ad fauorem mulieris, vel minoris non 24
poteſt allegari, niſi ipſis volentibus, & ſic claudicat contractus, vt dixi in §. *Alienatio num.* . . . *&* §. *Contractus num.* . .

Et idem eſſe in nullitate inducta fauore Eccleſiæ, vt non poſſit niſi ab ipſa Eccleſia, vel eius Prælato allegari, Sanfelic. *deciſ.* 309. *num.* 7. Quarant. *in ſum. Bull. verb. Alienatio eorum Eccleſiæ n.* 34. vide in locis citatis.

Quòd poſſit tantùm allegari ab ipſis minoribus, vel etiam hæredibus, & non ab alij, Rot. *in Auximana cenſus* 10. *Martij* 1636. *num.* 49. *&c.* coram Ghiſilerio, Surd. *deciſ.* 108. Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.* 151. *num.* 52. *fol.* 334. *& num.* 20. *fol.* 372. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 576. *num.* 40. *cap.* 713. *num.* 54 *cap.* 761. *num.* 30. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 82. *num.* 12. *& part.* 18. *deciſ.* 657. *per tot.*

Quòd hæredes mulieris, vel minoris poſſint dare de nullitate, *l. heredes, C. ad Velleian.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 324. *num.* 20. Si tamen mulier, vel minor numquam oppoſuerint de nullitate, ſed potius approbauerint contractum, non poſſunt etiam eorum hæredes illum impugnare, ſed factum defuncti omninò ſeruare tenen-

Digitized by Google

tenentur, *l. ſi ab eo C. de liberal. cauſ.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 394. *num.* 11. & 12. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 64. vbi quòd poteſt allegari ab hæredibus, etiam ſi defunctus non oppoſuerit, nec conqueſtus fuerit, vide Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 657. *per tot.*

Quòd immò nullitas inducta à ſtatuto propter ſolemnitates non adhibitas, quando lex ab initio reſiſtit contractui, poſſit à quocunque deduci, & allegari, cùm tunc dicatur penitus excluſiua iuris agentis, Surd. *deciſ.* 108. *num.* 11. &c. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 16. *in fine*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 691. *per tot. deciſ.* 155. *num.* 34. vide in §. *Forma num.* Merlin. *deciſ.* 746. *num.* 6. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 130. *num.* 10. & *ſeqq.* vbi quòd nullitas iam detecta, & iuris agentis excluſiua, vel ipſo iure, & fauore publico inducta, poteſt etiam à tertio allegari, Franciſ. de Angelis *d. quæſt.* 13. *num.* 94.

De nullitate cenſus circa formam ſubſtantialem, vt poſſit à tertio allegari, etiam ſi verſemur in iudicio executiuo, & cenſuarius promiſiſſet ſoluere, Thomat. *deciſ.* 101. *num.* 17. & *ſeqq.* vide in § *Cenſus*.

Quòd nullitas cenſus poſſit ſanari à Papa, & talis ſanatio retrotrahatur ad initium, & diem celebrati contractus, etiam in præiudicium aliorum, quibus interim fuiſſet ius quæſitum, Bich. *deciſ.* 614. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 356. & *deciſ.* 601. *num.* 38. vide in §. *Cenſus num.* 6. &c.

25 Nullitas non poteſt regulariter à tertio allegari, ſed tantùm ab eo, ad cuius fauorem eſt inducta, niſi eſſet patens abſque aliqua extrinſeca probatione, vt ſi appareret obligationem peccare in forma, quia hæc nunquam cenſetur prohibita allegari, Marant. *conſil.* 39. *num.* 32. & *diſput.* 6. *num.* 33. Rom. *conſil.* 42. *num.* 3. Surd. *deciſ.* 70. *num.* 26. &c. *deciſ.* 108. *num.* 2. &c. Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 225. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 292. *num.* 22. & alibi ſæpè Merlin. *deciſ.* 219. *num.* 5. &c. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 82. *num.* 12. vbi ſimpliciter quòd inducta in minoris, vel alterius fauorem non poteſt opponi à tertio.

Intellige vt poſſit allegari à tertio quando lex reſiſtit contractui, Sperel. *deciſ.* 135. *num.* 14. & *ſeqq. per tot.*

Quòd nullitas ipſo iure inducta, poſſit a quocumque allegari, & per quæ verba inducatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 691. *per tot. cap.* 855. *num.* 18. &c. Surd. *d. deciſ.* 108. *per tot.*

Quòd nullitas poſſit allegari à tertio, quando illi fuit ceſſum ius dicendi de nullitate, quòd cedi poteſt, idem Gratian. *diſcept.* 903. *num.* 10. &c.

Nullitas iam detecta, & oppoſita poteſt à quolibet deduci, & allegari, ac præſertim quando eſt clara, & prorſus excluſiua iuris agentis, Felin. *in cap. lator de re iud.* Bart. *in l. qui iam num.* 1. *ff. de except.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 691. *num.* 17. & *cap.* 715. *num.* 25. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 257. *num.* 9. & 10. & *deciſ.* 409. *n.* 20. vbi quod nullitas detecta poteſt à quocumque tertio opponi.

Quòd nullitas licèt excluſiua iuris agentis non poſſit opponi à tertio abſque præcedente declaratione illius, cuius fauorem reſpiciat, Bich. *deciſ.* 43. *num.* 3.

26 Nullitas patens poteſt adeò allegari à quocumque tertio, vt poſt ius illi quæſitum de ea opponendi, & dicendi, eidem non obſit ſubſequens ratificatio, prout ex tunc, ſed tantùm prout ex nunc à die ratificationis quidquid ſit in tacita ratificatione ex curſu temporis, quæ videtur retrahi ad tempus initi contractus, & poteſt allegari in Saluiano, ad latè tradita per Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 16. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 27. *num.* 39. &c. *cap.* 124. *num.* 22. *cap.* 225. *num.* 18. *cap.* 470. *num.* 23. *ſupra nu.* 4. & 5. dixi in §. *Actus num.* 14.

De ratificatione quando retrotrahatur, vel non, vide Surd. *deciſ.* 245. *per tot.* & dixi in §. *Ratificatio num.* 3. 5. & 13. *infra num.* 31.

27 Nullitas ſententiæ ſi poſſit incontinenti probari, poteſt allegari ad impediendam illius executionem, niſi tamen reus bina ſententia ſuccuberit, Pract. Papp. *for. execut. ſent. deff. gloſ.* 1. *num.* 5. & *ſeqq. cum Addit.* vide in §. *Executio num.* . . *ſupra num.* 10. Ricc. *Collect.* 1245. 2050. & 3379. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 60. *num.* 37. & *ſeqq.*

Quando nullitas attentata per viam ordinariam impediat executionem ſententiæ, & poſſit inhiberi iudici exequenti, latè Matt. Medic. *Exam.* 19. & *deciſ.* 32. *per tot. cum additionibus*.

Quòd nullitas non impediat executionem contractus, nec illius effectum retardet, donec per ſententiam cauſa fuerit terminata, niſi poſſit incontinenti probari, & deducatur per modum excipiendi, Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 2. &c.

Quòd principaliter propoſita non retardat executionem contractus, vel ſententiæ quando executio eſt retractabilis; propoſita verò incidenter per modum excipiendi, vel ſimul cum appellatione, vel ſi executio ſit irretractabilis impediat executionem, latè Vant. *de nullit. tit. quot, & quib. mod. null. in iud. propon. num.* 29. & *ſeqq. ad* 36. Matt. Medic. *Exam.* 19. & *deciſ.* 32. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 72. *num.* 18. & *ſeqq.* Scacc. *de appell. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 4. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. *nu.* 17. & *ſeqq. fol.* 606. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 17. *per tot.*

Florentiæ autem de conſuetudine attenditur præuentio in petenda executione ſententiæ, vel in alleganda ipſius nullitate, ita vt ſi habens ſententiam pro ſe præuenerit in petenda executione, non poſſit impediri per allegationem nullitatis; Si verò habens contra ſe ſententiam præuenerit in dicendo de nullitate coram iudice, impeditur executio, donec de ipſa nullitate cognoſcatur, vt teſtantur Caſtr. *in Auth. quæ ſupplicatio C. de prec. Imper. offer.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 27. *num.* 83. & *ſeqq.* Scacc. *de ſent. & re iud. gloſ.* 14. *quæſt.* 10. *n.* 26. Card. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 135. & 136. dixi in Pract. §. *Nullitá num.* 21.

Quid autem ſi eodem tempore fuerit allegata nullitas, & petita executio? vide in §. *Reſtitutio num.* 5. Sed hodie dicta præuentio, vel garulitas Florentiæ fuit ſublata per reformationem editam de anno 1678. & res reducta ad terminos iuris.

Qualiter etiam poſt executionem ſententiæ poſſit dici de illius nullitate, quæ ſi conſtet in actis, poſſit decidi abſque nouis terminis, & tela iudiciaria, Sanfelic. *deciſ.* 96. *per tot.*

Nullitas primæ ſententiæ, vel primorum actorum, qualiter influat in omnes ſequentes, ita vt opus ſit nouo iudicio ex integro, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 234. *per tot.* & *cap.* 761. *num.* 19. vide in §. *Obligatio num.* 4. 28

Nullitas tamen circa ſententiam non inficit totum proceſſum, ſed tantùm ſententiam, Cornaz. *deciſ. Luc.* 14. *num.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 347. *num.* 20. *vol.* 1.

Nullitas ob non ſolutam gabellam poteſt allegari etiam ab eo, qui tenebatur eam ſoluere, quamuis videatur allegare propriam turpitudinem, & defectum, Rot. *Flor. ſub die* 20. *Maij* 1597. *lib. mott.* 80. Card. Tuſch. *litt. N. concl.* 134. *per tot. ſupra num.* 19. 29

De nullitate actorum, & ſententiæ ob non ſolutionem gabellæ a litigantibus Florentiæ pro inſtrumentis, & alijs ſcripturis publicis, & priuatis exhibitis propter ſolam productionem, Cabal. *conſ. deciſ.* 23. *per tot. lib.* 1. vide in §. *Gabella*.

Nullum ab initio an, & quando poſſit tractu temporis, vel conſenſu, ſiue alio iure ſuperueniente conualidari, vel non, quando nulliter geſta poſſint infirmari, & alia, plenè Tuſch. *litt. N. concluſ.* 143. *cum plurib. ſeqq. per tot.* 30

Qualiter ad reparandas nullitates, poſſint vnico contextu acta repeti, & renunciari, & poſteà ex illis validè ſententia ferri, Afflict. *deciſ.* 262. *num.* 8. Vant. *de nullit. tit. vlt. num.* 88. Scacc. *de ſent. & re iud. gloſ.* 14. *quæſt.* 16. *num.* 18. *de appellat. quæſt.* 15. *num.* 335. Non tamen per modum reconualeſcentiæ, ſed per modum noui conſenſus, ad Dec. *conſ.* 549. & *conſ.* 661. *propè finem*, & Vant. *loc. cit.* Ita vt hæc repetitio actorum fieri debeat de vtriuſque partis conſenſu, Bart. *in l. mutari num.* 3. *ff. de Procurat.* Abb. *in c. venerabilis num.* 16. *de iud.* & *in c. fin. n.* 2. *de probat.* Felin. *in c. præſentata num.* 8. *de teſtibus*, Scacc. *de appellat. quæſt.* 15. *num.* 336. Marant. *in prax. part.* 5. *num.* 45.

Intelligendo etiam in dependentibus à poteſtate partium, ſecùs autem in alijs non dependentibus à poteſtate partium, vel exigentibus certam formam, ne de facili fiat fraus legi, Abb. *in d. cap. venerabilis num.* 16. Felin. *in c. præſentata num.* 8. & vide Scacc. *de appellat. d. quæſt.* 15. *num.* 335. facit quòd dixi in §. *Inſtantia num.* 20.

Nullitas ex defectu mandati ſanatur per ratificatio- 31

nem

Digitized by Google

nem geſtorum, etiam poſt oppoſitionem exceptionis falſi procuratoris, & poſt concluſionem in cauſa, & poſt ſententiam, *l. licet*, vbi DD. *ff. de iud.* Natt. *conſ.* 126. Gigas *conſ.* 85. Buccafer. *conſ.* 104. *lib.* 1.

Secùs tamen eſſet quando iam lata eſſet ſententia ſuper nullitate proceſſus, & nulus declaratus ex dicto defectu mandati, nam tunc non amlipus ſufficeret ratificatio ad ſanandum dictam nullitatem, ſed tantùm de nouo poteſt agi, quia ſecuta hac ſententia nullitatis, res non eſt amplius integra, ſed quæſitum eſt ius parti, cui maximè præiudicaretur ſi ratificatio retrotraheretur, nec pariter ſanatur nullitas per ratificationem, quando pars aduerſa proteſtauit nolle cum eo litigare, niſi ſi & in quantum haberet legitimum mandatum, & ſufficiens, & alia ad rem, Cæpol. *caut.* 15. Buccafer. & alij ſupracitati, cum alijs, quos ego allegaui in §. *Ratificatio num.* 3. 5. *&* 13.

32 Nullitas ſententiæ criminalis qualiter poſſit allegari à condemnantis carceratis, imo etiam à contumacibus per procuratorem, quando eſſet notoria, & ex actis reſultans, Franch. *deciſ.* 232. *&* 688. vbi tamen quoad contumaces reclamante fiſco fuit ſuſpenſa reſolutio, vt dixi in §. *Bannitus num.* 29. *verſ. imo etiam*, *&* *in* §. *Procurator num.* 9. adde D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. cap.* 14. *num.* 34. *&* 35. vbi benè probat non eſſe admittendas, & diſcutiendas nullitates, niſi ipſiſmet condemnatis in carceribus conſtitutis, dictamque deciſionem Franchi non fuiſſe ſeruatam, nec in praxi ſeruari, & allegat Nouar. *deciſ.* 14. Maſtril. *deciſ.* 161. *num.* 17. *& ſeqq.* Scyal. *in prax. for iudic. cap.* 12. *num.* 14. *& alios*; ſicut etiam non fuit admiſſa Florentiæ me informante ſub die 11. Ianuarij 1679. ab Incarnatione, vt in filcia ſupplicationum dicti temporis in Cancellaria Dominorum Octo ſub nomine Ioannis Baptiſtæ Nani *num.* 176.

Quòd nullitas ſententiæ declarata quoad vnum ex condemnatis in manus Curiæ deuentum, non proſit alijs conſocijs pro eodem delicto condemnatis, quando perſonam carcerati tantùm reſpicit, puta quia eſſet minor; ſecùs autem ſi nullitas acta ordinatoria reſpiciat, nam tunc videtur etiam alijs pro eadem cauſa condemnatis prodeſſe, ad Franch. *deciſ.* 467. Clar. *quæſt.* 94. *num.* 4. Farinac. *q.* 101. *num.* 27. Gizzarel. *deciſ.* 12. *num.* 5. Fului. Maioran. *d. cap.* 14. *num.* 59.

33 Nullitas non incurritur quando fit aliquid contra ſtatutum pœnale, ſed ſufficit ſoluere pœnam, vbi non adeſt clauſula actus annullatiua, vt dixi in §. *Actus num.* 6. *&* §. *Forma num.* 2. *verſ. Quod nullitas*, & latè probat Ganauer. *deciſ.* 53. *per tot. & conſ.* 9. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi diſtinguit nam aut diſpoſitio legis procedit affirmatiuè ordinando aliquid fieri ſub pœna, & tunc ordine non ſeruato incurrit pœna, ſed non nullitas, aut procedit prohibitiuè ſub pœna, & tunc agendo contra prohibitionem pœnalem committitur vtrumque, ſcilicet nullitas, & pœna, vt ex pluribus ibidem probat *fol. mihi* 153. vbi etiam *num.* 3 videtur intelligere de nullitate reſultante in præiudicium contrafacientis legi, non autem in præiudicium tertij, cùm pœnæ ſuos debeant ſequi auctores, & non alios, vt etiam benè animaduertit Mart. Medic. *deciſ.* 28. *num.* 3.

34 De nullitatibus diuerſis multa deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Nullitas*.

35 De nullitatibus in vniuerſum item pleniſſimè ſcripſit Altimar. *tract. de nullitat.* & particulariter alij citati ab Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Nullitas, nullum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 214. *&c.*

Quod de nullitate poſſit cognoſcere iudex appellationis, ſicut etiam de meritis, imò etiam de meritis reiecta nullitate, quando æquè principaliter fuit appellatum ſuper iniuſtitia ſententiæ, atque nullitate, & quando de nullitate euidenter non docetur, quia ſententia quamuis nulla ſit, ſi iuſta reperiatur, poteſt confimari, & Rota Romana non attendit nullitates ſcotentiarum, quando iuſtæ ſunt, & paruipendit validitatem, ſi iniuſtæ reperiantur, vt latè deducit Rot. *Luc. in Lucana incurſa caducitatis* 13. *Febr.* 1686. *coram Bernardino Auguſtino, regiſtrata per Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. deciſ.* 35. *num.* 3. *& ſeqq.*

§. NVMERATIO. XL

NVmeratio pecuniæ probatur per aſſertionem nota- 1
rij, quòd Titius dederit, & numerauit, maximè ſi dicat verè, & realiter, & cum effectu, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 51. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 387. *num.* 35. *&c. cap.* 628. *num.* 1. *&c. cap.* 796. *num.* 1. *&c. cap.* 879. *per tot. cap.* 952. *num.* 13. *&c.* Speiel. *deciſ.* 27. *num.* 7. *& num.* 20. Ricc. *Collect.* 3126. Ludouiſ. *deciſ.* 459. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 333. *per tot.* vbi plura ad excludendam numerationem, & ſolutionem pecuniæ, etiam ſi videatur colligi ex verbis notarij, & in terminis penſionis, & ſic fuit confirmata prima deciſio in eadem cauſa coram Bichio inter impreſſas eiuſdem *deciſ.* 19. *& deciſ.* 214.

Quòd probetur per verba, habuit, & recepit in tot monetis &c. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 187. *num.* 24. Bich. *deciſ.* 584. vbi reſpondet pluribus contrarijs, *& deciſ.* 617. in eadem cauſa.

Quomodo per verba notarij probetur actualis numeratio, etiam ſi dictum fuerit antè præſentem contractum, Gratian. *deciſ.* 228. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 355. *&* 375. Bich. *deciſ.* 584. *per tot.* Cenc. *d. quæſt.* 51. *n.* 11. *& ſeqq. per tot.* Rot. *d. deciſ.* 344.

Qualiter in conſtitutione cenſus debeat concurrere de tempore eiuſdem impoſitionis ſub pœna nullitatis, Merlin. *deciſ.* 173. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 140. *num.* 4. *&c.* vbi ex quibus verbis probetur, & vide Cenc. *de cenſ. d. quæſt.* 51. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ* 80. *num.* 2. vbi quòd verba, *præſentialiter*, *& incontanti*, optimè probant numerationem, vide in §. *Cenſus num.* 4. *&* §. *Pretium num.* 7. *&c.*

Quòd numeratio pecuniæ ſit duplex, alia ciuilis, ſiue ficta, quando vnum debitum conuertitur in mutuum, vel alio modo; alia naturalis, & vera, & quomodo poſſit excuſari notarius, qui fecit mentionem in inſtrumento de numeratione, ſi teſtes contradicant, Tuſch. *lit. N. concluſ.* 150. *per tot.* vide in §. *Notarius num.* 18.

Numeratio pecuniæ enunciata in apoca, vel inſtru- 2
mento, poteſt ex coniecturis dici, & probari ſimulata, ſtante cauſa ſimulandi, quæ non eſt præcisè probanda, ſed ſufficit quod à partibus fuerit opinata, & ſtante ſimulatione omnes clauſulæ quamtumuis prægnantes, & iuramentum non operantur ex defectu conſenſus, & multas coniecturas in id cumulat Rot. *in Auenion. ſimulationis* 29. *Ianuarij* 1635. coram Panzirolo *in Nouiſs. part.* 7. *deciſ.* 27. *&* 28. *per tot.* vbi in materia cenſus, Cenc. *de cenſ. d. quæſt.* 51. *num.* 2. *verſ. ad hanc autem*, *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 459. vbi reſpondet aliquibus coniecturis ſimulationis, concludens pro vera numeratione in terminis cenſus.

Numeratio pecuniæ an probetur per ablatiuum abſo- 3
lutum, vel gerundium, dixi in *Ablatiuus num.* 8.

Quòd numeratio tamquam conſiſtens in facto, nullo temporis curſu præſumatur, ſed ab allegante ſit probanda, qualiter autem, & in quibus caſibus probetur per confeſſionem de recepto, vel non; quomodo per iuramentum, in quo notarius de numeratione teſtetur, vel vtatur verbis numerationem denotantibus, vel per teſtes, qui interfuerint numerationi, benè explicat Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1115. 1116. *&* 1117. *per tot.*

E contra etiam non numeratam fuiſſe pecuniam qualiter poſſit probari per partis confeſſionem, vel per teſtes, qui interfuerunt, dicentes nullam fuiſſe factam numerationem eo tempore, & loco, quo aſſeritur, & alijs modis, idem Maſcard. *loc. cit. concl.* 118. *per tot.* vide in §. *Exceptio num.* 42. *& ſeqq.* vbi pluta notabilia de exceptione non numeratæ pecuniæ.

Quòd numeratio, ſiue exburſatio pecuniarum facta inter domeſticos parietes probetur per confeſſionem ipſius exburſantis, iunctis teſtibus familiaribus, quia ea, quæ fiunt inter domeſticos lares alijs probationibus meliùs non innoteſcunt quàm teſtibus familiaribus, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 57. *num.* 19. *& ſeqq.* Franc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 61.

De numeratione pecuniæ non ſequuta, & ſic de exce- 4
ptione non numeratæ pecuniæ, ac de numerationis ſimulatione, & alia, Ant. Gob. *conſult.* 87. *& ſeqq.* cæterique relati à moderno Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5.

part.5. verb. Numeratio fol. 217. & dixi ego pleniùs in §. *Exceptio num.42. & ſeqq.*

5 Numeratio pecuniæ, ex quibus probetur, præſumatur, vel potiùs excludatur ad effectum tollendi, vel admittendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, Cyriac. *contrau.*590. *&* 664. *per tot.* vide in §. *Exceptio num.* 42. *& ſeqq.*

§. NVMERVS. XII.

1 NVmerus ſeptem teſtium in teſtamento eſt de forma ſubſtantiali, non probatoria, Iaſ. *in l.*1. *num.* 17. *ff. de condit. indeb.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt.*56. vide in §. *Teſtamentum*.

2 Numerus pluralis quando reſoluatur in ſingularem, & è contra quando ſingularis in pluralem, latè Gratian. *diſcept. for. cap.*229. *per tot. cap.* 621. *num.* 30. *&c. cap.* 741. *num.*11. *&c. cap.*774. *num.*45. *&c. cap.*788. *num.*25. vide in §. *Pluralitas num...*

Quòd numerus ſingularis in vltimis voluntatibus ſæpè accipiatur pro plurali, Altograd. *conſ.* 89. *num.* 56. *lib.* 2. Et quòd numerus ſingularis compræhendat pluralem quando non ſumus in materia odioſa, Cranett. *conſil.*161. *num.*4. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Numerus fol.* 20. *col.*2.

An, & quando vnitas, & numeri principium faciat numerum, & dicatur numerus, Iaſ. *in auth. qui rem num.* 16. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Tuſch. *litt. N. concluſ.*151.

3 Quod numeri aritmetici, ſiue per abacum ſcripti, non ſufficiant ad inducendam obligationem, maximè in teſtamentis, ſed debeat eſſe per ſcripturam, an ſufficiat per abbreuiaturas, aut cifras, & alia, Alex. *conſil.* 146. *num.*24. *&* 25. *lib.*5. cum alijs per Cyriac. *contrau.*64. *per tot.*

4 De numero, eius neceſſitate, partibus, & inuentione, ac de aliquibus numeris particularibus, plura indicant Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Numerus, Aureus Numerus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.*218. *&c.*

5 Quòd numerus ſingularis quandoque plus ſignificet quam pluralis, *l. in vſu* 158. *ff. de verb. ſignif.* & exemplificat Cyriac. *contrau.* 201. *num.* 15. *& ſeqq.* Et pluralis numerus non verificetur in vno, *l. fin.* vbi Cuman. *ff. ad trebel.* Surd. *deciſ.* 210. *num.* 9. Cyriac. *contrau.* 100. *num.*14.

§. NVNCIATIO Nou. Oper. XIII.

1 NVnciatio noui operis quid ſit, qua ratione ſit permiſſa, quid operetur, quomodo remittatur, & alia ad intelligentiam terminorum tradunt communiter DD. *in l.* 1. *ff. de oper. nou. nunc.* Tuſch. *litt. M. concl.*122. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*148. *vol.*4. Merlin. *deciſ.*472. Sanfelic. *deciſ.*379. *cum Addit.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*100. *per tot.* Viui. *comm. opin.*552. *& ſeqq.* Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*70. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 112. *per tot.* vbi qualiter ſit remedium ſubſidiarium, & alia de hac materia, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.*70. *per tot.* Florid. Mauſon. *de accuſ. execut. ampliat.* 38. *per tot.*

2 Nunciatio prædicta dicitur quædam appellatio extraiudicialis, & eſt metuenda ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit ad inſtar inhibitionis, ita vt omnia in contrarium geſta ſint reuocanda priuilegio attentatorum, etiam ſi nuncians nullum ius haberet, niſi peteret litem conteſtari ſuper meritis, quia tunc eſſet expectanda deciſio cauſæ principalis, cùm attentata debeant opponi ante conteſtationem, & ideò nuncians debet eſſe cautus in petendo priùs reuocationem attentatorum, antequàm cognoſcatur de iuribus partium, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 84. *per tot. cap.*384. *num.* 28. *& per tot.* Merlin. *deciſ.* 472. Magon. *deciſ. Luc.* 29. *per tot.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.*30. *num.* 1. *&c.* vbi quòd procedit etiam in minore, Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 28. *num.* 63. vbi quòd nunciatio noui operis celeritatem deſiderat, poteſt omnibus diebus etiam feriatis, & omnibus perſonis etiam fabris, & pupillis fieri, habet vim inhibitionis, & quidquid ſit poſt illam, ſiue iure, ſiue iniuria reuocatur remedio attentatorum, Tuſch. *lit. N. concluſ.* 123. *&* 124. *per tot.* vbi qualiter ſit facienda, vt habeat effectum, & operetur demolitionem poſteà ædificati, quando ſecus, & qualiter ſuccurratur nunciatio, vt poſſit remiſſionem nunciationis à iudice obtinere, Ricc. *Collect.* 1352. Viui. *comm. opin.* 554. Theſſ. *deciſ.*204. Rot. *part.*16. *recent. deciſ.* 162. *num.*6. *&* 7. vbi quod ſufficit, vt fiat perſonis præſentibus, & ipſis fabris, vel opificibus operantibus, nec eſt neceſſe, vt fiat domino.

Nunciatus de nouo opere, licèt offerat ſatiſdationem de illo demoliendo quatenus ius ædificandi non habeat, ſi huiuſmodi ſatisdatio non fuerit per nunciantem acceptata, debet per tres menſes deſiſtere, vt interim probetur de iuribus vtriuſque, Addit. ad Pract. Papp. *de nunciat. nou. oper. gloſ.* 1. *l.* 1. *C. de nou. oper. nunciat.* Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 15. *per tot.* Addit. ad Magon. *deciſ. Luc.* 29. *litt. A.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 384. *per tot.* vbi quòd nuncians poteſt recuſare huiuſmodi ſatiſdationem, & dicere hodiè conſtat, hodiè agatur, vide Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *limit.* 2. *num.* 12. *&c.* vbi quòd per ſatiſdationem, vel illius oblationem nunciatio ad eum ſtatum reducitur, vt ſit remittenda, & ſi quid poſteà fiat non ſit reuocandum tamquàm attentatum, & dicta ſatiſdatio non ſolum operatur quando ſtatim poſt nunciationem offertur, ſed etiam ſi offeratur inde ad tres menſes, etiam ſi nuncians offerat ſe incontinenti probaturum, quòd nunciato ius ædificandi non competat, adde Tuſch. *lit. N. concluſ.* 126. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 148. *in fine volum.* 4. Ricc. *Collect.* 1089. Theſſ. *deciſ.* 204. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 70. vbi quòd per dictam cautionem vtrique parti conſulitur, *& part.* 19. *deciſ.* 50. *&* 113. *per tot.* 3

Quòd præceptum nunciationis noui operis per comparitionem non reſoluatur, etiam oblata cautione de demoliendo, ſed ſi nunciator dicat velle de iure ſuo docere, debeat audiri, & de cauſa cognoſci intra tres menſes, quibus elapſis ſi non ſit deciſa admittatur ædificator ad proſequendum ædificium cum dicta cautione, optime probat, & rationem oſtendit, iuxta *d. l.* 1. *C. de nou. oper. nunciat.* Specul. *deciſ.* 50. *per tot.* & vide Theſſ. *deciſ.* 204. *per tot.* vbi quid ſeruetur in illo Senatu, Ludouic. Bell. *conſ.* 100. *per tot.* vbi an nunciatio noui operis remittenda ſit non expectato trimeſtri, & concludit quòd ſic ſi conſtet de non iure nunciantis, quo caſu poteſt etiam impunè ſperni, & alia ad rem, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 50. *&* 113. *per tot.* vbi quòd quoties probationes ſunt ambiguæ conceditur licentia fabricandi cum dicta cautione.

Nunciatio noui operis licèt vt ſupra ſit metuenda, & obſeruanda ſub pœna demolitionis, tamen ſi per viſitationem, & inſpectionem loci factam à iudice conſtet de notorio non iure nunciantis, vel quòd fuerit calumnioſè facta, & ita declaratum fuerit, vel aliàs certè, & euidenter, non per teſtes, ſed per iura publica, vt per inſtrumenta, ſententias, vel confeſſionem partis, vel per euidentiam facti appareat de notorio iure ædificantis nunciati, & non iure nunciantis, non eſſet demoliendum ædificatum, quamuis ſpreta denunciatione factum, cùm tunc nunciatio dicatur potiùs facta in abuſum, & contemptum Prætoris, etiam ſi auctoritate ipſius Prætoris emanauerit, & huiuſmodi probationes ad ſuſtinendum opus poſſunt fieri etiam poſt ſpretam nunciationem, vt latè probat videndus Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 30. *per tot. cum Addit.* vbi etiam an in huiuſmodi cauſis detur appellatio, & ea interpoſita an cauſentur attentata, ſi nunciatus poſt inhibitionem proſequatur in opere, & videtur negatiuè concludere, maximè quando fuit data cautio de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, quod benè probat etiam Pontirol. *in eius Reſponſ. pro eadem cauſa reddito*, & penes Vrceol. *loc. cit. impreſſo*, vbi plura de hac materia, Franciſc. Palma *conſult.* 104. *num.*3. *&c.* vbi quòd ita firmauit Rota Lucenſis. 4

Quòd ad effectum impediendi demolitionem debeat conſtare notoriè de non iure nunciantis, Surd. *conſ.* 154. *num.*20. *&c.* Gratian. *diſcept.*84. *nu.*34. Merlin. *deciſ.* 472. *num.*8.

Nun-

Digitized by Google

5 Nunciatio noui operis debet cauſam continere ſi petatur à nunciato, vel ab operarijs, aliàs non tenet; quæ quidem cauſa eſt plenè à nunciante probanda, & debet eſſe talis, vt ex ea poſſit ſequi ſententia, Pract. Papp. *de nunc. nou. oper. gloſ.2.num.2.* Altograd. *conſ.*100. *num.*1. *& ſeqq. lib.*1.

6 Nunciatio noui operis non habet locum, quando nouum opus fit ad refectionem veteris, *l.*1. §. *ſi quis, & l. de pupillo* §. *ſi quis ff. de nou. oper. nunciat.* vbi Bart. Gratian. *diſcept. for. cap.*84. *num.*9. *& ſeqq. ad* 19. Thomat. *diſcept.* 179. *per tot.* vide in §. *Attentata num.*22.

Item ceſſat vbi certum, & notorium eſt, nunciantem non habere ius nunciandi, Pract. Papp. *de nunciat. nou. oper. gloſ.* 1. *num.*4. Gratian. *dict. cap.* 84. *num.* 36. *&c.*

Non etiam ſufficit fieri perſonæ, niſi fiat in conſpectu rei, in qua ædificatur, & optimum eſt ponere nomina illorum, quibus fuit nunciatum, Pract. Papp. *vbi ſupr. gloſ.*2. *num.*4.

7 Nunciatio noui operis competit ſolum ei, qui diceret ſe dominum, vel poſſeſſorem, Altograd. *conſ.*100. *num.*12. *lib.*1. vbi tamen quòd alijs intereſſe habentibus competunt alia remedia, de quibus ibi per eum, *& in Addit. ad dict. conſ. in fine libri*, vide Tuſch. *lit. N. concl.*122.

Quòd nuncians nouum opus ſolo verbo perdat poſſeſſionem fundi, quaſi timeat ſe poſſe repelli, poſſit tamen illam in continenti recuperare, Pract. Papp. *de nunciat. nou. oper. gloſ.*2. *num.*8.

Quòd ædificans contra prohibitionem iudicis, licèt poſtea vincat in cauſa, non poſſit recuperare damnum demolitionis, quia ex culpa ſua procedit, Franch. *deciſ.* 331. *num.*4.

8 Nuncians nouum opus dicitur reus, & non actor, quando ſcilicèt venit principaliter ad ſe defendendum, prout regulariter facit omnis nuncians nouum opus, ne fiat, ſecus autem ſi veniat ad impugnandum quod iam eſt factum, nam tunc dicitur actor, *l. de pupillo* §. *remiſſionem, &* §. *fin.* vbi Bart. *num.*2. Iaſ. & alij, Sanfelic. *deciſ.*379. *per tot. cum Addit.* vbi plures tradit cautelas ad cognoſcendum quis reputandus ſit actor, vel reus in hac materia, & facit quod dixi in §. *Actor num.*..

9 Nunciantes mala noua doloſè litteris, vel ore, aut aliter, vel alteri noceant, tenentur nedum ad intereſſe, & damna cauſata, ſed etiam poſſunt criminaliter puniri arbitrio iudicis, vt de ſtellionatu, ſecùs ſi abſque dolo, & iocosè, quia vbi non eſt dolus ceſſat pœna ſaltem ordinaria, Boſſ. *tit. de crim. ſtell. ſub num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.*381. *num.* 29. Foller. *in Prax. in fragm. tit. de crim. laſ. maieſt. num.*75. *in fine*, cum alijs per Cabal. *reſol. crim. caſ.* 281. *per tot.*

10 De nunciatione noui operis, quibus modis fiat, per quos, & quibus fieri poſſit, de eius effectibus, & an tranſeat ad emptores rei, ſuper qua fuit facta, & alia, Iul. Capon. *diſcept.* 167. *& ſeqq. tr.* 3. cæterique relati ab Ægid. de Caſtcion. *Alphab. iur. verb. Nunciatio noui operis*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eodem verb. fol.*221.

§. NVNCIVS. XIV.

1 NVncio publico, & iurat creditur in officio ſuo, vt ſi dicat aliquem citaſſe, ſecùs ſi affirmet vbi factam fuiſſe iniuriam, Addit. ad Pract. Papp. *for. execut. ſentent. deff. gloſ. publico Nuncio in princip.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*503. *num.* 15. *&c.* latè Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ* 1119. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 112. *per tot* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 198. *& ſeqq. fol.* 279. Chriſtin. *ad leg. Municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 19. *& tit.* 2. *art.* 10. *num.* 7. *&c.* latè Tuſch. *lit. N. concluſ.* 115. *per tot.* idem Chriſtin. *deciſ. Belg.* 255. *volum.* 1. *& deciſ.* 150. *num.* 3. *&c. volum.* 2. *& deciſ.* 260. *&c. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1169. vbi aliquibus modis limitat, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 28. *num.* 1. *&c.* vbi quòd creditur etiam ſine teſtibus, & licèt relatio ſit informis ſtantibus adminiculis, *& part.* 12. *deciſ.*74. *num.* 22. *&c.*

Quòd procedit ſolùm in ciuilibus, nam in criminalibus vbi agitur de magno præiudicio eſt in arbitrio iudicis, cui magis ſit credendum nuncio, vel parti neganti, & in omnem caſum ſemper admittitur probatio in contrarium, Aſin. *in prax.* 9. §. 9. *cap.* 2. *num.*13. *& cap. ſeqq. per tot. d.* §. *fol. mihi* 91. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 159. *num.* 37. *vol.*5. Menoch. *d. caſ.*112. Guaz. *deff.* 10. *cap.* 5. *&* 6. Cabal. *reſol. crim. caſ.*127. Sperel. *deciſ.*149. *num.*15. *& ſeqq. per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. q.* 79. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi quòd magis neganti cum iuramento creditur, quam nuncio, ſi negans ſit vir probus, & in dignitate poſitus, Romag. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.*1. *Rub.*59. *num.*14.

De conſuetudine tamen, & maximè Florentiæ vigore banni de anno 1559. 13. Iunij, creditur dictis nuncijs publicis quoad omnia, etiam ſi aſſerant fuiſſe verberatos, vel aliter impeditos, quo caſu impedientibus eſt impoſita pœna duorum ictuum funis, pecuniaria, vel carceris ſtincarum, ſiue confinij, vel triremium arbitrio iudicis iuxta facti, & perſonarum qualitatem, Cabal. *reſol. crim. dict. caſ.*127. *num.* 7. *&c.* dixi in Pract. §. *Caualla ri num.* 8. *&* §. *Reſiſtenza num.* 1. vbi retuli aliud bannum de die 3. Octobris 1606. cuius vigore illis creditur quando ſunt plures, & non probatur contrarium, & in §. *Birri num.* 5. vbi quòd idem eſt vigore Statuti Florentini *lib.* 4. *Rub.* 189. in materia delationis armorum, vel ſimili etiam ad effectum condemnandi, quidquid ſecùs ſit de iure communi, quo inſpecto illis non creditur extra officium ſuum, quamuis faciant indicium ad torturam, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 12. *num.* 12. *& ſeqq.* Cabal. *reſolut. criminal. caſ.* 126. *& caſ.* 127. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 56. *art.* 11. *per tot. & quæſt.* 108. *num.* 150. *& ſeqq.* Guazzin. *def.*5. *cap. vltim. num.*8. *& def.*10. *cap.* 5. *&* 6. Clar. §. *fin. quæſt.* 7. *num.* 3. Tuſch. *litt. N. concluſ.* 155. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 555. *&* 556. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.*2. *concluſ.* 1119. *per tot.* dixi in §. *Birruarij*, Franciſ. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.*41. *per totam.*

Nuncio creditur circa immiſſionem in poſſeſſionem, etiam ſi dicat, quòd bona, in quibus fuit capta poſſeſſio ſpectent ad debitorem, Gratian. *diſcept forenſ. cap.*339. *num.* 3. *&c. cap.*502. *num.*14. *&c. cap.*697. *num.* 15. vbi etiam quòd illi creditur circa qualitatem ſolitæ habitationis, & ſimilia officium ſuum concernentia, vel officio ſuo annexa, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 112. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi quòd illi creditur ſuper bonorum executione in exequendo adhibenda, iuxta *l. à Diuo Pio* §. *in venditione de re iud.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*432. *num.* 5. *&* 6. vbi quòd creditur, an dies ſit feriata vel non, tamquam de re ad eius officium ſpectante, Bich. *deciſ.* 340. *num.* 2. Franciſc. de Angelis *dict. quæſt.*41. 2

Item ſaltem de ſtylo illi atteſtanti citaſſe de commiſſione iudicis creditur, quamuis aliter non appareat de huiuſmodi commiſſione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 841. *num.*4. *&c.* quidquid ſecùs ſit de iure, Menoch. *dict. caſ.* 112. *num.*7. Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 40. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*160. *num.* 11. *& ſeqq. volum.* 5. *& ad leg. municip. tit.*1. *art.* 19. *num.* 8. *& ſeqq.* Franciſ. de Angelis *loc. cit.*

Nuncius ad citandum debet à iudice deputari, & facta ei commiſſione de citando dicitur electus, niſi alia forma electionis requiratur à ſtatuto, vt quia debeat eligi à Prioribus Communitatis, quia tunc debet conſtare de electione, niſi ſit in quaſi poſſeſſione, Bart. *in Extrauag. ad reprimend. num.* 4. *&* 5. Tuſch. *litt. N. concluſ.*154. 3

An ſit neceſſaria commiſſio iudicis, vt nuncius poſſit aliquem citare, & an præſumatur, idem Tuſch. *litt. N. concl.*156. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 159. *num.* 23. *& ſeqq. cum plurib. deciſ. ſeqq. vol.*5. vbi multa de officio apparitorum, ſiue nunciorum, & executorum iuſtitiæ, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*128.

Nuncius quamuis poſt factam relationem in actis de more, non poſſit illam ad inſtantiam partis infringere, nec valeat fides in contrarium facta, cùm præſumatur extorta in fraudem, nec ideò ſit attendenda in concurſu publicæ relationis, ad tradita per Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 134. *num.*2. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.*179. *num.*9. vbi quòd relatio ex intervallo, & ſuper actu de præterito non probat, idem Bich. *deciſ.*440. *num.*10. 4

Tamen

Tamen quando prima relatio eſt dubia, poteſt illam declarare, & huiuſmodi declaratio, licet de actu præterito, debet attendi, quia dicitur ineſſe primæ relationi, & poteſt quandocumque fieri, vt probat eadem Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 237. *num.* 19. vide in §. *Citatio num.* 36.

5 Nuncius, ſiue curſor portans communem commiſſionem, non poteſt ab vnoquoque petere integrum ſalarium, maximè ſi id probet tantum ex confeſſione partis, quæ debet in totum recipi, Bellamer. *deciſ.* 485. *de confeſſ.* vide in §. *Salarium*.

Quòd Salarium Curſoris tempore belli ſit augendum, cùm tunc per vias ſtortas ſit ambulandum, idem Bellam. *deciſ.* 486. *de arbitr.*

6 Qualiter credatur nuncio publico quoad ea, quæ ſpectant ad eius officium, & quoad connexa, quæ dicantur connexa, non autem quoad alia, an poſſit ex interuallo corrigere relationem à ſe factam, & quoad relationem credatur magis Notario, qui eam in actis recepit, quam nuncio aliter atteſtanti, & alia de hac materia Conciol. cum Addit. Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 59. *per tot.* Alios tractantes materiam nunciorum publicorum, ac de fide illis adhibenda, vel non, indicant Caſtcion. *Alphab. iurid. verb. Nuncius*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 222.

De Nuncijs Apoſtolicis, illorum iuriſdictione, & aucto- 7
ritate circa plura Ricc. *Collect.* 1566. 1567. *&* 2142. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 3. §. 1. Iul. Capon. *diſcept.* 182. *p.* 3. Barboſ. *vot.* 97. *num.* 57. *& ſeqq.* Aluarez Pegaſ. *tract. de compet. inter Archiepiſc. & Nuncios per tot.* cæterique relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Nuncius Pontificis*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 222.

Finis Libri Duodecimi.

MAR.

MARCI ANTONII
SABELLI I. V. D.
SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.
LIBER DECIMVSTERTIVS.
De littera O.

§. OBLATIO. I.

1 Oblatio pecuniæ debitæ poteſt fieri primo creditori à ſecundo, & poſſeſſore ad effectum luendi pignus, & rem hypothecatam, ac reportandi iura primi, illumque dimittendi, & in eius locum ſuccedendi, l. cum ſecundus ff. de diſtract. pign. cum ſimilibus, Neguſ. de pign. part. 5. membr. 3. per tot. Menoch. lib. 3. præſumpt. 121. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 269. num. 31. &c. Duran. deciſ. 364. num. 72. & deciſ. 445. vbi latè per numeros 93. latiùs Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 43. cum pluribus ſequentibus, Gratian. deciſ. 125. num. 7. &c. & deciſ. 215. num. 1. &c. vbi latè quomodo poſſeſſor offerens poſſit prætendere ceſſionem iurium, Franch. deciſ. 427. Peregrin. deciſ. 123. Rot. part. 9. recent. deciſ. 95. per tot. Bich. deciſ. 43. & 95. vide in §. Creditor nu. 13. &c. in meis reſolut. cap. 21. per tot. vbi plura notabilia, latè Tuſch. litt. O. concluſ. 76. & ſeqq. Merlin. deciſ 834. vbi tamen quòd creditor anterior tenetur tantùm cedere iura talia qualia, ita vt contra eum retorqueri non poſſint, nec tenetur cauere de reſtituendo anterioribus, Rot. part. 10. recent. deciſ. 118. num. 16. & ſeqq. per tot. latè Arias de Meſa var. reſolut. lib. 1. cap. 5. & ſequentib. Carleual. de iudic. lib. 2. tit. 3. diſput. 21. per tot. Tondut. quæſt. ciuil. 101. part. 2.

Quod ſecundus creditor volens vti iure offerendi teneatur offerre primo non ſolùm pecuniam ſolutam, ſed etiam vſuras medij temporis, quatenus ſuperent fructus perceptos, Franch. deciſ. 12. per tot.

An autem, & quomodo ius offerendi competens ſecundo creditori aduerſus primum poſſit præſcribi, & præſcribatur ſpatio 30. annorum, Morot. de iur. offer. num. 59. Gratian. diſcept. 2. num. 28. & 29. Theſſ. deciſ. 157. num 3. Maſtril. deciſ. 201. num. 28. & 29. cum alijs per Bich. deciſ. 43. num. 14. & ſeqq. in fin. num. 7.

Quòd creditor anterior, cui ſit oblatio, ſicut poteſt prætendere melioramenta à ſe in re facta, ita etiam teneatur excomputare in pretio ſibi debito omnes deteriorationes, Rot. part. 16. recent. deciſ. 364. per tot.

2 Oblatio dotis pro redimenda re hypothecata non poteſt fieri per creditores mariti ad effectum reportandi ceſſionem iurium dotalium, quando vxor conſtante matrimonio dotem repetit propter inopiam mariti; ſed benè fieri poteſt quando ſoluto matrimonio dotem repetit, vel vult retinere bona viri pro dote conſiſtente in quantitate, Giouagn. reſponſ. 73. num. 119. lib. 1. Neguſ. de pign. part. 5. memb. 1. num. 31. Gayl. obſeruat. 92. lib. 2. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 67. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 38. num. 36. cap. 489. num. 21. cap. 660. num. 13. cap. 700. num. 47. Ciarlin. controu. 94. num. 23. Franch. deciſ. 54. per tot. Vrceol. conſult. forenſ. cap. 24. num 25. &c. cum Addit. in fine 2. vol. quidquid Magon. deciſ. Florent. 68. num. 13. & alij teneant contrarium in primo capite, vide in §. Poſſeſſio num. . . . & §. Vxor num. . . . Tuſch. litt. O. concluſ. 78. per totam, Paul. Chriſtin. deciſ. 127. num. 19. vol. 3. Merlin. deciſ. 50. num. 4. &c. Giurb. deciſ. Sicil. 16. num. 12. Capyc. Latr. deciſ. 42. num. 2. lib. 1. Peregrin. deciſ. 96. num. 3. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 338. verſ. Et tandem, Martha vot. Piſ. 36. per tot.

An autem in caſu adiudicationis propter inopiam viri factæ mulieri, ſi creditores poſteriores vellent vti iure offerendi aduerſus ipſam mulierem, & bona illi aſſignata ex curſu temporis fuerint in valore aucta teneantur offerre non tantùm dotem, ſed etiam dictum augmentum, & ſic an illud cedat in beneficium mulieris, vel creditorum poſteriorum, latè diſputat Vrceol. d. cap. 24. & num. 20. & ſeqq. vbi refert contrarias opiniones, & videtur firmare, quòd ſi aſſignatio facta mulieri fuerit talis, quæ importet dominij translationem, tunc augmentum cedat ad commodum mulieris; ſi autem pignus tantum, vel aſſecurationem ad commodum creditorum, ac etiam oſtendit quando importet dominium, vel pignus, vide in §. Vxor num. . . infra num.

3 Oblatio fieri poteſt à tertio poſſeſſore conuento hypothecaria, vel Saluiano, etiam ſi nullum ius in re habeat, & à quocumque penitùs extraneo, quia non intereſt creditoris an ab vno, vel ab alio recipiat ſolutionem, Roland. conſ. 14. num. 9. lib. 1. Afflict. deciſ. 159. Neguſ. de pign. part. 5. memb. 3. num. Scapuc. de Saluian. lib. 2. quæſt. 3. per tot. Duran. deciſ. 421. num. 1. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 65. per tot. & quæſt. 76. per tot. dixi in reſolut. cap. 21. num. 24. &c. vbi quòd extraneus offerens non poteſt prætendere ceſſionem iurium, Merlin. d. q. 76. Pacif. de Saluian. inſpect. 5. cap. 1. num. 11. & ſeqq. Arias de Meſa d. tract. lib. 1. cap. 49. per tot. & cap. 5. & ſeqq. Tondut. vbi ſupra.

Quod ſi creditor recuſet recipere creditum oblatum ſit locus depoſito, per quod liberatur poſſeſſor, cui etiam eſt facienda quietantia cum ceſſione iurium, adeò vt habeatur ipſo iure pro facta, & confirmat hypothecam poſſeſſoris, Duran. d. deciſ. 421. num. 2. & ſeqq. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 48. per tot.

An autem ſufficiat poſseſsori offerre æſtimationem rei agenti hypothecatæ, & à ſe ipſo poſseſsæ, vel teneatur offerre totum creditum ſi excedat valorem rei, ad impediendam auocationem poſseſſionis; dic quòd ſi poſseſsor fecit in re melioramenta liberatur offerendo ipſius rei æſtimationem, detractis melioramentis, etiam ſi non aſcendant ad ſummam creditori debitam, (quamuis alij cõtrarium teneant quando creditor offerret melioramenta, nam tunc tenetur offerre totum debitum, vide Franch. deciſ. 38. per tot. Neguſ. de pign. part. 5. memb. 4. num. 21. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 8. num. 2. Magon. deciſ. Florent. 51. in 1. & 2. fundamento, Cabal. conſ. deciſ. 14. per tot. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 26. n. 15. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 81. per tot. dixi in §. Poſſeſſio num. 38. & §. Melioramenta num. 14. adde Pacion. tract. de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. num. 60. & ſeqq. fol. 348.

Quòd volens vti iure offerrendi teneatur non ſolùm offerre totum debitum, ſed etiam expenſas, & intereſſe, Duran. deciſ. 241. num. 9. Merlin. d. quæſt. 81. num. 10. Gratian. deciſ. 125. num. 9. & deciſ. 215. num. 11.

Quòd ſufficiat vt qui ius offerrendi habet creditum anterius offerrat, ſi poſſidens habeat plura credita, Mart. Medic. deciſ. 74. per tot. vide in meis reſolut. cap. 21. num. 28. &c. Merlin. loc. cit. quæſt. 52.

4 Oblatio poteſt fieri à creditore poſteriore aduerſus emptorem, & poſseſsorem bonorum ſui debitoris, ita vt ſi ex curſu temporis pretium, quorum bonorum fuerit auctum, ſufficiat offerre pretium per emptorem ſolutum, & ſic tale augmentum beneficio temporis cauſatum, cedit commodo creditorum poſteriorum, & non ipſius poſseſsoris ſecundum opinionem multorum, quos refert Vrceol. conſult. forenſ. cap. 24. num. 10. & ſeqq. vbi tamen ipſe oſtendit, & verius eſſe teſtatur iuxta alio-

rum

Digitized by Google

rium opinionem tale augmentum non cedere beneficio creditorum poſteriorum, ſed ipſius emptoris, & poſſeſſoris ratione ſui dominij; qoi tamen poſſeſſor ſi ipſe vellet offerre creditoribus poſterioribus, (prout facere poſſe dixi ſupra num. 1.) tenetur offerre æſtimationem ſecundum valorem præſentem auctum; Contrariam autem opinionem procedere poſſe, vbi poſſeſſor non iure dominij, ſed pignoris, vel aliàs bona fide poſſideret, vt latè ibidem declarat, & multa ſimilia adducit, vide Franch. *deciſ.* 38. *per tot. deciſ.* 112. *& deciſ.* 456. dixi in §. *Emptio num.*.. Arias de Meſa *d. tract. lib.* 1. *cap.* 49. *per tot. & cap.* 5. *& ſeqq.* Tondut. *vbi ſupra*.

5 Oblatio, ſiue ius offerendi, an competat contra ementem ab hærede beneficiato, qui aliàs de iure inquietari non poteſt, & quid ſi ipſe ſit idem emptor, & creditor, Franch. *deciſ.* 531. *per tot.*

An, & quando creditor poſterior habens tantum actionem perſonalem, poſſit offerre primo, vel ſecundo habenti hypothecam, ſiue non, Tuſch. *lit. O. concl.* 79. *per tot.* facit ſupra *num.* 3. *infra num.* 10.

6 Oblatio pecuniæ debitæ licèt poſſit fieri per condemnatum in actione hypothecaria, & ſic poſt ſententiam, tamen limitatur non procedere in multis caſibus, & primò quando res eſſet purè per ſententiam adiudicata creditori, ſecundò vbi condemnatus iam ſuſcepiſſet iudicium ſuper executione iudicati, & litem conteſtaſſet, tertiò vbi fieret contra mulierem agentem pro dote conſtante matrimonio propter viri inopiam; Et quando fuiſſet appellatum à ſententia, vel erratum in appretio rei, & victus ab eo reclamaſſet, poſset etiam poſt executionem fieri oblatio, ad latè tradita per Capyc. *deciſ.* 41. *per tot. & deciſ.* 202. *per tot.* Sanſelic. *deciſ.* 117. *&* 118. Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 28. *per tot.* vbi quòd debitori priuilegiato conceditur ius offerendi nedum aduerſus creditorem, ſed etiam aduerſus emptorem, etiam mediante reſtitutione in integrum ſtante læſione.

Quòd oblatio poſſit fieri quandocumque etiam poſt latam ſententiam, & in iudicatum tranſactam, Negul. *de pign. part.* 5. *memb.* 3. *num.* 51. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 4. Grattan. *deciſ.* 214. *num* 16. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 132. *num.* 12. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 16. *num.* 5. vbi Vrſil. *num.* 4. *in fine*, Marcian. *diſp. forenſ. cap.* 50. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4 *tit.* 2. *quæſt.* 79.

Non tamen poſſit fieri poſt adiudicationem factam creditori, & ſic dominio in eum irreuocabiliter tranſlato, etiam ſi offeratur duplicatum pretium, quia facta adiudicatione nullo modo debitor auditur, Capyc. *deciſ.* 202. Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 3. *num.* 8. Altograd. *conſ.* 54. *num.* 66. *lib.* 2. Marciao. *d. diſp.* 50. Magon. *deciſ. Flor.* 132. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi tamen *num.* 28. *&c.* videtur limitare quando fuiſſe appellatum, quia tunc appellatio reſeruat ius offerreodi, vel quaodo adiudicatio fuiſſet nulla ob non ſeruatam formam ſubhaſtationis, quaſi improba alienatio non auſerat ius proprietatis, iuxta text. *in l. ſi reſiduum C. de diſtract. pign.* dixi in reſolut. *cap.* 21. *num.* 36. *&c.* vbi vide Merlin. *de pign. lib.* 14. *tit.* 2. *quæſt.* 47. *per tot.* vbi plures caſos diſtinguit circa id an poſt ſequutam adiudicationem competat ius offerrendi tum creditori, tum debitori, Tuſch. *lit. O. concl.* 80. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 123. *num.* 10. Sanſelic. *deciſ.* 117. facit quòd dixi in §. *Subhaſtatio num.* 3. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 32. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd oblatio eſt facienda re integra, & de tempore ſubhaſtationis, non autem poſt ſententiam, & conſumatam executionem &c.

7 Oblatio fieri poteſt perpetuò, ideſt per modum agendi vſque ad 30. annos; per modum verò excipiendi ſemper, & quandocumque, nam annua ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, *l. pure in fine ff. de except.* Neguſ. *d. part.* 5. *membr.* 3. *num.* 52. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 6. *&c.* An ius offerendi præſcribatur, latè Merlio. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 89. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 123. *num.* 9. *&c.* Bich. *deciſ.* 45. *num.* 14. *& ſeqq. ſupra num.* 1.

8 Oblatio verbalis non ſufficit, ſed debet eſſe realis, ſufficeret tamen verbalis ad annullandam adiudicationem, & venditionem poſt dictam oblationem factam, quia facta oblatione debent ceſſare proclamata, & venditiones, *l. ſi priuſquam Cod. de diſtract. pign.* Magon. *deciſ. Flor.* 132. *num.* 17. vbi latè Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 83. *num.* 2. *& ſeqq. ad* 56. *cum pluribus quæſt.* *ſequentib.* Tuſch. *litt. O. concluſ.* 19. *&* 20. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 557. Cabal. *conſil.* 147. *num.* 52. *& ſeqq. lib.* 1. vbi vt admittatur oblatio verbalis non ſufficit quòd recipere debens taceat, ſed requiritur quòd expreſsè recuſet recipere.

Quòd non ſit neceſſaria realis oblatio, quando verbali creditor reſpondit ſe nolle recipere, idem Magon. *deciſ. Flor.* 118. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *num.* 16. Merlin. *d. quæſt.* 83. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 258. vbi pulchrè quando oblatio verbalis ſufficiat pro euitandis vſuris dotalibus, & ſit recipienda pro parte debiti confeſſata, de parte verò dubia litigare, ad notata per Bart. *in l. quidam* 11. *ff. ſi cert. pet.*

Ad hoc autem vt oblatio pecuniæ poſſit dici realis, debet fieri cum ipſa pecunia in marſupio, vel ſacculo numerata, etiam quando non requiritur actualis depoſitio, adeò vt teſtes debeant dicere ſe vidiſſe antea numerari, & io ſacculo poni, niſi creditor denegaret illam recipere, quia tunc ſufficeret ſola verbalis oblatio; Capyc. *deciſ.* 19. *num.* 2. Merlin. *d. quæſt.* 83. *num.* 5. Gregor. *deciſ.* 146. vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 228. vbi quando attenta qualitate debitoris ſufficiat oblatio verbalis ſine numeratione.

Oblatio ſola verbalis quando ſufficiat ad effectum 9 purgationis moræ ad impediendum curſum vſurarum, ad euitandam pœnam, ad pignoris liberationem, ad ſe eximendum à periculo rei, & illud transferendum in aduerſarium, ad effectum retinendi rem alteri hypothecatam, ad effectum confirmandi hypothecam poſterioris creditoris, vel ad effectum ſe liberandi à debito, Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 20. vbi quòd ſi agatur de re immobili ſolutioni parata ſufficiat oblatio verbalis, ſicut etiam ſi agatur de pecunia, & creditor recuſet recipere, vel ſi quantitas non ſit certa, & liquida, nam tunc ſufficit oblatio alicuius ſummæ cum proteſtatione ſupplendi factis calculis; quando verò ſumma eſt certa, & creditor vult eam recipere, non ſufficit oblatio verbalis, ſed requiritur depoſitio, & conſignatio, vide latè Merlio. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 83. *num.* 2. *& ſeqq. ad* 56. *cum pluribus quæſt. ſeqq.* Tuſch. *lit. O. concluſ.* 20. *per tot.* Ricc. *Collect.* 373. 1106. *&* 1131. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 258. vbi quando ſufficiat verbalis oblatio ad impediendum vſuras dotales ioter Socerum, & Generum.

Quando oblatio verbalis non ſufficiat ad euitandam caducitatem, vel pœnam, ſed opus ſit reali, Altograd. *conſil.* 24. *num.* 86. *& ſeqq. lib.* 1. Bardellon. *conſil.* 151. *per tot. lib.* 2.

Quòd oblatio verbalis de parendo mandatis Rotalibus, & huiuſmodi non ſufficiat, vbi requiritur aliquod factum præciſum, & poſitiuum à condemnatis explendum, ſed dicatur ventoſa oſtentatio, quæ non recipitur ad impediendam declaratoriam ob non paritionem, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 246. *per tot. & deciſ.* 260. *per tot.* [illegible] *cauſa*.

Quòd ſtante expreſſa, vel tacita recuſatione, tunc ſufficiat oblatio verbalis, Boer. *deciſ.* 124. *num.* 15. Burat. *deciſ.* 517. *num.* 3. Duran. *deciſ.* 108. *num.* 4. [illegible]ion. *de locat. cap.* 50. *num.* 47. *&c.*

Oblatio, ſiue ius offerendi non competit ſecundo cre- 10 ditori ſimplici chirogra[illegible]d effectum ſuccedendi in locum primi, & bona [illegible]oris vindicandi, cùm ſit neceſſaria hypotheca in ſec[illegible] creditore volente vti iure offerendi; niſi huiuſmodi credi[illegible]r chirographarius poſſideret, quia tunc prout quilibet [illegible]lius poſſet offerre, vel niſi in ſcriptura priuata, ſiue ch[illegible]grapho contineretur hypotheca, *l. cum tibi* 10. *C. qui pot.* vbi Bart. Salic. & alij, Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 3. *num.* 6. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 46. Morott. *tract. de iur. off. num.* 41. *& ſeqq.* dixi in reſolut. *cap.* 21. *num.* 1. Tuſch. *litt. O. concl.* 79. *per tot.*

Oblatio, ſiue ius offerendi, ſicuti habet locum ad fauo- 11 rem ſecundi creditoris, ita etiam procedit ad fauorem primi, qui licèt non cogatur offerre ſecundo, tamen ſi velit poteſt; & ſi contendant primus, & ſecundus in offerendo ſibi ad inuicem, præfertur ille qui poſſidet, ſi verò neuter illorum poſſideat, ſed tertius quidam præfertur primus, Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 3. *num.* 18. *& ſeqq.* Morot. *de iur. offer. num.* 14. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 56. *per tot.* Pacific. de Salutan. *inſpect.* 5. *cap.* 1.

Digitized by Google

cap. 1. numer. 35. & ſeqq. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 136. per tot. vide in meis reſolut. cap. 21. num. 31. & ſeqq. vbi qualiter tertius poſſeſſor poſſit ambos excludere.

12 Obligatio vt rectè facta dicatur, plura ſunt neceſſaria, primò vt ſit realis, & effectualis, ſecundò, loco & tempore congruo; tertiò ſit pura, & non conditionalis; quartò ſit ſpecialis; quintò integralis; ſextò in pecunia currenti, & expendibili, ſeptimò fiat ſolemniter, ideſt citato creditore, & apud Ædem Sacram, vel perſonam à iudice deputandam, vt latè omnia explicat videndus Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 83. per tot. Tuſch. litter. O. conclus. 20. 21. & 22. per tot. Ludouiſ. deciſ. 492. vbi ad effectum retrahendi an poſſit fieri vltima die termini, & alia ad rem, idem Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 559. in eadem cauſa, & materia.

Quando ſit facienda oblatio ad domum creditoris, quid operetur, Tuſch. loc. cit. concluſ. 23. 24. 25. & 26. per tot.

Alia plura in materia oblationis, & iuris offerendi, Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. per tot. Neguſ. de pign. part. 5. membr. 3. per tot. Morot. de iur. off. per tot. Duran. deciſ. 445. per tot. dixi in §. Creditor nu. 13. &c. in reſolut. cap. 21. per tot. Card. Tuſch. lit. O. concluſ. 76. & ſeqq. Merlin. dec. 834. Bich. deciſ. 43. per tot. & dec. 95. per tot. vbi plura quando competat, vel non.

Quomodo autem reſoluta adiudicatione per ius offerendi diuidantur fructus pro rata temporis cum eo, cui bona fuerunt adiudicata, & alia ad rem, Coſta de ratione rata quæſt. 65.

13 Oblationes, & eleemoſinæ in Eccleſijs, ſiue imaginibus factæ, non poſſunt percipi, & vſurpari per laicos; ſed ad quem ſpectent, & in quos vſus ſint conuertendæ, vt plurimum pendet ab arbitrio Epiſcopi, vel ſpectant ad Rectorem Eccleſiæ, & quandoque ad Capellanum Altaris, vide c. quamuis in fine vbi DD. de Decim. Hoſtien. in ſumm. de paroch. Maluer. de oblat. dub. 3. & 4. Azimin. Tepat. var. ſentent. tit. 19. Garcia de benef. part. 1. cap. 2. numer. 43. &c. Prax. Cur. Archiepiſcop. Neapol. cap. 57. de oblat. D. Thom. 2. 2. quæſt. 86. per tot. vbi Caietan. & alij, Sylueſtr. & alij Summiſtæ in verb. Decima, & Verb. Oblatio, Rot. in Calaguritana oblationum 21. Octobris 1588. Ricc. Collect. 1265. 1113. & 5622. Felin. in c. dilectus de off. ord. cum alijs per Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 13. num. 27. & ſeqq. ad 43. fol. 356. Quod huiuſmodi oblationes præſumuntur factæ, & datæ ad beneficium, & ornatum ipſarum Imaginum, & Reliquiarum Sanctorum, maximè ſi de voluntate offerentium aliquo modo appareat, & ita non ſpectant ad Parochum Eccleſiæ, vbi imagines, ſeu intra cuius Parochiam exiſtunt, ſed operi, & fabricæ dictarum Imaginum, præcipuè ſi fuerint oblatæ Imagini famoſæ, & miraculis coruſcanti, Torre de pact. fut. ſucceſſ. lib. 3. cap. 1. numer. 243. Card. de Luca in Miſcell. Eccleſ. tom. 14. diſcurſ. 35. num. 7. &c. quos refert, & ſequitur D. Franciſc. Romaguer. in Addit. ad Conciol. Statut. Eugub. lib. 1. Rub. 8. num. 7. facit quod dixi in §. Laicus num. 9. & vide Tondut. quæſt. canon. 63. lib. 1.) vbi etiam, quòd plures ſunt perſonæ, quarum oblationes de iure non eſſent recipiendæ, ſed in praxi non ſeruari; & qualiter etiam laici poſſint præſcribere conſuetudinem, vt illis offeratur candela in die Purificationis B. V. M. quia parùm Eccleſiæ nocet, & illis plurimum confert ad deuotionem, & ſimilia, maximè ſtante immemorabili cum fama priuilegij.

De excommunicatione latæ ſententiæ contra laicos vſurpantes oblationes Eccleſiarum, vel locorum piorum per cap. hanc conſuetudinem 18. quæſt. 1. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. Bull. Cœna Domini cap. 17. plura Carol. Anton. Theſ. de pœn. Eccl. part. 2. verb. Oblationes fol. 249. vbi non ſuffragante conſuetudine.

Et quorum oblationes non ſint recipiendæ, idem Theſaur. loc. cit. cap. 2. & ſeqq. nempè vſurariorum manifeſtorum, raptorum, vel violatorum Eccleſiarum, excommunicatorum, vel interdictorum, & ſub quibus pœnis.

Quòd oblationes, & eleemoſinæ recollectæ in Eccleſijs, & ius illas quærendi ſpectent ad eum, cuius nomine colliguntur, & ius exercetur, in terminis quæſtuationis factæ nomine Eccleſiæ Romanæ in Capella S. Mariç de Portiuncula Aſſiſis, & propterea potuiſſe per Papam Altari concedi, ſoluit Rot. part. 13. recent. deciſ. 374. & part. 14. deciſ. 6. per tot.

Quomodo differant oblatio, & eleemoſina, quid veniat ſub nomine oblationis, & cui debeatur, & alia, Tuſch. littera O. concluſ. 11. & ſeqq. Merlin. deciſ. 257. per tot. vbi quòd oblationes Sacris Imaginibus factæ, ſpectant ad Parochum, & non ad Epiſcopum; quando fiunt ad certum vſum in illum præcisè ſunt implicandæ, data ipſi Parocho illarum adminiſtratione, dixi in §. Eccleſia num. 6. vide Rot. part. 11. recent. deciſ. 229. num. 2. &c. vbi quòd Epiſcopus habet omnimodam iuriſdictionem ſuper dictis oblationibus, & eleemoſinis, ſi cum eo non concurrat parochus.

Quòd huiuſmodi oblationes ſint de iure parochiali, & in eis habeat fundatam intentionem Eccleſia parochialis, Rot. in ſelectis per Farinac. part. 1. tom. 1. deciſ. 256. latè Coſta de ratione rata quæſt. 239. per tot. vbi refert diuerſas opiniones an ſint diuidendæ pro rata inter Cathedralem, & Parochialem.

Oblatio perſonarum Religioni per quos fieri poſſit, qui dicatur oblati Religioni, ad quæ teneantur, vel non, quid operetur oblatio ſui, & bonorum, an Religio obligetur ad debita oblatorum, & alia, Tuſch. littera O. concluſ. 15. 16. 17. & 18. Sanfelic. deciſ. 191. vbi quòd offerens ſe, & bona monaſterio, ſi poſteà recedat cum licentia recuperat bona, & quòd huiuſmodi oblati non gaudent priuilegio fori, niſi recipiant habitum religionis, & alia, vide in §. Clericus num. 69. & §. Monachus num. 11. D. Carolus Rota in ſacrileg. concluſ. 21. vbi plura de oblatis religioni, & clericis quales eſſe debeant, & quomodo ſe gerere, vt gaudeant ſuis priuilegijs, & quando ſubiaceant iudicibus ſæcularibus, & præcipuè ſi ſint ignoti, & capti ſine habitu, & concluſ. 29. per tot. vbi etiam an dicti oblati poſſint teſtari, Carol. Marant. controu. part. 4. reſponſ. 6. per tot. vbi etiam an dicti oblati recedere valeant, & matrimonium contrahere. 14

Oblatio facta ad incantum, vel haſtam, qualiter obliget offerentem, vel non, vide in §. Subhaſtatio num. 9. &c. 15

Quòd talis oblatio debeat eſſe certa, clara, & determinata, ſicut pretium in emptione, & venditione, nec admittatur tamquàm maior illa, quæ eſſet de dando, puta aureos quinquaginta vltra quaſcumque ſummas à quibuſcumque oblatoribus legitimè oblatas, vel offerendas in termino edicti, quia non conſtituit certum pretium nec in ſe, nec relatiuè, ſed tamquam omninò incerta, captioſa, & animoſa omnis eſt nulla, & non admittenda, ac illa de medio ſublata, attenditur, & firma manet alia præcedens maior oblatio, cui inualida non nocet, gloſ. in §. Pretium autem inſtitut. de empt. & vendit. vbi etiam Aretin. & alij, Cremenſ. ſing. 40. Boer. deciſ. 248. Stracc. de mercat. tit. de decoct. in 5. part. num. 8. cum alijs per Cabal. conſ. deciſ. 130. numer. 1. & ſeqq. lib. 1. facit quod dixi in §. Venditio num. 1.

Plura de diuerſis oblationibus, & præcipuè an maior oblatio facta in licitatione poſt candelam extinctam ſit admittenda vbi agitur de intereſſe creditorum, vel de re fiſcali, deciſiuè tradit Thoro Compend. deciſ. Neap. part. 1. 2. & 3. ſect. 2. verb. Oblatio, & ego dixi latè in §. Subhaſtatio nu. 18. Et de alijs oblationibus remiſſiue Caſteion. Alphab. iurid. verb. Oblatio, & Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. legal. part. 5. eod. verb fol. 528. &c. 16

Oblatio facta in ſubhaſtatione de dando tanto pluri, quàm à maiore oblatore fuerit promiſſum, maximè quando oblatio fit per polizas, an ſit valida, & attendenda, & quòd tamquam incerta, captioſa, & cautelosa nimis ſit nulla, probat Cabal. conſ. deciſ. 130. lib. 1. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 23. nu. 5. 17

Sed quòd ſit valida, & attendenda, Rot. deciſ. 376. num. 5. part. 4. tom. 1. recent. Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 5. num. 3. Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 35. nu. 154. & ſeqq. quos ſequutus eſt Caſtald. conſult. 187.

De oblatis Religionum quomodo differant à Conuerſis, vtrum gaudeant priuilegio fori, an poſſint teſtari, contrahere, & alia de iſtis oblatis, latè Tondut. quæſt. canon. 113. per tot. lib. 1. 18

§. OBLIGATIO. II.

1 OBligatio in genere, & potiori ſignificatu ſumpta nil aliud eſt, quàm iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ Ciuitatis iura, *text. in princ. tit. Inſtitut. de obligat. vbi gloſ.* Oinot. & alij, Tuſch. *lit. O. concluſ.* 27. Petr. de Onnat. *de contract. tom. 1. tract. 3. diſp. 7. ſect. 2. nu. 32. fol. 224.*

Eſt autem obligatio multiplex, & præcipuè alia naturalis tantùm, alia ciuilis tantùm, alia miſta ideſt naturalis, & ciuilis ſimul iuncta, quæ eſt vera, & efficax obligatio oriens ex conſenſu partium, & approbatione iuris; quid ſit vnaquæque ſpecies iſtarum obligationum, quot modis conſideretur, quos effectus pariat, & alia, latè Oinot. *loc. cit.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 57. num. 5. &c.* Bart. & alij *in l. 1. §. fin. & l. 3. ff. de conſtitut. pec. text. & gloſ. in §. de conſtituta*, vbi etiam Iaſ. *nu. 33.* Zaſ. *num. 7. Inſtitut. de act.* & prælatè Pontirol. *in Reſponſ. pro Mumbellis Cuſenæ impreſſo de anno 1645. num. 330. & ſeqq. ad 374. fol. 97. &c.* Tuſch. *lit. O. concluſ. 28. per tot.* Onnat. *de contract. loc. ſup. cit. & ſect. 3. per tot.*

Item obligatio alia eſt ciuilis, alia prætoria, habito reſpectu iuris, à quo prouenit, Oinot. *in §. Omnium Inſtitut. de oblig.* Pontirol. *loc. cit. numer. 363. & ſeqq. & 369. &c.*

Item obligatio, attenta cauſa ſuæ originis, alia dicitur ex contractu, alia ex quaſi contractu, alia ex delicto, alia ex quaſi delicto, *§. ſequens, & §. fin. & in titulis particularibus*, vbi Oinot. & alij *Inſtitut. de obligat.*

Item alia eſt realis, alia perſonalis, & an potius præſumatur realis, vel perſonalis, Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ.* 1121. de reali vide *in §. Hypotheca.*

Item aut re contrahitur, aut verbis, aut litteris, aut conſenſu, vt benè explicat Oinot. & alij *in loc. cit.*

Quòd obligatio ſit ſtricti iuris, & de vno caſu ad alium non extendatur, latè Tuſchus *littera O. concluſ. 33. per tot.*

De obligationibus ex delicto, quoad forum conſcientiæ, latè Gibalin. *de vniuer. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 1. cum pluribus ſeqq. fol. 494. &c.* aliqua dixi *in §. Pœna, §. Homicidium, §. Stuprum*, & alibi opportunè.

2 Obligatio antidoralis eſt quidam inſtinctus naturalis, vt benefacienti benefaciamus, habet originem à iure naturali primæuo; ac obtinet etiam in brutis, parum tamen aut nihil operatur, niſi ad neceſſitatem, & formam iuris ciuilis redacta ſit, non enim actionem, neque exceptionem producit, imò tale debitum quocumque errore ſolutum poteſt repeti, Bart. & alij *in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur.* Oinot. *loc. ſupra cit. cap. de oblig. nat. tant. nu. 3. &c. fol. 259.*

Plures tamen effectus antidotalis obligationis à iure ciuili approbatos, & inductos enumerat Iaſ. *in dict. l. ex hoc iure*, Marant. *part. 3. num. 4.* Addit. ad Oinot. *loc. cit.*

3 Obligatio ſine cauſa regulariter non valet in contractibus extraiudicialibus, ſed benè in iudicio, à quo recipit caiorem, Marſil. *in repet. Rub. ff. de fideiuſſ. nu. 318 &c.* Rom. *conſ. 292. & 373.* Card. Tuſchus *littera O. concl. 38 per tot.* Maſcard. *vol. 3. concluſ. 1118. per tot.* vbi etiamſi ſit per inſtrumentum, Cabal. *conſ. deciſ. 121. nu. 20. &c. lib. 2.* vbi de confeſſione debiti nulla, & inefficaci, ſi cauſam non contineat, *& conſ. 123. num. 16. & ſeqq.* vbi quòd nec ſufficit cauſa, niſi ſit veriſimilis, Gratian. *diſcept. for. cap. 273. nu. 21. &c. cap. 280. num 4.* Caualer. *deciſ. 263. num. 3. &c.* vbi quòd obligatio ſine cauſa eſt nulla, & idem ſi cauſa ſit turpis, illicita, vel meticuloſa; & qualiter ob turpem cauſam poſſit reſcindi, etiamſi ſit iurata, vide *in §. Promiſſio nu. 15. §. Mulier numer. 19.* latè Olea *de Ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 4. per tot.* Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. effect. 2. per tot.* vbi quòd confeſſio debiti extraiudicialis ſine cauſa eſt inefficax, niſi ſit geminata ex interuallo, iurata, vel liberatoria, vel in inſtrumento guarantigiato, vel in articulo mortis, vel pro exoneratione conſcientiæ, vel pro reſiduo, & ſaldo, vel in iudicio &c. Rot. *part. 19. recent. deciſ. 19.* vbi plura de inſubſiſtentia promiſſionis, & obligationis ſine cauſa.

Valeret tamen obligatio etiam ſine cauſa inter mercatores, vel vbi quis ſe obligaret ex certa ſcientia, Grattan. *dec. 136. in Addit. nu. 2. & 3.*

Item ſi eſſet iurata, vel in forma Cameræ, non attenditur defectus cauſæ, Grattan. *diſcept. 912. nu. 26.*

Item valeret ſine cauſa, ſi eſſet geminata, Tuſch. *litt. G. concluſ. 28. num. 27.* Barboſ. *de Axiom. iur. axiom. 103. num. 12.*

Item facta ſub conditione valet abſque alia cauſa, cùm conditio impleta habeatur pro cauſa, Soccin. *reg. 402. per tot.* vide *in §. Confeſſio nu. §. Decretum nu. & §. Scriptura num.*

Qualiter obligationis cauſa ceſſante, ceſſet ipſa obligatio, remaneatque inefficax, & inualida, præſertim in correſpectiuis, Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. dec. 428 per tot.*

Obligatio facta ſub prætextu, quòd quis eſſet debitor 4
vigore alterius obligationis, & tamen non erat, ſtante illius nullitate ob non ſeruatam formam ſtatuti, eſt nullam, tamquam proueniens ex falſa cauſa, & non vera, *l. cum putarem ff. famil. hercif.* Duran. *deciſ. 373. numer. 3. & 4.* latè Altograd. *conſ. 44. num. 8. & ſeqq. per tot. lib. 2.* vide *in §. Confeſſio num. 20. & §. Decretum numer. 6. &c.* Vrceol. *Conſult. for. cap. 63. per tot. volum. 2.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 383.* vbi de nullitate cenſus a muliere impoſiti pro extinguendo alio cenſu nullo; facit quod dixi *in §. Relutio num. 6.*

Ita vt non remaneat obligatus fideiuſſor in ſecunda obligatione cum præſuppoſito primæ obligationis, quæ erat nulla, Duran. *d. deciſ. 375. nu. 11.*

Intellige dictam concluſionem quando nullitas primæ obligationis erat iam detecta, & oppoſita, nam ſi non erat oppoſita, & ſic ſtabat in implicito ſtatu validitatis, quia tamquam inducta in fauorem mulierum, vel minorum non irritat contractum niſi quatenus ipſi ita velint, & declarent, valet, & ſuſtinetur ſecunda obligatio pro extinguenda prima, etiamſi vtraque careat debitis ſolemnitatibus, quando verò pecunia fuit verſa in extinctionem prioris debiti habentis implicitum ſtatum validitatis ob non oppoſitam nullitatem, vt declarat Rot. *part. 13. recent. deciſ. 145. per tot.*

Quòd obligatio ex erronea, vel falſa cauſa ſit nulla, nullamque producat actionem, quamuis fuerit iurata, & obligatione camerali vallata, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 396. nu. 2. & 3* vbi concordantes adducit.

Obligatus ad aliquid cogitur de obligatione ſua expo- 5
nere inſtrumentum cum omnibus clauſulis ſolitis, ne pereant probationes, & ne quis priuetur effectu conuentionis, Gratian. *diſcept. for. cap. 772. num. 22. &c.* Magon. *deciſ. Luc. 95. num. 15. &c.* Cabal. *conſ. deciſ. 120. nu. 11. & 12. lib. 2.* vide *in §. Inſtrumentum nu. 17. §. Contractus nu. 7. in fine*, Hermoſil. *ad l. Partit. tom. 2. gloſ. 3. leg. 6. tit. 5. fol. 458.*

Quando obligatio pluries facta dicatur vna, vel plures ad multiplicandum debitum, Tuſchus *lit. O. concluſ. 31.* & dixi *in §. Confeſſio numer. 27. & 28.* vbi alios citaui.

Obligatus dare, vel ſoluere ad tempus, ſiue ex contra- 6
ctu, ſiue ex vltima voluntate an teneatur in principio, medio, vel fine temporis adiecti, Bart. & alij *in l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig.* Pract. Papp. *libell. pro leg. rei ſing. num. 41. &c.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 6. cap. 15. quæſt. 3.* Menoch. *de arbitr. caſ. 53. & 54.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 8. num. 65. & ſeqq. ad 93. fol. 153* vbi facit regulam, tempus in dubio præſumi appoſitum in gratiam debitoris, quam pluribus modis limitat, & declarat, vt ibi per eum.

Obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum, ſiue 7
per ſtipulationem, ſiue ex teſtatoris voluntate, ſiue ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione, ſiue ex ſententia, & iudicis præcepto, quando dicatur facere, vel dare potuiſſe, & debuiſſe, vt pœnam adiectam incurrat, & an ſit neceſſaria interpellatio, latè Menoch. *de arbitr. caſ. 498. per tot.* vbi plures caſus diſtinguit, & in multis eſt neceſſaria interpellatio, vt ibi per eum, Sperel. *deciſ. 107. per tot.* vide *in §. Conditio num. §. Fideiuſſor num. & §. Statutum excludens num.*

Quòd obligatus ad aliquid faciendum teneatur facere ſuis ſumptibus, Clar. *§. Feudum quæſt. 21. numer. 1.* vide *in §. Actus num. 18.* Rom. *conſ. 346. ſub numer. 15.* Soc. *conſ. 26.*

Digitized by Google

conſ. 26. num. 3. lib. 1. Natt. conſ. 243. num. 3. & 4. Surd. deciſ. 201. num. 6. quia obligatus ad conſequens dicitur obligatus ad neceſſarium antecedens, l. oratio ff. de ſponſal. Rimin. ſen. conſ. 299. numer. 26. lib. 2. & ad ea, quæ ſunt neceſſaria, vt id quòd fuit promiſſum, ſuum ſortiatur effectum, Paul. in l. inuitum num. 4. ff. de ſeruit. vrb. præd.

Quòd obligatus ad factum incurrat moram, etiam ſine interpellatione, eo ipſo quòd labitur tempus, intra quod commodè facere potuiſſet, etiamſi facto adimplendo non ſit præfixa certa dies, vel tempus determinatum, intelligendo tamen ad hoc vt teneatur ad intereſſe, non autem ad pœnam, Altograd. conſ. 21. nu. 53. & 54. lib. 2. Sperel. deciſ. 107. num. 16. &c. vide in §. Promiſſio num. 26. &c. Rot. part. 13. recent. deciſ. 116. num. 1. vbi quòd obligatus ad factum, ſi non adimpleat, tenetur ad damna, & intereſſe.

Quod obligatio ſimpliciter facta intelligatur ſtatim, excepto mutuo, ne remaneat ſine vtilitate recipientis, Tuſch. litt. O. concl. 30.

Quòd in obligationibus facti non poſſit præcisè agi ad factum, ſed ſuccedat obligatio ad intereſſe, Bart. & alij in l. ſtipulationes non diuiduntur, quæſt. 8. ff. de verb. oblig. Neguſ. de pign. part. 2. membr. 1. ſub numer. 8. vide latè Gratian. diſcept. for. cap. 185. per tot. Tuſch. litt. O. concluſ. 43. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 323. vol. 1. vbi refert contrarias opiniones, & videtur illam ſequi, vt poſſit præcisè agi ad factum quando fieri poteſt, & deciſ. 324. vbi an venditor cogatur præcisè tradere, vel præſtando intereſſe liberetur, Rot. part. 10. recent. deciſ. 66. numer. 5. & ſeqq. vbi an quis poſſit ad factum compelli, refert opiniones, & affirmatiuè concludit quando venit ex diſpoſitione legis, Fontanel. deciſ. 252. & 253. vbi qualiter fiat executio contra obligatum ad factum, & an ſoluendo intereſſe liberetur.

Quid ſtante iuramento, Euerard. à vi, & energ. iuram. num. 39. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 915. num. 19. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 74. num. 1. &c. vide in §. Promiſſio num. 3. Paul. Chriſtin. d. deciſ. 323. numer. 11. &c. vbi concludit vt ſupra, Sanfelic. deciſ. 175. vbi an ſtante iuramento, quod habet vim clauſulæ rato manente pacto, poſſit agi ad pœnam, & ad factum, vel intereſſe, & deciſ. 216.

8 Obligatus ad ſolutionem annui cenſus, poteſt præſcribere decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, cùm agatur de iure reali, vel 30. annis, vbi adeſſet clauſula conſtituti, ita vt procedat etiam reſpectu partis non ſolutæ, & in foro conſcientiæ, ac ſufficiat negare ſolutionem; intelligendo tamen omnia niſi conſtet de legitimo impedimento creditoris in exigendo, vel niſi debitor, ſiue poſſeſſor ſit in mala fide, vel niſi cenſus fuerit ſolutus ab impoſitore, nam quandiu impoſitor ſoluit, non poteſt tertius poſſeſſor præſcribere, vt benè comprobat Cenc. de Cenſ. quæſt. 117. per tot. Bald. de præſcript. in 4. part. 4. part. prin. quæſt. 5. nu. 2. & quæſt. 7. num. 4. latè Gaſpar. Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 17. Mattha vot. 125. num. 8. Boccac. de Cenſ. part. 2. num. 9. Scapuc. de Salnian. lib. 2. quæſt. 21. Ciarlin. contr. 196. nu. 37. & ſeqq. per tot. vide in §. Cenſus n. 29. & num. 58.

An autem huiuſmodi præſcriptio procedat tantùm quoad cenſus præteritos, vel etiam quoad in futurum decurrendos, ita vt ſufficiat vnica præſcriptio pro omnibus annis, vel tot requirantur præſcriptiones, quot ſunt anni, poteſt hoc modo diſtingui.

Aut enim agitur de annua præſtatione debita ex vltima voluntate, & tunc cùm tot cenſeantur legata, quot ſunt anni, non ſufficit vnica præſcriptio, ſed tot præſcriptiones requirantur, quot ſunt annuæ præſtationes, l. Senatus §. fin. ff. de donat. cauſ. mort. Capel. Tholoſ. deciſ. 343. Boer. deciſ. 336. Guid. Papp. deciſ. 406. ad finem, cum alijs per Cenc. de Cenſ. quæſt. 118. numer. 1. & ſeqq. Gratian. diſceptat. for. cap. 399. nu. 29. &c. cap. 490. num. 1. &c.

Aut agitur de annua præſtatione debita ex contractu, & tunc cùm vnica ſit ſtipulatio, vnica ſufficit præſcriptio, tam pro præteritis, quàm pro futuris præſtationibus, Magon. deciſ. Flor. 95. numer. 2. &c. Gayl. obſeruat. lib. 1. concluſ. 73. numer. 1. cum alijs pluribus relatis per Cenc. d. quæſt. 118. num. 7. & ſeqq. vbi tamen num. 9. &c. dupliciter limitat, nempè niſi debitum eſſet conditionale in ſui origine, vel niſi fuerit adiectum aliquid verbum temporis diſtributiuum, quia hiis caſibus vnica præſcriptio non ſufficeret, & num. 14. & ſeqq. inferendo ad annuos cenſus, videtur prima conſideratione admittere, quòd vnica ſufficiat præſcriptio, etiam pro tempore futuro, quæ incipiat à die, qua primum fuit ceſſatum à ſolutione; Sed num. 17. &c. per tot. Melius re perpenſa, auctoritate Rot. & aliorum firmat, quoad fructus cenſus decurrendos non poſſe dici completam præſcriptionem, nec poſſe tractari de illorum præſcriptiones in futurum, ſed tantùm in præteritum, ſicque tot requiri præſcriptiones, quot ſunt anni, cùm contractus cenſualis habeat in ſe tacitam conditionem ſoluendi, ſi cenſus non redimatur, Præt deciſ. 259. num. 2. &c. lib. 1. Mobæd. deciſ. 226. Rot. poſt Cenc. d. tract. deciſ. 230. num. 12. deciſ. 302. num. 1. deciſ. 304. num. 2. deciſ. 487. num. 4. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 490. in princ. Rot. part. 9. recent. deciſ. 373. numer. 14. & ſeqq. & part. 13. deciſ. 47. vide in §. Cenſus num. 29. & §. Præſcriptio num. 15. Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap. 158. numer. 54. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 8. numer. 211. vbi quòd in Cenſibus non ſufficit vnica præſcriptio, & propterea poſſunt peti fructus cenſuum per ſpatium triginta annorum, ante litem motam, & latè Ciarlin. contr. 196. num. 37. & ſeqq. per tot. vbi plura ad excindionem præſcriptionis cenſus, maximè in præſcriptione ſtatutaria, & optimè etiam Bich. dec. 33. n. 15. & ſeqq. per tot.

Quæ quidem concluſio procedit abſque difficultate, ſi præſcriptio allegetur à debitore, vel eius vniuerſali ſucceſſione, ſecus autem ſi à tertio poſſeſſore conuento hypothecaria, vel Saluiano, quamuis idem eſſe in tertio poſſeſſore ad dictum effectum, benè probat Cenc. d. quæſt. 118. nu. 20. & ſeqq.

Quòd ſufficiat vnica præſcriptio in cenſibus pro omnibus annis, etiam ſequentibus, (quidquid ſecus ſit in legatis annuis) intelligendo in tertio poſſeſſore, & niſi principalis debitor, vel eius hæres ſoluiſſet, ac de præſcriptione triginta annorum, iuxta text. in l. cum notiſſimi §. in his C. de præſcript. 30. annor. Foller. ſuper Bulla in verb. huiuſmodi cenſualia numer. 92. Decian. conſ. 2. lib. 1. Anton. de Ballis tractat. var. lib. 5. tit. de cenſ. quæſt. 33. per tot. fol. 323. vbi etiam quomodo tertius poſſit probare dictam negatiuam ſolutionis non factæ à debitore, vide in §. Negatiua, & latè de omnibus prædictis Gaſpar. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 17. per tot. Romaguer. in addit. ad Conciol. Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 30. numer. 48. & ſeqq. vbi plures modernos hinc inde allegat.

Obligati plures in ſolidum habent beneficium diuiſionis, exceptis quibuſdam caſibus Auth. hoc ita C. de duobus reis; niſi illi renunciauerint, quo caſu ſi vnus tantùm conueniatur pro tota ſumma, debet actor non ſolum ſe fundare in iure ſolidi, quia aduerſus illud competit ipſo iure dictum beneficium, ſed in renunciatione facta, Bellon. conſ. 44. in princ. Otnot. Inſtitut. de fideiuſſor. §. Si plures num. 18. Marſil. in repet. Rub. ff. eod. numer. 27. Buttigar. tractat. de renunciat. iur. ciuil. in princ. Montan. de tut. cap. 39. num. 149. & ſeqq. fol. 206. vide in §. Tutela num. Afflict. deciſ. 319. num. 14. vbi quòd ſi vnus ex correis totum ſoluerit, poteſt ab alijs repetere pro rata. 9

Quòd ſtante iuramento non poſſit opponi beneficium diuiſionis, Montan. loc. cit. num. 166. vide in §. Inſtrumentum num.

Obligati plures in ſolidum, ſi aliqui tantùm fuerint conuenti, & ſimpliciter condemnati, tenentur ſolùm pro rata, habito reſpectu ad omnes obligatos, & non tantùm ad conuentos, licèt potuiſſent in ſolidum condemnari, Afflict. deciſ. 215. Grattan. diſcept. forenſ. cap. 33. num. 50. &c. cap. 320. num. 42. &c. vide in §. Conductor num. §. debitor num. 68 §. Sententia numer. 47. §. Condemnatus num. 9. Milanenſ. deciſ. Siciliæ 14. nu. 80. & ſeqq. lib. 1. Gramat. dec. 68. n. 9. Boer. deciſ. 59. Borgn. dec. 30. num. 112. &c. cum alijs per Coſtam de ratione rata quæſt. 33. per tot. 10

Obligati plures ſimpliciter in eodem inſtrumento, tenentur tantùm ſinguli pro rata, & ſi ſoluerint totum, poſſunt tamquam indebitum repetere, dempta ſua rata, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 682. per tot. Magon. deciſ. Luc. 9. num. 32. &c. vide in §. Promiſſio num. 24. §. Clau- 11

ſula num. 64. latè Tuſch.*lit.O. concl.*35. *per tot.* Rot.*part.* 9.*recent. deciſ.*272. *n.*13.*&c.*Leoncil. *deciſ. Ferr.* 82. *num.* 11.*&c.*

12 Obligati plures ad ſibi inuicem rationem reddendam, ſi vnus velit contra alterum agere ad dictam rationem reddendam, tenetur prius ex parte ſua adimplere, & ducere de implemento, alias repellitur, ita vt non ſufficiat verbalis oblatio, ſed realis requiratur, Duran.*deciſ.* 440. *per tot.* vide *in §. Adminiſtratio num.* *& §. Societas num.*

13 Obligatus dare fideiuſſores an liberetur dando pignora, & è contra, Marſil. *de fideiuſſ. num.* 296. *&c.* Gratian. *diſcept.*229. *nu.*32. *&c.*

Qualiter obligatus ſoluere, vel dare pignora, aut debitorem repreſentare poſſit conueniri ad libitum creditoris, cuius eſt electio in alternatiuis remediorum ad ſui cautelam, vide *in §. Poſſeſſio num.*

14 Obligatus ad fructus ex certo fundo percipiendos, illis non naſcentibus qualiter teneatur, animaduertendum eſt an fundus fuerit adiectus demonſtratiuè, vel taxatiuè, Pract. Papp. *libell. ad fict. praſtat. gloſ.* 1. *num.*16. *& pro legat. rei ſing. gloſ.* 1. *num.* 43. Gratian.*diſcept.forenſ. cap.*62. *nu* 7. *&c. cap.*256. vide *in §. Legatum num.* *§. debitor nu.*9.

Quòd obligatus dare dotem ex fructibus alicuius rei, non teneatur, niſi quatenus fructus extent, latè Gratian. *diſcept.*916. *per tot.*

An obligatus ad dotandum, teneatur aliquid vltra dotem corredorum nomine dare, vide *in §. Dos num.*

15 Obligatus ad ſoluendum capones, vel alia animalia, tenetur dare viua, & non liberatur dando illa mortua, Bart. *in l.*1.*§. planè ff. ſi quadrup. pauper. fec. dic.* Iaſ.*in l. qui* t c *n.*36. *ff. ſi cert. pet.*

16 Obligatio annua aliquid ſoluendi, an tranſeat ad hæredes ex parte debitoris, vel creditoris, ſiue vtrinſque, vide Capyc. *deciſ.* 203. *per tot.* facit quod dixi *in §. Legatum num.*

Quòd obligatio regulariter tranſeat ad hæredes, qui tamen debent citari ante executionem, Tuſch. *littera O. concl.* 37.

17 Obligatio vnius correſpectiua ad promiſſionem alterius, qualiter corruat deficiente prima, ex regula quòd in correſpectiuis ſublato vno corruat alterum, Gratian.*diſcept.for.cap.*273. *num.* 15. *&c. cap.* 692. *num.* 37. *&c. cap.*717. *num.* 14. *&c. cap.* 759. *num.* 10. *&c. cap.* 786. *num.* 19. *cap.* 853. *num.* 32. *&c.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*278. *num.*5. *& in Romana reſidui dotis* 5. *Aprilis* 1677. coram Bourlemont, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 93. *per tot.* vbi pluribus citatis plenè diſcutitur, an præſumatur correſpectiuitas plurium contractuum, vel obligationum, ex quibus dicta correſpectiuitas perneceſſe inducatur, vel non, maximè in tranſactionibus, vide alios citatos *in §. Contractus num.* 34.

Qualiter omnis obligatio intelligatur rebus in eodem ſtatu manentibus dixi *in §. Stipulatio n.*7. *in fine.*

18 Obligatio nec naturalis, nec ciuilis oritur ex diſpoſitione, cui lex reſiſtit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 713. *nu.*66. *&c.* vide *in §. Minor num.*

Qualiter autem valeat obligatio filijfam. non obſtante ſtatuto requirente certam ſolemnitatem, latè idem Gratian.*cap.* 576. *per tot. cap.* 667. *per tot.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 152. *per tot.* & maximè *num.* 101. *&c.* vbi etiam remiſſiuè quando dicatur habitare ſeorſum à patre, vide *in §. Filius num.* *& §. Statutum requirens num.*

19 Obligans ſe tamquam Patruus, & tamquam tutor alicuius, dicitur duobus nominibus obligans, proprio ſcilicèt, & tutorio, & idem ac fortius eſt in inſtitore, procuratore, & ſimilibus, Altograd. *conſ.*38. *per tot. lib.*1. vide *in §. Tutela num.*27.

An, & quando obligatio dicatur proprio, vel alieno nomine contracta, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*40. *per tot.* vbi de ſubſcribente litteras cambij alterius, an proprio nomine obligetur.

Quòd obligatio facta nomine hæreditatis poſſeſſæ, & non proprio, non adſtringat hæredem obligati, nec ipſum obligatum ad ſolutionem, ſi poſtea appareat hæreditatem ad alios ſpectare, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*325. *nu.*8.

20 Obligans in ſpecie eandem rem ſuam pluribus diuerſo tempore, ſi non ſufficiat pro omnibus, vel non ſit proteſtatus quòd iam alijs erat obligata, tenetur crimine ſtellionatus, *l.* 1. *& fin. C. de crim. ſtell. & l.*3. *ff. eod.* vide Bonifac. *de furt. §.*9. *nu.*90. *& ſeqq.*307. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 63. dixi *in §. Venditio num.*

De conſuetudine tamen generali, ne impediantur negociationes, & comercia, videtur derogatum dictis legibus, Pract. Papp. *Act. hypoth. gloſ. ſub eadem num.*19. vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 381. *num.*7. *&c.* Clar. *§. Falſum n.*29. Farinac. *quaſt.*150. *part.* 9. *per tot.* dixi *in Pract. §. Vendere nu.*17. *in fine &c.* 21

Obligatio generalis omnium bonorum continet præſentia, & futura, iura, & actiones, Pract. Papp. *Act. hypoth. gloſ. ſub eadem num.* 2. *&c. gloſ. Ex numeratis nu.* 13. *&c.* Surd. *deciſ.*233. *nu.* 4. *&c.* dixi *in §. Nomen nu.* Tuſch. *lit.O. concluſ.* 35. *&* 36. *per tot.*

Non tamen continet illa, quæ nemo in ſpecie veriſimiliter fuiſſet obligaturus, niſi facta fuerit ſpecialis mentio, vel niſi alia non extarent, *l. obligatione cum tribus ll. ſeqq.* vbi Bart. & alij *ff. de pign.* Marſil. *de fideiuſs. num.* 194. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1120. *per tot.* Negus. *de pign. part.*2. *membr.*2. *num.* 34. *&c.* vide *in §. Hypotheca num.* Tuſch. *d. concl.* 36. vbi quòd non comprehendit prohibita alienari.

Obligatio de morando in certo loco, cùm videatur quædam ſpecies ſeruitutis, non arctat, *l. Titio centum §.*2. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi Bart. & alij, Pract. Papp. *Act. ad dot. & vſumfr. gloſ. vlt.* vide *in §. Conditio num.* *& §. Pactum num.* 22

Obligatio facta per metum, etiam tertio metum non inferenti eſt nulla, cùm metus fuerit illius cauſa proxima, Boſſ. *de Carcer. n.*25. Maur. *de fideiuſs. part.*2. *ſect.*8. *cap.*62. *& ſect.*10. *cap.*43. vide *in § Carcer. nu.* *§. Metus nu.* *& §. Promiſſio nu.*12. 23

Quòd omnis obligatio ex turpi cauſa, vel delicto non valeat, & quando ſecus, latè Tuſch. *lit.O. concl.*39. *per tot.* vide *in §. Promiſſio nu.*7.

Obligatio Cameralis, ſiue in forma Cameræ Apoſtolicæ operatur plures effectus, de quibus plenè ſcribentes in tractatibus de hac materia editis, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 1. *per tot.* vbi plura de facultatibus A.C. *part.*2. *cap.*1. *per tot. & part.*3. *cap.* 1. *per tot.* vbi reſpectiuè de facultatibus, & iuriſdictione A. C. in cauſis executiuis ſummarijs, atque ordinarijs. 24

Dictas facultates A.C. per extenſum ponit idem Ridolphin. *in fine dicta Praxis fol mihi* 734. *& ſeqq.*

An autem ceſſet illius iuriſdictio ſede vacante, Merlin. *deciſ.* 157.

Quòd in beneficialibus non habeat iuriſdictionem, niſi delegatam, item nec in prophanis in partibus vltra dietas, Merlin. *deciſ.*282. Ricc. *Collect.* 3700.

Operatur autem dicta obligatio, vt ſic obligatus teneatur præciſè ſoluere, nec adimpleat cedendo actionem contra alios, Duran. *deciſ.* 369. *numer.* 4. vide *in §. Penſio num.*

Item operatur ad fauorem cuiuslibet habentis intereſſe, Zacch. ad Galeſ. *de oblig. Cam. quaſt.* 5. *num.*6. Duran. *dec.* 270. *nu.*5. Rot. *recent. part.* 9 *deciſ.*227. *num.* 14. vbi concordantes.

Continet ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt, & in futurum intererit, eadem Rot. *d. part.* 9. *deciſ.* 937. *num.*7. *&c. part.*13. *deciſ.*303. *& part.*16. *deciſ.*394. *nu.* 18. vbi tamen reſtringitur ad intereſſe principale, & primarium, & non extenditur ad intereſſe conſecutiuum, & ſecundarium.

Item continet obligationem ad omnia damna, quæ tamen ſaltem in genere ſunt probanda, licèt conuentum fuerit de ſtando iuramento actoris, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*251. Bich. *dec.*333. *nu.* 10. Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*632. *nu.*2.

Item continet obligationem bonorum hæredis, Zacch. poſt Galeſ. *quaſt.* 4. *num.* 7. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 343. *num.*12. vide *in §. Bona num.* 19. *& §. Clauſula numer.* 86. Rot. *part.*15. *recent. deciſ.* 222. *per tot.* vbi tamen quòd non extenditur vltra primos hæredes dicta obligatio, quidquid aliàs ſub nomine hæredum veniant omnes in infinitum ex multis rationibus ibidem nouiter perpenſis, & dixi *in §. Heres nu.*1. *&c.*

Item per eam quæritur ius abſenti ſine alia ceſſione, vt in terminis donationis reſoluit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 280. *num.*2.

Item

Digitized by Google

Item facit ius certum, & indubitatum, ac inducit confeſſionem iodicialem, & quòd ſic obligatus habeatur per condemnato, & ea re iudicata poſſit executiuè conueniri, Duran. *deciſ*. 383. *num*. 2. *&c*. Pac. Iordan. *Lucubr. volum*. 3. *lib*. 14. *tit*. 20. *num*. 441. *& ſeqq*. vide *in* §. *Creditor nu*. *&* §. *Sententia num*. Merlin. *deciſ*. 712. vbi quòd facit viam executiuam eſſe paratam, Rot. *part*. 12. *recent. deciſ*. 56. *nu*. 1. *&c*.

Intellige vt vigore obligationis Cameralis competat via executiua pro expreſsè ſcriptis, & contentis in inſtrumento, an autem pro illis, quæ veniunt ex interpretatione iuris, Galeſ. *de oblig. Cam. tit. de vi inſtr. oblig. Cam. nu*. 15. Rot. *part*. 2. *diuerſ. deciſ*. 131. *num*. 11. *& deciſ*. 132. *nu*. 8. 14. *&* 15. Sperel. *deciſ*. 83. *num*. 33. vbi quòd habet executionem paratam ad fauorem omnium, quorum intereſt, licèt non ſint in inſtrumento nominati, vide *in* §. *Executio num*.

Item operatur quòd vna via electa, poſſit ad aliam recurri, cùm ſtante dicta obligatione non attendatur ordo, ſed fiat præpoſteratio cauſæ ad cauſam arbitrio creditoris, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap*. 38. *numer*. 7. *cap*. 118. *numer*. 56. *&c*. Merlin *de pign. lib*. 5. *tit*. 2. *quaſt*. 59. *num*. 10. *& ſeqq*. vide *in* § *Executio num*. 24. *&* §. *Remedium num*. Ridolph. *in Prax. part*. 1. *cap*. 1. *num*. 115. *& ſeqq. ad* 131.

Item obligatio prædicta poſita in apoca, vel Inſtrumento, continet hypothecam omnium bonorum præſentium, & futurorum, in quibus poteſt ſtatim executio peti, ſi dicta obligatio ſit extenſa, ſin minus debet præcedere citatio ad dicendum contra, & videndum mandari extendi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap*. 391. *nu*. 48. *&c. cap*. 524. *nu*. 62. Caualer. *deciſ*. 38. *nu*. 2. *&c*. Zacch *de oblig. Camer. quaſt*. 31. *nu*. 8. Bar. *deciſ*. 108. *nu*. 29. Burat. *deciſ*. 905. *num*. 2. Rot. *part*. 1. *recent. deciſ*. 127. *nu*. 7. vbi quòd habet in ventre hypothecam incluſam.

Poſita tamen in ſcriptura priuata, non poteſt extendi in publicam formam cum iuramento, niſi de illo fuerit particulariter cautum in ipſo contractu, & alia plura de viribus dictæ obligationis ſummatim colligit Pac. Iordan. *Lucubr. vol*. 3. *lib*. 14. *tit*. 20. *num*. 440. *& ſeqq. ad* 515. *fol*. 418. *&c*.

Item non admittit appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm quoad deuolutionem, niſi ſententia eſſet lata contra actorem, quia tunc dicitur vulnerata obligatio Cameralis, & cauſa ſit appellabilis, ac ſemper remanet appellabilis, Rot. *part*. 2. *diuerſ. deciſ*. 132. *numer*. 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap*. 665. *nu*. 5. *&c. cap*. 667. *num*. 17. *cap*. 646. *num*. 3. *cap*. 968. *num*. 1. *&c. cap*. 726. *num*. 16. *&c*. vbi etiam quòd dicta obligatio extenditur non ſolùm ad ſortem, ſed etiam ad fructus tamquam acceſſorios.

Multa de vulneratione obligationis Cameralis per ſententiam, qualiter impediat executionem, Ridolphin. *in prax. part*. 1. *cap*. 8. *num*. 214. *& ſeqq*. Rot. *part*. 12. *recent. deciſ*. 85. *& deciſ*. 155. *nu*. 1. *&c*. vbi tamen quòd poteſt adhuc agi via ordinaria, *infr. num*. 32. Rot. *part*. 13. *recent. dec*. 166. *&* 168. *duplicata*.

Intellige quoad appellationem, quando ſententia fertur per ſimplex decretum, nam ſi feratur per cedulam in forma ordinaria, *Chriſti nomine inuocato*, *&c*. dicitur per iudicem electa via ordinaria, ac præiudicatum obligationi Camerali, ac conſequenter cauſa facta appellabilis, & benè ex Marcheſ. probat Pac. Iordan. *Lucubr. vol* 3. *lib*. 14. *tit*. 20. *num*. 495. *fol*. 420. vbi propterea admonet iudices, vt ſint cauti in ſententiando, ne illorum culpa retardentur executiones, & partes grauentur laboribus, & expenſis.

Quòd Auditor Cameræ exequatur, ſiue exequi faciat obligationem Cameralem, non obſtante quacumque appellatione, Soccin. iun. *conſ*. 178. *num*. 4. *lib*. 3. Galeſ. *de oblig. Cameral. vlt. part. cap. penult. num*. 8. Lancellot. *de attent. part*. 2. *cap*. 12. *limit*. 53. *num*. 59. Theſ. *deciſ*. 26. *num*. 11.

Et ideò proceſſus factus coram Auditore Cameræ poſt inhibitionem Rotalem non eſt attentatus, Mandol. *de inhibit. quaſt*. 93. Rot. *part*. 1. *diuerſ. deciſ*. 641. *num*. 8.

Quia inhibitio Rotalis non comprehendit cauſas executiuas guarantigiæ, vel obligationis Cameralis, Rota *in Romana attentatorum* 4. *Iunij* 1601. *coram Penia*.

Et ſimpliciter A. C. procedit ad executionem obligationis Cameralis non obſtante abſolutione à iuramento obtenta à Pœnitentiaria cum expreſſa derogatione priuilegiorum A. C. Mohæd. *deciſ*. 2. *tit. de except*. Scacc. *in Prax. lib*. 2. *cap*. 2. *num*. 130. vbi tamen quòd hoc ceſſaret, ſi cauſa ageretur in alio foro, ſicut etiam ſi ageretur coram delegato, ſed contra, Marcheſ. *de Commiſſ. part*. 1. *Commiſſ*. 1. *cap*. 5. *numer*. 5. vide Altograd. *conſ*. 42. *numer*. 34. vbi quòd obligatio Cameralis non accipit vim à iuramento, niſi quatenus duo vincula magis ligant, & ideò conceſſa etiam abſolutione à iuramento, remanet vis dictæ obligationis, quæ ad ſuum effectum perduci debet, vide *in* §. *Abſolutio num*.

Quòd obligatio Cameralis non retardetur re dubia exiſtente, ſiue in facto, ſiue in iure, niſi ſit vulnerata per ſententiam, & rem iudicatam, Rot. *part*. 16. *recent. deciſ*. 265. *per tot*.

Obligatio Cameralis continet renunciationem omni 25
legum auxilio, & fauori, Rot. *in Anconitana pecuniaria 26. Februarij* 1570. *coram Oradino*, *& in Romana pecuniaria* 3. *Martij* 1581. *coram Lancellotto*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap*. 534. *numer*. 43. *&c*. Rot. *part*. 2. *diuerſ. deciſ*. 123. *numer*. 15. *&c*. vbi tamen quòd retardatur ob defectum cauſæ, & conditionis, etiam tacitæ non adimpletæ, & quando exceptio oppoſita venit ex natura contractus.

Amplia vt contineat etiam renunciationem excuſſionis, & propterea fideiuſſor obligatus in forma Cameræ non opponit exceptionem excuſſionis, Rot. *in d. Anconitana pecuniaria*, *& in Romana Cenſus* 18. *Iunij* 1601. *coram Merlino inter impreſſas illius deciſ*. 275. *numer*. 4. Surd. *conſ*. 39. *num*. 31. Pariſ. *conſ*. 133. *num*. 7. *lib*. 3.

Contrarium videtur tenere Surd. *deciſ*. 44. *num*. 19. Vrecol. *deciſ*. 275. *num*. 8. *&c. part*. 2. vbi licèt reſoluatur non eſſe locum excuſſioni, non tamen fit fundamentum in obligatione Camerali, vide *in* §. *Excuſſio num*. & diſtingue prout ibi.

Primam opinionem intellige, vt non procedat in fideiuſſore indemnitatis, quia iſte non conuenitur, non excuſſo principali, Rot. *in d. Anconit. pecun. & in Romana Doana Salis* 10. *Decembris* 1582. *coram Seraphino*, Idem *de priuil. iuram. priuil*. 1088. *num*. 12. *verſ. ex prædictis*, vide Millin. *d. deciſ*. 275. *num*. 2. vbi limitat non procedere in promiſſione concepta per verba ſatis prægnantia, & cum clauſula, *penitus ſine damno conſeruare*, *vel liberatione à moleſtijs*, quia tunc excedit terminos ſimplicis fideiuſſionis de indemnitate, in quibus procedit firmata concluſio, vide *in* §. *Fideiuſſor num*.

Secundò intellige vt non procedat prima opinio in eo, qui promiſit, & ſe obligauit in forma Cameræ ſoluere quantò minùs crediti ut à debitore reciperet, Rot. *in d. Anconitana pecuniaria*.

Aduertendo tamen quòd ſi fideiuſſor indemnitatis, vt ſupra excesſerit terminos huiuſmodi ſimplicis promiſſionis, vel ſe obligauerit vti principalis principaliter, & inſolidum in forma Cameræ, vel ſuſceperit terminum, non poterit opponere exceptionem excuſſionis, Millin. *d. deciſ*. 275. *&c. per tot*. vide *in* §. *Excuſſio num*. *&* §. *Fideiuſſor num*.

Item obligatio Cameralis continet renunciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, & propterea ſtante huiuſmodi obligatione dicta exceptio opponi non poteſt, Bocac. *de Societ. num*. 142. Cæſar. de Graſſ. *deciſ*. 3. *num*. 2. *de ſolut*. Rot. *part*. 3. *diuerſ. lib*. 3. *deciſ*. 787. *& deciſ*. 800.

Poſſet tamen admitti dicta exceptio parte non opponente, vel ſi obtenta eſſet abſolutio à iuramento ad effectum agendi, intelligendo non ad retardandam executionem, ſed ad effectum agendi via ordinaria, vel ſi clarè, & concludenter fuerit probata, prout in allegatis deciſionibus, *& in Ferrarien. domus* 28. *Nouembris* 1602. *coram Mant. Romana executionis dell' Anguillara* 6. *Martij* 1592. *coram Oran*. Cæſar de Genu. *de probat. deciſ*. 62 *nu*. 8. *Romana cenſus* 26. *Nouembris* 1604. *coram Ludouiſio*. Sufficit tamen hoc caſu proteſtari non admitti iura in præiudicium obligationis Cameralis, nec opus eſt appellare, Cont. *in l. vn. limit*. 8. *n*. 37. *C. de moment. poſs*.

Quòd non contineat renunciationem exceptionis ce-

dendarum actionum, Merlin. *deciſ.* 222. *num.* 3. *&c.*

26 Obligatio Cameralis continet etiam renunciationem ſimulationis, quæ ideò oppoſita non retardat executionem, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 123. vide *in §. Simulatio num.*

Fallit niſi ſimulatio ſit detecta, vel poſſit in continenti probari, Cæſar. de Graff. *de probat. deciſ.* 62. *num.* 10. Rota *in Romana executionis dell' Anguillara* 6. *Martij* 1592. *coram Orano.*

Idem eſt in exceptione falſitatis per quam retardatur executio, ſi ſit plenè, & incontinenti probata, aliàs ſecus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 531. *nu.* 72.

Et in exceptione vſurariæ prauitatis, idem Gratian. *cap.* 679. *in princ. cap.* 864. *num.* 24. *cap.* 930. *num.* 40. vide *in §. Exceptio num.*

27 Obligatio Cameralis an contineat clauſulam *vbique locorum*, & impediat quin poſſit allegari incompetentia iudicis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 875. *numer.* 35. *&c.*

Quòd obligatus in forma Cameræ cenſeatur renunciaſſe proprio foro, poſſit in quolibet foro conueniri, & Auditor Cameræ reaſſumat in Curia cauſas Cameræ quibuſuis iudicibus commiſſas non facta mentione obligationis Cameralis, vide Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 13. *num.* 8. Rot. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 640. *num.* 13.

Ita vt iſtud procedat etiam in pupillis, viduis, cæteriſque miſerabilibus perſonis, quæ poſſunt conueniri coram Auditore Cameræ vigore dictæ obligationis, nec poſſunt declinare forum, ſicuti fuit reſolutum in Signatura, & extenſa deciſio per R. P. D. Robuſterium, quæ regiſtrata eſt apud Marcheſan. & ipſe Marcheſan. *de comm. auoc. cauſ. part.* 2. *§.* 2. *numer.* 9. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 182. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 156. *numer.* 53. *&c.* & mouentur quia per facultates Auditoris Cameræ cenſetur derogatum, *l. vn. C. quand. Imper. inter pupil. & vid.* quòd alijs probat etiam Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num* 92. *& ſeqq.* vbi vide.

In contrarium tamen videtur veritas, quia priuilegio *d. l. vn.* non cenſetur derogatum, niſi expreſsè de illa ſit facta mentio, vel niſi adſit clauſula, *non obſtante, & quorum tenores &c.* vt docent Cyn. Bald. Ang. Fulgoſ. & alij *in d. l. vn.* Ruin. *conſ.* 226. *num.* 9. *&c. lib.* 1. Alex. *conſ.* 122. *num.* 15. *&c. lib* 4. Felin. *in cap. nonnulli num.* 19. *de reſcript.* Pariſ. *conſ.* 39. *lib.* 1. *conſ.* 140. *num.* 10. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 165. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 66. *num.* 32. *&c.* vide *in §. Perſona nu.* 12.

Nec ſuffragatur clauſula, *quorum tenores &c.* quia cùm non fuerit facta mentio *d. l. vnic.* illam non comprehendit, Veral. *deciſ.* 121. *part.* 1. Rot. *in Valentiana* 27. *Nouembris* 1602. *coram Penia.*

Nota etiam quòd ſi miſerabilis perſona conueniatur tamquam hæres vigore obligationis Cameralis, poterit declinare forum A. C. producendo inuentarium, quod facit præſumere hæreditatem non eſſe ſoluendo, ad tradita per Laderch. *conſ.* 128. *num.* 5. & ideò virtute inuentarij idem eſt ac ſi non eſſet hæres, *l. fin. Cod. de iur. delib.* vide *in §. Hæres numer.* *& §. Iuramentum num.*

Et ſi iudicium fuiſſet inchoatum coram A. C. ante mortem defuncti, tunc multò magis, non poſſet miſerabilis perſona illud declinare, late Surd. *deciſ.* 110. vbi quòd clericus, ſiue alius priuilegiatus ſuccedens laico ligatur inſtantia iam coram iudice defuncti incœpta, vide *in §. Clericus num.*

Quòd regulariter non poſſit retardari executio obligationis Cameralis, tam contra hæredes, quàm pro hæredibus, ad quos hincindè tranſit, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap* 981. *n.* 3. *& n.* 17.

Quòd ius tribuat etiam contra hæredes, Merlin. *deciſ.* 413. *nu.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 90. *nu.* 5.

28 Obligatio Cameralis videtur habere in ventre tacitam renunciationem priuilegij attentatorum, attentis maximè facultatibus ipſius Auditoris Cameræ, quarum vigore poteſt nedum procedere in cauſa, etiam lite coram alio iudice pendente, ſed etiam cauſas à quibuſcumque iudicibus ad ſe auocare; niſi tamen dicta obligatio fuerit adiecta in inſtrumento compromiſſi, quia ſi lato laudo, pars læſa petat illius reductionem, & illa pendente altera pars obtineat executionem, & actualiter exequatur, committit attentata, præſertim ſi emanaſſet inhibitio, & hoc eſt ſpeciale in compromiſſo, quòd videtur continere conditionem, vt laudo ſit parendum, niſi aduerſus illud fuerit petita reductio, Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 15. *num.* 4. *& ſeqq.*

29 Obligatio Cameralis impedit beneficium ceſſionis bonorum, Leon. *in Theſ. for. Eccleſ. cap.* 11. *num.* 16. Zacch. ad Galeſ. *de obligat. Cam. quæſt.* 15. *nu* 9. *& quæſt.* 19. *num.* 5. *&c.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 799. *nu.* 20. Altograd. *conſ.* 42. *nu.* 34. *& ſeqq. lib.* 1.

An autem executio dictæ obligationis impediatur per reſtitutionem in integrum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 667. *nu.* 36.

An retardetur per exceptionem non implementi, idem Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 989. *numer.* 1. *&c.* vbi quòd ſic quando eſt clara, & liquida, aliàs ſecus, vide *in §. Exceptio num.*

An impediatur per exceptinnem remiſſionis penſinnis, idem Gratiao. *cap.* 534. *numer.* 40. *&c.* vbi quod non, niſi ante petitam executionem fuiſſet probata ſterilitas, & damnum &c.

30 Obligatio Cameralis admittit tantùm tres exceptiones, nempè ſolutionis, falſitatis, & nouæ conuentionis; item omnes alias intrinſecè, & tacitè venientes ex natura contractus, & conſiſtentes non in facto, ſed in iure, Gratian. *diſcept. for. cap.* 740. *num.* 39. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *numer.* 441. *& ſeqq. fol.* 418. vide *in §. Exceptio num.* 14. Tuſch. *lit. O. concluſ.* 40. *per tot.* vbi etiam de exceptione rei non traditæ, mandati, defectus cauſæ, & alijs prædictis.

Quòd retardetur vbi ex coniecturis, & præſumptionibus apparet de ſolutione, quæ ita probari poteſt, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 135. *in fine*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 951. *nu.* 19 *cap.* 962. *nu.* 49. vide *in §. Exceptio num. & §. Solutio num.*

Quæ exceptiones admittatur, vel non contra obligationem Cameralem, plenè videndus Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 165. *& ſeqq. per tot.*

31 Obligatio Cameralis ſtrictiùs ligat promittentem, non autem extendit obligationem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 671. *nu.* 14. *&c.*

Intelligitur rebus ſic ſtantibus, ſicut iuramentum, idem Gratian. *cap.* 534. *num.* 51. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 123. *num.* 16. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 129. *numer.* 2. vbi quòd quælibet obligatio, promiſſio, pactum, vel diſpoſitio intelligitur cum clauſula *rebus ſic ſtantibus*, etiamſi additum ſit iuramentum.

Non continet clauſulam *in ſolidum*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 553. *nu.* 20. *& cap.* 682. *per tot.*

32 Obligatio Cameralis expirat annullato contractu principali, ſicut guarentigia, & iuramentum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 715. *num.* 17. *&c.* Nec cenſetur repetita in ſecunda obligatiooe, vel cootractu, niſi ſit expreſſa, Ludouiſ. *deciſ.* 30. *num.* 6.

Quòd non admittat exceptionem nullitatis, niſi nullitas ſit talis, quæ ex ipſomet inſtrumento appareat, adeòque notoria, & palpabilis, vt nullam aliam probationem requirat, Vrceol. *Conſult. for. cap.* 28. *nu.* 17. & latè exornans Sperel. *deciſ.* 83. *nu.* 18. *& ſeqq.*

An autem remaneat vulnerata dicta obligatio per ſententiam etiam nullam latam contra actorem, dic quòd ſic, ſecus autem ſi fuerit lata ſuper inualiditate decreti iam relaxati, vt benè declarat Coccin. *deciſ.* 78. Ricc. *Collect.* 2714. vide Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 85. *&* 196. vbi plura de hac materia vulnerationis obligationis Cameralis, *& part.* 13. *deciſ.* 166. *&* 168. *duplicata, & part.* 14. *deciſ.* 373.

Quòd in Tribunalibus ſæcularibus Regni nullo modo practicetur, nec admittatur obligatio Cameralis contra laicos, imò puniantur ipſi, & notarij illa vtentes, vndè æquum eſſet, vt pariformiter Clerici non poſſint ſe obligare iuxta formam laicalium Conſtitutionum, imò hoc ſtrictiùs procedere, cùm laici poſſint conſentire in forum Eccleſiaſticum, non autem Clerici in forum laicale, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 348. *numer.* 42. *&c.*

Florentiæ etiam adeſt dicta prohibitio obligationis Cameralis quoad laicos, vt dixi *in Practic. §. Notai num.* 96.

33 Obligatio fideiuſſoria dicitur acceſſoria, & adhæret prin-

Digitized by Google

principali obligationi tamquam accidens ſuo ſubiecto, illaque corruente, nec ipſa ſuſtinetur, cùm non poſſit ſtare ſine ſubiecto, Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 1. cap. 1. per tot.* vide *in §. Fideiuſſor num.* 5. Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. cap.* 65. Ricc. *Collect.* 3019. vbi limitat non procedere quando fideiuſſor ſe obligaſſet vti principalis, & alijs modis, Cabal. *conſ. deciſ.* 139. *lib.* 1. vbi quòd obligatio facta per mulierem ſine debitis ſolemnitatibus eſt ipſo iure nulla, & ideò ei accedere non poteſt fideiuſſor, & ſi acceſſerit vti principalis, quo caſu ſuſtinetur eius obligatio, non tamen ipſe ſoluendo habet regreſſum contra dictam mulierem, & tantò minus contra maritum, qui nullatenus tenetur pro debito vxoris, vide *in §. Fideiuſſor.*

Quòd in dubio ſit reſtringenda, & iudicandum pro fideiuſſore alieno morbo laborante, pulchrè Magon. *dec. Flor.* 57. *nu.* 61. *& ſeqq.*

Regulariter tranſit ad hæredes, exceptis quibuſdam caſibus, Maur *de fideiuſſ. part. 2. ſect.* 10. §. 40.

34 Obligatio omnis tam principalis, quàm fideiuſſoria tollitur ſolutione eius, quòd debetur, etiam facta de ære, & pecunia aliena, ſiue ab ipſo debitore, ſiue fideiuſſore, ſiue à quocumque tertio, & extraneo, dummodò fiat ad hunc effectum, Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect.* 10. §. 1. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 181. *volum.* 4. vide *in §. Solutio num.* 1. latè Petr. de Onnate *de Contract. tom. 1. tract. 6. diſput. 21. ſect. 1. & ſeqq. fol. 600. &c.* vbi plura de ſolutione.

Item acceptilatione, quæ dicitur imaginaria ſolutio, Maur. *loc. cit. §. 2. & per totam ſectionem*, vbi explicat octuaginta modos, quibus liberatur fideiuſſor, & dixi *in §. Fideiuſſor numer.* *& §. Nouatio numer.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 182. *vol.* 4. Petr. de Onnat. *loc. cit. ſect. 7. per tot. fol.* 625.

Item tollitur per pactum de non petendo factum debitori principali, ita vt non reuiuiſcat, etiamſi poſtea fiat pactum de petendo, Maur. *vbi ſupra* §. 3.

Item tollitur nouatione voluntaria, ſiue neceſſaria, niſi ſit appoſita clauſula citra præiudicium, & nouationem primorum iurium, & fideiuſſorum, Maur. *loc. cit.* § 4 *per tot.* Mart. Medic. *deciſ. 67. per tot. cum Addit.* vide *in §. Nouatio num.* Onnat. *de contract. loc. cit. ſect. 9. fol.* 632.

Qualiter tollatur prorogatione, vide *in §. Prorogatio num.*

Item delegatione, nam qui delegat dicitur ſoluere, ſi creditor acceptet, Maur. *vbi ſupra §. 5. per tot.* vide *in §. Delegatio, & §. Nouatio*, Onnat. *d. tractat. loc. cit. ſect. 10. fol.* 635.

Item finitur per dationem in ſolutum, nec reuiuiſcit, etiamſi poſtea res data inſolutum euincatur, Surd. *conſ.* 145. *num.* 23. Bart. *in l. eleganter ff. de pign. act.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 3. num. 5. &c. cap. 766. numer. 35. & cap. 962. num.* 33. Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect.* 10. §. 1. *num.* 8. §. 6. *per tot. &* §. 58. *in fine*, Poſt. *de ſubhaſt. inſpect. 65. per tot.* Mariba *vot. Piſ.* 109. vbi tamen quòd poteſt fieri reſeruatio præcedentis obligationis, & tunc agi primæua actione, & etiam executiuè ſi ante talem adiudicationem competebat via executiua, Cabal. *conſ.* 111. *lib.* 1. vide *in §. Nouatio nu.* 15.

Contrarium in caſu euictionis tenent alij, nempè reuiuiſcere primam obligationem, Specul. *de fideiuſſ. num.* 24. Marſil. *eod. tit. nu. 372. quæſt.* 58. Bertazol. *clauſ. 41. gloſ. 7. nu.* 6. Honrig. *de fideiuſſ. cap. 20.* §. 21. Gratian. *diſceptat. for. cap. 759. nu. 8. &c. cap. 950. num. 17. &c.* latè Altograd. *conſ. 16. num. 8. & ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi quòd ſequuta euictione rei in ſolutum datæ, reuiuiſcunt primæua iura, præcipuè in cauſa dotis, ſiue ſoluendæ, ſiue reſtituendæ, etiam ſoluto matrimonio; excepta autem cauſa dotis, articulum admodum controuerſum dicit, ſed tamen hanc vltimam partem veriorem eſſe profitetur, & oſtendit, atque contrarijs ſatisfacit, adde Rot. *in Firmana cenſus 13. Ianuarij 1676. coram Rondinino*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 81. nu. 5. & ſeqq.* vbi benè declarat, quæ iura reuiuiſcant, vel non, extra cauſam dotis.

Item obligatio extinguitur compenſatione, quæ etiam poteſt opponi à fideiuſſore, inuito debitore; qualiter fiat ipſo iure, vel ſit neceſſaria oppoſitio, & alia, Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 10. §. 9.* Gratian. *diſcept. for. cap. 728. n. 5. &c.* vide *in §. Compenſatio num.*

Item tollitur oblatione, depoſitione, ac conſignatione illius, quòd debetur, Maur. *d. ſect.* 10. §. 10.

Item confuſione, quando debitor, vel creditor, ſiue fideiuſſor ſibi ſuccedunt, Crauet. *conſ.* 300. Maur. *loc. cit.* §. 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 203. & cap. 550. num.* 28. vide *in §. Hypotheca num. 52. & §. Hæres num.* 37. Onnat. *de contract. tom. 1. tractat. 6. diſput. 21. ſect. 8. fol.* 630.

Intellige pro rata, qua quis eſt hæres, Mootan. *de tut. cap. 40. num. 55. & ſeqq. fol.* 212. & in hærede vniuerſali, ac quando ſucceſſio eſt irreuocabilis, ſecus ſi ſit reuocabilis, nam ſequuta reuocatione, reuiuiſcit obligatio, Sperel. *deciſ. 177. num. 62. & ſeqq. per tot.* & latè Tuſch. *litt. H. concluſ. 52. per tot.*

Item extinguitur obligatio præſcriptione 30. vel 40. annorum, Maur. *d. ſect.* 10. §. 16. vide *in §. Præſcriptio num.*

Item per publicationem bonorum debitoris principalis, cùm tranſeant in fiſcum cum onere ſuo, quatenus tamen ſint ſufficientia, Maur. *d. ſect.* 10. §. 19. *&* §. 68. Mantic. *de tacit. & ambig. part. 2. lib. 16. tit. 20. num.* 27. Marſil. *de fideiuſſ. num.* 346. vide *in §. Fideiuſſor nu. 44. & §. Fiſcus nu.* 2.

Item obligatio fideiuſſoria extinguitur culpa, & negligentia doloſa creditoris in exigendo à principali debitore, ſi fuerit monitus, & interpellatus ad agendum, & interim debitor factus fuerit decoctus, niſi fuerit renunciatum beneficijs fideiuſſorum, vide Maur. *d. ſect.* 10. §. 23. vbi diſputat ad partes, & inſerit conſilium D. Io: Bonſij Equitis, & Senatoris Florentini, ac poſtea S R.E. Cardinalis, Magon. *deciſ. Flor. 30. nu. 11. & per tot.* vbi multis modis arguit dolum in creditore, ad hoc vt fideiuſſor remaneat liberatus, & poſtea declarat procedere præcedente dicta intimatione, vide Merlin. *de pign. lib. 5. quæſt. 57. per tot.* Rouit. *deciſ. 43. per tot.* Ger. Spin. *conſ. 39. num. 13. & ſeqq.* vbi pro liberatione fideiuſſoris ex culpa, & negligentia doloſa creditoris.

Quòd ceſſante dolo, qui non arguitur ex ſimplici tantum dilata exactione non liberetur fideiuſſor, Caualer. *deciſ.* 155. *numer.* 2. vide *in §. Cedula num.* §. *Dolus numer.* §. *Fideiuſſor numer. 42. & §. Poſſeſſio num.*

Debet etiam probari quod debitum fuerit facilis exactionis, alias non poteſt conſiderari negligentia in exigendo ad hoc vt haberi debeat pro exacto in præiudicium non exigentis, Rot. *part. 11. recent. deciſ.* 61. *num.* 8.

Item finitur obligatio per interitum ſpeciei, vel rei debitæ, ſine culpa debitoris, ſecus tamen eſſet in debito quantitatis, vel generis, quòd perire non poteſt, Maur. *d. part. 2. ſect.* 10. §. 15. vide *in §. Debitor num.* Petr. de Onnate *de contract. tom. 1. tractat. 6. diſput. 21. ſect. 11. fol.* 637.

An, & quando fideiuſſor in cauſis criminalibus liberetur, vel non, dixi *in §. Fideiuſſor numer. 59. cum pluribus ſeqq.*

Obligatio facta penes acta iudicij an habeat paratam executionem, vide Ricc. cum alijs ab eo citatis *Collect.* 2666. 35

Obligatio qualiter inducatur per diuturnam præſtationem alicuius rei, ita vt in futurum eodem modo ſit adimplenda, quamuis habuerit cauſam voluntariam ex mera liberalitate prouenientem, maximè vbi concurrit fauor Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, nam tunc etiam in facultatiuis producitur obligatio, vel ex actuum multiplicitate, & continuata poſſeſſione excluditur præſumptio, quòd fuerint facultatiui, Bart. *in l. ſolent §. 1. in fine ff. de off. Proconſul. & Leg.* Menoch. *præſumpt.* 131. *nu.* 51. *lib.* 3. cum alijs per Bich. *deciſ. 543. num. 1. & ſeqq.* vide Rot. *part. 5. recent. deciſ.* 127. & penès Poſt. *de manuten. deciſ.* 311. dixi *in §. Alimenta n. 20. §. Solutio nu. 28. & §. Titulus nu. 2. & ſeqq.* vbi alios allegaui. 36

Et quo pacto, ac in quibus caſibus ex diuturna præſtatione præſumatur obligatio præceſſiſſe, & ſic præſtationem fieri vigore præcedentis obligationis præſumptæ ſi allegetur à parte, Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ. 1119. per tot.*

Obligatio facta in ſubſidium alterius eſt conditionalis, ſi & quanto minus non poterit exigi à principali debitore, & ideò opus eſt, vt prius verificetur conditio antequam agatur, per diligentem excuſſionem non tantùm bonorū,

Digitized by Google

ſed etiam perſonæ, vt videatur an habeat pecuniam abſconditam, vel amicum, qui eius conditionis miſertus pro illo ſoluat, aliàs non dicitur impleta dicta conditio in forma ſpecifica prout requiritur, Caſtr. Cuman. Iaſ. & alij *in l. decem ff. de verb. obligat.* Buccafer. *conſ.* 90. *numer.* 13. *&c. lib.* 1. vide *in §. Fideiuſſor numer.* 40. *&* 41.

Et talis purificatio eſt ab actore probanda, Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 343. *nu.* 4. *&* 5.

38 Obligationes omnes ſunt ſtricti iuris, nec etiam ex maioritate rationis extenduntur ad non expreſſa, quid ſtante relatione ad aliud inſtrumentum, & plura de interpretatione, ac reſtrictione verborum generalium ad reſtringendas obligationes, Rot. in ſelectis per Farinac. *deciſ.* 403. *part.* 1. *tom.* 1. & vide *in §. Stipulatio num.* 9. *&* 10.

39 Plura de diuerſis obligationibus, & illarum effectibus, præcipuè penes acta factis & huiuſmodi, Thoro *Compend. deciſ. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Obligatio*, Caſteion. & Com. Auguſt. Fontan. *eod. verb. part.* 5. *fol.* 230. *&c.* Caucer. *var. part.* 3. *cap.* 1. vbi plura de actionibus, & obligationibus.

40 De obligatione naturali, quotuplex ſit, & quos effectus producat, maximè in foro conſcientiæ, Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Obligatio per tot. vbi differ.* 4. agit etiam de obligatione antidorali, ſcilicet vt benefacienti benefaciam, quòd in foro interno arctet ſub pœna peccati ſaltem venialis, & aliquando mortalis ad benefactori gratitudinem reddendam, & exhibendam in neceſſitatibus maximè.

41 Obligatio, vel promiſſio ſcienter facta ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, ſiue iniuſta, ſuſtinetur in vim donationis, *l. Campanus, alias Papinianus ff. de oper. libert.* vbi DD. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 3. *tit.* 12. *numer.* 46. *& lib.* 13. *tit.* 10. *num.* 13. Gratian. *deciſ.* 137. *num.* 3. *in Addit.* Tondut. *quæſt. ciuil.* 199. *part.* 2. vbi alia plura adducit ad ſuſtinendam obligationem, quæ ſine cauſa facta dicebatur, & ego notaui in hoc §. *nu.* 3. *&* 4.

§. OBLIVIO. III.

1 OBliuio vt plurimum à morbis longis, ac ſæuis oboritur, item ob peſtilentiam, temperaturam corporis, & præcipuè capitis ſecundum poſteriora, ſexum, ætatem, & ſimilia; eſtque duplex, nam quædam difficulter rerum memoriam conſeruat, ſed non ita oblædit memoriam ipſam, vt rationem excludat, & ideò non impedit teſtamenti factionem, religionis ingreſſum, profeſſionem, matrimonium, cæteroſque contractus, ac ſimiles actus, quia ſola memoriæ imbecillitas non infert ad intellectus defectum; à quibuſdam tamen actibus ſimiles obliuioſi eſſent fortè excludendi vbi maximè memoria eſſet neceſſaria; alia verò ſpecies obliuionis eſt illa, quæ inducit penitus memoriæ defectum, & fatuitatem, quia dum affectio, à qua læditur memoria valdè intenditur, ſimul cum memoria ratio deperditur, & ex memoriæ ſimul cum rationis defectu, fatuitas oboritur, quæ plura fieri impedit, vt latè explicat Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 42. *& ſeqq per tot.* Duran. *deciſ.* 178.

2 Obliuio iuxta multorum opinionem inducitur, & præſumitur ex lapſu decennij; ſed iuxta veriorem opinionem iudicis arbitrio remittitur iuxta facti, & perſonarum qualitatem, ad tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 26. *per tot.* Maſcard. *de probat. tom.* 3. *concluſ.* 1122. Paul. Zacch. *loc. cit. num.* 49. *&c.* Tuſch. *litt. O. concluſ.* 48. Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 219. vbi quòd obliuio etiam facti proprij præſumitur ex decennij lapſu.

Quòd ſtante præſumpta obliuione ob longiſſimi temporis lapſum non credatur teſtibus, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 428. *nu.* 9. *&* 50.

3 Obliuio non præſumitur in facto multum notabili, etiam ex antiquitate temporis, cùm egregia facta, ac res magnæ in obliuionem de facili ire non præſumantur, Crauet. *conſ.* 134. *numer.* 31. Menoch. *d. caſ.* 26. Zacch. *vbi ſupra num.* 56. *&* 57. vbi quòd obliuio faciliùs inducitur in facto alieno, quàm proprio, Veral. *deciſ.* 279. *num.* 7. *part.* 3.

Multa de obliuione quando, & quomodo, & in quibus caſibus præſumatur, vel non, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1122. *per tot.*

Obliuio non veriſimilis, qualiter faciat indicium ad torturam, Farinac. *conſ.* 192. *nu.* 25. 4

Obliuio naturalis æquiparatur ignorantiæ iuſtæ, & inuincibili, ac eodem modo excuſat ab incurſu pœnarum, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 41. *verſ. Notandum*, vide *in §. Ignorantia nu.* 10. 5

Aliqua de obliuione, & eius effectibus indicant Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Obliuio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 233. 6

Quòd obliuio præſumatur poſt lapſum decennium, & quandoque etiam breuiori tempore arbitrio iudicis, maximè in muliere ſene, niſi agatur de facto aliquo egregio, & notabili, Menoch. *de arbitr. caſ.* 26. *nu.* 4. cum alijs per Cyriac. *contr.* 360. *nu.* 32. *& ſeqq. & nu.* 100. Quòd poſt decennium, & multò magis poſt longiùs tempus admittatur, & ſit excuſabilis etiam in facto proprio, Surd. *deciſ.* 222. *nu.* 17. *& ſeqq.* Menoch. *d. caſ.* 26. *& caſ.* 308. *in fine, & lib.* 6. *præſumpt.* 42. Cyriac. *contr.* 327. *nu.* 47. 7

Et licèt obliuio æquiparetur ignorantiæ, tamen hoc non procedat, quando quis ſemel ſciuit, vel non ignorauit, Bart. *in l. qui fundum* 7. *§. Senatus num.* 1. *ff. de empt.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 638. *num.* 23. Cyriac. *contr.* 532. *num.* 43.

§. OBSERVANTIA. IV.

OBſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumque priuilegij, & diſpoſitionis, maximè ſi ſit iuri conformis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 839. *numer.* 27. *cap.* 867. *num.* 45. *cap.* 978. *num.* 27. Caualer. *deciſ.* 80. *num.* 3. *&c.* vbi etiam quòd non requirit præſcriptionem, Merlin. *deciſ.* 154. *num.* 3. Ricc. *Collect.* 3020. *&* 3823. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 316. *num.* 11. *&c. part.* 13. *deciſ.* 216 *num.* 6. vbi de obſeruantia circa litteras Apoſtolicas, quamuis contrarius intellectus eſſet de iure verior, *& part.* 14. *deciſ.* 6. *nu.* 7. *&* 8. 1

Quòd vera ſit interpretatio, quæ ſumitur ex obſeruantia, & practica, Gratian. *diſcept. for. cap.* 846. *n.* 19. *&c.* Rot. *part.* 14 *recent. deciſ.* 5. *nu.* 17. *& ſeqq.* vbi ampliat etiamſi alius intellectus eſſet de iure verior, ac etiamſi intellectus datus pro obſeruantia eſſet malus, & oporteret aliquam vim fieri verbis, maximè ſi non doceatur de contraria obſeruantia, Spada *conſ.* 54. *nu.* 37. *&c. lib.* 1. Bich. *deciſ.* 464. *nu.* 18. *&* 19. vbi ad intelligendum quid fuerit comprehenſum in venditione, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 253. *nu.* 8. *&* 9. vbi quòd obſeruantia eſt optima interpres Conſtitutionum Apoſtolicarum, etiam contra proprietatem verborum, & veriorem intellectum, imò etiam intellectus malus eſt tenendus ſtante obſeruantia ſubſequuta.

Quòd obſeruantia declaret, & interpretetur ſtatuta, Surd. *deciſ.* 129. *num.* 19. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 169. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi quòd quando agitur de obſeruantia verè interpretatiua, & non deſtructiua, non indiget præſcriptione, nec quòd fuit in contradictorio iudicio obtenta, ſed vnicus actus ſufficit, eadem Rot. *part.* 13. *deciſ.* 93. *num* 8. *& deciſ.* 520. *nu.* 9. *&c.* vbi quòd deducitur etiam ex non facto.

Quòd reguletur etiam, ac deſumatur à locis vicinis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 945. *nu.* 21.

Plura de obſeruantia interpretatiua quomodo probetur, & quando ſit attendenda, vel non, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *dec.* 136. *per tot.* Caren. *reſol.* 206. *nu.* 4. vbi ex Baldo *conſ.* 472. *lib.* 1. notat, attendendam eſſe obſeruantiam facti, licèt non probetur conſuetudo præſcripta, cùm ſufficiat practica.

Obſeruantia ſcripturæ informis, & non probantis, tradit illis fidem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 951. *num.* 8. *&c.* Merlin. *deciſ.* 40. *nu.* 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 2353. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 397. *nu.* 18. *& part.* 18. *deciſ.* 552. *num.* 16. vide *in §. Copia in addit.* 2

Quòd obſeruantia longi temporis tradat robur, & efficaciam ſcripturæ priuatæ, quæ alias nullam faciebat probationem, latè Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *nu.* 70. *& ſeqq. ad* 75. *fol.* 10.

Intellige ſi is, contra quem allegatur ſciuit ipſam ſcripturam, & defectum ſolemnitatum illius, aliàs ſecus ſi ignorauit, Aymon. *de antiquit. temp. part.* 1. *ſect.* 4. *num.* 19. *verſ. rurſus in iſta obſeruantia*, Rot. *part.* 2. *Diuerſ. dec.* 104. *num.* 16.

Sicut

Digitized by Google

Sicut etiam ex obſeruantia magnum recipit robur ſcriptura antiqua licèt informis, ita pari ratione ex inobſeruantia minuitur illius fides, & quæuis adminicula eliduntur, Burat. deciſ.472.num.7.&c. Rot. part.6. recent. deciſ.224.num.22.& ſeqq. & part.9.deciſ.333. num.41. &c. part.13.deciſ.253. num.9.&c. vbi vſque ad tollendam fidem inſtrumentis.

Plura de inobſeruantia piæ diſpoſitionis teſtatoris, vt ex illa non poſſit deſumi præſcriptio, etiam centenaria, & quare, Rota part.16.recent.deciſ.70. facit in contrarium quod dixi in §.Fideicommiſſum num.54.

3 Obſeruantia teſtamenti multum operatur, & facit illi fidem adhiberi quantumcumque minus ſolemni, Magon. deciſ.Florent.58. num.21.&c. Caualer. deciſ.575.num.12. Gratian. diſcept. forenſ. cap.869.num.6. Merlin. deciſ.40. num.1.&c. Rot. part.13. recent. deciſ.57.num.16. & 17. vbi de obſeruantia circa poſſeſſionem inter hæredes, vt ſeruiat pro interpretatione voluntatis teſtatoris.

Intellige quando teſtamentum eſſet informe, & minus ſolemne ex defectu ſolemnitatum, nam tunc obſeruantia cum adminiculis illi robur tribuit, ſecus autem quando eſſet imperfectum ratione voluntatis, tunc enim ex illius vſu, & approbatione confirmari, & validari non poteſt, Dec. conſ.488. num.18. Ruin. conſ.7. num.10. lib.3. Rot. part.13. recent. deciſ.472. num.10. & 11.

Quòd obſeruantia hæredis declaret mentem teſtatoris, idem Gratian. cap.941. num.21. Rot. part.13. recent. deciſ.67. num.27. & 28. vbi quòd voluntas teſtatoris incerta, & dubia declaratur à conſuetudine, & obſeruantia inter hæredes, & part.18. deciſ.496. num.15.

Item obſeruantia in modo ſoluendi declarat dubiam mentem teſtatoris, idem Gratian. cap.676. in fine.

Quòd obſeruantia, & conſuetudo multum operetur, ac ſufficiat ad cognoſcendam pertinentiam, & qualitatem Iurispatronatus, Gratian. diſcept. forenſ. cap.521. num.17.& 19. Burat. deciſ.184. num.22. Rot. part.13. recent. deciſ.64.num.17. & 18. part.18. deciſ.335. num.2. & ſeqq. vbi tamen ad hoc, vt obſeruantia dicatur optima interpres requirit, ac præſupponit tenorem, ac præexiſtentiam obſeruari diſpoſitionis, de qua ſi non appareat, non poteſt operari, niſi tranſierit in conſuetudinem legitimè præſcriptam, quæ diſpoſitionem induxerit.

4 Obſeruantia circa modum ſoluendi declarat promiſſionem dubiam antecedentem, nec requirit præſcriptionem, ſed ſufficit vnica vice, etiam pro parte; non tamen attenditur in claris, nec quando ſolutio eſſet facta procuratori, Gratian.diſceptat. forenſ. cap.560.num.6.& ſeqq. ad 20. cap.576. num.36. Rot. part.13. recent. deciſ.83.num.7.& 8. vbi de obſeruantia in ſoluendo portiones diſtributionum.

Quòd obſeruantia in ſoluendo declaret contractum, etiam ſi non ſit præſcripta, cùm obſeruantia interpretatiua actus, præſcriptionem non requirat, Altograd. conſ.20. num.9. & conſ.18. num.26. lib.1.

Si tamen ſolutiones fuerint coactæ, vel metu mandatorum factæ, ſoluenti non præiudicant, nec obſeruantiam interpretatiuam inducunt, Roman. conſ.396. num.14. Addit. ad Gregor. deciſ.365. num.4. Rot. part.13. recent. deciſ.65. num.7. & part.15. deciſ.297. num.14. vbi etiam quòd non operatur in claris, ſed tantùm in dubijs.

Item probat validitatem tranſlationis penſionis, Gratian. diſcept.for.cap.877.num.17.

Item tollit defectum inſtrumentis, idem Gratian. cap.577. num.34. cap.893. num.20.

Item declarat prioritatem actus, idem Gratian. cap.586. num.31. cap.655. num.57.&c.

5 Obſeruantia contractus cenſualis tollit obiectum nullitatis, Gratian. diſcept. for. cap.796. num.4.

Inducit nouum contractum, & declarat dubietatem contrahentium, nec requirit antiquitatem temporis, idem Gratian. cap.675. num.14. Caualer. deciſ.302. num.2. Ger. Spin. conſ.46. num.27. & ſeqq. Rot. part.9. recent. deciſ.287. num.29. &c. vbi quòd operatur, licèt eſſet contra verum intellectum contractus, in quacumque diſpoſitione, nec opus ſit tempore ad præſcribendum requiſito, & part.11. deciſ.343. num.4. & ſeqq. vbi quòd habet vim noui contractus, ac præualet etiam ſtatuto contrario, intelligendo in his, quæ pendent à voluntate partium.

Probat conuentionem, idem Gratian. cap.703. num.8. &c.

Inducit ratificationem, Caualer. deciſ.61. in fine.

Multa de obſeruantia diuturna quid, & quando operetur, vel non, Tuſch. littera O. concluſ.59.per tot. Merlin. deciſ.454.num.6.&c. vbi ex quibus inducatur obſeruantia, quomodo probanda, & quid operetur in materia conceſſionis Emphyteuſis, Rot. part.9. recent. deciſ.130. vbi in materia beneficiali, & part.10. deciſ.44. per tot.

Obſeruantia non attenditur in claris, Gratian. diſcept. for. cap.719. num.18. cap.745. num.80. Rot. part.12. recent. deciſ.414. num.43. & ſeqq. 6

Nec quando conſtat de nullitate tituli, Merlin. deciſ.887. num.27. &c.

Item obſeruantia æquiuoca non poteſt deſeruire pro interpretatione, Rot. d. part.2. diuerſ. deciſ.294. num.6. vbi etiam quòd vna aliam declarat, Rot. part.9. recent. deciſ.302. num.32. vbi quòd quando obſeruantia eſt difformis, & controuerſa non releuat, nec in ea eſt faciendum fundamentum, & deciſ.489. num.19. vbi quòd tollitur etiam per vnicum actum contrarium, & part.13. deciſ.24. num.13. &c. vbi quòd debet eſſe vniformis, continuata, & ſucceſſiua quoad omnia, aliàs non ſuffragatur.

Et quando fuit diuerſimodè obſeruatum, attenditur illa obſeruantia, quæ eſt magis iuri communi conformis, Gratian. diſcept.for. cap.756. num.23.

Quòd obſeruantia contraria diſpoſitioni non attendatur quando in diſpoſitione adeſt clauſula decreti irritantis, Merlin. deciſ.846. num.18. dixi in §. Clauſula num.41. in fine, Rota part.12. recent. deciſ.414. num.50. &c.

Obſeruantia diuturna, etiam irrationabilis, vel re- 7
probata, licèt non proſit ad validitatem actus, excuſat tamen à pœna in foro fori, quidquid ſecus in foro conſcientiæ, ſicuti ad plura inferendo declarat Tuſchus littera O. concluſ.58. per tot. vide in §. Conſuetudo num.10. Rota part.12. recent. deciſ.414. num.83.& ſeqq. vbi in materia Gabellæ indebitè exactæ, vt dicta obſeruantia poſſit excuſare à pœna criminali, non autem à reſtitutione.

Obſeruantia debet eſſe proxima, & cohærens, nam pe- 8
tita, ſiue ſumpta à remotis non ſuffragatur; non dicitur tamen remota ſi ſit infra 40. annos, ac etiam remota ſufficit quando aliàs numquam venit occaſio, vel iuuatur aliquo adminiculo inducente præſumptionem ſtatus antiqui continuati, Bald. in proœm. ff. ſub num.7. Rota part.2. recent. deciſ.170. num.4. part.2. diuerſ. deciſ.37. num.34.& 35. cum alijs per Ludouiſ. & Beltramin. deciſ.325. num.1.& num.26. Rot. part.16. recent. deciſ.352. num.39. vbi de obſeruantia proxima attendenda in præſentatione iurispatronatus.

Quòd obſeruantia remota ab actu circa centum annos, vel quando non fuit in poteſtate obſeruantis directè, vel indirectè contrauenire legi, vel ſtatuto ob publicam vtilitatem edito nihil operetur, Bich. deciſ.91. num.18. & 19.

Obſeruantia, & conſuetudo contra immunitatem 9
Eccleſiaſticam tamquam corruptela non eſt ſeruanda, quia immunitas prædicta eſt de iure diuino, cap. quamquam de cenſ. num.6. de quo vide in §. Conſuetudo, & §. Immunitas.

Obſeruantia in vno capite concordiæ, vel pacti ar- 10
guit obſeruantiam etiam in reliquis, Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ.557. num.9. Bich. deciſ.267. num.11. Rota in Oxomen. obſeruationis concordiæ 25. Iunij 1677. coram Vicecomite, poſt Vrccol. de tranſact. deciſ.98. num.13. & 14.

De obſeruantia, vſu, praxi, ſtylo, & eius effectibus, 11
plenè Fontanel. deciſ.479. cum pluribus ſeqq. Tranchedin. Conſult.40. & 41. per tot. Caſtil. contr. tom.5. cap.93. §.7. per tot. Andreol. controu.316. Larrea allegat.92. par.2. Maſtril. deciſ.256. & ſeqq. Solorzan. de iur. Indiar. tom.1. lib.2. cap.24. num.79. & ſeqq. & alibi ſæpè, cæterique plures allegati ab Ægid. de Caſteion. Alphabet. verb. Vſus, Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part.5. verb. Obſeruantia

fol.

Digitized by Google

*fol.*234.*&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Prim. Ital. in multis locis, præue in Indice generali in fine part.*3. *verb. Obſeruantia*, vbi plura quando obſeruatio ſit attendenda, vel non, & quid operetur, Iacob. Balduc. *in Indice Materiarum obſeruat. & decis. ad conſ. Ramon. verb. Obſeruantia.*

§. OFFICIA, & OFFICIALES. V.

1 OFficia vitalitia Curiæ Romanæ, vel aliorum locorum empta à patre pro filijs, licèt non tranſeant ad hæredes, & ſint alienabilia veniunt conferenda, & in legitimam imputanda, habito reſpectu non ad pretium, quo fuerunt empta, ſed ad id, quod tunc temporis vendi poſſent; niſi illa eſſent donata filijs, quia donatio confirmaretur morte, & non eſſent inferenda, quamuis ſint in legitimam imputanda, vide Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.* 2. *quæſt.*24. Michalor. *de fratribus part.*1. *cap.*22. *num.*8. *& per tot. & cap.*23. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 50. *num.*15. *&c.* Tuſch. *litter. O. concluſ.* 105. vbi qualiter ex ſolo titulo conferantur, de illorum natura, & qualiter ſuper eis contrahantur ſocietates, quæ dicuntur ſocietates officij, adde Dian. *part.*8. *tract.*6. *reſol.*127. *verſ. Sed quid dicendum*, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*302. vbi plura de ſocietate officij, *& part.*11. *deciſ.*289. Ludouiſ. *deciſ.*167. Bich. *deciſ.*184.

Quando fuerunt prohibita alienari non imputantur in legitimam, cùm tunc penes filium remaneat ſolum nudum nomen, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*794. *num.* 3. *&c.*

An ſint conferenda, vel in legitimam imputanda, loquendo de Clericatu Cameræ, & Auditoratu, Merlin. *deciſ.*273. *per tot.*

Videntur donata ſtante deſcriptione facta in perſonam filiorum, licèt Pater ſibi reſeruauerit facultatem de illis diſponendi durante vita ſua, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 539. *per tot. & cap.*852. *num.*45.

2 Officia notariorum, & ſimilia an poſſint concedi vltra vitam concedentis, an reſignari, quo caſu, an requiratur ſuperuiuentia per viginti dies, & quòd Officiales ſemel deputati non poſſint ſine cauſa amoueri, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 167. *per tot. cap.*590. *num.*12. *&c.* vbi quòd Officiales ſemel admiſſi, & approbati, non poſſunt ſine cauſa remoueri, quamuis conceſſio ſit ad beneplacitum, Ricc. *Collect.*2011. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*55. *per tot.* Reuerter. *deciſ.*301. Moles *deciſ.*6. à Ponte *deciſ.*7. *&* 25. Capyc. Galeot. *reſponſ. fiſc.* 15. *num.* 44. *& ſeqq.* Griuel. *deciſ. Dolan.*60. *num.*7. *& ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtrat. volum.*2. *lib.*1. *cap.*5. *num.*46. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.*12. *num.*210. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*4. §.1. *ad* 4. *num.*24. *& ſeqq. ad* 30. vbi plures alios citat, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*13. *num.*110. *& ſeqq.* qui pariter plures pro vtraque parte allegat. Etiam, & quando poſſint remoueri, vel non, plura etiam tradit Thor. *Compend. deciſ. Neapol. in verb. Officiales*, Otter. *de Official. Reipubl. part.*1. *cap.*13. *per tot.* vbi quòd cauſa ſufficiens remotionis eſſet negligentia magna, inſufficientia, & præuaricatio, Sanfelic. *in prax. ſect.* 3. *num.*15. *& ſeqq.* vbi quòd omnes electi ad beneplacitum cenſentur perpetui; nec poſſunt remoueri, neque ſuſpendi ſine cauſa legitima enormi, & grauiſſima, etiam in foro conſcientiæ, aliàs illis ſuccurri per remedia poſſeſſoria; remoti autem cum cauſa, non poſſunt iterum aſſumi, niſi fuerint promoti contra ordines, nam tunc poſſunt ſine dedecore remoueri, & poſtea adueniente caſu aſſumi, & alia, idem Sanfelic. *in Prax. ſect.*40. *num.*18. *&c.* Franciſc. Anton. Tranchedin. *Conſult.*4. *num.*1. *& ſeqq.*

Quid autem ſi delinquant in officio, vel extra officium, an poſſint tunc remoueri, vel ſaltem adminiſtratio interdici cauſa pendente, vide Franch. *deciſ.*8. *per tot.* Franc. March. *deciſ.* 562. Griuel. *deciſ.* 60. Nouar. *in Pragmat. Reg. Collect.*148. *num.*5. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.*76. *num.*1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 931. *num.*10. Sanfelic. *deciſ.*61. *per tot.* & dixi *in reſolut. cap.*43. *num.*5. *& in Pract.* §. *Rectori num.*71. Giurb. *conſ. crim.*65. *num.* 45. *&c.* Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.*24. *num.*30. latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 162. *vol.*1. vbi etiam quando ad officium, vel dignitatem reſtitui debeant, Ricc. *Collect.* 1070. vbi quòd ſi agatur de delicto commiſſo in officio, vel intuitu officij, debent ab officio ſuſpendi, ſi verò extra officium illud retinent, interdicta adminiſtratione, & ita practicari iuxta Gramat. *deciſ.*65. Capell. Toloſ. 370. *&c. infra num.*13.

Quando poſſint conueniri pro delictis in officio commiſſis, durante officio, Ricc. *Collect.* 2517. *infra num.*55.

Quòd officiali ſuſpenſo ab officio ante ſententiam, & poſtea condemnato ad ſuſpenſionem, vel priuationem per aliquod tempus, debeat computari etiam tempus decurſum ante condemnationem, Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr.*67. *per tot.*

An autem pendente termino ad ſupplicandum, vel ad appellandum, vbi talia competunt remedia, ſit demandanda executioni ſententia priuationis officij, idem Matthæu. Sanz. *d. tract. controu.*62. *per tot.* vbi videtur affirmatiuè concludere quando officium eſt temporale ſecus in perpetuò, &c.

3 Officia an ſint in comercio ſine licentia Principis, & an cadant ſub hypotheca, Tuſchus *littera O. concluſ.* 105. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*580. *cap.* 670. *num.*12. *&c. cap.*730. *per tot.* Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 395. *num.*8. *& ſeqq.* latè Merlin. *de pignor. lib.*2. *titul.* 1. *quæſt.*14. *per tot. & lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*30. vbi de militia empta ex pecunia alterius, an ſit tacitè hypothecata fauore illius, cuius eſt pecunia, vide latè Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*338. *per tot.* vbi quòd non poſſunt alienari, neque hypothecari abſque licentia Principis concedentis, & eſt coram Bichio inter eius impreſſas *deciſ.*606. *& dict. part.*11. *deciſ.*352. vbi etiam ad quem ſpectet collatio officiorum Vrbis, vt quis dicatur anterior in poſſeſſione, & alia.

Quando autem officia à Principe pro ſe, & ſucceſſoribus obtenta, poſſint obligari à primo acquirente in præiudicium aliorum vocatorum, nempè ſtante cauſa onerosa, & quæ talis dicatur, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*186. *infra num.*17.

4 Officiales ſine vlla datione pecuniæ ad officia mitti debent, aliàs neceſſe eſt vt ementes officia vendant iuſtitiam, nec poſſint ſine rubore repræhendi, ſicut benè contra Principes exclamant ſcribentes per text. *in l. ſi quemquam, C. de Epiſcop. & Cler. Nouel. Iuſtinian.*15. *vt Magiſtratus ſine pecunia fiant, & Nouell.*115. *Vt nulla pecunia data Epiſcopi conſecrentur*, Montan. *de tut. cap.*26. *num.* 53. *verſ. huius efficaciſſima ratio fol. mihi* 74. Nouar. *ſuper Pragm. Regn. Neapol. Collect.*30. *& Collect.*147. *&c.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.*5. *tit. de ambitu* 24. *fol.*230. Mezent. Carbonar. *in ſuo Gubern. Polit. & Chriſtian. lib.*1. *cap.*8. 9. *&* 11. dixi *in Pract.* §. *Preſenti num.*10. *&* §. *Rectori num.*65. plenè Maſcard. *de probat. concluſ.* 1132. *num.*38. *& ſeqq.* Tuſch. *litter. O. concluſ.*98. Dian. *part.*3. *tract.*5. *reſolut.*108. *&* 109. vbi an officia ſæcularia poſſint aliquando licitè vendi, & videtur afferere concurrentibus aliquibus conditionibus, de quibus ibidem, & Azor. *Inſtitut. moral. tom.*3. *lib.*8. *cap.*7. *quæſt.*3. latè idem Dian. *part.*7. *tract.*6. *reſol.*3. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*133. *num.* 15. *&c. volum.*5. Aluarez *de Velaſc. tract. de iudic. perfect. Rubr.* 1. *Annot.* 3. §. 3. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 329. Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.*76. *num.*11. *& ſeqq.* vbi quòd cùm venditio officiorum ſit prohibita Principibus, cùm meritis, & virtuti gratis debeantur; tantò magis eſt prohibita Magiſtratibus, & Miniſtris, quibus Principes huiuſmodi electiones committunt, quia conceſſio officiorum ad iuſtitiam pertinet diſtributiuam, *vt num.*33. *& ſeqq.* Thom. del Bene *tract. de Comit. & Parlament. dubit.*3. *ſect.*1. *num.*5. *&c.* vbi quod nec à Principe vendi poſſunt, niſi ex cauſa publicæ neceſſitatis, dignioribus, & pretio moderato, aliàs peccat mortaliter, maximè ſi officia contineant aliquam iuſtitiæ adminiſtrationem, &c. Io. Franciſc. de Ponte *deciſ.*16. *num.*26. *& ſeqq.* vbi de officijs habentibus iuriſdictionem, vt vendi non poſſint ab inferioribus à Principe, &c. vide Cabed. *deciſ.* 24. *part.*2. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.* 14. *per tot.* vbi oſtendit officia etiam iuriſdictionalia à Principe vendi poſſe tribus concurrentibus, nempè vt venditio fiat idoneo, moderato pretio, & ex cauſa publicæ neceſſitatis, indecorum tamen id eſſe quoad officia adminiſtrationem iuſtitiæ habentia, ne qui officium emit, iuſtitiam vendat, & alia ad rem.

Qui-

Digitized by Google

Quinam dicantur Officiales Ciuitatis, Papæ, vel Principis, Tuſch. *littera O. concluſ.* 82. *per tot.*

Quòd non poſſint exercere officium in patria, niſi adſit conſuetudo, Ricc. *Collect.* 1358. 1078.

Quibus pœnis afficiantur dantes pecuniam, vt honores, vel Magiſtratus conſequantur, *l. vnic. C. ad l. Iul. de ambit.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 200. *num.* 1. *volum.* 4. vbi de centum coronatis, & infamia, & promiſſum peti non poteſt, ſed ſolutum nec repeti, plenè Valaſc. *loc. cit.*

Quòd nemo poſſit duo, vel plura officia diuerſa in eodem loco exercere, *l. quiſquis, C. de coarct. lib.* 12. Ricc. *Collect.* 2012.

Quòd apud Romanos, qui tot lux moralis Phyloſophiæ, & iuſtitiæ Princeps fuerunt, officia non concederentur petentibus, & ambientibus, ſed recuſantibus, Lamprid. *in vita Alexandri Seueri*, Paul. Rub. *in Annotat. ad deciſ.* 254. *num.* 39. *&c. part.* 9. *recent.* plenè Aluarez de Velaſch. *tract. de Iud. perfect. Rub.* 1. *Annot.* 3. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 145.

An minores poſſint eligi ad publica officia, vide *in §. Minor num.* 45.

5 Officiales poſſunt cognoſcere de iniuria ſibi ipſis, vel illorum familiæ illata, quando fuit illis vti officialibus facta, vel eſt notoria, & habet pœnam à iure determinatam, aliàs debet per Superiorem cognoſci, vel alteri demandari, Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *in fine*, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 128. *num.* 1. *&c.* Guaz. *deffenſ.* 1. *cap.* 18. vide *in §. Iudex num.* 10. *& §. Iniuria num.* 5. Farinac. *quæſt.* 21. *num.* 47. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 223. *num.* 31. *& ſeqq. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 1977. latè Sanſelic. *deciſ.* 63. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contron.* 64. *num.* 51. *& ſeqq.*

Quòd officialis offenſus ex cauſa præcedentis officij, habeatur ac ſi offenſus eſſet in officio, Franch. *deciſ.* 403. *per tot.*

Plura ad quem ſpectet cognitio offenſæ factæ alicui Officiali intuitu officij, vel ex particulari inimicitia, & tamquam priuatæ perſonæ, Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 25. *per tot.* vbi plures allegant, & Sanſelic. *deciſ.* 63. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contron.* 64. *num.* 50. *& ſeqq.*

In Statu Florentino Officiales, ſiue Vicarij, & Rectores locorum non poſſunt facere grauare, vel pignorare eorum priuatos debitores ſub pœna librarum quingentarum paruorum ex diſpoſitione Statuti Florentini, cùm non debeant eſſe iudices in cauſa propria, niſi tamen faciant de licentia Magiſtratus Conſeruatorum legum Ciuitatis Florentiæ, quæ de facili ſolet concedi, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 128. *per tot.*

Qualiter ipſi poſſint punire ſuos miniſtros in officio delinquentes, vel etiam ſuperiores, ſi in ſua iuriſdictione delinquant, vide Paul. Chriſtin. & quos allegat *deciſ. Belgic.* 82. *volum.* 2. vbi etiam an poſſint dictos Miniſtros ab officio remouere.

Quando autem ſunt duo officiales in eodem loco, an vnus cognoſcat de cauſis alterius, tam ciuilibus, quam criminalibus, Fontanel. *de pact. nupt. in* 1. *Clauſ.* 4. *gloſ.* 20. *part.* 2. *num.* 66. *& ſeqq. & deciſ.* 366. *per tot.*

6 Officiales durante officio, non poſſunt cum ſubditis contrahere, ita vt contractus non firmetur iuramento; quia ſemper præſumuntur terrorem, & metum inferre; & ideò ſi ſint tales, qui non poſſint minacem inferre timorem, aut per impreſſionem lædere contrahentes, vt quià licèt ſint ſubditi, tamen ob potentiam non timeant officiales, valeret contractus, *l. non licet*, *& l. qui officij, ff. de contrah. empt.* Iaſ. & Dec. *in l. principalibus, ff. ſi cert. pet.* Bart. *in l. aufertur, ff. quod à Præſide, ff. de iur. fiſc.* Felic. *de ſocietat. cap.* 8. *num.* 2. Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 26. *num.* 16. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 83. *fol.* 48. Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 62. *& ſeqq. ad* 74. *fol. mihi* 89. vide *in §. Carceratus num.* Tuſchus *litt O. concluſ.* 100. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 86. *vol.* 2. vbi videtur aſſerere dictas leges non ſeruari.

Qualiter officiales prohibeantur per ſe, vel etiam per interpoſitam perſonam contrahere, & emere in loco vbi officium adminiſtrant, & præcipuè qua pœna ſint puniendi ſi emant ea, quæ ex ipſo officio ſub haſta venduntur, & quid in alijs caſibus; non prohibeantur tamen emere prædia paterna, & quæ fuerunt maiorum ſuorum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 459. *num.* 12. *& ſeqq.* Card. Tuſchus *litter. O. concluſ.* 100. *per tot.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 7. *per tot.* vide plenè Sanſelic. *deciſ.* 170. vbi per ſeptem paginas totam materiam iſtam declarat, etiam in mutuo, & tam ſi ciuiliter, quàm ſi criminaliter agatur, *& deciſ.* 404. *cum Addit.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 380. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi pro nullitate contractus initi à Prolegato Bononiæ, exemplificando etiam in Prætore, ita vt etiam fuerit nulla obligatio acceſſoria fideiuſſoris, tamquam nullitas à iure communi proueniens, vide *in §. Fideiuſſor*, Hieronym. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 21. vbi qualiter, & ſub quibus pœnis adminiſtratores bonorum Vniuerſitatis, & officiales non poſſint emere bona, quæ ſubhaſtantur in ſuo tribunali, & alia ad rem, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *& ſeqq. leg.* 5. *titul.* 5. *fol.* 449. *&c. & verſ.* 3. adde Caldas Pereyra *conſ.* 34. *per tot.*

De prohibita negociatione Prætori, vel alijs Officialibus in Prouincia ſibi commiſſa cum iactura ſubditorum, & ſub quibus pœnis, maximè priuationis officij ſi criminaliter agatur, latè Laurent. Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 61. *per tot.*

Quòd officiales perpetui, ne dicantur habere prohibitum commercium poſſint contrahere cum ſubditis exiſtentibus in plena libertate, & ceſſante metu, temporales verò prohibeantur ſolum durante officio, imò ſecundùm aliquos etiam perpetui, cùm ſint magis formidabiles, Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 67. Rot. *part.* 6. *diuerſ. deciſ.* 26. *num.* 28. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 86. *volum.* 2. vide Sanſelic. *deciſ.* 170. vbi an Theſaurarij ſint officiales, & quibus ſit prohibitum emere, vel aliter contrahere, *& deciſ.* 404. vbi de cuſtodibus carcerum, Hieron. Cala *d. quæſt.* 21.

Quid autem dicendum ſit de Ducibus, Marchionibus, alijſque Baronibus, quorum contractus videntur exempti à dicta prohibitione ad inſtar contractuum celebratorum cum Principe, dic quòd verum eſt, niſi conſtet de impreſſione, aut metu, Rot. *d. deciſ.* 26. *num.* 35. *& ſeqq.* vide *in §. Princeps num.*

Qualiter officiales iuſtitiæ, ac illorum familiares, liberi, & domeſtici, conſiliarij, & Cancellarij non poſſint cum ſubditis contrahere, nec vxorem ducere in loco vbi ius reddunt, niſi paterna vindicent à fiſco, vel emant rem, quæ fuit patris, vel anteceſſoris ſui, vel niſi ſponſalia tantùm contrahant, vel niſi emant equos, & mulas, vel alia pertinentia ad alimenta, non tamen cauſa comercij, vel niſi contrahant palam, & bona fide, cum auctoritate alterius officialis, latè Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 62. *&c.* vide Peregrin. & alios ſupracitatos, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 125. *volum.* 3. vbi quòd huiuſmodi leges ab vſu receſſerunt, & quoad ſponſalia, & matrimonia ſunt per ius canonicum correctæ, idem Chriſtin. *deciſ.* 130. *num.* 4. *volum.* 2. ſed quoad matrimonia conſeruari in ſuo rigore, & prohibitione in partibus noui Orbis Indiarum, & quare, latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. contron.* 69. *per tot.* vbi illarum rationabilitatem, & iuri canonico non repugnare oſtendit, quia non irritant (prout irritare non poſſunt matrimonia, cùm hoc ad Eccleſiam, & ſpiritualem iuriſdictionem pertineat) ſed tantùm poteſtatem quem habent exercent, tranſgreſſores ab officio, & ſtipendio remouendo, &c.

Quòd Officiales deputati ad arbitrium Superioris, vel ad beneplacitum Principis, æquiparentur perpetuis, & ideò poſſint cum ſubditis contrahere, iuxta ſuperiùs dicta, idem Montan. *dict. cap.* 30. *num.* 67. vide *ſupra num.* 2.

Quòd palam, & bona fide ceſſante fraudis ſuſpicione poſſint contrahere, ac idem in ſimilibus caſibus, Bich. *deciſ.* 55. *num.* 3. *&c.* Hieron. Cala *d. quæſt.* 21.

Poſſunt etiam hæredes inſtitui, & legatum ex teſtamento capere, Montan. *loc. cit. num.* 70. *&* 71. Dec. *in l. principalibus, num.* 10. *ff. ſi cert. pet.*

Poſſunt etiam durante officio recipere pignus, pro obſeruantia contractus celebrati ante ingreſſum officij, ſicut & valet contractus ſi ſit confirmatus ſilentio triginta annorum, vel quando ex reſcripto Principis fuit illis permiſſum contrahere, vel ſi contraxerunt pro vniuerſitate, cui præſunt, Montan. *d. cap.* 30. *num.* 72. *&c.*

Qualiter etiam non poſſint munera accipere, Ricc. *Col-*

*Collect.*1150. & dixi *in* §. *Index num.*21. *&c.* latiùs *in Diſcurſ. de prohib. muner. per tot.*

Qualiter non poſſint mercaturam exercere, & quando dicantur mercatores, vel non, Ricc. *Collect.* 4196. Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.*130. Larrea *Alleg. fiſc.* 104.

Officiales autem, licèt non poſſint vt ſupra durante officio contrahere, in reliquis tamen, tam ipſi, quàm Barones, Comites, vel Marchiones habentur vt ciues loci, & tamquam tales gaudent immunitatibus, exemptionibus, ac commodis loci, in quo ius dicunt, fruunturque ciuilitate, iure paſcendi, alijſque omnibus iuribus ad vſum ciuium deſtinatis, Surd. *deciſ.* 330. *num.*24. Gratian. *diſcept.* 185. *num.*50. Galeot. *lib.*2. *controu. cap.*67. cum alijs per Hieron. Cala *reſponſ.*2. *per tot. poſt tract. de reſtitut. in integr. minor. denegan.* Ganauer. *deciſ.* 37. *per tot. & deciſ.* 38. *per tot.*

7 Officialibus à publico deputatis ad ſcribendum plena fides adhibetur in illorum ſcripturis, & libris circa concernentia eorum officium, non tantùm ad fauorem tertij, ſed etiam ad fauorem ipſorummet officialium ſcribentium, latè Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.*4. *tit. de lib. offic. à publ. deput. per tot. fol.* 225. *&c.* vide *in* §. *Liber num.*

Quòd credendum ſit officiali circa mandatum, quòd aſſerit habere à Superiore, vel Principe, etiam in damnum tertij, quando ipſe Princeps eſt in loco, & poteſt adiri, maximè ſi plures ſint officiales, id aſſerentes, Cabal. *reſol. crimin. caſ.*26. *per tot.* & quando officialis aliquid faciens iuſſu Principis, dicatur ex neceſſitate, & non ex ſua libera voluntate feciſſe, & excuſetur in caſibus, in quibus tenetur parere, Maſcard. *de probat. volum.*3. *concluſ.*1135. vide *in* §. *Index num.*7.

Qualiter ſtandum ſit officiali, in ijs, quæ ſpectant ad eius officium, & quando ſecus, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1133. Tuſchus *littera O. concluſ.*102. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*297. *num.*12. vbi quòd creditur in ſpectantibus ad eius officium.

Quibus in caſibus pro publicis officialibus ſit præſumendum, & in quibus non, & quatenus, latè Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1132.

8 Officialis tenetur tantùm ciuiliter ad emendationem damni tamquam fictus fideiuſſor pro debitis ſuorum familiarium, & miniſtrorum delinquentium in officio, & illos exhibendo liberatur, Pract. Pap. *for. Inquiſ. gloſ. vlt. num.*7. *cum addit.* Boſſ. *de furt. num.*55. latè Tuſchus *littera O. concluſ.*99. facit quod dixi *in* §. *Militia num.*10. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*189. *num.*2. *&c. volum.*2. Ludouiſ. *deciſ.*223. *per tot.* vbi benè declarat qualiter ſubſtituens alium in officio teneatur pro eo delinquente in officio, vel ex cauſa, & occaſione officij, vide *in* §. *Subrogatio num.*2. Vermigliol. apud Farinac. *conſ.* 230. *lib.*3. Farinac. *conſ.*207. *& quæſt.*24. *num.*53. *&c.* Giorb. *conſ.* 36. Rouit. *deciſ.*79. *&* 87. Cancer. *var. reſolut. part.*3. *cap.* 12. *num.* 136. *&c.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.*1. *cap.* 29. *num.*42. *&c.* Solorzan. *de iur. Indiar. lib.*3. *cap.*6. *num.* 106. *&c.* cum alijs per Carleual. *de iudic. lib.*2. *in Apologia contra* Rouit. *fol.*238. vbi benè diſtinguit quando officialis teneatur, vel non pro ſuo ſubſtituto, & Cortiad. multos allegans *deciſ.*28. *num.*60. *& ſeqq.* Cabed. *deciſ.* 80. *part.*2.

An, & quando Magiſtratus eligens Officialem teneatur de damnis eius culpa priuatis perſonis illatis, & quando Officialis dicatur in officio, vel occaſione officij delinquere, latè Manſ. *Conſult.*418. *&* 419. *lib.*5. *in Cauſa Roncalli*, de qua reſpectu criminalitatis ſcripſi Ego *in* §. *Furtum num.*20. *& ſeqq. per tot.* & de reliquis in cauſa Magonæ ferri inter meas reſolutiones additas in fine huius tomi, & addi poteſt Cæſar. de Afflict. *center. iur. cap.* 45. *per tot.* vbi qualiter eligens, vel nominans officialem teneatur pro nominato tamquam illius fideiuſſor, nec excuſari poſſit quòd nominatus fuerit à Iudice admiſſus, vel ex neceſſitate nominatus contra Reg. de Ponte *conſ.* 85. *lib.*2. & in quibus terminis contraria procedere poſſint, &c. vide etiam Otter. *de Official. Reipubl. part.*1. *cap.* 28. *per tot.*

Intelligendo vt teneatur tantùm quatenus ad eum peruenit, vel quando ſciuit, & non prohibuit ſi potuit, quia tunc ratificaſſe videtur, Roman. *conſ.*444. Marſil. *de fideiuſſ. num.*182. *&c.* Maur. *eodem tract. part.*1. *ſect.*1. *cap.* 9. *num.*38. *&c.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 2. vide latè Farinac. *quæſt.*111. *num.*141. *&c.* Tuſch. *lit. O. concluſ.*99. Didac. Mari. ad Gizzarel. *deciſ.*31. *num.*14. *&c.* Ricc. *Collect.* 1816. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.*345. *num.*140. *num.* 9. *recent. volum.*2. vbi quòd tenetur tantùm quoad ſpectantia ad officium, non autem ſi extra illud delinquant, vide Ludouiſ. *dict. deciſ.*233. vbi etiam quando quis dicatur delinquere in officio, Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.*61. *num.*8. 34. *& per tot.* vbi quòd officialis, iudex, vel Magiſtratus tenetur de delicto ſuorum domeſticorum, comitum, vel famulorum ſaltem ad ſatisfactionem, & pœnam pecuniariam, maximè illos non exhibendo, à qua exhibitione non liberatur ex fuga per ipſos arrepta, cùm fuerit in culpa malis hominibus vtendo, imò etiam ad pœnam criminalem, & corporis afflictiuam ſi conſtiterit de complicitate, ſcientia, conſenſu, vel nimia negligentia, quòd procedit licèt dicti delinquentes non ſtent ad eius expenſas, & ſint extranei, cùm ſufficiat penes eum negociari in officio, & vbi crimen non fuit momentaneum, ſed ſucceſſiuum, ita vt potuerit ad notitiam domini deuenire ſi vt tenebatur vigilaſſet, & in facto alieno, quod quis indagare tenetur, non præſumitur ignorantia.

Quòd teneatur etiam dominus de facto famuli, & nauta de facto ſuæ familiæ, cùm illis poſſit imputari ſi parum honeſtam familiam elegerint, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*625. *num.*9. *& per tot.* Maur. *loc. ſup. cit. num.*24.

Quòd factum ab Officiali cenſeatur factum à domino mandante, vide Gratian. & iura ab eo allegata *cap.*809. *num.*19.

Qualiter finito officio, officialis non teneatur de proprio pro ijs, quæ tamquam miniſter geſſit, *l. fin. ff. de inſtit. act.* Rota *part.* 18. *recent. deciſ.* 132. *num.*3.

Quòd non ſufficiat dicta oppoſitio generalis, & nihil operetur, niſi poſtea ad ſpeciem reducatur, Mart. *de clauſ. clauſ.56. num.3.* cum alijs per Poſt. *loc. cit.*

Quòd oppoſitio, & exceptio debeat fieri infra terminum præfixum, quando ſecus, & quid operetur, Tuſchus *litt. O. concluſ.195.*

3 Opponens ſe in iudicio ſatis dicitur turbare poſſeſſionem ad hoc, vt competat interdictum, vel confeſſoria actio, Iaſon *in l. prius num.22. ff. de oper. nou. nunciat.*

Quando non opponens exceptionem ſibi competentem contra aduerſarium, & eius iura in iudicio producta cenſeatur illa approbare, vide Menoch. *lib.2. præſumpt. 46. per tot.*

4 Opponens crimen contra teſtes in iudicio, ſi illud probauit ad nihilum tenetur, ſi verò non probauit tenetur actione iniuriarum, Clar. *§. fin. quæſt.53. verſ. caueant*, Boſſ. *de inquiſ. num.21.* vbi quòd iſtud de conſuetudine non ſeruatur, vide latè Gratian. *diſcept. forenſ. 101. per tot.* vbi adducit plures alias excuſationes.

5 De diuerſis oppoſitionibus, & earum effectibus aliqua indicaot Calleton. *Alphab. iurid. verb. Oppoſitio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. eodem verb. fol.252.*

§. ORDO. IX.

1 ORdo eſt modus agendi, ſine quo nihil rectè agitur, & plura de effectu ordinis ſeruandi, Marant. *in proœm. ſui ſpecul. per tot.* Tuſch. *littera O. concl. 197. per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.3. cap.1. num.6. & ſeqq.* vbi plura de ordine iudicij, ſiue cauſarum ordinariarum, Peregrin. *deciſ.137. per tot.*

Quòd ordo (quoad præcedentias) ſit duplex, nempè temporis, & qualitatis, quis præferatur, & alia, Paul. Chriſtin. *deciſ.113. num.19. &c. vol.5.* dixi *in §. Doctor num. 10. & §. Præcedentia.*

Plurima de ordine ſeruando in omni materia, & loco, & an ordini iuris renunciari poſſit, Donadeus *tract. de renunc. cap.10. per tot.*

2 Ordo intellectus, & non litteræ eſt attendendus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.63.* Tuſch. *lit. O. concluſ.195. per tot.* Ordo tamen verborum deſignat ordinem intellectus, & ordo dominationis denotat ordinem dilectionis, charitatis, & maioris affectionis, Menoch. *lib.4. præſumpt.16. num.3. & 4.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.172. num.16.* Altograd. *conſ.59. num.6. & 7. & conſ.60. num. 30. &c. per tot. lib.2.* Tuſch. *d. concluſ.195. & 196. per tot.* Ricc. *Collect.* 2604. Carol. Marant. *controu. part.4. reſponſ. 35. num.1. & ſeqq.*

Quando ordo iuris, & ordo ſucceſſiuus ſit attendendus, vel non inter copulatiuè vocatos, latè Tuſch. *lit. O. concluſ. 198. & 199. per tot.*

3 Ordo ſeruandus in aliqua diſpoſitione præſefert conditionem, & formam inducit, Altograd. *conſ.64. num. 6. lib.2.*

4 Ordo ſcripturæ debet attendi circa prioritatem quando ſumus in dubio, aliàs ſecus, vbi conſtat de clara mente contrahentium, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 586. num.32. &c.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.172. num.3. & 4.* vide *in §. Hypotheca num.7.* Tuſch. *liter. V. concl.196. per tot.*

In eodem tamen inſtrumento non conſideratur huiuſmodi ordo ſcripturæ, cùm eodem inſtanti omnia pacta, & inſtrumentum, partium conſenſu perficiantur, Manoch. *lib.3. præſumpt. 134. num.23.* Bart. *in l. contractus num.5. &c. §. de fid. inſtrum.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 64. num.9.*

Quid in legatis vide *in §. Legatum num.90.*

5 Ordo traditus *in l. à Diuo Pio, §. in venditionis, ff. de re iud.* quando ſit ſeruandus, & quòd illius omiſſio non vitiet executionem, & adiudicationem, ſed opus ſit appellare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.353. per tot. cap.7. num. 26. cap.375.* vide *in §. Debitor num.* Ridolphin. *in Prax. part.3. cap.1. num.27. & 28.*

6 Ordines minores non ſunt ſacri, ſed miniſterium ad ſacros, quidquid teneant Canoniſtæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.159. num.12.* De prima tonſura, quæ non eſt ordo, ſed quoddam ſignaculum deputationis in ſortem Domini, & vndè originem habuerit, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.2. lib.2. tit.2. cap.6. fol.219.*

Et quomodo conferantur, vide *in §. Epiſcopus num.*

Plura de ordinibus, quot ſint, qui ſacris, a quibos poſſint conferri, & ſuſcipi, an collatio ordinum arguat ſubiectionem ordinati, ad ordinatus a non ſuo Epiſcopo præſumatur de licentia proprij Epiſcopi, qui an poſſint, vel debeant ordinari, ſiue non, & alia, Tuſch. *littera O. concluſ.187. cum pluribus ſeqq.* vide *in §. Epiſcopus num.* Ricc. *Collect.* 1256. 2200. 3133. *&c.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.2. lib.1. tit.2. per tot. fol.165. & ſeqq.* Viui. *commun. opin.* 563. vbi de ordinibus ſacris non conferendis ante legitimam ætatem, Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.140 per tot.* vbi latè ex quibus poſſit quis probare ſe eſſe ordinatum, cùm id ab aſſerente ſit probandum, & alia de modo, & forma ordines conferendi, & ſuſcipiendi, & faciunt plura notata *in §. Clericus*, & plenè Thom. Velaſch. *alleg. cum octo ſeqq.* vbi de definitione ordinis, quod ſit ſacramentum, de tonſura, & ordinibus, de ætate, à quo accipiendi, an conferant nobilitatem, & alia, de quibus plenè etiam Gabr. Vaſquez *in S. Thom.3. diſput.235. cum pluribus ſeqq. fol.508. & ſeqq. per tot.*

Qualiter autem ordo ſacer collatos, vel ſuſceptus per vim, & metum cadentem in conſtantem virum, ſit nullus quoad votum, & obligationem continentiæ, licèt characterem imprimat, & poſſit licitè matrimonium contrahi, Rot. *part. 18. recent. deciſ.373. per tot.* vide *in §. Metus num.*

Quæ dicantur eſſe ordini, & quæ iuriſdictionis, Tuſch. *lit. O. concluſ.194. per tot.*

7 Ordo iudiciarius, & iuris in procedendo circa ſolemnitates proceſſus, non poteſt à partibus expreſsè renunti, cùm ſit fauore publico introductus, ſed benè tacitè, per non oppoſitionem, & hic eſt vnus ex caſibus, in quibus plus operatur tacitum, quàm expreſſum, Vant. *de nullit. tit. de nullit ſentent. ex defect. proceſſ. num.12. & ſeqq.* Card. Tuſchus *littera T. concluſ.11.* Marant. *de ord. iud. part.2. num.41.* Carol. de Graſſ. *de exceptione in præludio num.7.* & alij, quos refert, & ſequitur Aluarez de Velaſch. *tract. de iud. perfect. Rub.14. annot.5. num. 46. &c.*

Quòd duplex ſit ordo iudicij, vnus de ſubſtantia, qui omiſſus, vel peruerſus vitiat, alter de iuſtitia, qui non vitiat, ſed facit locum appellatione; de ſubſtantia ſoluta eſt citatio, libelli oblatio, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, ſiue veritatis, & ſententia. Cætera autem di-

Digitized by Google

dicuntur de iuſtitia, Azo. *in ſum. de ind.* Vant. *de nullit. & defectu proceſſ. vel ord. iudic.* cum alijs per Thom. Triuiſ. *deciſ.* 53. *&* 54. *lib.* 1.

8 De ordinis Sacramento, & de ordine ſcripturæ, vel aliter de methodo ſeruando in diuerſis rebus, multa indicant Caſteinn. *Alphabet. iurid. verb. Ordo, Ordinatio, & verb. Ordo ſcriptura Methodus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 255. *&c.* vbi etiam de ordine iudiciario, ordine ſucceſſiuo, ordine naturæ, & intellectus, &c. Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. in Indice verb. Ordo.*

Ordo ſcripturæ in eodem inſtrumento, vel diuerſis inſtrumentis ab eodem notario eadem die receptis, & vno poſt alterum in protocollo regiſtratis, & ſimilibus caſibus, an ſit attendendus ad effectum prælationis, vel concurſus inter creditores, quid ſi in vno ſit expreſſa hora, &c. Andreol. *controuerſ.* 353. *per tot.* vbi contra Merlin. & alios, & ego dixi *in §. Hypotheca nu.* 7.

De ordine ſcripturæ, ſucceſſionis, affectionis, & neceſſitatis in teſtamentis quid operetur, Tondut. *quæſt. ciuil.* 192. *part.* 2.

9 Ordines ante legitimam ætatem recipientes, vel conferentes, quas pœnas incurrant, & an aliquando poſſint excuſari, maximè ſi non malitioſè, ſed bona fide egerint; quæ quidem ætas quoad primam tonſuram eſt ſeptem annorum completorum, ſicut quoad tres primos ordines minores; ante tamen decimumquartum annum nullus poteſt beneficia Eccleſiaſtica obtinere ſine diſpenſatione Papæ, niſi in fundatione ſit aliter cautum; quoad Accolitum ſeptennium completum arbitrio Ordinarij; quoad Subdiaconatum 22. annorum, Diaconatum 23. Presbyteratum 25. cœptus, quoad Epiſcopatum 30. completus, de quibus latè Carol. Anton. Theſ. *de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Ordines fol.* 252. vide *in §. Ætas num.* 8. *&c.*

Alia plura de ordinibus, latè tradit idem Theſaur. *loc. cit. per* 32. *capita*, nempè de collatis bigamo, vel publico pœnitenti, coniugato, excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto, criminoſo in fraudem fori ſæcularis, vel in fraudem munerum laicalium, vel furtiuè, innito, illitterato, irregulari, vel alias indigno, ſine titulo beneficij, vel patrimonij, religioſo laico, ſeu conuerſo, vel Apoſtatæ, per ſaltum extra tempora, non ſeruatis interſtitijs, ab alieno Prælato ſine dimiſſorialibus, Vltramontanis, vel exteris in Italia, iterantibus ordines, vel exercentibus in cenſura, ac de exercentibus ordinem Sacrum, quem non habent, & huiuſmodi, quas pœnas incurrant tam recipientes, quàm conferentes, &c.

§. OSCVLVM. X.

1 OSculans mulierem, ſiue puerum luxurioſè, qua pœna ſit puniendus, Afflict. *deciſ.* 276. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 96. *per tot.* Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 41. *num.* 37. Farinac. *quæſt.* 142. *part.* 4. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 32. *num.* 26. *&c.* Tuſch. *lit. O. concl.* 207. vbi reprehendit, & declarat Afflict. vide Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 184. Franch. *deciſ.* 333. Peguer. *deciſ.* 7. Anton. de Ballis *tract. crim. lib.* 3. *caſ.* 13. *num.* 33. Boſſ. *tit. de extraord. crim. nu.* 3. Carol. Rota *in Florileg. concl.* 2. *nu.* 47. *& ſeqq.*

Quòd oſculans puerum, vel puella luxurioſè nulla vi adhibita puniatur extraordinariè arbitrio iudicis; ſi verò vis adhibita fuerit in deoſculando puellam, vel mulierem nuptam honeſtam, punitur pœna capitis, niſi fiat ex impulſu amoris, vel alia ſubſiſtat cauſa, quæ iuxta facti, & perſonarum qualitatem excuſet ab hac pœna ordinaria, vt videtur ſentire Menoch. *de arbitr. caſ.* 287. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & quid in facti contingentia fuerit ſeruatum, vide Clar. §. *fin. quæſt.* 83. *verſ. Oſculum inferens*, Afflict. Cabal. & Farinac. *in loc. cit.* Ricc. *Collect.* 47. *&* 2185. vbi refert diuerſimodè iudicatum iuxta varias locorum conſuetudines, ſemper citra mortem, & vt plurimum ad triremes, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Oſculum reſolut. vnic. per tot.* vbi probat etiam cum vi eſſe locum tantum pœnæ arbitrariæ, & non nimis graui, niſi magnæ concurrerent circumſtantiæ aggrauantes, quæ poſſent facere excedi arbitrium vſque ad mortem, Mutam *deciſ.* 62. Baſilicò *deciſ. crim.* 22. Triuiſ. *deciſ.* 47. *lib.* 2. & alios relatos per Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 11. §. 6. *per tot.* vbi quod oſculans cum violentia punitur pœna extraordinaria, quæ etiam extendi poteſt ad mortem ſtantibus circumſtantijs aggrauantibus, & vt plurimum pœna triremium, quandoque exilij, vel relegationis, vel pecuniaria iuxta facti, & perſonarum qualitates, vt ſi ſequatur ex impetu amoris, cui aliquantum eſt ignoſcendum, ad exemplum Piſiſtrati Athenienſis Tiranni, qui vxori hortanti ad ſumendum capitale ſupplicium contra iuuenem, qui amore captus eius filiam deoſculatus fuerat, reſpondit, *ſi eos, qui nos amant interficiamus, quid his faciemus, quibus odio ſumus?* Et quando fuit de conſenſu mulieris, vt inuicem matrimonio copulentur, eo ſequuto nullatenus punitur, aliàs autem extraordinariè, dummodò ſint æqualis conditionis, & grauius ſi factum fuerit ad impediendum matrimonium cum alio tractatum, vide *in §. Vis*, & Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Oſculans*, vbi refert diuerſimodè iudicatum.

An autem oſculum luxurioſum ſit cauſa amiſſionis dotis in muliere, vide *in §. Adulterium numer. & §. Mulier numer.* Sed quale dicatur oſculum luxurioſum ad dictum effectum, ne deſeras videre Thom. Triuiſ. *deciſ. Venet.* 47. *per tot. lib.* 2. vbi quod debet intelligi ſi mulier deoſculari conſentiat, & alia, nam ad hoc propoſitum dici ſolet.

Bocca baſciata à forza, ſe'l bacio ſputa, ogni vergogna ammorza.

Quòd oſculum ſit ſignum mutui amoris, & confirmet ſponſalia, Tuſchus *littera O. concluſ.* 206. Carol. Rot. *in Florileg. concluſ.* 2. *num.* 47. *& ſeqq.* vbi plura faceta de oſculis, & quòd rarò euenit vt mulier oſculata non ſit corrupta, & non minus maculatur honeſtas ex oſculis luxurioſis, & voluntariè paſſis, quàm ex coniunctione carnali, & alia ad huius rei comprobationem, ac quale indicium adulterij præbet.

An autem intercedente oſculo, vel copula, ſi poſtea ſoluantur ſponſalia, poſſit ſponſa lucrari ſaltem medietatem ſponſalitiæ largitatis, dixi *in §. Donatio numer.* 8. *infra num.* 9.

Quale indicium adulterij, vel ſtupri faciant oſcula præcedentia, ſi conſtet de illis, vide DD. citatos *in §. Adulterium n.* 5. *§. Coitus n.* 11. *& §. Stuprum.*

Oſculum dicitur ab ore, & eſt diminutiuum oris, 2
quia in oſculando fit paruum os, & vt poſſit dici oſculum luxurioſum debet eſſe in ore, vel alia parte luxurioſa datum, veluti in mamillis, & ſimilibus membris luxurioſis, aliàs ſi oſculum detur in fronte, vel manibus, denotat potius reuerentiam, & amorem filialem, ſi talis ſit vſus deoſculandi in regione, & ſic abſque fine libidinis non dicitur luxurioſum, nec habet locum pœna rigoroſa oſculi luxurioſi, de quo vide Thom. Triuiſ. *deciſ. Venet.* 47. *lib.* 2. Mutam *deciſ. Sicil.* 62. Aſcian. *deciſ.* 73. Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 184. vbi etiam quòd oſculantes debeant eſſe iuuenes, nam ſi vnus ſit annorum 60. & alter 15. ceſſat effectus luxuriæ in ſene, licèt appetitus ſit ardens, & ideo luxurioſum oſculum dici non poteſt, quod tamen mihi non placet, cùm luxuria detur etiam in ſenibus.

Et qualiter oſculans mulierem, vt eam habeat in vxorem poſſit excuſari, maximè ſi præceſſit tractatus, & conſenſus oſculi, & matrimonij, & poſtea ſequatur matrimonium, Gramat. *conſ.* 42. *numer.* 4. *&* 5. quem refert, & ſequitur Nouar. *loc. cit.* facit quòd dixi *in §. Matrimonium numer.* 9. *§. Raptus num.* 8. *& §. Stuprum num.* 8.

Oſcula, amplexus, & tactus an ſint peccatum morta- 3
le, dic quòd non ex obiecto, & natura ſua, quia poſſunt eſſe ſigna mutuæ beneuolentiæ, familiaritatis, cognationis, amicitiæ, pacis, & obſequij iuxta conſuetudinem, quæ vigeret in patria; ſi verò procedant ex cauſa libidinis, etiamſi fiant ob ſolam delectationem ſenſus, quæ percipitur ex tactu in oſculando, amplexando, vel tangendo abſque alio fine, & animo luxuriæ, ſunt pecca-

tum

tum mortale, maximè ſi fiant ob delectationem capiendam ex eis, qualis capi ſolet antecedens, vel comitans, vel conſequens copulam, vel ſtante probabili periculo conſentiendi in coitum, vel cogitationem, ſine delectationem luxurioſam, vel ſtante periculo probabili pollutionis volnntariæ: niſi tamen huiuſmodi oſcula, tactus, & amplexus ſequantur inter coniuges, nam inter iſtos ſunt liciti etiam abſque vllo coitu coniugali, & abſque vlla cogitatione copulæ, ſed ſolum ſimpliciter ob delectationem ſenſus, ceſſante tamen periculo voluntariæ pollutionis, ac idem eſt inter ſponſos per verba de præſenti, cùm & iſti verè ſint coniuges, imò & inter ſponſos per verba de futuro huiuſmodi actus non libidinoſi ſunt permiſſi, quia ſunt ſigna amoris confirmatoria ſponſalium contractorum, dummodò ſe contineant in voluptate, quæ ex illis oritur ſine ampliori voluntate, & ſine periculo pollutionis, vel conſenſus in eam, vel in copulam illis nondum permiſſam, quæ cùm difficilia ſint, expedit ne opportunitates huiuſmodi, & periculo permittuntur, antequam coniuges fiant, prout hæc omnia colligitur ex Summa Tabien. *verb. Oſculum per tot. fol. mihi* 398. Sum. Armila *verb. Oſculum fol. mihi* 921. Sum. Sylueſtr. *verb. Delectatio quæſt.* 4. *&* 5. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 5. *& ſeqq. fol. mihi* 448. Nauar. *in Manual. cap.* 16. *num.* 11. *& ſeqq. fol. mihi* 180. *&* 181. Candid. *diſquiſ. moral. tom.* 1. *diſquiſ.* 1. *per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 21. *per tot. fol.* 121. *& ſeqq.* Caietan. *s. 2. quæſt.* 154. *art.* 4. & in Summula *verb. Impudicitia fol. mihi* 269. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 25. *fol. mihi* 192. *&* 193. vbi etiam quòd dicta oſcula libidinoſa ſunt peccata diſtinctæ ſpeciei pro varietate perſonarum cum quibus committuntur, quia ſunt luxuriæ, & libidines inchoatæ, quæ ex ſe tendunt ad luxuriam, & libidinem conſumatam, latè Bonac. *tom.* 1. *tractat. de matrim. quæſt.* 4. *punct.* 9. *fol. mihi* 369. *&* 370. Dian. *reſolut. moral. part.* 4. *tractat.* 4. *reſolut.* 131. 136. *& part.* 6. *tractat.* 7. *reſolut.* 65. vbi an aliquando inter vxoratos ſint licita oſcula, & tactus cum periculo pollutionis, *& part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 31. *quæſt.* 6.

An autem loqui cum fœmina, illam vt pulchram aſpicere, audire ſermones de fœminis, & huiuſmodi ob delectationem, ſit peccatum, vide Tolet. Azor. & alios in locis citatis, vbi dicunt quòd ſi id fiat animo concupiſcendi ad copulam eſt peccatum mortale, ſi verò ob ſolam delectationem, quæ ex viſione, aut ſermone inſurgit, eſt ſolum veniale, ſi non adſit alia mala intentio, vel probabile periculum incidendi in aliquam luxuriam, vel niſi eſſent aſpectus ex ſe impudici, veluti in partibus pudendis, vel vicinis; ſed qui amat periculum peribit in illo, & ideò licèt aliquando actus non ſit per ſe peccatum, efficitur ratione periculi, vide *in* §. *Peccatum numer.* 12. *&* 13. *&* §. *Periculum numer.* 17. Dian. *reſolut. moral. part.* 11. *tractat.* 2. *reſolut.* 68. vbi plura ad rem de aſpectu pudendorum non permiſſo inter ſponſos de futuro, & tantò minus inter alios non coniugatos, & latè Baldel. *Theol. moral. tom.* 1. *lib.* 3. *Diſput.* 5. *cum pluribus ſeqq.* & præcipuè *Diſput.* 15. 16. *&* 17. Candid. *d. diſquiſit. moral.* 11. *per tot.* vbi etiam de cogitationibus, delectationibus, verbis turpibus amatorijs, aſpectibus, & huiuſmodi.

4 Quod fœmina agnoſcens ſe tangi, vel oſculari iuxta quidem more regionis, ſed malo animo, & libidinosè, ſi tactus ſunt ex ſe impudici, vel in ſecreto, teneatur reſiſtere, quia debemus quantum poſſumus peccatum proximi euitare, ſi verò non ſint ex ſe impudici, & in publico ſecus, quia aliàs eſſet prodere peccatum alterius, vel ſcandalum præbere alijs aliquid mali ſuſpicandi, & tunc fœmina vtitur iure ſuo ſinendo ſe tangi, & oſculari de more regionis, & ſibi imputet alius, qui malo animo agit, vt ex Sylueſtro, Tabiena, & alijs notat Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 25. *quæſt.* 4. *fol.* 193. vbi etiam *in cap.* 26. plura de choreis, vel ballis, & ſaltationibus inter mares, & fœminas, vt non ſint ex ſe malæ, & illicitæ, ſed tantùm ex praua intentione, aut abuſu, vel probabili periculo libidinis, aut ex alijs circumſtantijs loci, temporis, perſonarum, modi, & animi, de quibus etiam Baldel. *loc. cit.*

5 Oſcula, & tactus quando ordinantur ad copulam, vel ſequuntur copulam, tamquam illius inchoatio, vel complementum, & apendix, licèt ratione ſui habeant propriam malitiam, non tamen ſunt mortaliter peccatum numero diſtinctum ab ipſa copula, & non ſunt in confeſſione nominatim explicanda, ſed veniunt cum ipſa copula; ſi verò quis accedat ad mulierem, vt eius oſculis, & tactibus tantùm fruatur ſine animo copulæ, tunc cùm ab initio oſcula, & tactus non ordinentur ad copulam, licèt ſequatur copula, non ſufficit illam ſine tactibus, & oſculis in confeſſione explicare, ſed etiam ipſi tactus, & oſcula ſunt exprimenda, tamquam peccatum diſtinctum, cùm non proceſſerint ex affectu copulæ, ſed ob ſpecialem libidinem in illis repertam, Gaſpar. Hurtado *de Sacrament. diſput.* 9. *de pœnit. difficult.* 6. Dian. *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 205. Leſſ. *de Iuſt. & Iur. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 8. *per tot.*

De oſculis, & tactibus, qua ratione ſint peccata, Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 3. *cap.* 3. *reſol.* 26. *per tot. fol. mihi* 112.

Oſcula, & tactus, ſicut & ſimplex aſpectus in partibus 6
pudendis, & inhoneſtis inter non coniugatos ſunt ſemper per ſe peccata mortalia, cùm in his partibus non fiant niſi ex amore libidinoſo, & deprauato; inter coniugatos verò dicti aſpectus, tactus, & oſcula, etiam in dictis partibus pudendis, ceſſante periculo pollutionis extra vas, excuſantur à peccato mortali, non autem à veniali ob nimiam mollitiem, & effœmineitatem, ac increpandi ſunt coniuges talia facientes; numquam tamen poſſunt à peccato mortali excuſari immittendo membrum virile in os vxoris, quia hoc non eſt ſimplex oſculum pudendorum, ſed quædam irrumatio diuerſæ ſpeciei, non ſine magno periculo conſumandi extra vas naturale fœminæ, Eſcobar. *Theol. moral. tract.* 1. *Exam.* 8. *cap.* 3. *num.* 66. *& ſeqq.* Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 10. *num.* 195. Ioſeph. Roccaful. *Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 4. *de ſexto præcep. Decal. cap.* 2. *num.* 200. Dian. *reſol. moral. part.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 68. *per tot.* Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 3. *Diſput.* 16. *per tot.* vbi plura de aſpectibus inhoneſtis quoad grauitatem, vel leuitatem culpæ, Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 26. *Diſput.* 8. *ſect.* 7. *per tot. fol.* 742.

Oſculum eſt ſymbolum amoris, & eodem verbo oſcu- 7
lari, & amare vtuntur Græci, fuit apud antiquos vſu receptum in multis, nam oſculo creabantur Reges, conſecrabantur Sacerdotes, inaugurabantur Doctores, & huiuſmodi, de oſculo pacis, quod ortum habuit à familia Chriſti, qui etiam oſculo Spiritum Sanctum in Diſcipulos immiſit, qualiter oſculum pacis præbeatur Epiſcopo conſecrato, de illius myſtica expoſitione, vel ſignificatione, ac de oſculo pacis in Sacrificio Miſſæ, quòd hodie oſculorum piorum vſus in Eccleſia Dei propter illorum abuſum ſit ſublatus, & alia plura de oſculorum vſu, & ſignificatione, tradit Pater Iacobus Lobbetius *in Specul. Eccleſiaſt. cap.* 8. §. 4. prout refert Dian. *reſol. moral. par.* 12. *tract. de Conſecrat. Epiſcop. reſol.* 123. *per tot.* faciunt tradita *in noua Polianthea verb. Oſculum.*

Oſcula à mulieribus Troianis ad conciliandos ſibi vi- 8
ros contra illas vendicare volentes originem traxiſſe; apud Hæbreos fuiſſe in magno vſu; Apoſtolos Chriſtum Redemptorem noſtrum oſculo ſæpè ſalutaſſe; Romanos inſtituiſſe, vt propinqui Fœminis oſculum darent ad ſciendum ante metum, hoc eſt vinum olerent, ac paſſim inter amicos, & conuictos oſcula vſurpaſſe; Perſas inter pares ſe inuicem oſculo excipere conſueuiſſe, inferiores verò genua erga Superiores flectere, vel vt alij dicunt genas manu tangere, vel deoſculari pedes, ſine purpuream veſtem, quòd vltimum erga Principes non longè diſtat à modernis moribus, ex Plutarco, Sacris paginis, legibus, & Auctoribus notat Guid. Pancirol. *in Theſ. var. lect. lib.* 1. *cap.* 94. *de oſculo fol.* 133.

Oſcula inter ſponſos ſemper fuerunt in vſu, nam 9
ſponſi cùm primùm ſponſas adibant, oſculo illas ſalutabant (quod etiam hodie à pleriſque vſurpatur) ac ideò à Conſtantino *in l. ſi à ſponſo Cod. de donat. ante nupt. ſancitum fuit*, vt altero ſponſorum ante nuptias moriente, res ſponſæ donatæ, oſculo interueniente, pro dimidia tantùm reſtituantur, tamquam oſculum quodammodò ſponſæ pudorem diminuerit, Guid. Pancirol. *loc. cit. poſt medium*, de quo dixi *in* §. *Donatio num.* 8. vbi plura, & plures allegaui, quibus adde Fagundez *de inſt. & contract. lib.* 4. *cap.* 13. *numer.* 16. *& ſeqq. per tot.* vbi

quid

Digitized by Google

quid ſi oſcula præceſſerint ſponſalia, quid ſi ſponſa non erat virgo, licèt talis reputata, & alia ad rem, referendo contrarias opiniones.

10 Oſculis non contrahitur affinitas, Schrad. *in Lexicon, verb. Oſculo*, Bertach. *in repert. verb. Oſculum*, vbi plura de oſculis.

11 Oſculum propriè dicitur inter amicos, baſium inter parentes, & coniunctos, ſuauium autem à ſuauitate dictum inter amantes, licèt hæc differentia non obſeruetur, vt teſtatur Ambroſ. Calepin. *in verb. Oſculum*, vide Franciſc. Alumn. de Ferraria *in Fabrica Mundi*, vbi ex Dante, Petrarca, & Bocaccio *ſub nu. 677. fol. mihi* 82. *à tergo*, notat dictam differentiam, & alia de oſculis, inter quæ *Bocca baſciata non perde ventura*.

Oſcula, & tactus impudici cum alijs, an ſint cauſa ſufficiens recedendi à ſponſalibus antea contractis, ſicut fornicatio, dixi *in §. Sponſalia nu. 5.*

Oſculans Monialem, qualiter extraordinariè puniatur, Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 20. nu.* 16. Farinac. *quæſt. 146. nu.* 33. Raynald *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 14. nu. 18.* 12

Oſculari faciens ſibi pedes, ab aliquo ei non ſubdito, ob aliquam iniuriam acceptam, vt quandoque prætendunt, & faciunt homines ſuperbi, qualiter ſit puniendus, cùm id ſit regulariter prohibitum, quibus ſit permiſſum, & alia, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 3. ſect. 2. verb. Oſculari*, vbi refert quendam fuiſſe relegatum per ſeptennium, licèt poſtea tranſegerit. 13

De oſculis, eorum origine, & effectibus alia remiſſiuè tradunt Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Oſcula*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 260.* 14

Finis Libri Decimi tertij.

MAR-

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS QVARTVS.

De littera P.

§. PACTVM. I.

1 PActum eſt nomen generale comprehendens ſub ſe omnem conuentionem, & contractum, ſed quando habet ſpecificum nomen, non denominatur à genere, ſed à ſpecie, vt venditio, & ſimilis contractus; quando verò conuentio non habet ſpeciale nomen, appellatur pactum, & eſt duorum, pluriumve in idem, alteri ab altero paciſcentium dandum, vel faciendum placitum, & conſenſus; aliud dicitur nudum, aliud veſtitum, aliud expreſſum, aliud tacitum, aliud clarum, aliud obſcurum, & ambiguum; de viribus, & efficacia, vel inefficacia huiuſmodi pactorum, & alia, vide *per DD. in Rub. & tot. tit. ff. C. & extr. de pact.* Oinot. *Inſtitut. de obligat. cap. de pact. fol.* 264. *&c.* Petr. de Onnate *de contract. tractat.* 1. *diſput.* 2. *ſect.* 5. *tom.* 1. *fol.* 35. *& ſeqq. & tractat.* 5. *Diſput.* 16. *per tot. fol.* 489. *&c. ad* 523. Peregrin. *tract. var. lib.* 5. *tit. de pact. per tot.* vbi latè de pactis, & conuentionibus, de quibus plenè etiam Gibalin. *de vniuerſ. negot. lib.* 3. *per tot.*

Qualiter omnia pacta valida, & honeſta ſint ſeruanda, & quando ſecus, latè Tuſch. *lit. P. concluſ.* 3. *&* 4. *per tot. cum pluribus ſeqq.* vbi multa de pactis, Onnat. *loc. cit. ſect.* 8. *fol.* 517. *&c.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 49. *per tot.* vbi plura de interpretatione pactorum inter locatorem, & conductorem ſuper remiſſione, vel non remiſſione mercedis, de qua dixi *in §. Remiſſio num.* 4. *& ſeqq.*

2 Pactum nudum regulariter non producit actionem, niſi de æquitate canonica, vel vbi adeſt clauſula, *ſola facti veritate inſpecta*, vel ſtante ſtatuto quòd procedatur de bono & æquo, vel in Curia Mercatorum, & in ſimilibus caſibus, de quibus Soccin. *reg.* 14. Card. Tuſch. *lit. P. concl.* 18. *&* 19. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1121. *&* 3704. Viui. *comm. opin.* 568. *& ſeqq.* Oinot. *loc. ſup. cit. num.* 7. *&c.* Mich. Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar.* 22. *part.* 2. Aſin. *in Prax.* §. 3. *cap.* 26. *per tot.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 51. *num.* 14. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 134. *num.* 16. *in fine*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 91. *vol.* 3. vbi tamen quòd hodie ex omni conuentione ſeriò facta oritur actio in vtroque foro, etiamſi non interueniat ſtipulatio, vel alia verborum formula, ſicut etiam ex nudo pacto iuramento ſuffulto, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 67. vbi quòd attenta æquitate pactum nudum pari paſſu ambulat cum ſtipulatione vallato.

Quòd fauore alimentorum producat actionem, Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 5. Item fauore dotis ad latè tradita per Boſſium *de dot. cap.* 9. §. 2. *numer.* 53. *& ſeqq. fol.* 348.

Quando autem pactum dicatur, vel præſumatur nudum, ſiue veſtitum, & quomodo veſtiatur, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 40. *& ſeqq.* Oinot. *vbi ſupra numer.* 6. *& ſeqq. ad* 19. vbi refert octo indumenta pactorum, veſtiuntur enim pacta re, verbis, litteris, conſenſu quandoque, interuentu rei, cohærentia contractus, iuramento, & legis auxilio, vt ibidem explicat, & latè Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 5. *Diſput.* 16. *ſect.* 4. *per tot. fol.* 500.

Quòd non dicatur pactum nudum quando aliquid promittitur ſub fide, cùm datio fidei habeat vim iuramenti, vide *in §. Promiſſio num.*

De pollicitatione facta abſente parte, vel etiam præſente, ſed non acceptante, quòd non teneat, nec actionem producat, Canalet. *deciſ.* 562. *n.* 3. *&c.* vide *in §. Obligatio num.*

Quòd pactum quodlibet iniri, & probari poſſit per Epiſtolam, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 11. *per tot. fol.* 131.

Pactum de futura vniuerſali ſucceſſione, vel aliter ſuper hæreditate certi hominis viuentis, vel eius quota, 3
ſimpliciter, vel ſub conditione, regulariter non valet, tamquàm inducens votum captandæ mortis alienæ, & alijs rationibus, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè ſit conceptum, niſi ille, de cuius ſucceſſione ageretur conſenſum præſtaret, etiam ex interuallo, licèt poſſit quandocumque huiuſmodi conſenſum reuocare in præiudicium paciſcentium non obſtante iuramento, *l. fin. & l. pactum, Cod. de pact.* Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 12. *per tot.* Cyriac. *contr.* 88. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 692. *num.* 30. *& ſeqq. cap.* 818. *num.* 25. *&c. cap.* 470. *num.* 13. *&c.* Viui. *comm. opin.* 578. Merlin. *de pign. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 40. *per tot.* Peregrin. *de fideicom. art.* 51. *numer.* 24. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 308. *per tot.* Altograd. *conſ.* 41. *conſ.* 42. *&* 43. *per tot. lib.* 2. vbi etiam infert deciſionem Rotæ Florentinæ in caſu ſuo emanatam, in qua dicitur prædicta procedere etiam in foro conſcientiæ, vide *in §. Votum nu.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 133. *vol.* 1. vbi refert plures tenentes quòd ſuſtineri poſſit vigore iuramenti, *& deciſ.* 277. *num.* 11. *& ſeqq. per tot. d. vol.* 1. vbi etiam alia plura de hac materia, & quæ pœna ſit impoſita contra huiuſmodi paciſcentes, & melius *deciſ.* 92. *per tot. volum.* 2. *& deciſ.* 135. *numer.* 4. *& ſeqq. volum.* 3. Ricc. *Collect.* 1043. 2700.

Quòd multis modis poſſit fieri pactum de futura ſucceſſione viuentis, & quando valeat, vel non, latè Tuſch. *littera P. concluſ.* 13. *&* 14. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 92. *per tot. vol.* 2. plenè videndus Vrceol. cum alijs ab eo doctè cumulatis *conſult. for. cap.* 98. *per tot. volum.* 2. & nouiſſimè *in tract. de tranſact. quæſt.* 54. *per tot.* vbi repetit omnia, quæ prius ſcripſerat *in d. cap.* 98. paucis quibuſdam additis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 106. *nu.* 11. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 154. Cæſar Cala *tract. de ferijs quæſt.* 5. *nu.* 293. *& ſeqq.*

Quòd dictum pactum, maximè affirmatiuum de ſuccedendo vti triſtis euentus plenum non poſſit etiam validitatem ſumere à conſuetudine, idem Altograd. *conſ.* 42. *numer.* 49. *& ſeqq. lib.* 2. Rimin. iun. *conſ.* 164. *num.* 37. *& ſeqq.* Oſaſch. *deciſ.* 100. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 390. *num.* 36. *& ſeqq. per tot.* Viui. *deciſ.* 186. *num.* 4. Vrceol. *Conſult.* 98. *num.* 2. *&c.* vbi quòd naturalem non producit obligationem, non firmatur iuramento, etiam in foro conſcientiæ, & licèt eſſet ex cauſa certi matrimonij, nec opus eſt abſolutione à iuramento, *& in tract. de tranſact. quæſt.* 54.

Sed quòd poſſit ſuſtineri vbi vigeret talis conſuetudo, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 133. *num.* 3. *vol.* 1. *&* 277. *d. vol.* 1. *& deciſ.* 92. *vol.* 2. *& deciſ.* 135. *num.* 6. *vol.* 3. *& deciſ.* 69. *nu.* 8. *vol.* 4. vbi quòd hodiernis moribus valet, & regulæ, ſiue rationes infraſcriptæ iuris Romani, ſunt meræ nugæ de iure conſuetudinario.

Quòd dicta conſuetudo adſit in Gallia, Franc. Marc. *dec.* 132. *n.* 8. *part.* 2. Grinell. *deciſ. Dolan.* 147. *nu.* 1. *&c.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 390. *nu.* 36. *& ſeqq.* vbi tamen illam improbat, vel ſaltem notabiliter reſtringit.

Quòd

Quòd huiuſmodi conſuetudo, quæ generaliter videtur admittere dictum pactum in contractu Matrimonij intelligatur in vim vltimæ voluntatis, adeò vt ſemper poſſit reuocari, pluribus citatis probat Vrceol. de tranſact. 54. numer. 8. & 9. vide infr. verſ. Item ſuſtineatur &c.

Quòd ratio dictæ prohibitionis ſit triplex, primò, quia huiuſmodi pactum eſt contra bonos mores, cùm inducat votum captandæ mortis alienæ, ſecundò, quia de alienis rebus non licèt diſponere, & paciſci abſque domini conſenſu, tertiò, quia tolleretur libertas teſtandi, adeò vt etiam aliqua ex iſtis ceſſante, & alijs militantibus ſemper ſit locus diſpoſitioni d. l. fin. C. de pact. ſicuti videmus in pacto, ſiue renunciatione patris de hæreditate filij viuentis, in quo & ſi non intret ſuſpicio voti captandæ mortis, tamen reprobatur ex alijs prædictis rationibus, Bald. in d. l. fin. numer. 5. vbi etiam Iaſ. Caſtr. & alij, Craſſ. de ſucceſſ. §. Succeſſio ab inteſtato quæſt. 9. Altograd. d. conſ. 42. numer. 20. & ſeqq. lib. 2. plenè Vrceol. Conſult. for. cap. 98. per tot. volum. 2. Peregrin. deciſ. 106. num. 7. & ſeqq. vbi latè ſuſtinet huiuſmodi pactum non valere etiam inter confideicommiſſarios paciſcentes de diuiſione fideicommiſſi illis obuenturi, licèt etiam plura alleget in contrarium, & denique dicat contrarium fuiſſe iudicatum, ſed poſtea tutelatem ſuæ opiniones reperiſſe, Bolognet. in d. l. fin. num. 36.

Quòd pactum ſuper bonis fideicommiſſarijs poſſit celebrari cum tertio, viuente etiam adhuc grauato, qui reſtituere tenetur paciſcenti, ipſo grauato inſcio, & ignorante, quia non agitur de bonis viuentis grauati, ſed mortui, videlicèt fideicommittentis, Iaſ. in l. 1. nu. 18. C. de pact. vbi etiam Rip. nu. 27. Gamm. deciſ. 92. nu. 4. & admittit Rot. part. 9. recent. deciſ. 158. nu. 7. Olea de ceſſ. iur. tit. 3. quæſt. 3. nu. 12. &c.

Quòd pactum de hæreditate viuentis non valeat ſine illius conſenſu, in quo debet perſeuerare vſque ad mortem, & ex eo nullum ius dicatur quæſitum parti, & cenſeatur reuocatus ſi fecerit teſtamentum alium hæredem inſtituendo, ſiue aliter inter viuos diſponendo contra huiuſmodi conſenſum, nec tale pactum poſſit iuramento firmari, Rot. in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 33. per tot. Vrceol. Conſult. 98. num. 24. & ſeqq. volum. 2. vbi benè declarat Rot. part. 9. recent. deciſ. 166. num. 12. & ſeqq. vbi quòd requiritur perſeuerantia in dicto conſenſu, qui poteſt reuocari, idem Vrceol. de tranſact. quæſt. 54. Altograd. conſ. 40. num. 1. & ſeqq. lib. 2. & latius conſ. 41. 42. & 43. d. lib. 2. in eadem cauſa, vbi probat iſtud procedere etiam reſpectu legitimæ, quæ viuente patre, vel matre renunciari non poteſt, etiam cum iuramento ſine conſenſu illorum, & perſeuerantia vſque ad mortem, vide in §. Renunciatio nu. 21. & §. Filia nu. 92. Vrceol. d. cap. 98. num. 38. & ſeqq. vbi quoad legitimam refert contrarias opiniones, & benè declarat, & ibidem nu. 55. &c.

Quòd imò dictus conſenſus ſemel præſtitus non poſſit reuocari, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 92. num. 12. volum. 2.

Intellige omnia prædicta quando pactum cadit ſuper hæreditate certi hominis, nam ſi ſit generale quarumcumque hæreditatum deferendarum valet, nec intrat diſpoſitio d. l. fin. C. de pact. Franch. d. caſ. 89. Merlin. deciſ. 733. in fine, Vrceol. d. caſ. 98. num. 49. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 692. num. 45. &c. vbi refert ad verbum Burat. deciſ. 366. per tot. Altograd. conſ. 42. num. 1. & ſeqq. lib. 2. vbi tamen latè oſtendit non dici generale ad hunc effectum quando aliquæ perſonæ ſunt nominatim expreſsè, & licèt eſſet generale quoad alias, non poſſet operari validitatem pacti quoad nominatim expreſſas, & ſequuta eſt Rota Flor. in deciſione cauſa, impreſſa penes eumdem Altogr. poſt conſ. 43. vide Burat. & Vrceol. loc. cit. vbi quòd procedit pactum etiamſi poſt generalem renunciationem ſubſequatur ſpecialis renunciatio particularis hæreditatis alicuius, quidquid dicant Altograd. & alij, niſi conuentio non niſi in vna perſona verificari poſſet, latè Vrceol. tract. de tranſact. quæſt. 54. nu. 99. & ſeqq.

Quòd pactum huiuſmodi ſuſtineatur quando non eſt de hæreditate, & ſucceſſione vniuerſali, vel eius quota, ſed ſolùm reſpicit quotam bonorum, quæ longè differt à quota hæreditatis, & ſic valere vbi agitur de certis bonis tantum, Burſat. conſ. 136. num. 40. & ſeqq. lib. 2. Franciſc. Borell. in reſponſ. Imolæ impreſſo de anno 1653. verſ. Quartò, & vltimo, fol. mihi 277. volum. 1. allegat Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 12. Rot. part. 9. recent. deciſ. 292. num. 15. vbi de dote Martha vot. Piſ. 55. num. 4. &c. Theſ. deciſ. 225. num. 11. facit Magon. deciſ. Flor. 34. numer. 16. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 277. num. 4. & num. 19. vol. 1. Gayl. lib. 2. obſeru. 117. nu. 89. Gabriel. comm. concl. lib. 2. tit. de pact. concl. 1. idem Chriſtin. deciſ. 135. num. 6. vol. 3. & deciſ. 69. nu. 6. vol. 4. vide Fachin. contr. iur. lib. 5. cap. 84. & ſeqq. Vrceol. Conſult. 98. num. 12. & ſeqq. & nu. 36. & ſeqq. vol. 2. vbi etiam an renunciatio legitimæ dicatur de quota bonorum, vel hæreditatis, ita vt ſubiaceat diſpoſitioni d. l. fin. C. de pact. & refert contrarias opiniones, quas benè declarat, latè idem Vrceol. tract. de tranſact. quæſt. 54. nu. 36. & ſeqq. per tot.

Quòd autem non valeat etiamſi ſit tantùm de quota hæreditatis, vel etiam tantùm de aliquibus bonis, & rebus certis hæreditatis perſonæ viuentis, cùm ſemper militent eædem rationes prohibitiuæ, probat Altograd. conſ. 41. numer. 39. & 40. lib. 2. & conſ. 42. num. 41. d. lib. 2. vbi etiam in fine conſ. 43. inſerit deciſionem Rotæ Florentinæ ſuperindè emanatam, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 962. num. & alios ſupracitatos, Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. num. 14. &c. vbi tenet hanc partem, ita vt viuentis bona non poſſint per tertium, cui poſt mortem ſunt obuentura obligari per dictas rationes, intelligendo de hypotheca ſpeciali, ſecus in generali, ſub qua veniunt etiam futura.

Item ſuſtinetur dictum pactum ſi ſit factum in contractu matrimonij, & ex cauſa dotis, Merlin. Pignatel. contr. 4. num. 17. in fine, Borell. d. reſponſ. verſ. ſecundò nos verſamur, vide Gratian. d. cap. 692. nu. 6. & ſeqq. per tot. Michalor. d. cap. 12. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 92. num. 9. vol. 2. & deciſ. 135. num. 5. &c. vol. 3. Vrceol. Conſult. 98. num. 7. & ſeqq. vol. 2. vbi latè contrarium probat, & dicit auctoritates contrarias procedere poſſe in vim vltimæ voluntatis, & ſupremi iudicij, & non pacti, vel contractus irreuocabilis, ac ideò ſemper ſubiacere reuocationi; de quo, & pro hac parte plenè etiam Rot. part. 9. recent. deciſ. 390. per tot. & idem Vrceol. tract. de traſact. q. 54. n. 7. & ſeqq. facit quod dixi in §. Teſtamentum nu. 57.

Idem eſt quando fuit factum ex iuſta cauſa, puta ingreſſus religionis, Burat. deciſ. 366. num. 6. cum alijs per Altograd. conſ. 42. num. 46. lib. 2. vbi num. 47. intelligit verum quando eſt ſuper hæreditate perſonæ omninò incertæ, vel in pacto negatiuo tantum de non ſuccedendo, aliàs ſecus ſi agatur de hæreditate perſonæ certæ, vel de pacto affirmatiuo ad fauorem alterius, vt ibidem declarat & Burat. d. deciſ. 366. nu. 6. late videndus Vrceol. d. cap. 98. nu. 50. & ſeqq. & de tranſact. d. quæſt. 54. num. 50. & ſeqq.

Item ſuſtinetur dictum pactum ſi agatur de iure conditionali ex fideicommiſſo, vel legato deferendo, Rot. deciſ. 12. numer. 7. & 8. part. 6. recent. & deciſ. 158. numer. 8. part. 9. tom. 1. recent. cum alijs per Vrceol. d. cap. 98. num. 51. & ſeqq. & d. quæſt. 54. num. 51. & ſeqq.

Quando dicatur de hæreditate perſonæ certæ, vel incertæ ad effectum validitatis, vel nullitatis, Franch. deciſ. 89 per tot. Gratian. & Burat. loc. cit.

Suſtinetur etiam dictum pactum quando paciſcentes habent ſpem ſuccedendi, & conueniunt per viam donationis irreuocabilis, nam ſtante titulo donationis ceſſat diſpoſitio d. l. fin. ſicut etiam ſi non ſit de hæreditate, ſed tantùm de dote, & certis bonis, vel agatur de perſona, quæ de breui ſit moritura, & ſuperuiuere non poſſit, vel ſtante eius conſenſu, etiam præſtito per tutorem, vel patrem infantis, & alia pro validitate dicti pacti, Martha vot. Piſ. 55. per tot. infr. n. 4.

An in omnem caſum ſi aliquid fuerit datum ad obtinendum huiuſmodi pactum, quod poſtea effectum non ſortiatur, debet omne reſtitui, Gratian. d. cap. 692. n. 37. &c. dixi in reſol. cap. 90. nu. 16.

Quòd pactum de futura ſucceſſione valeat fauore militis, & piæ cauſæ, non tamen in vim pacti, ſed vltimæ voluntatis, Alex. in l. pactum Cod. de pact. & conſ. 152. lib. 6. Euerard. loc. a milit. ad Eccl. vel piam cauſ. num. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. numer. 42. Faber in ſuo Cod. lib. 5. tit. 9. de pact. conuent. def. 6. Vrceol. Conſult.

98. num.

98.num.64. vol.2. Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. num. 32. & ſeqq. & in tractat. de tranſact. quæſt. 54. num. 64. & ſeqq.

Sed quòd non valeat etiam fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ, nec fauore Collegij, & Vniuerſitatis etiam Eccleſiaſticæ, Altograd. conſ. 42. num. 47. lib. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 692. nu. 57. &c. Rot. part. 6. recent. deciſ. 33. & part. 9. deciſ. 106. nu. 22.

Quòd dictum pactum poſſit confirmari, & approbari à ſupremo Principe, Georg. de Cabed. deciſ. Luſit. 77. part. 2. Vrceol. d. cap. 98. num. 55. & de tranſact. quæſt. 54. num. 65.

Quando pactum de non ſuccedendo, vel ſuccedendo valeat, Bart. in l. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. obligat. Alex. conſ. 33. lib. 3. Pract. Papp. libell. vt pact. ſeruent. gloſ. 3 num. 9. Capyc. deciſ. 159. numer. 10. Gratian. deciſ. 190. num. 12. & ſeqq. & diſceptat. forenſ. cap. 470. num. 13. &c. cap. 692. per tot. Tuſch. lit. P. concluſ. 13. & 14. per tot. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 308. Ricc. Collect. 1043. & 2700. Rot. part. 9. recent. deciſ. 106. numer. 11. & ſeqq. per tot. vbi pro nullitate, & deciſ. 154. d. part. 9. vbi fuit confirmata alia deciſio, & latè d. part. 9. deciſ. 390. per tot. Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. per tot. vbi latè an bona viuentis poſſint per tertiam, cui obuentura ſunt obligari, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 92. per tot. vol. 2. vbi qualiter pactum de futura ſucceſſione ſuſtineatur inter virum, & vxorem, maximè ſi ſit reciprocum, ſicut etiam inter fratres Magnates, vel Principes, in contractibus antenuptialibus, vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, & alia, idem Chriſtin. deciſ. 135. nu. 4. & ſeqq. vol. 3. & deciſ. 69. nu. 6. &c. vol. 4. latè videndus Vrceol. Conſult. 98. per tot. vol. 2. & tract. de tranſact. quæſt. 54. per tot. vbi repetit omnia prius ſcripta.

De materia dicti pacti, de ratione prohibitionis, & quando poſſit ſuſtineri, vel non, Rouit. deciſ. 87. per tot. cum notabili Apologia ad dictam deciſionem per Cardenal. de iudic. lib. 2. in fine fol. mihi 240. vbi latè dictam Rouiti deciſionem impugnat, & ſubuertit acriter mordendo, vide Rot. in Aſculana Primogenituræ Mercurij 26. Iunij 1686. coram Albergato Decano, habetur penes Io. Torre de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part. 3. deciſ. 71. per tot. vbi etiam inſerit Conſultationem ab ipſo factam in dicta cauſa, & contrariam eidem deciſioni ex diuerſis motiuis in deciſione non ponderatis, & latiùs tractat. de pact. futur. ſucceſſ. per tot.

Et de venditione hæreditatis certi hominis viuentis, vt nullius ſit momenti, & quare Hermoſil. ad leg. Partit. tom. 2. gloſ. 1. &c. leg. 13. tit. 5. fol. 476. &c.

An autem valeat ſi fundetur in perſona promittentis, & non reſpiciat bona, Facbin. contr. iur. lib. 5. cap. 85. &c. Chriſtin. d. deciſ. 69. nu. 7. vol. 4. vbi videtur affirmare, licèt alij contra ab eo relati.

4 Pactum per quod filia recepta dote renunciat hæreditati paternæ, non valet, l. pactum C. de collat. niſi ſit iuratum, Euerard. loc. à vi iuram. num. 9. & 37. latè Gratian. diſcept. for. cap. 470. num. 13. & ſeqq. per tot. Oinot. in §. Item ſi quis nu. 7. Inſtit. de act. fol. 404. Merlin. deciſ. 264. nu. 2. Rot. part. 13. recent. deciſ. 404. nu. 10. vbi quòd ſi ſit firmatum iuramento valet, & eſt omninò ſeruandum, vide latè Gabr. Vaſquez Opuſc. moral. tract. de teſtam. c. 6. §. 2. per tot. fol. 297. &c.

Multa de huiuſmodi pacto ſuper hæreditate viuentis certo modo diſponenda, vel perdenda, vel acquirenda, quando valeat, vel non, Soccin. reg. 344. 345. & 346. per tot. Diaz. reg. 522. & 524. per tot. plenè videndus Vrceol. cum alijs pluribus ab eo citatis Conſult. for. cap. 98. per tot. vol. 2. & tract. de tranſact. quæſt. 54. per tot. Martha vot. Piſ. 55. per tot. vbi de pacto inter ſocerum, & generum ſuper ſucceſſione dotis vxoris prægnantis infirmæ ad mortem, vt per modum donationis ſit validum, vel quia infirma ad mortem habeatur pro mortua ad hunc effectum, vel quia quoad filium cùm eſſet natus in octauo menſe habebatur pro non nato, & ſic vtroque reſpectu non agebatur de hæreditate viuentis, & alia pro validitate huiuſmodi conuentionis, Gabr. Vaſquez loc. ſup. cit.

5 Pactum factum à matre de non ſuccedendo non præiudicat filijs venientibus ex propria perſona ad hæreditatem aui, quando ipſa mater deceſſit ante patrem, Alex. conſ. 75. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 785. nu. 12. &c. cap. 858. nu. 19. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 15. num. 46. & ſeqq. Rot. part. 13. recent. deciſ. 265. n. 15. & ſeqq. & deciſ. 145. & 380. part. 15. Vrceol. de tranſact. quæſt. 54. ſub nu. 56. vide in §. Renunciatio nu. 28.

Pactum inter fratres de inſtituendo fideicommiſſum iuxta formam teſtamenti paterni, expirat non conſtito de teſtamento, ſeu illo reuocato, cùm virtualiter ſit de futura ſucceſſione, quod eſt reprobatum, latè Gratian. diſc. for. cap. 470. per tot. 6

Item pactum appoſitum inter fratres in diuiſione, quòd altero illorum decedente ſine filijs, ſuperuiuentes ſuccedant, non tranſit ſine difficultate, cùm videatur de futura ſucceſſione reprobatum, maximè ſi ſit conceptum per verba ſucceſſionem, non autem donationem denotantia, Magon. deciſ. Flor. 102. nu. 1. &c.

Et præſuppoſita illius validitate, eſt ſine controuerſia, vt ſolùm perſonalis actio oriatur ad intereſſe contra inobſeruantes, non autem realis contra tertios poſſeſſores, qui nec in ſubſidium moleſtari poſſunt ſi ignorauerint fideicommiſſum, vel poſſideant ex cauſa oneroſa, quidquid ſecus ſit ſtante illorum ſcientia, & dolo, vel cauſa lucratiua, vel ſi eſſemus in fideicommiſſo inducto in vltima voluntate, vt latè declarat idem Magon. d. deciſ. 102. per tot. vide in §. Bona nu.

Quòd pacta omnia reſtringentia libertatem vltimæ voluntatis à iure improbentur, etiamſi fiant cum eo de cuius hæreditate agitur, cùm dicantur captoria, & quando ſecus, & valeant, latè Rot. part. 11. recent. deciſ. 23. per tot. vide in §. Teſtamentum.

Pactum executiuum de capiendo bona debitoris propria auctoritate tranſit in ceſſionarium, Marant. in l. ſi actor n. 21. ff. de procurat. Sanfelic. deciſ. 312. num. 3. & per tot. vbi quòd ceſſionarius poteſt ex perſona cedentis executionem petere vigore dicti pacti, & quòd pactum executiuum inducitur per licentiam capiendi, & ingrediendi propria auctoritate, vel ſine iudicij ſolemnitate, & quid pendente lite ſuper nullitate inſtrumenti. 7

Non tamen poteſt exerceri contra tertium poſſeſſorem, vel ſingularem ſucceſſorem, niſi adſit conſtitutum, vel precarium, Capyc. deciſ. 182. numer. 8. vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 198. numer. 29. &c. Sanfelic. deciſ. 312. num. 1. & 2. vbi quòd dictum pactum practicatur etiam contra hæredes, & contra ſingulares ſucceſſores; quando in inſtrumento fuit liquidatum debitum, ſecus autem debito non liquidato, de quo latè idem Sanfelic. deciſ. 365. cum Addit.

Debet prius diſcuti, & liquidari, an huiuſmodi pactum locum habeat, nec procedit, niſi conſtito nullam poſſeſſori competere defenſionem, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 378. nu. 27. &c. vide in §. Licentia nu. 1. & 2. & §. Poſſeſſio nu. & latè dictum pactum per quindecim concluſiones declarat Neguſ. de pign. part. 4. num. 8. & ſeqq. ad 30. vide Farinac. quæſt. 175. part. 3. num. 174. &c. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 11. num. 128. & ſeqq. fol. 173. Tuſch. litt. P. concl. 37. vbi latè quid operetur dictum pactum, Merlin. deciſ. 387. & deciſ. 578. Ricc. Collect. 3031. Sanfelic. deciſ. 151. per tot. vbi qualiter vigore pacti executiui abſque citatione, & ordine iudiciario ſit præſtanda familia pro capienda poſſeſſione, & alia, vide in §. Inſtrumentum num. 8. & 9. & §. Executio num. 10. & ſeqq. num. 21. & ſeqq. Hieron. Cala tract. de reſtit. in integr. denegan. quæſt. 22. per tot. vbi plura de dicto pacto, quid operetur, quando procedat, vel non, & an contra illud competat reſtitutio in integrum minori, & Eccleſiæ, quod negatiuè reſoluit ſtante contractus validitate, Donad. tract. de renunciat. cap. 28. per tot. vbi plura an valeat dictum pactum executiuum quoad bona, & quoad perſonam.

Pacta realia ſemel in fideiuſſorem tranſlata non poſſunt per debitorem in illius præiudicium remitti, l. fin. ff. de pact. l. ſi hæres C. locat. & l. id quod noſtrum ff. de reg. iur. Magon. deciſ. Flor. 110. num. 4. & 5. vide in §. Exceptio num. 8

Quæ dicantur pacta realia, & quæ perſonalia, ad quos extendantur, vel non, Tuſchus littera P. concluſ. 10. per tot. Rot. part. 11. recent. deciſ. 371. num. 23. & ſeqq. & num. 52. & ſeqq. vbi etiam quando pacta dicantur pœnalia, vel non ad effectum afficiendi hæredes, vel non, Rot. part. 16. recent. deciſ. 302. vbi quòd pacta

perſo-

perſooalia ſemper differuot à realibus, & non tranſeunt ad hæredes.

Quòd pacta in fauorem tertij inita oon poſſint à paciſcente remitti, Paul. Chriſtin. *deciſ. 96. num. 3. volum. 3.*

9 Pactum de non expellendo niſi finita locatione, operatur quòd conductor non poſſit expelli pro vſu, & neceſſitate locatoris, Ang. *in l. ade quam C. locat.* ſed contrarium vide per Natt *conſ.* 416. Addit. ad Pract. Papp. *libell. ad ſict. præſt. gloſ. v. aeſtimit, verb. Sed an, &c.*

10 Pactum in pignore, quòd pecunia non ſolura in termino, illud cedat creditori, non valet, oiſi fuerit dictum, quòd ei ſit venditum, & in ſolutum datum pro iuſto pretio æſtimando, quo caſu etiam ante æſtimationem fructus computantur in ſortem, *l. fin. C. de pact. pign. cap. ſignificante de pign.* Pract. Papp. *act. hypothec. gloſ. Ex memoratis num.* 5. Magon *deciſ. Flor.* 23. *num.* 1. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 132. *in fine vol.* 1. *& deciſ.* 147. *num.* 10. *&c. d. vol.* 1. *& deciſ.* 31. *num.* 9. *&c. volum.* 3. latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 330. *per tot.* vbi quòd tale pactum reprobatur à iure ciuili, & canonico, ita vt nec ex conſuetudine, nec iuramento poſſit robur accipere, ſine ſit conceptum ſecundum formam *l. Commiſſoria*, ſiue aliam formam ſimilem, ex qua reſulter idem effectus, & ratio prohibitionis, nempè iniquitas, & iniuſtitia pretij cum eo tantùm caſu ſuſtineri poſſit, quo venditio ſub ſimili conditione concepta, iuſti, ac legitimi pretij quantitatem agnoſcit, aliàs autem ſecus, Rota *part.* 12. *recent. deciſ.* 129. *nu.* 61. *& ſeqq. per tot.* facit *deciſ.* 423. *per tot. d. part.* 12. & dixi *in §. Fructus num.* 31. *&* 36.

De huiuſmodi pacto, quòd *legis Commiſſoria* appellatur latè Neguſ. *de pign. part.* 1. *num.* 1. *&c.* Guid. Papp. *dec.* 6. vbi an firmetur iuramento, Surd. *deciſ.* 248. *per tot.* vbi pro nullitate, *& deciſ.* 422. Tuſch. *littera P. concluſ.* 15. *&* 16. *per tot.* Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tractat.* 20. *diſput.* 59. *ſect.* 5. *& ſeqq. fol.* 984. & Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quaſt.* 2. *per tot.* Fagund. *de iuſt. & contract. lib.* 7. *cap.* 8. *per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de pign. & hypothec. cap.* 4. *per tot. fol. mihi* 220. Cæſar Cala *tract. de ferijs quaſt.* 5. *num.* 288. *& ſeqq.* vbi quòd idem eſt in pacto ſimili, & latè Alber. Alderiſ. *tractat. de ſymbol. contract. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 19. *& ſeqq. per tot. fol. mihi* 440. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 173. *vol.* 4. Leotard. *de vſur. quaſt.* 70. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *quaſt.* 123. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 412. *&* 413. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 138. *per tot.* vbi de validitate dicti pacti, etiam in contractu mutui, quando habet relationem ad æſtimationem peritorum, ita vt termino elapſo cenſeatur tranſmutatus in contractum veræ venditionis, & illius vigore ob retardatam traditionem prædij venditi, debeantur emptori fructus recompenſatiui iuxta *l. curabit. C. de act. empt. & part.* 14. *dec.* 186. *per tot.*

De pacto legis Commiſſoriæ, tam in venditione, quàm in pignore, adde Cald. Pereyr. *tractat. de reſtit. in integr. verb. ſua facilitate num.* 50. *& ſeqq. & num.* 95. *& ſeqq.* Andreol, *controuerſ.* 285. vbi latè *per tot.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *& ſeqq. leg.* 38. *& ſeqq. fol.* 636. *&c.* vbi plura de alijs etiam pactis inter emptorem, & venditorem.

An autem per receptionem partis pretij poſt moram ceſſet dictum pactum pro rata tantùm, vel in totum, Coſta *de ratione rata quaſt.* 83. *per tot.*

Quòd poſſit paciſci, vt ſi contingat creditorem cogi capere in ſolutum bona debitoris, æſtimari debeant quanti minoris, vel dari quarto minus, cùm hoc ſuccedat loco intereſſe quod vbi certum eſt, poteſt etiam ab initio taxari, Surd. *dec.* 259. *per tot.*

Valet etiam reſpectu fideiuſſorum, quibus cum dicto pacto poteſt debitor cauere de indemnitate, Bart. *in l. quamuis ff. de ſolut.* Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 9. §. 25. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 185. *numer.* 17. Magon. *deciſ. Flor.* 23. *num.* 5. Albert. Alderiſ. *loc. citat. num.* 37. *&c. fol.* 450.

Contrarium etiam reſpectu fideiuſſorem tenent alij, Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. Cene. *de cenſ. quaſt.* 57. *num.* 20. vide *in §. Fideiuſſor num.* Albert. Alderiſ. *loc. cit.* vbi hanc partem cum Couar. & alijs probat, dicens alios longè aberrare.

Quòd pactum *legis Commiſſoria* in contractu venditionis ſit validum, & opereretur vt non ſoluro pretio poſſit res vindicari, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 86. *num.* 3. *vol.* 3. Fagund. *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 45. *per tot.* dixi *in §. Venditio num.* 8. Rot. *part.* 11. *recent. in Appendice deciſ.* 371. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi alia plura ad ſuſtinendum huiuſmodi pactum, & præcipuè quando fuit appoſitum non in ipſo contractu pignoris, ſed longè poſtea, & quare, quæ tamen deciſio ex nouiter deductis fuit reuocata *d. part.* 11. *deciſ.* 331. ſuptacitata, *& part.* 12. *deciſ.* 129. 61. *& ſeqq. per tot.* adde Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *art.* 1. *per tot. reſol.* 142. *&c.* vbi etiam an talis venditio ſit conditionalis, & ad quem pertineant fructus medio tempore percepti, & concludit pro emptore, qui tamen tenetur illos reſtituere, per *l.* 5. *ff. de leg. comm.* vt benè declarat.

Qualiter etiam in contractu tranſactionis ſit validum ſicut in alijs contractibus data iuſtitia pretij, alias ſecus, latè pluribus citatis probat Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 99. *nu.* 21. *& ſeqq. per tot.*

An autem dictum pactum legis Commiſſoriæ valeat in cenſibus, vel alijs annuis redditibus, plenè totam materiam pertractando, Gaſp. Roderic. *de ann. red. lib.* 2. *quaſt.* 2. *per tot.* vbi *num.* 72. concludit non vitiare contractum, ſed vitiari pactum, vide infra *nu.* 29. Quod in feudis ſit reprobatum, Balzaran. *de feud. tit.* 27. *nu.* 1. *fol.* 112.

Pactum quod maritus lucretur dotem habet locum 11
etiam in bonis fideicommiſſarijs, & quando filia inſtituta in dote, & illi datus ſubſtitutus, nam maritus vtrumque excludit, Pract. Papp. *libell. ex ſubſtitut. gloſ. compendioſe num.* 12. *cum Addit.* Roland. *de dot. quaſt.* 57. vide *in §. Lucrum num.* *& §. Statutum num.* *infr. nu.* 15. *&* 17.

An aotem pactum initum cum primo viro circa lucrum dotis, intelligatur repetitum cum ſecundo, latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 98. *&* 194. *per tot.* vide *in §. Dos numer.* 24. *in addit. & in §. Statutum de lucro num.* 31.

Pactum quòd res communem numquàm diuidatur 12
non valet, *l. in hoc §. ſi conueniat ff. com. diuid.* valeret tamen vſque ad certum tempus, & quid ſi ſit iuratum, Pract. Papp. *libell. hered. vel res ſing. diuid. gloſ. domum vnam numer.* 3. *cum addit.* Seraph. *de iurament. priuil.* 58. *&c.* Theſ. *deciſ.* 142. *num.* 5. Grattan. *diſceptat. forenſ. cap.* 905. *per tot.*

Quòd oec iuramento validari poſſit, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 37. *per tot. & cap.* 43. vbi de præcepto teſtatoris, Cæſar Cala *tract. de ferijs quaſt.* 5. *num.* 215. *& ſeqq.* vbi latè comprobat inferendo ad plures alios caſus particulares, ne quis inuitus cogatur ſtare in communione.

Pactum abſolutum qòòd quis oon poſſit ad libitum 13
de boois ſuis diſponere non valet, quia remanente dominio eſſet implicare contradictionem, *l. nemo poteſt ff. de pact.* Maur. *de fideiuſſor. part.* 2. *ſect.* 8. *in princip. nu.* 6. *&* 7.

Pactum de non alienando non impedit dominij translatio- 14
tionem, maximè vbi non fuerint appoſitæ clauſulæ reſolutoriæ, Magon. *deciſ. Flor.* 47. *num.* 1. *&c.* Franch. *deciſ.* 355. vide *in §. Hypotheca num.* *& §. Prohibitio nu.* 17. latè Tuſch. *litter. P. concluſ.* 36. *per tot.* vbi quòd dictum pactum operatur multa, & quæ, Ricc. *Collect.* 471. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quaſt.* 140. *per tot.* Hermoſil. *ad leg. Partit.* 67. *gloſ.* 2. *fol.* 867.

Pacta reſolutiua contractus debent intelligi ad corti- 15
cem verborum, & in dubio contra illa eſt ſumenda interpretatio, ac debent reſtringi ad caſum veriſimiliter cogitatum quando fuerunt indeffinitè concepta, & ſe fundans in eis debet liquido probare eueniſſe caſum reſolutionis, Duran. *deciſ. per tot.*

Ex quibus verbis inducatur pactum reſolutiuum, & qualiter eo acceptato contractus reſoluatur tamquam factus noo eſſet, omnis actio ab eo proueniens extincta remaneat, poſſitque acceptatio fieri ſine ſolemnitatibus, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 396. & nouiſſimè Vrceol. *tract. de tranſact. quaſt.* 99. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 21. vbi plura de vi, & effectu pacti reſolutiui in tranſactionibus, quid ſit probandum, vt ei locus ſit, an ſit neceſſaria declaratio, & ea non facta reſultet ratihabitio, an ſint reſtituendi fructus, & alia, dixi *in §. Tranſactio nu.* 17. *in fine num.* 23. *&* 30. Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.* 33. *per tot. deciſ.* 34. *num.* 9. *& ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. & deciſ.42. nu. 11. & ſeqq. vbi quòd dictum pactum euaneſcit, ſi ille ad cuius fauorem fuit appoſitum vti noluit in vita ſua, & eo vti volens tenetur prius reſtituere omne, id, quod ex tranſactione recepit.

Quòd pacta regulariter ſint intelligenda prout de iure, & non cenſeantur oppoſita animo nouandi diſpoſitionem legalem, niſi agatur de damno vitando, & æquitas ſuggerat aliquid operari debere vltra iuris diſpoſitionem, & non eſſe omninò ſuperflua, vt latè explicat Pacion. de locat. cap.49. nu.1. vbi in terminis pactorum ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè conceptorum inter locatorem, & conductorem circa mercedis remiſſionem.

16 Pactum per quod conditio dotis fit deterior in præiudicium mulieris eſt nullius momenti, etiamſi ſit iuratum, nec mulier tenetur illud ſeruare, Salyc. in l. fin. C. de pact. conuent. Rot. part.2. diuerſ. deciſ.279. num. 10. Afflict. deciſ.154. vbi Vrceol. num.2. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 49. num. 25. Bald. nouel. de dot. part.7. priuil.11. num.1. &c. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. part.5. num. 180. &c. Altograd. conſ.19. num.3. & ſeqq. & num.19. lib.2. latè Vrceol. Conſult. for. cap. 8. per tot. & Altograd. in fine 2. vol. fol.12. & nouiſſimè in tract. de tranſact. quæſt. 19. vbi plura, an quando poſſit fieri tranſactio ſuper rebus dotalibus, & extradotalibus, vide in §. Dos num. 9. & §. Nouatio num. Paul. Chriſtin. deciſ. 135. num.3. &c. vol. 3. vbi plura de pactis dotalibus, Rot. part. 15. recent. dec.350. & part.16. dec.77. Cæſar Cala tract. de ferijs quæſt.5. nu.235. & ſeqq. fol.406.

Sed quoad iuramentum attento iure canonico, quidquid ſit de iure ciuili, contrarium latè probat Rot. par.9. recent. deciſ. 269. nu.12. & ſeqq.

Quòd valeat pactum, & tranſactio circa lucrum dotis inter virum, & vxorem, etiam conſtante matrimonio, Rot. part.15. recent. dec.225. per tot.

17 Pactum appoſitum in primo matrimonio, quòd muliere defuncta ſine filijs, dos reuertatur ad patrem dotantem, vel eius hæredes, habet cauſam perpetuam duraturam donec filia vixerit, reputatur reale, & concomitatur dotem in quemcumque tranſeat, & ideò cenſetur per mulierem ſecundò nubentem repetitum in ſecundis nuptijs, imò etiamſi ipſa aliter ſtipuletur, cùm non poſſit nec expreſſè, nec tacitè reuocari in præiudicium patris, aut eius hæredum, quibus ex prima ſtipulatione fuit ius quæſitum, vt benè probat Altograd. conſ.19. num.8. &c. lib.2. vide ſupra nu. 10.

Quando autem huiuſmodi pactum reuerſionis dotis ad patrem ſit validum, vel non, dixi in §. Dos num.

18 Pactum de non petendo dicitur continere donationem, & ſi excedat metam legalem requirit inſinuationem, gloſ. in l. ſi quis ff. de reg. iur. Roland. de lucr. dot. quæſt. 11. num. 8.

Ex quibus inducatur pactum de non petendo, & quid operetur, Tuſch. littera P. concluſ. 22. & 23. per tot.

19 Pactum de ſtando ſimplici dicto creditoris ſuper intereſſe valet, Bart. in l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Felic. de ſociet. cap. 17. num. 30. Viui. comm. opin. 573. intelligendo extra contractum mutui, vel aliàs de vſura ſuſpectum, ſecus è conuerſo, vt diſtinguit Plot. de in litem iurand. §. 48. num. 1. & 8. Borgn. deciſ.2. num.31. & 33. part.2. ſeſſ. deciſ.301. num.19. & ſeqq. & deciſ.400. nu. 9. & 10. Bichio deciſ.359. num.4. Fontanel. de pact. nupt. tom.2. clauſ.5. gloſ. 9. fol.204.

Item quòd ſtetur aſſertioni iuratæ damnum paſſi eſt validum, intelligitur tamen circa quantitatem, quia aliundè ſubſtantia damni eſt probanda, nec extenditur ad hæredes, Gratian. diſceptat. forenſ. cap.772. num.19. &c. Viui. comm. opin.573. Anton. de Amat. reſol.27. num.30. Maſtril. deciſ. 60. nu.4. & 5. vbi limitant quando etiam data eſt facultas iurandi ſuper ipſa ſubſtantia damni, vt tunc in omnibus ſtari debeat iuramento, dummodò ſi agatur de ſumma conſiderabili iuramentum ſit aliundè adminiculatum, aliàs ſecus, vt diſtinguit Rot. part.1. diuerſ. deciſ. 467. & declarat Bich. deciſ.359. num.4. & ſeqq. per tot. vide in §. Damnum num.12. Cæſar Cala tract. de ferijs quæſt.5. num. 544. & ſeqq. vbi plura quòd non poſſit promitti, nec paciſci de ſtando ſimplici creditoris, ne per hoc inuitetur ad delinquendum, & in omnem caſum poſſe contrarium probari, & alia ad rem iuxta varias DD. opiniones.

20 Pactum de quota litis permiſſum eſt in criminalibus procuratori, & aduocato ex parte rei, licèt ſecus ſit in ciuilibus, Guaz. deff.34. cap.2. num.4. vide in §. Aduocatus n. 4. vbi etiam quid in foro conſcientiæ, Fontanel. deciſ. 178. 179. & 180. per tot.

Multa de huiuſmodi pacto prohibito in ciuilibus, Gratian. deciſ. 218. per tot. Franch. deciſ. 265. Ricc. Collect. 1061. 2048. Nouar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 192.

Quale ſit, & quomodo improbetur, vel ſuſtineatur, Mart. Medic. Exam. 22. & deciſ. 37. per tot. cum Addit.

Pactum de inæquali diuiſione lucri, vt ſcilicet qui minus in ſocietate contulit plus, & qui plus minus percipiat, non valet, ſed ſubducitur firmo remanente contractu, Felic. de ſociet. cap. 17. num. 33. &c. latè Gratian. diſcept. for. cap.768. nu.5. & 15. &c. vbi benè declarat, vide in §. Societas num. 21

Quòd valeat pactum inter dominum, & paſtorem appoſitum de fœtibus diuidendis, & ſit ſeruandum, l. ſi paſcenda, C. de pact. Ricc. Collect. 3835.

Pactum inter ſocios, quod capitale ſit ſaluum proponente, & lucrum percipiatur eſt adeò iniquum, & illicitum, vt vitiet ipſam ſocietatem, & illam faciat tranſire in ſimplex mutuum, etiam in ſocietate animalium, latè Felic. de ſociet. cap. 18. per tot. & cap. 19. vbi quærit an poſſit aliquo modo iuſtificari, & licitum reddi, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 589. num.11. vbi quòd prohibetur etiam per Bullam Sixti V. vide in §. Societas num.19. & 20. Carleual. de iudic. lib.2. tit.3. Diſput.7. num. 15. & ſeqq. per tot. fol. 101. 22

Contrarium quòd imò valeat, & etiam illo non exiſtente, ſi amittatur capitale, damnum debeat eſſe commune contra Felic. de ſociet. loc. cit. tenet Michalor de Fratr. part.3. cap. vlt. per tot. vbi loquitur etiam in ſocietate animalium, & hanc partem ego aliàs ſequutus ſum, & adhuc ſequor prout in meis reſol. cap.17. nu. 18. &c. concurrentibus ijs, de quibus ibidem per tot. vide Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.207. nu.3. & ſeqq. per tot. vol.1. Rot. per Farinac. dec. 227. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Bulla reſol.7. vbi quòd dicta Bulla Sixti V. comprehendit tantùm contractus de iure communi prohibitos, non autem permiſſos, vt quando aliquid ſoluitur, vel remittitur pro aſſecuratione, & periculi ſuſceptione.

Pactum de morando in certo loco, an, & quando valeat, vide l. Titio centum, §. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Capyc. deciſ. 135. per tot. Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. conſ. 78. per tot. dixi in §. Conatio num. 40. & 41. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib.1. Prælud. 2. §. 2. numer. 94. & ſeqq. Cancer. lib. 3. var. cap. 7. num.7. & ſeqq. Amaya l. 1. obſeru. cap.6. numer.22. & ſeqq. & alios ab iſtis relatos Io. Torre de ſucceſſ. in Maiorat. &c. part.2. q.52. per tot. 23

An ſit validum, & ſeruandum inter coniuges, ſunt ad inuicem contrariæ opiniones, & in omnem caſum ex iuſta cauſa ſuperueniente, puta infirmitate vel inimicitia capitali, ſine alia arbitrio iudicis, poteſt ab eo recedi, & vxor tenetur ſequi virum non obſtante dicto pacto etiam iurato ad ſui fauorem, vt benè pluribus relatis reſoluit Rot. in Tridentina matrimonij 27. Iunij 1646. coram Celſo, & in eadem cauſa 11. Martij 1650. coram Albergato nu.6. & 7. apud Zacch. loc. cit. deciſ.88. & 94. & ipſe Zacch. d. conſ. 78. per tot. Ricc. Collect.1789. Rot. part.9. recent. deciſ.417. per tot. vide in §. Vxor nu.4. Rot. part. 11. recent. deciſ. 35. n.8. &c. Gizzarel. & Addent. deciſ.19. per tot. Rot. part. 13. recent. deciſ.300. per tot.

Pactum appoſitum ab initio, & ante ius quæſitum alijs in venditione, quòd res vendita ſit ſpecialiter hypothecata alicui creditori emptoris, etiam poſteriori valet, & anterioribus præiudicat, licèt haberent illius bona præſentia, & futura obligata, cùm poſſit venditor in traditione rei ſuæ apponere quaſcumque conditiones, & pacta, l. in traditionibus ff. de pact. Neguſ. de pign. part. 4. numer. 33. &c. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 175. cap. 8. num.31. cap.616. cap.679. cap.963. num. 2. &c. Merlin. de pign. lib.4. tit.1. quæſt.23. per tot. vbi vide, & in §. Venditio num. 15. 24

Contrarium probat Gabriel Vaſquez Opuſc. moral. tractat. de pign. & hypoth. cap. 5. §. 3. numer. 3. &c. fol. 220.

Pa-

25 Pactum cum vno ex fideiuſſoribus inſolidum obligatis, non prodeſt alijs, qui poterunt pro tota ſumma conueniri, ſi renunciauerint beneficijs fideiuſſorum, vt dixi in §. *Renunciatio num...*

26 Pacta contra ſubſtantiam contractus cenſualis, vel alterius generis illum vitiant ab initio, & impediunt natiuitatem actionis, nec aliquid operatur renunciatio contrahentium; ſi verò ſint tantùm contra naturam, vel accidentalia contractus, vitiantur quandoque, & non vitiant, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 14. *per tot. cap.* 587. *num.* 9. *&c. cap.* 717. *num.* 11. *&c.* Felic. *de ſociet. cap.* 2. *num.* 19. *&c.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 53. *num.* 11. *&c.* Seraph. *deciſ.* 1418. *&* 1431. Altograd. *conſ.* 28. *nu.* 56. *&* 57. *lib.* 1. Caualer. *deciſ.* 509. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.* 17. *per tot.* plenè Gaſpar. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 1. Cæſar Cala *tract. de ferijs quæſt.* 5. *num.* 259. *& ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 35. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi de pacto, quòd venditor cenſus teneatur ſoluere collectas ſuper cenſu impoſitas, vel imponendas, quod ſuſtineri probat ſtante iuramento, & aliqua alia iuſta recompenſatione, & in omnem caſum vitiari, ſed non vitiare contractum iuxta prædicta, vide in §. *Collecta num.* 4.

Multum refert in hac materia, an pactum ſit illicitum, vel vſurarium, nam illicitum vitiatur, & non vitiat, vſurarium verò vitiat ipſum contractum, & facit fructus imputari in ſortem, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 91. *num.* 3. *vol.* 3. latè Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 1.

Quòd pacta contra ſubſtantiam, & primæuam naturam contractus non valeant, *l. pacta conuenta ff. de contrah. empt. l. cum precario ff. de precar.* Pacion. *de locat. cap.* 49. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi de pacto negatiuo remiſſionis non faciendæ conductori, vt non valeat, ſi impedimentum proueniat ex facto locatoris, vel eius, quem locator impedire poterat, cùm ſit de ſubſtantia locationis, vt locator patientiam præſtet, & agat vt conductor vti, & frui poſſit re conducta, *& num.* 15. *& ſeqq.* vbi quid in ſtatuto diſponente remiſſionem non eſſe faciendam etiam pro impedimento proueniente ex facto locatoris.

27 Pactum de anticipata ſolutione in contractu cenſuali reijcitur, & habetur pro non appoſito, non tamen vitiat contractum, Cenſ. *de Cenſ. quæſt.* 54. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 8. *in fine, cap.* 141. *n.* 15. *&c. cap.* 679. *num.* 20. *&c. num.* 30. *&c.* Caualer. *deciſ.* 509. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 365. *num.* 19. *& ſequentib.* vbi tamen quòd iſtud procedit in ſolutionibus coactis, & vigore pacti, quæ ſunt prohibitæ, ſecus autem in voluntarijs, quæ ceſſante pacto fieri non prohibentur.

28 Pactum quòd venditor cenſus teneatur ad caſus fortuitos eſt licitum reſpectu contingentium in fructibus rei cenſuatæ, ſecus autem in ipſa re cenſuata, ceſſante debitoris culpa, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 55. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 587. *num.* 2. *&c.* Seraphin. *deciſ.* 1418. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 35. *num.* 8. Leotard. *de vſur. quæſt.* 64. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi latè declarat, vide in §. *Caſus num.* 11.

29 Pactum reſtringens liberam facultatem alienandi rem cenſuatam directè, vel indirectè eſt nullum, cùm debeat ſemper poſſe alienari liberè abſque vlla laudemij ſolutione, quamuis tranſeat in acquirentem cum onere ſuo; valeret tamen quòd potiùs alienetur domino cenſus, quàm alteri, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 56. *per tot.* vide in §. *Dominus num...*

30 Pactum quòd debitor cenſus propter moram in ſoluendo teneatur ad aliquòd intereſſe lucri ceſſantis non valet, niſi intereſſe eſſet intrinſecum, veriſimile, & proportionabile, vel niſi liquidè probaretur, ſiue eſſet damnum emergens, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 57. Gratian. *diſcept. for. cap.* 987. *num.* 3. *&c.* vbi quando debeatur intereſſe de intereſſe in cenſibus, Franch. *deciſ.* 254. *num.* 12. *&c.* Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 15. *per tot.*

Item quòd debitor cenſus propter moram teneatur ad aliquam pœnam eſt illicitum etiam in foro conſcientiæ, niſi ab initio fuiſſet venditus cenſus minori pretio, hoc addito quòd propter moram reducatur ad iuſtum, & rigoroſum, Cenc. *de Cenſ. d. quæſt.* 57. *num.* 21. *&c.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 587. *num.* 8.

Item quòd debitore cenſus ceſſante in annua reſponſione, res cenſeatur vendita, & in ſolutum data pro iuſto pretio creditori cenſus eſt illicitum, & nullum, quamuis regulariter valeat in alijs contractibus, Barr. *in l. quamuis ff. de ſolut.* Cenc. *d. quæſt.* 57. *num.* 30. *&c.* Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 2. vbi poſt plura de materia legis Commiſſoriæ concludit *num.* 72. huiuſmodi pactum in cenſibus vitiari, & non vitiare contractum, dixi ſupra *num.* 9.

Item quòd debitor cenſus propter moram in ſoluendo amittat rem cenſuatam, vel aliquam eius partem eſt indiſtinctè nullum ſecundum Cenc. *de Cenſ. dict. quæſt.* 57. *num.* 18. licèt aliqui teneant valere ſi ex æquo compenſetur, aucto ſcilicet pretio cenſus, vel ſi reſtringatur dumtaxat ad ratam pecuniæ exburſatæ, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 80. *num.* 7.

De dictis pactis vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 93. *n.* 3. *& ſeqq. vol.* 3. vbi videtur concludere quòd de iure valeant, ſed damnentur per Bullam B. Pij Quinti de Cenſibus, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de cenſ. quæſt.* 17. *per tot. fol.* 296. vbi etiam an vitient contractum, vel vitientur pacta, & videtur concludere cum diſtinctione, de qua ſupra *num.* 5.

Pactum quòd dominus cenſus propter moram debitoris poſſit propria auctoritate capere fructus rei ſubiugatæ ſi ſit in pœnam moroſitatis, eſt nullum, ſi verò ad faciliorem exactionem, eſt permiſſum, & licitum, maximè ſtante clauſula precarij, cuius virtute poterit à iudice petere aſſociationem etiam contra tertios poſſeſſores, & ideò erunt ponderanda verba pacti, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 57. *num.* 34. *&c.* 31

An autem valeat pactum, quòd debitore exiſtente in mora, fundus diſtrahi poſſit, non ſolùm pro redditibus maturis, & maturandis, verùm etiam pro capitali, negatiuam probant Cenc. *d. quæſt.* 57. *num.* 33. quamuis contrarium teneat Fed. Martin. *tract. de iur. cenſ. cap.* 6. *num.* 272. *&c.*

Pactum quodlibet auferens, vel reſtringens facultatem redimendi cenſum eſt illicitum, & contra naturam, ac ſubſtantiam cenſus, cùm huiuſmodi facultas debeat pendere à mera voluntate debitoris; ſicut etiam eſt illicitum, quòd debitor non poſſit niſi intra certum tempus redimere, intelligendo vigore Bullæ B. Pij V. de Cenſibus, cùm illa ſecluſa valeret, ſicuti valet in cæteris contractibus, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 59. *num.* 16. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 258. *num.* 17. *&c.* Caualer. *deciſ.* 509. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 91. *vol.* 3. vbi concludit non valere dictum pactum, etiam ſecluſa Bulla, de qua non meminit, & allegat Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 9. ac alios, adde Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 121. vbi quòd ſtante dicto pacto nulli debentur fructus, & ſoluti imputantur in ſortem. 32

Item quòd cenſus non poſſit redimi niſi eadem ſpecie monetæ, qua fuit emptus, eſt illicitum, Cenc. *d. quæſt.* 59. *num.* 26. *&c.* quamuis Bonac. *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *num.* 35. teneat valere, niſi emptor probabiliter crediderit valorem eſſe augendum, de cuius dicto non eſſe fidendum, inquit Cenc. *loc. cit.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 215. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 1. *& deciſ.* 43. *num.* 3. *&c. vol.* 3. *& deciſ.* 92. *vol.* 3.

Valeret tamen quòd non poſſit redimi niſi proprijs pecunijs, & ab ipſo venditore tantùm, vel eius hæredibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 258. *num.* 26. *&c.*

Pactum quòd in caſu redemptionis cenſus, pecunia debeat reinueſtiri eſt validum, & ſeruandum, adeò vt non facto huiuſmodi reinueſtimento debitor non liberetur, & cenſus non remaneat extinctus, cùm non reſtringat facultatem redimendi, ſed tantùm inducat modum ſeruandum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 45. *num.* 19. *& per tot. facit in cap.* 229. *&* 230. ſequitur Cenc. *de Cenſ. q.* 59. *num.* 35. *&c.* vide in §. *Pecunia num.* . . . *&* §. *Pretium num* ... 33

Pactum quòd debitor cenſus poſſit intra certum tempus, vel poſt certum tempus adſtringi ad redimendum, & ſic quòd poſſit repeti ſors principalis eſt illicitum, etiam in caſu, quo debitor efficeretur decoctus, adeò vt creditor prohibeatur aliquos fructus percipere, & perceptos teneatur in ſortem computare, cùm ſtante dicto pacto non efficiatur emptio cenſus, ſed purum mutuum, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 60. Gratian. *diſcept. for. cap.* 14. *per tot. cap.* 258. *num.* 25. *& cap.* 717. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 93. *volum.* 3. Rot. *in Neapolitana* 34

Digitized by Google

domorum 13. *Maij* 1641. coram Veroſpio *part. 9. recent. vol. 1. deciſ. 20. num. 8. & ſeqq. per tot.*

Quo debitor cenſus teneatur illum redimere, ſi ſit moroſus per aliquot annos, non eſt vſurarium, cùm cenſeatur adiectum cauſa facilioris exactionis, & non inducat præciſam neceſſitatem; eſt tamen illicitum, quia repugnat Pontificum Conſtitutionibus, niſi eſſet iuratum, vià tunc propter inobſeruantiam corrueret contractus, & poſſet illo reſoluto repeti ſors principalis, quando ſumus in ipſomet iurante, ſecus in eius hærede; ac etiam redderetur vtile, & validum, ſi fuerit additum, vt in dicto caſu dominus cenſus teneatur imputare in ſortem quidquid hucuſque perceperit, Cenc. *de Cenſ. quæſt. 60. num. 11. & ſequentib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 258. num. 20. &c. cap. 587. per tot.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 57.* vbi reſtituendi ſortem cenſus in caſu non adimplementi promiſſorum, eſt validum pactum, ac eius vigore poteſt agi ad ſortem loco damnorum, & intereſſe, Caluin. *de æquit. lib. 1. cap. 23.* vbi latè probat poſſe cenſuarium contumacem in ſoluendo, ad reſtitutionem ſortis compelli, ac ità quotidiè per Senatum Mediolani practicari.

35 Pactum quòd fundus cenſitus intelligatur locatus creditori, nec poſſit reuocari locatio, donec non redimatur cenſus, tamquam cogens per indirectum ad redemptionem eſt illicitum, & reprobatum, licèt contractus principalis ſuſtineatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 777. nu. 1. &c. cap. 717. per tot.* Cenc. *de Cenſ. d. q. 60. num. 41.*

Item quòd dominus cenſus retineat loco pignoris fundum vſque ad concurrentem quantitatem redditùum donec redimatur, vel pignora aliqua pretioſa, & vendibilia æquiualentia eſt illicitum, tùm quia cogit per indirectum ad redemptionem, tùm etiam quia tunc emptor videtur penes ſe habere ſortem principalem, Cenc. *d. quæſt. 60. num. 45. &c.*

Quòd pacta inducentia neceſſitatem redimendi cenſum, quamuis reſpectu principalium ſint illicita, tamen valeant reſpectu fideiuſſorum, qui ſibi poſſunt prouidere, vt debitor teneatur illos eximere ab obligatione, niſi adſit timor colluſionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 49. num. 15. &c.* Cenc. *d. quæſt. 60. num. 52. &c.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 13. num. 7. & 8.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 118. num. 5. &c.* vbi quòd eſt valida promiſſio de extinguendo quando non eſt facta ipſis creditoribus, ſed debitori ex interuallo, *& part. 18. deciſ. 771. num. 9.* vbi quòd pactum extinguendi fieri poteſt cum fideiuſſore ceſſante tamen ſuſpicione fraudis, & colluſionis.

36 Pactum reuendendi in fauorem emptoris appoſitum, vt ſcilicèt non poſſit fieri redemptio niſi lapſo tanto tempore inducit præſumptionem fraudis, & vſuratum, vt nempè creditor faciat fructus ſuos ex pignore, vel velamine venditionis, cùm verè contractum fuerit pignus, Tiraquel. *de retract. conuent. in præfat.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 122. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 258. per tot.* plenè Mart. Medic. *Exam. 20. cum tribus deciſ. ſeqq. per tot. & Addit.* Tuſch. *lit. P. concl. 26.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 95. num. 1. & ſeqq. vol. 3.* Ricc. *Collect.* 3073. vide in §. *Venditio num. 56.* vbi plura, Fontanel. *deciſ. 85. & 86. per tot.* Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 52. num. 1. & ſeqq. per tot.* vbi alia plura de pacto reuendendi.

Quòd pactum de retrouendendo regulariter ſit licitum, & honeſtum, & in dubio dicatur factum ad fauorem venditoris, ſi velit eo vti, non autem poſſit compelli, ſicut è contra ſi venditor ſe obligauit redimere, tenetur volente emptore, & non aliàs, Card. Tuſch. *lit. P. concluſ. 24. & 25.* facit Rot. *part. 13. recent. deciſ. 509. nu. 12. & 13.* vbi quòd contractus cenſetur tantùm reſolutus volente eo, in cuius fauorem reſolutio adiecta fuit, & ideò poteſt induci eius ratihabitio etiam poſt lapſum tempus. Plura pro validitate dicti pacti, & ad excluſionem vſuræ, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 94. per tot.* vide in §. *Venditio*, Giballin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 5. art. 3. & 4. per tot. fol. 147. &c.*

37 Pactum reuendendi poſitum in gratiam venditoris, facit rem minus valere, non tamen facit ſilere remedium, *l. 2. C. de reſcind. vend.* latè Tiraquel. *de retract. conuent. in præfat. num. 25. &c.* Secus autem eſſet quando facultas redimendi concederetur ex liberalitate, & ex interuallo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 786. num. 17. &c.* Gregor. *deciſ. 492. num. 9.* Rot. *part. 4. recent. deciſ. 492. & part. 10. deciſ. 192. num. 39.*

Quòd minuat pretium circa tertiam partem, idem Gratian. *cap. 600. num. 8. cap. 258. num. 32. & cap. 26. nu. 4. &c.* intelligendo quando eſt abſolutum, & indefinitè appoſitum, Gam. *deciſ. 137. num. 2. deciſ. 178. num. 9.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 389. verſ. Iſti, &c.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 94. num. 12.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Pactum fol. 27. col. 2.* vbi quòd tale pactum importat triginta pro quolibet centenario.

Quòd de ſtylo Rotæ æſtimetur tantùm ad ſextam partem, idem Gratian. *cap. 616. num. 7. &c.* vide Staiban. *de Intereſſ. lib. 2. tit. 9. quæſt. 1. num. 60. &c.* Mart. Medic. *deciſ. 33. num. 29. & ſeqq.* Rot. *part. 4. recent. deciſ. 64. n. 13. deciſ. 344. num. 13. & part. 10. deciſ. 192. num. 40.* intelligendo quando eſt ad certum tempus reſtrictum, *& part. 12. deciſ. 316. num. 8. &c.* alias ſi ſit indefinitum minuit in tertia parte, vt ſupra, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 94. num. 12.*

Quòd quando eſt pactum perpetuum, & liberum quandocumque minuat pretium rei in tertia parte; quando vero eſt temporale non in tertia parte minuat, ſed proportionabiliter, habita ratione temporis, & ſi ſit limitatum in damnum venditoris, vt ſcilicèt non poſſit redimere niſi lapſo certo tempore, non ſolum nihil minuit de pretio, ſed imò addita iniuſtitia illius facit præſumere contractum vſorarium, cùm appareat emptorem velle quocumque modo lucrari fructus illius temporis, Rot. *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 17. num. 4. & ſeqq. ad* 10. Tuſch. *lit. P. concl. 26. & 27.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 95. num. 3. &c. volum. 3.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 316. num. 8. & ſeqq.* vbi etiam ſi ſit ad breuiſſimum tempus puta menſis nihil, aut parum venit æſtimandum, imò colluſionem, & læſionem magis arguit, *& part. 17. deciſ. 343. num. 14. & 15.* vbi quòd pactum redimendi temporale non eamdem ſemper operatur diminutionem, ſed quandoque maiorem, quandoque minorem ad ratam temporis. Et cùm dictum pactum habeatur pro parte pretij, vt ſupra, non valente venditore redimere, ſuccurritur ei de æquitate, vt iuſtum pretium ſuppleatur ab emptore, maximè vbi læſio ſit grauis, Bart. & alij in *l. græce §. illud ff. de fideiuſſ.* Coſta *remed. ſubſid. 12. per tot.* cum alijs per Caluin. *de æquit. lib. 3. cap. 215.* vbi refert etiam contrarium tenentes, facit quod dixi in §. *Læſio num. 9.*

Pactum reuendendi ſimpliciter appoſitum ſine temporis præfinitione durat triginta annis, ſicut & retractus competens vigore ſtatuti aliter non diſponentis, Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 2. & per totum*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 86. num. 4. & ſeqq. vol. 3.* vbi refert contrarias opiniones, latè Fontanel. *deciſ. 75. & ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 43. num. 61.* 38

An autem, & qualiter interrumpatur huiuſmodi præſcriptio propter malam fidem, vide Gratian. *diſcept. for. cap. 786. num. 24. &c.*

Ita conceptum, vt perpetuò, & quandocumque liceat venditori redimere, propter infinitatem vitandam non etiam durat vltra triginta annos, Tiraquel. *vbi ſup. num. 6. & ſeqq. ad* 40. niſi adeſſet iuramentum, vide in §. *Ius congrui num.* 18. §. *Iuramentum num.* 47. & §. *Præſcriptio num.* 25. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 2. num. 1. &c. cap. 433. num. 61. &c. cap. 745. num. 82. &c.* Magon. *deciſ. Floren. 105. num. 1. &c.* Roland. *conſil. 21. lib. 2.* Marcſcot. *var. reſol. lib. 2. cap. 57. per tot.* Mart. Medic. *deciſ. 35. num. 33.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 387. & ſeqq. fol.* 500. Couar. *var. reſol. lib. 1. cap. 9.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 6. per tot.* Viui. *comm. opin. 957.* Cabal. *conſil. 123. lib. 1.* Chriſtin. *deciſ. 86. num. 5. &c. vol. 3. & deciſ. 84. num. 7. volum. 4.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 311. num. 2. & ſeqq.* vbi etiam ſi adſit iuramentum, nam illud producit præſcriptionem ad quadraginta annos tantùm, & non vltra, *& part. 13. deciſ. 232. num. 1.*

Quòd imò dictum pactum numquam præſcribatur, Minſing. *obſeruat. 16. per tot.* Ludouic. *deciſ. Luc.* 52. quos refert, & reprobat Gratian. *d. cap. 433. num. 67.* alios tenentes hanc opinionem, ſed primam eſſe veriorem, & magis communem refert, & teſtatur Surd. *deciſ. 2. per tot. & deciſ. 34.* vbi quòd ſtante modicitate

pre-

Digitized by Google

pretij debet venditor admitti ad redimendum ex æquitate non obſtante temporis lapſu, Ricc. *Collect.* 3073. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 186. *num.* 19. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 559. *num.* 8. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 4. *&c.* vbi etiam an poſſit mora purgari ſaltem per reſtitutionem in integrum.

Aliàs autem tranſacto tempore non ampliùs admittitur, Gratian. *cap.* 786. *num.* 29. *&c.* Ludouiſ. cum Beltramin. & Mantic. *loc. cit. per tot.* vide in §. *Venditio num.* .. Tuſch. *litt. P. concl.* 30. *&* 31. *per tot.* vbi quamdiù duret, & quanto tempore præſcribatur, Chriſtin. *loc. cit.*

Quòd ſtante enormiſſima læſione in pretio, pactum prædictum temporale efficiatur perpetuum, Hoſtienſ. *de vſuris num.* 8. *verſ. an aliquo caſu*, Tiraquel. *de retract. coment. gloſ.* 2. *num.* 53. Menocb. *de Arbitr. caſ.* 217. *num.* 3. cum alijs per Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 116. *per tot.*

39 Pactum de retrouendendo quando eſt in rem conceptum, vel pro illius obſeruantia ſuit hypothecata res ipſa, poteſt exerceri contra ſecundum, vel alium vlteriorem emptorem, & poſſeſſorem, Boer. *deciſ.* 182. *num.* 48. Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 186. Cabal. *conſil. deciſ.* 96. *per tot. lib.* 1. Palma *conſ.* 26. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 3. *&* §. 3. *gloſ.* 1. *in princ.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 32. *num.* 44. *& ſeqq. ad* 97. Crauet. *conſ.* 12. *num.* 7. latè Fontanel. *deciſ.* 79. 80. 81. *&* 82. *per tot.* Manſ. *Conſult.* 271. *lib.* 3. Caldas Pereyra *quæſt. for. cap.* 38. *per tot.* vbi contra, vide Magon. *deciſ. Flor.* 105. *per tot.* vbi quòd Rota Florentina ſeruat non exerceri contra tertios poſſeſſores, ſed tantùm dari actionem ad intereſſe aduerſus promiſſores, maximè quando ſimpliciter, & non verbis reſolutiuis ſuit conceptum, & facit *in deciſ.* 26. *num.* 4. *& num.* 29. plenè hincindè Matt. Medic. *deciſ.* 35. *num.* 6. *& ſeqq. cum Addit.* Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 98. *per tot.* Tuſch. *lit. P. concl.* 229. *num.* 15. *&c.* Borgn. *deciſ.* 16. *part.* 2. Anton. Fab. *de error. Pragmat. deciſ.* 24. *err.* 1. Alex. Raudenſ. *deciſ.* 16. *num.* 196. Fachin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 15. Couar. *var. reſol. cap.* 8. *lib.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 86. *num.* 8. *& ſeqq. vol.* 3.

An autem pactum quòd præferatur coniunctus in caſu venditionis, tranſeat actiuè ad ſingularem ſucceſſorem, videtur affirmatiuè reſpondendum, cùm poſſit cedi, & ſit reale: ſed contra quòd imò ſit perſonale, & non egrediatur perſonam paciſcentis, maximè coniuncti, niſi aliter de mente contrahentium appareat, deciſum refert Sanfelic. *deciſ.* 172. *per tot.*

Quòd pactum affrancandi tranſeat nedum ad hæredes, ſed etiam ad ſingulares ſucceſſores, dicit verius Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 745. *num.* 81. Caualer. *deciſ.* 662. Rot. *part.* 12. *recent. in append. deciſ.* 413. *num.* 50. *&c.*

Plura de pacto francandi qualiter dicatur eſſe in bonis venditoris, qui poſſit de illo diſponere, vendere, & alienare, ac creditoribus hypothecare, etiamſi per lapſum temporis fuerit finitum, ſi emptor conſentiat moram purgari, & illam remittat, Cagnol. & alij *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 43. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 64. *num.* 17. *& ſeqq.* Vrceol. *conſult. for. cap.* 59. *num.* 11. *& ſeqq. vol.* 2.

40 Pactum reuendendi eſt ex vtraque parte ad hæredes etiam extraneos tranſitorium, niſi ſecundum aliquos ſit adiecta taxatiua tantùm, vel ſimilis, Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 2. *&c.* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 25. *per tot.*

Et ideò poteſt etiam cedi, & vendi, cùm id, quòd eſt tranſmiſſibile, ſit etiam ceſſibile, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 903. *num.* 2. *&c. cap.* 978. *num.* 3. *&c.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 26. *gloſ.* 3. *per tot.* Tuſch. *lit. P. concluſ.* 33. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 95. *num.* 4. *vol.* 3.

Quòd ſi ſint plures venditores, ad quorum fauorem ſit appoſitum dictum pactum, vel plures hæredes vnius venditoris poſſit vnus tantùm ex illis agere in ſolidum ad retractum, præſtita cautione de tradendo partem alijs, qui poſtea velint reemere, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 330. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 28. *per tot.* Cabal. *conſ.* 159. *num.* 5. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 6. *n.* 38. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 28. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 88. *num.* 4. *volum.* 3. Ricc. *Collect.* 2641. Sanfelic. *deciſ.* 122. vide §. *Iuſcongrui n.* 20. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 301. *num.* 1.

Si autem vnus tantùm vellet redimere partem ſuam, & alij recuſent, non tenetur emptor partem illam reuendere, quia ab initio non emiſſet, niſi totum fundum eſſet habiturus, Roncbegall. *in l. eadem num.* 64. *ff. de duobus reis*, Menocb. *lib.* 3. *præſumpt.* 137. *in fine.* Paul. Chriſtin. *dict. deciſ.* 88. *num.* 3. *volum.* 3. Sanfelic. *dict. deciſ.* 122. *num.* 4. *&* 5. vbi tamen quòd ſi plures vendidiſſent ſeparatim, vnuſquiſque admitteretur ad ſuæ partis luitionem.

An autem qui reuendere promiſit poſſit præcisè compelli ad reuendendum, Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 88. *num.* 1. *&* 2. vbi refert contrarias opiniones, vide in §. *Promiſſio num.* 1. *&c.*

Pactum reuendendi non expreſſa quantitate pretij ſoluendi, an intelligatur pro eodem pretio primæ venditionis, vel pro iuſto, ſiue quòd ab alijs reperiri poterit, Soc. *in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig.* Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 3. *num.* 2. Chriſtin. *deciſ.* 90. *num.* 5. *vol.* 3. vbi quòd debet depoſitari de tempore retractus, vide in §. *Iuſcongrui num.* 26. 41

Qualiter volens vti dicto pacto teneatur pretium conſignare, vel realiter offerre, & quid ſi non offeratur integrum, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 87. *vol.* 3.

Pactum reuendendi appoſitum in ipſa venditione excludit vicinos, & conſanguineos, quibus ex forma ſtatuti competeret retractus, ſecus ſi ex interuallo; non tamen dicti vicini, vel conſanguinei cenſerentur excluſi à retrahendo pro interim cum huiuſmodi onere reuendendi, Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 1. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 242. *num.* 33. *&c.* vide in §. *Iuſcongrui.* 42

Quòd in præiudicium vicinorum, vel conſanguineorum non poſſit tempus prorogari, Altograd. *conſ.* 67. *n.* 3. *& ſeqq. & conſ.* 68. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 2. vbi declarat doctrinam Tiraquelli.

Quòd pactum de retrouendendo non tantùm per inſtrumentum, ſed etiam per teſtes, & alijs modis legitimis probari poſſit, Tiraquel. *de retract. conuent.* §. *fin. nu.* 61. *&c.* Tuſch. *litt. P. concl.* 34. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 95. *num.* 5. *&c. vol.* 3. plenè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1142. *per tot.*

Pactum redimendi quando aderit commoditas pecuniarum tamquam conditionale ſeruit quaſi de vento, nam ad hoc vt illi locus ſit, debet probari penes obligatum exiſtentia pecuniarum, cùm non teneatur res proprias vendere ad hunc effectum, nec dicatur quis poſſe redimere, niſi hoc commodè facere poſſit ſine læſione rei familiaris, Rot. *in Narnien. terrarum* 6. *Februarij* 1627. coram Manzanedo apud Scanarol. *de viſit. carcer. in Appendice deciſ.* 20. *per tot.* 43

Quòd importet pactum quòd res empta reſtituatur, ſi ab alio plus reperiatur, Tuſch. *lit. P. concl.* 20.

Pactum de retrouendendo per minorem appoſitum in emptione per eum facta, non valet ſine debitis ſolemnitatibus, maximè ex interuallo, & requiruntur ſolemnitates etiam in emptione, licèt ſtatutum loqueretur ſimpliciter de venditione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 26. *per tot. & cap.* 242. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 188. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. *final. num.* 13. *&c.* Menocb. *de arbitr. caſ.* 171. *num.* 31. vbi videtur idem tenere, etiam ſi incontinenti ſit appoſitum, vide in §. *Minor num.* 32. Fachin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 89. *num.* 2. *volum.* 3. latè Olea *de ceſſ. iur. tit.* 2. *quæſt.* 2. *per tot.* vbi defendit dictum pactum, & alia ſimilia in ipſo actu acquiſitionis appoſita valere, ſecus ſi ex interuallo, Hieron. Cala *de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 5. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 301. vbi quòd ſuſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus ex interuallo, ſi contractus principalis fuerit legitimè ſtipulatus ratione connexionis, & indiuiduitatis pacti prius conuenti. 44

Quòd poſſit apponi per tutorem in ipſo contractu, ſecus ex interuallo, Altograd. *conſ.* 68. *num.* 1. *&c. lib.* 2. Chriſtin. *loc. cit.* Rot. *part.* 18. *recent. d. deciſ.* 301. *nu.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd non poteſt per tutorem apponi ex interuallo per nouam conuentionem, ſed benè per declarationem, & recognitionem bonæ fidei, ſi ante ſtipulationem contractus de eo fuerat conuentum.

45 Pactum de retrouendendo an competat fructus pendentes tempore tetractus, vel etiam perceptos à tertio, vel vlterius emptore poſt intentatum tetractum, & factum depoſitum contra primum, Paul. Chriſtio. *deciſ. Belgic.* 90. *volum.* 3. *num.* 1. *&c.* facit quod dixi in §. *Fructus num.*34.

Item an incrementum alluuionis ſpectet ad retrahentem, ſiue ad emptorem, Chriſtin. *d. deciſ.* 90. *num.* 4. *vol.* 3. vbi refert tres opiniones, & tenet ſpectare ad emptorem, ſecundum Theſſ. *deciſ.*140. Fachin. *lib.*2. *cap.* 6. *contr. iur.*

De materia pacti de retrouendendo plenè Fontanel. *deciſ.*69. *cum pluribus ſeqq.* Hermoſil. *leg.*42. *gloſ.* 1. *fol.*646. Concinl. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.*2. *Rub.* 52. *per tot.* Vela *Diſſert.*32. *per tot.*

46 De diuerſis pactis multa notabilia deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Pactum*, Cancer. *var. reſolut. part.*3. *cap.*7. *per tot.* & alia remiſſiuè Caſtcion. *Alphab. iurid. verb. Conuentio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Pactum fol.*265. *&c.* Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. in diuerſis locis, vt in Indice in fine part.* 3. *verb. Pactum*, Vela *Diſſert. iur. contr. in Indice verb. Pactum*.

47 De pacto redimendi cenſum inter eius debitorem, & alium tertium an valeat, & alia, Vela *Diſſert.* 27. *per tot. vol.* 1. vide in §. *Cenſus*.

48 Pactum ad fauorem creditoris capiendi, & ingrediendi propria auctoritate poſſeſſione bonorum debitoris, quid operetur, an poſſit exerceri contra tertium poſſeſſorem non citatum, & alia, Andreol. *contron.*421. *per tot.* Et an valeat pactum quòd debitor poſſit propria creditoris auctoritate capi, & huiuſmodi, latè Florid. Mauſon. *tract. de cauſ. execut. quæſt.* 1. *& ſeqq.*

§. PAPA. II.

1 Papa à nullo mortalium redargui, vel iudicari poteſt, niſi eſſet à fide deuius, & ſic tantùm pro vera hæreſi (quod abſit) & tunc eius Iudex competens eſſet Collegium Cardinalium, Clar. §. *fin. quæſt.*35. *verſ.*5. *&c.* Viui. *comm. opin.*584. latè Roman. *conſ.*523. *per tot.* Guaz. *deff.* 1. *cap. vlt.* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 80. vbi de quibus poſſit accuſari, & deponi, Dec. *in cap. Eccleſia S. Mariæ num.*62. *& ſeqq. de Conſtit.* Cæſar Cala *de ferijs quæſt.*5. *num.*997.

Quibus titulis nominetur, & qualis eſſe debeat, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 40. *per tot.*

Quòd ſit omnium ſuperior Prælatos, habeat plenitudinem poteſtatis, & alia, latè Tuſch. *litt. P. concluſ.*41. *cum pluribus ſeqq. per tot.*

Quòd ſolus D. Petrus fuerit Pontifex, & caput Eccleſiæ à Deo conſtitutus, eique in ordine ad Papatum, & Primatum fuerit ſubditus D. Paulus, quidquid nonnulli probare tentauerint, etiam D. Paulum fuiſſe Pontificem, & Caput Eccleſiæ ſimul cum D. Petro, latè tuetur reſpondendo ad argumenta contraria Dian. *part.*9. *poſt tract.* 9. *tit. de Primatu Petri per tot.*

2 Papa non poteſt ſine iuſta cauſa abſoluere à iuramento licito, & honeſto, cùm obligatio ex illo proueniens ſit de iure naturali, & diuino, Euerard. *loc. à vi iuram. num.*61. vide in §. *Abſolutio num.*..

Quam poteſtatem habeat ſupra ius poſitiuum, Ricc. *Collect.* 827. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *num.* 132. *& ſequentib. part.* 9. *recent.* vbi etiam de alijs Principibus.

Qualiter poſſit commutare teſtatorum voluntates, ita vt hæres diſpenſatus nullam pœnam, vel caducitatem ſibi adiectam incurrat, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*408. vide in §. *Voluntas num.*4. *&c.*

3 Papa à nemine poteſt tamquàm ſuſpectus allegari, & recuſari; debet tamen ipſe, ſi iuſta ſubſit cauſa ex quadam honeſtare ſi velit, cauſam alteri delegare, Menoch. *de arbitr. caſ.*458. *num.*59. *&* 60. vide in §. *Iudex num.*..

Qualiter ſit omnium Superior, & Iudex, & ad eum appellent, qui non habent ſuperiorem, latè Tuſch. *lit. P. concl.*41. *per tot.*

4 Papa diſpenſare poteſt etiam in voto ſolemni per profeſſionem emiſſo, vt Regularis, Clericus, Monachus, vel Eques Hieroſolymitanus ducat vxorem, ex vrgentiſſima tamen neceſſitate, & magna, ac iuſta cauſa, alias ſecus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 457. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tract.*12. *reſolut.*1. *per tot.* vbi plenè Viui. *comm. opin.* 580. *num.*3. vide in §. *Clericus num.*82.

An poſſit diſpenſare in primo gradu affinitatis, vel conſanguinitatis, Dian. *part.* 4. *tract.*4. *reſol.*93. *per tot.* vide in §. *Diſpenſatio num.*2. latius idem Dian. *part.* 8. *tract.* 1. *reſolut.*67. *& ſeqq.*

Quòd in multis caſibus non poſſit diſpenſare contra ius diuinum, & quando ſecùs, Tuſch. *litt. P. concl.*69. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tract.*3. *reſolut.* 2. *& ſeqq.* Thom. de Rota *tract. de reſident. Epiſcop. cap.* 3. *per tot.* vbi quòd licèt Papa nequeat in lege naturali, vel diuina poſitiua diſpenſare directè tollendo vinculum legis naturalis, vel diuinæ, tamen benè poteſt interpretari, & declarare ius diuinum in aliquo particulari caſu non procedere, maximè in ijs, quæ originem habent ab humana voluntate, vt in reſidentia Epiſcopali, & ſimilibus, quamuis ius diuinum abſolutum non ſubiaceat Pontificiæ diſpenſationi.

Papa quo more ſeruato ſalutari debeat, & an ipſe vlli 5
mortalium reuerentiam faciat, vel aſſurgat, & quibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*538. *num.*37. *&c.*

Plura de adoratione, qua Summus Pontifex à Catholicis veneratur, qualiter ſit permiſſa, & debita ad confutationem hæreticorum, Dian. *reſol. moral. part.* 11. *in fine tract. de adorat. Sum. Pontif. per tot.*

Multa de electione Papæ iuxta morem præſentium temporum, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *per tot. fol.*141. *& ſeqq.* alios citaui in §. *Electio num.*9.

Papa dirigendo ſalutationem excommunicato, præſu- 6
mitur illum abſoluere, & an vtatur ſalutatione in litteris directis excommunicato, ſchiſmatico, & ſimilibus, Gratian. *d. cap.*538. *num.*58. *&c.*

Papa in conferendo beneficia poteſt concurrere cum 7
omnibus alijs Collatoribus Ordinarijs, & ius prouiſio in dubio præfertur, vbi non conſtat de anteriori collatione Ordinarij, Caualer. *deciſ.* 184. *num.* 1. *&c.* latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 25. vbi an præſumatur voluiſſe præuenire Ordinarium Collatorem, vel prouidere tamquam de reſeruato, qualiter omnis gratia ſit iuſtificanda, & alia.

Qualiter Papa ſit dominus omnium beneficiorum, & omnium bonorum Eccleſiaſticorum, DD. *in c. quæ in Eccleſiarum de Conſtitut. & in c.* 2. *de præbend. in* 6. Dian. *part.*11. *tract.*3. *reſolut.*14. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.*254. *art.*1. *part.*9. *recent.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*357. *per tot.*

Papa qualiter teneatur tueri Eccleſiam, habet vtrum- 8
que gladium, & poteſtatem, ſpiritualem ſcilicet, & temporalem, duplicem adminiſtrationem, particularem, & vniuerſalem, poteſt cedere, & renunciare Papatui, poteſt omnia, quæ ſunt iuris poſitiui, & quomodo iſtud intelligatur ex iuſta cauſa, quæ non poſſit, non præſumitur velle contra ius, quid poſſit circa matrimonia, circa commutationem legatorum piorum, circa reſtitutionem vſurarum, an infeudare, vel alienare, qualiter ſit ei obediendum, quid poſſit circa beneficialia, quam iuriſdictionem habeat in laicos, qualiter apponendo manum in aliquo negotio ſtandum ſit illius aſſertioni, vel non, an aſſerendo diſponat, an teneatur ad debita prædeceſſoris, non diuinat, neque iudicat de occultis, an poſſit ſolus ardua explicare ſine Cardinalibus, & alia, latè Tuſch. *lit. P. concluſ.* 40. *& ſeqq. ad* 81. *per tot.* de vltimo dubio Dian. *part.* 5. *tract.* 2. *reſolut.* 4. vbi quòd poteſt, ſed de honeſtate non debet.

An Papa habeat in toto orbe Chriſtiano poteſtatem temporalem, immediatè ſibi à Deo conceſſam ſaltem habitu, cùm eius vſum, & exercitium in ſæculares tranſtulerit, ſunt opiniones, nam aliqui affirmant, alij negant, & pro vtraque parte allegat Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 121. 122. *&* 123. vbi ipſe cum negatiua tranſire videtur, niſi quatenus expediat ad quietem, conſeruationem, & Eccleſiæ defenſionem, ad bonum ſpirituale, ac ad finem Eccleſiaſticæ poteſtatis ſupernaturalem aſſequendum; nam ex his cauſis poteſt ſaltem indirectè exercere ſupremam poteſtatem

Digitized by Google

ſtatem in temporalibus in ordine ad bonum ſpirituale, ac etiam cognoſcere de diſcordijs in re graui inter alios ſupremos Principes neminem in temporalibus recognoſcentes, quando timetur de bello, ſeditione, vel turbatione Reipublicæ, ſiue de fidei Catbolicæ, vel Eccleſiæ dettimento, facit idem Dian. *part. 6. tract. 2. reſolut. 7.* vbi an poſſit eximere laicos à iuriſdictione Principum ſæcularium, vbi an in temporalibus habeat dominium directum, Innoc. Felin. & alij *in c. nouit. de iudic. c. cauſam quæſt.* 2. & alibi Viui. *comm. opin.* 583. adde Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part. 1. lib. 1. tit. 5. fol.* 107. *& ſeqq.* vbi multa de Summi Pontificis auctoritate in ſpiritualibus, & temporalibus, de quibus etiam, & alijs remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iuridic. verb. Pontifex per tot.* Torreblanc. *de Magia lib. 3. cap. 4. per tot.* Et de Papæ autoritate, & poteſtate Auctores tractantes plures indicat Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Papa fol. 271. &c.* Quid poſſit circa Maioratus, Primogenituras, & alia, Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogenitur. Ital. ut in Indice in fine part. 3. verb. Papa.*

Quòd ex prædictis, & alijs rationibus, & exemplis poſſit Papa Principibus ſæcularibus Eccleſiæ benemeritis largiri, & concedere Titulum, & Inſignia Regia, quidquid nonnulli contradicant, latè probat Dian. *part.* 10. *tract. 6. per tot.*

9 Papa an teneatur ſub mortali ad confeſſionem annuam peccatorum, ad horas canonicas, ieiunium, & huiuſmodi, Dian. *reſolut. moral. part. 6. tract. 7. reſolut.* 3. vbi refert contrarias opiniones, & ipſe affirmatiuam ſequitur, quia Papa ſicut alij Principes ſi non vi coactiua, ſaltem vi directiua tenentur ſeruare ſuas leges, facit quod dixi in §. *Princeps num. 2. & 16.* idem Dian. *part. 8. tract. 1. reſol.* 20.

10 Papa quam diſpenſandi, vel ordinandi, & præcipiendi poteſtatem habeat, vel non circa Sacramenta, & illorum adminiſtrationem, vel vſum, latè Dian. *reſolut. moral. part. 8. tract. 1. per tot.* vbi 94. caſus principaliter reſoluit.

Plura de auctoritate Papæ in diſpenſando circa diuerſa, Dian. *d. part. 8. tract. 3. per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit. 1. per tot.* Caſteion. remiſſiuè *in verb. Pontifex per totum.*

Et de infallibilitate decretorum Papæ extra Concilium Generale, ita vt non poſſit errare nec circa fidem, nec circa mores ſtatuendo, latè idem Dian. *part. 11. in fine tract. de infallibil. decret. Rom. Pontif. per tot.*

11 Papa an habeat poteſtatem ſibi ſucceſſorem eligendi, non deſunt auctores, qui id affirmauerint, atque exemplis, & rationibus comprobauerint; ſed tamen verior eſt, & hodie vſu recepta negatiua opinio ad latè tradita per Dian. *part. 10. tract. 5. per tot. & in Addit. in fine d. part. 10. fol. mihi* 441. Ridolphin. *in Prax. part. 1. in præfat. num. 23. & ſeqq.*

12 Papæ aſſertioni ſtandum eſt quando atteſtatur de facto proprio, vel etiam de alieno ſecum geſto; ſecùs autem de facto alieno, niſi fiat motu proprio, de qua concluſione plura Gabriel. *comm. concluſ. tit. de probat. concluſ.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 139. *& concluſ.* 1143. *per tot.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 239. per tot.* vbi plures deciſiones allegat.

13 Papa ex iuſta, & rationabili cauſa diſpenſare poteſt ſuper matrimonio rato, & non conſumato, ad petitionem tamen, & de conſenſu amborum coniugum, vt ſic diſpenſati poſſint etiam tranſire ad ſecundas nuptias, iuxta communem Canoniſtarum ſententiam, licèt plures Theologi contrarium teneant; ita vt retenta dicta Canoniſtarum ſententia non deſinit illam ampliantes ad matrimonium etiam conſumatum ex vrgentiſſima cauſa, & de plenitudine poteſtatis, licèt in hoc contrarium concludant idem Canoniſtæ, nempè Papam in matrimonio conſumato nullo modo diſpenſare poſſe, vt benè probat Viui. *comm. opin. 580. per tot.*

14 Papa cùm in beneficialibus pleniſſimam habeat poteſtatem, poteſt ad libitum etiam ſine cauſa priuare clericum beneficio, & penſione, non autem Epiſcopum ſuo Epiſcopatu ſine iuſta cauſa; priuando tamen clericum titulum canonicum habentem, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono beneficio, vel aliter compenſare læſionem, & damnum illius, Viui. *comm. opin.* 581. *per tot.*

Papa in dubio non cenſetur, nec præſumitur velle Iuripatronatus laicorum præiudicare, niſi expreſsè illi derogauerit, Viui. *comm. opin.* 585. vide in §. *Iuſpatronatus*, & §. *Princeps*. 15

Papa qualiter poſſit principaliter, & in conſequentiam legitimare in toto orbe, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, & quando dicatur legitimaſſe filium ex inceſtuoſo coitu natum, diſpenſando ſuper matrimonio, & alia ad rem, latè Rot. in ſelectis per Farinac. *tom. 1. part. 1. deciſ.* 191. 16

Quòd poſſit Papa diſpenſare in radice matrimonij, etiam in matrimonio iam de facto contracto, & conſumato inter conſanguineos, remouendo tale impedimentum, & approbando matrimonium prout ex tunc, ac perindè ſi ab initio validum fuiſſet, ita vt filij ex eo nati reputentur legitimi, etiam in præiudicium venientium ab inteſtato; & quando dicatur voluiſſe ſic diſpenſare in radice matrimonij, latè Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ. 455. per tot.*

§. PARRICIDIVM. III.

PArricidium dicitur propriè committi quando filius, vel alius deſcendens occidit patrem, vel matrem, a quibus fuit procreatus, vel alium aſcendentem, ſiue etiam alium, qui loco parentis habeatur, vt vitricum, nouercam, Epiſcopum, Prætorem, vel iudicem, patronum, patrem ſpiritualem, nutricem, vel nutritorem, & ſimiles, ac etiam ſi committatur à filio naturali, ſpurio, vel inceſtuoſo, etiam ſi ſit ætate minor, vel per iracundiam occidat, etiam ſi pater occiſus fuerit bannitus, vel etiam ſi filius tantùm emerit, vel præparauerit venenum ad hunc effectum, licèt mors non fuerit ſequuta, vel ſi alteri mandauerit, vel etiam ſi fuerit tantùm conſcius cædis paternæ, nam his omnibus caſibus intrat pœna parricidij, quæ olim, & hodiè fuit, & eſt grauiſſima, & multiplex propter atrocitatem magnam ipſius delicti, non tamen parricidij pœna haberet locum in filio adoptiuo, nec in filio furioſo, vel mentecapto, nec in eo, qui ignoranter tale crimen committeret, nec in eo, qui à patre fuit expoſitus, nec ſi pater cauſam aliquam ingratitudinis, vel minimæ ſæuitiæ commiſerit, propter quam poſſit à filio exhæredari, nec ſi pater fuerit patriæ proditor, vel hæreticus, nec ſi filius ad ſui neceſsariam defenſionem fecerit, cùm tunc non patrem, ſed hoſtem occidiſſe dicatur; puto tamen his etiam caſibus iuxta facti, & perſonarum qualitatem eſſe locum pœnæ extraordinariæ iudicis arbitrio; vt latè declarat videndus Menoch. *de arbitr. caſ. 356. num. 1. & ſeqq. ad* 48. Clar. *in* §. *Parricidium per tot.* Farinac. *quæſt. 120. per tot.* Tuſch. *litt. P. concluſ. 90. per tot.* Ricc. *Collect.* 1860. Lautent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controu. 13. per tot.* vbi quòd committitur parricidium etiam à genero mortem ſoceri affectante, & quando locus ſit pœnæ capitali; etiam effectu mortis non ſequuto, nempè addita aliqua praua qualitate, veluti veneni, proditionis, aſſaſſinij, & ſimilis, vide in §. *Affectus*. 1

Materiam Parricidij tractant Solorzan. *in tract. particular. de Parricid.* Corriad. *deciſ. 96. num. 50. & ſeqq.* & alij relati per Romagner. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 58. num. 7.* Ant. Matthæo *de crim. tit. ad leg. Pomponiam de Parricid.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 5. & ſeqq.* Cabal. *reſolut. crimin. 11. & 15.* Carpzou. *Pract. crim. part. 1. quæſt. 8. & ſeqq.* Berlich. *Pract. concluſ. part. 4. concluſ. 6.* Faiard. *allegat. fiſcal.* 2. Petr. Theodoric. *iudic. crim. tom. 2. cap. 7. tit. de Parricid.* Cruſius *de indic. delict. ſpecial. part. 2. cap.* 34. Muſcatel. *in Prax. tit. de homicid. mediante mandato, &c. num. 68. & ſeqq.* Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part. 2. verb. Parricidium fol.* 278. vbi de infamia iuris, Eccleſiaſtica ſepultura, &c. Queſada Pilo *controu. forenſ. cap. 30. per tot.* vbi quòd iſti delinquentes, præcipuè Matres necantes proprios partus non gaudent immunitate Eccleſiæ, quibus indicijs conuincantur ad pœnam ordinariam, non excuſentur ex minori ætate, & alia, & nouiſſimè, ac latè, alios etiam allegans, & benè

benè declarans Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 6. Rub. de Parricid. per tot.* remiſſiuè Caſtion. *Alphab. iurid. verb. Parricidium*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. p. 5. eod. verb. fol.* 280.

2 Parricidium dicitur etiam quando pater, mater, vel alius aſcendens occidit filium, vel alium deſcendentem etiam naturalem, vel etiam deprehenſum in aliquo crimine, excepto adulterio, vel alium, qui loco filij habeatur, & punitur pœna capitis, vel vltimi ſupplicij, niſi propter iuſtum dolorem excuſetur, vel niſi fuerit commiſſa aliqua cauſa ingratitudinis, propter quam ſit licita exhæredatio, vel niſi id imprudenter acciderit in lecto dormiendo, vel niſi datum fuerit venenum ad euitandam infamiam mortis propter delictum à filio patratum, vel niſi factum fuerit auctoritate Magiſtratus, quem pater ſuſtineat, & filium ob crimen occidi iuſſerit, vel niſi filius monſtrum præſeferet, vel niſi fuerit factus abortus partus immaturi, vel solùm tentatus, nam his omnibus caſibus ceſſat pœna ordinaria parricidij, & imponitur alia extraordinaria iudicis arbitrio pro facti, & perſonarum qualitate, latè Menoch. *dict. caſ. 356. num. 48. & ſeqq. ad* 72. & alij ſupracitati.

3 Parricidium nuncupatur etiam illud homicidium, quod committitur à tranſuerſali contra tranſuerſalem, vt ſi frater fratrem, vel ſororem occidat, niſi occiſus eſſet patriæ proditor, vel ſi vxor occidat maritum etiam bannitum, vel è contra, ſiue ſponſus ſponſam, vel etiam ſi ſolum occidere tentent, niſi vxor ſit in adulterio deprehenſa, Menoch. *d. caſ. 356. num. 72. & ſeqq. ad* 90. vbi etiam quòd parricidium dicitur committi ab extraneo, qui mandatum, auxilium, vel conſilium dedit filio ad occidendum patrem; his tamen caſibus non incurritur propria parricidij pœna, ſed capitis, vel vltimi ſupplicij, iuxta *l. penult. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* adde latè Sanfelic. *deciſ. 337. cum Addit.* vbi quòd parricidium propriè dicitur, quando quis occidit aliquem ex parentibus, vel ex filijs; impropriè verò quando committitur erga fratres, ſorores, vxorem, virum, vel alios, de quibus in *l. 2. 3. & 4. ff. ad l. Pomp. de parricid.* & de illius pœnis in vtroque caſu, adde Matthæu. Sanz. *controu. 9. per tot.* vbi quòd parricidium commiſſum in perſonam coniugis grauius reputatur quàm in perſonam patris, & omnes conſcij, ac participes pœna parricidij acerbiſſima puniuntur, per text. in §. *Alia deinde Inſtit. de pub. iud.* vbi Oinot. & alij.

4 Parricida qualiter priuetur ſucceſſione illius, quem occidit, & omnibus bonis, quorum ipſe erat dominus, ac etiam feudo, & ad quos deuoluantur bona occiſi, vel feudum ipſius parricidæ, latè Menoch. *d. caſ. 256. num. 94. & ſeqq. per tot.* vide in §. *Homicidium num.* 12. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 867. Faiard. *allegat. fiſc. 2. num. 61. & allegat.* 3. vbi etiam ſi pater poſt vulnera accepta alium inſtituerit hæredem cum onere reſtituendi filio, ſi ad ſanam mentem redierit.

An autem parricida aliquando poſſit à pœna ordinaria excuſari, dic quod ſic, ſi delictum ſequatur ex ira nimia in eo concitata ſine cauſa, & ſuppoſito nimio exceſſu in corrigendo, & prouocando, dummodò incontinenti, & non ex interuallo ſequatur; vel ex aliqua alia cauſa, ex qua eſſet licita exhæredatio, tam in patre, quàm in filio, niſi appenſatè, & ex interuallo poſt exortam cauſam ſequatur, quia tunc non fieret pœnæ diminutio, vel ſi ex nimio timore iuſto inſtantis mali, ex pertinacia continuatæ ſæuitiæ, ac ſe defendendo operetur, nam his, & ſimilibus caſibus, prout in alijs homicidijs, poteſt pœna mitigari, vel aliquando expediret huiuſmodi cauſas relinquere indeciſas, ne detur exemplum pœnæ non atrociſſimæ in his atrociſſimis delictis filiorum in parentes, vt colligitur ex Decian. *tract. crim. lib. 9. cap.* 15. Farinac. *quæſt. 120. num. 169. &c.* Anton. Matthæo *de crim. tit. de parricid. cap. 1. & 2.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 15. Cruſ. *de indic. delict. ſpecial. part. 2. cap.* 33. & alijs pluribus citatis per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 1. num. 8. & ſeqq. ad* 51. *& num. 52. & ſeqq.* vbi quòd etiam conſcij, mandantes, auxiliatores, & participes eadem pœna puniuntur; facit quod dixi in §. *Pater num.* 32.

Qualiter ſint puniendi filij percutientes parentes animo occidendi, vel verberantes ſine tali animo, ſiue aliter eos iniuriantes; an poſſit ex officio, & ſine inſtantia parentum contra eos procedi; quid ſi poſtea parentes remittant, & pro illis intercedant, quid in matre, fratribus, quid in furto, & alia, idem Raynald. *d. cap. 6. §. 3. & 4. per tot.*

Alia ad rem facientia dixi in §. *Affectus*, vbi an, & qua pœna puniatur effectu mortis non ſequuto, & plenè Faiard. *loc. cit.*

Quòd parricidæ doloſi non gaudeant immunitate Eccleſiæ, vide in §. *Immunitas num. 18. verſ. Quinto*, Thom. del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 16. Dubit. 24. ſect. 14. fol.* 82.

Parricidium committitur ſæpè per matres, filios in- 5
fantes iam iam natos necando, & puniuntur pœna parricidij, quæ eſt mortis naturalis, prout infra dicetur, *l. ſi quis neſcandi C. ad l. Cornel. de Sicar.* Carpzou. *Pract. criminal. part. 1. quæſt. 9. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 119. num. 22. & quæſt. 122. num.* 156. Graſſet. *de nece prodit. §. 22. num. 1. & ſeqq.* Gob. *conſult.* 139. Berlich. *pract. concluſ. part. 4. concluſ.* 7. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. 6. §. 1. & 5. per tot.* vbi plura notabilia, Griuel. *deciſ. 19. per tot.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 52. num. 2. &c.* Acaranza *de partu cap. 6. num. 11. cap. 11. num. 92. & cap. 16. num.* 18. plenè Quæſada Pilo *controu. forenſ. cap. 30. per tot.* vbi etiam quod admittuntur, & compelli poſſunt filij contra matrem ad deponendum, & probant, nec ex cauſa pudoris poſſunt excuſari præterquam in aliquibus caſibus, veluti ſi non debito tempore peperer int, & ſic partus licèt animatus, non eſſet vitalis; vel ſi benè interrogatæ ignorantes, & ſine dolo fuerint repertæ, vel ſi ſint minores; vel ſi ſuaſionibus matris inductæ, vel ſi dicant peperiſſe mortuum, & illum ſepeliuiſſe, vel partum licèt viuum editum mortuum fuiſſe ſtatim poſt natiuitatem, nam his caſibus excuſantur à pœna mortis ordinaria, & mitiùs arbitrio iudicis puniuntur, puta fuſtigatione, carcere, vel banno, &c. ita vt non ſint huiuſmodi mulieres de facili vltimo ſupplicio damnandæ ex ſola illarum confeſſione, niſi vlterius clarè, & apertè conſtet de exceſſu, cùm in dubio præſumendum ſit, partus mortuos eſſe, ex quo iſtæ mulierculæ ne videantur grauidæ multa in perniciem vteri agere ſolent, mortuique proindè ſæpiùs filij naſcuntur, & hoc facinus præſumitur coactè factum, cùm nullus amor huic æquiparetur, ac ideò debet aliundè conſtare quam ex nuda confeſſione, prout benè admonet Theſſ. *deciſ. 13. per tot.* facit quod dixi in §. *Abortus nu. 4. & in §. Mulier num.* 38. Licèt aliàs mortuus nullus naſci præſumatur, ad Gutier. *lib. 2. Pract. quæſt. 101. num.* 9. Caſtion. *in Alphabet. iurid. verb. Partus num.* 7. dixi in §. *Poſthumus num.* 2.

Pœna autem parricidij de iure communi eſt, vt parricida viuus inſuatur culleo, ideſt in ſacco de corio vnà cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & ſimia, & proijciatur in mare, vel flumen vicinum, text. *in l. vnic. C. de his qui parent. vel liber. occid. & in §. Alia deinde Inſtit. de pub. iud.* vbi Oinot. & alij, Pichard. *cum pluribus ab eo citatis Pract. Inſtitut. part. 3. tit. de pæn. omn. delict. num.* 92.

Licèt de conſuetudine non ſeruetur, ſed eius loco imponatur aliquando pœna capitis, prout in alijs homicidijs, vel frequentiùs furcarum ob qualitatem delicti atrocioris, & huiuſmodi iuxta varias locorum conſuetudines, ad tradita per Clar. *in §. Parricidium ſub num.* 5. Matthæu. Sanz. *controu. 8. & 9.* Faiard. *Allegat. fiſc. 3. in prin.*

Florentiæ ſæpius vidi condemnari huiuſmodi confeſſos delinquentes in pœnam furcarum, & confiſcationis omnium bonorum tamquàm pro homicidio qualificato; & in ſpecie à Rota criminali, me vno ex Auditoribus votante, de menſe Decembris anni 1680. contra quamdam Catherinam Angelam Nocentiam confeſſam proprium partum viuum editum in cella vinaria necaſſe, & ſtrangulaſſe per appoſitionem paleæ, & alterius immunditiæ in ore, ac linteoli ſtringentis ad collum, prout repertus fuerat ſub lapidibus in eodem loco, & pro vitali à duabus obſtetricibus indubiè recognitus, ac facta menſium prægnantiæ dinumeratione in nono menſe natus repertus, & ſic vitalis naturaliter etiam præſumptus; quæ ſententia fuit in loco ſolito executioni demandata ſub die octaua Februarij ſubſequentis,

cùm

Digitized by Google

cùm nec aliquam gratiam à pijſſimo Priocipe conſequi potuerit, quia opus erat exemplo in Ciuitate, & hæc fuit pietas conſiderata, exemplo vnius totum corrigere populum; quandoque torqueri, & aliquando ex indicijs indubitatis condemnari in pœnam extraordinariam carceris ſtincarum per decennium, vt ſeruatum fuit ſub die 21. Auguſti 1684. contra quamdam Catherinam confeſſam peperiſſe in nono menſe filium, & in flumen proieciſſe quia erat mortuus, ſed per plures peritos fuit iudicatus viuus editus, & ex alijs reſultantibus ex proceſſu à Curia Terræ Solis tranſmiſſo.

6 Parricidium proprium, vel improprium an cenſeatur excluſum ab indulto gratioſo, Faiar. *Allegat. fiſc. 2. num. 3. & ſeqq.* dixi in §. *Indultum num.* 11. vbi etiam quid ſi non ſit plenè probatum, vel non pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm puniendum.

1688.

7 Voto in cauſa d'Infanticidio contro di Maddalena d'Agnolo da Lucignano.

Sereniſſimo Gran Duca.

L'Auditore Sauelli compatiſce quant'ogn' altro la miſerabil Inquiſita, e confeſſa del Parricidio, del qual ſi tratta, mà non troua già motiui al ſuo credere ſufficienti per liberarla dalla pena ordinaria, perche quello, del quale ſi è dubitato, ſe il parto ſi poſſa dire ottimeſtre, e non vitale, pare, che ceſſi, conſiderando che li noue Meſi della produttione del parto ſono Lunari, più breui de' Solari, e non eſſer neceſſario, che ſiano finiti, mà baſtare, che la creatura tocchi di tutti li detti Meſi, come con ottime ragioni, e fondamenti dimoſtrano il Mercurio *nel tratt. della Comare lib. 1. cap. 6. & 7. verſo il fine*, il Zacchia *quaeſt. Medic. legal. lib. 1. tit. 2. quaeſt. 5. num. 14. & ſegg.* e doppo di queſti più largamente, & accuratamente l'Acaranza *nel tratt. de partu cap. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.* doue diſcorrendo di tutti li parti dalli dua fino alli quattordici meſi, nel *cap. 11. num. 19. & ſeqq. per tot.* conclude anco li parti ottimeſtri eſſer naturali, e vitali in molti paeſi, anco nell' Italia, e diuerſe parti di quella, & in ſpecie al *num.* 22. dal Cardano, e Marſilio Ficino nota ciò verificarſi in Venetia, & in Firenze, ſeguitato anco da Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. tit. 18. num.* 26. Torreblanc. *de Magia lib. 2. cap. 43. num.* 30. ouero, che ſi ſtima forſi più accettato, le donne per lo più s'ingannano nella computatione de' Meſi, non potendo ſapere per l'appunto il tempo, che reſtano grauide, e però in queſto nè anco ſe li deue preſtar fede, mà più toſto attender la qualità del feto ben organizato, e compoſto, di tutte le ſue parti diſtinte.

Si che nel preſente caſo, quando ſi voglia credere all'Inquiſita che dice, eſſer più d'vn anno, che il Campani andaua ſpeſſo da lei, e reſtò grauida del Meſe di Marzo, computando li Meſi ſecondo il far della Luna dal Marzo incluſiuè, nel qual Meſe la Luna entrò alli 13. al Nouembre tempo del Parto, che la Luna entrò alli 4. Et il feto eſſendo nato viuo ſarà ſenza dubbio ſtato nonimeſtre, e vitale ſecondo il detto computo, ò perche ſarà reſtata grauida qualche tempo prima, non repugnando, anzi accreſcendo la vitalità, quando foſſe di dieci Meſi, come appreſſo ſi dirà; oltre la preſuntione legale, e naturale, che ſtà per la vitalità del parto, producendo per ordinario la natura le coſe perfette, come con più auttorità legali ferma il medeſimo Acaranza *d. tratt. 6. num. 11. cap. 11. num. 92. & ſeqq. & cap. 16. nu.* 18. e doppo viſto il Queſad. Pilo *controu. forenſ. cap. 30. n. 38. & ſegg.* doue parla ad effetto d'imporre la pena ordinaria, ſi come fù impoſta, & eſeguita la forca nel ſuo caſo, nè potè giouarli la dottrina del Theſauro, e ſuoi ſeguaci, perche parla, & hà luogo quando la donna ſubito alla libera confeſſa hauer abortito, ò partorito il feto morto, e non vi ſono altri indizj in contrario; mà quando hà celato, e naſcoſto il parto, non s'è valuta d'oſtetrici, nè di vicine, hà tacciuto, e tenuta ſotto ſilentio la morte del feto, vi concorre qualche teſtimonio di viſta, benche vnico, proprio figlio, e ragazzo d'otto, ò dieci anni, fama, fuga, ò ritiratezza in Chieſa, di doue fù eſtratta con detti indizj, & hauuta per conuinta con li medeſimi, come ſopra punita, per l'immanità, e crudeltà del delitto, nel quale nè anco ſuffragate la minor età per recedere dalla pena ordinaria, conferma con più eſempi, & auttorità al *num. 62. & ſeqq.* da vederſi.

E che il parto s'intenda di noue meſi, e perfetto, perche tocchi del nono meſe, ò nel principio, ò nel mezzo, ò nel fine, ò in qualſiuoglia altra parte di eſſo, l'iſteſſo Acaranza *cap. 13. num.* 3. doue al *num. 16. & ſegg.* porta l'eſempio della Natiuità Santiſſima del noſtro Saluatore anco ſecondo la carne perfettiſſimo, che fù nel decimo meſe Lunare, e nel nono commune, e Solare con pochi giorni di più, eſſendo più perfetti, e frequenti li parti di dieci meſi, come dimoſtra nel *cap.* 13. acciò haueſſe anco queſta perfettione.

Di più conſidera il medeſimo Sauelli baſtare, che il feto ſia animato, e formato, che tale communemente ſi reputa doppo cinque meſi ad effetto, che entri la pena ordinaria dell'homicidio, ò parricidio ſecondo la più commune, e pratticata opinione de' Teologi, Legiſti, e Medici legali citati nella ſua Somma §. *Abortus n.* 3. con l'Additione, e nella Prattica §. *Aborto num. 5. & ſegg.* a' quali ſi poſſono aggiungere il Torreblanc. *tract. de Magia cap. 43. num. 13. & ſegg. per tot.* Antonel. *de temp. legal. lib. 4. cap. 31. num.* 1. P. Graſſett. *de nece prodit.* §. 21. *num. 5. & ſeqq.* Cortiad. *deciſ. 96. num.* 17. con altri riferiti dal Romaguer. nell'Addit. al Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib. 4. Rub* 27. *num.* 18. doue cita detta Somma Acaranza *d. tratt. de partu cap. 16. §. vnico num. 5. & ſegg. per tot. fol.* 610. *&c.* quali riſpondo al Menochio difenſore dell'opinion contraria, e non diſſente modernamente il Raynald. *rer. crim. cap. 6. §. 5. num. 13. 28. & ſegg. per tot.* quale ſe bene porta alcune limitazioni in caſi da lui come Auocato difeſi, niuna però s'adatta al preſente, e l'opinione contraria viene anco tacitamente reprouata dalla Bolla, ò Decreto d'Innocenzio Papa XI. delli 4. Maggio 1679. al num. 35.

E per quanto ſi poteſſe dubitare di queſta opinione auanti, che il parto ſia prodotto alla luce per non eſſer ancora huomo, ſe non in ſperanza, e potendo occorrer molti accidenti, per i quali s'impediſce il naſcimento, e per altre ragioni, che portano li fautori dell'opinion contraria, pare che ceſſi la difficoltà, e ſia luogo alla pena ordinaria a mente di tutti, quando ſi tratta d'Infanticidio, e così di parto già nato viuo, perfetto, e probabilmente vitale, Farinac. *quaeſt.* 122. *num.* 156. Acaranza *d. tratt. cap. 16. §. vnic. num. 21. fol.* 614. per il Teſto nella *l. ſi quis C. ad l. Cornel. de Sicar.* Raynald. *loc. citat. num. 78. & ſegg.*

Nè ſi può dubitare del corpo del delitto, conſtando per due oſtetrici, che haueſse partorito de recenti, e chiaramente per la viſita del cadauere, nè della verificatione della confeſſione, eſsendo ritrouato nel luogo dopo adettato dalla medeſima Inquiſita, oè dall'identità, riconoſcendo lei medeſima detto cadauere per ſuo parto, e di più la panuccia, ò cencio, nel quale dice l'haueua rinuolto, & il tutto accertatamente come in proceſso a 7. e 15.

Però per queſti, & altri motiui, che ſtima ſuperfluo addurre a chi ha le Leggi in ſcrinio pectoris, oltre le circoſtanze aggrauanti, per eſser l'Inquiſita di mala vita, e confeſsare d'hauer partorito due altre volte le creature morte, & occultate, ſeppellendole da naſcoſto, il ſuo parere ſarebbe di concorrere con quello del Rettore, cioè della forca, aggiunta la confiſcatione de' Beni, credendo che le grazie s'aſpettino a V. A. S. che forſi ſi degnarà compartirle anco a queſta miſerabile, che per tale effetto non hauerebbe hauuto repugnanza di farli riſeruo a ſupplicare.

Ma quando anco non ſegua la grazia, reputa la miglior fortuna, che poſsa hauer vn reo meriteuole di morte, è carità ſopranaturale de' Giudici ſacrificare a Dio per mezzo della Giuſtizia la vita temporale per l'acquiſto dell'eterna, e che ne' Giudici ordinari la miſericordia non habbia luogo, doue la Giuſtizia perderebbe il ſuo nome, mà in queſti caſi riſpetto a loro la vera pietà conſiſta *exemplo vnius totum corrigere populum*, e non eſsere la pena crudele contro chi hà crudelmente delinquito, atteſta anco con altre autorità il moderno Raynald. *ſopracitato al num.* 83. & il Queſada *d. cap. 30. in fine*, Rimett. &c.

E così fu approuato con benigno reſcritto di S. A. S. delli 29. Luglio 1688. come ſi vede nella filza de' Negozj di detto tempo ſotto numero 1693. non oſtante la contradizione degl' Illuſtriſſimi Signori Auditori Giulio Caualli, & Annibale Micheli ſuoi meritiſſimi Collegbi, del tenore, che ſegue, cioè

8 Non hanno creduto gl' Auditori Micheli, e Caualli di potere con ſicurezza di coſcienza, la quale, nell'imporre pene capitali, deue eſſere ſenza qualunque ombra di ben minimo dubio, concorrere nella pena diſegnata a queſta Inquiſita, benche confeſſa dell' Infanticidio, sù queſto giuridico fondamento, che ſia neceſſario, che non ſolo conſti, che il parto ſia viuo, mà anco maturo, e vitale, eſſendo da tutti li Dottori, che trattano ſimil materia eſcluſa la pena ordinaria, quando il parto, è ſettimeſtre, ò ottimeſtre, come quello, che non potendo naturalmente viuere, vien conſiderato come aborto, e come ſe nato non foſſe, Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 10. *gloſ.* 1. *num.* 3. Pacion. *de probat. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 29. in ponto Theſaur. *deciſ.* 13. *num.* 1. 2. *&* 4. referito, e ſeguitato dal Farinac. *quaeſt.* 122. *num.* 156. & vltimamente dal Raynald. *ad Bannim. Bonon. cap.* 6. §. 5. *num.* 116.

Poteua il fiſco hauere molto bene queſta proua, con chiamare periti nella Medicina, e far riconoſcere ſe le membra ritrouate erano perfette, ben organizate, e di parto maturo, eſſendo queſto il ſolo, vero, e ſicuro modo, che può render quieto il Giudice in ſimil materia, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1084. *& concluſ.* 1146. *num.* 11. *&* 12. e doppo di lui, & altr' infiniti il Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 40. *& cap.* 10. *gloſ.* 1. *num.* 21. *&* 22. che però hauendo il Fiſco defettato nel ſuo ſalutare, non può pretendere, che entri la pena ordinaria, come bene in caſo, che non s'era fatto conſtare, che il parto foſſe nato viuo, ferma il ſudetto Raynald. *nel d. cap.* 6. §. 5. *num.* 92.

Nè hanno ſtimata ſufficiente la preſuntione di natura, che il parto naſca vitale, sì perche per queſta ſola non potrebbe entrare la pena ordinaria, sì anco perche in criminale, doue le proue deuano eſſer più chiare, che la luce del mezzo giorno, procede tale preſontione, quando conſta della perfettione delle membra, come bene il Concinl. *in verb. Confeſſio nell' Addit. alla reſol.* 24. *al num.* 22.

Nè meno gl'è parſo di poter far capitale della Confeſſione dell'Inquiſita, che reſtaſſe grauida di Marzo, dal qual tempo a quello del parto ſi pretende, che ſiano decorſi li Meſi neceſſari alla perfettione del medeſimo, sì perche queſta confeſſione non gl'è parſa chiara, e ſpecifica, anzi oſcura, e dubbioſa dicendo, *era del Meſe di Marzo, perche quando era grauida diceua il Campani* (che è l'incolpato della grauidanza) *che haueuo a ſtare due Meſi, tre Meſi sì, che sò io*.

Sì anco perche hanno creduto, che non poſſa la madre accertatamente ſapere il giorno, che concepiſce, come ben doppo molti ferma Giurb. ne' luoghi ſopracitati alli num. 46. e 22. e l'ammette l'Auditore Sauelli, che concorre col Rettore nella pena ordinaria, nel ſuo Voto *col.* 2. ibi: *non ſe le deue preſtar fede, mà più toſto attender la qualità del feto ben organizato, e compoſto di tutte le ſue parti diſtinte*, coſa che non pare concorri in queſto caſo, per il giudicio de' Periti traſcurato, come ſi è detto.

E finalmente perche computandoli, con ordine retrogrado, li meſi dal giorno del Parto, che fù la ſeconda Domenica di Nouembre, come dice l'Inquiſita, che cadde il giorno 9. di detto Meſe, a quello della grauidanza non ſarebbero, ſe non otto meſi, ſe queſto giorno deue corriſpondere a quello, come ſegnì nel parto del noſtro Redentore allegato dall' Auditore Sauelli in detto ſuo Voto, hauendo Maria Vergine noſtra Signora concepito li 25. Marzo, e partorito li 25. Decembre, e così doppo noue intieri meſi, li quali ſe debbino poi eſſer lunari, ò ſolari, ſe ne rimettano al giudicio de' periti, che in ogni caſo era anco ſopra di ciò neceſſario, con la computatione delle Lune, ſe bene non hauendoſi certo il tempo della grauidanza, difficilmente poteſſe farſi queſto computo.

Non gli hà nè meno moſſi la rifleſſione, che baſti, che il feto, ò parto ſia ſolamente animato, a fine, che poſſa entrare la pena ordinaria, perche tanto nel procurato aborto, quanto nella morte data dalla madre al parto nato, mà non vitale, per la più commune de' Dottori, pare che non ſia luogo a detta pena, come nel primo caſo moſtra il Theſaur. *nella deciſ.* 12. *num.* 5. *& ſeqq.* doue rigettata la detta diſtinzione d'animato, ò inanimato, afferma eſſer queſta la più vera, e la più humana opinione, e la contraria benche commune, dura, rigoroſa, e da non ſeguitarſi nel giudicare, riferito, e ſeguitato dal Farinac. *quaeſt.* 122. *num.* 135. *& num.* 136. e per la più vera, e più diſcreta ſi vede abbracciata dal Sacro Conſiglio di Napoli nella deciſ. del Franch. 592. alla quale Carol. Ant. de Luca doppo portate l'opinioni, ferma queſta la più vera al num. 9. & vltimamente il ſudetto Raynald. *nel cit. cap.* 6. § 5. *num.* 28. e nel ſecondo caſo della morte data dalla madre al parto nato, ma non vitale, oltre alli ſoprallegati nel principio, ſi vede riſoluto dalla Rot. Rom. doppo il Zacch. *quaeſt. Medic. legal. lib.* 10. *dec.* 44. *n.* 12. *& ſeqq.* riferito dal ſudetto Raynald. nel luogo ſopracitato al *num.* 89. *e* 90. per la ragione, che non eſſendo vitale, deue hauerſi per non nato, eſſendo l'iſteſſo non naſcer viuo, e naſcer viuo, ma non poter viuere.

Conſiderauano ancora li detti Auditori, che l'inquiſita confeſſa, che il parto li cadè dall' vtero, e che nell'atto della viſita è oſſeruato il capo ſanguinolento nell'occipite ſenza, che ſi ſia fatta diligenza di riconoſcere la cagione, e poterſi perciò dubitare, che da tal caduta reſtaſſe offeſo mortalmente, e che da eſſa ne poteſſe anco eſſer ſeguita la morte, già che la confeſſione dell'inquiſita non hà altro riſcontro, che la repetizione delle membra, al che pare poſſa conferire la dottrina del Gubbio *nella conſult. deciſ.* 139. *num.* 31. rimett.

Tornò nel Negozio come ſi è detto.

Stà bene il parere dell' Auditor Sauelli.

Fù doppo non oſtante dalla ſomma Pietà del Sereniſs. Gran Duca la detta condennata gratiata della pena della forca, e permutatale in carcere a vita.

§. PARIES. IV.

PAries dicitur liber, & proprius illius, qui in eo habet feneſtram perforantem ab vtraque parte, tigna, vel trabes, & ſimilia penetrantia totum parietem, ſicut & illius, cuius ſunt extremitates, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 263. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 55. *num.* 38. *&c.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 73. *per tot.* vbi adducit duodecim ſigna, & quòd in dubio præſumitur communis, & communis pro diuiſo quando patitur diuiſionem. 1

Plura ex quibus cognoſcatur dominium muri controuerſi, Altograd. *conſ.* 100. *num.* 13. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi quòd cognoſcitur ex ſolo, & vnica muri ſtructura, coniunctione, & continuatione, ex colligatura, ex ſcarificatione ad vſum armarij penetrantis vltra dimidiam muri, ex inſtrumento emptionis, per teſtes, & ſimilia, de quibus latè etiam Sperel. *deciſ.* 54. *per tot.* Tuſch. *litt. M. concl.* 432. Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 40. *num.* 19. *&c.* Franciſc. Maria Pecch. *tract. de aquaduct. cap.* 5. *quaeſt.* 3. *num.* 58. *&c.* Franciſc. Anton. Tranchedin. *conſult.* 81. *per tot.* Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 50. *&* 113. *per tot.* in eadem cauſa, Capyc. Latr. *deciſ.* 157. *per tot.* Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 8. *part.* 5.

Paries dicitur communis quando intermediat, & diuidit duas domos etiam in parte ſupra tectum vſque ad ſummum, vel ſaltem poteſt communis effici mediante ſolutione pretij illius partis ſuperioris muri, nempè ſupra tectum, ita vt in eo liceat ædificare, & apodiando feneſtram in eo ſupra tectum exiſtentem claudere in præiudicium alterius, dummodò tamen non fiat ad emulationem, quæ non præſumitur, & non ſit debita ſeruitus altius non tollendi, pulchrè Duran. *deciſ.* 450. *num.* 4. *& per tot.* Sperel. *deciſ.* 54. *per tot.* vide in §. *Aedificium num.* 3. *&c.* 2

Quando paries dicatur communis, & in dubio deſtinatos ad altiùs eleuandum, ita vt inuito ſocio, vel vicino poſſit eleuari, vide Borgn. Caualcan. *deciſ.* 8. *per tot. part.* 5. Theſſ. *deciſ.* 23. 41. & 65. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 45. *per tot. & deciſ.* 56. *num.* 43. *&c.* Altograd. *conſ.* 100. *num.* 30.

*num.*30. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quod exiſtens inter duas domos præſumitur communis, vel quando adſunt trabes ab vtraque parte, quo cum ſi hinc inde penetrant dicitur communis pro indiuiſo, ſi verò penetrant tantùm vſque ad medietatem dicitur communis pro diuiſo, & hæc procedunt in dubio, ſecus ſi ex alijs appareat de dominio alterius, vt benè declarat etiam Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1144. *per tot.* Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 50. *&* 113. *per tot.*

Quando autem paries dicatur deſtinatus ad ſolam clauſuram, & non ad ædificandum, ſiue altius eleuandum, vide Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 30. *num.* 28. vbi citat reſolutiones *cap.* 15. *num.* 20. & alios, Paul, Chriſtin. *deciſ. Belg.* 210. *num.* 9. *vol.* 1. vbi quòd remittitur peritis in arte, & iuxta illorum votum iudex ſententiare debet, adde Sanfelic. *deciſ.* 188.

3 Paries communis qualiter ſit reficiendus per ſocios, & quid poſſit vnus ſine alio in eo facere, Pract. Papp. *libel. hæred. vel rei ſing. diuid. gloſ. vlt. per tot. cum addit.* Sanfelic. *de ſociet. cap.* 28. *num.* 2. *&c.* Atet. *in* §. *Sequens num.* 20. *Inſtitut. de act.* Cæpol. *caut.* 85. *& de ſeruit. cap.* 59. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.* 108. Sperel. *deciſ.* 56. *per tot.* vide in §. *Aedificium num...* *&* §. *Vicinus num...*

Quòd in muro communi capace poſſit fieri caminus pro accendendo igne, Gratian. *diſcept. for. cap.* 572. *n.* 62. *&c.* Altograd. *conſ.* 110. *num.* 42. *lib.* 1. vide in §. *Aedificium num...*

Contrarium autem vbi ageretur de constructione noui camini, ſiue furnelli, etiam in domo propria, ex quo poſſit procedere fumus vicino nociuus, & fieri ignis inſolitus, ac nimis grauis probat Sperel. *deciſ... num.* 54. *& ſeqq.*

Quæ poſſint fieri in muro communi ab vno ex ſocijs, latè Altograd. *conſil.* 100. *num.* 36. *& ſeqq. lib.* 1. vbi agit de porta aperienda, & probat aperiri poſſe ſi ſocio non noceat, & facienti proſit, de quo vltimo latiùs dixi *reſolut.* 79. *num.* 1. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 188. *per tot.* Tranchedin. *dict. conſult.* 81. *num.* 21. *& ſeqq.* Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 32. *per tot.* vbi plura quæ fieri poſſint, vel non in muro vicino, vel communi cum pluribus modernis citatis, *& Rub.* 36. vbi de verſatorio, latrina, vel neceſſario, vt fieri non poſſint in muro communi, vel propè puteum vicini, niſi paries intermedius conſtruatur propter fœtorem, & alia ad rem.

Quòd in muro communi diuiſorio non poſſit vnus ex ſocijs altero inuito facere feneſtram, quia mutatur facies parietis, & debilitatur, & per conſequens nocet ſocio, Alba *conſ.* 777. *num.* 1. *lib.* 3. vide in §. *Feneſtra*, & latè Borgn. Caualc. *deciſ.* 8. *per tot. part.* 5.

4 Parietes, ſiue muri Ciuitatum qualiter dicantur ſancti, ſacri, & diuini iuris, vnde hoc proueniat, à quibus ſint reficiendi, de Principis tamen auctoritate, non poſſint violari, ac pœna illos transcendentium, & alia ad rem, latè Gregor Ganauet. *deciſ.* 39. *&* 40. *per tot.* §. *Aſcendens ſub num.* 1. *&* §. *Aedificium num.* 16.

5 Quòd paries diuerſorius cenſeatur communis inter vicinos pro diuiſo, & poſſit in eo ſuper ædificari per vnum ex dominis altero inuito, dummodò non excedat medietatem ipſius parietis ex parte ſua, Ronit. *deciſ.* 30. vt refert Thoro *Compen. deciſ. Neap. part.* 3. *ſect.* 2. *verb. Paries*, intellige vt dixi in meis reſolut. *cap.* 15. *per tot.* & latè Tondut. *reſolut. ciuil.* 88. *per tot.*

6 De parietibus, & muris alios tractantes indicat Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal part.* 5. *verb. Muri fol.* 177. & Caſtejon. *Alphabet. iurid. verb. Muri.*

§. PAROCHVS. V.

1 PArochus, an populus teneatur ad reparationem Eccleſiæ, ad expenſam concionatoris, & alias expenſas neceſſarias, vide in §. *Eccleſia num.*

2 Parochus qui, & quomodo aſſiſtere debeat matrimonijs, & illa notare in libro, vide in §. *Matrimonium num.* 2. *& ſeqq.* An autem inſtante mortis periculo poſſit aſſiſtere matrimonio non præcedentibus ſolitis denunciationibus, latè Carol. Marant. *controu. part.* 5. *reſp.* 13. *per tot.* vbi affirmatiuè concludit, dixi in §. *Matrimonium num.* 17.

Ex quibus coniecturis quis probetur parochianus alicuius Eccleſiæ, veluti ex habitatione totius, vel maioris partis anni, ex auditione diuinorum, & receptione Sacramentorum, dummodò quoad habitationem concurrat animus ibi permanendi, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1145. *per tot.* & dixi in §. *Matrimonium.*

Parochialis Eccleſia quæ dicatur, vel habere parochiam, quam iuriſdictionem ſpiritualem habeat parochus in ſua parochia, & quibus parochiani ſubijciantur, qui dicantur parochiani, quæ poſſint contra parochum, & quomodo illis ſuccurratur ſi non poſſint commodè ſacramenta recipere, Tuſch. *litt. P. concl.* 93. *& ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 6. *num.* 34. Barboſ. *de offic. Paroch. p.* 1. *cap.* 2. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 52. *part.* 5. *recent. deciſ.* 380. *& part.* 11. *deciſ.* 348. *num.* 27. *&c.* 3

Parochia erigenda ob locorum diſtantiam, ex quibus fructibus ſit dotanda, Ricc. *Collect.* 2911. vbi latè. Alia vide in §. *Eccleſia.*

Parochus quilibet in ſua Eccleſia tenetur prædicare verbum Dei, ſin minus aſſumendus eſt, & deputandus alius idoneus Doctor ad prædicationem ab Epiſcopo, nec valet, neque poteſt induci conſuetudo tamquam animabus pernicioſa, quòd Parochus non teneatur per ſe, vel per alium ad prædicationem, hocque ius eligendi, ac deputandi concionatores in tota ſua Diœceſi ſpectat ad Epiſcopum priuatiuè, & non ad alios, niſi ex immemorabili conſuetudine, vel quadragenaria cum titulo, quæ immemorabili æquipollet, legitimè probata; poteſt tamen quandoque Parochus dare licentiam prædicandi in ſua Parochia caſualiter, & in tranſitum alicuius inſignis Prædicatoris, ſiue potiùs illum recipere pro aliqua vice, & non alias, ſicuti latè hæc omnia, & alia ex Sacris paginis, Concilijs, cæterique auctoritatibus comprobat Rot. *in Vlixbon. iuris nominandi, vel eligendi Concionatorem* 16. *Nouembris* 1633. *coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 198. *per tot.* vide in §. *Epiſcopus num.* 7. *&* 19. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 59. *n.* 7. *&c.* Prædicta deciſio Merlini habetur etiam *part.* 6. *recent. deciſ.* 234. 4

Qualiter Parochus teneatur docere ſuos parochianos principia fidei Chriſtianæ ſub pœna ſuſpenſionis ad tempus, Ricc. *Collect.* 2358.

Parochus pauper an, & quando ſit alendus à ſuis Parochianis, & an prædicator verbi Dei ſit alendus à populo, ac alia, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 59. *&* 60. *per tot.* latè Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 420. vbi qualiter congrua alimenta debeantur Rectori Curato quando beneficium eſt tenue, à quibus, & in qua ſumma. 5

Parochus tenetur pro ſuo paſtorali munere conficere quatuor libros ex mente Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de reform. matrim.* nempè baptizatorum, mortuorum, matrimoniorum, & confirmatorum, de primo intellige vbi adeſt fons baptiſmalis, de vltimo in Cathedrali, quibus libris plena adhibetur fides facta formali tranſcriptione partitæ de verbo ad verbum, prout iacet, & citata parte ſi fuerit oppoſitum, & poteſt Parochus fidem de dictis libris faciens accipere mercedem ſolitam, & ſi ſit ſolitum fieri gratis, ita ipſe facere debet, vt benè probat Ricc. *Collect.* 3456. *&* 4033. 6

Parochus habet iuris aſſiſtentiam pro ſe quoad omnia iura parochialia exercenda intra limites ſuæ parochiæ priuatiuè quoad alios, nec mutatur parochia ex eo quòd quis alibi ex accidenti reperiatur; ceſſat tamen hæc iuris aſſiſtentia in Eccleſijs Regularium, & in Hoſpitalibus, quoad infirmos ibidem degentes, defunctos, & ſepultos, vide *Clement. dudum de ſepult. cum ſimilibus*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 298. *num.* 78. *&c.* Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 95. Barboſ. *de offic. Paroch. part.* 23. *cap.* 26. *num.* 66. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 348. *per tot.* dixi in §. *Hoſpitale num.* 5. *&* §. *Sepultura n.* 4. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 124. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd dictam iuris aſſiſtentiam habet etiam in Hoſpitalibus intra limites ſuæ parochiæ exiſtentibus, ita vt ſi eo non vocato, Hoſpitale fuerit erectum in monaſterium alicuius Religionis, non poſſit illi præiudicare in iuribus parochialibus, & fuit erectio declarata nulla tamquàm facta ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, & Epi- 7

ſcopi,

Digitized by Google

ſcopi, quorum vtraque requiritur pro maiori cautela, ac idem eſſe in translatione de vno loco ad alium, & alia ad hoc propoſitum, vide in §. *Matrimonium num.* 15

Quoad ius ſepelliendi, vide latè Samuel. *de ſepult. diſput.* 3. *per tot. fol.* 51. Frances *Conſult. moral.* 49. *per tot.* Tondut. *quæſt. & reſolut. benef. cap.* 88. *per tot.* vbi de priuilegio Ordinis Prædicatorum S. Dominici ſuper immunitate à ſolutione quartæ funerariæ, &c. vide in §. *Quarta num.* 2. Queſad. Pilo *controu. forenſ. cap.* 8. *per tot.* vbi de ſodali defuncto ſine electione ſepulturæ, & in Eccleſia ſodalitatis ſepulto, vt teneatur ſoluere ius ſepulturæ propriæ Parochiæ, *& cap.* 41. *per tot.* vbi de quarta funerali debita pro exequijs Sereniſſimæ Hiſpaniarum Reginæ, &c. Ant. Gob. *conſult.* 118. *&* 119. *per tot.* vbi an Parochus ſicut habet fundatam intentionem quoad ſepeliendi, & quartam circa omnes in ſua Parochia morientes, an procedat etiam reſpectu Canonicorum, & aliorum beneficiatorum Eccleſiæ Cathedralis extra Canonicam, & in eius Parochia obeuntium; an poſſit deferre Crucem, & ſtolam in aſſociando cadauera ad aliam Eccleſiam, vbi fuerit electa ſepultura, & alia plura ad rem notabilia in hac materia, in qua etiam plurimum conſuetudo attendenda.

Supra relata autem deciſio loquitur in Hoſpitali particulariter priuilegiato, vt ſtat ex eius lectura, & dixi in §. *Hoſpitale num.* 5.

Quod Parochus vigore prædictæ iuris aſſiſtentiæ, & poſſeſſionis exercendi iura parochialia debeat manuteneri in exercitio illorum, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 214. *per tot.*

Quòd ad Parochum ſpectent omnia emolumenta, & iura parochialia, reſeruata congrua tantùm Coadiutori; nec in eadem Parochia poſſint eſſe duo Parochi, & alia, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 284. *per tot.* vbi etiam quòd nec poteſt Prælatus iura ſuæ Eccleſiæ alteri concedere ſine beneplacito Apoſtolico, vide in §. *Eccleſia, &c.*

8 Parochus qualiter habeat iuris aſſiſtentiam pro decimis ſuper terris intra limites ſuæ Parochiæ conſtitutis, Menoch. *de recup. remed.* 1. *num.* 766. Ludouiſ. *deciſ.* 449. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 315. *& part.* 14. *deciſ.* 493. vide in §. *Decima*, & Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 574. *per tot.* vbi quando illam amittat, *& deciſ.* 661. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 749. *num.* 1. *& part.* 19. *deciſ.* 234. vbi de primitijs, & oblationibus, latè Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *diſput.* 4. *per tot. fol.* 94. vbi contra.

De Parochis, Parochianis, & eorum iuribus tractantes plures refert Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *verb. Parochi fol.* 278.

Item pro quarta funerali, non obſtantibus priuilegijs Regularium, in quorum Eccleſijs eſſet electa ſepultura, & quare, maximè ſi non ſint in obſeruantia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 501. *per tot.* vide in §. *Quarta num.* 2.

Item pro oblationibus, & eleemoſynis Eccleſiæ, vel alicui deuotæ Imagini in ſua Parochia factis, dixi in §. *Oblati num.* 13.

9 Parochi duo, vel plures in vna, eademque parochia nullo modo eſſe poſſunt, etiam quòd vnus ſolum eſſet formaliter parochus, & alter iura parochialia exerceret; vnius autem eiuſdemque Parochi non duo tantùm, ſed etiam plures poſſunt eſſe coadiutores, vt benè probat Rot. *part.* 16. *deciſ.* 90. vbi quòd ſicuti vna, eademque Eccleſia duos parochos habere non poteſt, ita nouiter conſtructa intra limites prioris parochiæ abſque limitum diſtinctione, non poteſt effici parochialis, ſed in adiutorium primę parochiæ, & coadiutor dicitur, qui in eadem Eccleſia ſic nouiter ædificata ſacramenta miniſtrat cum debita congrua ſibi taxanda.

Reliqua vide in §. *Sacerdos*, *&* §. *Eccleſia*, & alibi opportunè.

10 Parochus qualiter ob non reſidentiam, vel alijs de cauſis poſſit priuari beneficio, dixi in §. *Clericus num.* 28. *cum pluribus antecedentibus*, *& ſequentibus*, vbi adde Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 117. *& deciſ.* 312. in quibus fuit reuocata præcedens *deciſ.* 516. *part.* 14. & concluſum pro non priuatione, ſtante iuſta cauſa abſentiæ pro defenſione litis, & beneficij, & quia non fuerat perſonaliter citatus, nec latitabat, ac agebatur de dignitate, *& part.* 18. *deciſ.* 420. *per tot.* vbi declarantur plures Conſtitutiones, & edicta benignè circa reſidentiam beneficiorum, adde Poſſent. *ſingul.* 390. vbi qualiter ob non reſidentiam poſſit priuari beneficio etiam non præmiſſis alijs pœnis, dummodò ſit citatus ſaltem ſemel perſonaliter, vel ter in Eccleſia, & per ſex menſes expectatus à die vltimæ.

Parochi ſemel approbati, an, & quando compelli poſſint ab Epiſcopo ad nouum examen, plenè Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 166. 167. 257. & 258. *per tot.* vide in §. *Epiſcopus num.* 10. *in fine*. 11

Alia plura de parochis remiſſiuè tradit Ægid. de Caſtejon. *in ſuo Alphabet. iuridic. verb. Parochia*, *& Parochi*.

Parochi, & ſimiles curam animarum habentes, & ad reſidentiam obligati, ſi ſine debita licentia abſint à reſidentia, & ſic non reſidentes, quas pœnas incurrant, & alia ad rem, latè Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part.* 2. *verb. Reſidentia cap.* 2. *fol.* 302. & Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Parochus differ.* 5. *per tot.* 12

De Parochorum obligationibus circa reſidentiam, adminiſtrationem Sacramentorum, & alia plura, Mendo *tract. de Ordin. Militar. Diſquiſit.* 11. & alibi, *vt in Indice verb. Parochus*.

§. PATER. VI.

PAter cogitur ſe, & bona ſua obligare pro dote filij de illius conſenſu vxorem ducentis, vel præter conſenſum honeſtam, & ei conuenientem, adeò vt ſi eſſet furioſus, vel mentecaptus ipſo iure obligetur, Bart. *in l. ſi cum dotem* §. *Tranſgrediamur ff. ſolut. matrim.* Pract. Papp. *libell. ad dot. & vſumfruct. gloſ. Vxor, num.* 17. *&c.* Afflict. *deciſ.* 332. *num.* 2. Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 36. *&c.* Ang. *in* §. *Fuerat num.* 27. *Inſtit. de act.* vide Paſchal. *tract. de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 86. Sperel. *deciſ.* 165. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 15. vbi benè declarat quando procedat dicta patris obligatio, vel non, Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 120. *&* 121. *per tot.* Ricc. *Collect.* 4051. latè Boſſ. *de dot. cap.* 12. §. 5. *num.* 44. *& ſeqq. fol.* 490. Anſald. *conſ.* 50. *per tot.* vbi quòd ſufficit, vt pater matrimonio conſentiat ad hoc vt obligetur ipſe, & ius bona pro dotis reſtitutione. 1

Quòd ad hoc vt interet patris obligatio requiratur illius conſenſus in matrimonio, vel receptio dotis, vel conſenſus filio recipienti, *d. l. ſi cum dotem* §. *Tranſgrediamur ff. ſolut. matrim.* Maſtril. *deciſ.* 46. *num.* 3. Rot. *part.* 4. *recent. deciſ.* 644. *num.* 2. *part.* 12. *deciſ.* 126. *num.* 60. *&* 61. *& part.* 13. *deciſ.* 349. *num.* 5. Paſcal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 80. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 161. *num.* 4. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 214. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi pater obligetur, requiritur, vel quod ipſe dotem recipiat, vel de eius ordine, ſiue iuſſu filio ſoluatur per textum clarum in dicto §. *Tranſgrediamur*, adde plenè Boſs. *de dot. cap.* 12. *num.* 1. *cum multis ſeqq. fol.* 478. *&c.*

Pater non tenetur ad reſtitutionem dotis ſolutæ tantùm filio ſine illius conſenſu, licèt matrimonio conſenſerit, niſi quatenus eſſet in peculio, vel in rem ſuam verſum, poſſet tamen huiuſmodi conſenſus haberi etiam in abſentia, & ex interuallo, Cabal. *conſ. deciſ.* 59. *lib.* 1. *& conſ.* 62. *d. lib.* 1. Neguſ. *loc. ſupracit.* Sperel. *d. deciſ.* 165. *num.* 8. *&c.* vide Tuſch. *litt. D. concluſ.* 765. vbi an, & quando pater teneatur reſtituere dotem pro filio, *& concluſ.* 770. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 3577. vide plenè Boſſ. *loc. cit.* 2

Quando pater, & filius ſimul confeſſi ſunt dotem recepiſſe, ad quem præſumatur perueniſſe, vt teneatur reſtituere, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt. per tot. infra num.* 3.

Quòd ſi pater ſolus dotem nurus pro filio recipiat, etiam filio præſente, ſolus ad reſtitutionem teneatur, & non filius, niſi quatenus hæres patris exiſtat; ſi verò filio è contra dos fuerit perſoluta ſine patris iuſſu, vel conſenſu, non obligatur pater, niſi de in rem verſo, vel peculio tenus ſi filius habeat peculium, & idem eſt ſi dotem pater recipiat, ſed tamquàm nudus miniſter filij, & hoc acto vt ſolus filius obligetur; ſin autem conſentiente ſimpliciter patre dos fuerit filio ſoluta, licet pater non ſe expreſsè obligauerit ad illius reſtitutionem, iuris miniſterio ſpeciali dotium fauore habetur pro obli-

gato

Digitized by Google

gato tamquam fideiuſſor filij, ita vt ſi quid de ære proprio ſoluerit, repetere poſſit, DD. *in l. ſi cum dotem* 23. §. *Transgrediamur ff. ſolut. matrim.* Aret. *in* §. *fuerat num.*26. *&c. Inſtitut. de act.* Surd. *deciſ.* 47. Corn. *conſil.* 256. *num.* 32. *&c. lib.* 1. Bald. *Nouel. de dot. priuil.* 37. *&* 38. & benè Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 379. *& ſeqq. Caſena impreſſo de anno* 1645. Sperel. *dict. deciſ.* 165. *num.* 1. *& ſeqq.* vide in §. *Fideiuſſor num....* Ricc. *Collect.* 3577. *&* 1140. plenè Boſſ. *de dot. cap.* 12. *per tot. fol.*478. *&c.*

3 Pater, & filius ſimul confitentes dotem nurus, & reſpectiuè vxoris recepiſſe, obligantur ſinguli pro dimidia ad reſtitutionem, per text. *in l. reos* §. *cum tabulis ff. de duobus reis*, *l. Vranius* §. *Si duo ff. de fideiuſſ.* cum alijs per Oſach. *deciſ.*43. *num.* 1. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 771. *nu.* 2. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.*595. vbi refert ita iudicatum, eo patrocinante.

Contrarium tamen nempè præſumi totam dotem perueniſſe ad illum, qui curam rerum, ac negotiorum domus habebat, & ſic ad patrem, qui non præſumitur ſibi voluiſſe in vſufructu præiudicare, & qui à communiter accidentibus, à quibus fortis, & valida eſt argumentatio, dos ad patrem peruenire ſolet, æquius, & humanus eſſe profitentur, Cyn. *in d. l. Si cum dotem* §. *Transgrediamur*, Crauett. *conſ.*91. *num.*3. *&* 4. Oſaſch. *d. deciſ.* 43. *per tot.* Boſſ. *de dot. cap.* 12. *num.* 22. *& ſeqq. fol.* 484. Surd. *deciſ.* 47. *num.* 6. & alij, quos refert, & ſequitur Pontirol. *d. Reſponſ. num.*390. *& ſeqq.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*14. *per tot.* facit quod dixi in §. *Maritus num.* . . . vide Tuſch. *d. concluſ.* 771. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*21. vbi plures alios allegat, & alias declarationes adducit.

Quòd dos vnius ex filijs patri communi ſoluta ſit ante omnia tamquàm æs alienum deducenda, præſtita cautione ne alij fratres moleſtentur, Caualer. *deciſ.* 426. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 62. *per tot. lib.*1. vbi benè declarat, & dixi in §. *Dos num.*11. facit idem Cabal. *conſ.* 147. *num.* 1. *& ſeqq. d. lib.*1.

4 Pater reſtituens dotem filio de conſenſu nurus, an ipſe, & eius bona remaneant liberata à nexu obligationis tam expreſſæ, quàm tacitæ legalis, latè declarat videndus Sperel. *deciſ.* 164. *num.* 4. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 165. *num.*1. *& ſeqq. ad* 15. vbi in *d. deciſ.* 164. firmat plura requiri ad dictam liberationem conſequendam, primò vt fiat filio emancipato, vel ſaltem iuſta cauſa præcedat reſtituendi dotem filio non emancipato; ſecundò vt pater filio à ſe recedenti commodè non poſſit aſſignare dotis redditus abſque eo quòd dotem ipſam reſtituat; tertiò quòd filius vel ſit ſoluendo, vel de dilapidatione non ſuſpectus, ſed prouidus, & digens. Si itaque pater ſponte reſtituat dotem filio in poteſtate ſimul cum eo habitanti, non liberatur, quamuis conſenſus nurus accedat, quia in effectu tunc non adeſt cauſa reſtitutionis; ſi autem illam reſtituat filio ſeorſum habitanti, & onera matrimonij ſuſtinenti, etiam non emancipato, vtique interueniente nurus conſenſu liberatur; de quo vide etiam Boer. *deciſ.* 195. *num.* 4. *&c.* Boſſ. *tract. de dote cap.* 12. §. 4. *num.*30. *& ſeqq. fol.* 487. Petr. Barboſ. *in l.* 2. *part.* 2. *in prin. num.* 16. *&c. ff. ſolut. matrimon.* Franch. *deciſ.*381. *per tot.* Afflict. & Vrſil. *deciſ.* 349. *per tot.* Cabal. *conſ.* 147. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd ſi non liberetur ex defectu conſenſus nurus, cui iterùm reſtituere dotem teneatur, poteſt ipſe, vel eius hæres recuperare bona filio pro dicta dote conſignata, vnà cum fructibus recompenſatiuis, facit quod dixi in §. *Dos num....* *&* §. *Fructus num.* 9. *&c.*

5 Pater poteſt repetere à genero ſumptus, quos in domo ſua fecit pro infirmitate filiæ, Pract. Papp. *libell. ad dot. & vſumfr. gloſ.* ac etiam Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 5. *per tot. & quæſt.*16. intelligendo quando maritus alere tenebatur, aliàs ſecùs.

Imò quòd non fuerit proteſtatus de repetitione videatur donaſſe ob paternam affectionem, *arg. l. Neſennius ff. de neg. geſt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 823. *num.* 22. *&c.* vide Surd. *loc. cit.*

6 Pater promittens alimenta filiæ, & genero in domo ſua pro certo tempore, an ex hoc intelligatur voluiſſe dotem augere, ita vt in caſu reſtitutionis dotis, ſit etiam reſtituenda æſtimatio dictorum alimentorum à genero, Altograd. *conſ.*76. *per tot. lib.*2. vide in §. *Alimenta num.*27.

Pater tenetur alere filios non habentes aliunde viuere, 7
licèt portionem iam aſſignatam conſumpſerint, Oſaſch. *deciſ.* 124. *n.*9.

Quæ ampliatio non placet Natt. *conſ.* 48. Crauet. *conſil.*199. vide in §. *Filius num....* §. *Legitima num.*15.

Intellige dummodò filius habitet cum patre, & debita obſequia præſtet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*552. *n.*41. *&c.* vide in §. *Alimenta num.*8.

Quæ autem requirantur, vt filius dicatur viuere poſſe ex arte, & ſic vt ceſſet in patre neceſſitas alendi, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 8. *num.* 35. *&c.* Quid ſi ſit ſanus, & robuſtus, & ſic poſſit ſibi victum quærere inſeruiendo alicui Principi in aula, vel bello, vel mercatura, Cabal. *conſ.*154. *num.*27. *& ſeqq. lib.*1. vbi refert tenentes tunc patrem excuſari.

Sed contrarium eſſe verius, aliàs numquàm, aut rarò deberentur alimenta, de quo latè Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.*9. *num.*11. *& ſeqq.* vbi loquitur in ſpurio, ſed ratio procederet etiam in legitimo.

Stante inopia patris ceſſat neceſſitas alendi, nec tenetur alienare proprietatem, idem Gratian. *cap.*519. *nu.* 14. *&c.* vbi etiam quòd idem eſt in filio reſpectu patris, vide in §. *Alimenta num.*8. *&c.*

De hac materia latè Surd. *tract. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Balthaſ. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.*47. *per tot.* dixi in §. *Alimenta*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 143. *vol.*3. vbi etiam qualiter viciſſim pater ſit alendus à filijs, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*485. vbi quòd tenetur etiam alere nurum in ſubſidium, de quo Bich. *deciſ.* 108. *& p.*12. *deciſ.* 166. *per tot.* vbi qualiter, & quando etiam extra domum.

Quòd pater, vel ſocer teneatur alere nurum, intellige durante matrimonio, ſecùs illo diſſoluto, niſi ſit hæres filij, & in ſubſidium, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.*30. *per tot. tom.*1. *& deciſ.*349. *per tot. in eadem cauſa*, & dixi in §. *Socer num.*3. *& infra num.*10.

Pater Iudæus, vel alterius ſectæ infidelium tenetur ale- 8
re, & dotare ſecundum vires patrimonij filios effectos orthodoxos religionis, & Chriſtianos, *l. cognonimus Cod. de hæret.* Iaſ. *in* §. *Fuerat num.*114. *Inſtit. de act.* ſecùs autem ſi ipſe pater ſit Chriſtianus, & filij hæretici, vel Iudæi, *d. l. cognonimus*, Iaſ. *loc. cit. num.*112. vide Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*4. *per tot.* Boſſ. *de dote cap.*4. §. 11. *&* 12. *fol.*159. vbi tamen quòd è contra pater Catholicus non tenetur dotare filias hæreticas, vel Iudæas.

An autem pater Iudæus, vel infidelis ſit alendus à filio, affirmatiuè concludit idem Surd. *d. tit.* 1. *quæſt.*18. *per tot. in c. ſi quis* 30. *diſtinct.* vbi etiam gloſ. & alij.

Pater tenetur dotare filiam etiam iam nuptam cum 9
conſenſu ſuo, vel illo inuito ſi poſt vigeſimum quintum annum ætatis filiæ diſtulit illam maritare, DD. *in Auth. res quæ C. com. de legat. & in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in* §. *Fuerat num.*96. *&c. Inſtit. de act.* Cabal. *conſ. deciſ.* 43. *lib.*1. vbi ampliat etiam ſi filia habeat de proprio, vnde ſe dotare poſſit, vel etiam ſi ſit iam nupta ſine dote, & inuito patre, dummodò non nupſerit indigno, & tale onus tranſit ad patris hæredes, maximè ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, vide Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 189. *nu.* 52. *& ſeqq. ad* 89. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 132. *num.* 4. *& ſeqq. vol.* 3. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 93. *&* 94. vbi etiam ſi nupſerit ante 25. annum, & patre reclamante, *& deciſ.* 318. vbi etiam quòd tenetur ad fructus, licèt dotem non promiſerit, cùm ad illam de iure tenetur vt ſupra, & dixi in §. *Intereſſe num.* 22. Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 413. *per tot.* vide in §. *Filia num.*75. & Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 417. *per tot. in eadem cauſa*, vbi etiam ſi filia ſit diues, & habeat de proprio, *& part.*18. *tom.* 1. *deciſ.*39. *per tot.* latè Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*384. vbi plura notabilia, Bich. *deciſ.*350. *num.*47. vbi quod eſt onus annexum bonis paternis, & tranſit cum ipſa hæreditate in quantitate ſolita; & de obligatione patris, etiam iure naturæ in conſcientia, & coram Deo, dotandi filias legitimas, & naturales, cum prædictis, ac alijs ampliationibus, & declarationibus, plenè Boſſ. *tract. de dot. cap.*4. *per tot. fol. mihi* 121. *&c.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.* 5. *gloſ.*1. *per tot. fol.*3. *&c.* Caldas Pereyta *quæſt. forenſ. cap.*18. *per tot.*

In contrarium facit Michalor. *de frat. part.* 1. *cap.* 26. *num.*24. *& part.*3. *cap.*5. *num.*8. *&c.* vbi quòd non teneatur ſi ex aliqua cauſa poſſit in matrimonium honeſtè ſine dote collocare.

Quòd

Quòd pater de iure communi cogatur dotare filiam, iudici officio, vel iure actionis ſtatuto fœminarum excluſiuo mandante dotari, Altograd. *conſil.* 18. *num.* 38. *& ſeqq. lib.* 2. latè declarat quomodo intelligatur iſta patris obligatio legalis, & an, & quando poſſit ſibi ſtipulari, vel aliud onus doti adijcere, vide in §. *Dos num.* 40. *&c.*

An idem ſit in auo paterno, vt teneatur dotare neptem, Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *reſolut.* 26. vbi affirmatiuè concludit cum Caſtro Palao *tom.* 7. *diſput.* 9. *punct.* 5. §. 2. *num.* 2. & alijs, Rot. pluribus citatis *part.* 11. *recent. deciſ.* 25. *num.* 19. *&c.* vbi quòd nedum auus, ſed etiam illius hæredes tenentur dotare neptem, plenè Boſſ. *de dot. d. cap.* 4. *num.* 11. *& ſeqq. fol.* 123. *& cap.* 5. §. 1. *num.* 1. *& ſeqq. fol.* 174. ac ita ſcio iudicatum, & benè Florentiæ de anno 1670. à Rota, quicquid aliqui ineptè dubitauerint ex Auditoribus, quorum nomina ob decentiam Tribunalis ſubticeo, vide in §. *Hypotheca num.* 9.

An autem vltra dotem teneatur aliquid aliud dare corredorum nomine, idem Altograd. *conſ.* 20. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Dos num.* 38.

Quòd pater teneatur dotare filiam, & ad id iudicis officio cogi poſſit, ita vt retinendo dotem teneatur interim præſtare alimenta filiæ, & genero, ac onera matrimonij ſuſtinere, maximè ſi filia remaneat in obſequijs ipſius patris, quo caſu tamen non tenetur ad alios fructus dotis, idem Altograd. *conſ.* 76. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. latè Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384. vbi multa de hac materia, de qua etiam Boſſ. *de dot. d. cap.* 4. *num.* 13. *& ſeqq. fol.* 124.

Quòd ceſſante ſtatuto excluſiuo teneatur relinquere dotem filiæ titulo inſtitutionis, nec poſſit ſibi ſtipulari reſtitutionem, vbi filiæ eſt debita legitima, ſed teneatur liberè dare, Pract. Papp. *pro leg. rei ſing. gloſ.* 1. *num.* 79. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 769. *num.* 36. *&c.* vide in §. *Dos num.*...

An pater teneatur dotare filiam, etiam ſi aliundè habeat dotem competentem, contrarias opiniones, affirmatiuam ſequendo refert Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *reſolut.* 24. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 13. *num.* 17. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 93. 94. 318. 413. *& deciſ.* 417.

10 Pater naturalis tenetur dotare filiam naturalem, non quidem iure dotis, ſed iure alimentorum, ad quorum quantitatem reſtringitur huiuſmodi dos, & illorum naturam retinet, ita vt non tranſmittatur ad hæredes filiæ, ſed reuertatur ad patrem, Bart. *in l. fin. C. de his quib. vt indig.* vide Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 21. *num.* 6. *&c.* Duen. *reg.* 396. Franch. *deciſ.* 283. Capyc. *deciſ.* 181. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 472. *num.* 4. vbi quòd ſi excedat alimenta poteſt repeti pro exceſſu, etiam viuente viro, Roland. *de dot. quæſt.* 94. vbi tamen quòd in ea habet locum ſtatutum de lucro dotis, Iaſ. *in* §. *Fuerat num.* 104. *Inſtit. de act.* vbi quòd pro ea poſſunt alienari bona fideicommiſſaria, vide in §. *Dos num.* 41. latè Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *reſolut.* 25. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 188. *vol.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 7. Caualcan. *deciſ.* 10. *part.* 3. Merlin. *deciſ.* 671. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3416. plenè Boſſ. *de dot. cap.* 4. §. 14. *per tot. num.* 173. *cum multis ſequentib. fol.* 160. *&c.*

Quòd de æquitate canonica vbique, & in vtroque foro ſeruanda pater tenetur ad alimenta, & dotes filiorum, & filiarum ſpuriorum, & nepotum, nedum legitimorum ex filijs ſpurijs, ſed etiam illegitimorum ex filijs legitimis, vel etiam ſpurijs, & eorum vxores, etiam viduas remanſas inopes; taleque onus tranſeat ad hæredes; niſi huiuſmodi deſcendentes aliundè habeant; ita vt ſuperuenientibus diuitijs, ceſſet dicta obligatio, & ſuccedente paupertate reſurgat, nec illis per pactum etiam iuratum renunciari poſſit; ſi quid tamen pro dictis alimentis, & dotibus fuerit aſſignatum dictis deſcendentibus illegitimis, illis mortuis, non ad eorum hæredes deuoluitur, ſed ad aſſignantem, & illius hæredes, vt benè probat Cabal. *conſil. deciſ.* 154. *&* 171. *per tot. lib.* 1. vbi etiam quid ſi ſint ſani, & robuſti, poſſint ſe exercere in bello, in aula, vel mercatura dixi ſupra *num.* 7. *& in* §. *Alimenta num.* 12. *& ſeqq.* vbi plura, & plures allegaui, vbi Boſſ. *de dot. loc. cit.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 362. *per tot.* vbi qualiter pater teneatur dotare filias ex quocumque damnato coitu, etiam inceſtuoſo ſuſceptas, pro modo alimentorum, ac etiam ſplendoris familiæ.

Quid, & quantum poſſit, vel debeat pater naturalis relinquere filijs naturalibus, idem Cabal. *conſ.* 163. *lib.* 1. vide in §. *Filiatio*, *&* §. *Succeſſio*.

Quòd pater naturalis habens prolem legitimam, fratres, vel nepotes non poſſit relinquere filijs legitimatis vltra medietatem ſuorum bonorum vigore ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 144. & quomodo intelligatur, latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 182.

Pater ægenus, & debitis inuolutus non tenetur filiam dotare, imò ſi dotem conſtitueri eſt nulla, Iaſ. *in* §. *Fuerat num.* 116. *Inſtit. de act.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 366. *n.* 9. *&c. cap.* 498. *num.* 63. *&c. cap.* 562. *num.* 40. *&c. cap.* 945. *num.* 14. *&c.* vide in §. *Dos num.*... Peregrin. *deciſ.* 95. *n.* 4. *& ſeqq.* 11

Quòd dotando non præiudicet creditoribus hypothecariis, Duran. *deciſ.* 461. *num.* 3. Peregrin. *deciſ.* 95. *n.* 4. *&c.* vbi etiam quòd ideò pro dote filiæ conſtituenda antequam ſit promiſſa, non ſunt bona patris hypothecata, quia nulla lege id cautum repetitur, & ideò dos ſubiacet ſicut legitima æri alieno à patre contracto, & venditis bonis per patrem nullam hypotheca competit filio pro legitima, nec filiæ pro dote aduerſus emptores, vide in §. *Hypotheca num.* 9. *&* §. *Dos num.* 40. Boſſ. *de dote cap.* 4. *n.* 19. *fol. mihi* 125.

Item non teneatur dotare filiam nubentem impari ſuo, vili, & ignobili reſpectu domus ſuæ, Iaſ. *in d.* §. *Fuerat num.* 118. Cabal. *conſ. deciſ.* 43. *lib.* 1. vide Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 19. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 213. *num.* 46. *&c.* vbi contra, *ſupra num.* 9. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384. Viui. *comm. opin.* 591.

De hac quæſtione an pater teneatur dotare filiam, quæ illo inſcio, vel inuito nupſit, vide Fachin. *contron. iur. lib.* 3. *cap.* 45. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 182. *num.* 27. *& ſeqq. per tot. vol.* 5. vbi plura, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 93. *&* 94. vbi quòd tenetur, & interim ad alimenta, licèt eo reclamante nupſerit, & ante 25. annum, ſi viro digno, & pari ſuo nupſit, & in qua ſumma tunc dos ſit taxanda.

Item non tenetur dotare filiam ingratam, licèt non poſſit dotem datam reuocare ſub pretextu ingratitudinis, Iaſ. *in dict.* §. *Fuerat num.* 117. vide Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384.

Pater poteſt maiorem dotem dare, vel conſtituere *vni* filiæ, quàm alteri, quæ non poteſt conquæri, nec petere reduci ad æqualitatem, niſi enormiſſimè fuerit læſa, non reſpectu ſororis, ſed congruitatis ſtatui, & qualitatis perſonarum; fratres verò, & agnati teneantur (niſi aliter conſtet de voluntate patris) eamdem dotem vni dare, quam vel pater, vel ipſi alteri dederunt, *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 30. *&c.* vbi dicit ita obtinuiſſe Foroliuij de anno 1621. allegat Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 29. *&c.* Corn. *conſ.* 115. *num.* 6. *lib.* 6. Gregor. *deciſ.* 63. *num.* 21. *&c.* & alios, Giurb. *de conſuet. Meſſan. part.* 1. *cap.* 3. *gloſ.* 7. *num.* 25. *& ſequentib. fol.* 334. Peregrin. *deciſ.* 36. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384. *verſ. An filia &c.* 12

Quod dos ſit taxanda inſpectis bonis remanſis in hæreditate patris, non attenta quantitate aliarum dotium in vita patris alijs filiabus conſtitutarum, cùm de vno ad aliud tempus non poſſit inferri in ijs, quæ tractu temporis variantur, Cabal. *conſ.* 122. *lib.* 2. *per tot.*

An pater, vel mater poſſit in foro conſcientiæ plus vni filio, vel filiæ relinquere quàm alijs, Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 83. *& ſeqq.* vbi plura de diſtributione bonorum facienda in conſanguineos, vel alios, vide in §. *Frater num.* 2. *in fine*, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 130. vbi an ſit facienda difficultas moribundo, qui vult relinquere plus vni filio, quàm alteri, & concludit quòd non, ſi adſit aliqua iuſta cauſa, aliàs ſecùs ſi ex inordinato affectu.

Quòd relinquens filijs integram legitimam poſſit de reliquis bonis ad libitum diſponere, maximè ſi nullo odio motus, ſed ex rationabili cauſa id agat, Merlin. *deciſ.* 208. *per tot.*

Pater promittendo filiæ dotem exceſſiuam honoris, & complacentiæ gratia non obligatur, & ex quibus huiuſmodi 13

Digitized by Google

modi ſimulatio culligatur, & qualiter ob id valeat declaratio, & renunciatio partis facta ab ipſa filia etiam minore, & ſine ſolemniitatibus ſtatuti, latè pro Excellentiſſimo Principe Maſſæ conſulendo reſpondit Altograd. conſ. 5. per tot. lib. 1. vide in §. Dos nu. 37. facit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 366. num. 9. cap. 498. num. 63. cap. 562. num. 40. cap. 945. num. 14. cap. 950. num. 2. cap. 472. per tot. Diaz. reg. 215. Duran. deciſ. 461. n. 3. Merlin. deciſ. 485. & 555. Criuell. deciſ. 48. Buratt. deciſ. 775. Addit. ad Sanſelic. deciſ. 384. verſ. An dos, &c. vbi quòd dos promiſſa ad pompam non debetur.

14 Pater legans filiæ ex cauſa dotis, & poſtea illam maritans, ſoluendo dotem, ſi moriatur non mutato teſtamento, an poſſit filia huiuſmodi legatum petere contra hæredes patris, Bart. in l. huiuſmodi §. cum pater ff. de legat. 1. Pract. Papp. libell. pro leg. rei ſing. gloſ. 1. num. 75. Magon. deciſ. Flor. 13. num. 24. vbi quòd non, vide in §. Frater num... & §. Teſtator num. 4.

In contrarium quando pater ſciuit, potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, Caſtr. conſ. 214. lib. 1. Tuſch. lit. T. concl. 132. num. 1.

Quid ſi legauit ducentum, & illam maritauit cum centum, an filia poſſit prætendere alia centum, Bart. in l. Lucius ff. de legat. 2. Pract. Papp. loc. cit. num. 76. vbi quòd ſic, quando fuit legatum pro dote, ſecùs ſi pro ea maritanda, vide Caſtr. & alios in d. l. Lucius, Michalor. de fratr. part. 3. cap. 5. num. 7. Magon. deciſ. Luc. 28. num. 826. & per tot. vide in §. Legatum num. . . Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 236. vbi quòd ſi minor quantitas fuerit per teſtatorem ſoluta, quàm fuerit legata, non extinguitur legatum, niſi pro rata ſoluta; niſi ex coniecturis appareat de contraria voluntate teſtatoris.

Quòd pater promittens dotem filiæ, & poſteà ei legans, cenſeatur animo donandi legaſſe, & quando ſecùs, Socin. reg. 349. per tot.

15 Pater legans dotem filiæ cum hoc vt quoties fuerit deperdita, ſit iterum conſtituenda, intelligitur pro vna vice tantùm, & non vltrà, l. fideicommiſſa §. Si quis decem ff. de legat. 3. Pract. Papp. loc. ſupra cit. num. 78. vide in §. Dos num...

16 Pater quidquid legat filiæ, cenſetur legare animo compenſandi cum dote, & legitima, vel debito neceſſario, ita vt filia vnum eligendo, alterum amittat, præcipuè vbi de voluntate patris conſtat, Duran. deciſ. 339. num. 1. 2. & 43. latè Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 109. num. 16. & ſeqq. per tot. & lib. 3. præſumpt. 142. vbi quid dicendum quando pater inter viuos donauit, Sperel. deciſ. 176. num. 81. & per tot. vide in §. Legatum num. 34. Peregrin. deciſ. 29. per tot.

17 Pater legans filiæ certa bona pro dote, iubendo de illis eſſe tacitam, & contentam, non videtur in dubio dotaſſe de bonis maternis, niſi exprimat, cum dos materna ſit extra bona patris, & ideò poterit etiam prætendi dos materna; ſi tamen dotans eſſet extraneus puta tutor, vel frater, in dubio videtur etiam dotare de bonis maternis, Bart. in l. vt iuſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. lib. Pract. Papp. loc. ſupra cit. num. 83. cum Addit. Boer. deciſ. 3. part. 1. plenè Mart. Medic. Exam. 34. & deciſ. 57. per tot. cum Addit. Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1150. per tot. text. vbi Auguſt. Barboſ. in Collect. & alij in l. fin. C. de donat. prom. Rot. part. 10. recent. deciſ. 64. num. 3. & ſeqq. per tot. vbi quando pater cenſeatur dotaſſe de proprio, vel de maternis bonis, & deciſ. 130. num. 6. &c. deciſ. 276. num. 5. & ſeqq. vbi quòd licèt pater teneatur dotare de proprijs bonis, tamen ſi bona aſſignata portionem paternam excedant, in dotem maternam imputantur, & ſufficiuor coniecturæ ad probandam huiuſmodi imputationem, & ad inducendam præſumptionem quod etiam de maternis dotauerit, Rot. part. 12. recent. deciſ. 351. & part. 17. deciſ. 100. per tot. Boſſ. tract. de dot. cap. 4. §. 5. num. 24. & ſeqq. vbi plenè qualiter pater diues teneatur dotare filiam etiam diuitem, & habens penes ſe bona ipſius filiæ, promittendo pro illa dotem, an præſumatur promiſiſſe de proprio, vel de bonis filiæ, Rot. part. 18. recent. deciſ. 259. num. 6.

Quòd pater declarando in teſtamento etiam nullo, vel reuocato, ſiue quolibet alio modo, quòd filia fuerit dotata, tam de bonis paternis, quàm maternis, faciat illam remanere excluſam à maternis, quando ita expreſsè declarauit, aliàs ſecùs, Menoch. lib. 3. præſumpt. 15. num. 24. & de arbitr. quæſt. 73. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 890. num. 4. & 22. cap. 504. num. 15. &c. Boer. deciſ. 172. Buratt. deciſ. 283. per tot. lib. 1. vide in §. Filia num. 83. &c.

Sed quòd poſſit etiam coniecturis, & quibus probari, vide Rot. dict. deciſ. 276. per tot. part. 10. recent. & part. 12. deciſ. 351. vbi maximè ſtante renunciatione generali.

Quòd pater diues cenſeatur de proprio dotem filiæ conſtituiſſe, licèt de maternis mentionem fecerit, quidquid ſit ſi inopia laboraret, Rot. part. 14. recent. deciſ. 215. num. 9. &c. deciſ. 358. num. 7. &c. part. 17. deciſ. 100. vbi quamuis pater regulariter præſumatur dotare filiam de proprio, tamen ſecùs eſt ſi aliter declarauit, vel arguatur ex coniecturis, cùm non ſit præſumptio iuris, & de iure, & deciſ. 347. per tot. vbi quòd receditur à dicta præſumptione quoties conſtat de voluntate contraria dotantis, vt quia fuerunt aſſignata ipſa bona materna, vel ex alijs coniecturis, & alia ad rem, eadem Rot. part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 60. per tot. & deciſ. 259. num. 6.

Pater relinquens filiæ mille ſi nubat, & quingenta tantum ſi monialis efficiatur, non præiudicat illi quin poſſit mille habere licèt facta ſit monialis, Euerard. loc. à matrim. carnal. ad ſpiritual. num. 8. Boer. deciſ. 3. num. 14. Capyc. deciſ. 204. vide in §. Legatum num. 47. §. Dos num. 29. 18

Contrarium tamen verius eſt, Michalor. de fratr. part. 3. cap. 6. num. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 11 num. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 481. num. 28. & per tot. cap. 533. num. 19. cap. 813. num. 20. &c. & deciſ. 40. num. 10. & 11. in Addit. Theſſ. Quæſt. forenſ. cap. 60. per tot. lib. 1. Altograd. conſ. 96. num. 33. lib. 1. Ludouiſ. deciſ. 63. num. 24. & per tot. vide alios in §. Dos num. 29. Viui. comm. opin. 318. Thom. del Bene tract. de Immunit. Eccleſ. part. 1. cap. 8. Dubit. 21. ſect. 3. per tot. vbi num. 10. quòd iſta opinio non eſt improbabilis, & refert multos illam ſequentes, licèt ipſe priorem ſententiam contrariam omninò confirmet, Boſſ. de dot. cap. 4. §. 10. per tot. num. 157. & ſeqq. fol. 157. vbi quòd licèt de iure verior ſit prima opinio, tamen de conſuetudine vniuerſali, & communi obſeruantia, præualet iſta ſecunda.

Poteſt enim pater declarare, & ordinare, vt filiabus ingredientibus monaſterium detur dos Monachalis, & minor, quàm ſi matrimonium carnale contraherent, Viui. loc. cit. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 945. num. 4. & 25. & facit in cap. 986. per tot. vbi quòd poteſt declarare, vt filius excludatur à Maioratu, vel hæreditate, eligendo vitam Sacerdotalem; vtrumque dictum ſequitur Duran. tract. de condit. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 3. nu. 34. & ſeqq. Ac ita verè ſeruatur, licèt opinio de iure ſit valdè controuerſa, vt conſtat ex allegatis in §. Dos num. 29.

Quòd licet moniales veniant appellatione filiarum nuptarum, vel nubendarum, id tamen non procedat quando fuerunt vocatæ filiæ, che ſi maritaranno, e loro deſcendenti, quia huiuſmodi diſpoſitio non poteſt monialibus applicari, Caualer. deciſ. 401. num. 6. & latius deciſ. 417. per tot. vbi etiam quòd moniales non comprehenduntur quando teſtator diſcretiuè loquutus fuit de maritandis, & de monacandis.

Pater tenetur integram dotem primi matrimonij filiæ reſeruare, nec poteſt illam minuere quando verè, & realiter eam tradidit, ſecùs ſi tantùm promiſerit, Iaſ. in §. Fuerat num. 134. Inſtitut. de act. Auth. ſed quamuis Cod. de rei vx. act. Rot. part. 2. Diuerſ. deciſ. 156. per tot. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 12. num. 35. Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. num. 230. Gratian. diſcept. cap. 466. num. 3. &c. cap. 792. num. 1. &c. cap. 882. per tot. vbi indiſtinctè tenet non poſſe dotem minuere, quamuis filia poſt primas nuptias vellet ingredi Religionem, vide in §. Dos num. 24. Vrceol. conſult. forenſ. cap. 7. num. 42. & ſeqq. ad 49. vbi tamen quod filia pro huiuſmodi dote ad patrem reuerſa, & conſolidata cum eius patrimonio, nullam habet hypothecam, & poſtponitur creditoribus Patris, qui medio tempore poſt ſolutum matrimonium contraxerint cum illo, quia primæua actio 19

ex

Digitized by Google

ex promiſſione dotis reſultans remanſit extincta per huiuſmodi conſolidationem, & ideò tenetur pater eamdem quantitatem date, ſi poteſt, & non fuerint diminutæ facultates, aliàs ſecùs, vt ibi per eum, & vide Paul. Chriſt. deciſ. 190. per tot. vol. 5. Rot. part. 18. recent. deciſ. 714. vbi intelligit de dote profectitia, ſecùs in aduentitia, & quando talis dicatur, etiam ſi fuerit à patre data, & alia ad rem, maximè ad effectum, vt ex ea debeantur froctus, vel non.

Si tamen pater ſit decoctus, vel magno ære alieno grauatus habetur pro mortuo, & conſolidatio dotis fit in filia, nec ad patrem reuertitur, Tondut. part. 1. cap. 100. Vrceol. in Append. ad cap. 7. ſub num. 25. in fine 2. volum. fol. 11.

Quòd non poſſit pater dotem etiam ſimpliciter ſemel promiſſam alterare, aut minuere, nec declarare quòd intellexerit etiam de bonis filiæ per eum adminiſtratis, Ger. Spin. conſ. 44. per tot. Gregor. deciſ. 5. num. 4. & deciſ. 21. num. 4. Vrceol. in Append. ad cap. 8. ſub num. 3. in fin. 2. vol. vbi intelligit quando dies ſolutionis aduenit, quia tunc dos habetur pro ſoluta, & data.

Quod nec etiam poſſit pater in ſuo teſtamento apponere dilationem ad ſoluendam dotem ad ſe reuerſam in præiudicium filiæ, & appoſitam ipſo iure reijci, & pro non ſcripta haberi, quia mortuo patre, & filia ſui iuris effecta, integra dos ad illam pertinet, ac ipſo iure euellitur ab hereditate patris, & in ipſa filia conſolidatur, latè Vrceol. conſult. forenſ. cap. 8. per tot. & in Append. ad d. cap. 8. in fine 2. vol. fol. 12. vbi quando pactum dilatiuum appoſitum ſiue à patre, ſiue ab extraneo dotante ſit validum, vel non.

An autem pater, qui ſemel dotauit filiam, teneatur iterum, ac pluries dotare, ſi dos data fuerit amiſſa, vel conſumpta, latè Boſſ. de dote cap. 4. §. 16. num. 212. & ſeqq. fol. mihi 166. vide in §. Dos.

20 Pater agens actione communi ſibi, & filiæ ad repetendam dotem habet priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, alias ſecùs ſi agat proprio nomine mortua filia, Bart. in l. poſt dotem ff. ſolut. matrim. Iaſ. in §. Fuerat num. 138. Inſtit. de act. Neguſ. de pign. part. 2. memb. 4. num. 34. &c. vide in §. Actio num... & §. Filia num...

21 Pater retinendo dotem, quam recipit, an cenſeatur nomine filiæ infantis adire hæreditatem matris defunctæ, vide Gratian. diſcept. for. cap. 627. num. 26. Altograd. conſ. 81. num. 9. & ſeqq. per tot. lib. 1. Mart. Medic. deciſ. 50. per tot. & deciſ. 79. num. 8. dixi in §. Additio num... & §. Hereditas num...

22 Pater grauatus fideicommiſſo per filium non detrahit duas quartas, quamuis è contra filius à patre grauatus illas detrahat, vt dixi in §. Filius num. 47. Roland. conſil. 39. num. 10. lib. 3. Addit. ad Pract. Papp. libell. ex ſubſtitut. gloſ. Ac per fideicommiſſum, verb. Filijs, Gratian. deciſ. 59. in Addit. num. 2. & ſeqq. vbi refert plures hinc indè tenentes, licèt videatur tranſiſſe cum negatiua vltimo loco relata, vide Vrceol. conſult. forenſ. cap. 6. num. 19. & ſeqq. per tot. Ceuall. comm. opin. quæſt. 665. Vini. deciſ. 405. Fachin. contro. iur. lib. 4. cap. 28. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 49. num. 47. Paul. Chriſtin. deciſ. 203. num. 30. & ſeqq. vol. 5. vbi refert contrarias opinions.

23 Pater de iure communi non tenetur pro filio ſoluere aliquam condemnationem, Addit. ad Pract. Papp. libell. hered. vel rei ſing. diuid. verb. Sed circa, Clar. §. fin. quæſt. 86. Cabal. reſolut. criminal. caſ. 149. & caſ. 250. Guaz. deff. 33. cap. 2. Conciol. cum Addit. Romaguer. ad ſtat. Engub. lib. 4. Rub. 57. per tot. vbi etiam quid ſtante ſtatuto, vide in §. Statutum puniens num. 26. Farinac. quæſt. 24. Card. Tuſch. litt. P. concluſ. 212. Ricc. Collect. 944. Conciol. reſolut. crim. verb. Legitima reſolut. 3. per tot. & verb. Pater reſolut. vnic. per tot. vbi ampliat, vt nec teneatur de legitima, nec de peculijs; poſſe tamen filium carceratum pro delicto officio iudicis cogere patrem ad ſibi legitimam aſſignandam pro ſe liberando, ad Farinac. d. quæſt. 24. num. 21. & Merlin. de legitim. lib. 2. quæſt. 25. num. 3.

Non etiam tenetur ad alia debita filij, niſi probetur verſio, ſiue iuſſus, vel mandatum, ſiue adminiſtratio ſciente, & patiente patre de tempore debiti contracti, Ricc. Collect. 944. & 1071. Gratian. deciſ. 81. num. 24. & ſeqq. & diſcept. forenſ. cap. 733. num. 12. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 17. num. 11. &c. vol. 3. Anton. Fabr. in C. tit. ne filius pro patre &c. vbi definit. 3. dicit patrem teneri pro filio dotare virginem ab ipſo filio corruptam, partumque alere, iuxta l. pen. C. de agnoſc. & alend. lib. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 5. part. 6. num. 13. vbi de patre raptoris refert Olea de ceſſ. iur. tit. 2. quæſt. 6. num. 19. facit Laurent. Matthæu. & Saoz. tract. de re crim. controu. 57. num. 24. Sed tamen aliquando contrarium fuiſſe iudicatum ex diſpoſit. d. tit. ne Filius pro patre &c. dicit Chriſtin. d. deciſ. 17. num. 15.

An, & quando teneatur pater, vel non pro mutuo à filio recepto, plenè Hermoſil. ad leg. Partit. tom. 1. tit. 1. leg. 5. gloſ. 2. per tot. fol. 63. &c.

Nec creditoribus filij correſpondere de vſufructu bonorum aduentitiorum, idem Gratian. deciſ. 76. num. 42.

Quando, & quatenus teneatur de peculio, ac de in rem verſo, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 34. vol. 4.

Pater ſi agnouit tutelam filio datam, tenetur pro illo inſolidum, aliàs tantùm de peculio, vel de in rem ſuam verſo, Montan. de tut. cap. 36. num. 205. &c. cap. 9. num. 5. & 6. cap. 23. num. 18. Paul. Chriſtin. deciſ. 53. num. 7. &c. vol. 5. Franciſc. de Amaya in l. 1. & ſeqq. C. de Decurion. lib. 10. fol. 237. vbi benè declarat, & facit differentiam inter tutelam teſtamentariam, & datiuam. 24

Sicut etiam ſi pater videt, & tacet filium creari decurionem obligatur tamquàm illius fideiuſſor pro geſtis ab eo, l. 2. §. 1. ff. ad municip. Menoch. lib. 6. præſumpt. 99. num. 17. & de arbitr. caſ. 345. num. 8. Paul. Chriſtin. deciſ. 24. num. 4. &c. volum. 5. & deciſ. 53. per tot. vol. 5. Sanfelic. deciſ. 161. vbi qualiter pater conſentiens adminiſtrationi filij teneatur pro eo, ac ſi fideiuſſerit, Larrea Allegat. fiſc. 112. vbi quomodo teneatur pro oneribus dignitatis filij, & dare ſubſtitutum ad bellum pro eo, ſi ipſe filius non poſſit intereſſe &c. Franciſc. de Amaya loc. cit. vbi plura quando pater obligetur pro filio, vel non ratione officij.

Quando pater teneatur pro officio filij, vide Boer. deciſ. 221. per tot. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 733. num. 12. Tuſch. litt. P. concluſ. 120. n. 1. Paul. Chriſtin. deciſ. 53. vol. 5. vide in §. Tacitum num... & §. Fideiuſſor num. 84. vbi qualiter teneatur pro exactis à filio in adminiſtratione ipſius patris, & pro eo fideiuſſor, facit latè Franciſc. de Amaya loc. cit.

Pater admittitur ad allegandam iudicis incompetentiam in iudicio criminali contra filium intentato, latè Magon. deciſ. Luc. 56. per tot. vide in §. Procurator num... 25

Pater qualiter ſuccedat filio ſimul, & æqualiter cum matre, vide in §. Aſcendentes num... & in §. Succeſſio infra num. 43. 26

Pater regulariter non tenetur mittere filios ad ſtudium, & ibidem illos ſubſtentare, niſi ex æquitate in aliquibus caſibus, Michalot. de fratr. part. 1. cap. 25. per totum, Garziam de expenſis, & melior. cap. 3. & 4. per tot. 27

Pro affirmatiua Menoch. lib. 3. præſumpt. 29. num. 86. & præſumpt. 30. num. 22. & de arbitr. caſ. 501. num. 9. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 22. num. 8. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 267. num. 43. &c. Duen. reg. 372. per tot. idem Menoch. lib. 4. præſumpt. 191. n. 12. &c. Scaglion. in Pragm. Regn. allegat. deciſ. 16. num. 24. Balthaſ. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. deciſ. 47. num. 12. & 13.

Pater exemptus à ſolutione collectarum propter numerum duodecim filiorum, retinet huiuſmodi priuilegium durante illius vita; etiam vno, vel pluribus ex eis defunctis, Iaſ. in l. ſciendum §. ſi fundum num. 7. ff. qui ſatiſd. cog. Dec. in l. omnibus ff. de reg. iur. Roland. conſ. 66. num. 35. lib. 1. & conſ. 52. num. 49. lib. 2. Rot. in Bononien. ſucceſſionis 11. Maij 1635. coram Motman. in Nouiſſ. part. 7. deciſ. 45. num. 19. Bonifac. de furt. §. 6. num. 58. 28

Quamdiù duret dictum priuilegium, ad quæ extendatur, vel non, & ſit de iure communi, Tuſch. litt. E. concluſ. 563. & 564. per tot. Ricc. Collect. 42. & 1707. Sanfelic. deciſ. 391. cum Addit. per tot. Viui. comm. opin. 603. Gregor. Ganauet. deciſ. 41. per tot. Theſaur. deciſ. 267. per tot.

Quòd dictum priuilegium proſit etiam alteri fratri ipſius patris habentis duodecim filios, ſi bona communia habeant, & ſic propter bonorum communionem frater immu-

Digitized by Google

immunis reddat immunes alios fratres, Marſil. *ſing.* 108. Menneh. *de arbitr. caſ.* 379. *num.* 9. Sperel. *deciſ.* 41. *nu.* 77. *in Addit.* Sanſelic. *deciſ.* 391. *cum Addit. per tot.* vbi plenè de huiuſmodi immunitate quando, & quibus proſit, vel non.

Item cùm pater ſit cauſa remota dicti priuilegij, fauor autem publicus cauſa proxima, dicitur priuilegium reale, & tranſit etiam ad ipſos filios poſt mortem patris, intelligendo donec viuunt in communi, aliàs ſecùs facta diuiſione, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 103. *n.* 19. Surd. *deciſ.* 123. idem Menoch. *conſil.* 486. Quamuis contrarium teneat Theſſ. *deciſ.* 267. *num.* 11. vide plenè Sanſelic. *deciſ.* 391. *cum Addit. per tot.* Caren. *reſol.* 189. vbi quòd non rumpitur priuilegium per filias nuptas, nec ſi vnus inſtituat hæredem extraneum, qui non prouocet ad diuiſionem, vel alter ingrediatur religionem, quæ ex perſona ingreſſi conſequatur partem ſuam, dummodò alij retineant bona indiuiſa, & alia ad rem.

Non tamen ſuffragatur dictum priuilegium pro oneribus Cameralibus, & extraordinarij, ſed tantùm pro ordinarij loci, Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 38. *num.* 4. *&c.* Alia vide in §. *Priuilegium num.* 21. *&c.* & in mea Pract. §. *Padre num.* 4. *& ſeqq.* *&* §. *Priuilegio num.* 20. *& ſeqq.* vbi etiam quòd quamuis dictum priuilegium habeat originem à iure communi, ſolet ſupplicari, & obtineri à Principe.

An pater duodecim filiorum ſit immunis à muneribus patrimonialibus, vide *l. ſi quis decurio* 24. *C. de decur. & filijs eorum*, vbi Bart. Io. de Plat. & Luc. de Pen. affirmant; prout etiam Guid. Pap. *quæſt.* 301. Roland. *conſil.* 52. *lib.* 2. Viui. *comm. opin. verb. Pater* 603. Ganauer. *deciſ.* 41. *per tot.* vbi ponderat plura iura, & latè hanc partem tuetur.

Contrarium autem aſſerunt Bald. & Rebuff. *in d. l. ſi quis decurio*, Couar. *in Epit. de ſponſal. in* 2. *part. cap.* 8. Fachin. *controu. iur. lib.* 3. *cap.* 49. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 24. *num.* 10. *&c. vol.* 5. vide Ganauer. *d. deciſ.* 41.

Quòd in dicto numero computentur etiam legitimati per reſcriptum Principis, Eugen. *conſil.* 57. *num.* 25. Addit. ad Sanſelic. 342. *verſ. Numerantur*, *& deciſ.* 391. *per tot. cum Addit.* vbi plura de omnibus prædictis, & alijs, Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 128. *per tot.* vide in §. *Priuilegium num.* 21. *& ſeqq.* Ganauer. *d. deciſ.* 41. *num.* 45. *&* 46. vbi quòd computantur etiam filius Monachus, & filius mortuus poſt diem porrectæ petitionis in iudicio, & vnus legitimatus inter cæteros vndecim legitimos.

De dictis circa immunitatem ob numerum duodecim filiorum, adde Andreol. *controu.* 283. *per tot.* Coneiol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub* 63. *per tot.* vbi plures alios allegant Toudut. *reſolut. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *per tot.* Bart. Gatt. *conſ.* 1. *per tot.* Caſtald. *conſul.* 225. *per tot. lib.* 2. Philip. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 4. *per tot. cum Annot. Prati.*

29 Pater an poſſit occidere adulterantem cum filia, & an poſſit alijs demandare, vel alios in auxilium conuocare, quid ſi adulter ſit Clericus, & quid in foro conſcientiæ, vide Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 300. *per tot.* Leſſ. *de Iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 8. *dub.* 5. *per tot.* Clar. §. *Homicidium verſ. dixi etiam*, vbi quæ requirantur, vt pater hoc facere poſſit, idem Cabal. *de omnigen. homicid. n.* 23. *& ſeqq. ad* 55. Farinac. *quæſt.* 121. *part.* 1. *&* 2. *per totam*, Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 1. *part.* 9. *recent. volum.* 1. *num.* 18. *&c.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 1. *n.* 61. *& ſeqq.* Gabriel. de Ballis *tract. de delict. cap.* 3. §. *vnic. per tot. fol. mihi* 273.

De hac concluſione, & ſuis requiſitis plenè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 4. *num.* 124. *& ſeqq. fol.* 207. vbi ponit ſex requiſita, & illa declarat, & quid in marito, Thoro *compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Occidens.*

An autem poſſit maritus hoc facere, vide in §. *Maritus num.* 7. Quid in filio, vide in §. *Filius num...*

Quòd in foro conſcientiæ nullo modo ſit permiſſum, & ſaltem teneatur ſpatium pœnitentiæ concedere ſub graui peccato; & cum non ſint in hoc legis miniſtri, poſſit illis impunè, & ſine peccato reſiſti ab vxore, vel filia, ſiue matre, & ab adultero, etiam occidendo ipſos patrem, maritum, vel filium offendere volentes, dummodò alia via euadere, & vita ſaluare non poſſint, Molin. *de Iuſt. & iur. tract.* 3. *diſput.* 7. P. Manar. *in Nott. Malencol. Interrog.* 188. *&* 189. dixi in Pract. §. *Padre num.* 8. *&* 9. vbi tamen in fine quid in foro temporali huiuſmodi reſiſtentia non tranſiret abſque pœna, ſequuta morte, ſiue vulneribus, quia adulteri prædicti conſiderarentur tamquàm auctores totius mali, de quo latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 1. *num.* 14. *& ſequentib.* vbi quòd ſecundum benigniorem opinionem poſſent excuſari à pœna ordinaria, quia non ſimpliciter attenditur quòd dederint operam rei illicitæ, ſed ſi veriſimiliter ille actus tendebat ad id, quòd fuit ſequutum, nam tunc ſolum eſſet locus pœnæ ordinariæ.

Quòd pater poſſit licentiam ſibi à lege conceſſam exercere in filiam, & cum ea adulterantem illos occidendo, intellige ſi eos in turpitudine depræhenderit in domo propria, vel mariti, & ſic in adulterio, non autem in ſtupro, vel inceſtu, & ferro, non autem veneno, vt benè probat vtrumque Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.* 64. *num.* 38. *& ſeqq.*

Pater an poſſit præiudicare filijs in feudo, vel emphyteuſi alijs prælegando, ſiue aliter alienando, Caldas Pereyr. *quæſt. forenſ. cap.* 20. *per tot.* & latè *in tract. de Emphyt. extinct. cap.* 19. *&* 20. *per tot.* & latè Aluarez Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 10. *per tot.* vbi probat contra multos Doctores poſſe patrem præiudicare filijs, alienando emphyteuſim pro ſe, & filijs acceptam, etiam ſi ſit antiqua, & auita, & idem eſſe in alijs, quando ad certas aliquas perſonas emphyteuſis deberet ex contractu tranſire, ſi emphyteuta in alium eam non transferret, inferendo proinde ad multa vtilia, & quotidiana contra vulgares opiniones, & praxim in eis fundatam, penes eum videnda, dixi in §. *Emphyteuſis num.* 34. *&* §. *Feudum num.* 7. latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 405. *per tot.* vbi etiam quid de matre, *& in cap.* 663. *num.* 12. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 9. *num.* 9. 36. *&c.* Surd. *deciſ.* 324. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 65. *per tot.* Altograd. *conſ.* 15. *n.* 24. *lib.* 1. *conſil.* 36. *num.* 11. *& conſil.* 102. *num.* 56. *lib.* 2. Merlin. *de legitima lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 5. Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 38. *num.* 22. *&c.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de iur. emphyteuſ. concluſ.* 2. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 123. *volum.* 3. *& deciſ.* 26. *cum pluribus ſeqq. volum.* 6. Ricc. *Collect.* 690. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 176. *& part.* 10. *deciſ.* 218. *n.* 21. *& ſeqq. part.* 11. *deciſ.* 111. *per tot. & deciſ.* 166. *per tot.* 30

Quid in aduentitijs, Gratian. *diſcept.* 980. *num.* 20. *&c.* Merlin. *deciſ.* 748. *per tot.*

Quæ non poſſit facere pater in præiudicium filiorum, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 128.

Qualiter pater confeſſo de debito, vel legatum, & huiuſmodi non poſſit præiudicare filijs in legitima, & alimentis, niſi aliter conſtet de debito; faciat tamen ſemiplenam probationem, & alia ad rem latè explicat videndus cum alijs ab eo citatis Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 4. *per tot.* dixi in §. *Legitima num.* 25. *&* 26. *& num.* 16.

Patre, & filio ſimul ex eadem ruina, vel naufragio mortis, quis præſumatur priùs deceſſiſſe, ita vt alter ſuperuiuens illi ſucceſſerit, & in ſuos hæredes tranſmittat, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 50. *& ſeqq. per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1344. *per tot.* Altograd. *conſ.* 69. *num.* 28. *& per tot. lib.* 1. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *conſ.* 51. *&* 85. *per tot.* vide in §. *Filius nu...* §. *Mors n.* 13. *&* §. *Lucrum num...* 31

Pater, vel alius ſuperior quam caſtigationem, & correctionem poſſit facere in filios, vel alios ſibi ſubditos, & inferiores, & qualiter puniatur ſi moderatam coercitionem excedat, Menoch. *de arbitr. caſ.* 364. *per tot.* vbi quòd idem eſt in marito verſus vxorem, præceptore, & alijs ſimilibus habentibus præeminentiam, Altograd. *conſ.* 23. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Scanarol. *de viſitat. Carcer. lib.* 1. §. 4. *cap.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Tuſch. *litt. P. concl.* 119. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 1. *num.* 168. *& ſeqq.* 32

An autem filius, quando pater excedit, poſſit vim repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe defendere occidendo etiam Patrem, ſi aliter vitam propriam ſaluare non poſſit, negatiuè reſpondent aliqui, ſed alij magis communiter affirmant, cùm defenſio de iure

natu-

Digitized by Google

naturæ ſit cuilibet, & contra quemlibet permiſſa, Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 58. per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 1. num. 8. & ſeqq.* dixi in §. *Parricidium num.* 4. Dian. *part. 8. tract. 7. reſol. 41. per tot.* vbi citat Menoch. *de arbitr. caſ. 356. n. 35.* Farinac. *quæſt. 125. num. 111. & alios*, Conciol. *reſol. crim. verb. Defenſio reſol. 8.* vbi idem firmat in ſimilibus, quibus reuerentia debetur, niſi tamen filius, & huiuſmodi ſubordinati, vel inferiores poſſent fugiendo ſe ſaluare, quia tunc tenentur potiùs fugere, cùm fuga iſtis nullo modo ſit ignominioſa; nihilominus puto quòd ſi Superior excederet in corrigendo, & inferior fugere nollet, ſed ſe defendere, eſſet excuſandus à pœna ordinaria, & mitiùs puniendus.

Quòd inter domeſticos non puniantur percuſſiones, niſi ſint cum magno exceſſu diſponit ſtatutum Flor. *lib. 2. Rub. 32.*

Quando pater poſſit carcerare filium, vel non, Ricc. *Collect.* 1903. vbi de Statuto Lucano, Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 404. obſeruat.* 15. vbi quòd pater, & maritus poſſunt carceribus mancipare filium, & vxorem, intelligendo quoad filium non emancipatum, vide in §. *Maritus num. 4.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Captura reſol.* 3. vbi quòd pater diſcretus poteſt facere carcerare filium ratione patriæ poteſtatis, ſecus in matre, & alijs conſanguineis, Romaguer. & Conciol. *ad Statut. Eugub. Rub. 58. & 59. per tot.* Raynald. *d. cap. 6. §. 3. & 4. per tot.* vbi *num. 52. &c.* quando ſit licitum etiam matri, & fratribus, quia facultas corrigendi, non tantùm prouenit ex patria poteſtate, vt exiſtimat Ricc. *deciſ.* 284. *num. 6. & ſeqq. part. 4.* ſed ex diſpoſitione text. *in l. vnic. C. de emendat. propinq.* vbi ſenioribus propinquis datur poteſtas corrigendi minores errantes, niſi facti atrocitas exigat iudicium vltionis iudiciariæ, & gloſ. exemplificat in fratribus.

33 Pater aliquid acquirens pro ſe, & filijs, præſumitur acquirere pro filijs, non vt filijs, ſed vt hæredibus, cùm veriſimile ſit cogitare ſibi futurum hæredem filium, niſi tantummodò filijs fuerit ſtipulatus, vel aliter, quam ſibi, vel in re cohærente perſonæ, ſiue in re, quæ tranſit ad filios, vt filios, prout emphyteuſis Eccleſiaſtica, vel niſi aliter appareat, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 48. per tot.* Viui. *comm. opin.* 589. latè Surd. *deciſ.* 322. *per tot.* vbi hincindè diſputat, & plures coniecturas adducit Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ.* 1152. *per tot.* vide in §. *Donatio num.* . . Rot. *part. 19. recent. deciſ. 311. per tot.* vbi quòd filij non dicuntur ex propria perſona vocati in donatione facta patri pro ſe, hæredibus, & ſucceſſuribus, maximè ſtante clauſula, *ad habendum, &c.* ità vt coniecturæ non ſuffragentur quando verba ſunt clara.

34 Pater dando, vel tradendo, ſiue concedendo rem aliquam filio, an, & quando cenſeatur illi donare, vel vt peculij loco habeat concedere, latè Menoch. *lib. 3. præſumpt. 30. per tot.* vide in §. *Diuiſio num. 11. & num. 12.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 334. & 387. per tot.* vbi ſuſtinet eſſe donationem, & per eam remanere extinctum fideicommiſſum per ipſum patrem antea in eiſdem bonis ordinatum, *& part. 18. deciſ. 283. num. 3. &c.* vbi quòd aſſignatio bonorum facta à patre filijs prematurè pro legitima poteſt regulariter ad libitum reuocari, cùm habeat vim vltimæ voluntatis, vide in §. *Legitima num.* 15. vbi quando ſecus, & Rot. *par. 18. deciſ. 385. per tot. & par. 19. deciſ.* 305.

35 Pater an, & quando poſſit remittere iniuriam factam filio, & ſic pro illo etiam inuito pacem reddere, vel non, Viui. *comm. opin.* 607. Franch. *deciſ.* 715. vide in §. *Pax num.* . . & in Pract. §. *Pace num.* 35.

36 Pater non habens modum, ſiue egenus poteſt obligare filium alicui Magiſtro artis, ad effectum adiſcendi artem, cùm hoc vt poſtea pro mercede debita magiſtro teneatur filius operas ſuas ad certum tempus præſtare, & an hoc poſſit etiam mater, vel filius de per ſe facere ſine conſenſu patri, Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 38. per tot.* Rot. *in Romana mercedis 9. Iunij* 1621. coram Manzanedo, Ricc. *Collect.* 4080. Viui. *deciſ.* 290. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 307. Chriſt. *deciſ. 316. vol. 3.* Burat. *deciſ.* 810.

An pater in neceſſitate conſtitutus poſſit vendere filium, latè Dian. *part. 7. tract. 7. reſol. 8.* vbi affirmatiuè videtur concludere, niſi filius ſit clericus, & cum alijs declarationibus, quas vide penes illum, idem Dian. *part. 9. tract. 7. reſol. 27.* vbi quid in matre, & vide Paul. Chriſtin. *deciſ. 65. vol. 3.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 38. per tot.* Viui. *comm. opin.* 596.

Pater quando habeat vſumfructum in bonis filiorum, vel non, dixi in §. *Peculium num.* . . Tuſch. *litt. P. concluſ. 124. per tot.* 37

Quòd non teneatur cauere ſicut cæteri vſusfructuarij de vtendo arbitrio boni viri propter reuerentiam, *l. cum oportet §. non autem*, *l. fin. §. ſi autem C. de bon. quæ lib.* Maur. *de fideiuſſ. part. 1. ſect. 3. cap. 19. num.* 34. Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 3. num. 21.*

Si tamen tranſierit ad ſecundas nuptias, tenetur cauere, ac rationem reddere, & ob id inuentarium conficere, alias remouendus eſt ab adminiſtratione, ſaluis ſibi condecentibus alimentis, Chriſtin. *deciſ. Belg.* 101. *per totam vol. 1. infra num. 42. & ſeqq.*

Quòd pater poſſit bona aduentitia filiorum, in quibus habet vſumfructum, ex iuſta, ac vtili cauſa ſolus alienare, etiam ſine iudicis decreto, gloſ. *in l. quæcumque C. de bon. quæ lib.* Couar. *var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 6.* Paſcal. *de patr. poteſt. part. 1. cap. 2. num. 5. & ſeqq.* Gregor. *deciſ.* 334. *num. 6.* Bich. *deciſ. 30. num. 11. & ſeqq.* vbi ſaltem eius vita durante.

Pater etiam minor 25. annis, poteſt filijs ſuis in poteſtate conſtitutis, vel etiam emancipatis, accedente iudicis confirmatione, abſque vlla inquiſitione, poſthumis, ac nepotibus poſt mortem illius non recuſari in alterius poteſtatem, dare tutorem in teſtamento, etiam alio hærede inſtituto, & quamuis teſtamentum non fuerit ſolemne, dummodò aliquis extiterit hæres, & hæreditatem adierit, latè Montan. *de tut. cap. 8. num. 2. & ſeqq. per tot.* vbi etiam *num.* 35. quid in patre naturali, cùm filios naturales non habeat in poteſtatem. 38

Qualiter pater præſumatur ſemper capere bonum conſilium pro filijs, ita vt in dubio ſtet præſumptio pro patre, & quibus caſibus procedat, vel non, Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ.* 1149. *per tot.* Cabal. *conſil. deciſ. 91. num. 5. lib.* 1. vbi in terminis factæ à patre tamquam legitimo adminiſtratore, vt infra *num.* 41.

Pater dans tutorem filijs ſuis, vel filiabus, cenſetur dediſſe etiam pro poſthumis, niſi certè appareat de poſthumis non cogitaſſe, Montan. *de tut. cap. 12. num. 2. & ſeqq.* 39

Item ſi prouiderit filij, cenſetur etiam prouidiſſe filiæ fœminæ, niſi de filijs tantùm fuerit limitatiuè loquutus, Montan. *de tut. d. cap. 12. num. 13. &c.*

Item ſi dederit tutorem filio, & plures filios habeat, cenſetur omnibus dediſſe, ſicut è contra datio facta filijs verificatur etiam in vno tantùm, Montan. *d. cap. 12. num. 18. &c.*

Si tamen dederit tutorem filijs, & ignorabat habere Titium filium, ad eum diſpoſitio non porrigitur, Montan. *d. cap. 12. num. 23. &c.*

Et ſi dederit filijs non cenſetur dediſſe nepotibus, niſi eſſet ſolitus eos vti filios nominare, & tractare, vel niſi vſus fuerit verbo liberorum, quorum latior eſt ſignificatio, idem *d. cap. 12. num. 27. &c.*

Non tamen poteſt pater in teſtamento dare curatorem filijs, & ſi dederit, opus eſt iudicis confirmatione, aliàs omnia geſta ſunt nulla, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 225. *per tot. cap. 914. num.* 28. Montan. *de tut. cap. 8. num.* 20. vide in §. *Curator num.* . .

Pater eſt legitimus tutor filiorum ſuorum, vel nepotum ex eis emancipatorum, maximè cùm hodie ſemper intelligatur contracta fiducia emancipaſſe, & illo mortuo defertur ad filium perfectæ ætatis, qui aliorum fratrum pupillorum erit tutor fiduciarius, Montan. *de tut. cap. 15. num. 14. &c.* 40

Et tenetur ſicuti quilibet alius tutor, vel curator reddere rationem, quando bona pleno iure ſpectant ad filios, & ipſe in illis non habet vſumfructum, ſecus autem ſi habeat vſumfructum, Paſchal. *de patr. pot. part. 1. cap. 2. num. 83. & ſeqq.* Munoz. *de ratiocin. cap. 3. num.* 23. Gutierez. *de tut. part. 3. cap. 1. nu.* 24. Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ. 334. num. 8. & ſeqq.*

Pater poteſt vti legitimus adminiſtrator bonorum filij etiam minoris alienare eius bona ſine iudicis decreto, ſubſiſtente tamen iuſta cauſa, aliàs ſecùs, cùm tantùm 41

ſuppleat

Digitized by Google

ſuppleat loco decreti, non autem cauſam, Montan. *de tut.cap.33. num.71. &c. & numer.483. & ſeqq.* vide Cabal. *conſ.decìſ. 91. per tot. lib.1.* Peregrin.*deciſ.95.nu.1.& ſeqq.* latè Rot.*part. 9. recent.deciſ.30.nu. 32. & ſeqq.* vbi qualis debeat eſſe cauſa, nempè ipſius filij neceſſitas, vel vtilitas, vel honor, vel conſenſus.

Quæ poſſit facere pater tamquam legitimus adminiſtrator filiorum, Tuſch. *littera P. concl. 127.per tot.* Viui. *comm.opin.593.& 594.*

Qualiter poſſit ſtipulari pro filijs, Ricc. *Collect.* 2979.

Qualiter tranſigere de peculio filiorum aduentitio, ità vt ipſis filijs etiam inconſultis noceat tranſactio, Vrceol. *tract.de tranſact.quæſt.15.per tot.& quæſt. 16.per tot.* vbi quando non poſſit tranſigere.

Poteſt reuocare alienationem malè, vel nulliter à ſe factam, & ſic contra proprium factum venire, Magon *deciſ. Flor.91. nu.16.& 17. deciſ.92. num.35. &c.*

In quibus pater ſit legitimus adminiſtrator filiorum, vel non, Tuſch. *litt.P.concl.125.per tot.* Cabal. *conſ.109.lib.1.* vbi quòd eſt legitimus adminiſtrator in bonis, in quibus habet vſumfructum, aliàs autem ſecus quando non habet vſumfructum.

Si vendat vna cum filijs, qui ſe dominos aſſerant, qualiter huiuſmodi aſſertiua cenſeatur adhibita pro maiori cautela emptoris, Bich. *deciſ. 511. nu.5. &c.* Franciſc. de Angelis *tract.de confeſſ.lib.2. quæſt.* 20. vbi quòd pretium cenſetur æqualiter ad eos perueniſſe, niſi aliter conſtet ex coniecturis, de quibus.

42 Pater regulariter non teneatur reddere rationem filio de aduentitijs, niſi dolosè adminiſtrauerit, ſiue vſumfructum non habuerit, vel niſi adminiſtraſſet vti tutor, vel niſi ageretur de illo remouendo, Montan. *de tut. cap.38. num.109. & ſeqq.* vide *in §.Hypotheca num.24.ſupra num.* 37.

Quòd pater legitimus adminiſtrator bonorum filij ſit, quando habet vſumfructum, & tunc teneatur tantùm de dolo, non autem de culpa, & filius habeat tacitam hypothecam in bonis ipſius patris; ſi verò non habeat dictum vſumfructum, non etiam ſit legitimus adminiſtrator, teneatur reddere rationem cum reſtitutione reliquorum, & cautionem cognita cauſa præſtare, vide Sanfelic. *deciſ.179.& 180. per tot. & deciſ.* 208. vbi an, & quando pater pro adminiſtratione bonorum filij ſatiſdare teneatur, vel non.

43 Pater per tranſitum ad ſecunda vota priuatur tutela filiorum ſuorum emancipatorum, & non conficiendo Inuentarium, vel malè adminiſtrando, priuatur illorum ſucceſſione, Cort. iun. *conſ.94. lib. 2.* Rub. *conſ.* 161. Addit ad Pract. Papp. *act. reddit. rat. tut. gloſ. 2.* latè hincindè Montan. *de tut. cap. 15. numer. 109. & ſeqq. ad 132. & facit in cap. 7. numer.* 39. facit etiam quòd dixi *in §.Mater num.9.* Ricc. *Collect.* 3515. vbi quòd amittit educationem per inductionem nouercæ, quidquid ſecus ſit in matre.

Quòd omnes pœnæ ſecundò nubentium ſint communes tam maſculo, quam fœminæ, & ſic procedant tàm in patre, quam in matre, Gratian. *diſceptat. forenſ cap.702. num.22. cap.862. numer.6.* Rot. *in Bonon. ſucceſſionis* 11. *May* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part.7. deciſ.45.nu. 2.* vide *in §. Diſpoſitio num.2. in fine*, vbi contra, ſed non recedas ab iſta magis communi, Peregrin. *deciſ. 13.num. 7.& ſeqq.* Rot.*part. 18.recent. deciſ.259.num.1.& ſeqq.* vbi quòd ideò pater binubus amittit ſucceſſionem in bonis filij ſui defuncti, iuxta text. *in l.fœmina C. de ſecund.nupt.* non ſuffragante conſenſu, prætenſo eiuſdem filij ſecundis nuptij, tùm quia non erat benè probatus, tùm quia erat minor, ac ideò vel præſumebatur ob metum reuerentialem præſtitus, vel quia etiam contradicendo non poterat impedire, ac denique importabat ſolam approbationem nuptiarum, non autem renunciationem iuris, nec remiſſionem dictæ pœnæ, non probata illius ſcientia, & certioratione &c. vide *in §. Pœna nu.1.*

44 Pater tranſiens ad ſecunda vota non amittit vſumfructum in bonis lucratis ab vxore prædefuncta, ſed tantùm tenetur reſeruare proprietatem filijs ſi extant, Boer. *deciſ.* 198. Cabal. *conſ.deciſ. 9.lib.1.* vide *in §. Maritus num.* 27.

Et pro dicta conſeruatione ſunt ipſius patris bona tacitè hypothecata, ſicut etiam pro doloſa adminiſtratione, Neguſ. *de pignor. part. 2. membr.4. numer.* 13. *& numer. 19. &c.* Chriſtin. *deciſ.Belgic. 101.per tot. volum. 1.*

Quòd regulariter pater non amittat vſumfructum in bonis maternis, vel alijs aduentitijs filij per tranſitum ad ſecunda vota, *l. fin. Cod. de bon.mat.* Michalor. *de fratr. part. 1.cap. 3. num. 19. & part. 3.cap. 13.* Gratian. *diſcept. for. cap.519. num.43. &c. cum Addit. nos. in fine tomi, & cap.989. nu.19.* vide *in §. Peculium num.* vbi an ex quo amittit proprietatem, recuperet vſumfructum in portione, in qua illum non habebat propter ſimultaneam ſucceſſionem, & alia &c.

Item nec amittit dictum vſumfructum per ingreſſum Religionis, ſed illum acquirit monaſterio durante vita ſua, ſecundum vnam opinionem, licèt contraria ſit æquior, & ſequenda, vt refert Viui. *comm. opin.600.& 601.* vbi è contra an per monachiſmum, vel Clericatum filij pater amittat vſumfructum, & firmat quòd non, vide *in §.Vſusfructus nu.23.* vbi plura.

Quòd pater, ſiue mater tranſiens ad ſecunda vota teneatur reſeruare proprietatem quæſitorum ex filijs prædefunctis primi matrimonij alijs filijs ſuperſtitibus natis ex dicto priori matrimonio, ne peruenire poſſint ad filios ſecundi matrimonij, & nouercam, *l. fœmina §. illud C. de ſecund. nupt.* cuius tamen potiſſima ratio non eſt prædicta, ſed iniuria illata primo coniugi, & filijs ex eo natis, & ideò locum habet etiam ſoluto ſecundo matrimonio, & nullis ex eo relictis liberis, ſiue ante, ſiue poſt delatam filij ex primo matrimonio hæreditatem, latè Rot. *in Bonon. ſucceſſionis* 11. *Maij* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part. 7. deciſ.45. per tot.* Caualer. *deciſ. 50. num. 3. & 5.* dixi *in reſol. cap. 35. per tot.* vbi plura, *& in hoc opere §. Diſpoſitio nu. 1. & ſeqq.*

Pater, vel mater tranſeundo ad ſecundas nuptias amittit proprietatem bonorum lucratiuo titulo ſibi à coniuge prouenientium, quam tenetur reſeruare filijs primi matrimonij, ſibi tantum vſufructu vita durante retento, & idem eſt quoad bona, quæ conſequutus fuerit ab inteſtato ex hæreditate alterius ex dictis filijs primi matrimonij prædefuncti, qui iam matri ſuæ præmortuæ ſucceſſerat, ita vt etiam legitimam ſibi ex bonis filij debitam reſeruare teneatur, iuxta diſpoſitionem *l. fœmina C. de ſecund. nupt. l. mater C. ad S.C. Trebell. l. generaliter C. eod.* intelligendo vt dixi ab inteſtato, nam ſi ille filius condiderit teſtamentum, patrem in totum, vel pro parte inſtituendo etiam in bonis, quæ à matre habuerit, poteſt pater illa ſibi retinere etiam quoad proprietatem, non obſtantibus ſecundis nuptijs; item intelligendo quoad bona, quæ filius habuit à matre, nam in alijs pater pleno iure ſuccederet, etiam ab inteſtato non obſtantibus dictis ſecundis nuptijs; item quoad ea, quæ filius mortuus immediatè habuit à matre, ſecus ſi mediatè ex alterius fratris, vel ſororis ſucceſſione, etiam ſi à communi matre prouenerint in filium primò defunctum, ad tradita per Altograd. *conſ.46.numer.1.& ſeqq. ad 12. lib. 2.* vbi quòd nec etiam tenetur reſeruare quod habuit ea legato vxoris facto in cauſam, ſiue caſum ſecundarum nuptiarum, de quo tamen vide alias per me ſcripta *in reſol. cap.35. num. 11. & ſeqq. per tot.* & late de omnibus prædictis Sperel. *deciſ.32.33.& 34.per tot.* vide *in §. Legitima num. §. Mater num. & §. Diſpoſitio nu. 1. &c.* Peregrin. *dec.13. nu.7. & ſeqq.* Rot. *part. 17. recent. deciſ.100. nu.9. & ſeqq.* 45

Quòd pater tranſiens ad ſecunda vota teneatur reſeruare vt ſupra filijs primi matrimonij, intellige quoad ſucceſſionem filij delatam patri ex diſpoſitione iuris communis, ſecus ſi ex diſpoſitione ſtatutorum, vel quia ſtatuta ſucceſſionem deferant purè, & abſolutè, abſque onere reſeruationis, vel quia excludendo fœminas, illæ habeantur pro mortuis, & non poſſint prætendere reuerſionem bonorum poſt mortem patris binubi, vel ne pater ſit deterioris conditionis, quàm alij agnati ab eodem ſtatuto excluſis fœminis vocati, qui non ſubiacent dictis pœnis, & reſeruationi, Bich. *deciſ.350. num.34. & ſeqq.* vbi tamen *num.38. & ſeqq.* refert etiam contrariam opinionem, vt diſpoſitio *d. l.* fœminæ procedat etiam in ſucceſſione vigore ſtatutorum delata, cùm ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam, & reſtrictiuam a iure communi, & alijs rationibus, & auctoritatibus hincindè relatis, nihil de veritate vtriuſque opinionis firmando, ſed alijs motiuis caſum ſuum reſoluendo.

Pater poteſt abſque incurſu alicuius pœnæ, etiam

fauore filiorum inductæ, tranſire ad ſecunda vota, ſi adhibeat illorum conſenſum expreſſum, etiam mediante perſona tutoris, vel curatoris ſpecialiter deputandi aliqua iuſta concurrente cauſa, vel ſi filij poſtea ratificent ſecundum matrimonium, iam antea à patre contractum, vel ſi ipſe pater licentiam obtinuerit à Principe contrahendi ſecundas nuptias abſque incurſu alicuius pœnæ, Altograd. *d. conſ.49. num,22. & ſeqq. per tot. lib.2.* vide *in §. Pœna num. & §. Princeps num.* Io: de Garon. *tract. de ſecund. nupt. tit. de remed. pro ſecund. nubend. & in Rub. C. de ſecund. nupt. num.126. & ſeqq. ad* 141. Sanchez *de matrim. lib. 7. diſput.89 quæſt.2. num.43. & ſeqq.* Montan. *de tut. cap. 15. num.79.* Ricc. *Collect. deciſ. part.1. Collect.2022. verſ.9. cum pluribus per eos citatis.*

47 Pater conſentiens filio donanti etiam cum clauſula *plene iure*, ſibi non præiudicat quoad vſumfructum, niſi adſint coniecturæ in contrarium, vel expreſsè remittat, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 327. per tot. cap. 519. numer.7. &c. cap. 627. num. 20. &c. cap. 781. num. 11. 51. &c.* vbi generaliter quando ſibi præiudicet in vſufructu, Altograd. *conſ. 32. num. 48. lib.2.* vbi alia ſimilia adducit.

48 Pater reſignans filio aliquod creditum, ſibi non reſeruato vſufructu, vel facultate diſponendi, tenetur actione negociorum geſtorum reddere illi rationem de exactis, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 252. nu. 32. & per tot.*

49 Pater non poteſt in codicillis adimere hæreditatem vni ex filijs, & alteri applicare, ita vt nec huiuſmodi ademptio obliquetur, vide Gratian. *diſcept. for. cap.901. per tot.* vbi reſpondet obiectis, dixi *in §. Codicillus & §. Hæreditas*, Viui. *comm. opin.* 590.

50 Parentes qualiter præſumantur diligere filios, etiam pluſquam ſemetipſos, & ideò in caſu torturæ patris, & filij ſit incipiendum à filio in præſentia patris, vt pater ipſe magis diſponatur ad fatendam veritatem, tamquam magis timens in filio, quàm in ſemetipſo, & alia plura de huiuſmodi amore parentum erga filios, vide per Menoch. *lib. 6. præſumpt. 56. per tot.* Viui. *deciſ. 312.* Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ.1148.* vbi quòd propterea non poſſunt eſſe teſtes pro filijs, nec contra filios, vide *in §. Teſtis nu.3.*

Quòd pater, & filius cenſeantur vna, & eadem perſona, & in quibus, & plus diligat filium, quàm ſe ipſum, Tuſch. *litter. P. concluſ. 117. & 118.* Sanfelic. *deciſ.77.* vbi propterea an poſſit ſimul in eodem Tribunali iudicare, & alia infra *nu.52.*

Quando pater, & filius poſſint inter ſe contrahere, vel non, idem Tuſchus *littera P. concl.126.*

51 Patria poteſtas an ſoluatur per matrimonium ſaltem de conſuetudine, vide *in §. Filius num.* Maur. *de fideiuſſ. part.2. ſect.8. cap.2. num.31.* Rot. *part. 1. diuerſ. deciſ. 359 nu. 2.*

Et an propterea non impediat facultatem teſtandi, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 882. per tot.*

Quòd amittatur per expoſitionem filij, vel filiæ in hoſpitali, vel alio loco, idem Gratian. *c.267. per tot.* vide *in §. Teſtamentum num.*

Quòd abdicetur à patre, & fiat locus dationi tutoris per ſententiam latam contra patrem in crimine læſæ maieſtatis, Seraph. *deciſ 916. num.*

Quòd competat etiam Iudæis, nec amittatur per conuerſionem ad fidem; non tamen conſideretur in ſpiritualibus, cùm ſit inducta de iure ciuili, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.977. nu.7. &c.*

In quibus cadat patria poteſtas, vel non, quid operetur, & quibus modis ſoluantur, Tuſchus *littera P. concl. 130. 131. & 132.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 109. num. 31. & ſeqq. vol.5.* vbi quæ dignitates eximant filium à patria poteſtate, & de Conſulari, & Epiſcopali, & latiùs Paſcal. *in tractat. de patr. poteſt.* Valaſc. *alleg. 19. per tot.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 1. cap. 17. & 18. per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part. 2. lib. 1. cap. 4. fol. 237.*

Quòd vt intret, & locum habeat patria poteſtas cum ſuis effectibus, non ſufficiat probatio filiationis in genere, niſi etiam probetur qualitas legitimitatis ad firmandam patriam poteſtatem neceſſaria, Soccin. ſen. *conſ.39. in princ. lib.1.* Roland. *conſ.100. nu.21. & ſeqq. lib.1.* Rota *part. 13. recent. deciſ.403. nu.5.6.*

An, & quando pater poſſit impedire matrimonium filio ex cauſa, dixi *in §. Filius num. 64. & §. Matrimonium num.*

Pater, & filius qualiter præſumantur vna, & eadem perſona, ex quo plura notabilia inferuntur per Doctores, vt videre eſt per Tiraquel. *in l. ſi vnquam in præfat. num. 15. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1151.* cum alijs ab ipſis citatis, & ſupra *num. 50.* vide *in §. Filius num.98.* 52

Pater diſſipans fideicommiſſum cogitur filio vocato exiſtenti in poteſtate reſtituere, etiam ante conditionis euentum, vt colligitur ex text. *vbi gloſ.* Bart. & alij *in l. Imperator 50. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* Ita vt cùm in caſu diſſipationis conditio habeatur pro impleta, & purificata, vel ac ſi nulla conditio eſſet oppoſita, poſſit filius petere, & obtinere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſi, vt alij fideicommiſſarij ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* ſaluis tantum patri alimentis in caſu indigentiæ, ad latè tradita per Argel. *tractat. de acquir. poſſ. quæſt. 8. art. 17. per tot.* vbi oſtendit *l. Imperator* non eſſe hodiè correctam iuxta veriorem, magis communem, & æquiorem ſententiam, quidquid & alij plurea ab ipſo citati dubitauerint, & contrarium tenuerint, amplectendo (quoad patrem diſſipantem) diſtinctionem, Bald. *in l. 2. C. ſi quid fraud. patron.* quòd aut pater diſſipat bona filiorum, quorum eſt legitimus adminiſtrator, & aufertur adminiſtratio, aut bona propria ſubiecta tamen reſtitutioni fideicommiſſi, & aufertur poſſeſſio, quæ datur liberis, ita tamen, vt pater inde alatur, aut diſſipat bona propria libera, & filij poſſunt petere ſibi aſſignari alimenta, ea quibus viuere poſſint, pro quo facit quod dixi *in §. Legitima num. 16.* 53

Quæ quidem diſpoſitio *d. l. Imperator* procedit non tantum in caſu diſſipationis, ſine deteriorationis bonorum, ſed etiam in caſu alienationis ipſorum corporum ſine alia deterioratione, cùm ſatis dicatur diſſipare, & in fraudem fideicommiſſi agere, qui multa alienat, etiam ſine deterioratione, quidquid aliàs videatur permiſſa alienatio, & ſuſtineatur durante vita grauati reſtituere poſt mortem, vt dixi *in § Grauatus num. 1. & ſeqq.* ita vt etiam in caſu notabilis, & doloſæ, vel fraudolentæ alienationis, licèt alijs modis poſſit eſſe conſultum filijs, tamen adhuc locus ſit etiam diſpoſitioni *d. l. Imperator*, & conſequenter etiam remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* idem Argel. *d. tract. quæſt. 8. art. 18. per tot.* vbi tamen *num. 1.* adducit plures contrarium tenentes, quorum opinionem veriorem fatetur in ſimplici alienatione, *ceſſante dolo*, & fraude, vt ibidem *num.44.* & latiùs explicat *art.21. per tot.* dum quærit an in alienatione, vel deterioratione ſit neceſſaria fraus, vel dolus, vt pater alienans cogatur ante tempus reſtituere, an verò ſufficiat magna alienatio à dolo, vel fraude ſeiuncta, & concludit fraudem ſaltem ſimplicem eſſe quando quis facit actum alteri nociuum, vt ſibi, ſuæque voluptati ſatisfaciat *primariò*, non vt alteri noceat, & reduplicatiuam quandò facit præcipuè, vt etiam alteri noceat.

An autem ſit locus *d. l. Imperator*, & remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* quando pater non alienat bona, ſed tantummodò deteriora reddit, negligendo illorum culturam, non reparando ædificia, & ſic paulatim labi permittendo, diſputat idem Argel. *d. quæſt. 8. art. 9.* vbi affirmatiuè concludit, & contrarijs rationibus adductis ſatisfacit.

Dubitatur vlteriùs, an reſtituta hæreditate per patrem filijs ante conditionis euentum ex cauſis prædictis vigore *d. l. Imperator* poſſint filij etiam fructus hæreditarios conſequi aduerſus creditores patris, qui ex vſufructu in vita patris vellent ſibi ſatisfieri, quam dubitationem etiam ad fauorem filiorum (colluſione ceſſante, & ablato à patre vſufructu) reſoluit idem Argel. *d. qu.8. art. 22. per tot.* motus quia tunc pater amittit vſumfructum vigore legis, quæ poteſt etiam creditoribus præiudicare, & alijs pluribus rationibus, & auctoritatibus, contrarijs ſatisfaciendo.

Materiam *l. Imperator*, & quod ablata patri adminiſtratione nullum ius competat creditoribus patris ſuper fructibus eorumdem bonorum ſibi hypothecatis etiam viuente ipſo patre eorum debitore, cum ea diſpoſitione legis, quæ poteſt omnibus præiudicare fuerit omni ſuo iure priuatus, latè plurimis citatis explicat Salgad. *Labyr. cred. part.4. cap.15. per tot.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ verò dicta ſunt de patre grauato filijs reſtituere, an procedant inter extraneos, ita vt ſi grauatus reſtituere non filio, ſed extraneo diſſipet, vel alienet vt ſupra poſſit compelli ante tempus reſtituere, magis eſt dubitabile, vt relatis hincinde rationibus oſtendit Argel. *d. quæſt. 8. art. 20. per tot.* vbi *nu. 19.* diſtinguit, quòd ſi prohibita ſit ſatiſdatio à teſtatore, procedat diſpoſitio *d. l. Imperator*, ne irreparabile damnum ſequatur, ſi verò non ſit prohibita ſatiſdatio, ceſſet, cùm poſſit remedio cautionis ordinatio illi eſſe conſultum, facit quod dixi *in §. Grauatus nu. 13. & 14.* vbi alia notabilia ad rem inuenies.

54 Alia plura remiſſiuè de patre, patria, & huiuſmodi innuit Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Pater, Patria, &c.* ſed melius Bertachin. *in repert. verb. Pater.*

55 De patribus, & eorum poteſtate in filios, ad quæ teneantur, vel non circa illos, & alia plura ad rem tradit videndus Phylip. Paſchal. *tractat. de virib. patr. poteſt. per tot.* cum Annot. Franciſc. Mar. Prati, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. 2. & 3. ſect. 2. verb. Pater* & remiſſiuè Caſteion. Alphab. *iurid. verb. Patria, Pater.* Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Pater fol. 285. &c.* Io. Torre *de Succeſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in multis locis indicatis in Repertor. general. in fine, part. 3. verb. Pater, Parentes.*

56 Pater ſi relinquat filiæ in teſtamento dotem, puta quatuor millium, & poſtea illam maritet cum tribus, an illo mortuo, non mutato teſtamento poſſit filia reliquum petere, Andreol. *contr. 140. & 306.* vbi pro filia indiſtinctè, quamuis alij faciant differentiam, an legatum ſit ſimpliciter pro dote, & tunc filia poſſit reliquum petere, an pro filia maritanda, & tunc ſecus, vide Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 236.* & dixi *in §. Legatum nu. 46.*

§. PATRIMONIVM. VII.

1 PAtrimonium Clerici ad cuius titulum fuit ordinatus, habet omnia priuilegia conceſſa bonis Eccleſiarum, & ideò gaudet omnibus immunitatibus ab exactionibus, & tributis ſæcularibus *Sacr. Congr. Epiſc. in Catacenſis 3. Auguſti* 1590. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 159. num. 17. &c.* vide *in §. Clericus num. 4. & numer. 10. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 219. volum. 1.* vbi an poſſit capi in cauſam iudicati, & refert rationes pro vtraque parte.

Quotuplex ſit patrimonium, Tuſch. *lit. P. concluſ. 135.* vbi quòd aliud eſt proprium, vel aduentitium, aliud iuriſdictionale, aliud feudale, &c.

2 Patrimonium magnum à malo domino citò diſſipatur, paruum verò à bono cuſtode in dies creſcit, Senec *de breuit. vit. cap. 1. in fine*, refert Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Patrimonium.*

3 De Patrimonijs clericorum, an imputentur in legitimam, vel ſint cum fratribus conferenda, an mortuis clericis redeant ad donatores, & alia notabilia indicat Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Patrimonium fol. 289. &c.* dixi ego §. *Clericus*, & alibi opportunè.

§. PATRONVS. VIII.

1 PAtronus pluribus modis conſiderari, & dici poteſt, nam patronus nuncupatur aduocatus reſpectu cauſæ, quam ſuo patrocinio promouendam aſſumpſit; item patronus dicitur reſpectu ſerui manumiſſi, item, & magis propriè patronus eſt ille, qui conſtruxit, fundauit, vel dotauit Eccleſiam, Capellam, vel Altare, vel alium pium locum; largè etiam appellatur patronus, qui habet ius præſentandi ſcholares in Collegio, vel in ſedibus, vel habet ius ſedendi in aliquo loco, item qui eſt caput, vel ſuperior, vel qui habet ius, ſiue dominium in aliqua re, vt latè explicat Lambertin. *tractat. de iurepatr. lib. 1. quæſt. 1. art. 1. & 2.* Roch. Paul. Cittad. & alij *in eod. tract.* vide *in §. Iuſpatronatus num.*

2 Patronus, vt quis dicatur, ſufficit quòd probet deſcendentiam ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi, nec eſt neceſſe illam probare à primo fundatore, etiam reſpectu illius, qui fuit in dicta quaſi poſſeſſione, qua ſtante præſumitur deſcendentia, Caualer. *deciſ. 382. per tot. & deciſ. 395. per tot.* vbi quòd qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi non tenetur probare deſcendentiam, Rot. *part. 10. recent. deciſ. 274. numer. 2. &c.* ac alibi ſæpè.

Quòd iſta quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſeat ad filios ſine noua apprehenſione, nec etiam acquiratur per præſentationem factam per modum prouiſionis, Merlin. *deciſ. 563. nu. 2. & c. infra nu. 12. in fine*, Rot. *part. 10 recent. deciſ. 4. num. 20.* vbi quòd non tranſit ad hæredes, *part. 13. deciſ. 96. num. 19.*

Quòd imo ex quaſi poſſeſſione præſentandi auctoris, probetur ius, & quaſi poſſeſſio ſucceſſoris, Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 11.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 148. num. 21.* Viuian. *de iurepatronat. lib. 11. cap. 5. num. 100* Burat. *deciſ. 832. num. 4.* vide Rot. *part. 13. recent. deciſ. 96. num. 19. & ſeqq.* vbi benè declarat, & concordat iſtas contrarias opiniones, *& deciſ. 152. numer. 23. & ſeqq.*

An impuberes poſſint præſentare, vel alij, Tuſchus *litt. P. concluſ. 141. &c.* Peregrin. *deciſ. 100. num. 3. &c.* vbi quòd pupillus poteſt præſentare, licèt non eligere, ſicut etiam furioſus, & mentecaptus habens dilucida interualla, aliàs autem curatur pro eo, vide *in §. Statutum de ſolemnitatibus nu. 15. in fine.*

Qualiter patronus poſſit annullare prouiſionem ſine eò factam, idem Tuſch. *loc. cit. concl. 144.*

3 Patronus eccleſiaſticus poteſt ex officio, ſiue ad inſtantiam requirentis compelli ad aſſignandam congruam portionem Vicario perpetuo, Aufrer. deciſ. Tholoſ. *quæſt. 148. &c.* Rebuff. *in Prax. benef. tit. de Vicar. num. 163.* Garzia *de benef. part. 11. cap. 2* Barboſ. *allegat. 72. nu. 189.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7. nu. 422. fol. 264.*

4 Patronus, qui ab initio fundationis iuriſpatronatus aſſignauit dotem competentem pro mercede Sacerdotis, & ornamentorum manutentione, non amplius eſt inquietandus, ſed expenſa ſpectat ad Rectorem, ſi verò dotem ſufficientem non aſſignauit patronus tenetur ad manutentionem neceſſariorum, Sperel. *deciſ. 68. num. 11 &c.* vide *in §. Eccleſia nu. 7.* Guzman. *de euict. quæſt. 30. per tot.* Olea *de ceſſ. iur. tit. 7. quæſt. num. 23.* vbi quòd dotans Capellam, vel Eccleſiam in certa quantitate ſemel conſignata in cenſibus, vel prædijs, non amplius tenetur ſi diminuatur, ſed diminutio cedit periculo Eccleſiæ, habita etiam conſideratione an reſolutioni deſignata ſit demonſtratiuè, vel taxatiuè, & reſtrictiuè.

Tenetur tamen patronus ſemper Eccleſiam ſuam, bonaque illius, & iura defendere ne dilapidentur, digniorem in conſcientia, & magis pauperem, quam diuitem præſentare, Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7. nu. 481. & ſeqq. fol. 272.*

5 Patronus beneficij Eccleſiaſtici non poteſt per ſe, vel per procuratorem ſe ipſum præſentare, licet poſſit præſentari à compatrono *c. per noſtras de iurepatron.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 185. per tot.* vbi tamen quod ſuſtinetur præſentatio, & acceptatio, ſi fuerint plures patroni, qui conſtituant procuratorem ad præſentandum, qui poſtea nominet vnum ex illis, vide Pac Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7. num. 268. &c. fol. 248.* Tuſchus *littera P. concl. 138.* Merlin. *deciſ. 733 per tot.* vbi etiam quòd tunc in computo vocum numeratur vox ipſius patroni per conſenſum aliorum præſentati, & benè declarat Peregrin. *dec. 100.* vbi intelligit quando proceditur palam, ſecus ſi per ſcrutinium ſecretum, nam tunc vox ſua non facit numerum, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 363. nu. 6. & ſeqq. & part. 12. deciſ. 209. nu. 12. &c.*

Requiritur tamen mandatum ſpeciale ad præſentandum, nec ſufficit generale, Rebuff. *in Prax. benef. tit. de for. Vicar. nu. 71.* Paul. Cittadin. *de iurepatr. part. 6. quæſt. 41. &c.* Pac. Iordan. *loc. cit. nu. 272. &c.* vbi etiam quòd regulariter non poteſt patronus nec per ſe, nec per procuratorem præſentare, ſiue nominare, beneficio adhuc pleno, & prouiſo, ſed tantùm illo vacante, ne detur occaſio voti captandæ mortis alienæ, & quando ſecus, vide Ludou. cum Beltram. *deciſ. 420.* Merlin. *deciſ. 733. num. 11. &c.* vbi quòd valet mandatum ad præſentandum de beneficio vacaturo, quando eſt generale, non expreſſis perſonis, aliàs autem ſecus, Ricc. *Collect. 1278.* vide *in §. Votum num. 1.* Si tamen mandatum fuerit reuocatum, etſi reuocatio non ſit no-

Digitized by Google

ra, præſentatio redditur nulla, Viulan. *de Iurepatr. lib. 5. cap. 6. num. 28. &c.* Rot. *part. 13. recent. deciſ.* 178. *num. 3.*

Quòd ſi patronus ſit indigens poſſit ad illius preces per Epiſcopum ei conferri iuſpatronatus ſimplex, quamuis adhuc eſſet laicus, ſed de proximo Clericandus, & ante inſtitutionem ſaltem tonſuratus, Grattan. *diſcept. for. cap.430. numer. 5. &c.* Lambertin. *de iurepatr. 1. part. 2. lib. quæſt. 8. art. 3. num. 3.* Addit. ad Buratt *deciſ. 316. nu. 19.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 363. num. 10. & part. 11. deciſ. 372. num. 7.* Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. numer. 376. fol. 259.* vbi quinam ſint incapaces præſentationis, *& num. 379. &c.* vbi de praxi nominationis, & præſentationis, vide Rot. *part. 14. recent. deciſ. 141.* vbi quòd iſta concluſio procedit quando ſolus patronus concurrit, ſecus autem quando concurrit alius ab alijs patronis præſentatus, nam iſte eſt de neceſſitate præferendus.

Quòd patronus poſſit adhærere præſentationi de ſe ipſo ab alijs patronis factæ, & augeat numerum vocum ad ſui fauorem, & quid ſi tantùm reducat ad æqualitatem, Merlin. *deciſ. 733.* & Rot. *part. 15. recent. deciſ. 268. per tot.*

6 Patronus laicus debet præſentare intra quatuor menſes, clericus verò intra ſemeſtre, *c. vn. de Iurepatr. in 6.* Menoch. *de arbitr. caſ. 572. num. 7. & 19.* Ferret. *caut. 45.* vbi docet modum, vt teneat impetratio ab alio facta de huiuſmodi beneficio, licèt de iurepatronatu non ſit facta mentio, vide Rot. *in Piſtorien. Parochialis 10. May 1641.* coram Veroſpio *in recent. part. 9. volum. 1. deciſ. 19. & part. 13. deciſ. 178.* vbi quòd procedit etiam quando prima præſentatio fuit facta de perſona minus idonea, & quòd patrono laico non licet niſi ſemel tantùm in præſentando variare, qualiter deuoluatur ius ad ſedem Apoſtolicam, & præſentatio facta à procuratore reuocato ſit nulla, etiamſi reuocatio non ſit nota.

Quòd ſi agatur de patronatu mixto, laicus gaudeat priuilegio partis Eccleſiaſticæ, & habeat ſemeſtre ad præſentandum, vt clericus, quia in fauorabilibus ipſis patronis attenditur pars Eccleſiaſtica; ſecus autem in præiudicialibus, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 367. num. 3. & ſeqq.*

Si tamen agatur de Eccleſia Parochiali debet fieri nominatio Recturis intra decem dies, ad tradita per Iordan. *loc. ſup. cit. num. 355.*

Et quid ſi ſit lis de iurepatronatu, *ibidem numer. 358. & ſeqq. fol. 257.* Martha *vot. Piſ. 11. numer. 9.* vbi quòd ſi lis eſt inter præſentatos, licèt non terminetur intra dicta tempora, deuolutio non fit ad Epiſcopum; ſi verò inter patronos, qui ob id non præſentarunt deuoluitur ad Epiſcopum; quod bene declarat Rot. *part. 15. recent. dec. 261.* vbi etiam quòd ſi agatur de beneficio curato, durante lite inter præſentatos prouidetur de Oeconomo ab Epiſcopo, & ad rem.

Quòd laicus debet præſentare intra quadrimeſtre à die tamen ſcientiæ veræ, & non præſumptæ, & quòd præſumatur ignoraſſe diem vacationis ad effectum euitandæ deuolutionis, Caualer. *deciſ. 489. per tot.* Pac. Iordan. *loc. cit.* vbi quòd tranſactis dictis reſpectiuè terminis deuoluitur pro illa vice facultas ad Ordinarium Collatorem, qui poteſt prorogare tempus in ſui tantùm præiudicium, vel intra ſex menſes à die ſcientiæ ipſe prouidere prout latius ibidem declarat, *& num. 406. &c.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 67. vol. 1.* vbi quòd aliàs collatio eſſet nulla, ſi fieret ab Ordinario durantibus dictis terminis, niſi superueniat conſenſus patroni, vide *in §. Epiſcopus nu. 9. &c.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 217. per tot.* vbi quando dictum tempus currat à die vacationis in Ordinarijs collatoribus, *& part. 17. deciſ. 13. per tot.*

Quòd patronus laicus debeat intra quatuor menſes præſentare, Eccleſiaſticus verò intra ſex menſes à die notitiæ vacationis, & teneatur Epiſcopus præſentatum intra huiuſmodi tempora (ſi idoneus ſit) admittere, præcedente examine, alioquin inſtitutio ad Superiorem deuoluatur, Rebuff. *in prax. benef. part. 1. tit. de præſent. & inſtit. num. 4. & ſeqq.* Rot. *in Piſtorien. Parochiales 10. May 1641. coram Veroſpio in recent. part. 9. deciſ. 19. per tot.* vbi qualiter Ordinarius non poſſit denegare inſtitutionem Præſentati quando concurrunt omnia requiſita, nempè vacatio beneficij, exiſtentia iuriſpatronatus, habilitas perſonæ, & præſentatio congruo tempore facta, *& part. 11. deciſ. 240. part. 12. deciſ. 148. per tot.* & latè de omnibus videndus Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 7. nu. 322. & ſeqq. ad 357. fol. 254. &c.* Tuſch. *lit. P. concl. 146. & 147. per tot.* Ricc. *Collect. 119. per tot. & 1309* vbi qualiter non deciſa lite inter patronos intra quadrimeſtre, deuoluatur ius Ordinario, vide Rot. *part. 15. recent. deciſ. 261. per tot.*

Electus autem, vel præſentatus debet intra menſem conſentire, & poſt conſenſum intra tres menſes petere confirmationem, aliàs perdit omne ius ſuum, Pac. Iordan. *d. tit. 7. num. 180. &c. fol. 242.* vbi etiam *num. 182.* quòd non poteſt ſe ingerere in adminiſtratione ante dictam confirmationem, vel inſtitutionem ſub pœna amiſſionis.

De requiſitis pro obtinenda immiſſione in beneficio de iure patronatu laicorum, nempè vacatione, exiſtentia iuriſpatronatus, habilitate præſentati, ac de præſentatione à patronis in tempore quatuor menſium facta coram Ordinario, quibus concurrentibus, præſentatus debet inſtitui, Merlin. *deciſ. 220. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 233. per tot. & deciſ. 446. per tot. part. 10. deciſ. 169. per tot. & deciſ. 274. num. 5. & ſeqq. & part. 11. deciſ. 89. per tot.* vbi etiam de qualitate requiſita in fundatione, quæ concurrere debet in præſentato de tempore præſentationis, & de prædictis requiſitis eadem Rot. *part. 11. deciſ. 220. nu. 1. &c. deciſ. 347. per tot. part. 12. deciſ. 25.* & late *part. 12. deciſ. 148. & deciſ. 152. & part. 18. deciſ. 816. per tot.* vbi quòd ſi patronus laicus intra quadrimeſtre effectualiter non præſentauit, deuoluitur ius ad Epiſcopum, etiamſi fuerit conſtitutus procurator, qui defecerit in præſentando, vel aliter facta nominatio, ſiue aliæ diligentiæ, cùm requiratur actualis, & effectualis præſentatio Superiori facta intra dictum terminum à die ſcientiæ.

An autem, & quando præſentatio, & acceptatio præſumatur facta intra debita tempora, Menoch. *lib. 6. præſumpt. 77. per tot.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1217. per tot.*

Et quando patronus poſſit excuſari ſi non præſentauit intra debita tempora ob aliquod iuſtum impedimentum, Tuſch. *lit. P. concl. 146. per tot.*

An ex negligentia patroni in præſentando deuoluatur collatio ad Papam, Merlin. *deciſ. 59.* vbi quòd prius deuoluitur ad Epiſcopum, & quando poſſit patronus excuſari, idem Merlin. *deciſ. 89.* vbi quòd poſt negligentiam Ordinarij ſpectat ad Papam, *& deciſ. 149.* vbi quid ſtante lite, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 13. per tot.* vbi quòd Ordinarius poteſt prorogare dictum tempus, ſed in ſui tantùm præiudicium, non autem Summi Pontificis, qui poteſt Ordinarium præueniendo, prouidere beneficium legitimè deuolutum.

Patronus Eccleſiaſticus præſentans ſcienter indignum 7
amittit pro illa vice ius præſentandi, & collatio deuoluitur ad Ordinarium; laicus verò non prohibetur *infra* quadrimeſtre præſentare alium idoneum, *niſi fuerit* abuſus iure ſibi à teſtatore conceſſo; quis dicatur indignus, & alia, Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 7. num. 364. & ſeqq. fol. 258.* Dian. *part. 4. tract. 4. reſol. 170. verſ. & tandem,* Roch. de Curt. *de iurepatr. verb. honorificum quæſt. 4. num. 15. infr. num. 18.* Ricc. *Collect. 2158.* Rot. *par. 9. recent. deciſ. 19. nu. 19. &c. & part. 14. deciſ. 291. num. 8. & ſeqq.*

An autem poſſit præſentare de conſenſu Ordinarij aliquem non habentem qualitates à teſtatore requiſitas, latè Ricc. *Collect. 2796.* vbi prò, & contra, vide *in §. Iuſpatronatus nu. 24. &c.*

Quòd patroni debeant præſentare iuxta mentem fundatoris, etiam verbis tantùm deprecatiuis expreſſam, aliàs habeantur pro præſentatis, & inſtitui debeant illi, qui erant præſentandi, alia nominatione à patronis non facta, Rot. *part. 12. recent. deciſ. 68. per tot.* vide *in §. Iuſpatronatus nu. 25.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 132. num. 2.* Bich. *deciſ. 189.* vbi quòd habens qualitates requiſitas in fundatione, licèt non fuerit præſentatus, habetur pro præſentato, & ex ſola ſua oppoſitione debet inſtitui, quia patronus tenetur illum præſentare, ita vt hoc procedat etiamſi collatio ſit alteri facta per Papam, qui cenſetur voluiſſe præiudicare collatoribus tantùm, & non vocatis in fundatione, etiamſi agatur de iurepatronatu Eccleſiaſtico.

Quòd patroni præſentando incapacem dicantur delinquere, & totum ius remaneat conſolidatum in alijs,

qui

Digitized by Google

qui capacem nominarunt, etiamſi nominatio incapacis ſit facta à maiori parte patronorum, & capacis à minori, Viuian. *de iurepatr. lib.* 12. *cap.* 8. *nu.* 12. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 13. *nu.* 13. *& part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 73. *nu.* 9. vbi de incapacitate ratione illegitimitatis.

8 Patronus probata ſua paupertate, deſcendentia à fundatore, quòd redditus Eccleſiæ ſint ſufficientes, & non habere alium, qui illum alere teneatur, poteſt prætendere alimenta ab Eccleſia patronata, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 552. *num.* 11. *&c. cap.* 117. *num.* 9. vbi an tale ius tranſeat in ceſſionarium, *& cap.* 160. *num.* 4. vbi quid veniat in huiuſmodi præſtatione, Caualer. *deciſ.* 321. *num.* 3. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 487. *& ſeqq. fol.* 272. vide Lambertin. *de iurepatr. lib.* 3. *quæſt.* 3. *princ. art.* 6. Surd. *de Aliment. tit.* 1. *quæſt.* 54. *per tot. & tit.* 7. *quæſt.* 32. Lap. *Alleg.* 51. *nu.* 14. Lotter. *tract. de re benef. lib.* 2 *quæſt.* 5. *per tot.* Rom. *conſ.* 344. *num.* 4. Tuſch. *litter. P. concluſ.* 139. Ciarlin. *contr.* 209. Martha *vot. Piſ.* 41. *per tot.* vbi ampliat etiamſi dos donata perempta ſit, ſi Eccleſia, vel Rector habeat alia bona ſufficientia, ac etiamſi patronus inops alteri donauerit iuſpatronatus.

Quòd patronus non poſſit tale ius alimentorum, retento patronatu, alteri cedere, latè Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 22. *per tot.*

9 Patroni plures, vt ſinguli, non vt vniuerſi poſſunt ſeparatim præſentare, nec eſt neceſſe vt ſimul conueniant in eodem loco, quando maior pars præiudicet minori, & quando minus dignus poſſit præferri magis digno, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 211. *per tot. cap.* 521. *nu.* 45. *&c.* Tuſch. *littera P. concluſ.* 143. Ricc. *Collect.* 2410.

Quòd præſentatio facta à maiori parte patronorum, excludat præſentationem factã à minori numero, & quando non obſtet vitium ambitionis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 117. Merlin. *deciſ.* 394. *& deciſ.* 492. *deciſ.* 518. vbi limitat niſi præſentatus a minori parte haberet requiſita in fundatione appoſita, alter verò non, adde Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 88. *per tot. deciſ.* 164. *deciſ.* 188. *per tot. & part.* 18. *deciſ.* 384.

Qualiter plures patroni poſſint inter ſe paciſci, & conuenire circa modum præſentandi, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *nu.* 281. *fol.* 250. Merlin. *deciſ.* 492. *num.* 4. vbi quòd conſentiendo in diuiſione vocum ſucceſſoribus præiudicant, latè Rota *part.* 10. *recent. deciſ.* 216. *per tot.* vbi quòd conuentio facta inter patronos ex iuſta cauſa, eſt ſeruanda, dummodò non ſit contraria voluntati fundatoris, & ſit a ſuperiore approbata.

Quòd patroni non præſentantes cenſeantur conſentire præſentationi ab alijs factæ, Caualer. *deciſ.* 197. *numer.* 5. vbi quòd ſic præſentatus inſtitui debet, Bich. *deciſ.* 264. *num.* 14. *& ſeqq.* vbi quòd præſentatio facta ab vno ex patronis, alijs non præſentantibus eſt æqualis ponderis, ac ſi ab omnibus eſſet facta, quia iuſpatronatus reſidet inſolidum penès quemlibet ex patronis, & illius exercitium, alijs non præſentantibus accreſcit, ſiue non decreſcit præſentanti, *& deciſ.* 420. *num.* 4. vbi quòd numerus conſideratur non in abſtracto, ſed eorum tantùm, qui præſentant.

Quòd præſentatio facta ab vno cenſeatur communi nomine, & ideò conſeruet etiam alijs quaſi poſſeſſionem præſentandi, niſi præſentans aliter proteſtetur, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ* 417. *nu.* 15. *& deciſ.* 452. *nu.* 8. *&c* Pac. Iordan. *loc ſup. cit. nu* 302. *& ſeqq. fol.* 251. *& vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *nu.* 171. *fol.* 176. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 10. *num.* 6. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 394. *nu.* 4. *&c. deciſ.* 448. *num.* 2. *& ſeqq. deciſ.* 750. vbi firmat idem, etiamſi fuerit facta à maiore natu, niſi aliter conſtet ad illum ſolum ſpectare, idem Merlin. *deciſ.* 824. *num.* 7. *&* 8. vbi limitat quando ius eſſet perſonale.

Prædictam concluſionem intellige, ſi patronus præſentans præſentauit pro ſua rata tantùm, vel cum aliqua præſeruatiua iuris compatronorum, ſecus ſi ſimpliciter, & indiſtinctè præſentauit, aliàs numquam daretur præſcriptio contra compatronos, vt benè declarat Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 4. *nu.* 16. *& ſeqq.* De iſta præſcriptione contra compatronos plura eadem Rot. *d. part.* 10. *deciſ.* 169. *n.* 20. *& ſeqq. & deciſ.* 293.

Quando præſentatio dicatur facta priuatiuè quoad alios, vel non ad effectum præſcribendi contra compatronos, latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 240 *per tot.*

Quòd pauper ſit præferendus diuiti in Collatione beneficij, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 150. *in fine.*

Quòd Theologi tamquàm magis Eccleſiæ proficui præferantur alijs graduatis in beneficijs, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 301. *nu.* 1.

Quinimò cæteris paribus præferatur Canoniſta, & alia de huiuſmodi quæſtione prælationis inter Theologos, & Canoniſtas, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 1. *Prælud.* 13. *per tot. fol.* 58. *&c.*

Patronis diſcordantibus, quando poſſit Epiſcopus cui velit gratificare, vel ex ſe conferre, Tuſch. *littera P. concluſ.* 145. Merlin. *deciſ.* 394. *numer.* 8. Martha *vot. Piſ.* 15.

Quòd vbi pares ſunt voces ſoleant præſentati adire Sanctiſſimum pro derogatione, aut diſpenſatione, & locus ſit gratificationi data æqualitate meritorum, Merlin. *deciſ.* 803. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 274. vbi quòd qui obtinuit derogationem à Pontifice præfertur alteri licèt digniori, dummodò tamen habeat qualitates ad beneficium requiſitas. Intellige quando fuit præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, aliàs ſecus, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 293. *nu.* 8. *&c.* Item dummodò probet narratiuam medietatis patronorum, aliàs ſecus, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 10. *per tot. & deciſ.* 19. *nu* 2. *part.* 13. *deciſ.* 64.

Patroni plures non vt ſinguli, ſed vt vniuerſi debent collegialiter, & communicato inter ſe conſilio, vocatis omnibus, & ſingulorum audita ſententia præſentare, aliàs præſentatio eſt nulla, & non attendenda, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 39. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi per ſecreta ſuffragia, & niſi Antiani, & Priores ex ſolito omnem populi poteſtatem haberent, *& d. part.* 12. *deciſ.* 154. *num.* 12. *& part.* 14. *deciſ.* 262. vbi quòd debent conſentire duæ ex tribus partibus Vniuerſitatis, perſonæ cognitæ, & alia: Si verò ſint plures, vt ſinguli, non eſt neceſſarius ſimultaneus conſenſus, ſed poſſunt ſinguli ſingulariter præſentare, vt dictum eſt ſupra iuxta veriorem opinionem, præcipuè in patronis laicis, quicquid in Eccleſiaſticis videatur ſequenda contraria ſententia, vt ſimul congregati præſentent, quod etiam ſeruandum eſſet in laicis, vbi adeſſet ſtatutum, vel conſuetudo ita diſponens ad tradita per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 388. *& ſeqq. ad* 400. *fol.* 261. Tuſcbus *littera P. concl.* 343. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 4. vbi quando præſentatio ſpectat ad Capitulum, an omnes Canonici debeant eſſe præſentes, vel ſufficiat facta à maiori parte, quis poſſit dare de contemptu, & intra quantum tempus, & alia; Rot. *part.* 11. *deciſ.* 19. *num.* 12. *&c.* vbi quòd maior pars dicitur quando adeſt vnus vltra medietatem Canonicorum, & conſideratur habito reſpectu ad congregatos, & præſentes, non autem ad abſentes, ac omnes de Capitulo, licèt abſentes non vocati poſſint dare de contemptu, facit quòd dixi *in §. Vniuerſitas num.* 4. *&* 5. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 22. vbi quòd Deputati ab Vniuerſitate ad alia negotia, ſine ſpeciali facultate non poſſunt nominare ad beneficium. 10

Patronus non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi donare, vel cedere ius ſuum alteri, niſi donet compatrono, *c. ex inſinuatione de iurepatr.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 272. *num.* 12. *cap.* 577. *nu.* 37. *&c.* Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 63. *per tot.* vbi etiam niſi donet Eccleſiæ, & alia, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 420. *per tot.* vel niſi transferat vniuerſa bona, quia tranſit cum Vniuerſitate bonorum, vt dixi *in §. Iuſpatronatus nu.* 10. vbi etiam quòd patronus poteſt illud donare Eccleſiæ, vel pio loco ſine dicto conſenſu, Martha *vot. Piſ.* 11. *num.* 5. *&c.* vbi etiam qualiter plures patroni poſſint paciſci de alternis vicibus præſentando abſque vitio ſimoniæ, & alia. 11

An autem patronus poſſit præiudicare deſcendentibus, & ſucceſſoribus in iurepatronatu gentilitio, ſiue hæreditario, & an patiendo illud præſcribi, & quando tale dicatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 577. *num.* 41. *&c.* Lambertin. *de iurepatron. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 6. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 31 Merlin. *deciſ.* 563. *num.* 7. *&c.* vbi quòd primus fundator poteſt, non autem alij, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 372. *numer.* 14. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 152. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Quòd poſt fundationem, & dotationem non poſſit mutare ſtatum beneficij, Tuſcbus *littera P. concluſ.* 157.

Quòd patronus admittens aliquem ad ſecum præſentandum ſibi præiudicat; iſta tamen quaſi poſſeſſio ſic admiſſi non transfertur in eius hæredes ſine noua apprehenſione, ideſt ſine nouo vſu, & exercitio præſentandi allegans Duran. *deciſ.* 87. *nu.* 20. & alios plures, vide *in §. Quaſi poſſeſſio.*

12 Patronus per vnicam præſentationem ſequuta inſtitutione acquirit quaſi poſſeſſionem præſentandi, & eſt manutenendus, ſi de exiſtentia iuriſpatronatus non dubitetur, ſed tantùm contendatur inter plures de illius pertinentia, alioquin eſſet exhibendus titulus, & faciendæ probationes neceſſariæ in petitorio iudicio, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 310. *num.* 76. *&c. cap.* 780. Cabal. *conſ. deciſ.* 126. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in §. Iuſpatronatus num.* 19. Merlin. *deciſ.* 385. *& deciſ.* 426. *&* 427. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 252. *per tot.* vbi etiam quòd præſentatio poteſt probari per teſtes, cùm ſcripturam non requirat.

Qualiter probetur huiuſmodi quaſi poſſeſſio immemorabilis, idem Gratian. *cap.* 597. *numer.* 11. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 218. *la* 2. vbi ſimpliciter de actibus inferentibus quaſi poſſeſſionem, ex qua debet patronus manuteneri, *& dec.* 230. *per tot.*

Prædicta intellige, ſtante ſcientia, & patientia aliorum prætendentium, & ſi præſentans fuerit in bona fide, niſi fecerit animo ſpoliandi compatronos, latè idem Gratian. *cap.* 577. *per tot.* facit Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 349. vbi data ſcientia qualiter acquiratur quaſi poſſeſſio, etiam per ſolum conſenſum præſtitum reſignationi, quando non eſt alius poſſeſſor, & patronus non teneatur probare deſcendentiam à primo fundatore, ſed ſufficiat probare deſcendentiam ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi, & qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, non teneatur probare deſcendentiam, quia ex eo ipſo quòd eſt in quaſi poſſeſſione præſumitur à veris patronis deſcendere, vide *in §. Iuſpatronatus num.* 15.

Quòd ex vnica præſentatione effectuata acquiratur quaſi poſſeſſio præſentandi, Canaler. *deciſ.* 55. *num.* 4. *deciſ.* 197. *num.* 1. *& deciſ.* 424. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 416. vbi limitat niſi ex confeſſione, vel re iudicata conſtet etiam de iure aliorum patronorum, *& part.* 14. *deciſ.* 8. *num* 2. *& ſeqq.*

Quòd ſine iuſtificatione tituli Rota concedat manutentionem, cùm in hoc iudicio ſolùm attendatur merum factum poſſeſſionis, Duran. *dec.* 407. *nu.* 4.

Proprietas tamen abſorbet cauſam poſſeſſionis ante inſtitutionem, & tunc in concurſu præferendus eſt præſentatus à vero patrono, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 64. *num.* 34. *& ſeqq. & deciſ.* 389. *num.* 17. *deciſ.* 514. *nu.* 4. *& ſeqq.* vbi intelligit quando conſtat ex confeſſione partis, vel re iudicata, vel ex publico inſtrumento, alias ſecus ſi probatio ſit æquiuoca, *& part.* 14. *dec.* 8.

Quòd præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione, præferatur præſentato à vero patrono, niſi ante inſtitutionem, & collationem conſtet de proprietate iuriſpatronatus, quia tunc proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 167. *num.* 7. *&c.* Merlin. *deciſ.* 450. vbi quòd præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præfertur, & ſi euincatur iuſpatronatus non ob id remouetur, ſed veris patronis in futurum præſeruatur; non tamen dictus præſentatus præfertur quando ex re iudicata, vel confeſſione, vel inſtrumento dotationis apparet de proprietate, quæ abſorbet poſſeſſionem, idem Merlin. *deciſ.* 641. vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 73. *part.* 11. *deciſ.* 254. *nu.* 19. *& ſeqq. part.* 13. *deciſ.* 64. *& deciſ.* 73. *num.* 14. *& deciſ.* 96. *num.* 26. *& deciſ.* 389. *numer.* 17. *deciſ.* 514. *per tot.* vbi quòd idem eſt in prouiſione facta ab Ordinario exiſtente in quaſi poſſeſſione prouidendi, *& part.* 14. *deciſ.* 136. *n.* 7. *&c.*

Multa de huiuſmodi quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, quando ex præſentatione acquiratur, ex quibus conſeruetur, vel amittatur, & quis ex præſentatis ſit præferendus, Ger. Spin. *conſ.* 33. *&* 34. *per tot.* Merlin. *d. deciſ.* 450. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 54. *&* 55. *lib.* 2. Cabal. *conſ. deciſ.* 126. *per tot. lib.* 2.

Quòd quaſi poſſeſſio præſentandi Anteceſſorum non tranſeat in ſucceſſores ſine noua apprehenſione, & nouo vſu, vel exercitio iuriſpræſentandi, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 34. *nu.* 108. Gabriel. *conſ.* 185. *nu.* 17. *lib.* 2. Merlin. *deciſ.* 818. *n.* 4. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 64. *nu.* 29. *& dec.* 96. *nu.* 19. *& ſeqq. ſupra nu.* 2. *& n.* 11. *in fine.*

Maximè quando ius eſt tantum perſonale, quòd non eſt ad hæredes tranſitorium, idem Merlin. *deciſ.* 824. *nu.* 8. vide *in §. Quaſi poſſeſſio nu.* 2. *in fine*, vbi contra *& §. Canonicatus nu.* 5.

Patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione, & bona fide, licèt poſtea conſtet non eſſe verum patronum, poteſt præſentare, & ab eo præſentatus cæteris præfertur, nec debet amoueri, ſecus ſtante mala fide, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 577. *nu.* 8. *&c* Rot *part.* 3. *diuerſ. dec.* 230. *nu.* 3. *lib.* 2. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 421. *fol* 264. Merlin. *dec.* 450. *& deciſ.* 641. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 96. *num.* 26. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 55. *num.* 80. *& ſeqq. lib.* 2. vbi probat dictam diſtinctionem, vt præſentatus à poſſeſſore bonæ fidei, non poſſit remoueri, ſecus autem in præſentato à malæ fidei poſſeſſore, licèt pacifico, nam iſte, etiam ſecuta inſtitutione, eſt remouendus, ſi declaretur præſentantem non eſſe patronum, cùm præſentatio ſit fructus poſſeſſionis, & poſſeſſor malæ fidei non lucratur fructus, ſed ad illorum reſtitutionem tenetur. 13

Non tamen patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi eſt manutenendus in concurſu cum vero patrono, ſed præferendus eſt præſentatus à vero patrono, excluſo præſentato ab exiſtente in quaſi poſſeſſione, quando de iure patronatu legitimè conſtat, ad fauorem veri patroni per confeſſionem aduerſarij, aut per ſententiam, aut per publicum documentum, quia iſto caſu petitorium, de quo conſtat abſorbet poſſeſſorium, quidquid alias quando iuſpatronatus non reuocatur in dubium, attendatur quaſi poſſeſſio ad validitatem præſentationis, vt benè declarat auctoritate Rotæ *deciſ.* 374. *part.* 1. *Nouiſſ. & aliorum*, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *d. tit.* 1. *num.* 418. *& ſeqq. fol.* 264 Cabal. *conſ. deciſ.* 126. *lib.* 2. Merlin. *deciſ.* 450. *& deciſ.* 641. *per tot.* Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 37. *part.* 9. *deciſ.* 416. *& part.* 14. *deciſ.* 477. *nu.* 6. vbi quòd ad effectum iuſtificationis litterarum Apoſtolicarum, & ne collatio ſit retractabilis, ſufficit vltimus ſtatus, & non admittitur alia probatio, quàm ea, quæ incontinenti, & clarè reſultat, vel ex inſtrumento publico fundationis, vel ex re iudicata, vel ex confeſſione partis, vide Rot. *d. deciſ.* 374. *part.* 1. in ſelectis per Farinac. vbi quatuor concluſionibus magiſtralibus tota iſta materia benè explicatur.

Patronus poteſt præſentare etiam per Epiſtolam, dummodò præſentatus ipſe præſens exhibeat litteras in tempore, niſi & ipſe præſentatus eſſet mutus, nam tunc illi etiam abſenti poteſt beneficium conferri, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 26. *fol.* 141. Card. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 592. Pac. Iordan. *d. tit.* 7. *num.* 301. *fol.* 251. vbi quòd debet recognoſci manus Patroni ſcribentis, Bich. *deciſ.* 420. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd præſentationes fieri debent coram Ordinario, vel alio habente facultatem inſtituendi, & nil refert an patroni compareant, vel tantùm præſentati inſtrumentum præſentationis exhibeant. 14

Quòd ſit in arbitrio Epiſcopi admittere, vel non admittere præſentatum, ſiue nominatum abſentem, quando agitur de beneficio ſimplici, quod non requirat examen pro forma, etiamſi non habeat notam perſonam, & teneatur admittere quando ageretur de perſona valdè qualificata; non autem teneatur, nec poſſit admittere abſentem vbi eſſet neceſſarium examen pro forma, veluti in Eccleſijs Parochialibus, Pac. Iordan. *d. tit.* 7. *nu.* 380 *& ſeqq fol.* 260 Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 6. *nu.* 43. *&c.* Addit. ad Greg. *deciſ.* 34. *nu.* 5. Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 593. *num.* 3. *&c. part.* 9 *deciſ.* 416. *in fine*, Beltramio ad Ludouiſ. *deciſ.* 34. vbi videtur requiri examen etiam in beneficio ſimplici vigore Concilij Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 13.

Quòd in Parochialibus iuriſpatronatus laicorum non requiratur examen per concurſum; ſed ſolùm præſentatum examinandum eſſe ab Ordinario cum tribus ſaltem examinatoribus ſynodalibus, & idoneo reperto eſſe inſtituendum iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. & alia latè Dian. *part.* 9. *tractat.* 8. *reſolut.* 16. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 84. *num.* 7. *&* 8. vbi requiritur examen etiamſi ſit notoriè idoneus.

Patronus laicus poteſt variare cumulatiuè præſentando plures non ſolùm eodem tempore, ſed etiam ſucceſſiuè, non autem priuatiuè, & tunc Epiſcopus eligat magis idoneum, *c. autem*, vbi Abb. *num.* 22. *de iuripatr.* 15

Caua-

Caualer. deciſ. 21. nu. 2. Pac. Iordan. d. tit. 7. nu. 241. & ſeqq. fol. 246. &c. vbi latè Merlin. deciſ. 427. num. 4. &c. deciſ. 443. per tot. Sperel. deciſ. 180. num. 2. & ſeqq. vbi quòd ſecus eſt in iurepatronatu Eccleſiaſtico, & modò etiam laicus patronus non vltra duos præſentet, vide Lap. alleg. 22. 68. & 79. Tuſchus littera P. concl. 152. & 153. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 65. per tot. vol. 1. Rot. part. 13. recent. deciſ. 178. nu. 4. vbi quòd patrono laico non licet niſi ſemel tantùm in præſentando variare, & part. 14. deciſ. 262. vbi etiam quid ſi ius pendeat inter primos præſentatos, & an valeat præſentatio conditionalis, adde Rot. part. 16. recent. deciſ. 240. per tot.

Intellige etiam durante quadrimeſtre ad præſentandum conceſſo, Caualer. deciſ. 231. nu. 3. Rot. part. 13. recent. deciſ. 345. nu. 8. vbi quòd poſt ius alteri quæſitum, remanet conſumpta facultas.

Et quòd variatio, ſiue noua præſentatio intelligatur cumulatiuè facta, etiamſi non exprimatur, Rot. part. 9. recent. deciſ. 235. nu. 5. & 6.

Si tamen nominatio fuerit facta ad Capellam vacaturam poteſt reuocari, ſicut etiamſi nondum fuerit Superiori exhibita, Abb. in c. fin. num. 4. de iurepatr. cum alijs per Rot. part. 11. recent. deciſ. 17. num. 7. & 12. & part. 16. deciſ. 240. num. 12. & ſeqq. vbi an, & quando præſentatio ad beneficium vacaturum valeat, vel non propter votum captandæ mortis implicitum.

Quòd inter duos præſentatos præferatur ille, qui primò ab Ordinario fuit gratificatus, & inſtitutus; ac inefficax remaneat altera præſentatio, etiam cum gratia Summi Pontificia ſubſecuta, quia iſta non tollit ius alteri quæſitum, latè Rot. part. 16. recent. deciſ. 240. & part. 18. deciſ. 739. per tot. vbi quòd nominatio licèt facta in ſcriptura antequam ſit Superiori præſentata, nullum ius tribuit nominato, ita vt patrono non ſolum ſit licita variatio, ſed etiam pœnitentia, & reuocatio, & alia ad rem, Lotter. de re benef. lib. 2. quaſt. 6. nu. 36. & ſeqq. Garz. de benef. par. 7. cap. 1. nu. 36. &c.

16 Patronus laicus præſentans aliquem ad beneficium iuriſpatronatus, & iurans alium non præſentare, non poteſt pœnitere, & variando alterum etiam cumulatiuè in præiudicium primi præſentare, Merlin. deciſ. 427. num. 5. Lap. alleg. 78. num. 6. Lambertin. lib. 2. quaſt. 7. art. 16. idem Merlin. deciſ. 443. per tot. quia actus contra præcedens iuramentum in his, quæ iudicis miniſterium exigunt, non eſt a iudice permittendus, ne viam periurijs aperiat, quidquid ſecus ſit in his, quæ a libera voluntate agentis dependent, vt dixi in §. Iuramentum numer. 21. & quia ex prima præſentatione vt ſupra iurata, & de vno tantùm facta eſt illi ius quæſitum; quid autem ſi præſentatio eſſet facta per procuratorem, vel de perſona abſente, & alia in hac materia, latè Sperel. deciſ. 180. per tot. vbi reprobat Alex. conſ. 16. lib. 3. Ricc. deciſ. 109. & 133. part. 3. contrarium tenentes. Prædicta ſequitur Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 7. num. 261. & ſeqq. fol. 247. vbi docet cautelam, ne poſſit fieri variatio de vno ad alterum, & vide Martham vot. Piſ. 11. per tot. Merlin. d. deciſ. 443. per tot. Rot. part. 14. recent. deciſ. 431. num. 3. &c. vbi quòd non eſt locus variationi quando ei fuit renunciatum ex tunc in prima nominatione, nec ſi fiat recedendo à prima præſentatione, cùm ſit tantùm permiſſa accumulatiuè.

An autem ſtante inualiditate præſentationis poſſit patronus laicus iterùm validè præſentare, Rot. part. 12. recent. deciſ. 154. nu. 15. &c.

17 Patronus quando poſſit præſentare exterum ad beneficium erectum pro naturalibus loci, vide Lambertin. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quaſt. 5. princip. art. 7. cum alijs per Caualer. deciſ. 102. per tot.

Quòd fundator ipſe poſſit præſentare exterum, licet beneficium eſſet ordinatum pro illis de familia tantùm, cùm non cenſeatur ſibi voluiſſe ligare manus, Caualer. deciſ. 365.

Quòd præſentati debeat ab alijs, conſanguineus habens qualitatem à fundatore requiſitam, alias præſentatio ſit ipſo iure nulla, ſi conſanguineus dictæ qualitatis in tempore ſe opponat, ac ſuam qualitatem probet, & ipſe ſit inſtituendus, Rot. part. 9. recent. deciſ. 47. per tot. & facit deciſ. 235. nu. 8. &c. d. part. 9. vbi quando ſufficiat conſanguinitas in genere, & alia, Rot. part. 12. deciſ. 133. vbi quòd licèt præſentati ſint plures, habentur pro vno, ſi vnus tantùm habeat qualitates requiſitas, & ille eſt inſtituendus, & par. 13. deciſ. 345. vbi quòd quando plures requiruntur qualitates, omnes concurrere debent.

Patroni ſcire debent qualitatem in præſentando requiſitam, & præſentando inhabilem non excuſantur, ſed præfertur habilis præſentatus ab alijs compatronis, licèt non pro maiori parte, Caualer. deciſ. 231. per tot. ſupra nu. 7. vide in §. Electio nu. 12. 18

Quando teſtator ordinauit Capellaniam eſſe conferendam Sacerdoti, an poſſit conferri Clerico in minoribus conſtituto, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 133. num. 1. &c. Dian. part. 4. tract. 4. reſol. 227. vbi refert contrarias opiniones, & ipſe affirmatiuam probat, quia illa verba ſignificant aptitudinem, non actum, niſi expreſsè aliter diſpoſuerit per verba negatiua, vide in §. Iuſpatronatus nu. 24.

Quòd patronus Eccleſiaſticus teneatur præſentare digniorem, laicus verò poſſit præſentare dignum etiam omiſſo digniore, Pac. Iordan. Lucubr. vol. 1. Prælud. 12. nu. 9. & num. 31. &c. vide in §. Electio num. 5. Dian. par. 2. tract. 15. reſol. 37. & 38. vbi diuerſas opiniones refert, & videtur vt ſupra concludere, & ibidem reſol. 40. & 41. vbi an idem ſit in beneficijs curatis, & quoad habentes liberam collationem, idem Dian. part. 4. tract. 4. reſol. 170. ſupra num. 7. Rot. part. 10. recent. deciſ. 262. per tot. vbi tamen quòd electio dignioris ſemper eſt tutior, & part. 11. deciſ. 232. vbi quòd in Calaguritana Diœceſi ſemper dignior eſt eligendus vigore ſpecialis Conſtitutionis Clem. VIII. quæ eſt inuiolabiliter ſeruanda, & de illa rurſus Rot. d. part. 11. deciſ. 295. & 296. per tot. & part. 12. deciſ. 62. per tot. & deciſ. 240. vbi quòd idem eſt de iure; & deciſ. 277.

Patronus præſentans aliquem pro pretio committit ſimoniam, magis quàm ſi iuſpatronatum venderet, cùm præſentatio ſit quid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum, Lambertin. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quaſt. 7. art. 16. verſus finem, Sperel. deciſ. 180. numer. 43. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 7. numer. 496. fol. 273. 19

An autem, & quando contractus correſpectiui circa ſpiritualia, vel eorum annexa inducant ſimoniam, in terminis iuriſpatronatus, quando patroni inter ſe pacti fuerunt de alternis vicibus præſentando, Martha vot. Piſ. 11. per tot.

Qualiter per promiſſionem penſionis factam à præſentato præſentanti induatur Simonia, & ſic eijciendus ita præſentatus, Lambertin. de iurepatr. art. 9. quaſt. princ. in 2. part. lib. 2. idem Martha vot. Piſ. 15. num. 6. per tot. in c. ex inſtitutione, & cap. de iurepatr. & c. conſulere de ſimon.

Quòd patronus vendendo iuſpatronatum de per ſe, & facta illius mentione committat ſimoniam, non autem ſi generaliter, & cum vniuerſitate bonorum vendat nulla illius facta mentione, etiamſi illius ratione, & reſpectu pretium augeatur, quia cum vniuerſitate bonorum poteſt alienari, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, ſecus autem ſi titulo particulari, Pac. Iordan. d. tit. 7. nu. 142. & ſeqq. fol. 238. &c. vbi etiam n. 157. & 158. quòd interueniente ſimonia tranſlatio eſt nulla, & patronus amittit ius ſuum, vide in §. Iuſpatronatus nu. 10. &c. plenè Paul. Rub. in Annot. ad dec. 46. per tot. part. 9. recent.

Patroni habent ſolummodò ius quoad præſentandum vacante beneficio, non autem ad dimittendum, nec poſſunt acceptare dimiſſionem ſine Epiſcopi conſenſu, & ſi de facto acceptent non vacat beneficium, niſi Epiſcopus approbet, & tantò minus poſſunt priuare beneficiatos per eos iam præſentatos, niſi in limine fundationis, id ſibi de Epiſcopi conſenſu reſeruaſſent, quod verum eſt etiam reſpectu nouorum patronorum, qui non poſſunt mutare Ordinationes iam factas, & nouos inſtituendos nominare, Pac. Iordan. d. lib. 10. tit. 7. nu. 417. fol. 263. 20

Quid poſſint patroni monaſterij monialium circa Abbatiſſam, Moniales, & Capellanum, & alios miniſtros, Tuſch. litt. P. concl. 154. 155. & 156.

Patroni non prohibentur exigere, & ſuſcipere quodcumque ius, & honorantias in fundatione ſibi de conſenſu Ordinarij reſeruatas, ſiue aliàs ipſis de iure debitas, veluti candelam, ſedem digniorem, & ſimilia; ceſſante autem reſeruatione non poſſunt onerosa Eccleſiæ prætendere, ſepulturam tamen pro ſe, licèt non pro alijs habere poſſunt, 21

Pac. Iordan. d.tit.7.nu.430. & ſeqq.fol.265. facit quod dixi in §. Arma nu.6. §. Sepultura num. 12. Sanfelic. deciſ. 331. cum plena additione per tot. Rot. part.17 recent. deciſ.163. vbi de iure ſedendi in eminentiori loco, & de ſepultura quando competat, vel non, Lotter. de re benef. lib. 2. quaſt.4. & ſeqq. vbi de fructibus iuriſpatronatus, in quibus conſiſtant.

Quòd in limine fundationis (non autem ex interuallo, niſi fuerit ius reſeruatum) poſſint patroni apponere conditiones ſibi benè viſas, etiam contra ius; dummodò non impoſſibiles, vel incompatibiles, Merlin. deciſ.518. per tot. Rot. part. 12. recent. deciſ. 68. vbi quòd conditiones ſunt ſeruandæ, etiamſi per verba deprecatiua fuerint appoſitæ, vide Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 32. per tot.

Præter enim ius præſentandi, debent patroni præ alijs in Eccleſia ſua patronata honorari, ad ianuas venientes à Rectore cum Clericis ſi quos habet recipi, honorabiliter introduci, in excellentiorem locum vltra omnes laicos poni, pax dari, incenſari, in proceſſionibus ſolemnibus poſt Rectorem immediatè incedere ante alios, arma ſua, vel inſignia, (quæ tolli non poſſunt) apponere, pro illis fieri orationes ad Deum, & ſimilia, & hæc quidem de iure illis competunt abſque alia reſeruatione; Poſſunt etiam ex conuentione alias honorãtias in limine fundationis ad libitum ſibi ipſis reſeruare, quibus Epiſcopus requiſitus, etiamſi in aliqualem ſui iuris acquirendi diminutionem tendant aſſentire tenetur, niſi ſint contra expreſſam iuris diſpoſitionem, quia tunc tamquam conditiones illicitæ, eſſent reijciendæ, nec eſſet locus pœnæ adiectæ; imò quando in limine fundationis ſunt appoſitæ etiamſi ſint contra iuris diſpoſitionem, videntur quandoque ab Epiſcopo approbandæ, vt magis inuitentur fideles ad Eccleſias fundandas, & dotandas, vt benè diſſerit idem Iordan. d.tit.7.num.445.& ſeqq.ad 480.fol.267. &c. Tuſchus littera P. concluſ.136.& 137. Lotter. d. qu.32. per tot. facit Dian. reſol. moral.part.1. tract.2.reſol.83. vbi quòd fundator Hoſpitalis, vel alterius loci pij poteſt in fundatione ſtatuere ne viſitetur ab Epiſcopo, licèt tamen alij, quos ibidem allegat contrarium, & diuerſimodè ſentiant, vide in §. Epiſcopus nu. 3.

Quòd poſſit fundator prohibere ne beneficium efficiatur collatiuum, ſed ſit profanum, & Capellanus deputetur amouibilis, & iudicetur tamquam legatum pium, ita vt ceſſet vacatio, & quælibet reſeruatio, Merlin. deciſ. 79. Rot. part. 18. recent. deciſ. 48. & 182.

Item poteſt de conſenſu Ordinarij diſponere quòd inſtitutio non ſpectet ad Epiſcopum, dummodò talis conditio fuerit expreſsè appoſita, & in vno caſu non extenditur ad alium, idem Merlin. deciſ. 800. per tot. Lambertin. de iurepatron. lib. 1. part. 1. quaſt. 9. art. 1. num. 69. &c. Merlin. deciſ. 829. in eadem cauſa, vbi latè quòd ius inſtituendi de iure competit Epiſcopo, Rot. part. 18. deciſ. 48. 182. & 411. nu.9. &c.

Poteſt tamen Epiſcopus reducere beneficium, in cuius fundatione fuit aliquid contra ius diſpoſitum, Lambertin. loc.cit. Rot. part. 12. recent. deciſ. 353. nu.1. &c. vide Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. per tot.

Qualiter patronis laicis nulla competat in Eccleſia poteſtas, ordinatio, aut gubernatio inconſulto Ordinario circa imagines, & huiuſmodi, probat Michael Ferro Manriq. quaſt. Vicarial. part. 1. quaſt.4. per tot.

22 Patroni priuantur iure ſuo pluribus ex cauſis, vt ſi incidant in hæreſim, ſint fautores hæreticorum, inſordeſcant in excommunicatione, committant crimen læſæ Maieſtatis humanæ, apponendo manus in exactionem fructuum, & bonorum beneficij, vendendo, vel alio quouis titulo prohibito alienandi iuſpatronatum, præſentando ſcienter indignum, interficiendo iniurioſè per ſe, vel per alium, ſiue mutilando Rectorem, vel Epiſcopum, vel Cardinalem, item per ſententiam, per confiſcationem, per erectionem in Cathedralem, vel Collegiatam, vel per vnionem de patronorum conſenſu, per ceſſionem compatrono factam, & demum per ingratitudinem verſus Eccleſiam; ad quos autem his, & ſimilibus caſibus deuoluatur, & alia, Pac. Iordan. d. tit.7. num.424. & ſeqq. ad 444. fol.265. &c. vide in §. Iuſpatronatus num.22.

Quando priuentur ob negligentiam in præſentando, vel præſentando indignum, & ad quem collatio deuoluatur, Tuſch. littera P. concluſ. 148. 149. & 150. per tot.

An præſentatio facta à patrono excommunicato non tollerato ſit valida, Dian. reſolut. moral. part. 5. tract. 9. reſolut. 105. vbi refert contrarias opiniones, & videtur concludere quòd ſit valida, ſed tamen Epiſcopus non teneatur illam admittere ſi nolit, & idem eſſe in excommunicato tollerato, vide in §. Excommunicatio num.29. Rot. part. 19. recent. deciſ. 129. & 197.

Patronus impubes maior ſeptennio poteſt præſentare ad iuſpatronatus, ita vt præſentatus ab ipſo ſi ſit æquè dignus veniat præferendus præſentato à tutore, Paul. Citradin. tract. de iurepatron. part. 7. n. 20. & part. 6. quaſt. 40. n. 71. Sanfelic. deciſ. 176. nu. 5. & 6. 23

Alia de patronis Eccleſiaſticis, laicalibus, miſtis, & regalibus tradit remiſſiuè Caſteion Alphabet. iurid. verb. Patronatus, & vltra tractatus ordinarios videndos etiam Bertachin. in Repert. verb. Patronus, & Card. Tuſch. eodem verb. & dixi plura in verb. Iuſpatronatus. 24

De patronis, quomodo poſſint acquirere iuſpatronatus, illud conſeruare, & amittere, plenè Viuian. in prax. Iuriſpatronat. per tot. & alios materiam tractantes indicat Com. Auguſt. Fontan. Bibliotb. legal. part. 5. verb. Patronus, fol. 290. &c. vbi etiam de alijs Patronis, & alios ego citaui in addit. ad §. Iuſpatronatus. 25

De patronis vſurpantibus ius in Eccleſia libera, ac etiam de veris patronis vſurpantibus bona ſuæ Eccleſiæ, vel alıter ſe ingerentibus in perceptione fructuum, vendentibus ius ſuum, vel præſentationis actum, vel præſentantibus cum confidentia, admittentibus reſignationem ad fauorem, ac de præſentantibus ſcienter indignum, vt pro illa vice priuentur iure præſentandi, Carol. Ant. Theſ. de pœn. Eccl. part. 2. verb. Patronus fol. 279. & alibi in locis iudicatis. 26

§. PAVPERTAS. IX.

PAuper quilibet præſumitur, niſi probetur diues, cùm qualitas diuitiarum ſit accidens, & repugnans naturæ, ſecundum quam omnes naſcuntur nudi, c. ſicut hi 47. diſtinct. Afflict. deciſ. 377. nu. 5. Caualer. deciſ. 233. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1154. Maur de fideiuſſ. part. 2. ſect. 7. cap. 1. num. 3. Grattan. diſcept. for. cap. 125. num. 28. &c. cap. 605. num. 30. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 25. & de arbitr. caſ. 65. per tot. vbi quòd remittitur arbitrio iudicis, an quis dicatur pauper, vel diues, vide in §. Diuitiæ nu. Tuſch. littera P. concluſ. 161. &c. Rot. part. 1. diuerſ. deciſ. 499. nu. 3. Burat. deciſ. 756. num. 7. Rot. part. 13. recent. deciſ. 398. nu. 2. &c. 1

Debet tamen paupertas præciſè probari quando deducitur pro fundamento alicuius intentionis, Grattan. diſcept. forenſ. cap. 552. num. 10. 26. 30. &c. cap. 726. num. 9. cap. 907. num. 1. &c. Sperel. deciſ. 138. num. 58. &c. deciſ. 156. num. 15. &c. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. Menoch. de arbitr. d. caſ. 6. Nouar. Collect. 134. Viui. comm. opin. 609. Maſcard. de probat. concluſ. 1154 Pac. Iordan Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 17. num. 527. & ſeqq. fol. 299. vbi nonnulla moralia de paupertate, Rot. part. 10. recent. deciſ. 283. per tot. vbi quòd non dicitur probata ex teſtibus cunctam bonorum exiſtentiam non excludentibus, maximè ſi de præterito tempore deponant, de quo non poteſt ad præſens inferri, & part. 13. deciſ. 398. num. 14. vbi quòd debet plenè, & concludenter probari, quando eſt exceptionis, vel intentionis fundamentum, & part. 15. deciſ. 54. vbi ad effectum conſecutionis alimentorum, & ſumptuum litis, & part. 17. deciſ. 78. num. 7. & ſeqq. vbi ad effectum conſequendi legatum dotis, quatenus bona patris non ſufficiant, & deciſ. 202. vbi ad effectum alimentorum, & deciſ. 384. num. 13. vbi ad excludendam neceſſitatem dotandi in parentibus, & illam transferendi in auiam, vide in §. Expenſa nu. 20. in fine.

Qualiter autem probetur paupertas, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 660. per tot. Magon. deciſ. Flor. 26. numer. 30. &c. Maſcard. de probat. d. concl. 1154. per tot. plenè Scanarol. de viſit. Carcer. lib. 2. §. 2. cap. 4. cum pluribus ſequentibus, & aliȷ ſupracitatis, Tuſch. littera P. concl. 162. Ricc. Collect. 1906. Rot. part. 13. recent. deciſ. 473. num. 4. vbi plura conſiderat, quæ inducunt concludentem paupertatis probationem ad effectum excuſandi à caducitate ob impotentiã ſoluendi canonẽ etiamſi aliqua alia poſſideret bona, ſed fideicommiſſis, debitis, & alijs oneribus, etiam ſe

ipſum,

Digitized by Google

ipſum, & familiam alendi obnoxij, vide *in §. Emphyteuſis n. 55. infr. num.9.*

Plura de paupertate, & pauperibus remiſſiuè ad alios, tradit Caſteion. *in ſuo Alphabet. iuridic. verb. Paupertas.*

a Pauper quis dicatur remittitur arbitrio iudicis attenta perſonarum, & circumſtantiarum qualitate, vndè pauperes dicuntur non tantum mendicantes, ſed etiam habentes congruam ſubſtentationem, ſi attento ſtatu, & conditione perſonarum videantur indigere, vt quia habeant multas filias nubiles, & ſimilia: An autem pauperes dicantur, qui poſſunt viuere ex ſuis laboribus, affirmant aliqui, ſed magis communiter negant alij, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.192. per tot. & de Clauſ. clauſ.30. num.7. & ſeqq.* Sperel. *deciſ.156. num.15. & ſeqq.* Nouar. *in Pragmat. Regn. Neapol. Collect.134.* Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ.1154.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.13. lib.24. tit.17. num.527. & ſeqq.* Tuſchus *littera P. concluſ.160.* Dian. *part.2. tract.15. reſolut.8.* vbi ad effectum diſtributionis legatorum, & huiuſmodi, Paul. Chriſtin. *deciſ.160. volum.1.* Surd. *de aliment. tit. 9. quaſt.37.*

Quòd pauperes non dicantur, qui ſi volunt vti iure ſuo poſſunt eſſe diuites, Caualer. *deciſ.554. num.5.*

Quis dicatur pauper, quomodo paupertas probetur, & qualiter excuſet ab appellando, vel appellationem proſequendo, ita vt contra pauperem ſententia non tranſeat in iudicatum, & an ſaltem ſit neceſſe appellare, viua voce, quòd fieri poteſt ſine expenſa, vel proteſtari, Gratian. *deciſ.34. per tot.*

Quòd dicta probatio pendeat à iudicis arbitrio, & ſtante paupertate ſit relaxandus rigor ſententiæ ſuper ſolutione, Caualer. *deciſ.120.*

Pauper verè dicitur ille, cui non ſatis eſt, quod habet, & è contra diues verè dicitur ille, cui ſatis eſt quod habet.

Plura de pauperis vita beata, & alijs encomijs paupertatis, Marcellin. de Piſe *in Encyclop. moral. tom.4. fol. mihi* 195.

3 Pauper ſi aliàs ſit integer, & non ſuſpectus regulariter admittitur ad ferendum teſtimonium, attento etiam an ad paupertatem deuenerit ex ſuo vitio, & culpa, ſiue potius caſu, & fortuna, Alexand. *conſ.186. num.4 lib.7.* Addit. ad Pract. Pap. *form. iuram. teſt. gloſ. proteſtante num.25. littera G.* Socin. *regul.289.* Clar. *§. fin. quaſt.24. verſ. quaro etiam*, Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ. 1155. per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.277. num.4. &c. cap.797. num.28. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.65. num. 12. & caſ.96. per tot.* Merlin. *deciſ.635. num.9.* Rot. *part. 12. recent. deciſ.57. num.14. &c. & deciſ.101. num.4. & ſeqq.* vbi quòd paupertas nihil detrahit fidei teſtis, ſi aliàs ſit perſona honeſta, & probatæ vitæ, licèt de hoc non conſtet, ſed ſimpliciter eſſe pauperem, cùm paupertas non ſit de genere malorum, & *d. part.12. deciſ.175. num.18. & ſeqq. & part.14. deciſ.426. num 11. &c. part.18. num.1. deciſ.37. num.4.* latè Farinac. *quaſt.57.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.18. num.521. &c. fol.331.* vbi firmat regulam, quòd pauper non ſit teſtis idoneus, integer, nec omni exceptione maior, cùm paupertas aliquid minuat de fide, non autem repellat, quàm latè ampliat, & declarat ad tradita per Farinac. *loc. cit.*

Quòd pauper, alias honeſti nominis, & vitæ, ſit teſtes integræ fidei, Burait. *deciſ.553. num.11.* Rot. *part.9. recent. deciſ.469. num.10.* vbi in terminis teſtamenti conditi coram parocho, & teſtibus iuxta *cap. cum eſſes de teſtam. & deciſ.372. num.47. dict. part.9. in eadem cauſa*, Bich. *deciſ.618. num.5.* adde Conciol. *reſolut. crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſolut.23. per tot.* vbi quòd in criminalibus pauper repellitur à teſtificando, niſi probetur eſſe honeſtæ, & probatæ vitæ, vel niſi eius fides ſuppleatur ex numero, & legalitate aliorum teſtium, vel niſi agatur de defenſa rei contra fiſcum. Sed veh Tribunalibus, iuſtitiæ, & fiſco, ſi hæc admitterentur in praxi, & fabricandus eſſet proceſſus de honeſtate, & probitate vitæ teſtium pauperum, nam actum eſſet de omnibus cauſis criminalibus, in quibus vt plurimum veritas eluceſcit ex teſtimonio pauperum, & cum diuites, & nobiles non ſolum recuſent, ſed etiam abhorreant dicere veritatem in iudicio pro fiſco, & iuſtitia, maximè Florentiæ, & ideò non mirum ſi in hac materia interdum opus ſit aliquantulum à regulis recedere, & pauperibus fidem præſtare arbitrio prudentis iudicis, vbi alios non patiantur defectus, paupertas enim non eſt de genere malorum implicantium malitiam, & improbitatem perſonæ, Rot. *part.16. recent. deciſ.269. num.5.*

Item pauper non remouetur vti ſuſpectus à tutela, ſi alioquin ſit fidelis, & diligens, & multa in laudem paupertatis, Montan. *de tut. cap.36. regul.2. per tot. & cap. 23. num.30.*

4 Pauperes ex culpa, & debito proprio non gaudent priuilegijs aliàs paupertati conceſſis, cùm malitia ſua debeat illis eſſe nociua, & non proficua, neque delictum patrocinari, Iaſ. *in auth. res qua num.20. &c. C. comm. de legat.* vbi infert ad plura, Bart. *ibidem*, Bald. *in c. qua in Eccleſiarum num.3. de conſtit.* Maſcard. *de probat. concluſ.1154. num.5. &c.* Sperel. *deciſ.158. num.15. & ſeqq.* vbi tamen refert alios contrarium tenentes Rot. *part.13. recent. deciſ.143. num.11. & ſeqq.* vbi quod debet talis culpa probari, & fuiſſe principaliter præordinatam ad caſum, aliàs non data hac præordinatione paupertas retinet ſua priuilegia, iuxta diſtinctionem Bartoli, & aliorum ibi relatorum.

5 Pauper præfertur diuiti in collatione beneficij, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.150. nu.10.* vide *in §. Epiſcopus num.13.* Bich. *deciſ.572. num.16.* vbi quòd de perpetuo ſtylo Rotæ paupertas non attenditur in concurſu maioribus qualitatibus præditi; fuit tamen attenta *part.18. recent. deciſ.461. &c. & deciſ.584.* vbi maximè iuncta cum nobilitate, & alijs qualitatibus, *& deciſ.569. num.8.* in eadem cauſa, vide *in §. Electio num.5.*

Quæ, & qualia ſint priuilegia pauperum, plenè Leoncil. *tract. de priuil. pauper. per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.2. §.2. cap.8. cum pluribus ſequentibus*, Tuſch. *lit. P. concluſ.164. & ſeqq.* Coſta *de remed. ſubſid. remed. 125. per tot.*

Quando pauperibus ſit licitum furari, vide *in §. Furtum num.17.*

Qualiter priuilegium ex cauſa paupertatis conceſſum ceſſet, illa ceſſante, Rot. *part.2. recent. deciſ.511. per tot.* vbi in materia priuilegij exemptionis à decimis, Carthuſianis conceſſi.

6 Pauperes ſi fuerint inſtituti, vel ſubſtituti, qualiter valeat inſtitutio, & quando ſubſtitutio dicatur directa, vel fideicommiſſaria, ad quem ſpectet electio pauperum, & quinam ſit eligendi, Tuſch. *litter. P. concluſ.168.169. & 170.* vbi etiam qualiter malè ablata incerta ſint pauperibus eroganda, vide *in §. Legatum num.*

7 Paupertas Religioſa in quibus conſiſtat, & quando illi contrafiat, vel non per aliquam retentionem in proprio, & alia ad intelligentiam Bullæ Clementis VIII. de largitione munerum Religioſis prohibita, Dian. *reſolut. moral. part.1. tract.6. per tot.* Suarez *de Relig. tom.3. lib.8. per tot.* vbi plenè de paupertate, an ſit neceſſaria ad ſalutem, de illius voto tam in Religione, quàm extra, ad quid obliget tale votum, quomodo violetur, quænam paupertas in Religionis ſit omnium præſtantiſſima, an ſit permiſſa aliqua acceptio, acquiſitio, vel retentio, & alia huiuſmodi.

8 Pauperes forenſes, & peregrini an aliquando poſſint expelli à ciuitatibus; & alia ad rem facientia, vide *in §. Vagabundus num.3.*

Quòd Mendicantes validi, & ſani, qui varijs artibus ſe infirmos fingunt teneantur pœna falſi, & à Ciuitatibus ſint expellendi, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. tom.2. cap.41. num.12. & ſeqq.* Bellet. *Diſquiſit. Cler. tit. de fauor. Cleric. §. num.97.* cum alijs per Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib.4. Rub. 50. num.5.*

Qualiter Mendicantes abſque licentia Ordinarij poſſint puniri, Ricc. *deciſ.285. part.2.* Nouar. *in Pragmat. Regn. Collect. 80. & Collect.129.* vbi qualiter pauperes mendicantes validi, & ſani puniantur, ad tradita per Peguer. *deciſ.4.* vide Gabriel. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de Eleemoſ. cap. dub.1. & ſeqq. fol. mihi 14. &c.* ubi plura qualiter pauperes laborare valentes poſſint licitè ad laborandum compelli, vel à ciuitate expelli, niſi ſtatum habeant religionis, an conueniens ſit omnes pauperes ſimul alere, & neceſſaria illis miniſtrare, prohibendo ne oſtiatim mendicent, & alia plura ad rem.

Pau-

Digitized by Google

9 Paupertas de tempore caducitatis iuſtificata, eſcuſat ab incurſu caducitatis ob non ſolutum canonem, Mantic. *de tacit. & ambign. lib.22. tit.27. num.* 54. Caualer. *deciſ.94. num.*5. Rot. *part.13. recent. deciſ.33. num.*8. *&c. num.*1. *in fine*.

Excuſat etiam ceſſante dolo ad euitandas cenſuras, & aggrauatoriam ob inobedientiam in ſoluendo penſionem, Rot. *part.17. deciſ.299. per tot.*

10 Pauperes ita nuncupantur à parua potentia, vel à parua pecunia ſiue penu, & tales dicuntur, qui parum, non qui nihil habent, an differant à mendicis, & alia eruditè de more tradit Aluarez de Velaſch. *tract. de priuileg. pauper. part.1. quæſt.1. per tot.* vbi etiam in quæſtionibus ſequentibus fusè agit, quid ſit paupertas, quotuplex, quo iure introducta, quis pauper verè dicatur, vel non, quomodo probetur, an in officijs Reipublicæ, & in Beneficijs Eccleſiaſticis alijs præferatur, an poſſit exercere artes aliàs ſibi prohibitas, à quibus excuſetur, quæ poſſit prætendere à collitigante, & à iudice, aliaque plurima pauperum priuilegia (inter eorum miſerias) colligit, & exornat idem Auctor *dict. tract. part.1. per 66. quæſtiones*, quibus etiam annectit de beneficio ceſſionis bonorum, an poſſit illis per ſolutionem gratificari, an poſſint pauperes renunciare priuilegijs ſuis, & alia ſpecialia. Et *in part.2. per tot.* quinam dicantur propriè miſerabiles ad effectum gaudendi priuilegio *l. unic. C. quand. Imper. inter pupill. & vidu.* & præcipuè an tales ſint viduæ, pupilli, debiles, aut diuturno morbo fatigati, orphani, minores, virgines, nuptæ inutili viro, Eccleſiæ, Clerici, alieque perſonæ Eccleſiaſticæ, vel Eccleſiæ inſeruientes, ruſtici, coloni, publicè pœnitentes, aut nouiter ad fidem Catholicam conuerſi, vniuerſitates, Carcerati, Scholaſtici, Agricolæ, Mercatores, Peregrini, aduenæ, captiui, milites, ſenes, prodigi, aut auari, cupidineo amore capti, & huiuſmodi, de quibus etiam plenè Nouar. *in tract. de elect. & variat. for. & de priuileg. miſerab. perſonar. per tot.* & ego dixi latè in §. *Perſona num.*9. *& ſeqq. per tot.*

11 De Paupertate, & pauperibus alia tradunt Leoncil. *tr. de priuil. pauper.* Scanarol. *tract. de viſit. Carcer.* Caſtil. *lib.* 3. *contr. cap.*27. Carleual. *de iudic. tit.1. diſput.2. num.* 561. Solorzan. *lib.2. Politic. cap.*20. alijque multi citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Paupertas, Pauperes*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth legal. part.5. eod. verb. fol.*294. *&c.* Noua Polianthea *in verb. Pauperes*, vbi multa curioſa de more.

12 De miſerijs pauperum, & diuitum benè Io. Gerſon. ſiue Lothar. Diacon. Card. *tract de contempt. mund. lib. 1. cap.*14. vbi quòd pauperes premuntur inædia, cruciantur ærumna, fame, ſiti, frigore, nuditate, vileſcunt, tabeſcunt, ſpernuntur, ſi petunt, pudore confunduntur, ſi non petunt, egeſtate conſumuntur, vt mendicent neceſſitate compelluntur, Deum accuſant quod non rectè diuidat, proximum dicunt malignum, quod non plenè ſubueniat, indignantur, murmurant, imprecantur, melius mori, quàm indigere, ſunt odioſi, eorum dies mali, relinquuntur ab amicis, mali reputantur quia pauperes, & huiuſmodi. Diuites è contra a ſuperfluitate reſoluuntur, iactantia effrænantur, currunt ad libitum ad illicitum, fiunt eis inſtrumenta pœnarum, quæ fuerunt oblectamenta culparum, laborant in acquirendo, timent in poſſidendo, dolent in amittendo, eorum mens ſemper fatigat, & affligit, & alia mala patiuntur, de quibus idem Auctor *d. cap.14. cum ſeqq.*

13 Paupertas, & egeſtas licèt in foro exteriori non excuſet à reſtitutione rei alienæ, vel ſolutione debiti, excuſat tamen in foro conſcientiæ, ad tradita per Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Reſtitutio differ.36. per tot.* & dixi *in* §. *Debitor num.*81. 83. *&* 88. *in Addit.*

§. PAX. X.

1 PAx ad ſalutem animæ non eſt de neceſſitate in ſcriptis, & per actus exteriores facienda, ſed ſufficit remiſſio iniuriæ, & dilectio inimici ex corde proueniens, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.25. art.9.* vbi Caietan. *in 2. & 3. dub.* Clar. §. *fin. quæſt.58. verſ. quæro modo, & verſ. ſeqq. in fine*, Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 85. artic.7. num.54.* Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.172. num.*22. P. Manat. *noct. Malencol. Interrog.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & iuſt. part. lib.1. cap.10. num.*18. vbi citant Leß. Syluestr. Layman. & alios, dixi in §. *Iniuria num.*8. & latè hanc opinionem cum nonnullis cautionibus, & modificationibus probat Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.4. quæſt. 32. per tot.*

Adde tamen, quòd licèt nemo teneatur extrinſecus pacem facere, ſi ex huiuſmodi denegatione pacis exterioris ſequatur offenſori aliquod damnum irreparabile, vt quia ob id cogatur exulare, vel confiſcationem bonorum, ſiue aliquod notabile damnum pati, cui habita pace exteriori, & per inſtrumentum poſſet faciliter obuiare, qui illam denegat hoc modo facere, non poteſt dici inimicum ex corde diligere, ſed potiùs illum damnificare contra præcepta Euangelica: poteſt enim damnum inimico dupliciter inferri, & contingere, poſitiuè ſcilicet, & directè illum offendendo in perſona, vel rebus; & negatiuè, vel indirectè, dum alter eſt in cauſa, vt tale damnum patiatur, prout quando ex denegatione pacis exterioris inimicus cogitur exulare, vel aliud notabile damnum pati, quòd ſi ex odio, ſicut de facili poteſt contingere, & præſumi, & non ex zelo iuſtitiæ procedat, tuta conſcientia fieri non poteſt: imò non ſolum inimicus tenetur, vt ſupra, damnum inimici vitare ad propriam ſalutem, ſed etiam illi ſicuti cuilibet alteri proximo, & amico in neceſſitate conſtituto de proprio ſubuenire, & illum ab extrema neceſſitate, ſi poſſit, ſubleuare, iuxta illud: *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos*, ac ita neceſſarium eſſe actum etiam exteriorem pacis, quando denegatio damnum affert, & non procedit ex zelo iuſtitiæ, verius, & tutius exiſtimo, ad tradita per Lud. de Bea *in reſponſ. caſ. conſcient. caſ.*10. quem refert Baiard. ad Clar. *quæſt.58. num.73. in fine*, vbi quòd vtraque opinio eſt probabilis, & dixi in *Pract.* §. *Pace num.25. & 26.* vide Dian. *part.10. tract.16. reſol.43. per tot.* Vulpel. *de pace quæſt.*55. Guaz. *eod. tract. part.2. quæſt.4. num.*8. P. Seraph. Razz. *tract. caſ. conſcient.97. per tot.* Matthæu. Sanz. *de vet. crimin. contr.27. num.*24. vbi ex D. Thom. *loc. ſup. cit.* & alijs tenet, dum vitetur odium internum, meritorium eſſe accuſare, & accuſationem proſequi, imò aliquando neceſſarium.

De concluſione ibi enunciata, adde plenè Ciarlin. *controu.224. per tot. lib.3.* Raynald. *Syntax. ver. crim. cap 8.* §. 3. *num.*187. Valer. *de differ. vtriuſque for. verb. Remiſſio differ.2. per tot.*

An autem offenſus in vtroque foro teneatur acceptare ſatisfactionem iniuriæ, ab offenſore oblata, & illi remittere iniuriam, & eius occaſionem, & ſic facere pacem per publicam ſcripturam, latè examinat idem Valer. *loc. cit. differ.3. per tot.* vbi plures in vtramque partem allegat, & negatiuam amplectitur, cum aliquibus tamen modificationibus, nempè ſi offenſor vellet ingredi Religionem, ſi caſus non per inſidias, ſed in rixa fuerit ſequutus, & ſemper difficile eſſe nolentem remittere actionem criminalem, & pacem in ſcriptis reddere, liberum eſſe ab omni odio, & rancore, licèt non ſit impoſſibile, nec incompatibile cum gratia Dei, cùm quis poſſit abſque peccato appetere vindictam criminis auctoritate publica, quæ ſit actus iuſtitiæ, & virtutis, ſi abſit omnis mala intentio, & appetatur ob finem rectum, ſed quis eſt hic, & laudabimus eum?

Quod poſſit etiam offenſus optare, vt aliqua pœna cohibeatur, & emendetur offenſoris ſuperbia, temeritas, & audacia, ac recipere ab eodem pecuniam pro remiſſione iniuriæ ſibi factæ, quæ eſt pretio æſtimabilis, & alia ad rem, latè idem Valer. *vbi ſupra differ. 7. per tot.*

An autem quis teneatur alloqui, ſalutare, reſalutare, & familiaritatem cum inimico habere, vel ſigna amicitiæ oſtendere, præcipuè ſi ipſe iſta procuret, Azor. *Inſtitut. moral. part.2. lib.12. cap.3. quæſt.4. &c.* Nouar. *cap.14. num.*15. Layman. *Theolog. moral. lib.2. tract. 3. cap.4.* Dian. *part.2. tract.15. reſol.62. & part.5. tract. 13. reſol.89.* vbi an aliquando poſſit non ſalutari inimicus, vel mors illi deſiderari, vide *in* §. *Inimicitia num.*8.

Nullus tamen tenetur etiam in foro conſcientiæ remittere damna, & intereſſe ſibi ab inimico, vel ab offenſore cauſata, ſed poteſt illa iuſtè prætendere in quantitate verè paſſa, Baiard. *d. quæſt.58. num.64. & ſeqq.* P. Steph. de Neap. *d. cap.10. num.*18.

Niſi

Niſi debitor excoſetur ob extremam paupertatem, & neceſſitatem, vt dixi *in pract. §. Pace n.27.*

Quod pax, & amicitia nullatenus cum impijs, & peccatoribus ſit habenda, & quare dixi *in §. Amicitia num.5.* vbi vide, *& in §. Inimicitia num.8.*

Plura de pace, quid ſit, quotuplex, vnde dicta, de illius fine, & fructu inæſtimabili, quomodo ſit tenenda, & conſeruanda inter ſubditos, & alia ad rem, Ioan. Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit. 27. fol. 247. & tit. 53. fol.340.* Caſteion. *in ſuo Alphabet. iuridic. verb. Pax.*

2 Pax, vel tranſactio ſuper delicto inita cum parte offenſa, an faciat indicium ad torturam, Clar. *§. fin. quaſt. 21. verſ. Pax*, Menoch. *de præſumpt. dict. præſumpt. lib.1. quæſt.89. num* 83. Blanch. *de indic. & tortura num.* 306. Brun. *eodem tractat. part.1. quæſt.3. num.27.* Marſil. *in prax. crimin. §. Diligenter num.* 178. & alij firmantes facere indicium ad torturam, ac etiam ad condemnandum quando pretio numerato inita fuit, & in caſibus à lege non permiſſis, aliàs ſecus, Anton. de Ballis *tractat. variar. lib.1. quæſt.*18. vbi ampliat etiam ſi fuerit tantùm tractata, & non concluſa; limitat tamen ſi fiat gratis, vel à parte, vel alio pro abſente, vel cum proteſtatione non delinquiſſe, vel ante accuſationem, &c. idem de Ballis *lib.5. tit.28. fol.* 227. latè Conciol. *reſolut. crim. verb. Pax reſolut.17. per tot.* Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.56. & 57. per tot.* D. Fului. Maiotan. *in Op. prax. crim. lib.2. cap.8. num.148. & ſeqq. fol.231.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.27. per tot.* vide *in §. Tranſactio num.4.*

Quòd de conſuetudine, non ſolùm non faciat indicium in quocumque crimine, ſed proſit ad obtinendum beneficium pacis à ſtatuto conceſſum, Cabal. *reſol. crimin. caſ.74. & caſ.245. per tot.* Clar. *§. fin. quæſt.58. num. 5. &c.* Card. Tuſchus *littera P. concluſ.174. per tot.* dixi *in pract. §. Pace num.19.* & in hoc Opere *§. Tranſactio num.4.*

Qualiter hodie de conſuetudine poſſint hæredes facere pacem pro nece defuncti, licèt de iure teneantur illam vlciſci, ad quos ſpectet, & an ad mulieres, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 152. vol.1.* Ricc. *Collect.3589.* vbi de mulieribus Matthæu. Sanz. *d. controu.27. num.25.* vbi quòd vxor occiſi in accuſando, & tranſigendo de nece illius cæteris cognatis præfertur, *& num.10. & ſeqq.* vbi an, quando, & quomodo hęredes teneantur vindicare necem defuncti, vel non.

3 Pax habita pro vulnere non prodeſt ſequuta morte, Clar. *§. fin. quæſt.54. verſ. quare pone*, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 141. Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.27. num.14.*

Quòd imò pax facta de vulnere videatur facta de morte, ſi mors ex vulnere illo mortali ſequatur, & ſic poſſe pacem fieri de morte ante mortem pluribus relatis teſtatur Boer. *deciſ.323. num.5.* Farinac. *quæſt.14. num. 30. &c.*

Sed quidquid de iure, contrarium vbique ſeruatur, vt ſaltem ſit neceſſaria ratificatio proximiorum, vel hæredum occiſi, maximè ſtante lege, vel ſtatuto, prout Florentiæ, quòd pro morte ſit habenda pax à coniunctis defuncti, Clar. *dict. quæſt.58.* Cardin. Tuſch. *littera P. concl.177.* Baiard. ad Clar. *d. quæſt. 58. num.52.* Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt.14. num.28. & ſeqq.* dixi *in pract. §. Pace num.17.*

Facta tamen per vulneratum Sacerdoti recipienti nomine vulnerantis in articulo mortis valet, & admittitur etiam in foro iudiciali, cùm Sacerdos tamquam perſona publica poſſit pro abſente acceptare, niſi obſtaret, vt ſupra lex municipalis, vel ſtatutum prout Florentiæ *lib.3. Rub.*118. quòd pax non admittatur, niſi conſtet per publicum inſtrumentum, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.141. per tot.* Guaz. *de pace quæſt.11.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſolut.21. per tot.* vbi quòd pax poteſt probari etiam per teſtes, quia non eſt de illis contractibus, qui requirant ſcripturam, niſi tamen agatur de pœna incurrenda, vel niſi aliter ſit diſpoſitum à ſtatuto, vel conſuetudine, quia his caſibus debet per inſtrumentum, & non per teſtes probari, & ita verè ſeruatur Florentiæ, vt dixi *in pract. §. Pace num.* 18. adde Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ.1156.* vbi qualiter probetur pax de iure communi.

Quòd poſſit etiam principalis offenſus conſtituere procuratorem ad faciendam pacem pro eo poſt mortem, & tunc ab hæredibus de iure non requiratur, nec tale mandatum morte extinguatur, Farinac. *dict. quæſt.14. num.31.* quem ſequitur Sanfelic. *deciſ.378. ſub num.9.* niſi aliter diſponat ſtatutum, vt ſupra, & etiam declarat Farinac. *loc. cit. num. ſeqq.*

Alia plura de pace vide per Boſſ. *tit. de pace per tot.* Nell. *tract. bannit.3. part.2. temp.* Angel. *de Maleſ. gloſ. Comparent dicti inquiſiti*, Clar. *§. fin. quæſt.58. per tot.* Moron. Guaz. & alij *in tractat. de pace, & treg.* dixi *in pract. §. Pace per tot.* vbi multa vigore legum municipalium Florentiæ, Card. Tuſchus *litt. P. concluſ.171. & ſeqq. ad 192. per tot.* Conciol. *verb. Pax per tot.* Ricc. *Collect.3589.* Sanfelic. *deciſ.25. 26. & 27. per tot.* vbi à quibus ſit habenda ad acceptandam gratiam impetratam, & qualiter ſit neceſſe probare gradum coniunctionis, & attinentiæ, aliosque non adeſſe proximiores, antequam admittatur gratia, poſtquam verò fuit admiſſa cùm præſumatur pro decreto iudicis, fiſcus, vel alius volens illam impugnare, tenetur probare alios adeſſe.

Pax habita à filijs communibus non prodeſt marito, 4 qui vxorem interfecit propter patriam poteſtatem, ſed eſt obtinenda ab alijs attinentibus proximioribus vxoris defunctæ, Clar. *§ fin. quæſt.58. verſ. contingit*, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.58. num.7. & ſeqq.* Card. Tuſch. *littera P. concluſ.174. num. 41. &c.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 2. art.34. num. 2. &c.* Farinac. *quæſt.14. verſus finem*, Baiard. ad Clar. *dict. quæſt.58. num.54.* dixi *in pract. §. Pace num.16.* vbi quòd idem eſt ſi mater occidatur à filio, vt non ſufficiat occiſori habere pacem à patre, vel fratribus communibus, ſed ſit habenda ab alijs coniunctis ipſius matris defunctæ pro vt in facti contingentia ſeruatum fuit; quamuis re benè perpenſa poſſit fortè hoc vltimo caſu dubitari, cùm ceſſet obſtaculum patriæ poteſtatis, non tamen recedo à firmatis propter colluſionem, & ſcandala, quæ aliàs dari poſſent, cùm verè magnus ſit amor paternus, & nimis facilis ad ignoſcendum.

Pax poteſt fieri etiam à minoribus, & pupillis non in- 5 fantibus, cum auctoritate tutorum, & curatorum, & pro infantibus à ſuis tutoribus, & cùm agatur de actu pio, vtili, & laudabili, non requiritur decretum iudicis, nec aliæ ſolemnitates neceſſariæ in contractibus minorum, & ſemper eſt ſeruanda ſine ſpe reſtitutionis in integrum, nec etiam poteſt impugnari à matre, quæ non interuenerit, cùm mulieres non habeant ius pacis reddendæ, niſi in ſubſidium, & vbi non adeſſent tutores; vel alij, poteſt iudex ſupplere reddendo pacem nomine pupillorum, vt latè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.518.* Viui. *commun. opin.564.* vbi etiam an valeat adiectio pœnæ, latè Conciol. *reſolut.22. per tot.* vbi etiam quid ſi minor, vel poſtea maior factus rumpat pacem, an incurrat pœnam fractæ pacis, Farinac. *quæſt.15.* Tuſch. *littera P. concluſ. 174. num.32.* Clar. & Baiard. *quæſt.58. verſ. quæro an tutor*, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.58. num.8.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.2. art.54. & ſeqq.* vbi videtur tenere, quòd vxor interfecti alijs præferatur, ſed loquitur iuxta conſuetudines illarum Prouinciarum, & alia circa prædicta, facit Sanfelic. *deciſ.378.* vbi de patre præferendo ſorori, & *deciſ.383. cum Addit.* vbi de matre quando reddat pacem, vel non.

Quòd tamen ſit neceſſarium decretum iudicis videtur firmare Franch. *deciſ.535.* Boſſ. *de pace num.14.* Cabal. *dict. caſ.58. num.8.* vbi alternatiuè loquitur, vt ſit facienda cum interuentu tutoris, vel curatoris, aut decreto iudicis, de quo plura, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.383. & 401.* Conciol. *verb. Pax reſolut.22. per tot.*

An tutor datus ventri poſſit facere remiſſionem pro poſthumo naſcituro, negatiuè tenet Nouar. *de elect. for. tom.2. quæſt.5. num.6. ſect.2. Addit. prædicta, verſ. an tutor*, Farinac. *quæſt.13. num. 48. & ſeqq.* Guaz. *de pace quæſt.13. num.37.* Conciol. *verb. Pax reſolut. 18. num.10.*

Florentiæ vigore legis municipalis, non eſt neceſſe habere pacem à matre pro morte filij, nec ab vxore pro morte viri, nec à ſororibus pro morte fratris, vel ſororis, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet occiſus non habet patrem, filios, nec fratres, nec patruos, nec conſobrinos per lineam maſculinam, ad quos omnes ſpectat reddere

pa-

Digitized by Google

pacem ante mulierea, quæ tamen illis deficientibua, vel etiam extantibus ad cautelam admitti poſſint, vt dixi *in pract. §.Pace num.6.*

Quid autem ſeruandum ſit de iure communi, vide Farinac. *quæſt.13.& 14.* Paul.Chriſtin. *deciſ.Belgic.152. vol. 2.* Ricc. *Collect.* 3589. vbi plura ao mulieres habeant ius accuſandi, & reddendi pacem, & planè in vtramque partem, Sanfelic. *deciſ.26. & 27. per tot.* vbi in ſpecie de vxore, & alijs fœminis excluſis à ſucceſſione an admittantur ad accuſandum, & conſequenter an illarum pax ſit neceſſaria pro obtinenda compoſitione, vel gratia, tam de iure communi, quàm vigore pragmaticæ Neapolitanæ, quæ ſimilis eſt dictæ legi municipali ſtatus Florentini, idem Sanfelic. *deciſ.378.* vbi de patre ſorori præſerendo, *& deciſ.383.* vbi de matre, & vxore *in Addit. & deciſ. 401. cum Addit.* vbi alia plura notabilia, Nouar. *in Pragmat. Reg.Collect.63.& ſeqq.* Conciol. *verb. Pax reſolut.19.* vbi de vxore.

A quibus de iure ſit habenda pax, vel remiſſio ad effectum gaudendi indulto, vel gratia, plenè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap.18. per tot.*

6 Pax vt proſit eſt obtinenda ab omnibus hæredibua occiſi, quando ſunt plures, intelligendo de hæredibua ſanguinis, & non bonorum tantùm, & quando ſufficiat illam habere à maiori parte, Clar. & Baiard. *quæſt.58. verſ. frequenter*, Guazzin. *de pace quæſt.* 18. Franch. *deciſ.611. per tot.* Farinac. *d. quæſt.14.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip.tit.2. art.32. & 34. per tot.* vbi plura, quæ præferantur in concedenda pace, *& ibidem art.35.&c.* Sanſelic. *deciſ 25. 26. & 27. per tot.* vbi videtur concludere eſſe habendam ab omnibus hæredibus ſanguinis, & bonorum, maximè vigore Pragmaticæ Neapolitanæ, *& deciſ.383. cum Addit. & deciſ.401. cum Addit.* Caluin. *de æquit. lib.3. cap.211.* vbi quando ſufficiat habere pacem a maiori parte hæredum, Donadeus *tractat. de renunciat. cap.33. num.11. & ſeqq.* vbi tandem concludit iuxta veriorem eſſe habendam ab omnibua hæredibus, nec ſufficere à maiori parte. Quòd ſufficiat habita à maiori parte hæredum, & proximiorum occiſi, probat Poſſeot. *ſing.392.*

Quòd ſit habenda etiam à filijs ſpurijs deciſum refert Vrſil. ad Afflict. *deciſ.96. num.17.* Nouat. *in Pragm. Reg. Collect.63.num.3.* vide Conciol. *verb.Pax reſolut.18.num. 5.& ſeqq.*

Quòd faciens pacem pro morte defuncti, etiam aliquid ex hac cauſa recipiendo, non cenſeatur ob id illius hæreditatem adire, cùm iure ſanguinis procedat; licèt aliqui contradicant, nempè Bart. *in l pro hæredes, §. fin. ff. de acquir. hæred.* quem refert, & ſequitur Iacob. Nouell. *in pract. crim. tit. de pace fol. mihi* 233. & ob id ſatius eſſe impetrare diſpenſationem a Principe ad faciendam pacem citra ſua, & nomen hæredis, Nell. *de bannit. in 3.part.2. temp. quæſt.36.* Paul.Chriſtin. *ad leg. municip. tit.2. art.36. num.2.*

7 Pacem inter aliquos ſequuta, non ob id intelliguntur remiſſa damna, & intereſſe, tamquam quid diuerſum, ſicut è contra, ſatisfacta parte de damnis, & intereſſe, non intelligitur remiſſa iniuria, niſi in ſpecie appareat de pace; quæ autem, & qualia debeantur damna, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 248. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.518. num.14. &c.* Clar. *§. fin. quæſt.58. num.* 40. Card. Tuſch. *liter. P. concluſ.172. num.* 14. vide *in §. Homicidium num.11.* Sanfelic. *deciſ.53. num. 29.& ſeqq.* Cunciol. *reſolut.crim. verb. Pax reſolut.23. per tot.* vbi quòd regulariter per pacem non cenſeatur remiſſa damna, & intereſſe, niſi de illis ſit facta expreſſa mentio, vel pleniſſima pax, & remiſſio per verba multum lata, & prægnantia.

Nec etiam cenſetur ſublata cautio de non offendendo priùs inter eaſdem partes præſtita, niſi interueniente conſenſu fiſci, vel iudicis mandato, Farinac. *quæſt.107. num. 123.& ſeqq.* Conciol. *reſolut.crimin. verb. Cautio de non offendendo reſolut.6.& verb.Pax reſolut.8.* vide *in §. Cautio num.23.*

8 Pax debet eſſe voluntaria, & ex corde, & ideò regulariter nemo poteſt compelli ad faciendam pacem, ſed benè ad promittendum, & cauendum de non offendendo; poſſent tamen quandoque inimici compelli etiam ad pacem ineundam, veluti pro ſedandis ſcandalis, & perturbationibus publicæ quietis, vel ex iuſſu Principis, vel ſi iam fuiſſent condignè delinquentes puniti, vide Farinac. *qu. 107. num.3.& ſeqq.* vbi Vulpio. *in ſuo num.2.* Clar. *§. fin. quæſt.58. in fine*, Anton. de Ballis *tractat. variar. lib.5. tit.27. fol.225.* Sanfelic. *deciſ. 26. num.23.&c.* Viui. *commun. opin. 424. num.4.* vbi idem ſi diu ſteterint inimici, facit Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.64. per tot.* vbi an, & quando iudex, vel Princeps poſſit compellere partes ad concordiam, dixi *in §. iudex num.* *& §.Princeps num. 3.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.8. §.3. num.176. & ſeqq.* vbi etiam de modo cogendi ad pacem, non præciſè, & per carcerationem, ſed iubendo quod recuſantes faciant pacem, vel exeant Ciuitatem, Statum, Legationem, vt ſeruari dicit per Legatos Bononiæ, *& num.183. & ſeqq.* quomodo puniantur procurantes pacem per minas, & violentias, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.3. ſect.2. verb. Pacem*, vbi quòd Princeps poteſt compellere ſubditos ad faciendam pacem pro quiete Reipublicæ, maximè inter conſanguineos, affines, parentes, & fratres faciendo illis præceptum ne diſcedant ex eorum domibus ſub graui pœna pecuniaria: debet tamen priùs pax placidè ſuaderi per media habilia relata, & exemplis, atque doctrinis comprobat à Rainaldo Corſo *in tract. de priuat. reconcil. cap 8. per tot.* Vulpel. *de pace quæſt. 3. num.7. & ſeqq.* & quia pax reſpicit ſalutem animæ, & corporis, renuentes etiam compelli, ac ita fuiſſe ſeruatum inter quoſdam fratres per cominationem carceris renuenti pacem facere refert Thoro *loc. cit.*

An autem poſſit fieri pax ſub aliqua conditione, & ſit valida, dixi *in §.Conditio num.76.* latè Anton. de Ballis *loc. cit. tit.28 num.8. fol.227.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Pax reſolut.9. per tot.*

Et an aliquando Princeps poſſit facere gratiam ſine pace, & remiſſione partis offenſæ, dixi *in §. Princeps num.3. infra num.17.*

Pax poteſt de iure reddi à patre pro offenſa facta filio, etiam ipſo filio inuito, exceptis tamen aliquibus caſibus, Boſſ. *tit. de pace num.16.* Surd. *deciſ.89. num. 12.* Boer. *deciſ.120. num. 1.&c.* Clar. *quæſt.58. verſ. nunquid pater*, Cardin. Tuſchus *littera P. concluſ.174. num. 24. & ſeqq.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 41. num. 18. & ſeqq.* Franch. *deciſ.715.* Farinac. & Vulpin. *in ſuo qu. 14. num. 33.&c.* vbi quòd de conſuetudine ſeruatur contrarium quando filius fuit verè offenſus in perſona, vel rebus ſuis, nam ipſe debet reddere pacem cum conſenſu tamen patris, niſi eſſet emancipatus, latè Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſolut.20. per tot.* & dixi in *pract. §. pace num.35.* vbi latè cum ampliat. & limitat. Guaz. *de pace part.1. cap.12.per tot.* Sanfelic. *deciſ. 383. cum Addit.* vbi adducit bonam diſtinctionem, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap.18. num.88. & ſeqq.* 9

Pace tamen facta à patre pro filio ſine eius conſenſu, vel ratificatione, non tenetur filius contrauenienſ ad pœnam fractæ pacis, ſed ipſe pater ad pœnam conuentionalem promiſſam, Farinac. *dict. quæſt.13. num.37. & quæſt. 107. num.175. & 295.* cum alijs per Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſolut. 7. per tot.* vbi etiam quid ſi filius ſciuit, & tacitè pacem ratificauit, & refert contrarias opiniones.

Et idem eſſe in pace ab alijs pro abſentibus facta, & non ratificata non rumpatur, Conciol. *loc. cit. reſolut.* 10. *per tot.* dixi *in §. Abſentia num.22.* vide *in §. Abſentia num. 22. in Addit.* quia adſunt diuerſæ opiniones circa eos, qui paci interfuerunt, vt non poſſint contrauenire, etiam ſi nondum ſit ſequuta ratificatio abſentium, & alia ad rem.

An autem ſit neceſſe habere pacem à ſocijs offenſi de tempore rixæ, vel inſultus, vide *in §. Iniuria num.* *& in pract. §. pace num.36.* vbi quòd non, niſi etiam ipſi ſocij ſint in proprio offenſo, quamuis per offenſionem factam ſocio itineris dicatur rupta pax quoad pœnam legalem, licèt non quoad conuentionalem, Farinac. *quæſt. 107. part.2. art.30.* Vulpel. *tract. de pace, & treg. quæſt.41.* Tuſch. *litt.P. concl.190.per tot.* facit Sanfelic. *deciſ.26. num. 10.& ſeqq.*

Pax eſt neceſſaria pro offenſionibus Monacho, vel Nouitio illatis, ſiue illorum conſanguineis defunctis; emiſſa tamen profeſſione, debet haberi à Monaſterio quoad iniurias ipſi monacho illatas, & quoad illas ſuorum conſanguineorum ab alijs conſanguineis proximioribus in 1

fæcu-

Digitized by Google

ſæculo remanſis, & ipſis omnibus deficientibus à monaſterio in ſubſidium, vt videtur colligi ex traditis per Boer. *deciſ.*121. Farinac. *quæſt.*13. Clar. *quæſt.*58. *num.* 25. Card. Tuſch. *litter. P. concluſ.*174. *num.*36. *& ſeqq.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.*41. *num.*15. *& ſeqq.* dixi *in pract.* §. *Pace num.*41. vide *in* §. *Abbas num.*21.

Quòd pax ſit habenda ab Abbate, vel Monaſterio, quando iniuria fuit monacho illata, iudicatum refert Sanfelic. *deciſ.*55. *num.*10. vide Guaz. *de pace, & treg. part.* 1. *quæſt.*13. *num.*15. *& ſeqq. & quæſt.* 21. *per tot.* in quibus locis facit plures diſtinctiones, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 349. *verſus finem*, & eadem Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*383. *in fine, & deciſ.*401. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſolut.*18. *num.*11. vbi quòd eſt habenda à filijs profeſſis, & alijs conſanguineis, & non à monaſterio, quando ratio legis, vel ſtatuti illam requirentis fundatur in quiete publica, ad Farinac. *d. quæſt.*13. *num.* 26. Guaz. *de pace quæſt.*13. *num.*7.

11 Pax eſt neceſſaria etiam in adulterijs, & ſtupris, & debet haberi à marito adulteræ, ac etiam ab ipſa adultera, quando fuit compulſa, & in ſtupris ab ipſa ſtuprata, patre, & fratribus, Bart. *conſ.*175. *num.*2. *lib.*2. Card. Tuſchus *littera S. concl.*611. *num.*4. Surd. *de aliment. tit.*7. *qu.* 16 *num.*82.

Sunt tamen aliqui caſus in quibus non eſt neceſſaria pax, de quibus vide Clar. *in* §. *fin. quæſt.*59. *num.*3. *verſus finem*, Farinac. *quæſt.*6. *num.*21. *&c.* Donat. de Marin. *reſolut. quotid. cap.*2. *num.*33. *&c. lib.*1. facit quod dixi *in* §. *Princeps*.

12 Pax an ſit neceſſaria quando bannitus occidit alium bannitum, & vult ſe ipſum cancellare à banno, vigore bannimentorum id permittentium, vide Farinac. & alios per eum citatos *quæſt.*203. *num.*176. & dixi *in pract.* §. *Pace num.*33. Sanfelic. *deciſ.*53. *num.*22. vbi quòd poſſunt per Principem indubitari delinquentes ob capturam malefactorum etiam parte non concordata, ratione fauoris publici, idem Sanfelic. *deciſ.*405. *num.*3. *&* 6. *ac per tot.* vbi quòd idem eſt ob lætitiam, vel aliam cauſam publicam, vide *in* §. *Princeps*, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*8. §.3. *num.*182. *in fine*, vbi quòd Princeps poteſt facere gratiam ſine pace illis, qui bannitos occidunt, vel viuos Curiæ præſentant per text. *in l. non omnes*, §. *fin. ff. de cond. ob turp. cauſ. in fine*.

Quòd per offenſionem banniti non rumpatur pax, ſiue eſſet bannitus tempore initæ pacis, ſiue poſtea fuerit bannitus, Cabal. *reſol. crim. caſ* 275. *per tot.* Tuſch. *litter. P. concl.*176. vide *in* §. *Bannitus num.* 16. Conciol. *reſolut. crim. verb. Bannitus reſolut.*5.

13 Pax non dicitur rupta per eum, qui fuit prouocatus, ſi inſultantem offendat, licèt eſſet cum clauſula rato manente pacto, vel toties, quoties; ſicut nec incurritur pœna fractæ pacis, ſi frangatur ex noua cauſa, non tamen procurata, nec affectata, licèt ſit iniuſta, cùm ſufficiat colorata, & in dubio potiùs præſumitur noua cauſa, quàm antiqua, latè Cabal. *reſolut. crim. caſ.*101. *per tot. & caſ.* 231. *per tot.* Magon. *deciſ. Lucenſ.*100. *num.*6. Borgn. Caualc. *deciſ.*22. *part.*5. latè Conciol. *verb. Pax reſolut.*2. 3. *&* 4. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1157. *per tot.* Sperel. *deciſ.*185. *num.* 41. Martha *vot. Piſ.* 235. *num.*20. Viui. *commun. opin.*566. Anſald. *conſ.*126 *per tot.* vbi plura pro fiſco, & quòd noua cauſa non excuſat quando non eſt veriſimilis, nec quando ille, qui offendit dedit cauſam, vel occaſionem rixæ, vel eam aliquo modo affectauit, prout non excuſat noua cauſa iniuſta, & leuis, ſed tantùm iuſta, quæ ex facto aduerſarij prouenit iniuſto, illicito, & punibili, ac quatenus excuſaret procedit tantùm in pace, tregua, vel cautione de non offendendo, quæ cauſas præteritas reſpiciunt, ſecus autem in præcepto prouenientе à iudice de non offendendo, quod ad præteritas cauſas non ſe reſtringit, ſed generaliter omnem prohibet offenſam, vnde non nouam cauſam, ſed rixam, & rixæ auctorem eſſe perquirendum, & contra eum fiſcum habere intentionem fundatam pro pœna in præcepto contenta, ad tradita per Cabal. *caſ.*231. *num.*27. *& per tot.*

Quòd cenſeatur rupta ex cauſa antiqua, non probetur noua cauſa, Tuſch. *litt. N. concl.*113. *in fine*.

Imò præſumi nouam cauſam ad excludendum delictum fractutæ pacis, niſi per Statutum, vel Conſtitutionem ſit prohibitum allegare nouam cauſam, prout in ſtatu Eccleſiaſtico, latè Conciol. *verb. Pax reſolut.*4. *per tot.* Borgn. Caualc. *deciſ.*9. *num.*12. *part.*5. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.*4. *Rubr.*29. & latè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*8. §.3. *num.*1. *& ſeqq.* vbi plura an, & quando poſſit allegari noua cauſa non obſtantibus Bullis Pontificijs id prohibentibus, qualis eſſe debeat, & alia plura ad rem *per tot.*

Et in dubio iudicandum eſſe, pacem non fuiſſe ruptam, & idem in cautione de non offendendo, Farinac. *qu.*107. *num.*397. *& ſeqq.* Guaz. *de pace part.*1. *quæſt.*33. Conciol. *verb. pax reſolut.*51. *per tot.*

Quòd noua cauſa præſumatur ſi conſtet de aliquo dicto, vel facto offenſi propter quod potuerit offendens moueri, licèt eſſet leue, nec totaliter illicitum, nec punibile, & poſſit probari coniecturis, & quid ſtante ſtatuto, vel pacto, quòd non poſſit allegari noua cauſa, Maſcard. *de probat. concluſ.*1157. *num.*86. *& ſeqq.* Card. Tuſc. *litt. P. concluſ.*183 *per tot.* Farinac. *quæſt.*107. *par.*3. *artic.*32. 33. 34. *&* 35. Conciol. *loc. cit.* Marc. Medic. *deciſ.*65. *num.* 21. *& ſeqq* vbi quòd Florentiæ ſiue Senis viget tale Statutum, ne in treguis poſſit noua cauſa allegari, & quomodo ſit intelligendum.

Quòd in treguis vti efficacioribus, noua cauſa non excuſet, Grattan. *diſceptat. forenſ. cap.* 840. *num.* 33. *&c.*

Magis tamen communis eſt contraria opinio, quòd etiam in treguis noua cauſa excuſet, ceſſante ſtatuto, vel pacto in contrarium, Clar. §. *fin. quæſt.*47. *verſ. Sed hic*, Viui. *commun. opin.*566. Cabal. *dict. caſ.*101. *num.*34. *&c.* Farinac. *d. quæſt.*107. *art.*32. *num.*406. *& ſeqq.* dixi *in Pract.* §. *Offeſe num.*14. §. *Pace num.*43. *&* §. *Tregua num.* 4. *&* 5.

An rumpatur pax per exonerationem archibuſi, vel etiam ſolius rotæ, vel ex inclinatione archibuſi cum cane ſuper rotam ſine alia offenſione, Cancer. *var. reſol. part.*2. *cap.*11. *num.*54. Honded. *conſ.*103. Farinac. *conſ.* 36. Peguet. *deciſ.*21. Raynald. *rer. crim. cap.*8 §.1. *num.*58. *&c.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Pax reſolut.*14. *per tot.* vbi quòd ſic, niſi promiſſio ſit reſtricta ad perſonam, & alia ad rem, & dixi *in* §. *Cautio num.* 25.

Quòd nemo condemnari poſſit de pace rupta vbi non conſtat quis fuerit primus ad percutiendum, ne propter incertitudinem innocens damnetur, licèt alij contra quoad pœnam fiſco applicandam, Conciol. *verb. Pax reſolut.* 24. *per tot.* & dixi *in* §. *Cautio num.*24.

Excuſatur etiam ebrius, & amore captus committens adulterium cum vxore illius, cum quo pacem fecerat, idem Conciol. *verb. Pax reſolut.*25. vide *in* §. *Amor*, *&* §. *Ebrietas*.

An autem pax, vel tregua ab vna parte rupta, rebus ſic ſtantibus, poſſit etiam rumpi, & non obſeruari ab altera impunè, contrarias opiniones refert Viui. *commun. opin.*567. vbi quòd negatiua de iure verior, ſed affirmatiua vti æquior de conſuetudine obſeruata.

Pax, ſiue cautio de non offendendo regulariter non comprehendit hæredes, niſi de illis ſit facta mentio; tenentur tamen de contrauentione defuncti quoad pœnam conuentionalem, quæ tranſit ad eos, licèt contra defunctum non eſſet motum iudicium, quidquid ſit in pœna legali, de quo plenè Farinac. *quæſt.*107. *part.*2. *art.*27. *per tot.* Guaz. *de pace part.*1. *quæſt.*69. 14

Quod teneantur hæredes pro contrauentione defuncti, etiam ad fauorem fiſci, & alia ad rem vt ſupra, Maſſin. *de confiſcat. bon. quæſt.*15. Conciol. *verb. Pœna reſolut.*2. *per tot.*

Pax facta cum principali, an, & quando dicatur facta etiam cum adhærentibus, & in quibus caſibus illos comprehendat, ita vt per offenſam factam à coniuncto, vel adhærente vnius partis principalis alteri coniuncto, vel adhærenti alterius partis principalis dicatur rupta, vel non, Marc. Medic. *Exam.*40. *& deciſ.*65. *per tot. cum Addit.* 15

Pacem frangentes qualiter ſint puniendi, Farinac. *quæſt.* 107. *num.* 57. *&c. ad* 90. Cardin. Tuſchus *littera P. concluſ.*186. *per tot.* Vulpel. *de pace, & treg. quæſt.* 51. Sperel. *deciſ.*185. *num.*39. *& ſeqq.* Creſp. de Valdaut. *obſeruat.* 4. §.8. *fol.*79. Balzaran. *de feud. titul.*27. *num.* 3. vbi de pœna capitis, & mortis, per text. *in l. fin. ff. de re milit.* 16

De fractura pacis vltra citatos Guaz. *de pace*, Moron. *eod. tract.* Cabal. *reſolut.*141. Cancer. *var. reſolut. cap.*11. *part.*

Digitized by Google

part.2. Maſſin. *de confiſc. quaſt.*14. Carpzou. *pract. crim. part.*1. *quaſt.*35. & nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*8. §.1. *per tot.*

Vt poſſit exigi pœna conuentionalis à fideiuſſore debet plenè conſtare de fractura, citato ipſo fideiuſſore, & aliter quàm per contumaciam principalis, niſi aliter ſit diſpoſitum, vt in ſtatu Eccleſiaſtico, ad tradita per Farinac. *d. qu.* 197. *num.*105. *& ſeqq.* cum alijs per Conciol. *verb. Pax vol.* 5. *per tot.*

Pœnam fractæ pacis, vel cautionis habere locum, etiam ſi offenſio ſit facta extra territorium, imò tunc duplicem pœnam, vnam de iure communi pro offenſione in loco delicti, & alteram conuentionalem in loco, vbi fuit facta promiſſio, idem Conciol. *loc. cit. reſolut.*6. *per tot.*

Quando proceditur pro fractione pacis poſſe conſanguineos comparere pro honore familiæ, ne fractor pingatur in loco publico iuxta bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici, Conciol. *vbi ſupra num.*16.

Et cognitionem cauſæ ſpectare iudicibus Ordinarijs, & non officialibus, coram quibus fuit pax inita dixi *in pract.* §. *Pace num.*39.

Quòd delictum fractæ pacis de iure ſit mixti fori, inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, ſeruata inter eos præuentione, Guaz. *deff.*1. *cap.*11. *num.*4. Sperel. *deciſ.*1. *num.*16. Conciol. *reſolut. crim. verb. Pax reſol.*1. licèt de conſuetudine vnuſquiſque procedat contra ſuos ſubditos tantùm.

Quòd occidens inimicum reconciliatum ſub pace, dicatur homicida proditorius ſub ſpecie fictæ amicitiæ, & non gaudeat immunitate Eccleſiæ, neque alijs indultis, Tuſchus *lit. P. concluſ.*869. *num.*11. Cabal. *de omn. gen. homicid. num.*411. *&* 436. Farinac. *conſ.*178. *in ſcol. littera D.* Didac. Mari ad Guazzal. *deciſ.*16. *num.*3. idem Farinac. *quaſt.*107. *part.*1. *art.*6. vbi de fractione pacis ſine homicidio, vide *in* §. *Immunitas num.*18. dixi *in pract.* §. *Pace num.*31.

Contrarium quòd imò occidens amicum reconciliatum gaudeat immunitate vigore Bullæ, cùm non ob id ſimpliciter dicatur proditor, & amicus reconciliatus æquiparetur inimico, ac inter inimicos non detur homicidium proditorium, latè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*8. §.3. *num.*112. *& ſeqq.* Cortiad. *deciſ.*96. *num.*34. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*2. *cap.*3. *num.*92. Curtel. *de immun. Eccleſ. lib.*1. *quaſt.*35. Thoro *Compend. deciſ. part.*3. *ſect.*1. *verb. Delictum Homicidij, & verb. Homicidium proditorium*, qui omnes videntur amplecti opinionem contra immunitatem, Ricc *part.*1. *deciſ.* 168. Dian. *reſolut. moral. part.*1. *tract.*1. *reſol.*35. facit quòd dixi *in* §. *Immunitas num.*4. *in fine*, idem Dian. *part.*4. *tract.* 1. *reſolut.* 34. vbi idem firmat in occidente inimicum, cui dederat cautionem de non offendendo, vide Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.*2. *cap.* 16. *dubit.*20. *ſect.*3. *per tot. fol.*55. vbi relata vtraque opinione, videtur primam amplecti contra immunitatem, niſi noua cauſa inimicitiæ ſuperuenerit poſt pacem, vel cautionem de non offendendo, ob quam debuerit ſibi præcauere.

17 Pax, & remiſſio partis offenſæ, an ſit neceſſaria, vt Princeps poſſit facere gratiam de delicto, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.*58. Theſaur. *deciſ.* 21. Farinac. *quaſt.* 6. vide *in* §. *Princeps num.* 3. latè Sanfelic. *deciſ.* 53. *per tot.*

An poſſit fieri ſub conditione exilij à loco, dixi *in* §. *Conditio num.*76. §. *Gratia num.* vide Grzzarel. *deciſ.*11. *per tot. cum Addent.* Poſſent. *ſing.*370.

Alia vide §. *Cautio de non offendendo, & in pract.* §. *Offeſa, &* §. *Pace.*

18 Pax quando, & quare detur in Miſſis, quid ſignificet, & cur non detur in Miſſis mortuorum, nec inter monachos, & alia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*538. *num.* 21. *&c.*

19 Pax eſt optima rerum, & procuranda per Principes, & Ciuitatum Decuriones, & ideò in Ciuitatibus benè compoſitis ſolent deputari Pacerij, quorum officium ſatis pium, & laudabile poteſt exerceri etiam diebus feriatis in honorem Dei, Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.*1. *Rub.*38. *per tot.*

20 An autem ad probationem pacis requiratur publicum inſtrumentum, vel poſſit alijs modis probari, vide Cabal. *reſolut.* 141. *num.* 10. Clar. *quaſt.* 58. *verſ. Sciat etiam*, Farinac. *conſ.* 81. *& conſ.* 150. Guaz. *de pace quaſt.*32. *num.* 12. Maſſin. *de confiſc. quaſt.* 14. *num.*4. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Pax reſol.*11. *num.*3. & alios citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*8. §.1. *num.*54. *& ſeqq.* In Statu Florentino vigore legis Municipalis, de qua in mea pract. §. *Pace*, debet pax probari per publicum inſtrumentum.

Pax eſt relatiuè oppoſita bello, ab initio fuit incognita, 21 & poſt bellum tantum æſtimata, & nil aliud eſt quàm multitudinis vnitas, in qua modus, & ſalus populi conſiſtit, cùm bonorum artium mater decora, mortalium genus multiplicet, facultates protendat, & mores extollat, vel eſt diſcordiæ finis, hominum ordinata concordia, & in hac vita nil pace iucundius, & nil glorioſius, delectabilius, & vtilius, Principum publicam reſpicit vtilitatem, & ideò ab eis omninò appetenda, ita vt etiam pax iniuſta, bello iuſtiſſimo ſit præferenda, maximè inter Chriſtianos, ad imitationem Saluatoris noſtri, qui Princeps pacis dicitur Iſaiæ *cap.*9. prout hæc, & alia encomia pacis ex ſacris paginis, poetis, & alijs ſcriptoribus, loquendo maximè de pace publica inter Status, Reges, & Principes collegit, & probat Antunez Portug. *de don. Reg. lib.*2. *cap.*28. *per tot.*

Verùm quia in huiuſmodi pace inter Reges, & Prin- 22 cipes ob bonum publicum fieri ſolent diuerſa capitula, quæ fœderæ pacis dicuntur conſiſtentia, vt plurimùm in abolitione delictorum occaſione belli hinc inde per eorum ſubditos, & vaſſallos commiſſorum cum reſtitutione bonorum, quæ penes fiſcum exiſterent, exceptis fructibus perceptis ante pacem, & huiuſmodi, quorum occaſione multæ oriri poſſunt, & ſolent lites, & controuerſiæ, maximè circa bona in alios interim tranſlata, ſiue per alienationem, ſiue per ſucceſſionem, & ideò de omnibus videndus plenè idem Antonez Portugal. *de don. Reg. lib.* 2. *cap.*29. *per tot.* cum multis ab eo citatis, qui conueniunt cum notatis per me *in* §. *Reſtitutio num.*28. & alibi opportunè.

Qualiter etiam pro obſeruantia pactorum, ſoleant ali- 23 quando dari obſides, ita vt Princeps poſſit ſubditos ſuos etiam inuitos dare pro obſidibus, quæ amittant, vel non obſides, an poſſint offendi, an fugere, an inter priuatos, & pro cauſa priuata, vel pecuniaria poſſint obſides dari, & alia de obſidibus, idem Antuncz. Portugal. *de don. Reg. lib.*2. *cap.*30. *per tot.*

De pace, & eius bono, & quod etſi bona, otium pa- 24 riat, ex quo pluta mala, Bobadil. *lib.*4. *polit. cap.*2. *num.* 3. *&* 4. P. Marquez *de gubernat. lib.*2. *cap.*22. *& cap.*31. Cancer. *lib.*2. *var. cap.*11. aliique plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. pax*, & eruditè ſatis ex Biblia, Patrum ſententijs, Poetarum dictis, Philoſophorum aſſertionibus, Hiſtorijs, exemplis, & fabulis, Noua Polyanthea *in verb. pax*, & de pace tractantes nouiſſimè refert Com. Auguſt. Funtan. *Biblioth. leg. part.*5. *verb. pax fol.*261. *&c.*

§. PECCATVM. XI.

Peccatum iuxta ſententiam Diui Auguſtini, eſt dictum, 1 factum, vel concupitum contra legem Dei æternam, vel ſecundum Diuum Ambroſium, eſt tranſgreſſio diuinæ legis, & inobedientia cœleſtium mandatorum, vt latè explicat Azor. *Inſtitut. moral. part.*1. *lib.*4. *cap.*1. *fol. mihi* 294. *& cap.*2. *fol.*199. Baldel. *Theolog. moral. lib.*2. *diſp.* 8. *& ſeqq. tom.*1.

Quis dicatur verè peccator, vel Sanctus, vide *in* §. *Ignorantia num.*10. *in fine.*

Quòd non ſit peccatum, niſi voluntarium, & quale voluntatium requiratur ad inducendum peccatum mortale, ſiue veniale, ac plura de voluntario, & inuoluntario, ex quibus inducatur, vel excludatur, & quomodo cognoſcatur plenè Baldell. *Theol. moral. tom.*1. *lib.*1. *diſp.*8. *cum pluribus ſeqq.*

Quid ſit peccatum, & alia plura moralia de peccatis, Marcellin. de Piſe *in Encycl. mor. to.*4. *fol. mihi* 53. *& alibi prout in reper. verb. peccatum.* De voluntario, & inuoluntario, latè Gibal. *de ſcient. can. tom.*3. *lib.*8. *cap.*2. *per tot. fol.*7. *&c.*

Peccatum aliud dicitur omiſſionis, aliud commiſſio- 2 nis, & an inter ſe differant ſpecie, idem Azor. *loc. cit. cap.* 3. *fol.*306.

Alius

Alios cordis, aliud oris, & aliud operis; cordis dicitur illud, quod in ipſa voluntate, ſiue ratione completur, vt odium, inuidia, ira, & ſimilia; oris, quod in ſermone conſiſtat, & in eo conſumatur, vt detractio, mendacium, & huiuſmodi; operis, quod opere in ipſo perficitur, vt furtum, homicidium, & huiuſmodi; an, & quomodo talia peccata inter ſe differant, & alia, tradit idem Azor. *loc. cit. cap.4. fol.*310. Baldel. *tom.1. Theol mor. lib.2. cap* 14. vbi quomodo inter ſe differant peccata cordis, oris, & operis.

3 Peccata cordis, vel cogitationis moltiplicantur ſpecie, vel numero; ſpecie ex diuerſitate obiectorum, vel materiæ ſpecie diſtinctæ, licèt vnus tantùm ſit voluntatis actus, vt ſi quis ſimul velit Caium occidere, & eius bona furari, vel furari, vt habeat quid donet meretrici, vel furari rem ſactam, & ſic quando in obiecto, & materia peccati adſunt ſimul duæ contra rectam rationem prauitates ſpecie diuerſæ; numero itidem multiplicantur etiam ex parte obiecti, vel materiæ, licèt vnus tantùm ſit voluntatis actus, vt eſt voluntas mala habens reſpectum, & ordinem ad duo, vel plura obiecta numero diſtincta, veluti ſi quis eodem actu vellet occidere plures homines, plura furta, adulteria, vel ſimilia committere; dummodò illa obiecta ſint per ſe integra, & diſtincta, vt benè declarat Azor. *d. part.1. lib.4. cap.4. quaſt.3. fol. mihi* 11. latè Baldel. *Theolog. moral. lib.2. diſput.*21. *per tot. tom.1.* Fagundez *de præcept. Eccl. lib.3. cap.4. & 5. per tot. fol. mihi* 333. *&c.* vbi plura de integritate confeſſionis, & multiplicatione peccatorum.

Ardua tamen eſt queſtio habens hincindè ſuos fautores, verùm es eodem, ac vnico voluntatis actu poſſint conſiderari plures malitiæ numero diſtinctæ neceſſariò in confeſſione explicandæ, vt colligitur es traditis per Dian. *reſolut. moral. part.1. tract.7. reſolut.*27. 28. *&* 29. *per tot.* vbi dicit vnitatem, & multiplicitatem peccatorum deſumi ex vnitate, & multiplicitate perſonarum, & ſubiectorum, quando actio fit ſucceſſiuè circa plures perſonas, non quando fit tota ſimul circa plures perſonas, quia quando quis fert iniuriam erga decem homines, illa iniuria reſpicit illos decem homines per modum vnius ſubiecti, & ideò vnica habitudine tranſcendentali ad eos tendit; ſed his non obſtantibus contrariam ſententiam tenendam putat, quam etiam poſtea reaſſumit, & comprobat inferendo ad plura, idem Dian. *part. 3. tract. 4. reſol.*164. *per tot. & part. 7 tractat.* 11. *reſolut.* 32. vbi videtur probare eſſe vnicum peccatum velle vnico voluntatis actu plures homines interficere, iuxta opinionem Caramoel. *in Reg. D. Benedicti diſput* 69. *num.* 910. vide eumdem Dian *par.*11. *tract.*8. *reſolut.*64. *per tot.* Baldel. *Theolog. moral. lib.2. diſput.*21. *num.*9. *& ſeqq. tom.* 1. Gibalin. *de ſcient. canon. tom.3 lib.8. princip.* 8. *corrolar* 3. *fol.* 88. vbi qualiter non multiplicatur peccatum quamdiu idem actus internus moraliter perſeuerat, & alia plura ad rem, Creſpin. à Borgia *Quæſt. moral. ſelect.6. per tot.* vbi benè eѕaminat doctrinam Caramuelis, & Dianæ in hoc propoſito.

An autem dicta peccata cordis interruptione temporis multiplicentur, die ſecundùm vnam opinionem multiplicari, ſecundùm aliam non, niſi per contrariam voluntatem fuerint interrupta, & poſtea renouata, vel replicata; diſtinguit Azor. *dict. cap* 4. *quaſt.*4. *verſ. Ego tamen*, vbi in eff·ctu videtur ſequi primam opinionem, ſubdendo tamen propter difficultatem retinendi in memoria tot voluntates repetitas, ſufficere pœnitentem declarare moram, & diuturnitatem temporis, quæ interceſſit, adijciendo ſe voluntatis affectum toto eo temporis ſpatio ſæpius iteraſſe, Dian. *part.5. tract.*14. *reſolut.*55. vbi videtur tenere quòd ſufficiat exprimere tempus, quo quis ſtetit in peccato, adde Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.3. cap 4. & 5. per tot. fol. mihi* 333. *&c.* Gabr. Vaſquez *in S.Thom.1.2. tom.1. diſp.*75. *per tot. fol. mihi* 349.

Item an longo tempore retinens rem alienam, vnum tantùm, vel plura peccata committant, cùm ſæpè, ac ſæpius ex varijs cauſis interrumpatur animus non reſtituendi, & ſic ex huiuſmodi interruptione videntur peccata multiplicari iuxta multorum opinionem; ſed in duobus tantùm caſibus multiplicari peccatum in omiſſione reſtitutionis, veluti quando directè, & expreſsè renouatur propoſitum non reſtituendi per ſpecialem actum, vel quando fit propoſitum reſtituendi, & poſtea data opportunitate non fit reſtitutio; & idem in ſimilibus caſibus, nam per ſimplicem continuationem, & dictam temporis interruptionem non fit nouum peccatum, niſi per expreſſam renouationem mali propoſiti, vel contrariam voluntatem vt ſupra, ſed tantùm aggrauatur illud, quæ circumſtantia aggrauans non eſt neceſſariò in confeſſione exprimenda iuxta inferiùs dicenda, & probat Dian. *part.2. tractat.*16. *reſolut.*27. *& part.3. tract.4. reſolut.* 95. vbi videtur tenere multiplicari peccata etiam es interruptione naturali, licèt plures alij contrarium ſentiant, & ipſe Dian. *dict. reſolut.*27. de quo latius Gabr. Vaſquez *in D. Thom.1.2. diſput.*75. *cap.3. num.*14. *& in Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.5. §.1. dub.3. per tot. fol. mihi* 69.

Peccata cordis, vel cogitationis abſque aliquo facto extrinſeco non puniuntur in foro exteriori aliqua pœna, niſi agatur de hæreſi, cuius ſola cogitatio, voluntate confirmata, ſi innoteſcat iudici punitur; puniuntur tamen quoad Deum pœna æterna, ſi voluntas hominis plenè, ac perfectè aſſentiat, ſi verò leuiter aſſentiat, eſt tantùm peccatum veniale, & ſi nullo modo aſſentiat, nullum peccatum etiam veniale committitur, Felin. *tract. quando puniatur conatus*, Menoch. *de arbitr. caſ.*360. *num.*2. *& ſeqq. ad* 23. Magon. *deciſ. Florent.* 88. *num.* 10. *& ſeqq.* Leotard. *de vſur. quaſt.*100. *num.*63. *&c.* Boniſac. *de furt.* § 3. *num.*50. & melius declarat Azor. *Inſtit. moral. part.1. lib. 4. cap.5. fol. mihi* 315. vbi quòd res primò in corporis ſenſus incurrunt, ſenſibus perceptæ appetitum animalem excitant, mox tranſuolat à ſenſibus ad imaginatiuam, tamdem in mentem veniunt, atque eius intelligentia conceptæ in appetitu rationis, quæ eſt voluntas, ſui deſiderium excitant, vel ſua iucunditate delectant, & hoc modo peccata interno voluntatis affectu committontur, ſi liber accedat conſenſus, vel delectatio; referuntur enim peccata voluntatis vel ad deſideria, vel ad delectationes; ſubditi autem voluntatis motus, qui omnem rationis vſum præcurrunt culpa vacant, tamquam motus primò primi; motus verò ſecundò primi, qui ſcilicet plenam mentis deliberationem anteuertunt, vt plurimum ſunt venialia tantùm ratione deliberationis imperfectæ, & negligentiæ in repeliendo, vt latiùs ibi per eum, & Gabr. Vaſquez *in S.Thom.1.2. tom. 1. diſput.*106. *per tot. fol. mihi* 504. *& ſeqq. & diſput.*107. *&* 108. 4

An, & quando ignorantia excuſet à peccato, vide *in § Ignorantia num* 10. Bonacin. *oper. moral. tom.2. diſput.2. quaſt* 8. vbi etiam de alijs cauſis excuſantibus, nempè diſpenſatione, impotentia, vi, metu, & ignorantia inuincibili.

An autem in cogitationibus venereis ſit peccatum mortale, ſi voluntas non conſentit poſitiuè, nec etiam poſitiuè diſſentit, ſed tantum permiſſiuè ſe habet, pugnantes opiniones refert Dian. *part. 2. tract.*17 *reſolut.* 33. vbi ipſe videtur negatiuam amplecti, & Gabr. Vaſquez *loc. cit. diſput.* 108. *per tot. fol.*509. affirmatiuam probat.

Et plura de delectatione moroſa de aliqua re turpi, vel illicita, an, & quando ſit peccatum mortale, vel non, idem Gabriel Vaſquez *loc. cit. diſput.*109. *& ſeqq. vbi in diſput.* 113. *&* 114. de delectatione coniugatorum extra coitum in præſentia, vel abſentia ex cogitatione coitus præteriti, vel futuri, quàm dicit non eſſe peccatum mortale, ceſſante pollutione, vel eius periculo, vel niſi tactibus in ſe ipſo irritetur libido; in viduis verò eſſe peccatum mortale iuxta veriorem ſententiam, vt latè ibidem declarat, adde Michael Ferro Manriquez *Quaſt. Vicar.* 45. *part.2.* vbi docet delectationem veram non dari inter coniuges abſentes ſine periculo pollutionis, &c.

Qualiter autem peccata dubia vt dubia, & certa vt certa, ſint in confeſſione aperienda (quidquid tenuerit Caramuel. latè Creſpin. à Borgia *Quaſt. moral. ſelect.*12. *per tot.*

Peccata oris, vel ſermonis multiplicantur ſpecie, vel numero, quando verba ſunt directa, & relata ad plura obiecta ſpecie diuerſa, veluti ſi quis per contumeliam appellet aliquem hæreticum, latronem, & adulterum tria peccata committit, & idem in ſimilibus, vel etiam ſi verba terminentur in vno obiecto duplici prauitate corru- 5

pto,

co, ac ideò repellitur à teſtimonio, & alia plura moralia contra peccatores, licèt in praxi huiuſmodi exceptiones parum attendatur.

8 Peccans ex contemptu formali, quot delicta committant, quas pœnas incurrat, quotuplex ſit contemptus, an, & quando peccata venialia euadant mortalia ex contemptu, vel peccandi frequentia, latè Sperel. *deciſ.* 113. *per tot.* Azor. *Inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *quæſt.* 15. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 6. vbi Caietan. Alphonſ. de Caſtr. *de poteſt. leg. pœn. lib.* 1. *cap.* 5. *docum.* 6. Nauar. *in Manual. cap.* 23. *num.* 42. Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 72. vbi an contemptus formalis in re leui ſit peccatum mortale, vel tantùm veniale, & aſſerit eſſe veniale.

An qui tranſgreditur legem ex contemptu peccet mortaliter, latè Dian. *part.* 10. *tract.* 15. *reſolut.* 33. *per tot.* Gibalin. *de ſcient. canon. tom.* 3. *lib.* 8. *princip.* 7. *num.* 23. *fol.* 106. vbi benè declarat quis ſit contemptus formalis, & quando ex illo, vel alijs cauſis peccatum veniale tranſeat in mortale, & quandoque mortale in veniale per ſubtractionem deliberatæ rationis, vel ex defectu pleni conſenſus, vel ex paruitate materiæ, vt in furto, &c. Quando, & ex quibus cauſis peccatum veniale, efficiatur mortale, *gloſ. in con. tres ſunt de pœnit. diſtinct.* 1. *verb. & opprimet. & in can. ſerpens de pœnit. diſtinct.* 1. *verb. Venialis*, S. Bonauent. *in* 4. *ſent. in* 6. *diſtinct.* Cala *tract. de ferijs quæſt.* 5. *num.* 643. *& ſeqq.*

9 Peccator pœnitens in extremo vitæ exitu, an ſaluus fieri, & vitam æternam conſequi præſumatur, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt* 94. *per tot.* vbi quòd ſic iuxta receptam, veram, & Catholicam Doctrinam, adduxit contraria. Caueant tamen peccatores, quia doctrina iſta licèt in ſe vera ſit, ſi ipſi verè pœnitentes ſint, prout eſſe poſſunt cum auxilio Dei efficace, tamen probabiliter non erunt, quia voluntariè non dimittunt peccata, ſed ipſi dimittuntur à peccatis, viribus, & occaſionibus peccandi, vt igitur ſecuri euadant, pœnitentiam agant, dum ſani ſunt, & tempore quo peccare poſſunt, iuxta D. Auguſtini ſententiam, *Homil.* 41. *relatam in can. Si quis poſitus de pœnit. diſtinct.* 7. aliàs dubitandum eſt de illorum ſalute, quia dubia eſt pœnitentia, ambigua eſt etiam ſalus, & non præſumuntur ſaluari qui non Dei amore, ſed formidine mortis, & inſerui dant ſigna pœnitentiæ, prout de Antioco Rege ſcriptum eſt *lib* 2. Macbab. *cap.* 9. *Orabat ſceleſtus Dominum, a quo non erat miſericordiam conſequuturus.* Sic etiam Iudas moriturus pœnitentia doctus retulit triginta aureos in templum, & miſericordiam non fuit conſequutus, quia illorum non fuit vera pœnitentia, cùm non proceſſerit ex amore Dei, ſed ex formidine pœnæ, vt explicant Dominic. Sot. *in* 4. *ſentent. diſtinct.* 19. *quæſt.* 2. *artic.* 6. *col.* 3. Nauar. *in d. cap. ſi quis poſitus num.* 6. & Menoch. *loc cit.* facit Fagundez *de præcept. Eccleſ lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 17. *fol.* 170. vbi etiam de anima Traiani, Samſonis, Salomonis, & huiuſmodi, an ſint ſaluæ, vel non.

Adde verſus acutiſſimi Poetæ moderni ſequentis tenoris videlicet.

S O N E T T O.

Mi chiede il Tempo di mia vita il conto,
Riſpondo, il conto mi richiede il Tempo,
Ne di conto ſi puol perduto tempo
Senza tempo, & error rendere il conto.
Non vuole il Tempo differire il conto,
Perch' il mio conto hà diſprezzato il tempo;
E perche non conta, quand' era tempo,
In van tempo domando à render conto.
Qual conto conterò mai tanto tempo?
Qual Tempo baſterà per sì gran conto?
A me, che ſenza conto ho perſo il tempo.
Mi preme il Tempo, e più m' opprime il conto,
E moro ſenza dar conto del Tempo,
Perche il Tempo perduto è fuor del conto.

Segue la Riſpoſta con altro Sonetto.

PEr render conto del perduto tempo
Poco tempo vorrei: ho fatto il conto.
Baſta dolermi vn punto ſol di Tempo
Col cuor pentito, & è ſaldato il conto.
Vn punto ſol, che dona a Dio di Tempo
D' ogn' altro tempo Dio più non tien conto;
Mi preme ſol poter hauer di tempo
Vn punto, in cui dolente io renda conto.
Queſto punto val più, che tutto il Tempo,
E di queſto ne fo così gran conto,
Che darei per hauerlo anni di Tempo.
Signor per render del mio tempo il conto,
Se mi neghi tal punto, è perſo il Tempo,
Se mi dai queſto punto, è reſo il conto.

Qui tamen laudabilem, & honeſtam vitam ducunt, abſtinendo quantum poſſunt à peccatis, lætentur in Domino, quia licèt ex fragilitate peccatum aliquod commiſerint, & morte improuiſa præuenti, veluti ex violentia inimicorum, naufragio, & ſimilibus caſibus inopinatis, non poſſint eorum peccata confiteri, & videatur quaſi impoſſibile, in illo inſtante elicere actum contritionis perfectæ ad ſalutem neceſſariæ piiſſima, & communis eſt opinio, quam pluries à Sacris Concionatoribus, & Theologis audiui, tunc Deum in extremo vitæ ſe illis in tanta Maieſtate, Bonitate, ac Beneficientia exhibere, vt cum eius ſpeciali gratia, & auxilio moueantur ad actum perfecti amoris erga tam excelſam Maieſtatem, Bonitatem, ac Magnificentiam Dei tunc cognitam, verè ob illam amore, & timore filiali, & non ſeruili de peccatis dolendo, ſalui fiant ex infinita eius miſericordia, & Bonitate, cùm non ſimus ſufficientes aliquid boni ex nobis cogitare, ſed omnis ſufficientia noſtra ſit ex Deo, qui igitur eſt aſſiduè rogandus, vt cuſtodiat ab omni malo animam, introitum, ac exitum noſtrum.

Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum, *c. non remittitur de reg. iur. in* 6. ita vt retinens non poſſit excuſari ſub prætextu laudi, vel ſententiæ ſcienter per dolum ad ſui fauorem obtentæ, Tuſch. *lit. A. concl.* 31. *litt. L. concluſ.* 144 *& litter. M. concluſ.* 23. vbi plura de priuilegijs legati facti pro malè ablatis, *& litt. B. concluſ.* 303. *per tot.* latè Carol. Marant. *contr part.* 4. *reſponſ.* 92. *num.* 15. *& ſeqq. per tot.* vbi de legato pro incertis malè ablatis pro ſecuritate conſcientiæ, qualiter ſpectet ad fabricam S. Petri, & reſtitutio incertorum facienda ſit in commodum animarum eorum, quibus illa debentur, aliaque plura ad rem, idem Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 42. 43. *&* 44. *per tot.* Intellige data poſſibilitate, vt dixi *in §. Debitor num.* 81. *&* 83. Martha *vot. Piſ.* 18. *per tot.* vbi quòd in foro conſcientiæ poteſt differri reſtitutio quando fieri non poteſt abſque maximo damno debitoris, ſi debitor non patiatur graue detrimentum, & cum propoſito reſtituendi quamprimum poſſit; intelligendo etiam dummodò vtatur parſimonia, & niſi res reſtituenda extet, nam ſi debitor non ſit in extrema neceſſitate, debet ſtatim illam reſtituere, etiam ſi ſtatum mutare cogatur, imò etiam ſi ſit in extrema neceſſitate tenetur rem alienam extantem reſtituere creditori in eadem neceſſitate conſtituto; & ſemper debitur debet verè abſtinere ab animo detinendi aliena, & propoſitum verum reſtituendi cùm primum poſſit habere, vel ſi tempus non ſuperſit ita efficaciter diſponere negotium, vt poſſit executionem habere, ad hoc vt ſit excuſabilis apud Deum, & poſſit à confeſſario abſolui ad mentem D. Auguſtini *Epiſt.* 54. D. Antonini *in Sum part.* 2. *tit.* 2. *cap* 8. *col.* 4. Nauar. *in Manual. cap.* 17. *num.* 56. *& ſeqq.* Syluestr. *in verb. Reſtitutio in* 5. *num.* 2. *& ſeqq. & aliorum*, quos ego citaui *in §. Reſtitutio num* 37. adde Gibalin. *de vniu. nex. tom.* 2. *lib.* 5. *cap* 1. *art.* 5. *per tot. fol. mihi* 318. *&c.* vbi latè de cauſis excuſantibus à ſolutione debiti, ſcilicet impotentia, quam ibidem declarat, quid de interitu rei debitæ, excommunicatione creditoris, & ingreſſu Religionis ipſius debitoris, Gabr. Vaſquez *opuſc mor. tract. de eleemoſyn. cap.* 1. *dub.* 7. *& ſeqq. tract. de reſtit.* vbi pleniùs, *& tract. de reſtit. cap.* 5 *§.* 4. *fol.* 90. vbi de debitis incertis, ac de inuentis, & vtrùm factis debitis diligentijs de inueniendo veros dominos, teneatur debitor illa pauperibus reſtituere, &c. 10

Digitized by Google

11 Peccatum generat mortem, & propter peccata veniunt aduerſa, qualiter peccatum ſit omninò vitandum, ita vt nulla diſpoſitio, ſtatutum, lex, vel conſuetudo, ſiue priuilegium valeat, ſi exinde inducatur peccatum, Tuſch. *litter. P. concluſ.* 193. *&* 198. *per tot.*

12 Peccatum ſcandali eſt duplex, actiuum ſcilicet, & paſſiuum, & eſt dictum, vel factum minus rectum præbens occaſionem ruinæ, multis modis contingere poteſt; peccantes tamen coram alijs excuſantur quandoque à peccato mortali ſcandali, veluti ſi videntes ita ſint in bono ſtabiles, vt nullo modo cenſeantur ad peccatum moueri, vel adeò deperditi, vt peccata aliorum in nihilo illos immutent; Sed his ceſſantibus, vel quando timetur alios fuiſſe ſcandalizatos explicari debet in confeſſione numerus perſonarum ſcandalizatarum, & ſpecies peccati, ſiue peccatorum cauſatorum, Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 7. *reſolut.* 1. 2. *&* 3. *ac per tot. tract.* vbi plures caſus particulares, & notabiles de hac materia reſoluit, *& part.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 48. *&* 49. latè Dominic. Bannes *in* 2. 2. *D. Thom. qu.* 43 *per tot. fol. mihi* 1021. *& ſeqq.* vbi plura de ſcandalo, quid, & quotuplex ſit, quando ſit peccatum, vel non, & quale, vtrum bona ſpiritualia, & temporalia ſint propter ſcandalum dimittenda, & alia, de quibus etiam plenè Gabriel Vaſquez *Opuſc. mor. tract. de ſcandalo per tot. fol. mihi* 22. *& ſeqq.*

Quòd in confeſſione ſit explicandus numerus perſonarum ſcandalizatarum, & ſpecies peccati cauſati iterùm probat Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *reſolut.* 33. vbi ſe redimit ab impugnatione Patris Lugo contrarium nominatim contra eum ſentientis *tract. de Sacrament. Pœnit. diſput.* 16. *ſect.* 3. *num.* 164. vide eumdem Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſolut.* 29. *per tot.* vbi an qui ſuo exemplo eſt occaſio alterius peccati, peccet eadem ſpecie peccati, & debeat hoc in confeſſione exprimere, & refert diuerſas opiniones, & rationes.

An autem ille, qui proximum damnificauit in bonis ſpiritualibus animæ, teneatur ad aliquam reſtitutionem, & qualiter, latè Gabr. Vaſq. *Opuſ. mor. tract. de reſtit. cap.* 8. *per tot. fol.* 138. *&c.*

De peccato ſcandali actiuo contra pictores imagines obſcœnas pingentes, & alios illas retinentes, ac mulieres euntes denudato pectore, vel huiuſmodi modis luxurioſis, Dian. *par.* 11. *tract.* 4. *reſol.* 32. *per tot.* vide *in* §. *Veſtes num.* 6. Dian. *d. par.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 50. Frances *var. reſol. cap.* 2. *per tot.* vbi plura de fuco mulieribus prohibito, & ornatu immodico, quando non ſit peccatum, quando veniale, & quando mortale, dixi *in* §. *Mulier num.* 53. adde Vaſqu. *d. tr. de ſcand. dub.* 5 *per tot. fol.* 32.

13 An autem Confeſſario ſit aperienda peccandi conſuetudo, dic quòd aliqui minus rectè, & probabiliter affirmarunt, non teneri Confeſſario etiam interroganti fateri peccati alicuius conſuetudinem, & pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ etſi emendationis ſpes nulla appareat, non eſſe negandam, nec differendam abſolutionem, dummodò ore proferat, ſe dolere, & proponere emendationem. Item poſſe aliquando abſolui eum, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult ommittere, quinimò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit. Item proximam peccandi occaſionem non eſſe fugiendam, quando cauſa aliqua vtilis, aut honeſta non fugiendi occurrit. Imò licitum eſſe quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi. Sed omnes iſtæ propoſitiones tamquam nimis ſcandaloſæ, & in praxi pernicioſæ, prout iacent, ſunt omninò damnatæ, & reprobatæ, ſummo Sanctæ Matris Eccleſiæ iudicio per Decretum Innocentij Papæ XI. Romæ editum 4. Martij 1679. *ſub num.* 58. *& ſeqq.* & hic ad impugnandum tantùm relatæ, facit quòd dixi *in* §. *Opinio num.* 6. *&* §. *Iuramentum num.* 57. repetendo ibi proteſtata. Et de occaſione proxima peccati tollenda, & vitanda, & an aliquo caſu tolerari poſſit, Graff. *deciſ. lib.* 1. *cap.* 28. Mich. Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar.* 119. *per tot. part.* 2.

14 Peccati periculo ſe exponere an ſit peccatum, dixi *in* §. *Periculum num.* 17. *&* §. *Oſculum num.* 3. *in fine.*

15 Peccata parentum iuſtè puniuntur à Deo in hac vita in filijs vſque ad tertiam, & quartam generationem, vt habetur Exod. 20. & 34. Ioſue 7. ac alibi; Iudices verò creati non poſſunt infligere pœnam ſenſus, aut tormentorum filijs pro peccatis parentum, ſicuti benè explicat Gabriel Vaſquez *in S. Thom.* 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 35. *per tot. fol.* 604. *&c. diſput.* 141. *art.* 8. *fol.* 633. vbi generaliter an aliqui puniantur pro peccatis aliorum, vide *in* §. *Filius num.* 24.

Alia de peccatis remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iur. verb. Peccata.*

16 Peccata mortalia per iuſtificationem ſemel dimiſſa, iterùm per ſequens peccatum mortale non redire, neque imputari, latè demonſtrat Gabr. Vaſq. *in S. Thom.* 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 208. *per tot. fol.* 194. *& ſeqq. & in* 3. *part. to.* 4. *qu.* 88. *per tot. fol.* 95. *& ſeqq.*

An verò merita vitæ æternæ, & gratia habitualis interrupta per peccatum mortale, imò iterùm redeant per iuſtificationem, idem Vaſquez *in D. Thom.* 2. 2. *diſp.* 221. *per tot. fol.* 626. *&c.* vbi benè probat merita per peccatum mortificata, per iuſtificationem reuiuiſcere, imò ex Diuo Auguſtino, pium eſſe credere, opera bona etiam in ſtatu peccati facta à Deo remunerari; quod mihi valdè probatur ex infinita bonitate Dei, à quo ſicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum irremuneratum relinquitur, & maximè ſi opera bona in ſtatu peccati facta, iterùm in ſtatu gratiæ animo, & affectu repetantur, atque deuotè ex corde Deo offerantur, vt ſæpè mecum cogitaui, & in quodam deuoto libro legiſſe memini, ſaluo, &c. rurſus idem Vaſq. *in* 3. *part. S. Thom. tom.* 4. *quæſt.* 89. *per tot. fol.* 112. *& ſeqq.* vbi latè qualiter per pœnitentiam virtutes reparentur, & præcipuè *art.* 6. *fol.* 123. ibi: *Ego vere crediderim etiam aliud intendere Auguſtinum, ſcilicet ipſa gratia remiſſionis peccatorum, quæ iuſtificat impium, & deſtruit peccatum remunerare opus ſuum, quod in peccatore plantauerat, quia & bona opera ex auxilio Dei ipſo plantante facta, eſſe meritoria de congruo, & impetratoria vitæ æternæ,* docuit ipſe 1. 2. *diſp.* 218. *tom.* 2. *fol.* 599. *&c.*

17 De peccatis, eorum grauitate, damnis, & effectibus, de peccato originali, de mortali, & veniali cogitationis, verbi, & operis, aliaque plura vltra Summiſtas, & Theologos morales indicat Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Peccata*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 296. & melius ex ſacris paginis, Patrum Sententijs, Poetarum dictis, Philoſophorum Aſſertionibus *in* *Polianthea verb. Peccatum.*

18 Aliqua etiam de diuerſis peccatis in foro conſcientiæ, quæ in foro exteriori non puniuntur, Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Peccatum per tot.*

19 An peccet quis teſtando, & priuando proximiores ab inteſtato ſucceſſuros, & extraneos inſtituendo, an nolens obedire ſuperiori, nolens conuerſari, alloqui, vel tractare cum aliquo, & in ſimilibus caſibus, & ſi poſtea pœniteat an teneatur reuocare teſtamentum, & aliquid relinquere illis, quos odio prætererat, & alia ad rem, Cyriac. *contr.* 405. *per tot.* faciunt notata *in* §. *Inimicitia num.* 8. *cum Addit. num.* 10. *& in* §. *Pax num.* 1. *cum Addit.*

§. PECVLIVM. XI.

1 PEculium aliud eſt aduentitium, & profectitium, aliud caſtrenſe, aliud quaſi caſtrenſe, & dicitur parua quædam pecunia, quam ſeruus, vel filius familias per parſimoniam acquiſiuit, & ſeparata eſt à rationibus paternis, & dominicis, gloſ. Bart. & alij *in Rub. ff. de pecul.* Oinot. *in* §. *actiones num.* 1. *&c. Inſtit. de act. fol.* 399. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 34. *vol.* 3. vbi alia plura de actione de peculio, & de in rem verſo, quando, quibus, & contra quos competat, adde Zamoran. *tract. de compenſat. diſput.* 4. *cap.* 25. *per tot.* vbi de dicto quadruplici peculio, & qualiter procedere poſſit occulta compenſatio inter patrem, & filium propter acceptationem rei ad alterum ipſorum ſpectantis, Io. Dominic. Panſut. *controu. forenſ.* 6. *per tot.* vbi de quo peculio filiusfamil. poſſit teſtari, vel non.

2 Peculium aduentitium eſt omne id, quod filius acquirit non ex bonis patris, ſed aliundè ex proprijs laboribus, ex proſpera fortuna, à matre, vel ex linea materna, *l. cum oportet, vbi gloſ. & ſcribentes, C. de bon. quæ lib.* Oinot. *Inſtitut. per quas perſ. cuique dom. acqu. num.* 12. *cum Addit. & in d.* §. *Actiones num.* 2. *Inſtit. de act.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *in princ.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 20. *num.* 6.

Digitized by Google

num.6. &c. vbi de lucro facto à filio ex fructibus fundi ſibi à patre pro alimentis aſſignati, an ſit aduentitium, vel profectitium.

Et proprium ipſius filij, nec cum fratribus eſt communicandum, neque in legitimam imputandum, Merlin. *de legit. lib.2. tit.2. quaeſt.27. num.1.* Michalor. *loc. cit. cap.5. num.2. &c.*

Quid verò ſit dicendum de melioramentis per patrem factis in huiuſmodi bonis, vide *in §. Melioramenta num.*

Quòd hodie dictum peculium quoad proprietatem ſpectet in totum filio, quo verò ad vſumfructum patri, *d. l. cum oportet*, vbi DD. & in eo dicatur filius habere hæredem, Corn. *conſ.27. num.9. conſ.130. num.2. & conſ.179. num.3. lib.2.* Boer. *quaeſt.61. num.1.* Michalor. *de fratr. par. 1. cap.3. num.3.* Paul. Chriſtin. *deciſ.75. num.1. &c. deciſ. 76. vol.4.* vbi plura de hac materia, & ad quæ teneatur pater vſusfructuarius.

Quòd pater ſit legitimus adminiſtrator dicti peculij, *l. 1. C. de bon. mater. & d. l. cum oportet*, & ideò poſſit illud alienare, etiam ſine decreto iudicis quamuis filius eſſet minor, tam ob neceſſitates proprias, quàm ipſius filij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.107. num.11. &c.* vide tamen Paul. Chriſtin. *deciſ.73. num.3. &c. vol.4.* vbi quando filius etiam viuo patre poſſit reſcindere alienationem.

Et ſi vſusfructus fuerit per patrem remiſſus, tunc dictum peculium ſpectat in totum filio, ita vt licèt aliàs fructus percepti in vita patris ſint cum fratribus communicandi, tamen ſtante dicta remiſſione ceſſat collatio, & communicatio, Boer. *deciſ.196.* Michalor. *de fratrib. part.1. cap.5. num.5. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.713. num.25.*

An autem ſimplex permiſſio patris operetur donationem à principio validam, vel morte confirmandam, Franch. *deciſ.585.*

3 Peculium aduentitium, quoad vſumfructum acquiritur patri, etiam ſi filius, vel filia ſint coniugati, cùm adhuc duret patria poteſtas, niſi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis ſaluatur patria poteſtas, per matrimonium, vel alia de cauſa, nam tunc in quæſitis poſt huiuſmodi diſſolutionem ceſſaret vſusfructus ad fauorem patris, non autem in quæſitis durante patria poteſtate, Boer. *quaeſt.195.* Michalor. *de fratrib. part.1. cap.3. num. 11. &c.*

Quòd in quæſitis per filium poſt ſequutam emancipationem pater habeat vſumfructum pro medietate quaſi in præmium emancipationis, *l. ſi viuo, C. de bon. mater.* Roman. *ſing.547.* Michalor. *vbi ſupra*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.713. num.46. &c.* Rot. *part.13. recent. deciſ. 382. num.1. & ſeqq.* vbi quòd pater ob filij emancipationem ſponte peractam amittit dimidiam partem vſusfructus bonorum dotalium, altera verò in premium liberationis filio conceſſæ, penes ipſum remanet iuxta text. *in l. cum oportet, §. cum autem*, vbi Bart. & alij *C. de bon. quæ lib. & in §. hoc quoque, Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* Caſtil. *de vſufr. cap.64. num.7.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.7. part.3. num.42.* intelligendo in terminis iuris communis, cuius vigore vſusfructus debetur patri ratione patriæ poteſtatis, ſecus autem in vſufructu illi debito vigore alicuius ſtatuti, vel conſuetudinis, quia tunc non obſtante emancipatione deberet integer remanere penes patrem, vti maritum matris prædefunctæ, & ex propria perſona, ob onera matrimonij, quæ ſuſtinuit iuxta deciſionem Caualer. 442. *num.6.* vt declarat Rot. *d. part.13. deciſ.382. num.4. & ſeqq.*

Huiuſmodi acquiſitio vſusfructus quoad patrem ſit ipſo iure, Aret. *in §. Item nobis Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* Gratian. *diſcept. for. cap.519. num.17. &c.*

Et durat toto tempore vitæ ipſius patris, etiam ſi filius præmoriatur, *l. 1. C. de bon. Mater.* Boer. *deciſ. 172. num.33.* Michalor. *de fratrib. part.1. cap.3. num.15.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.781. num.49. cap.820. num. 12. &c.* Caualer. *deciſ. 442. num. 4. &c.* vide *in §. Vſusfructus num.28.*

4 Peculium aduentitium non quæritur patri quoad vſumfructum in pluribus caſibus.

Primò ſi conſiſtat in dote, cùm ſeruire debeat pro oneribus matrimonij, licèt ſecus ſit in lucro dotali, cùm tunc ceſſet iſta ratio, Bart. *in l. contra, §. quoties num. 2. ff. rer. amot.* Michalor. *de fratr. part.1. cap.3. num. 22. &c.*

Secundò ſi pater neget filio alimenta, *l. pen. C. de patr. pot.* Michalor. *loc. cit. num.24.*

Tertiò ſi relictum fuerit filio cum hac conditione quòd pater non habeat vſumfructum, *Auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.* Boer. *deciſ.193.* Michalor. *loc. cit. num.25. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 989. num.20. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.207. vol.5.* Merlin. *deciſ. 308. num.7. &c.* vbi limitat quando vſusfructus eſſet patri debitus vigore ſtatuti, nam tunc non poteſt illi præiudicari, vt dixi *in §. Vxor num.16.*

An autem poſſit per matrem prohiberi vſusfructus patris etiam in legitima, & an ſit neceſſaria expreſſa prohibitio, vel ſufficiat tacita per coniecturas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 713. num. 18. &c. & num.70. & ſeqq. ad 86. cap. 989. num.18. &c* Franch. *deciſ.161.* Altograd. *conſ.50. num. 239. &c. lib.1.* Paul. Chriſtin. *deciſ.207. num.8. &c. vol.5.* vbi quòd fuit deciſum ad fauorem patris iuxta opinionem Bart. *in Auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.* Quòd vſusfructus poſſit prohiberi patri tam expreſsè, quàm tacitè in bonis filio delatis, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 119. num.11. & ſeqq. & part. 18. deciſ.140. per tot.* vbi ex multis arguitur dicta tacita prohibitio, & denegatur vſusfructus patri in bonis filiæ à marito relictis.

Quartò non quæritur patri vſusfructus in bonis, in quibus vnà cum filio ſuccedit ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, attenta maximè teſtatoris voluntate, Franch. *deciſ.561.* Ang. *in §. Igitur num.5. Inſtitut. per quas perſon. vol. acquir.* Surd. *conſ.116. num. 40.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.685. num.4. cap.713. num.30. cap.781. num.44. &c.* Paſcal. *de patr. poteſt. part.1. cap.3. num.53.* Chriſtin. *deciſ. 207. num 15. &c. vol.5.* Rot. *part. 13. recent. deciſ.366.* vbi quòd idem eſt in legato, & latiùs *deciſ.445.* vbi quòd idem eſt in quolibet relicto, & attenta teſtatoris voluntate etiam ex coniecturis reſultante, quæ duæ deciſiones ſunt in eadem cauſa, *& part.16. deciſ.41.* Altograd. *conſ.48. num. 10. lib.2.* vbi limitat non procedere ſi ex diſpoſitione ſtatuti eſſet patris reſeruatus vſusfructus, quia tunc illum non amittit, non obſtante ſimultanea ſucceſſione, & allegat Gratian. *d. cap.781. num.44. &c.* adde Alb. *conſ. 110.* Andreol. *controu.224.* Curel. *de donat. diſc.3. part. 1.* Rot. *part.13. recent. deciſ.547.* & de Luca *de ſeruit. diſcurſ.61. & 62.*

Quòd propter ſimultaneam ſucceſſionem non quæratur patri vſusfructus, iam verò quæſitus in bonis vnius ex filijs prædefuncti ſemper retineatur non obſtante ſimultanea ſucceſſione cum alijs filijs, Caualer. *deciſ.442. nu.4. &c.* vide Michalor. *de fratribus part.1. cap.3. num.27. &c.* ac alios ſupracitatos.

An autem ſi pater tranſeat ad ſecunda vota, per quem tranſitum amittit proprietatem ſuæ portionis, quam tenetur reſeruare filijs, recuperet, & reacquirat vſumfructum in portione obuenta dotis filijs ex hæreditate fratris prædefuncti, cùm tunc videatur ceſſare effectus ſimultaneæ ſucceſſionis, Franch. *deciſ. 573.* vbi fuit in fauorem filij contra patrem per rationes, & iura ibi allegata.

Quintò non quæritur patri vſusfructus in donatis à Principe, vel alio habente iura Imperij, huiuſmodi enim donata retinentur in totum per filium ad inſtar peculij caſtrenſis, *l. cum multa, C. de bon. quæ lib.* Michalor. *de fratr. part.3. num. 29.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 993. num.10. &c.* Rot. *part.10. recent. deciſ. 54. num.3. & 4.* vbi quòd effectus patriæ poteſtatis ceſſat in conceſſionibus factis à Principe, vel à Camera, quæ idem reputatur.

Sextò peculium aduentitium deſinit pertinere ad patrem, quoad vſumfructum ſi efficiatur monachus, Boer. *deciſ.197. num.10.* Michalor. *d. cap.3. num.31.*

Contrarium autem, & quoad vſusfructus tranſeat ad monaſterium durante vita naturali ipſius patris profeſſi, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.519. num.20. &c. cap.713. num.45. &c. cap.815. num.1. &c.* & dixi *in §. Vſusfructus num.*

Septimò non quæritur patri vſusfructus in bonis feudalibus, vel alijs ad hæredes non tranſmiſſibilibus, Boer. *deciſ.199. num.2. &c.* Duen. *reg.363.* Surd. *conſ.116. num.31.* Michalor. *d. cap.3. num.32.* Sanfelic. *deciſ.83. num.5. & ſeqq.* vbi quòd nec quoad commoditatem, vel alimenta, vt filius poſſit præſtare ſeruitia domino.

Octauò quando pater noluit adire hæreditatem filio de-

latam, quàm poſtea filius per ſe adiuit, Boer. deciſ.196. num.5. Michalor. d. cap.3. num.33. Gratian. diſcept. forenſ. cap.713. num.39. &c.

Nonò in acquiſitis à filio per vſuram, & illicitos modos DD. in l. quod furſus, ff. de acquir. poſſ. Michalor. loc. cit. num.34. Gratian. d.cap.213. num.33.

Decimò ſi ipſe pater remittat vſumfructum, l. cum oportet, §. ſin autem, C. de bon. quæ lib. Gratian. diſcept. forenſ. cap.741. num.4. &c.

Vndecimò ſi pater contrahat inceſtuoſas nuptias §. 1. col. 3 Auth. de inceſt. nupt. Michalor. d. cap.3. num.35. Gratian. cap.713. num.24. & num.43. &c.

Duodecimò ſi filio relictus fuerit tantum vſusfructus, cùm ſeruitus ſeruitutis eſſe non poſſit, l.1. ff. de vſufr. leg. Michalor. d.cap.3. num.39. Gratian. d.cap.713. num.44. Altograd. conſ.50. num.234. lib.1.

Decimotertiò ſi peculium quæſitum fuerit filio ob culpam, vel contrauentionem patris, l. Imperator, ff. ad Trebellian. & exemplificat Michalor. d.cap.3. num.40. &c. Gratian. d. cap.713. num.23. &c. vbi etiam plures alios caſus refert, in quibus patri non quæritur vſusfructus, Boer. deciſ.193. Surd. conſ.116. Gabriel. conſ.118. lib.1. Cutel. de donat. part.1. diſc.3. qui etiam generaliter concludunt, quòd pater grauatus reſtituere filio in aliquo caſu, illo adueniente hæreditatem tenetur reſtituere filio, nullo ſibi retento vſufructu.

An autem in prædictis, & alijs caſibus, in quibus pater non habet vſumfructum, habeat ſaltem illius commoditatem, affirmatiuè tenet Angel. in §. Igitur, Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. Roman. conſ.112. Alexand. in l. pen. C. qui teſt. fac. poſſ. vide Michalor. d. cap. 3. num.52. &c. Gratian. d. cap.713. num.23. latè Peregrin. deciſ.120. per tot.

Quòd hoc autem eſſe poſſit ſolum quando prohibetur patri vſufructus ea ratione, quòd ſuper alios vſufructu concedi non poſſit propter iuris ſubtilitatem, aliàs ſecus in alijs caſibus, reprobato Angel. & alijs de veriori, & receptiori opinione teſtatur pluribus relatis, Altograd. conſ.50. num.247. lib.1. vide Franch. deciſ.10. num. 9. & deciſ.161. num.8. Peregrin. d. deciſ.102. per tot. Sanfelic. deciſ.83. num.7. & ſeqq. vbi loquitur in feudalibus, in quibus nec commoditas, nec alimenta patris competunt.

An autem in primogenitura nepoti ab auo conſtituta, quæratur patri vſusfructus, latè Rot. part.16. recent. deciſ. 41. per tot. Quòd in bonis maioratus filij, habeat pater vſumfructum, quidquid ſecus ſit in feudalibus, & quare, Molin. de primog. lib. 1. cap.19. num.18.

5 Peculium non profectitium dicitur omne id, quod filius acquirit ex bonis paternis, vel contemplatione patris, & iſtud in totum acquiritur ipſi patri tam in vſufructu, quàm in proprietate, & eſt cum fratribus communicandum, DD. in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. Michalor. de fratr. part.1. cap.4. & 5. num.16. Merlin. de legit. lib.2. tit. 2. quæſt.26. Gratian. diſcept. forenſ. cap.781. num. 24. &c. cap.663. per tot. cap.405. num.4. 28. &c. Surd. de aliment. tit.9. quæſt.20. vbi an lucrum factum à filio ex fructibus fundi ſibi à patre pro alimentis aſſignati reputetur profectitium, vel aduentitium, Viui. comm. opin.314. vbi limitat non procedere in illicitè quæſitis, quæ patri non acquiruntur, nec ſunt fratribus communicanda, & exemplo demonſtrat eſſe abſtinendum, ac valdè timendum ab huiuſmodi turpium, & illicitorum lucrorum participatione, & poſſeſſione.

Si tamen in acquiſitione ex bonis patris interuenerit etiam opera, & induſtria filij proprio nomine agentis, reputabuntur quæſita pro medietate peculium aduentitium, & pro alia medietate profectitium, niſi induſtria filij appareret maior, & pretioſior pecunia patris, quia tunc pro maiori parte eſſet aduentitia; vel è contra; ſi verò filius nomine patris egerit, poteſt tantùm prætendere ſalarium, Merlin. de legit. d. qu.26. n.10. &c. Menoch. de arbitr. caſ.126. Michalor. d.cap.4. n.2. &c. Gratian. diſcept. for. cap. 401. num.22. &c. cap.543. num.16. &c. vide in §. Frater num.8. & §. Salarium num.11. infra num.8. Viui. comm. opin.314. vbi quòd ideò pars profectitia eſt cum fratribus communicanda, aduentitia verò ſecus.

Quando conceſſio bonorum facta filijs à patre importet peculium, vel donationem inter viuos, & quid inde reſultet, Menoch. lib.3. præſumpt.30. Rot. part.9. recent. deciſ.387. per tot. vide in §. Diuiſio num.11. & 12. & §. Pater num.34.

Peculium caſtrenſe eſt illud, quod verè, & realiter occaſione militiæ acquiritur per filium, & tale dicitur omne id, quod patre conſentiente filius defert ad caſtra, ſicut donationes, legata, & hæreditates relictæ filio occaſione militiæ, & omnia ex illo acquiſita, vel in ſeruitio, & palatio Regis, l. caſtrenſe, ff. de caſtr. pecul. Gratian. diſcept. forenſ. cap.993. num.10. &c. Michalor. de fratr. part.1. quæſt.1. per tot. & cap.22. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.138. volum.5. 6

Quænam ſalaria veniant ſub nomine peculij caſtrenſis, vel quaſi, latè Lanfranch. Zacch. tract. de Salar. & merced. quæſt.26. per tot.

Peculium quaſi caſtrenſe eſt illud, quod filius acquirit ex aliqua ſcientia, dummodò ſecundùm aliquos proueniat ex publico officio, licèt ſecundùm veriorem opinionem ſufficiat prouenire etiam à priuatis, & tale dicuntur quæſita per Aduocatos, Procuratores, Notarios, Medicos, Lectores, Magiſtros, Clericos, & ſimilea; efficitur illorum proprium, non venit conferendum cum fratribus, poteſt illius reſpectu oriri obligatio inter patrem, & filium, qui poteſt de eo ad libitum diſponere, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, licèt non poſſit patrem præterire, vel exhæredare, Michalor. de fratr. part.1. cap. 2. per tot. & cap.23. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 56. num.33. &c. cap.576. num.4. &c. cap.706. num.54. &c. cap.995. num.18. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. 138. vol.5. Viui. comm. opin.610. 7

Quòd omnia quæſita per filium familias Clericum dicantur peculium quaſi caſtrenſe, & patri non quærantur vſumfructus, Altograd. conſ.50. num.236. &c. lib.1. Gratian. diſcept.49. num.4. cum addit. num.9. &c. vide in §. Clericus num.41. Rot. part.14. recent. deciſ.533. vbi qualiter filiusfamilias Clericus poſſit teſtari de bonis vndequaque quæſitis, exceptis tamen prouenientibus ab Eccleſia. Intelligendo dummodò habeat tria requiſita pro priuilegio fori, quæ ſunt neceſſaria etiam ad effectum teſtandi, vt recedendo à prius deciſis, latè firmat eadem Rota part.16. deciſ.304. vbi plura pro excluſione dictorum requiſitorum ad annullandum teſtamentum à prætenſo clerico factum, & deciſ.392. dict. part.17. & part.18. tom.1. deciſ.19. per tot.

Item omnia donata à Principe, etiam intuitu meritorum patris, ita vt non ſint conferenda, nec imputanda, neque poſſit filium in eis moleſtari ab aliquo creditore patris, latè Dian. part.8. tract.7. vol.17. & 128. per tot. vide in §. Donatio num.18.

Peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe dicuntur omnes fructus, & redditus prouenientes merè, & immediatè ex iſtis peculijs; ſi verò proueniant huiuſmodi redditus mediante opera, pro medietate dicuntur caſtrenſe, vel quaſi, pro alia medietate aduentitium, cùm regulariter in negotiationibus medietas ſoleat tribui pecuniæ, & alia medietas operibus, Bart. in tract. de duobus fratr. num. 13. Michalor. eodem tract. part.1. cap.2. num.18. &c. Lanfranc. Zacch. tract. de ſalar. & merced. quæſt.32. num.9. &c. ſupra num.5. 8

Peculium caſtrenſe, vel quaſi eſt proprium ipſius filij, in eo reputatur paterfamilias, ac poteſt vti talis de eo diſponere, nec venit conferendum, neque in legitimam imputandum, Michalor. de fratr. part.1. quæſt. 1. & cap.5. num.1. Merlin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt.21. num.1. & quæſt.27. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap.993. num.10. 9

Peculium aduentitium non venit in confiſcatione bonorum, nec quoad proprietatem, nec quoad vſumfructum ſed patri conceditur, & idem eſt de caſtrenſi, vel quaſi, niſi ageretur de crimine læſæ maieſtatis, quo caſu confiſcatur proprietas, reſeruato patri vſufructu eius vita durante, Oſaſch. deciſ.94. Michalor. de fratr. part.1. cap. 3. num. &c. & cap.4. num.6. vbi quòd nullum peculium poteſt confiſcari, limitat tamen quatuor modis, vt ibi in fine, & vide Peregrin. de iur. fiſc. lib.1. num.124. &c. Clar. & Addent. quæſt.78. Cabal. reſolut. crimin. caſ.264. num.4. &c. Maſcard. de probat. volum.3. concluſ.1158. per tot. Card. Tuſch. litt.C. concluſ.719. num.75. &c. Farinac. quæſt. 24. vbi pluribus modis limitat, dixi in Pract. §. Confiſcatione num.17. Merlin. deciſ.68. num.13. & ſeqq. vbi quòd nullum peculium etiam caſtrenſe poteſt confiſcari ex deli- 10

cto

Digitized by Google

ſto filij, ſed reſeruatur patri in ſolatium patriæ poteſtatis, latè Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *limit.* 27. 28. & 29. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Confiſcatio reſol.* 8. 9. 10. 11. 12. & 13. vbi quòd nullum peculium confiſcatur neque ex delicto filij, neque ex delicto patris, excepta læſa maieſtate humana, & diuina; & nouiſſimè repetit Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 41. & *ſeqq. fol.* 53. quibus adde benè declarationem Gutierez *in Prax. quæſt.* 41. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Vſusfructus num.* 28. *in fine*, Aluarez. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 17. *per tot.* vbi de peculio caſtrenſi non confiſcando prætérquam in crimine læſæ Maieſtatis, vel quando vltra confiſcationem eſſet impoſita pœna mortis, vel ſi auferantur per ſententiam ſola bona, non mutato ſtatu, & allegat Guaz. Peregr. & Farinac. *loc. cit.* ac ita tenere etiam Maſſin. *de confiſc. quæſt.* 27. *num.* 4. & 5. vide Alfar. *de offic. fiſc. gloſ.* 20. §. 10. *num.* 199. & *ſeqq.* Fermoſin. *de confiſc. alleg.* 35 Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 9. & *ſeqq. per tot.* vbi de peculio aduentitio, & profectitio, & *cap* 24. *per tot.* vbi de peculio caſtrenſi, & quaſicaſtrenſi, an, & quando poſſint confiſcari, vel non, & benè totam materiam peculiorum declarat.

De peculijs alia etiam indicant Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Peculium*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 207. Mendo *tract. de iur. Academ. lib.* 3. *qu.* 40. *num.* 437. & *ſeqq. fol. mihi* 359.

§. PECVNIA. XIII.

1 PEcunia ſi mutetur in valore, vel bonitate intrinſeca, an damnum ſpectet ad creditorem, vel ad debitorem, Pract. Pap. *act. hypoth. gloſ. relaxandum num.* 2. *cum Addit.* Bart. & alij *in l. Paulus, ff. de ſolut.* Afflict. *deciſ.* 94. Euerard. *loc. à rat. caſ. conuerſ. num.* 3. Theſ. iun. *tract. de augum. & minut. monet. per tot.* Guid. Panciról. *theſ. var. lect. lib.* 1. *cap.* 73 *per tot.* vide *in* §. *Moneta num.* 1. & §. *Mutatio num.* 1. & 2. vbi etiam an ad Dominum, vel Adminiſtratorem.

2 Pecunia de ſui natura eſt res ſterilis, nec pecuniam parere poteſt citra labem vſurarum, Cenc. *de conſ. quæſt.* 34. *num.* 21. Sperel. *deciſ.* 91. *num.* 25. &c.

Addita perſonæ induſtria efficitur fructifera, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 387. *num.* 15. &c. *cap.* 688. *num.* 23. &c.

Item ſubrogata loco legitimæ, vel ſtabilium, parit fructus iuxta æquitatem, *l. Curabit, C. de empt.* quaſi tunc reſultet quidam contractus permutationis, ſiue emptionis, & venditionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 759. *num.* 2. *cap.* 688. *num.* 11. &c. Rot. *part.* 16 *recent. deciſ.* 275. vbi quòd idem eſt in pecunia deſtinata ad traficandum, & comparandum merces, nam & iſta reputatur vt ſpecies, etiam non ſequuto trafico ex culpa debitoris, vt dixi *in* §. *Fructus*.

Item pecunia reinueſtienda reputatur vt ſpecies, & ex ea debentur fructus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 932. *num.* 30. &c. *cap* 941. *num.* 22. vbi etiam quòd non ſit neceſſaria interpellatio, *cap.* 943. *num.* 15. &c. vbi quòd habetur pro re immobili, nec poteſt dici conſumpta, vide *in* §. *Intereſſe num.* 14. & 16.

Quòd pecunia prouenienſ ex pretio bonorum ſtabilium (quidquid ſit de prouenienti ex redditibus) depoſitata ad effectum inueſtiendi in vtilitatem Eccleſiæ, ſit tamquam res immobilis, & non poſſit alienari, & in emptionem cenſus inueſtiri abſque debitis ſolemnitatibus, & alia ad hoc propoſitum, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 297. *num.* 1. & *ſeqq. infra num.* 5. &c.

3 Pecunia depoſitata à venditore rem venditam redimere volente, an ſpectet ad ipſum quoad periculum, vel ad emptorem recipere recuſantem, vide *in* §. *Periculum num.*

4 Pecunia ſoluta per manum alterius, an præſumatur propria ſoluentis, vel tamquam miniſtri illius pro quo ſoluitur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 590. *num.* 44. &c. *cap.* 113. *num.* 58. &c. vide *in* §. *Solutio num.* 46. Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 194. *per tot.* & *part.* 18. *deciſ.* 579. *per tot.*

Quòd quando creditor fatetur recepiſſe à debitore per manus Titij, Titius dicatur nudum miniſterium præſtitiſſe, & ſoluiſſe non de proprijs, ſed de ipſius debitoris pecunijs, Magon. *deciſ. Flor.* 43. *num.* 14. vide Rot. *d. deciſ.* 194. & 579.

Quòd pecunia in dubio præſumatur ſoluentis, niſi aliter appareat ex coniecturis, Maſcard. *de prob. vol.* 3. *concluſ.* 1159. *per tot.* vbi quatuor modis limitat, vide Rot. *d. deciſ.* 194. *per tot.* & *deciſ.* 579.

5 Pecunia in emptionem ſtabilium deſtinata non reputatur inter immobilia, niſi ſit minorum, nam tunc illorum fauorem diceretur immobilis, & non poſſet alienari ſine ſolemnitatibus, Boer. *deciſ.* 209. Felic. *de ſociet. cap.* 4. *num.* 32. Roland. *de dot. quæſt.* 91. vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 212. *num.* 5. &c. *vol.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 138. Theſ. *deciſ.* 160. *num.* 6. & alios ab ipſis citatos.

Quòd imò pecunia ad emptionem ſtabilium deſtinata, habeatur pro re immobili, & conſideretur vt ſpecies, Altograd. *conſ.* 68. *num.* 77. *lib.* 1. & *conſ.* 70. *n.* 54. *lib.* 1. Barboſ. *de appell. verb. ſignific. appell.* 117. *num.* 4.

Quando, & ad quem effectus pecunia deſtinata ad emptionem ſtabilium habeatur pro re immobili, Altograd. *conſ.* 90. *num.* 25. &c. *ad* 30. *lib.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 212. *per tot. vol.* 1. vbi plura quando deſtinatum reputetur eiuſdem iuris, & naturæ cum eo ad quod deſtinatur, & benè explicat Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 25. *num.* 9. & *ſeqq.* & *num.* 36. & *ſeqq.* vide ſupra *num.* 2. *in fine*.

Quòd deſtinata ad traficandum in mercibus veniat ſub nomine mercium, reputetur vt ſpecies, ac fructus producat ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt.* etiam trafico non ſequuto ex culpa debitoris, latè Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 275. vide *in* §. *Fructus*.

6 Pecunia magnæ quantitatis non poteſt alienari ſine ſolemnitatibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 517. *cum Addit. in fine tomi*, & *cap.* 931. *num.* 11. &c.

Quòd imò poſſit ſine ſolemnitatibus alienari per mulieres, & minores, quando non eſt deſtinata pro emptione ſtabilium, Gratian. *cap.* 756. *num.* 31. &c. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 147. & *num.* 177. & *ſeqq. ad* 182. Rota *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 89. *num.* 1. &c. vbi reddit rationem, quia pecunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Quòd pecunia deſtinata, vel collocata ad honeſtum locum, non poſſit alienari ſine ſolemnitatibus ſtatuti, Gratian. *deciſ.* 95. *num.* 6. & *ſeqq.*

7 Pecunia inuenta in re empta non in modum theſauri, non ſpectat ad emptorem, ſed eſt domino reſtituenda, *l. à tutore, ff. de rei vendic.* vide *in* §. *Emptio num.* 41. Sanfelic. *deciſ.* 38. *per tot.*

8 Pecunia venit in generali obligatione bonorum, intelligendo etiam vndè quæſita, quàm ab ipſo creditore, Neguſ. *de pign. par.* 2. *memb.* 2. *num.* 11. &c. vide *in* §. *Creditor num.* 36. Tuſchus *littera P. concluſ.* 201. latè Pacif. de Saluian. *Inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 229. & *ſeqq.*

Venit etiam in hypotheca tacita inducta à lege in caſibus expreſſis, prætérquam in illa ſuper inuectis, & illatis in re conducta, Neguſ. *d. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 166. vide latè Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 48. *per tot.*

Et qualiter ſuper ea competat Saluianum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 943. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 439.

Intellige hic dicta, niſi pecunia ſit bona fide conſumpta, vel commiſta, cùm requiratur quòd extet, Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *qu.* 13. *per tot.* Afflict. *dec.* 190 Rot. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 542. *cap.* 640. *num.* 7. &c. Ger. Spin. *conſ.* 42. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 364. *n.* 5. vbi quòd dicta hypotheca per commixtionem extinguitur, & *deciſ.* 363. *num.* 23. &c. vbi quòd ſtante decoctione poteſt auocari ad Seraph. *deciſ.* 1074. *num* 4. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 439 vbi tamen quòd quando remanet actio ad conſequendum tantumdem, illa cadit ſub hypotheca ad fauorem creditoris, & datum remiſſio ex Saluiano.

Quòd per immixtionem cum proprijs pecunijs extinguatur hypotheca, Gratian. *diſcept. for. cap.* 897. *num.* 1. &c. Tuſch. *litter. P. concluſ.* 199. vbi quando per immixtionem dicatur conſumpta, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 243. *num.* 7. vbi quòd non poſſit repeti, vide *in* §. *Repetitio num.* 4.

Quòd pecunia conſumpta quamuis aliena efficiatur recipientis, & conſumentis, ita vt extinguatur dominium, & hypotheca, niſi recipiens fuerit in mala fide, idem Gratian. *cap.* 649. *num.* 7. &c. latè Altograd. *conſ.* 90. *num.* 3.

Digitized by Google

officialis, vel exactor, vel Principis theſaurarius, vel priuata perſona, & punitur quandoque pœna capitali, quandoque alia mitiori arbitrio iudicis, vel in quadruplum, vel in duplum iuxta diſtinctionem caſuum, quam facit Menoch. *de arbitr. caſ.*586. *num.*1. *&c. ad* 18. vide *in* §. *Adminiſtratio num.* 12. *&* §. *Officia num.*9. Tuſch. *litter.P. concl.*202. Poſſent. *ſing.*267. Pichard. *Pract. Inſtit. tit. de pœn. omn. delict. part.*3. *num.*95. *fol.* 104. Ricc. *Collect.* 3087. 3012. vbi plura pro defenſione inquiſiti, de conuerſione pecuniarum in alium vſum publicum, Sanfelic. *deciſ.* 166. *per tot.* vbi quòd tale crimen eſt ſpecies furti, ſed grauioris, & ideò punitur pœna mortis in iudice, vel alio officiali publico, niſi aliqua iuſta ſubſit cauſa illam temperandi, & latius idem Sanfelic. *deciſ.*284. *&* 285. *per tot.* vbi plura hincindè, & Laurent. Matthæu. Sanz. *tract. de re crimin. controu.* 5. *contr.*38. *& contr.*77. vbi de Præfecto militum ſtipendia interuertente, & ad proprios vſus applicante, & in reliquis de Notario falſis mandatis, vel reſcriptis intercipiente pecunias publicas, vel priuatas.

Poteſt tamen excuſari ſi ſine dolo id egerit, ſed bona fide, cùm lex Iulia peculatus dolum in ſpecie requirat, vel ſi cuſtodię, & periculo adminiſtratoris fuerit commiſſa pecunia cum tranſlatione dominij, vel ſi agatur de pecunia alicuius oppidi ſuperiorem recognoſcentis, quia tunc ad dictum effectum non dicitur publica, vt latè declarat Menoc. *d.caſ.*586. *num.*18. *& ſeqq. per tot.* vbi propterea infert quod theſaurarij Principum, & adminiſtratores noſtri temporis licèt pecunias exactas contrectent, & in vſus pro ſuo arbitrio conuertant, non tenentur crimine peculatus, vel de reſiduis, cùm in eo transferatur dominium, & fideiuſſores præſtent de recta adminiſtratione, & ideò etiam lucrum ab illis factum cum dictis pecunijs eorum proprium, & non Principis, vel Reipublicæ eſſe debeat, & tantò magis excuſentur, qui pecuniam publicam ad vnum vſum deſtinatam in alium vſum pariter publicum conuertunt, quia licèt pecunia publica ad certum vſum deſtinata, in alios vſus conuerti non poſſit, tamen quod ſupereſt impendi poteſt in aliam cauſam pro commodo, & vtilitate Principis, vel Reipublicæ, vide Menoch. *d.caſ.*586. quem ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 304. *num.* 11. *& num.* 20. *&c.* vbi quòd exactores pecuniæ publicæ illam in proprios vſus conuertentes, antequam in Principis arcam, vel ærarium ſit illata, & repoſita, & ſic nondum Principis effecta, neque adhuc incorporata, incurrunt tantùm in pœnam dupli, quando verò pecunia fuit repoſita in arca Principis, tenentur pœna quadrupli, vel pœna capitali, vbi ageretur de auro recondito in ærario, quaſi aurum ſit omni metallo pretioſius, iuxta *l. qui in contractibus, C. de iur. fiſc. lib.* 10. *l. defenſionis facultas, C. eod. l.*2. *in fine, C. de his, qui ex publ. rat. lib.* 10. vide Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 3. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §.5. *num.*60. *&c. ad* 83. *fol* 195. Farinac. *de furt. quaeſt.*171. Cabal. *reſol. crim. caſ.*99. *per tot.* vbi latè examinato articulo hincindè, ſuſtinet ſententiam, quam ipſe tuliſſe profitetur condemnatoriam forcarum, & executam contra quendam Camerarium Decimarum Ducalium Ciuitatis Florentiæ, ex eò quòd ſubtraxerit, & in proprios vſus, & amicorum conuerterit circa ſummam ducatorum decem, & octo millium dicti officij ſibi commiſſi ſub obligatione propria, & plurium fideiuſſorum, & aliàs etiam ego rigoroſè procedi vidi contra huiuſmodi adminiſtratores, & ideò caueant à prędictis, ne quid ſimile ipſis contingat, quia quidquid dici poſſit, an propriè committant crimen peculatus, vel reſiduorum eo modo, quo antiquitùs erat conſtitutum, tamen committunt furtum, quod ſi ſit magnæ quantitatis, & pluries iteratum punitur etiam pœna furcarum, quamuis ageretur de pecunia priuata, vide *in* §. *Furtum num.*22. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 284. *&* 285. *per tot.* vbi plura pro fiſco, & poſtea pro reo, ad illius excuſationem, Puſſent. *ſing.*267. 270. *&* 274. *per tot.* Larrea *Alleg. fiſc.*83. vbi ſequitur Menoch. Gratian. & alios tenentes licitum eſſe adminiſtratori, vel depoſitario vti pecunia, dum tamen habeat aliam pecuniam ſubrogatam reddendam, vel bonos fideiuſſores, ita vt ſtet illorum periculo, &c. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*72. *per tot.* vbi poſt plura in contrarium adducta, ſuſtinet adminiſtratorem pecuniarum, vel rerum fiſcalium, ſiue Ciuitatis in certos vſus deſtinatarum, ſoluendo veris fiſci, vel Ciuitatis creditoribus extra deſtinationem, vel præter mandatum, rectè, & vtiliter ſoluiſſe, dum erant creditores eiuſdem ſtationis, nec fuiſſe moleſtandum, reuocata ſententia condemnatoria ad reſtitutionem contra eum indebitè lata; ex quibus omnibus manifeſtè periclitatur ſententia Caballi, vt etiam adnotaui *in Pract.* §. *Adminiſtratori num.*2. Sed pro ſententia Caballi, & cum maiori rigore extat noua Florentiæ edita die 9. Septembris 1681. *num.*8. vbi de pœna furcarum, & confiſcationis bonorum quando ſumma excedit ſcuta centum, & abindè intra triremium, vltra quadruplum, etiam ſi pecunia ſtet periculo adminiſtratoris, & ſit debitor quantitatis.

Pecunia redacta, ſiue retracta ex venditione bonorum fideicommiſſariorum, venit in reſtitutione fideicommiſſi, in quo cenſetur incluſa, licèt per teſtatorem de ea nulla fuerit facta mentio, Socin. iun. *conſ.*140. *num.*15. *volum.*1. Pariſ *conſ.*25. *num.*69. *lib.*2. cum alijs per Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*251. *num.*10. 16

Pecuniæ dominium qualiter transferatur mediante deſcriptione in Banco ad creditum alterius, Bich. *deciſ.* 500. *num.*2. vbi concordantes allegat. 17

Pecuniam eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ, vel minoris an, & quando ſit probandum à creditore, & quomodo probetur, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.* 1160. *ibi etatis*, de qua materia plura adnotaui *in* §. *Verſio per tot.* 18

Pecunia publica, vel Principis non poteſt ab adminiſtratore in proprios vſus conuerti ſub grauibus pœnis, vt dixi ſupra *num.*15. & quia habui cauſam delegatam ad referendum Magiſtratui DD. Nouem Conſeruatorum Iuriſdictionis, & Dominij Florentini de anno 1684. placet hic ſubductis nominibus partem relationis, & motiui ad rem facientis inſerere ad publicam vtilitatem. 19

De pecunia peruenta ex diuerſis cauſis, cuius ſit, vel cui acquiratur, & alia de pecunijs deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.*1. 2. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Pecunia*, & remiſſiuè Calteion. *Alphab. iuridic. verb. Moneta*, Comit. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *verb. Pecunia*, vbi plura curioſa de effectu, & vſu pecuniæ. 20

De pecunia publica penes aliquem depoſitata, ad quid teneatur depoſitarius exiſtens in mora, vel in ſuos vſus conuertens, latè Anton. Gob. *Conſult.*38. *per tot.* vbi pro excluſione intereſſe, & pœnæ; Sed caue ab iſtis propter iura municipalia maximè Florentiæ exiſtentia, &c. vt alibi dixi. 21

Illuſtriſſimi, e Clariſſimi Signori.

VIen fatto reo N. N. di più delitti, che in ſoſtanza ſi reſtringano d'hauer fraudolentemente amminiſtrato il ſuo offitio, tralaſciando doloſamente di porre ad entrata molta quantità di danaro ſpettante alla Dogana da lui eſatto alla giornata da più, e diuerſe perſone, d'hauer occultato altre ſomme, che poi ſono ſtate ſcoperte nella reuiſione generale dell'anno 1680. d'hauer guaſto, e ſcuſciti libri publici, leuando carte ſcritte, e rimettendone delle bianche per ſcriuerui à ſuo modo, alteratoli con inchioſtro, raſure, e coſe ſimili, e finalmente di voto di caſſa per non eſſerui trouata la quantità, che vi doueua eſſere ſecondo l'eſatto.

Queſti delitti non ſi controuertono, ma ſi qualificano con varie ſcuſe, e per procedere alle riſolutioni, che ſaranno di Giuſtitia, ſi deue ſupporre, che detti libri ſtauano appreſſo Miniſtri diuerſi della Dogana, e non del ſolo Caſſiere Inquiſito, e la regola de' pagamenti era, che il debitore pigli il mandato dal Miniſtro del libro, doue era acceſo il ſuo debito, con quello vada alla Caſſa, e paghi, e con il medeſimo mandato, al quale il Caſſiere ha fatto *il pago* torni al Miniſtro del Libro per farſi dar credito, ò cancellare il ſuo debito.

Non ſi può dunque negare, che l'Inquiſito non ſia degno di pena, mà per diſsegnarla giuſta, e commenſurata à delitti, ſi deuono conſiderare più coſe in fatto, & in iure, che aſſai la diminuiſcano, e porli anco à calcolo la lunga carceratione di più anni, e diſpendioſa proceſſura, con l'altre dannoſe conſeguenze.

Prima, che quanto all'eſatto, e non poſto ad entrata, non pare che vi cada propriamente il furto, perche (oltre al velame dell'amminiſtratione) riſpetto a debitori, che pagauano li faceua le riceuute, con le quali è redarguito di queſto delitto, e repugnano alla natura del furto,

§. POENA. XIV.

1 POenæ appoſitæ mulieri, ſiue viro ſecundo nubenti, cùm videantur in odium matrimonij ſunt hodiè ſublatæ, illæ tamen quæ ſunt inductæ fauore filiorum ex primo matrimonio adhuc durant, de quibus in l. fœmina, & l. hac edictali C. de ſecund. nupt. cum ſimilibus concordantibus, Afflict. deciſ. 75. numer. 5. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 5. per tot. Cabal. conſ. 169. per tot. lib. 1. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 13. numer. 24. &c. Sperel. deciſ. 32. & 34. Gratian. cap. 140. numer. 23. vbi quòd ceſſant non extantibus filijs; de huiuſmodi pœnis, latè Tuſchus concluſ. 162. 163. & 164. per tot. litt. N. & S. concluſ. 603. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 336. vol. 1. & deciſ. 131. vol. 3.

An inductæ fauore filiorum hodie cenſeantur ſublatæ, multos pro affirmatiua adducit Altograd. conſ. 49. numer. 23. & ſeqq. lib. 2. vbi tamen num. 19. tranſit cum negatiua magis communi, & ab omnibus obſeruata, & idem eſſe tam quoad mulieres, quam quoad viros, Cabal. conſ. deciſ. 169. per tot. lib. 1.

Dictæ tamen pœnæ etiam fauore filiorum inductæ, poſſunt euitari per illorum conſenſum, maximè expreſſum, etiam per ratificationem poſt matrimonium, ita vt ſi filij ſint minores poſſit huiuſmodi conſenſus præſtari per tutorem, vel curatorem ſpecialiter deputandum, concurrente tamen iuſta cauſa, aliàs ſecus, vel etiam poſſunt euitari per recurſum ad Principem, qui poteſt dare licentiam, vt quis ſecundas nuptias contrahat abſque incurſu alicuius pœnæ, ſi cauſa ſibi ſubeſſe videatur, Altograd. conſ. 49. num. 22. & ſeqq. per tot. lib. 2. vide in §. Mater num. 1. & §. Pater num. 43. & 46. Paul. Chriſtin. deciſ. 131. num. 10. &c. vol. 3. vbi de recurſu ad Principem intelligit ante pœnas incurſas; nam poſtea non poſſet, nec vellet Princeps tollere ius quæſitum filij, Cabal. conſ. 169. per tot. lib. 1. vbi plura qualiter poſſint euitari, & alia ad rem, Rot. part. 18. recent. deciſ. 360. per tot. vbi viduæ fuit conceſſa facultas à Summo Pontifice tranſeundi ad ſecundas nuptias retento ei ſub conditione viduitatis relicto, & hoc ratione publicæ vtilitatis, quam cauſa matrimonij reſpicere dicitur, & alia ad rem, vide in §. Princeps num. 5. Quæ tamen deciſio fuit poſtea reuocata d. part. 18. deciſ. 386. eo quia fauor matrimonij non ſit cauſa ſufficiens derogandi teſtatorum voluntatibus, ac ex alijs rationibus ibidem relatis, & deciſ. 479. per tot. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata dicta deciſio ſecundo emanata.

An autem huiuſmodi pœnæ poſſint remitti, & cenſeantur remiſſæ per legatum factum à coniuge in caſum ſecundarum nuptiarum, vel per conſenſum filiorum, Hodiern. in l. hac edictali quæſt. 21. num. 53. &c. Cod. de ſecund. nupt. vbi reſpectu conſenſus filiorum videtur negatiuè concludere, niſi ſint expreſsè, & in ſpecie remiſſæ, vide in §. Diſpoſitio num. 1. & ſeqq. §. Mulier num. 27. & in reſol. cap. 35. num. 10. & ſeqq. per tot. Chriſtin. d. deciſ. 131. num. 11. &c. volum. 3. vbi etiam an habeant locum in vidua luxurioſè viuente, & alia plura notabilia.

Quòd dictæ pœnæ ſecundarum nuptiarum cenſeantur remiſſæ, quando in legato vxori facto non fuit appoſita conditio viduitatis, Pariſ. conſ. 95. num. 22. & ſeqq. lib. 1. cum alijs per Rot. part. 14. recent. deciſ. 502. nu. 10. vide in §. Conditio.

Quòd dictæ pœnæ procedant non tantum in mulieribus, ſed etiam in viris ob identitatem rationis, Burat. deciſ. 82. num. 1. & ſeqq. Caualer. deciſ. 50. num. 4. & 5. Rot. part. 16. recent. deciſ. 411. num. 3. Caluin. de æquit. lib. 3. cap. 29. per tot. vide in §. Diſpoſitio nu. 2. & §. Pater num. 43.

2 Pœna non infligitur facienti actum ex neceſſitate, ſiue impoſita à lege, vel ſtatuto, ſiue ab homine, Gratian. diſcept. for. cap. 921. nu. 4. & ſeqq.

Quòd pœna nunquam ſit irroganda, niſi in caſibus à iure expreſſis, pluribus exemplis declarat Menoch. de arbitr. caſ. 276. per tot. Card. Tuſch. litter. P. concluſ. 216. per tot. Cabal. reſol. crimin. caſ. 1. nu. 16. dixi in Pract. §. Delicti nu. 48. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1167. per tot. vbi qualiter contra pœnam potius quam pro pœna ſit præſumendum, & iudicandum.

Pœna appoſita, ſiue in contractu dandi ſiue faciendi, 3
non poteſt exigi, niſi quatenus intereſſe concurrat, & probetur, latè Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 29. per tot. Manſ. Conſult. 188. Afflict. deciſ. 135. Addit. ad Pract. Papp. Act. real. gloſ. & in Florenis lit. D. & Act. hypoth. gloſ. ac reſtituere, Iaſ. in §. omnes numer. 11. &c. Inſtitut. de act. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 34. num. 15. &c. cap. 706. num. 50. cap. 721. num. 24. cap. 915. numer. 12. Menoch. de arbitr. caſ. 260. per tot. Tuſchus littera P. concl. 246. per tot. cum pluribus ſeqq. Ricc. Collect. 1073. vide Rot. part. 11. recent. deciſ. 170. per tot. vbi latè declarat quando, & quomodo pœna poſſit exigi, etiam alio intereſſe non probato, in vim pacti iurati, cum renunciatione legum, & ſtatutorum loquentium de pœnis conuentionalibus quando tamen agitur de pœna adiecta facto, & non quantitati, & eſt coram Bichio inter eius impreſſas deciſ. 470. quæ fuit confirmata part. 16. recent. dec. 68. nu. 8. & ſeqq.

Quòd pœna conuentionalis adiecta dationi quantitatis præſumatur in fraudem vſurarum appoſita, & non debeatur, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 90. num. 4. Menoch. d. caſ. 260. num. 42. &c. vbi quòd ſecus eſt, ſi ſit adiecta facto, nam tunc exigi poteſt, Tuſchus littera P. concluſ. 247. per tot. Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1167. num. 16. & ſeqq. vbi ſecus in pœna adiecta facto, niſi ſit nimis exceſſiua, quid in pœna adiecta dationi certæ ſpeciei, & alia ad rem, benè explicat Petr. de Onnate de contract. tom. 1. tractat. 3. Diſput. 8. ſect. 6. per tot. fol. 277.

Quando intereſſe conuentum debeatur ex pœna in contractu appoſita, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, tradit per tres concluſiones Staiban. de Intereſſe lib. 1. quæſt. 7. Ricc. Collect. 1073.

De hac materia an, & quando pœna conuentionalis, & ad quam vſque ſummam poſſit exigi tam in foro fori, quam in foro poli, & quid ſtante iuramento, latè Sperel. deciſ. 131. per tot. Tuſch. littera P. concluſ. 246. cum pluribus ſeqq. Dian. part. 1. tract. 8. reſol. 29. Cabal. reſol. crim. caſ. 226. per tot.

Quòd quando eſt promiſſa cum iuramento, poſſit exigi etiam vltra verum intereſſe, dummodò non excedat quadruplum, Rom. conſ. 510. Euerard. loc. a vi, & energ. iuram. num. 69. Felic. de ſociet. cap. 29. num. 2. &c. ad 31. vbi latè diſtinguit Menoch. de arbitr. d. caſ. 260. num. 29. &c. latè Rot. part. 11. recent. deciſ. 170. per tot. Sperel. d. deciſ. 131. nu. 43. &c. Cabal. reſol. crim. caſ. 226. per tot. vbi quòd nec aliquid debetur fiſco, quando ceſſat intereſſe partium

De pœna dupli promiſſa ex ſtipulatu, quando, quoties, & in quibus committatur, Tuſch. litt. P. concl. 244. & 245. per tot.

Quòd pœna appoſita in compromiſſo debeatur, etiam ſi agatur de datione quantitatis, ſiue concurrat intereſſe, ſiue non, Menoch. d. caſ. 260. num. 23. & 43. Gratian. diſcept. for. cap. 929. numer. 18. vide in §. Compromiſſum num. 17. latè Tuſch. littera P. concluſ. 253. Leotard. de vſur. quæſt. 38. Caren. reſol. 92. Conciol. reſol. crimin. verb. Pœna reſol. 4. per tot.

Quòd imò pœna conuentionalis in compromiſſo non poſſit exigi, Conciol. & Romaguer. ad ſtatut. Eugub. lib. 2. Rub. 61. vbi de omnibus prædictis, Manſ. loc. cit. latè probat videndus Martha vot. Piſ. 7. per tot. vbi loquitur quando appellans à laudo, appellationi renunciauit, vel ſtante contraria conſuetudine probata, in quibus caſibus pœnam non deberi, ſequitur Conciol. d. reſol. 4. nu. 4. & ſeqq.

Quòd pœna legalis poſſit exigi, etiam ab Eccleſia, & generaliter conuentionalis promiſſa cum iuramento efficiatur legalis ratione approbationis, & poſſit exigi, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 276. per tot. Menoch. d. caſ. 260. num. 30. &c. Gratian. cap. 700. num. 18. &c. Sperel. d. deciſ. 131. num. 46. Rot. part. 11. recent. deciſ. 170. nu. 14. & ſeqq.

Quòd pœnæ legales ex parte creditoris poſſint exigi in foro conſcientiæ, ex parte verò debitoris, qui ad illas tenetur non debeantur in foro conſcientiæ, niſi exigantur, Menoch. d. caſ. 260. nu. 39. & 40. Gabriel. comm. concl. tit. de Maleſ. concl. 34. per tot.

Quæ dicantur pœnæ legales, vt poſſint exigi, & quid in conuentionalibus, Tuſch. littera P. concl. 243.

Item

Digitized by Google

Item pœnæ delictorum non debentur in foro conſcientiæ, ſed illâ ſalua retineri poſſunt maximè ante ſententiam, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 52. per tot.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 4. tit. vlt. num. 30. & lib. 6. tit. 8. numer. 35.* Salon. *de iuſt. & iur. contr. 11. num. 12. fol. mihi* 287. Azor. *Inſtit. moral. lib. 5. cap. 7. fol. mihi* 473. Guaz. *de confiſc. bon. concl. 13. limit. 66. per tot.* plenè videndus Aluarez de Velaſch. *tract. de iud. perfect. Rub. Annot. 12. §. 3. per tot.* & dixi *in diſcurſu de prohibit. muner. dat. vel recept. num. 85. verſ. quid autem dicendum,* Sanfelic. *deciſ.* 220. Baldel. *Theolog. moral. tom. 1. lib. 5. Diſput. 44. per tot.* vbi qualiter poſt ſententiam vltimam, & definitiuam condemnatoriam, ſiue declaratoriam, teneatur reus in conſcientia ſubire pœnam, de qua materia plenè Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 2. per tot. fol.* 503. *& ſeqq. ad* 554. Zamorao. *de compenſat. Diſput. 6. c. 3. & ſeqq.*

Quòd impedientes quocunque modo ne bona deferantur fiſco, vel aliæ pœnæ ante iudicis ſententiam, non teneantur ad reſtitutionem, Dian. *part. 3. tract. 6. reſol.* 33. vide *in §. Index nu. 19. §. Teſtes nu. 34.*

Qualiter pœnæ poſſint euitari per pœnitentiam, Tuſch. *litt. P. concl.* 254. *&* 262. *per tot.*

Quòd pœna conuentionalis, etiam ceſſante alio intereſſe, poſſit licitè apponi in contractibus de mutuo partium conſenſu pro illorum obſeruantia, & ſit debita in foro conſcientiæ, nulla expectata iudicis ſententia, dummodò fuerit ſaltem extraiudicialiter petita, ſit moderata ad menſuram culpæ, non appoſita, in fraudem vſuræ, debitor non adimplendo in termino præfixo verè ſit in culpa, & ſi partem adimpleuit non exigatur tota pœna, ſed tantùm pro rata non implementi, ita vt ſi dicta pœna dictis conditionibus adhibitis non fuerit ſoluta, poſſit ille, cui debetur poſt petitionem, ſi alia via commodè conſequendi non ſubſit vel occulta compenſatione, etiam ante omnem iudicis ſententiam, iuxta opinionem, quàm ſequitur, & probat Zamoran. *de compenſ. Diſput. 6. cap. 6. per tot.* vbi tamen refert alios contrarium tenentes, & vtramque ſententiam probabilem aſſerit.

4 Pœna licèt ſit impoſita *ipſo iure, vel ipſo facto,* vt poſſit infligi, & exigi, debet præcedere ſententia iudicis declaratoria facti, ſuper quo ius diſponit, & debet eſſe cum magna cauſæ cognitione, ac parte citata, Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 133. Guaz. *deff. 33. cap. 1. per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 809. num. 13. cap. 61. num. 1. cap. 440. num. 3. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 220. *num. 7.* Magon. *deciſ. Flor. 10. num. 50. &c.* latius *deciſ. 16. num. 10. & ſeqq. per tot.* Tuſch. *littera P. concl.* 238. Dian. *part. 1. tract. 10. reſol. 23. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 1. art. 9. nu.* 10. plenè videndus Aluarez de Velaſch. *tract. de Iud. perfect. Rub. 9. annot. 12. §. 3. per tot.*

Niſi ſit dictum abſque aliqua declaratione facienda, quia tunc non eſſet neceſſaria alia declaratoria, Magon. *deciſ. Flor. 88. num.* 18. vbi quod licèt ſit dura lex, debet ſeruari; ſed vide Velaſc. *loc. cit.* & quæ dixi ego in diſcurſu *de prohibit. muner. dat. & recept. num. verſ. Quid autem dicendum.*

Quòd quando pœna eſt impoſita *ipſo iure* tranſeat actiuè, & paſſiuè in hæredes, & contra hæredes, idem Magon. *deciſ. Flor. 16. nu. 49. & deciſ. 76. num. 26. &c.* vide *in §. Mors num.*

Quòd liceat appellare ab huiuſmodi declaratorijs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 444. *num.* 28. Dicta declaratoria requiritur etiam in pœna priuationis hæreditatis propter contrauentionem præcepti teſtatoris, idem Gratian. *diſc. for. cap. 860. num.* 16. latè Magon. *deciſ. Flor. 16. num. 10. & per tot.* vbi etiam quòd non poteſt ferri contra hæredes contrafacientis, *& deciſ. 47. num. 14. &c.* vide *in §. Prohibitio num.* 18. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 286. numer. 11. & ſeqq.* vbi etiam quòd quis poteſt excuſari ſtante iuſta cauſa, vel etiam colorata, & doli excluſiua, & alia, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 158. per tot.* vbi plura ad excuſandum à contrauentione, vel non implemento voluntatis teſtatoris ob defectum doli, vel alia cauſa excuſante, *& part. 14. dec. 534. num. 10. &c.*

Quòd requiratur ſententia declaratoria, & ſententia priuationis, Altograd. *conſ. 84. nu. 63. &c. lib. 1.* Rot. *d. deciſ. 286. num. 16.*

Si pœna priuationis fuerit adiecta ſub duplici conditione copulatiuè, non habet locum ſi vna deficiat, ſed requiritur concurſus vtriuſque conditionis, idem Altograd. *d. conſ. 84. nu. 115. lib. 1.*

Et appoſita in vna parte teſtamenti non trahitur ad aliam, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 158. nu. 24. & part. 14. deciſ. 516. nu. 4.*

Et vt pœna à teſtatore impoſita incurratur, oportet quòd committatur ſecundum modum à teſtatore expreſſum, alias ſi diuerſimodè contrauentatur, non incurritur, idem Altograd. *conſ. 85. nu. 1. &c. lib. 1.*

Item declaratoria requiritur in pœna caducitatis *ipſo iure* impoſita, quamuis non ſeparato iudicio, Gratian. *diſcept. for. cap. 36. num. 11. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 16. nu. 11. &c.* quia ſubintelligitur clauſula, *volente domino,* & non poteſt peti per eius hæredes, nec contra hæredes contrafacientes, idem Magon. *deciſ. Flor. 70. nu. 1. &c. & dec. 76. nu. 26. &c.*

Pœna contrauentionis cenſetur remiſſa per hæredem, 5
vel creditorem interpellantem legatarium, ſiue debitorem ad implendum, quidquid teneat Corn. *conſ. 179. lib. 2.* vt per Gratian. *diſcept. for. cap. 246. num. 22.* vide *in §. Legatum num. & §. Moleſtia num.*

Sicut etiam pœna caducitatis per receptionem canonis ſine vlla proteſtatione videtur remiſſa, Magon. *dec. Flor. 61. nu. 19. &c.* vide *in §. Dominus nu.*

Pœna adiecta pro facto negatiuo, non incurritur abſ- 6
An autem, & quando in delictis innominatis, vel extraordinarijs, ſiue etiam in nominatis proſit pœnitentia ad euitandam pœnam, maximè in crimine falſi, barattaria, concuſſione, & præuaricatione, ac ſimilibus, Coſta *tract. de re integra Diſtinct.* 31. *per tot.* dixi *in* §. *Mandatum num.* 29. & alibi opportunè, & quando pœnitentia in delictis ſuffragetur pœnitenti ad euitandam, vel ſaltem minuendam pœnam, latè Farinac. *quæſt.* 124. *part.* 3. *num.* 150. & *ſeqq. per tot.* vbi ponit regulam affirmatiuam cum ampliationibus, & limitationibus, Hieron. Cala *in Pragm.* 11. *de empt. & vend. ſiue de furt. part. 1. c. 2. q.* 10. & *ſeqq.* vbi in materia furti, & dixi *in* § *Furtum num.* 4. *verſ. quod reſtitutio facta*, & in negotio ibi italico ſermone impreſſo *num.* 21. & *ſeqq.*

Quòd poſt delictum perfectum pœnitentia regulariter delinquentem non excuſet, *l. qui ex mente ff. de furt* Carpzou. *pract. crim. part.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 39. vbi quod ita regula fallit in illis delictis, in quibus res in integrum ſtatum poſt conſumationem reſtitui poteſt, vt in furto, & delicto diffidationis, & minitationis, intelligendo quoad minorationem pœnæ, & de pœnitentia, ac ſignis pœnitentiæ antequam delinquens carceretur, & in carcerem conijciatur, licèt alijs etiam admittendam aliquando omnis ſeram pœnitentiam, & præſumptionem pœnitentiæ afferant ea tradita per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 12. §. 1. *nu.* 18. & *ſeqq. per tot.* vide *in* §. *Furtum num.* 4. *verſ. Intellige.* 4

De pœnitentia ſacramentali, item de pœnitentia in contractibus, & delictis plura tradunt remiſſiuè Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Pœnitentia*, & Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 2. *eodem verb. fol.* 331. *&c.* Valer. *de differ vtriuſque fori, verb. Pœnitentia per tot.* vbi multa notat circa pœnitentias Sacramentales à Confeſſarijs imponendas, an poſſint recuſari, &c. 5

§. PENSIO. XVI.

PEnſio regolariter non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, ſed eſt ius quoddam temporale ſeparatum, formale, & per ſe diſtinctum à beneficio, Gigas *de penſ. quæſt.* 28. Creſ. *deciſ.* 14. *de re iud.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 3. *num.* 8. *de Prabend.* Rot. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 425. *num.* 2. Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 3. Gregor. *deciſ.* 303. *num.* 2. Merlin. *deciſ.* 732. *num.* 1. Ricc. *Collect.* 425. 960. & 2320. Pac Iordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 18. *fol.* 387. vbi propterea infert non comprehendi ſub decreto Concilij Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* requirente ætatem 14. annorum pro obtinendo ſimplici beneficio, ſed remanere in antiqua diſpoſitione iuris, ſecundum quam ſufficit ſeptennium, & allegat Gratian *diſcept. for. cap.* 797. *nu.* 17. Ricc. *in prax. dec.* 430. *in prima parte*, & *deciſ.* 367. *num.* 2. Barboſ *alleg.* 60. *nu.* 79. & *alios.* 1

An poſſit conferri excommunicato, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 55. vbi refert contrarias opiniones, vide Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap* 9. *nu.* 57. vbi quòd non ante abſolutionem, & ob id in litteris penſionum ſolet apponi clauſula, *abſoluentes*, *&c.*

Largo tamen modo, & in fauorabilibus penſio venit ſub nomine beneficij Eccleſiaſtici, ita vt penſionarius dicatur beneficiatus ad effectum gaudendi priuilegio fori Eccleſiaſtici, iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini, vt latè probat Spetel. *deciſ* 66. *nu.* 31. & *ſeqq. per tot.* & dixi *in* §. *Clericus nu.* 69. *infr. nu.* 21.

Quid ſit penſio, quotuplex, vndè dicta, & alia de cauſis penſionum, & modis illas exigendi cum formulis actorum, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *per tot.* Gigas *tractat. de penſ. quæſt.* 1. *&c.* Gambar *de offic. & poteſt. Legati lib.* 6. *tit. de penſ.* Ricc. *Collect. in repert. verb. Penſio*, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *&c.*

Quòd penſio, transferenda in Clericum poſſit transferri in Clericum primæ tonſuræ, quia prima tonſura eſt ordo Eccleſiaſticus ſecundum Canoniſtas, licèt Theologi contrariam teneant, ſcilicet non eſſe ordinem, & ſtan-

Digitized by Google

& ſtandum eſſe deciſioni iuris Canonici, & Canoniſtarum, Martha *vot. Piſ. 14. per tot.*

2 Penſio regulariter non poteſt reſeruari ſine auctoritate Papæ, niſi ſtante iuſta, & legitima cauſa, ob quam poteſt etiam per Epiſcopum reſeruari ſi, tamen aliundè probetur, quam per ipſius Epiſcopi aſſertionem, Gratian. *diſcept. for. cap. 617. num. 5. 18. &c.* latè Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 9. tit. 1. num. 489. & ſeqq. fol. 192.* Tuſch. *lit. P. concluſ. 269. & 270.* latè Dian. *part. 9. tract. 9. reſol. 19. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, concludens eſſe ſeruandum ſtylum Romanæ Curiæ, qui facit ius, & cautè debere Epiſcopos in hoc procedere, ne arguantur de vſurpata iuriſdictione, & beneficiati dicant de nullitate contra penſionarios.

Quòd penſio ſoleat ex tribus cauſis reſeruari in pecunia, primò, propter bonum pacis, quando beneficium eſt litigioſum; ſecundò, ne reſignans nimium patiatur diſpendium; tertiò, in permutatione inæqualitatis fructuum beneficiorum permutatorum, & ſi fuerit reſeruata ex falſa cauſa non debetur, Rebuſ. *in Prax. benef. part. 1. tit. de reſeruat. num 23. &c.*

Ex quibus cauſis poſſit penſio imponi, & an obtenta à Pontifice abſque iuſta cauſa, ſine tamen obreptione, vel ſubreptione ſit licita in foro conſcientiæ, & poſſit exigi, vel retineri, negatiuè reſpondent communiter Theologi, affirmant autem Canoniſtæ, & alij mediam viam tenent, quæ & mihi placet, vt ſit valida, & poſſit accipi donec fuerit à Pontifice reuocata, prout reuocari debet, ad tradita per Caſtropalao *tom. 2. tract. 13. diſput. 1. punct. 11. num. 3.* Dian. *part. 10. tract. 14. reſol. 70. per tot.*

Quòd pro coæquando fructibus beneficiorum permutatorum poſſit per Epiſcopum reſeruari, mandando, vt recipiens beneficium pinguius illam alteri ſoluat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 617. in princip. & per tot.* vbi Pac. Iordan. *d. lib. 9. tit. 1. num. 426. &c. fol. 187.*

Qualiter poſſit penſio etiam per Epiſcopum ex iuſta cauſa conſtitui, & quæ ſint iuſtæ cauſæ, Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 9. num. 25. & ſeqq.* vbi ſeptem cauſas enumerat.

Quòd poſſit reſeruari etiam ad tempus per Papam, vti ſcilicet duret tantùm donec penſionarius fuerit de alio beneficio prouiſus, Rebuff. *loc. ſupr. cit. num. 28.* vbi etiam *num. 29.* quòd hodie Epiſcopi propter non vſum, & ignorantiam amiſerunt poteſtatem conſtituendi penſiones, ſed in hoc reprehenditur à Iordan. *loc. cit. num. 491. fol. 192.*

3 Penſio reſeruata per Epiſcopum debet eſſe per viam quantitatis, & non quotæ, licèt Papa, & Dataria vtroque modo poſſit reſeruare, Gratian. *d. cap. 617. num. 9. &c.* Iordan. *d. lib. 9. tit. 1. num. 505. fol. 193.* vide Dian. *part. 9. tract. 9. reſol. 49. per tot.*

Reſeruata per Epiſcopum non durat vltra vitam primi onerati, nec extenditur ad ſucceſſorem in beneficio grauatum, niſi pro bono pacis fuiſſet reſeruata, Gratian. *d. cap. 617. num. 13. &c.* vide Iordan. *loc. cit. num. 426. & ſeqq. fol. 187.* & latiùs *num. 506. fol. 193.* vbi refert contrarias opiniones, & Dian. *d. reſolut. 49.* Gambar. *de off. & poteſt. Legal. lib. 6. tit. de penſ. num. 385. & ſeqq. & num. 684. & ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 9. num. 168.*

Quòd reſeruata per Epiſcopum ex cauſa legitima, non egeat confirmatione Papæ, vel expeditione Bullarum in Vrbe, quia ſi eſt valida, & præuia iuſta cauſa, non indiget Apoſtolica confirmatione, ſi verò eſt nulla non confirmatur, ſed datur noua prouiſio, ſiue reſeruatio. Idem Gratian. *d. cap. 617. num. 22. &c.* Iordan. *loc. cit. num. 489. &c.*

Quòd Papa non ſoleat confirmare reſeruationes factas ab Ordinarijs, ſed de nouo reſeruare, Rebuff. *in Prax. tit. de reſeruat. tit. 17.* Barboſ. *in Prax. exig. penſ. in proœm. num. 6.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 121. num. 2. &c.*

Vt autem penſio poſſit ſuper fructibus beneficijs conſtitui, plura generaliter requiruntur; primò, poteſtas in reſeruante, quæ pleniſſima eſt in Pontifice, & quandoque in Epiſcopo iuxta prædicta; ſecundò, caducitas penſionarij, quæ excluditur multis ex cauſis; tertiò, ſi imponatur ſuper beneficio de iurepatronatu laicorum, de illo fiat mentio, prout hæc omnia, & præcipuè ſecundum requiſitum, latè explicat Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 9. num. 51. & ſeqq. ad 94.*

Penſio reſeruata cum clauſula *dummodo non excedat tertiam partem fructuum*, propter exceſſum non vitiatur in totum, ſed ſolùm reducitur ad dictam portionem, & quid ſi eſſemus in reſignante, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 995. num. 11. & per tot.* Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 47. num. 10. & clauſ. 49. num. 4.* vbi nonnulla in contrarium adducit, per quæ videtur in totum corruere, latè Bich. *deciſ. 222.* vbi quòd reſeruata ſub dicta conditione non poteſt exigi ante iuſtificationem conditionis, etiam ſtante conſenſu titularis cum obligatione Camerali, quia intelligitur ſub eadem conditione, & licèt fuerit conceſſa motu proprio, qui non tollit neceſſitatem probandi, ſi gratia eſt conditionalis, quando dicta clauſula, *dummodo*, reddat penſionem conditionalem, vel non, & alia plura ad rem. 4

Quòd dicta clauſula reddat gratiam conditionalem, & ſit verſificanda per agentem ad penſionem, Barboſ. *d. concl. 49.* vbi etiam quando intelligatur deductis oneribus, Rot. *part. 10. recent. deciſ. 3. num. 5. & ſeqq.* vbi quòd non poteſt exigi penſio, niſi prius iuſtificetur non exceſſus, etiam ſi beneficiatus conſenſerit, quando penſionarius non eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, & rurſus Rot. in eadem cauſa reuiſa, & confirmata, *part. 11. recent. deciſ. 288. per tot.* Præſumitur tamen iuſtificatio ſtante exactione 30. annorum, Ludouiſ. & Beltram. *deciſ. 431. num. 10.* facit latè Rot. *part. 17. recent. deciſ. 41. 120. & 245. per tot.*

Penſio reſeruata, vel conceſſa cum ſolita clauſula, *dummodo remaneant centum pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo*, vt poſſit exigi debent huiuſmodi conditiones per penſionarium actorem verificari per concludentes probationes, & quamuis ſufficiat de tempore gratiæ, & reſeruationis illas verificari, tamen eſt etiam neceſſe quòd duret continuò illarum iuſtificatio, ad hoc vt penſio ſuſtineatur, ità vt ſi poſt reſeruationem penſionis adeò fructus diminuantur, quòd Rector non aliquibus annis tantum, ſed ordinariè ſoluta penſione non poſſit ſe, & onera Eccleſiæ ſuſtinere ſit locus reductioni, & modificationi ipſius penſionis; & onera Eccleſiæ neceſſaria, & ordinaria ſunt detrahenda; non tamen vitiatur penſio in totum, ſed ſolum in exceſſu, & ſi penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi eſt manutenendus abſque alia iuſtificatione dictarum conditionum, quarum diſcuſſio remittitur ad iudicium petitorium, Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 245. & deciſ. 275.* vbi plenè pro nullitate in petitorio, & Rot. *part. 18. recent. deciſ. 680. & 798. per tot.* Qui introitus non ſint computandi, nempè habitationis, horti, & huiuſmodi, ac incerti, & quæ onera ſint detrahenda, vt centum omninò libera pro Rectoris ſubſtentatione remaneant, Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 47. & 48. per tot.* vbi etiam quòd ſi dictæ clauſulæ non fuerint appoſitæ per Papam, eſt ſignum euidens, quòd ſciens, & volens grauauerit, licèt fructus eſſent tenues, & derogauerit Concilio Trident. *ſeſſ. 13. de reform.* Caualer. *deciſ. 404. & 462.* vbi quod onera ſint deducenda, & qualia, latè Rot. *part. 11. recent. deciſ. 187. num. 9. & ſeqq. per tot.* vbi pro nullitate penſionis totum, ſi dicta conditio non iuſtificetur per penſionarium, & ſi eius veritas non duret attento valore per decennium, & non obſtante conſenſu Titularis in reſeruatione, quia intelligitur ſub eadem conditione, nec præiudicat ſucceſſori, *part. 2. deciſ. 178. num. 10. & ſeqq. & part. 18. deciſ. 130. per tot. 680. & 798. per tot. & part. 19. deciſ. 375.* vbi quando annulletur in totum, vel reducatur, non verificata dicta conditione per penſionarium, *& deciſ. 379.* vbi quòd reſeruata cum expreſſione certi valoris, eo non iuſtificato remanet nulla in totum. Adde Ridolph. cum pluribus alijs ab eo citatis *in prax. part. 2. cap. 9. num. 118. & ſeqq.* Merlin. *deciſ. 116. deciſ. 343. deciſ. 587. & deciſ. 725.* vbi pro manutentione, *ex deciſ. 808.* vbi quòd remaneant centum pro Rectore, probatur ex confeſſione, vel conſenſu præſtito ipſius Rectoris, & quæ onera ſint deducenda, vel non. Qualiter probetur ex aſſertione, & confeſſione beneficiati in impetratione emiſſa de valore beneficij, & an præiudicet ſucceſſoribus, Franciſc. de Angelis *tract. de Confeſſ. lib. 2. quaſt. 51. per tot.* Rot. *part. 19. recent. deciſ. 372. per tot.* vbi quòd Beneficiatus, 5

ficiatus, vel Titularis, qui non ſolum reſeruationi penſionis ſimpliciter conſenſit, quo caſu procedunt deciſiones ſupracitatæ, ſed inſuper in impetratione beneficij poſuit, & affirmauit valorem illius, ac de eo ſe plenè informatum aſſeruit, ſe poſtea velit dicere penſionem nullam, vel reducibilem ex hac cauſa, tenetur ipſe, & non penſionarius probare valorem eiuſdem beneficij, ac ita concordari deciſiones contrarias.

Multa circa probationem valoris beneficij pro ſuſtinenda penſione cum dicta conditione reſeruata, idem Merlin. *deciſ.* 867. *&* 880. Ricc. *Collect.* 745. Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 187. *per tot. & deciſ.* 343. vbi quæ expenſæ non ſit deducendæ, vide alios in §. *Valor*.

Quòd non poſſit retardari ſolutio penſionis ſi adſint litteræ reſeruationis, & conſenſus Titularis, nec indiget aliqua iuſtificatione ſtante dicto conſenſu Titularis, etſi gratia reſeruationis ſit conditionata, Rot. *in Cremonen. penſionum Vener.* 21. *Februarij coram Pironano*, apud Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 38. *num.* 1. *&c.* Ridolphin. *loc. cit.* Merlin. *dict. deciſ.* 116. *per tot. & deciſ.* 343.

Qualiter penſio non poſſit ſuper beneficio imponi, vel aſſignari, niſi de conſenſu illius, qui poſſidet beneficium, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 72. *vol.* 1.

Quòd penſio reſeruata, non facta mentione alterius penſionis ſit nulla, & quid ſi fuerit facta mentio antiquæ penſionis, ſed in minori ſumma, & alia, Merlin. *deciſ.* 722. *&* 770. vbi quòd facta mentione, ſed in minori quantitate, ſit reductio ſecundæ penſionis pro rata, *& deciſ.* 804. Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 263. *num.* 8. *part.* 10. *deciſ.* 107. *num.* 15. *& ſeqq. & part.* 16. *deciſ.* 152. *per tot.* Si tamen extaret publica vox, & fama extinctionis primæ penſionis, licèt poſtea erronea detecta, vel ſtylus reſeruandi penſiones ſine expreſſione antecedentium, poſſit ſuſtineri forſan noua penſio abſque mentione primæ, ad tradita per Rot. *d. part.* 16. *deciſ.* 164. *& part.* 17. *deciſ.* 279. vbi plura pro nullitate ſecundæ penſionis, non facta mentione primæ, non obſtantibus pluribus pro eius ſuſtentatione adductis, *& part.* 18. *deciſ.* 123. vbi quòd ſtante nullitate primæ penſionis de illa non eſt facienda mentio in impetratione ſecundæ.

Quòd penſionarius non teneatur iuſtificare dictam conditionem, quando non ipſi reſeruationi penſionis, ſed poſtea fuit adiecta, quia tunc reddit penſionem conditionalem, Caualer. *deciſ.* 184. *num.* 4. *&c.*

Nec etiam quando penſio fuit per tranſactionem ex cauſa litis reducta ad minorem ſummam, vt dixi in §. *Tranſactio num.* 18. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 507.

Quòd penſionarius debeat iuſtificare dictam conditionem, etiam contra eum, qui reſeruationi conſenſit, cùm præſumatur ſub illa conditione conſenſiſſe, etiam ſi fuerit plenè informatus de valore beneficij, prout contingit in Epiſcopatibus, quorum valor notus eſt Pontifici, & ideò tunc penſionarius non teneatur verificare dictam conditionem, cùm præſumatur Papam voluiſſe grauare, & derogare Concilio, vide Caualer. *deciſ.* 181. *per tot. deciſ.* 183. *per tot. & deciſ.* 227. & alibi ſæpè penes eumdem Caualer. *in eadem cauſa*, recedendo à deciſis pluries atque iterùm confirmando, nempè *deciſ.* 251. 365. 404. 462. *&* 468. & alia cauſa *deciſ.* 262. *&* 383. *per tot.* latè etiam Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 57. vbi benè plures caſus diſtinguuntur, *& deciſ.* 245. Bich. *deciſ.* 222. vbi quando gratia eſt conditionalis debet iuſtificari etiam in Epiſcopatibus, & quare.

Quòd teneatur probare narrata in gratia, etiam ſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, quando cauſa agitatur in petitorio, & maximè contra ſucceſſionem, cui non obſtat conſenſus ab anteceſſore præſtitus, Merlin. *deciſ.* 343. *per tot.* latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 306. *per tot.* vbi concordat plures alias deciſiones quæ in contrarium allegari ſolent, *& part.* 11. *deciſ.* 11. *per tot.* vbi plura qualiter annulletur penſio propter falſam narratiuam, & alia, *& part.* 11. *deciſ.* 187. *num.* 9. *& ſeqq. per tot. & part.* 12. *deciſ.* 178. *num.* 10. *& ſeqq.* benè Bich. *deciſ.* 255. vbi plenè pro nullitate penſionis in totum, non iuſtificata ſupradicta conditione in petitorio, qui introitus non ſint computandi, & quæ onera detrahenda.

Quòd penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, non poſſit retardari ſolutio, pendente iudicio nullitatis, etiam commiſſa cauſa arbitrio Rotæ, latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 21. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 41. vbi plura de probatione valoris beneficij, quæ non attenditur in poſſeſſorio, vt ſit plenè, & concludenter facienda in petitorio, *& deciſ.* 120. in eadem cauſa, *& deciſ.* 245. vbi fuerunt confirmatæ primæ deciſiones.

De congrua Epiſcopo debita ſuper fructibus ſuæ Eccleſiæ, non obſtante præiudicio penſionariorum, etiam ſi Epiſcopus habeat aliundè, dummodò penſionibus non conſenſerit, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 351. *per tot. & deciſ.* 389. *in eadem cauſa*.

Penſio poteſt retardari nedum à ſucceſſore in beneficio, 6
ſed etiam ab ipſo, qui reſeruationi conſenſit, ſi penſionarius non probet implementum conditionis appoſitæ in reſeruatione, quòd ſcilicet remaneant centum pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo, niſi eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi, in qua deberet manuteneri, etiam contra ſucceſſorem, Burat. *deciſ.* 156. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 57. cum Beltram. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 426. *num.* .... *& per tot.* latè Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 47. 48. *&* 49. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 1. *part. 9. recent. tom.* 1. *num.* 95. *& ſeqq.* Rot. *part.* 16. *deciſ.* 120.

Plures alios caſus, in quibus per titularem non eſt ſoluenda penſio, vide per Ricc. *Collect.* 1234.

Quando penſionarius teneatur iuſtificare gratiam quod remaneant centum libera pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo, iuxta Concil. Trident. *de reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *c. extirpanda, & c. cum ſecundum Apoſtolum de præbend.* Ludouiſ. *deciſ.* 243. *num.* 11. *&c. deciſ.* 57. *num.* 2. *& per tot.* cum Beltramin. Caualer. *deciſ.* 11. *per tot. & deciſ.* 227. ac alibi ſæpè vt ſupra, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 365. *num.* 40. *&c. cap.* 454. *in fine*, Rot. *diuerſ. part.* 2. *deciſ.* 221. *num.* 4. vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 342. *per tot.* vbi plura de congrua Epiſcopo debita, vt etiam taxari poſſit a Papa in minori ſumma, prout in illo caſu taxata fuit tantum in ſcutis 700. & qualiter penſio reſeruata motu proprio Papæ, & cum conſenſu, & obligatione Epiſcopi, ſit per ipſum ſoluenda, etiam habito reſpectu ad eius bona propria, quæ onera ſint deducenda, & alia ad hoc propoſitum.

Interim tamen, dum diſputatur de valore beneficij, debet penſionarius manuteneri in exactione penſionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 948. *num.* 3. *&c.* cum alijs ſupracitatis, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 245. *&* 275. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 21. *& part.* 18. *deciſ.* 374. vbi quando denegetur congrua Rectori, non probata diminutione fructuum beneficij allegata.

Et commiſſo nullitatis penſionis, vel appellationis ſemper ſit non retardata ſolutione penſionis, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 266. Gigas *de penſ. quæſt.* 85. vbi nouem modis limitat, latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 177. *& ſeqq. per tot.* vbi 20. modis limitat, & declarat, quando in cauſa penſionis ſit licita appellatio, vel non ad vtrumque effectum.

Quòd penſionarius debeat iuſtificare omnia contenta in ſupplicatione, & conceſſione, cùm ſemper ſubintelligatur conditio, *ſi preces veritate nitantur*, niſi adeſſet conſenſus expreſſus Rectoris, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 535. *num.* 5. 20. *&c.* Ricc. *Collect.* 1604. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 108. *& ſeqq. ad* 118. vbi adducit octo limitationes, in quibus non eſt opus iuſtificare gratiam, & Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 6. *per tot.* vbi plura de valore beneficij probando à penſionario, vide in §. *Valor*.

Quòd quando litteræ fuerunt conceſſæ motu proprio, non egeant iuſtificatione, nec quando fuerunt diu obſeruatæ, Duran. *deciſ.* 448. *num.* 2. *&c.* vbi etiam *num.* 44. quòd penſionis materia eſt adeò executiua, & fauorabilis, vt de ſtylo non retardetur ſolutio, quantumcumque grauatus fructus non perceperit, licèt deindè indebitè ſoluta poſsit repeti: Quæ exceptiones admittantur, vel non in hac materia, Ridolphin. *dict. cap.* 9. *num.* 130. *& ſeqq.*

Qualiter ſuper fructibus reſeruata non debeatur, vel ſit reducenda, ſi fructus non recolligantur, vel ſint adeò diminuti, vt Rector deducta penſione non poſsit viuere ex beneficio, Tuſch. *lit. P. concluſ.* 271. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 120. vbi qualiter conſenſus præſtitus à Rectore releuet, vel non penſionarium ab onere probandi conditionem reſeruationi appoſitam, maximè pro tempore futuro.

Pen-

Digitized by Google

7 Penſio ioter perſooas ſuſpectas, veluti inter conſanguineos, & affines, ſolet reſeruari, & concedi cum clauſula, *quod ſi realiter, & cum effectu ſoluta non fuerit ſit ipſo iure nulla*, qoo caſu debet apparere de vera numeratione, ità vt non ſufficiat confeſſio de recepto in præiudicium ſucceſſoris, Seraphin. *deciſ.* 292. *num.* 2. *&* 436. *num.* 6. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 244. *num.* 2. Burat. *deciſ.* 156. *per tot.* Caualer. *deciſ.* 569. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 426. *num.* 18. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 367. *num.* . . . Merlin. *deciſ.* 123. *per tot.* vbi latè pro nullitate ob non probatum valorem beneficij narratum, & quòd penſio fuerit verè, & realiter ſoluta à prædeceſſore, qui reſeruationi conſenſit, quæ duo requiſita in dictis terminis ſunt concludenter à penſionario probanda in petitorio, nec ſufficiunt confeſſiones de recepto in damnum ſucceſſori, idem Merlin. *deciſ.* 211. *per tot.* vbi limitat niſi huiuſmodi confeſſiones eſſent adminiculatæ; quia tunc ſufficerent; de prædictis, latè Marant. *coner. part.* 4. *reſponſ.* 55. *per tot.* vbi etiam an vacet ceſſante cauſa, ob quam fuit reſeruata.

Idem dicta nullitas non obſtat, quando conſentiens non poſſedit beneficium grauatum, Merlin. *deciſ.* 478. *num.* 4.

Quænam ſint iuſtificanda, vt ſuſtineatur penſio, vt ſupra reſeruata, & ex quibus dicantur iuſtificata, nempè valor beneficij, & vera ſolutio penſionis, Bich. *deciſ.* 556. *per tot.*

Quid aotem ſi ante primum terminum maturatum, decedat beneficiatus; an tunc annulletur penſio reſeruata cum dicta clauſula, Franc. *var. reſol. cap.* 23. *per tot.* vbi pro validitate, *& cap.* 24. vbi quid ſi ſolutio ſit facta à moribundo, & concludit non conſtituere in quaſi poſſeſſione exigendi in præiudicium ſucceſſoris.

8 Penſionarius vt dicatur in quaſi poſſeſſione exigendi contra ſucceſſorem in beneficio, tenetor docere de vera, & reali ſolutione ſibi facta ab anteceſſore, ità vt non ſufficiant qoietationes, & confeſſiones de recepto; ſufficerent tamen ſi notarius dicat, & atteſtetur in inſtrumento quòd coram ſe, & teſtibus facta ſit ſolutio, licèt non vtatur verbo *numerauit*, Annot. ad Burat. *deciſ.* 156. *num.* 4. Multa pro manutentione, Ludouiſ. *dec.* 257. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 113. *per tot. cap.* 365. vbi plura pro excluſione manutentionis, *& cap.* 310. *num.* 19. *&c.* latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 344. *per tot.* vbi contra penſionariom, & etiam interuenerit pecunia pro monſtra, ſi verè, & realiter non fuit ſoluta, & reſpondet pluribus obiectis oumerationem indicantibus, Bich. *deciſ.* 19. 34. 40. *&* 214.

Quòd confeſſiones de recepto noo probent in præiudicium tertij, in his terminis Caualer. *deciſ.* 429. *num.* 4. vide in §. *Quaſi poſſeſſio num.* 22. Rot. *d. deciſ.* 344. *per tot. d. part.* 9. *& part.* 12. *in Append. deciſ.* 431. *num.* 2. vbi quòd concurrente veriſimilitudine, & adminiculis, coofeſſio de recepto probat ſufficienter veram numerationem, ad Merlin. *deciſ.* 275. *num.* 4.

An autem ſufficiat ſolutio partis, vt dicatur in poſſeſſione exigendi totam, dic quod ſic, niſi aliter conſtet de animo ſoluentis, qui voluerit agnoſcere totum debitum, ſed tantùm pro parte, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 426. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 81. *fol.* 170. Caualer. *deciſ.* 379. *num.* 4. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 45. *num.* 5. *&c. deciſ.* 215. *num* 3. *&c.* vbi quòd ex ſolutione partis acquiritur quaſi poſſeſſio totius propter titulum vniuerſalem, & alia plura, ex quibus acquiritur huiuſmodi poſſeſſio.

Debet tamen conſtare de reſeruatione ad effectum manutentionis, nec ſufficit quaſi poſſeſſio exigendi cùm competat iure ſpeciali, Gratian. *cap.* 508. *num.* 36. *&c.* vide Rot. *d. deciſ.* 45. *&* 215.

Quòd exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi ſit manutenendos, ſecus autem ſi per plures annos non exegerit, cùm tunc præſumatur penſio extincta, vel ſaltem ex negligentia retardetur ſolutio, Caualer. *deciſ.* 249. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 725. vbi plura pro manutentione, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 45. vbi plura pro manutentione, non obſtante quod per plures annos non fuerit exacta, vide in §. *Quaſi poſſeſſio num.* 5. vbi qualiter anuttatur.

Quòd penſionarius habeat etiam remedium Saluiani contra fructus, & bona beneficij grauati, & multa de manotentione, etiam aduerſus ſucceſſorem, qui numquam ſoluit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 921. *num.* 6. *&c. cap.* 981. *num.* 30. *&c.* Tuſch. *lit. P. concl.* 263. *&* 264. vbi an, & quando penſio dicatur realis, & penſionarios habeat hypothecam ſuper fructibus, Ludouiſ. *deciſ.* 275. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi à prædeceſſore debet manuteneri, etiam contra ſucceſſorem, qui numquam ſoluit, qoia ius metimur à poſſeſſore, quòd non mutatur, nec variatur ex mutatione perſonarum, Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 68. *per tot.* vbi plura de manutentione penſionarij, de hypotheca, & alijs remedijs illi competentibus.

Habet etiam remedium, *c. reintegranda*, docto tamen de titulo, Magon. *deciſ. Luc.* 4. *per tot* Tuſch. *lit. P. concl.* 265. vide Ridolphio. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 134. *& ſeqq.*

An autem ſolutio penſionis facta à moribundo, conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem in præiudicium ſucceſſoris, Poſt. *de manutent. obſeru.* 35. *num.* 8. & Rot. *poſt d. tract. deciſ.* 318. *num.* 10. latè Franciſc. *var. reſol. cap.* 24. *per tot.* vbi quòd non.

Penſionatius habens regreſſum ad beneficium reſigna- 9
tum propter noo ſolutam penſionem, videtur continuare ius ſuum, & adueniente caſu regreſſus, poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem, & eſt manutenendos, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 921. *per tot.* vbi etiam an ſit licita purgatio moræ in hac materia; teſtatur tamen in fine fuiſſe per Rotam contrariom deciſum, & manotentionem conceſſam aduerſario reſignatario, vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 310. vbi qualiter debeatur penſio quoties apparet de valida reſignatione, & reſeruatione eiuſdem, an vitietur ex falſo valore beneficij expreſſo, an reſignatarius poſſit dicere de nullitate penſionis, retento beneficio, ſiue teneatur illam ſoluere, vel beneficium dimittere, an tranſlatarius penſionis poſſit iuuari exceptione reſeruationis regreſſus, & alia dixi in §. *Reſignatio num.* 9. & Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 419. *per tot.*

Quòd penſiones decurſæ non debeantur penſionario, ſi vigore regreſſus ſibi reſeruati in reſignatione beneficij ob noo ſolutionem penſionis, obtinuerit reſignatarium priuari beneficio, Gratian. *cap.* 617. *num.* 34. *&c.* vbi quòd talis regreſſus dicitur præiudicialis, & ante omnia per ſententiam canonizandus, facit quod dixi in §. *Dominus num.* .. *&* §. *Reſignatio num.* 9.

Et an præcedere debeat declaratoria quòd tempus ſolutionis ſit lapſum, & ideò ſit factus locus regreſſui, idem Gratian. *cap.* 921. *num.* 9. *&c.* Bich. *deciſ.* 53. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd non quando in litteris Apoſtolicis fuit ſpecialiter diſpoſitom, quòd non ſoluta penſione io termino præfixo, poſſit reſignans ad ſuam poſſeſſionem redire.

Quando huiuſmodi penſio poſſit dici ſimoniacè reſeruata, & non ſolui, vide in §. *Simonia num.* 10.

Penſio eſt ſoluenda pro rata fructuum, & non tempo- 10
ris ab eo, qui fructus percepit; ad faciendam autem huiuſmodi diſtributionem debet attendi, an fuerit reſeruata anticipatè, vel poſt anticipatè, & qualiter hoc cognoſcatur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 548. *num.* 43. *&c.* Caualer. *deciſ.* 129. *per tot.* vbi quòd Rota ſolet ſe regulare iuxta terminos *l. defuncta ff. de vſufr.* Card. Tuſch. *in Verb. Penſio concluſ.* 267. *&* 272. vide in §. *Succeſſio num.* 16. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 99. *& ſeqq.* Coccin. *deciſ.* 327. Buratt. *deciſ.* 670. Rot. *in Peruſina penſionis* 13. *Ianuarij* 1614. *coram Sacrato*, Pacific. de Salutan. *inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 191. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 343. *& part.* 15. *deciſ.* 356. *per tot.* facit latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36. *num.* 49. *& ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 646. *per tot.* vbi quòd tenetur ſucceſſor ſoluere, licèt dies ceſſerit ante captam poſſeſſionem, ſi fructus percipiat totius anni, quia cùm penſio debeatur ratione fructuum, ille tenetur ſoluere, qui eoſdem percepit.

Penſio ſoluenda penſionario, paſſinè diuiditur inter 11
anteceſſorem, & ſucceſſorem in beneficio pro rata fructuum ab vnoquoque ex illis perceptorum, non habita ratione temporis, quo erat ſoluenda, nec an fuerit maturata ſolutio, Mohæd. *deciſ.* 6. *de locat.* Duran. *deciſ.* 448. *num.* 32. vide Coccin. *deciſ.* 327. vbi quando etiam teneatur Camera pro rata fructuom perceptorum, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 343. *per tot. & part.* 15. *deciſ.* 356. *per tot. part.* 16. *deciſ.* 221. Pacioo. *loc. cit.*

Quod ſit in electione penſionatij agere pro penſione præterita contra prædeceſſorem, vel eius hæredes, ſiue contra ſucceſſorem in beneficio, qui tamen ſi ſoluerit, poteſt repetere ab hæredibus prædeceſſoris, Gigas *de penſ. quæſt.* 39. Franc. *deciſ.* 107. *num.* 15. *&* 16. Coccin. *d. deciſ.* 327. Ridolphin. *d. cap.* 9. *num.* 102. *&c.* vbi quòd ſi ſucceſſor ſoluerit non poteſt retinere terminos ſequentes, Merlin. *deciſ.* 580. vbi quòd imò ſucceſſor non tenetur, niſi prius facta diligenti excuſſione contra bona, & hæredes anteceſſoris, Rot. *part.* 16 *recent. deciſ.* 231. vbi plura ad excuſationem ſucceſſoris, & dixi in §. *Succeſſio num.* 16.

Quòd contra hæredes beneficiati non poſſit procedi via executiua, ſed agendum ſit via ordinaria, Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. Ridolphin. *loc. cit. num.* 175.

12 Penſiones maturatæ in vita penſionarij, licèt ab eo non fuerint exactæ, tranſmittuntur ad illius hæredes, Gigas *de penſ. quæſt.* 52. quem refert, & ſequitur Theſ. *deciſ.* 143. *in fine cum Addit.* Duran. *deciſ.* 448. *num.* 12. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 267. *per tot.* Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *& in c. cùm officij num.* 4. *de teſtam.* facit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 233. *num.* 2. *& per tot.* vbi de diſtributionibus quotidianis certo tempore diuidendis, vt debeantur hæredibus Canonicorum defunctorum ante diem diuiſionis, ad inſtar penſionum, & eadem *part.* 13. *deciſ.* 329. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quinimmò mortuo penſionario etiam ante diem ſolutioni penſionis præfixum, & ſic nondum maturata penſione, debetur nihilominus penſio illius hæredibus, non pro rata temporis, quo vixit, ſed pro rata fructuum perceptorum per Titularem ipſo penſionario viuente, ita vt ſi omnes fructus illius anni fuerint percepti integrè debeatur, ſicuti articulo plenè diſcuſſo, & hincindè relatis opinionibus firmat Duran. *d. deciſ.* 448. *num.* 26. *& ſeqq. per tot.* iuxta terminos *l. defuncta ff. de vſufructu, infr. num.* 14. *&* 24. vide Couar. & Tuſch. *loc. ſup. cit.* qui idem videntur concludere, ſequitur Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 169. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 295. *vol.* 1. adde Cabal. *conſ.* 160. *per tot. lib.* 1. vbi refert quatuor diuerſas opiniones, & tenet veriorem, ac ſubſtentabiliorem de iure eſſe illam, quæ in totum excludit hæredes penſionarij defuncti ante aduentum diei ſolutioni præfixi.

Quòd penſiones, & affictus regulentur ſecundùm naturam fructuum, Tuſch. *lit. P. concl.* 272. vide in §. *Fructus num.* 38. *&* §. *Succeſſor num.* 16. *&c.* latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36. *num.* 49. *& ſeqq. per tot.*

13 Penſio cùm ſit onus reale, & fructus ſequatur, non debetur à Titulari pro tempore, quo non ipſe, ſed alius intruſus etiam nullum habens titulum fructus percepit ſine culpa Titularis, & in omnem caſum liberaretur cedendo actionem pro huiuſmodi tempore contra intruſum; intelligendo quando Titularis numquam habuit poſſeſſionem beneficij, nec aliquos fructus percepit, vel quando eſſemus in ſucceſſore, qui non ſit obligatus in forma Cameræ, nam vbi adeſt obligatio Cameralis, vel Titularis, percepit poſtea multos fructus ſufficientes, poteſt præcisè compelli ad ſoluendum, etiam terminos decurſos tempore, quo intruſus percepit fructus, ità vt ſit in electione penſionarij agere contra quem voluerit, nec admittatur dicta ceſſio ſtante obligatione Camerali, Duran. *deciſ.* 369. *per tot.* vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 467. *& part.* 16. *deciſ.* 231. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi dicta deciſio Durandi impertinens cum ſua obligatione Camerali appellatur, & ſucceſſor non tenetur, niſi quatenus poſſideat, & alia concurrant, de quibus ibidem, & dixi in §. *Succeſſor num.* 16. Quod verbum, impertinens, debet intelligi iuxtà eius proprietatem, ideſt non faciens ad caſum, de quo ibi agebatur.

Quòd ſit onus reale, & ſequatur quemcumque fructuum perceptorem, ac detentorem, & ab illis ſit ſoluenda, vt videmus in Oeconomo, Camera, Capitulo, & alijs, qui percipiendo fructus tenentur ſoluere penſionem, latè pluribus alijs citans probat Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 94. *& ſeqq.* Coccin. *deciſ.* 327. Burat. *deciſ.* 361. *&* 699. Gigas *de penſ. quæſt.* 65. Rot. *part.* 11. *deciſ.* 209.

Quòd pro penſione competat actio realis, & etiam perſonalis, licèt contra ſucceſſorem, & quare, Merlin. *deciſ.* 478. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 231. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd contra ſucceſſorem datur actio realis, vel in rem ſcripta quatenus poſſideat beneficium grauatum, & non aliter, vt benè declarat.

14 Penſio cuius dies non venerat, ſed venit poſt tranſlationem ipſius penſionis in alium factam, non ſpectat ad transferentem, etiam ſi debitor ante tranſlationem fructus percepiſſet, ſed ad tranſlatarium, in quem videtur vnà cum penſione tranſlatum omne ius non exactum, cùm verſemur in actu voluntario, & meræ liberalitatis, ſecus autem in actu neceſſario, Put. *deciſ.* 14. *lib.* 3. Duran. *deciſ.* 448. *num.* 45. *&c.* Rot. *part.* 3. *Diuerſ. deciſ.* 118. Caualer. *deciſ.* 104. *num.* 4. vide in §. *Fructus num.* 38. *ſupra num.* 12.

15 Penſio eſt ſoluenda in loco vbi fructus beneficij percipiuntur, niſi aliter ſit expreſſum de loco ſolutionis, & in qua moneta debeatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 94. *num.* 60. *&c.*

16 Penſio an ſit ſoluenda, ſi non fuit capta poſſeſſio beneficij, vel probatæ diligentię de capiendo, & plura de penſione tranſlata, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 454. *per tot.* Burat *deciſ.* 9015. *num.* 6. Rot. *part.* 4. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 196. *num.* 2. *& part.* 13. *deciſ.* 467. vbi etiam quid ſtante clauſula in promiſſione appoſita, *ancorche non foſſe dato il poſſeſſo*, maximè contra fideiuſſorem.

Qualiter penſio in alium tranſlata poſſit per tranſlatarium exigi, Ridolphin. *in prax. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 159. *& ſeqq.*

Quòd commoditas, & fructus penſionis poſſint cedi etiam potentiori, Ludouiſ. *deciſ.* 440. *num.* 7.

17 Penſio reſeruata Conclauiſtis, & alijs habentibus priuilegium transferendi, qualiter poſſit transferri, & quid ſeruandum, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *&* 877. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 369. vbi quid ſi transferens ſit vxoratus, *& part.* 17. *deciſ.* 83. vbi etiam an poſſit transferri in iuniorem ipſo transferrente.

Si tamen penſionarius habens facultatem transferrendi vigore indulti Conclauiſtarum, iam penſionem, ſiue commoditatem illam percipiendi alteri irreuocabiliter ceſſerit, (prout facere poteſt) non poteſt amplius vti dicta facultate, & penſionem in alium transferre vigore dicti indulti, & quare, latè Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 397. *per tot.* quæ fuit confirmata reſpondendo obiectis *part.* 15. *recent. deciſ.* 8. *per tot.*

Quòd penſionarius non poſſit transferre penſionem niſi cum Indulto Apoſtolico, & eo etiam conceſſo non ſuffragari ſi aliàs fuerit tranſlata, & de hoc non ſit facta mentio, ne inducatur nouum grauamen, & prorogetur ſeruitus beneficij, quid ſtante conſenſus Titularis, & alia, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 242. *per tot. & deciſ.* 299. vbi fuit confirmata prima deciſio, etiam ſi proceſſum fuerit per caſſationem antiquæ penſionis, & reſeruationem nouæ. Et quòd non poſſit penſio transferri in perſonam vnius ad commodum, & beneficium alterius, etiam vigore ampliſſimi indulti, niſi in ſpecie hanc facultatem contineat, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 351. *per tot.*

An, & quando poſſit transferri in filium illegitimum, & quando obſtet Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. idem Gratian. *cap.* 397. *per tot.* vide in §. *Filius num.* 12.

Quòd cum licentia Papæ poſſit transferri, etiam abſque vllo conſenſu, vel intimatione beneficiati grauati, ità vt nec ſit neceſſe exprimere litis pendentiam, idem Grattan. *cap.* 535. *num.* 24. *& per tot.* late Merlin. *deciſ.* 243. vbi quòd dicta tranſlatio etiam in articulo mortis facta, non eſt nouum grauamen, ſed mutatio perſonæ, cuius mors ſit attendenda, & non transferrentis, quod non reputatur præiudicium conſiderabile, ſed euentuale.

Conceſſa tamen facultate à Papa transferrendi penſiones, nõ intelligitur conceſſa facultas transferrendi fructus reſeruatos loco penſionis, & facta tranſlatio non ſuſtinetur, quia talis reſeruatio fructuum non eſt propriè penſio, Rot. *in Romana penſionis* 28. *Ian.* 1641. coram Veroſpio *part.* 9. *recent. vol.* 1. *deciſ.* 1. *per tot. & part.* 15. *deciſ.* 61. vbi quòd neque transferri poteſt penſio reſeruata ſuper diſtributionibus quotidianis, vigore indulti generalis Conclauiſtarum, & iterùm *d. p.* 15. *deciſ.* 88. *per tot. & p.* 13. *deciſ.* 165. vbi latè an, & quando indultum transferrendi comprehendat, vel non penſiones reſeruatas ſuper diſtributionibus quotidianis, & pro non comprehenſione reſoluitur.

Quan-

Digitized by Google

Quando autem poſſit ſuſtineri translatio penſionis impoſitæ ſimul ſuper fructibus, & diſtributionibus quotidianis, & alia ad rem, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 325. *per tot.*

Quòd non poſſint transferri penſiones, quæ ſunt vltra medietatem fructuum beneficij, etiam ſi non in totum, ſed pro parte tantùm transferantur, & probato dicto exceſſu de tempore translationis, annulletur translatio vigore Bullæ Vrbani VIII. la 20. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 129. *per tot. & deciſ.* 343. *per tot. eadem part.* 9. vbi etiam quòd talis exceſſus debet probari per Titularem, quomodo probetur, & quæ expenſæ non deducantur, *& deciſ.* 480. *per tot. d. part.* 9. *& part.* 10. *deciſ.* 32. *per tot. part.* 12. *deciſ.* 201. *& deciſ.* 282.

Quòd facultates transferendi penſiones in alios ſint ſublatæ à Pio V. Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 11. *quæſt.* 2. & non concedantur niſi Cardinalibus, & magnis ex meritis, ac translatio ſit facienda in ſeniorem, non autem in iuniorem, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 63. *per tot. vol.* 1.

Et facultas conceſſa à Papa non comprehendit penſionem ſub expreſſo decreto, & pacto in illius conſtitutione transferri prohibitom, quia talis facultas eſt ſubreptitia, ſi dictum decretum, & pactum non fuit Papæ narratum, etiam ſi contineret clauſulas ampliſſimas, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 247. *per tot.*

An autem penſio translata vigore facultatis tranferendi, dicatur noua penſio, vel antiqua, & an conditionalis per clauſulam, dummodò remaneant centum pro Rectore, in prima penſionis reſeruatione appoſitam, & quis debeat huiuſmodi conditionem probare, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 327. *per tot.*

Quòd ſtante legitima translatione ſit concedenda immiſſo in quaſi poſſeſſionem translatario ad effectum exigendi prout exigebat transferens, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 294. *per tot.*

18 Penſio non poteſt per nutus in alium transferri, etiam ſtante facultate transferendi, niſi eſſent omninò certi, & indubitati, & facti ab eo, qui etiam loqui poſſit, ſicuti ſtante illorum dubietate fuit iteratò reſolutum pro nullitate translationis, per Rot. *in Peruſina Penſionis* 28. *Maij* 1649. *&* 9. *Decembris* 1650. coram Peutingero apud Paul. Zaccb. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 92. *&* 95. *per tot.* facit quod dixi in §. *Legatum num.*.... Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 307. *per tot.* vbi quòd translatio penſionis nutu facta ab eo, qui loqui non poterat, eſt nulla, quidquid ſit ſi loqui poſſit, & conſtet de eius voluntate, quo caſu nec habet locum regula de infirmis reſignantibus requirens ſuperuiuentiam 20. dierum, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 211. *per tot.* vbi de nullitate translationis penſionis factæ ad interrogationem alterius, etiam ſubſequuta reſponſione moribundi, *Signor sì*, quidquid ſit in teſtamento.

Non etiam eſt valida translatio, ceſſante diſcurſu, & vſu rationis ob apoplexiam ſuperuenientem, Paul. Zaccb. *d. tract. tom.* 2. *conſ.* 31. *per tot.* facit latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 211. *per tot.*

Et idem eſt ob letargum, vel ſimilia ſenſus occupantia, Paul. Zaccb. *loc. cit. conſ.* 29. *per tot.*

Quòd etiam reſeruatio penſionis facta ab infirmo, & morti proximo non ſit valida, & litteræ Apoſtolicæ expeditæ non facta de hoc mentione ſint ſubreptitiæ, Rot. *in Firmana penſionis* 11. *Februarij* 1636. coram Merlino *inter impreſſas eiusdem deciſ.* 701.

19 Penſio vacat per promotionem penſionarij ad Epiſcopatum, niſi ſit cum facultate retinendi etiam in huiuſmodi caſu, quo adueniente translatio facta de illa eſſet nulla, niſi in facultate transferendi adſit talis qualitas, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *num.* 32. *&c.* Caualer. *deciſ.* 148. *num.* 6. *& ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 41. *per tot.* vbi benè declarat, & an, & quando per auſpicationem ad Papatum.

Qualiter autem extinguatur penſio per profeſſionem emiſſam in Religione approbata, veluti Hieroſolymitana; niſi præcedat gratia, vel diſpenſatio Apoſtolica illam retinendi, & an ſufficiat ad hunc effectum obtinuiſſe gratiæ ſignaturam ante profeſſionem, vel etiam ſit neceſſe illius expeditionem feciſſe, plenè Rot. *part.* 12. *recent deciſ.* 121. *per tot.* vbi fuit tentum gratiam eſſe perfectam à die ſignaturæ, vide *in* §. *Gratia num.* 10 §. *Reſcriptum num.* 10. Bicb. *deciſ.* 657. *&* 658. *per tot. in eadem cauſa*, vbi etiam qualiter ſit danda manutentio penſionario in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.

Penſio, ſicut beneficium ſtatim vacat per contractum 20
matrimonij, etiam non ſequuta copula, ac etiam ſi matrimonium eſſet nullum alio defectu, quàm conſenſus contrahentis, Caualer. *deciſ.* 166. *per tot.* à qua tamen fuit receſſum, vt per eumdem Caualer. *deciſ.* 180. *per tot.* vbi quòd prædicta ſunt vera, ſed intelligi debent quando indubitanter conſtat de matrimonio, quod dici non poteſt lite pendente ſuper matrimonio, licèt pro eo eſſet lata ſententia, vide Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 18. Ricc. *Collect.* 4148. vbi plura notabilia de hac materia, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 165. *per tot.*

Quòd penſio extinguatur per dimiſſionem habitus clericalis, abſque iudicis declaratione, etiam ſi poſtea ſuſceperit habitum militiæ alicuius Religionis, quæ habeat priuilegium retinendi penſiones, niſi id fiat ante dimiſſum habitum clericalem, Merlin. *deciſ.* 382. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 279. vbi latè, & diſtinctè, an, quando, & quomodo per ſuſceptionem, & exercitium munerum, ſiue officiorum ſæcularium dicatur clericatui renunciatum, & amittatur penſio ipſo iure, vel ſit neceſſaria præcedens monitio, ſiue interdictio ſui ſuperioris, prout regulariter requiritur, cùm non inducatur priuatio niſi in cauſis à iure expreſſis, de qua re plura Caren. *reſol.* 11.

Quòd penſio poſſit retineri per Clericum etiam coniugatum cum indulto Apoſtolico, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 215. *num.* 5. *&c. & part.* 13. *deciſ.* 512. vbi etiam non obſtat bigamia, quando fuit dictum, & cum vidua, vel generaliter cum quacumque muliere, latè Ludouiſ. *deciſ.* 516. *& part.* 1. *recent. deciſ.* 352. *&* 367. *& part.* 17. *deciſ.* 165. *per tot.* vbi intelligit, niſi ſit reſeruata ſuper diſtributionibus quotidianis, ad quam indultum regulariter non extenditur, & quando poſſit etiam ad illam extendi, *& part.* 18. *deciſ.* 126. vbi quòd indultum transferendi conceſſum alicui tamquam Clerico, etiam per verba ampla, tamquam odioſum non ſuffragatur in caſu contracti matrimonij, *& deciſ.* 387. *in eadem cauſa*, vbi fuit præcedens deciſio confirmata.

Quòd penſio finiatur pluribus modis; primò, morte naturali, vel ciuili penſionarij, vt poſt profeſſionem in Religione emiſſam; ſecundò, per promotionem ad Epiſcopatum ipſius penſionarij, niſi pro ſeruitio fuerit reſeruata; tertiò, per militiam exceptis aliquibus caſibus; quartò, per illius extinctionem; quintò, per contractum matrimonij, etiam non ſequuta copula, vel etiam ſi fuerit nullum alio defectu quàm conſenſus penſionarij, quod tamen non procedit in ſponſalibus de futuro, nec quando fuiſſet reſeruata non vti Clerico, ſed ob benemerita, vel pro commodo temporali, nec obtenta diſpenſatione Apoſtolica, nec in Equitibus SS. Stephani, Mauritij, & Lazari, vel Lauretanis, qui etiam vxorati poſſunt retinere penſiones vſque ad certam ſummam, nempè primi ducatorum 400. & vltimi 200. ſextò, per translationem, per quam extinguitur antiqua, & creatur noua penſio; ſeptimò, morte Titularis conſentientis, quando fuit reſeruata per Epiſcopum, vel alium Inferiorem à Papa, vt latè explicat Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 143. *& ſeqq. ad* 169. *& num.* 68. *&c.* vbi etiam de Equitibus Hieroſolymitanis, & alijs prædictis, Rot. *parte* 19. *recent. deciſ.* 172. *per tot.* vbi plura an, & quando extinguatur penſio, vel non ob aſſumptionem ad officium Conſiliarij Principis ob admixtam in eo criminalitatem, vide in §. *Irregularitas*, Rot. *d. part.* 19. *deciſ.* 253. *per tot.* vbi quando non extinguatur per gubernia ſæcularia, nec per contractum matrimonij, & bigamiam in Equitibus Lauretanis.

Quòd penſio, ſicut & beneficium non amittatur ipſo iure propter homicidium, etiam qualificatum, vide Diaz. *in Pract. crimin. canon. cap.* 90. *circa finem*, Gabriel. *conſil.* 187. *lib.* 2. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 1. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *num.* 5. *& ſeqq.*

Qualiter penſionarius poſſit extinguere penſionem, etiam in præiudicium ſui creditoris, quem fecerat procuratorem in rem ſuam ad exigendam penſionem, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 129. *per tot.*

An, & quando vacet penſio reſeruata ex cauſa, puta ſtudiorum, ſi cauſa ipſa deficiat, maximè ſi fuerit finalis, & quæ talis dicatur, & alia ad rem, latè Carol. Marant. *contr. part. 4. reſponſ. 55. per tot. & reſponſ. 60. per tot.* vbi etiam de penſione reſeruata ad vitam alterius duntaxat, an, & qualiter vacet ſi grauatus renunciet Eccleſiæ, quaſi tunc habeatur pro mortuo, & mors ciuilis æquiparetur naturali, & alia ad ornatum huius materiæ.

An, & quando Canonicus præbendarius penſione grauatus, dimittendo præbendam per optionem alterius, poſſit etiam dimittere onus penſionis, & ſic an, & quando penſio tamquam onus reale, & non perſonale ſequatur ipſum beneficium, Rot. *part. 19. recent. deciſ. 391. per tot.* vbi diſtinguit.

Quod penſio extinguatur ſi penſionarius acquirat titulum beneficij penſione grauati, ita vt non reuiuiſcat, etiam ſi poſtea illud dimiſerit, & fuerit alteri collatum, nec ideò ſit grauandus in concurſu creditorum per nouum poſſeſſorem beneficij peracto, Gigas *tract. de penſ. quæſt. 49.* Viuian. *de iurepatr. lib. 13. cap. 9. num. 59.* Gambar. *de auctor. Legat. à Latere lib. 6. tit. de penſ. num. 480. & ſeqq.* Ferentil. ad Burat. *deciſ. 528. num. 4. & 5.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæſt. 16. num. 62.* Auguſ. Barboſ. *tract. de penſ. part. 1. quæſt. 9. num. 18.* & plenè Salgad. *Labyrint. credit. part. 4. cap. 6. per tot.*

An autem hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica, vel potiùs ſuper illius emolumentis, & commoditate extinguatur, acquiſito per penſionarium debitorem titulo beneficij penſione grauati, dic quòd non, cùm ipſemet debitor ſit, quid potitur fructibus hypothecatis, & plenius, nec illos attingat conſolidatio, quæ non operatur in damnum tertij creditoris, qui hypothecam habebat etiam in eo iure, quod alioquin per acquiſitionem proprietatis conſolidari ſolet, vt latè, ac ſubtiliter de more oſtendit ad ſimilitudinem hypothecæ vſusfructus, cum quo regulatur penſio, Salgad. *Labyrint. credit. p. 4. cap. 7.* & faciunt notata in §. *Hypotheca num. 47. & §. Vſusfructus num. 19.* Si tamen hypotheca ſit ſuper penſione nulliter impoſita ex conſenſu non habentis ius ad beneficium nullo modo conualeſcit per nouam tituli ad ipſummet beneficium acquiſitionem, vt comprobat idem Salgad. *d. cap. 7. num. 8. & ſeqq. per tot.*

Quod penſio tranſlata in alium per penſionarium habentem facultatem Apoſtolicam illam transferendi, ſit eadem omninò in ſubſtantia cum prima, & non noua penſio (pluries tamen Rota Romana ad diuerſos effectus in hoc variauit) ac ideò tranſeat in tranſlatarium cum onere hypothecæ illi per transferentem impoſito ad fauorem ſuorum creditorum, quibus per ſuperuenientem tranſlationem, & renunciationem in alium merè voluntariam, & facultatiuam non potuit præiudicare, ſed penſio tranſire debet cum onere hypothecæ, qua erat grauata ex præcedente facto transferentis, latè articulo ad partes diſputato concludit Salgad. *d. Labyrint. par. 4. cap. 8. per tot.*

An extinctio penſionis fieri poſſit in præiudicium creditorum penſionarij, & an dicti creditores obtinere poſſint inhibitionem de extinguendo, & alia ad rem, Tondut. *quæſt. canon. 46. lib. 1. & tract. de penſ. cap. 21. per tot.*

An penſio veniat in confiſcatione bonorum Clerici penſionarij, vel beneficium grauatum remaneat liberum, idem Tondut. *de penſ. cap. 35. per tot.*

Quibus modis poſſit extingui penſio, & quibus caſibus ad minorem ſummam reduci, idem Tondut. *d. tract. cap. 37. & 58. per tot.*

Qualiter extinguatur per profeſſionem in Religione, idem Tondut. *cap. 69. & ſeqq.*

21 Penſionarij ex motu proprio Pij V. tenentur ſingulis diebus recitare officium Beatiſſimæ Virginis, Gonzal. *ad Reg. 8. gloſ. 5. §. 5. num. 13.* Duran. *deciſ. 448. num. 21.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 9. num. 142.* & ex Conſtitutione Sixti V. incedere in habitu, & tonſura, veſteſque talares deferre, prout refert Cabal. *reſol. crimin. caſ. 224. num. 21. &c.* Ludouiſ. *deciſ. 20. num. 3. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 365. num. 30. &c.* Sperel. *deciſ. 66. num. 37.* vbi quoad habitum, & tonſuram, dummodò penſio excedat ſummam ducatorum ſexaginta auri de Camera, aliàs illam, & fori priuilegium amittunt, ſecus autem ſi dictam ſummam non excedat, nam tunc poſſunt illam retinere, & priuilegium fori, etiam ſi incedant in habitu ſæculari ex eadem Conſtitutione Sixti V. 92. idem Sperel. *deciſ. 133. num. 11. & 24.* vide ſupra *num. 1. & in §. Clericus num. 69.*

Quòd penſionarij teneantur ſub peccato mortali recitare dictum officium, quid ſi penſio fuerit redempta, vel extincta, accepta nonnullorum annorum anticipata ſolutione, quid ſi ſit reſeruata in capite vnius ad commodum alterius; quid ſi penſionarius efficiatur ordinis militaris, cum facultate retinendi penſionem; quid ſi penſio ſit tenuis; an omiſſio obliget ad aliquam reſtitutionem, & alia, Dian. *part. 10. tract. 16. reſolut. 94. & 95. per tot.*

22 Penſionarius regulariter tenetur contribuere pro rata penſionis ad ſolutionem oneris impoſiti ſuper fructibus beneficij, ſuper quibus eſt reſeruata penſio, nec poteſt repetere à Titulari, Rot. *part. 2. Diuerſ. deciſ. 161. num. 3. &c.* Gigas *de penſ. quæſt. 59. num. 1. &c.* Gratian. *deciſ. 20. num. 10.* latè Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 8. per tot.* vbi pluribus modis ampliat, & poſtea limitat non procedere, primò, pro expenſis Viſitatorum, ſecundò, quando penſio eſſet ex cauſa oneroſa, tertiò, ſi aliàs penſionario parum, aut nihil remaneret, quartò, vbi eſſet penſio reſeruata libera, & exempta ab omnibus oneribus, & quintò, ſi ex cauſa reſignationis, vel Coadiutoriæ, & latè Carol. Marant. *contr. part. 5. reſponſ. 28. per tot.*

23 Penſiones, & affictus rei alienatæ ante tempus ſolutionis, tamquam fructus pendentes, qui cenſentur pars fundi pertinent ad emptorem, Pract. Papp. *cauſ. Vendit. gloſ. Fructus num. 2.* vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 20. n. 43. &c.* vbi diſtinguit, & ſubtiliter Duran. *deciſ. 448. nu. 47. &c.* vide in §. *Fructus num. 35. §. Venditio num...* benè Peregrin. *deciſ. 83. per tot.*

An autem dicantur fructus ciuiles, vel induſtriales, ſiue mixti, vel loco fructuum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 649. num. 1. &c.*

An computentur inter mobilia, vel inter immobilia, idem Gratian. *cap. 811. num. 21. &c.*

24 Penſiones, ſiue vſuræ non exactæ, licèt maturatæ in vita hæredis grauati, ſpectant vnà cum ſorte, vel fundo ad fideicommiſſarium, & non ad hæredes grauati, quidquid contrarium prima facie videretur, vt fuit decíſum apud Franch. *deciſ. 13. per tot.* vide *num. 12. & num. 14.*

25 Penſio domus eſt æſtimanda non quanti condemnatus, qui inhabitauit fuiſſet conducturus, ſed quanti potuiſſet per dominum locari, Surd. *deciſ. 370. per tot.*

26 Penſio ſicuti propter ſterilitatem remittitur iuxta ea, quæ dixi in §. *Remiſſio*, ita etiam ob inſolitum augmentum, & vbertatem fructuum, augetur fauore locatoris, vt dixi in §. *Locatio num...*

27 Penſiones, & affictus regulariter de iure debentur tantùm in fine anni non anticipatè, nec de ſemeſtre in ſemeſtre, niſi aliter ſit conuentum, vel niſi obſtet conſuetudo, vel niſi agatur de alimentis, Tuſch. *lit. P. concl. 273.* vide in §. *Solutio num...*

28 Penſio ſi fuerit reducta de conſenſu partium ad minorem ſummam, animaduertendum eſt an talis reductio ſit realis, vel perſonalis, nam ſi ſit realis, prodeſt etiam ſucceſſori in beneficio, & ex quibus iſta realitas cognoſcatur, latè Bellon. iun. *conſ. 27. per tot.* ſi verò ſit perſonalis finitur cum perſona, ad cuius fauorem fuit facta, & non ſuffragatur ſucceſſori, ſed contra eum debet penſionarius manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi, non ſolum pro ſumma reducta, & vltimò exacta, ſed etiam pro tota ſumma, in cuius quaſi poſſeſſione exigendi reperiebatur ante reductionem, quia ciuiliter, ſemper animo illam retinuit, & defuncto Titulari, cum quo perſonaliter tranſegit, eſt manutenendus in exactione integræ penſionis, ad inſtar domini directi, locatoris, & ſimilium, qui finita emphyteuſi, vel locatione, debent ratione ciuilis eorum poſſeſſionis manuteneri contra ſucceſſores, prout latè explicat Rot. *part. 9. recent. deciſ. 345. per tot.* vbi etiam quando reductio dicatur perſonalis, & alia.

Penſiones exactæ ſine titulo legitimo, vel nullo, & diſcolorato qualiter ſint reſtituendæ, vel à die litis motæ,

vel

Digitized by Google

vel ab initio, Rot. *in Mediolanen. penſionis 27. Iunij* 1646. coram Bichio *part.9. recent. deciſ.*418. *per tot. & part.* 12. *deciſ.* 252. 260. 368. *&* 384. *per tot.* vide in §. *Fructus num.* 10. *&c.*

Et qualiter penſio exacta ante expeditionem litterarum ſit nulla (ſi verè conſtet de dicta exactione litteris non expeditis) vigore clauſulæ apponi ſolitæ, Garz. *de benef. part.*2. *cap.* 2. *num.* 42. *& ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*440. *per tot.*

30 Penſio reſeruata poſt mortem alicuius, an tamquam continens votum captandæ mortis alienæ reddatur nulla, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.* 512. *num.*8. *& ſeqq.* vbi videtur affirmare, niſi ſaltem generaliter fuerit derogatum diſpoſitioni text. *in c. nulla de conceſſ. præbend. in* 6. vel acceſſerit conſenſus illius de cuius morte agitur, prout vtrumque in caſu deciſionis concurrebat, facit quod dixi in §. *Pactum num.*3. *&* §. *Votum num.*1.

Alia de penſionibus tradit remiſſiuè Caſteion. *in ſuo Alphabet. iurid. verb. Penſio per tot.*

31 De penſionibus, & earum materia tractantes plures indicat vltra Caſteion. nouiſſimè Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Penſio fol.* 300. *&c.* Tondut. *tract. de penſ.* & alij plures, qui ſimiles tractatus ediderunt.

32 Penſionem Eccleſiaſticam non ſoluentes ſtatutis temporibus, vel terminis, qualiter excommunicationem incurrant, & penſionarijs detur regreſſus ad beneficium cum penſione reſignatum, intelligendo tamen quoad vtramque pœnam, ſi penſionarius declarauerit velle debitorem incurrere, & Auditor Cameræ declarauerit pœnas prædictas incurſas iudicialiter procedendo, & alia ad rem, notat Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccl. part.*2. *verb. Penſio fol.* 280. vide Tondut. *tract. de penſ. cap.*45. *& ſeqq.* vbi plura de dicto regreſſu, & eius effectibus. Et quæ remedia prodita ſint aduerſus non ſoluentes penſionem, tam per viam mandati executiui, quàm per viam declaratoriæ cenſuratum, qui termini ſint ſeruandi, & alia ad rem, idem Tondut. *d. tract. cap.* 49. *&* 50. *per tot.* Quæ autem exceptiones opponi poſſint contra penſionarium agentem, tàm in ſummarijſſimo, quàm executiuo iudicio, & quæ ad aliud iudicium ſint remittendæ, niſi ſint omninò claræ, nempè nullitatis, non expreſſi veri valoris beneficij, extinctionis penſionis, non iuris penſionarij, non ſit clericus, excuſationis propter paupertatem titularis, conſolidationis cum titulo beneficij, incompatibilitatis beneficiorum, & huiuſmodi, idem Tondut. *eodem tractat. cap.* 51. *cum pluribus ſeqq.*

33 De exigentibus autem, & ſoluentibus penſionem irritam, & nullam, quas pœnas incurrant, Theſaur. *d. tract. verb. Valor, cap.*1. *fol.*353. *& verb. Vſurpat. cap.*1. *fol.*363.

34 Quando penſiones ſint licitæ, vel non in foro conſcientiæ, Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Penſio per tot.*

35 Penſionarij an teneantur pro rata contribuere ad ſolutionem charitatiui ſubſidij, & aliorum onerum beneficij, reparationem Eccleſiæ, & huiuſmodi, latè Tondut. *tract. de penſ. cap.*6. *per tot.*

§. PERICVLVM. XVII.

1 PEriculi appellatione non venit caſus fortuitus, & ideò ſuſcipiens in ſe omne riſicum, & periculum, non tenetur de caſu fortuito, ſed tantum de lata, & leui culpa, niſi culpa ſaltem leuiſſima præcedat caſum, *l. opus quod vbi gloſ. ff. locat.* Roman. *ſing.*437. Caſtr. *conſ.*472. *num.* 1. *lib.* 1. cum alijs, quos refert, & ſequitur Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.* 199. *per tot.* vide in §. *Conductor num.*36. Duen. *reg.*380. latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.*49. *num.*49. *& ſeqq.*

Contrarium quòd imò ſuſcipiens in ſe periculum alicuius rei teneatur etiam ad caſum fortuitum, latè probat Dian. *part.*18. *tract.* 7. *reſol.*32. *per tot.* vbi tamen poſtea relinquit cogitandum, & vide Pacion. *loc. cit.* vbi benè declarat, & firmat de communi, aſſumptionem periculi ſimpliciter factam non ſufficere ad hoc, vt veniant caſus fortuiti, ſed benè ſatis eſſe illos exprimi ſpecialiter abſque alia expreſſione in indiuiduo, qui caſus veniant, vel non ſub illorum mentione, & alia ad rem.

Quòd periculi omnis ſuſceptio ſit illicita, & vſuraria, ac contra ius, quòd dans pecunias habeat caput ſaluum, & recipiens caput fractum perdendo oleum, & operam, niſi adſit iuſta recompenſatio periculi ſuſcepti, benè probat Bich. *deciſ.*191. *num.* 22. *& ſeqq.* vide in §. *Aſſecuratio*, §. *Caſus, &* §. *Societas num.*19.

Periculum rei regulariter ſpectat ad dominum, *l. creditor, & l. pignus ff. de pign. act.* Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 86. *num.*4. 2

Quòd verum eſt, ſi res de qua agitur non ſit alteri debita, nam vbi eſt alteri debita ex contractu perfecto, perit periculo creditoris, licèt illius dominium adhuc non habeat, *l. Stichus, & l. ſi certi ff. de verb. oblig.* Rot. *in Rauennaten. Pecuniaria Ven.* 30. *Iunij* 1653. *verſ. Nec reſtit.* penes Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 104. vide in §. *Debitor num.*9. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 213. *nu.*27. *& ſeqq. vol.*4. Facundez. *de iuſt. & contract. lib.*3. *cap.*9. *per tot.* vbi benè diſtinguit an pereat caſu, dolo, vel culpa, ſiue poſt mortem promiſſoris.

Quando periculum ſpectet ad debitorem, vel ad creditorem, Tuſch. *litt. P. concl.*280. *&* 283.

Quòd in contractibus gratia vtriuſque contrahentis celebratis, veluti emptione, locatione, pignore, ſocietate, & huiuſmodi, ſi aliquod damnum contingat, vel res pereat ſine culpa alicuius ex contrahentibus, licèt in foro externo ſpectet ad dominum vt ſupra, tamen in foro conſcientiæ ſit diuidendum inter ambos contrahentes, Valer. *in diff. vtriuſque fori verb. Damnum diff.* 4. Dian. *part.*3. *tract.*6. *reſol.*10. vbi exemplificant in equo locato damnificato, & mortuo ſine culpa conductoris, vt damnum ſit commune in foro conſcientiæ, licèt ſecus ſit in foro ſori, Cabal. *conſ. deciſ.* 56. *lib.*2. vbi de conductore equorum, vel aſellorum, vt non teneatur ad æſtimationem, ſi caſu fortuito, vt puta vi fluminis, vel alio modo ſine eius culpa perierint.

Periculum, ſicut & commodum rei venditæ ſpectat 3
ad emptorem quando contractus eſt perfectus, & non expectat poſt ſe deguſtationem, ponderationem, vel menſuram, nam his caſibus licèt eſſet perfectus quoad indiſſolubilitatem, & pœnitentiam, non dicitur perfectus quoad periculum rei, niſi facta deguſtatione, ponderatione, vel menſura, Afflict. *deciſ.*280. *& deciſ.*399. vbi etiam Vrſil. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 549. *num.* 13. *&c.* vbi loquitur in vino, cuius periculum ante menſurationem ſpectat ad venditorem, licèt prius fuerit deguſtatum, vel datum in aſſaggio, & dolium ſignatum, vide in §. *Venditio num.* 16. *&* §. *Vinum*, latè Dian. *part.* 11. *tract.*7. *reſol.* 32. *per tot.* Dicaſtil. *de iuſt. lib.*2. *tract.* 9. *diſput.* 1. *dub.* 2. *per tot.* Ioſeph. de Roſa *Conſult.* 68. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 74. *per tot. volum.* 3. vbi plura de periculo, & commodo rei venditæ, *& deciſ.* 213. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 1068. Cabal. *conſ. deciſ.* 18. *per tot. lib.* 2. vbi benè diſtinguit de vino vendito in ſpecie, vel corpore, ſeu in genere, vel quantitatem, ad quem ſingulis caſibus ſpectet periculum ante deguſtationem, menſurationem, & exportationem, *& conſ.*179. *lib.* 1. vbi de animali vendito, & intra triduum mortuo, vt periculum, & damnum ſit venditoris, quia præſumitur mortuum ex morbo antea genito, niſi probetur culpa emptoris, vide in §. *Venditio num.* 39. latè Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 3. *Diſput.* 7. *ſect.* 8. *per tot. fol.* 252. *&c.* Fagund. *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 47. *per tot.* vbi plura, cui pereat, vel deterior fiat res, an emptori, vel venditori, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.*2. *lib.* 4. *cap.* 4. *Conſect.* 3. *&* 4. *fol.* 123. *&c.* vbi de re incrementis, & meliorationibus, ac de peremptione, vel deterioratione, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *&c. leg.* 23. *fol.* 531. *&c. ad* 547. vbi plura de periculo rei venditæ quando ſpectet ad emptorem, vel ad venditorem.

Quòd generaliter quando contractus eſt conditionalis ante purificatam conditionem, & intimatam emptori, periculum ſpectet ad venditorem, probat idem Gratian. *d. cap.* 549. *num.*13. *&c.* Dian. *d. reſol.*32. *verſ. notandum*, vide Gibalin. *loc. cit. Conſect.*4. *num.*8. vbi videtur diſtinguere inter totalem peremptionem, & deteriorationem, ad quem ſpectent fructus medij temporis, an poſſit emptor repetere ſi quid nomine pretij ſoluerit tamquam indebitum, & alia.

Quòd periculum interitus, & totalis peremptionis in

venditione conditionali ante purificatam conditionem ſpectet ad venditorem; periculum verò deteriorationis, & diminutionis, ſicuti commodum augmenti pertineat ad emptorem, & quare, benè explicat Altograd. *conſ.*13. *per tot. lib.*1. & Gibalin. *loc. cit.*

Quòd periculum rei in ſolutum acceptæ ſpectet ad recipientem ratione dominij in eum tranſlati, Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 86. *num.* 3. *& ſeqq.*

In permutatione autem ad quem ſpectet periculum rei poſt illam perfectam, Paul. Chriſtin. *deciſ.*107. *v.* 5. *vol.* 3. vbi videtur idem concludere quod in emptione, & venditione, cui aſſimilatur permutatio.

4 Periculum rei venditæ habita fide de pretio, ſed cum pacto, quòd interim dominium remaneat penes venditorem donec ſit ſatisfactus de pretio, licèt dicatur venditio perfecta, ſpectat ad ipſum venditorem, penes quem adhuc reſidet dominium, Dec. *conſ.* 179. Ang. & Caſtr. *in l.*2. *C. de pericul. & commod. rei vend.* latè probat Cyriac. *contr.*164. *per tot. lib.*1. alios pro hac parte allegat Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 17. facit quod dixi in §. *Dominium num...*

Contrarium tamen vti verius, & receptius firmant alij, Boſſ. *de remiſſ. merced. num.* 102. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 206. *num.* 11. *&c. cap.* 354. *num.* 48. *cap.* 523. *num.*17. *cap.*730. *num* 24. *cap.* 772. *num.*7. Mangil. *tract. de euict. quæſt.* 148. *num.* 1. *& ſequentib.* Altograd. *conſil.* 9. *num.*26. *&c. lib.* 1. Vrceol. *d. cap.* 5. *num.*60. *&c.* vbi inſerit deciſionem Rotæ Romanæ de die 30. Iunij 1653. Surd. *deciſ.* 198. *num.* 28. *&c.* vbi loquitur etiam ſi res interim eſſet locata emptori pro certa penſione loco pretij non ſoluti, vide in §. *Venditio num.* 16. *&c.* Vrceol. *in Append. ad d. cap.* 5. *num.*60. *in fine* 2. *volum. fol.* 9. vbi dicit idem eſſe etiam non facta traditione, nam adhuc ſi ſine culpa venditoris res pereat, ipſi emptori perit, & non venditori, cui emptor pretium ſoluere tenebitur, quia ſicut emptoris eſt commodum etiam ante traditionem, ita vt incommodum eiuſdem eſſe debet, ad tradita per Couar. *var. reſolut. cap.* 15. *n.* 2. Anton. Faber. *de coniect. lib.* 2. *cap.* 4. & alios per eum citatos, Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 17. *num.* 4. vbi etiam an teneatur ad fructus re perempta, Amat. *deciſ. Ferrarienſ.* 63. vbi quòd licèt periculum rei venditæ regulariter ſpectet ad emptorem, tamen ſecus eſt ſi venditor ſit in mora tradendi, nam interim tenetur ad cuſtodiam, & diligentiam, & ſi ſequatur damnum etiam ex leuiſſima culpa ad illius emendationem, Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 3. *Diſput.* 8. *ſect.* 5. *fol.* 275. vbi qualiter mora transferat omne periculum in moroſum debitorem, non autem vllum commodum, ex quo notat quatuor ſpecialia, & mirabilia, facit latè Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 102. 103. *&* 104. *per tot.* vbi de periculo mutationis monetæ, cuius damno cedat, an creditoris, vel debitoris poſt moram, ſi æquè apud vtrumque erat peritura, Larrea *Allegat. fiſc.* 83. *per tot.* vbi de periculo diminutionis pecuniæ, an ſpectet ad theſaurarios Principum, vel ad ipſos Principes, vide in §. *Adminiſtrator num.*26.

5 Periculum contingens in menſura, vt quia dictum fuerit prædium eſſe tornaturarum centum, & reperiatur tantùm ſeptuaginta, ſi venditio facta fuit ad corpus ſpectat ad emptorem, ſicut & commodum ſi eſſet plurium tornaturarum, quam fuit dictum, ſi verò ſit facta ad menſuram ſpectat ad venditorem, nec dicitur perfecta niſi ſequuta menſuratione, Paul. de Caſtr. *in l.*2. *C. de pericul. & commod. rei vendit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 256. *num.*44. *&c.* Surd. *deciſ.*64. *&* 257. *per tot.* vide in §. *Venditio num.*16.

6 Periculum rei venditæ, non obſtante nullitate contractus ob non ſeruatas ſolemnitates à iure requiſitas in alienatione rerum minoris, ſpectat ad emptorem, Montan. *de tut. cap.*33. *num.*97. *&* 98.

7 Periculum rei venditæ ſaluo conſenſu domini directi, an ſpectet ad emptorem, vel ad venditorem interim donec huiuſmodi conſenſus accedat, vide in §. *Alienatio num...*

8 Periculum rei æſtimatæ in dotem traditæ tali æſtimatione, quæ non faciat venditionem, vel addito pacto quòd ſoluto matrimonio reſtituatur pro eodem pretio, ſpectat ad vxorem, niſi culpa mariti etiam leuiſſima facta fuerit deterior, vel perierit, nam tunc debetur æſtimatio, Caſtr. *in l. ſi æſtimatis num.* 3. *ff. ſolut. matrimon.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 74. *num.*17. Merlin. *deciſ.* 792. *num.* 19. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 83. *num.* 11. *&* 12.

Si verò fuerit tranſlatum dominium per dationem in ſolutum, tunc periculum ſpectat ad maritum, *l. æſtimata ff. ſolut. matrim. l. cum dotem C. de iur. dot.* Afflict. *deciſ.* 270. *num.* 4. Seraph. *deciſ.* 1480. *num.* . . Burat. *deciſ.*41. *num.* 1. Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 86. *num.* 3. *& ſequentib.* latè Olea *de ceſſ. iur. tit.*5. *quæſt.* 12. *per tot.* vbi de periculo nominum debitorum in dotem datorum, ad quem ſpectet, ſi facta fuerit non ſoluendo, *infra num.* 14.

Quòd periculum conſumptionis rerum conſiſtentium in pondere, numero, vel menſura, ſpectet ad maritum, etiam culpa carentem, & alia æſtimatione non facta, idem Menoch. *d. præſumpt.*74. *num.* 11. ſed vide quæ dixi in §. *Bona num.*10. *&* §. *Æſtimatio num.* 9. *in fine, &* §. *Mobilia num.* 5.

9 Periculum rei in emphyteuſim conceſſæ, ſpectat ad emphyteuta, & ideò combuſta domo non liberatur à canone, latè Surd. *deciſ.*198. *per tot.* de quo tamen vide in §. *Emphyteuſis num...*

10 Periculum diminutionis, vel commodum augmenti hæreditatis, an ſpectet hæredi, vel legatario, & ſimilibus, vide in §. *Augmentum num...*

Quòd periculum rei legatæ ceſſante dolo, culpa, & non mora hæredis ſpectet ad legatarium, concurrente verò dolo, culpa, vel mora hæredis ſpectet ad ipſum hæredem; ſed quid ſi eodem modo res legata fuiſſet peritura apud legatarium, variæ ſunt opiniones, ad tradita per Dian. *part.* 11. *tract.*7. *reſolut.* 45. vide in §. *Debitor num.* 10. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 213. *num.* 27. *& ſequentib. volum.*4.

11 Periculum mercium conſignatarum mulioni, vel Proccacio per mercatorem, qui illas emit de ordine alterius, vt ei mitteret, ſpectat ad illum, de cuius ordine fuerunt emptæ ſtatim facta conſignatione portitor approbato, & ille, ad quem ſunt directæ non obſtante amiſſione tenetur ſoluere pretium, de quo fuit creatus debitor à mittente, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 500. *nu.* 17. *&c. per tot.*

Quia dominium rei acquiritur ei, cuius nomine fuit empta, & conſequenter ad eumdem ſpectat omne periculum damni, & lucri, Duran. *deciſ.* 16. *per tot.* facit in §. *Emptio num...* §. *Electio num...* §. *Locatio num...* §. *Vecturales num.*2. *&* §. *Venditio num...*

12 Periculum pecuniæ conſignatæ ab eo, qui vendidit cum pacto redimendi, pro facienda redemptione, ſpectat ad emptorem recuſantem reuendere, & illam recipere, niſi tamen recuſaret ex aliqua iuſta cauſa, Tiraquel. *de retract. conuent.* §.4. *gloſ.* 6. *num.*34.

Ad quem autem ſpectet periculum pecuniæ depoſitatæ, vide in §. *Depoſitum num...*

Ad quem periculum pecuniæ adminiſtratori conceſſæ, vide in §. *Adminiſtrator num.*26.

Ad quem periculum diminutionis monetæ, vide in §. *Moneta num.*1. *&* §. *Mutatio num.*1. *&* 2.

13 Periculum nominum debitorum effectorum non ſoluendo, an ſpectet ad tutorem, vel ad pupillum, & quid de repertis in hæreditate, vel contractis ab ipſo tutore, & quid ab vtroque ſit probandum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*125. *per tot.* vide in §. *Nomen num.* 10. *&* §. *Tutela num.*25.

De periculo pecuniarum pupillarium an ſpectet ad tutorem, vel ad pupillum, vide in §. *Pecunia num.*9.

14 Periculum nominum debitorum fallitorum, an, & quando ſpectet ad cedentem, vel ceſſionarium, latè Gratian. *diſcept. for. cap.*527. *per tot.* Franch. *deciſ.* 108. *per tot.* vbi de nomine debitoris in dotem dato, vide in §. *Ceſſio num.*30. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*63. *num* 7. *&c. vol.*3. vbi concludit ſpectare ad ceſſionarium, & latè Thomat. *deciſ.*61. *per tot.* Guzman. *de euict. quæſt.* 35. Olea *de ceſſ. iur. tit.*7. *quæſt.*3. *per tot.* vbi plures caſus diſtinguit, & benè declarat.

Quòd periculum nominis debitoris ceſſi ſpectet ad cedentem; dati verò in ſolutum, vel delegati pertineat ad recipientem, Rot. *in Bonon. litterarum Cambij* 27. *Nouembris* 1648. coram Celſo poſt Oleam *de ceſſ. iur. deciſ.* 1. *per tot.* Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*224. vbi quòd cedens cen-

ſum

Digitized by Google

ſum in permutatione bonorum fructiferorum, ſi cenſus poſtea detegatur nullus, tenetur ad reſtitutionem pecuniarum vna cum intereſſe.

15 Periculum pignoris an ſpectet ad debitorem, vel creditorem, vide in §. *Pignus num...*

16 Periculum vbi maius eſt, ibi cautius agendum, & quando periculum non eſt reparabile, multa admittuntur pro illo euitando, quæ aliàs non admitterentur, quòd nemo præſumatur ſe velle periculo exponere, & alia, Tuſch. *lit. P. concl.* 281. *& ſeqq.*

17 Periculo peccati ſe exponere non eſt ſemper peccatum, ſed tantum quando fit ſine aliqua cauſa, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 269. *verſ. Igitur ex his*, de quo tamen melius idem Dian. *d. part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 3. *per tot. & part.* 7. *tract.* 11. *reſolut.* 29. vbi iterum dicit ſe adhærere affirmatiuæ ſententiæ, vt ſupra, quamuis referat Caramuel. *in Regul. D. Benedicti diſput.* 70. *nu.* 1058. negatiuam ingenioſè, ſed nimis laxè probantem facit Michael Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar.* 119. *part.* 2. vbi plura de occaſione proxima peccati tollenda, atque vitanda, & an aliquo caſu poſſit excuſari, de qua materia Sylueſt. *in Sum. verb. Occaſio*, Angel. *in Sum. eodem verb.* Tolet. *in Sum. lib.* 3. *cap.* 18. Graff. *deciſ. lib.* 1. *cap.* 28. Sanch. *lib.* 1. *Sum. cap.* 8. *& cap.* 9. Nauar. *in Manual. cap.* 14. *num.* 26. *&c.*

18 De periculo decoctionis debitoris, cui directæ erant litteræ cambij, an ſit ſcribentis, vel recipientis litteras; de periculo rei venditæ cum pacto reſeruationis dominij, donec pretium fuerit ſolutum, cui cedere debeat; de periculo nominum debitorum aſſignatorum creditori; ac de periculo naufragij nauis onuſtæ ſi contingat in portu, dum iter cœpiſſet, an cedat in damnum domini nauis, vel mercium, vel aſſecuratorum, vide Thoro *comp. deciſ. Neap. part.* 2. *verb. Periculum.*

19 De periculis vitandis, an peccet ſe exponens periculo peccandi, & alia de diuerſis periculis, Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Periculum*, Com. Auguſtin. Fontan. *eodem verb. fol.* 305. & erudita Noua Polyanthea *verb. Periculum.*

20 Periculum interitus rei poſt moram à debitore commiſſam, cedit damno moroſi, etiam ſi eodem modo fuiſſet peritura apud dominum, quod eſt verum in foro exteriori, ſed in foro conſcientiæ ſi res eodem modo erat peritura apud dominum, non tenetur detentor ad illius æſtimationem, vt vtrumque caſum iuribus, & auctoritatibus comprobat Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. Obligatio differ.* 11. *per tot.* vide quæ notaui in §. *Debitor num.* 9. *&* 10. *& in hoc § num.* 2. *&c.* Caſtald. *Conſult.* 204. *per tot.*

21 De periculo, ſiue euictione nominis debitoris ceſſi, cuius damno cedat, cedentis, an ceſſionatij, Manſ. *Conſult.* 19. *lib.* 1. vbi diſtinguit inter ſimplicem ceſſionem, delegationem, aut dationem in ſolutum, & ex quibus vtraque cognoſcatur, vide in §. *Ceſſio num.* 30. *& ſeqq. &* §. *Nomen num.* 15.

§. PERIVRIVM. XVIII.

1 PEriurus, & inducens alios ad periurium magis peccat quam homicida, adulter, & fur, nam ſimiles corpus, & res offendere curant, hic autem animas perdit, Felin. *in c. Apoſtolica de except.* Boſſ. *de inquiſit. num.* 133. Menoch. *de arbitr. caſ.* 319. *num.* 1. vide Farinac. *quæſt.* 160. *n.* 6. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 189. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 292. Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 3. *cap.* 3. *&* 4. *per tot. fol. mihi* 462. *&c.*

2 Periurus efficitur infamis vtroque iure, priuatur omnibus beneficijs, non tamen ipſo iure, ſed per ſententiam, & quando ad deciſionem cauſæ iuramento ſibi oblato falſum iurauit, poteſt fiſco inſtante inquiri, & puniri pœna extraordinaria iudicis arbitrio, niſi iurauerit non ſedato animo, ſed calore iracundiæ, nam tunc mitiùs punitur, quidquid alij permulti ſenſerint periurium nullo modo temporaliter puniri, ſed ſolum Deum vltorem habere, quibus benè ſatisfacit Menoch. *de arbitr. caſ.* 319. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 46. *num.* 16.

Multa de periurio, & illius pœnis, & qualiter pœnæ poſſint euitari ex defectu doli, culpæ, vel ex ignorantia, & ſimilibus cauſis, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 169. *& ſeqq. ad* 212. *fol.* 449. Tuſch. *lit. P. concl.* 287. *& ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 89. *&c.* Merlin. *deciſ.* 46. *num.* 6. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 265. 2239. 2240. 1316. *&* 3083. Surd. *deciſ.* 58. *num.* 4. Rot. *part.* 4. *recent. deciſ.* 367. *num.* 7. *& part.* 12. *deciſ.* 198. *num.* 15. *& ſeqq.* Suarez *loc. ſup. cit. per tot.*

An, & quando periurus incurrat pœnam infamiæ, latè Farinac. *quæſt.* 160. *num.* 147. *& ſeqq. & quæſt.* 67. *num.* 22. *& ſeqq.* Clar. §. *Periurium*, Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 289. *&* 290. Seraphin. *de iuram. priuil.* 174. Pac. Iordan. *d. tit.* 22. *num.* 281. *& ſeqq. ad* 299. *fol.* 457. vbi plura ſummatim de more Anton. Pichard. *cum pluribus ab eo citatis Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 96. *& ſeqq. fol.* 104. & remiſſiuè Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Periurium.*

Periurus poteſt criminaliter puniri non ſolum per accuſationem, ſed etiam per inquiſitionem, & ex iudicis officio pœna extraordinaria, & arbitraria pro grauitate, & qualitate criminis, & inſuper condemnari ad damna, & intereſſe paſſa per eum contra quem peierauit liquidanda per illius iuramentum in litem; & in foro conſcientiæ peccat mortaliter, ac vlterius priuatur omni actione, iure, & commodo ex contractu iurato, cui contrauenit, aliaſque patitur pœnas ciuiles, de quibus *in l. ſi quis maior C. de tranſact.* Farinac. *quæſt.* 160. *nu.* 28. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 12. *&* 13. cum alijs per Iordan. *dict. tit.* 42. *num.* 238. *& ſeqq. ad* 330. *fol.* 454. vbi ampliat, & limitat, ac plures alias periurij pœnas recenſet, vide in §. *Diſpoſitio num...* Ricc. *Collect.* 1316. Conciol. *reſolut. crim. verb. Periurium reſol. vnic. per tot.* 3

Minor tamen, qui iurauit ſe maiorem in contractu, in quo ſunt omiſſæ ſolemnitates, non poteſt ratione periurij criminaliter puniri, Bald. *conſ.* 15. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 160. *num.* 147. *&c.* Merlin. *deciſ.* 155. *num.* 6.

Plura de periurio criminaliter puniendo, etiam in iuramento litis mixti fori, Caren. *reſol.* 247. *per tot.*

Periurus repellitur ab agendo, & à limine iudicij in cauſa, in qua fuit periurus, & in tangentibus ipſam cauſam, niſi abſolutionem obtinuerit à Papa, non autem in alijs cauſis diuerſis, nec quando pars non opponeret, licèt etiam iudex poſſit ex officio illum repellere ſi velit, quamuis non teneatur, non etiam repellitur ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vel ſi ſit periurus extra contractum, vel ſi de periurio non conſtet in continenti, ſed altiorem requirat indaginem, quia tunc procedi poteſt reſeruata cognitione periurij in meritis cauſæ, Farinac. *quæſt.* 160. *num.* 176. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *d. tit.* 22. *num.* 299. *& ſeqq. ad* 310. *fol.* 458. vide in §. *Abſolutio num....* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 296. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 54. *& ſeqq. ad* 95. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 24. *num.* 11. *&c. part.* 12. *deciſ.* 198. *num.* 8. *& ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 370. Ludouiſ. *deciſ.* 64. vbi quòd repellitur à limine iudicij etiam in manutentione. 4

Quòd periurus poſſit agere ex alio contractu, licèt non ex eo, ex quo incidit in periurium, Rot. *part.* 2. *Diuerſ. deciſ.* 97. *in fine.*

Quòd parte non opponente audiatur periurus, & teneat iudicium, Crauet. *conſil.* 199. *num.* 15. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. vlt. num.* 18. Ludouiſ. *d. deciſ.* 64. *num.* 10.

Et exceptio periurij eſt opponenda in principio litis, aliàs cenſetur remiſſa, Crauet. *conſ.* 199. *num.* 12. Poſſent. *ſingul.* 317. *per tot.*

Periurus ſemel in iudicio non amplius admittitur ad ferendum teſtimonium, *c. paruuli* 22. *quæſt.* 5. *cap. teſtimonium de teſt.* vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 1568. *per tot.* Clar. §. *Periurium num.* 7. *&c.* Ricc. *deciſ. Neapol.* 18. *part.* 2. Farinac. *quæſt.* 56. *art.* 5. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 383. *& ſeqq. fol.* 323. vbi plura paucis perſtringit, *& tit.* 22. *num.* 326. *&c. fol.* 459. 5

Periurus efficitur, qui petit abſolutionem à iuramento, quando iurauit illam non petere, & obtinere non debet, niſi prius obtenta de iuramento non petendo, Rom. *conſ.* 326. Afflict. *deciſ.* 30. *num.* 6. vide in §. *Abſolutio num...* 6

Periurus non efficitur qui iuramentum non ſeruat ex aliqua iuſta cauſa à iure permiſſa, etiam antiqua, vel de 7

nouo

Digitized by Google

nouo ſuperueniente, cùm ſemper in iuramento intelligatur clauſula rebus ſic ſtantibus, Iaſ. *in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Addit. ad Pract. Papp. *libel. vt pact. ſeruen. gloſ. vlt. verb. periurus*, vide in §. *Abſolutio num.* ... Sanfelic. *deciſ. 370. cum Addit.* vbi quòd ſtante impotentia, vel impedimento ex facto ſuperioris, debitor non efficitur periurus, nec poteſt contra eum liquidari inſtrumentum ad formam ritus Regni.

Non etiam incurritur periurium ex lapſu temporis, quando debitor paratus eſt executionem ſubire, Poſſenr. *ſingult. 319.*

8 Periurus non efficitur hæres contraueniendo iurato per defunctum, cùm iuramentum ſit perſonale ex parte iurantis, *c. veritatis de iureiur.* Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 38. Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 197. & ſeqq. fol. 451.* vide in §. *Iuramentum num...*

9 Periurus dicitur quicumque iureiurando mendacium pro veritate affirmat, quando autem poſſit excuſari, vt non dicatur periurus etiam ſi veritas probetur in contrarium, quæ ſint pœnæ periurij, quando locum habeant, vel non, & alia, Tuſch. *litt. P. concluſ. 287. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Periur. reſol. vnic. per tot.* latè Suarez *de Relig. tom. 2. tract. de iuram. lib. 3. per tot. fol. 458. & ſeqq.* vbi plura de præcepto non peierandi, quàm graue peccatum ſit periurium, an ſemper ſit mortale, quid ſi iuramentum fuerit incautum, vel inconſideratum, vel amphibologicè præſtitum, vel ſine iudicio, & iuſtitia, vel circa materiam ineptam, vel de peccato committendo, de pœnis Eccleſiaſticis pro periurio impoſitis, & huiuſmodi.

10 De periurio, & eius pœna aliqua deciſa refert Thoro *compend. deciſ. Neapol. part. 1. verb. Periurium*, quid ſit periurium, & alia ſatis docta, & erudita de periurio habentur in Noua Polyanthea *verb. Periurium*, & per Velam *tract. de Epiſcop. part. 1. num. 101. & ſeqq. fol. mihi 342.*

11 Quod periurium ſit crimen mixti fori, Vela *d. tract. de Epiſcop. num. 101. & in Diſſert. 10. num. 36.* An, & quando ſolum Deum vltorem habeat, vt quia nemini nocuit, & alia vide per DD. citatos à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. leg. part. 5. verb. Periurium fol. 307.* nempè Coſt. *tract. aut ſciebat, aut ignorabat Diſtinct. fol. 73. fol. mihi 320. tom. 1. ſuor. Oper.* Couar. *in cap. Quamuis pactum part. 1. §. 1. 6. 7. &c. de pact. in 6.* & alios plures citatos à Caſteion. *Alphabet. iuridic. verb. Periurium.*

12 Periuri infamiam iuris, & conſequenter irregularitatem incurrunt, (à qua tamen poteſt Epiſcopus diſpenſare) intelligendo ſequuta ſententia declaratoria ſuper periurio, vel condemnatione de calumnia, vel de teſtimonio falſo à ſe facto, vel producto; incurrunt etiam alias pœnas, nempè vt repellantur à teſtimonio perhibendo, non admittantur ad iuramentum in litem, amittant ius, & actionem, ac reijciantur à limine iudicij, teneantur accepta reſtituere, & obſeruare promiſſa, niſi prius obtinuerint abſolutionem ad effectum agendi, & huiuſmodi, vt latè declarat Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. p. 2. verb. Periurium fol. 281.*

§. PERITIA. XIX.

1 PEriti ad hoc vt probent, debet conſtare illos verè peritos, & vti tales, non vti teſtes deponere, & licèt aliàs magis credatur teſtibus peritis, quam imperitis hoc intelligitur, vbi referunt ſigna, ex quibus tamquam ex rebus ſic cognitis, eorum depoſitio iuſtificatur, nec ſufficit peritos deponere de ſua credulitate, & iudicio, vbi agitur de re, cuius vera notitia occultata fide haberi poteſt, ſed tunc iurare, & deponere debent præcisè de veritate, ſicut cæteri teſtes, Sperel. *deciſ. 178. num. 6. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 83. fol. 443.* Pacion. *de locat. & conduct. cap. 34. §. 5. per tot.* vbi plura ad rem, Maſcard. *de probat. concluſ. 1169. n. 48. & ſeqq.*

Quòd ſeclusſo intereſſe proprio credatur perito atteſtanti de commiſſione ſibi facta, donec de contrario plenè doceatur, Alex. *conſ. 88. num. 32. lib. 5.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 289. & part. 12. deciſ. 219. num. 6. deciſ. 295. num. 5.*

An periti in arte dicantur, & ſint teſtes, vel iudices, Tuſch. *litt. P. concluſ. 285.*

Quòd loco arbitrorum habeantur, & vbi duo ſunt electi, non poſſit vnus ſine alio facere, quia quod duobus mandatur non poteſt per vnum expleri, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 462. num. 1. &c. & deciſ. 477. num. 2. & ſequentib.*

Quòd vbi agitur de re, cuius cognitio pendet ab intellectu, & capacitate dignoſcendi qualitates minuentes, aut augentes valorem rei, requiratur in teſte tunc temporis ſaltem ætas annorum triginta, ad hoc vt illi tamquam experto, & verſato credi poſſit, Farinac. *de teſt. quæſt. 70. num. 62. & 63.* Gratian. *diſcept. 228. num. 25. & diſcept. 263. num. 20.* Rot. *part. 17. recent. deciſ. 343. num. 2.*

Periti, veluti medici, obſtetrices, & ſimiles de eorum peritia deponentes, non eſt neceſſe ſecundum vnam communem opinionem vt deponant cum iuramento, ſed quòd ſecundum aliam magis communem opinionem, & vſu Tribunalium receptam teneantur iurare ſaltem de credulitate, vbi agitur de re non ſenſu corporeo, ſed intellectus iudicio perceptibili, ac etiam de veritate ſi de re ſenſu corporeo perceptibili agatur, Farinac. *quæſt. 74. n. 95. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 666. & ſeqq. fol. 338.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1169.* vbi plura de diuerſis peritis, quando ſtandum ſit illorum dicto, vel non. 2

Quantum autem ſit fallax, & periculoſum illorum iudicium, vide in §. *Corpus delicti*, §. *Stuprum*, §. *Venenum*, & alibi.

Periti electi à partibus extra iudicium non tenentur iurare in eorum relationibus, nec pariter in dictis relationibus eſt neceſſaria citatio partis, ſed benè pro certa die, & hora ad intereſſendum in loco ſuper diſcuſſione negocij illis commiſſi, aliàs omnia per eos geſta ſunt nulla, etiam ſi ſint extraiudicialiter electi, cùm ſine partium præſentia non poſſit haberi cognitio neceſſaria, Altograd. *conſil. 16. num. 20. &c lib. 1. & conſil. 21. num. 28. lib. 1.* Conar. *var. reſolut. cap. 13. lib. 2.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 83. fol. 443.* Pacion. *de locat. cap. 34. §. 5.* vbi plura de peritorum electione, Merlin. *deciſ. 39.* Addit. ad Burat. *deciſ. 70. num. 13.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 320. num. 6. & ſeqq.* vbi plura de nullitate relationis ob defectum citationis partis, maximè quando electio non proceſſit concorditer à partibus, ſed ab vna tantùm, vel a iudice, *& part. 15. deciſ. 390. num. 2. &c.* 3

Quòd relatio facta parte citata, & monita ad informandum, & videndum mandari referri ſit valida, Merlin. *deciſ. 468. num. 2.* Gregor. *deciſ. 536. num. 1.* & quando ſecus, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 390. num. 2. & ſeqq.*

Qualiter relatio peritorum ex nimia temporis breuitate duorum, vel trium dierum ſit nulla, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 389. num. 2.* vbi tamen agebatur de calculatione, & recognitione bonorum in diuerſis partibus exiſtentium, & ſic intellige iuxta qualitatem negocij.

Periti ſunt eligendi per iudicem pro habenda relatione valoris rei, & ſi prætendatur læſio aſſumuntur peritores pro reuiſione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 600. num. 5. 21. &c. cap. 989. num. 10. &c.* Sanfelic. *deciſ. 389. cum Addit.* vbi qualiter reuiſio poſſit peti, & fieri vſque ad 30. annos. 4

Quòd Iudex in electione peritorum interuenire debeat tamquam compulſor partium ad eligendum, & non tamquam elector, niſi partes diſcordarent in electione, Sperel. *deciſ. 54. num. 43. & ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 389.* Pacion. *de locat. & conduct. cap. 34. §. 5. num. 9. & ſeqq.* Frances *var. reſol. cap. 18.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 632. num. 6. &c.* vbi plura de peritis.

Peritorum relationi iuratæ ſtandum eſt, & iuxta illorum votum, quamuis partes contradicant debet iudex ſententiam proferre, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 572. num. 48. &c. cap. 752. num. 49. &c.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 8. num. 113. & ſeqq.* vbi plura, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 260. num. 1. vol. 1.* vbi quòd æſtimatores à iudice aſſumpti debent iurare, Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1169. per tot.* vbi latè in quibus caſibus ſtandum ſit dicto peritorum in arte, vel non, inferendo ad plures caſus particulares.

Quando iudex non teneatur ſequi relationem peritorum,

Digitized by Google

rum, Sperel. *deciſ.* 54. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi quòd ſi ſint plures diſcordantes, poteſt ſequi relationem, quam magis iuridicam arbitratur, etiam ſi fuerit electus tertius, vel alios eligere ſi velit, & expediat, & dixi in meis reſolut. *cap.* 15. *in fine*, vide latè Ridolphin. *loc. cit. à num.* 913. *& ſeqq. ad* 142. Sanfelic. *deciſ.* 389. *cum Addit.* Pacion. *loc. ſup. cit. num.* 94. *& ſeqq.* Frauces *var. reſolut. cap.* 18.

Quòd à relatione peritorum poſſit appellari, imò ſententia de peritorum conſilio lata non tranſeat in iudicatum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 263. *num.* 16. *&c.* vide in §. *Sententia num.* 53. Ridolph. *loc. cit. num.* 122. *&c.* Paul. Chriſtio. *deciſ. Belgic.* 260. *vol.* 1. *infra num.* 6. *in fine*, Sanfelic. *deciſ.* 389. *cum Addit.* vbi qualiter poſſit peti reuiſio, & executio vſque ad 30. annos, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 302. *num.* 10. vbi quòd relationes peritorum non tranſeunt in iudicatum, donec fuerint per ſententiam confirmatæ.

Quòd quando periti fuerunt electi, & approbati à partibus, non requiratur iuramentum in eorum relationibus, & an relationes fieri debeant intra tempus præfixum, vel etiam admittantur poſt lapſum temporis ſtante aliquo impedimento, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 929. *num.* 17. *& per tot.*

Et ſtante dicto conſenſu, illorum relationi omninò ſtandum eſſe, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 113. *num.* . . . *&c. & part.* 10. *deciſ.* 324. *num.* 4. vbi donec de errore plenè, & concludenter doceatur, *& p.* 11. *deciſ.* 14. *in fine*, *& part.* 12. *deciſ.* 295. *num.* 4. vbi de ſtando relationi Architecti.

Quòd regulariter debeant referre cum iuramento, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 58. *num.* 4. *&c.* Maſcard. *dict. concluſ.* 1169. *num.* 50. *&c.*

Quòd imò pro forma debeant ab initio iurare de fideliter, & legaliter iudicando, vel æſtimando, & poſtea in relatione non requiratur aliud iuramentum, Sperel. *deciſ.* 54. *num.* 45. *&c.* vbi etiam *num.* 47. quòd eſt neceſſaria citatio partis ad intereſſendum pro certa die, & hora, Merlin. *deciſ.* 740. *num.* 17. *&* 18. Sanfelic. cum Addit. *deciſ.* 389. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 390. *num.* 2. vbi de citatione neceſſaria, *& part.* 19. *deciſ.* 339. vbi quòd iuxta communem praxim ſufficit iuramentum in relatione, & quando periti ſint examinandi, vel non.

Multa de electione peritorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 235. *num.* 20. *&c. per tot.* vbi etiam an credatur vni, vel requirantur plures, & Sperel. *deciſ.* 54. *nu.* 32. *& ſeqq.* Ridolph. *vbi ſupra*, Sanfelic. *deciſ.* 389. *cum Addit.* Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5.

Quod debeant eſſe plures ſi repetiantur in loco, aliàs ſufficiat vnus, Bart. *in proæm. ff. num.* 9. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 85. *fol.* 443. Sanfelic. cum Addit. *loc. cit.* Pacion. *loc. cit.*

De ſtando peritis, & alios præferendo teſtibus, quamuis non reddant rationem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 926. *num.* 16. *&c. cap.* 961. *num.* 11. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 819. *num.* 5.

Quòd ſi referant quid iuris non ſit ſtandum illorum relationi, cùm relatio debeat verſari circa factum, non autem circa ius, maximè ſi in illo errarent, Sperel. *d. deciſ.* 54. *num.* 48. facit quod dixi in §. *Teſtes num.* .. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 320. *num.* 12.

Multa de ſtando peritis in arte, & quando ſecus, quot, & quomodo eligendi, latè Tuſch. *lit. P. concluſ.* 286. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1169. *per tot.* Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 113. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 246. vbi de calculatore, *& deciſ.* 468. vide in §. *Homicidium num.* 21. *verſ. & de prædictis*, Ricc. *Collect.* 136. *&* 1144. *inf. num.* 7.

Quòd ſtandum ſit perito, licèt vnico de conſenſu partium electo, maximè contra eum, cuius facto, & culpa pleniores probationes fieri non potuerunt, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 323. *num.* 6. *& ſeqq.*

6 Periti diſcordantes circa æſtimationem alicuius rei, poſſunt reduci ad concordiam per coaceruationem, & calculationem omnium ſummarum ſimul, eligendo poſtea mediam, tertiam, vel quartam partem, ſi duo, tres, vel quatuor reſpectiuè ſint qui diſcordant, & illa pars cenſebitur vera æſtimatio, ad tradita per Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 119. *n.* 17. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 187. *cap.* 228. *num.* 28. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 112. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi plura Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 389. vide in §. *Aeſtimatio num.* 2. §. *Meliuramenta num.* . . . §. *Sententia num.* 51. *&* §. *Valor num.* 9.

Dictum modum calculandi in liquidatione lucrorum alicuius negotij, ſumendo ab annis antecedentibus, & ſubſequentibus, & deinde medium eligendo, approbat Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 54. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quod paſſim ſeruatur etiam in liquidatione fructuum per doctrinam Bald. *in l. ſi fundum in fine C. de rei vindic.* Nat. *conſ.* 610. *num.* 7. 536. *nu.* 6. Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 370. *num.* 4.

Quòd attendatur minor ſumma, cùm in ea omnes periti conueniant, text. *in l. diem proferre* §. *Si plures ff. de arbitr.* & loquitur in arbitris, Merlin. *deciſ.* 246. *num.* 2. vbi de calculatione, *& deciſ.* 314. vbi de teſtibus, Ricc. *Collect.* 3905. Gregor. *deciſ.* 558. *num.* 2. *cum Addit.* Burat. *deciſ.* 865. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 126. *num.* 14. *& part.* 10. *deciſ.* 26. *num.* 19. vbi de peritis, vel æſtimatoribus, *& deciſ.* 247. *num.* 7. vbi de teſtibus, ſed vide Rot. *part.* 14. *& ſeqq.* vbi quando non minor ſumma, ſed media ſit eligenda vt ſupra, & latè Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5.

Quod de ſtylo Rotæ Romanæ in concurſu probationum, attendatur minor quantitas, vel media via, ſi probationes tendant ad diuerſas ſummas, Duran. *deciſ.* 348. *num.* 2. *& per tot.* vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1142. *& ſeqq. fol.* 365. vbi ſeptem modis declarat, adde Pacion. *loc. cit.* vbi plura.

Quòd facta æſtimatione poſſit pars grauata per viam reuiſionis recurrere ad aliam manum, ſiue electionem peritorum, Peregr. *deciſ. Pat.* 30. *per tot. & deciſ.* 152. *num.* 11. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 379. *num.* 7. *&c.* vbi quod conſtito de grauamine datur appellatio à relatione, & æſtimatione peritorum, & à ſententia in vim huiuſmodi relationis prolata, facit quod dixi in §. *Sententia*, *num.* 53. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 317. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 389. *cum Addit.* vbi qualiter dicta reuiſio poſſit peti vſque ad triginta annos, & ſententia non tranſeat in iudicatum.

Peritorum relationi non eſt ſtandum circa qualitatem 7
armorum prohibitorum, an ſcilicet ſint de prohibitis à lege, vel non, & idem in ſimilibus, cùm non à priuatis perſonis, ſed a Principe, & eius Magiſtratibus pendere debeat huiuſmodi declaratio, aliàs periti haberent poteſtatem ſupra legem, & ius illam interpretandi, quòd abſurdum, & contra publicam quietem, & vtilitatem reputatur, & licèt vt plurimum etiam in huiuſmodi caſibus adhibeantur, & examinentur periti, fit tantùm ſimpliciter ad inſtructionem iudicio, & relationi ſtandum ſit; immò ſi nimis animosè, vel temerè deponant contra id, quòd ipſa ocularis inſpectio, & experientia demonſtrat, poſſunt de temeraria depoſitione, & atteſtatione argui, proceſſari, & arbitrio iudicis puniri, prout in terminis legis generalis armorum ſtatus Florentini num. 18. fuit deciſum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die .. Septembris 166.. in cauſa Laurentij Viuiani Piſani Giornal. 617. facit quod dixi ſupra *num.* 1. *& in* §. *Homicidium num.* 21. *verſic. & de prædictis*, *in* §. *Mercator num.* 20. *&* §. *Corpus delicti num.* 4.

Et peritis diſcordantibus eſſe in arbitrio iudicis adhærere magis veriſimilia deponentibus, ac contra temerè deponentes ad excluſionem delicti reſultantis ex ſignis manifeſtis veneni eſſe procedendum ad inquiſitionem de temeraria, & falſa depoſitione contra euidentiam facti, cùm interſit Reipublicæ ſciri, ac notum fieri, etiam peritos, & medicos teneri deponere veritatem, fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Florentiæ ſub die 18. Nouembris 1679. in cauſa Viti Piſani contra Franciſcum Matthæi de Thaddæis, & alios, licèt poſtea fuerit pro nunc ſoſpenſa reſolutio, vt conſtat in filcia negotiorum Magiſtratus dicti temporis ſub num. 5004.

Quòd ſi iudici conſtet relationem peritorum eſſe erroneam, non teneatur illam ſequi, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. vbi alia plura de hac materia Merlin. *deciſ.* 468. vbi ſtandum eſt peritorum relationi, dum de errore non apparet, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 53. *num.* 11. vbi quòd relatio erronea non debet attendi, Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 5. *num.* 95. *&* 96. Farinac. *quæſt.* 127. *num.* 124. vbi quòd non ſtatur iudicio medicorum, quan-

do

do contrarium eſt notorium, &c. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 10. §. 1. *&* 2. *num.* 20. vbi quòd a relatione medicorum non ſolum poteſt pars appellare, ſed etiam Iudex recedere, quamuis illos elegerit per text. vbi Bart. & alij in *l. arbitrio num.* 8. *ff. qui ſatiſd. cog.*

Quòd ſi periti excedant fines mandati, vel deputationis, illorum relatio ſit nulla, & non attendenda, Burat. *deciſ.* 155. *num.* 5. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 11. *num.* 17.

8 Peritis diſcordantibus Iudex debet mandare eligi tertium, & non ipſe ſuum iudicium interponere inter duos diſcordantes, alias nulliter agit, licèt enim poſſit ad componendas emergentes diſcordias modò vti compulſor, modò vti elector procedere ad electionem tertij, vel circa illorum teſtificationem aliquid ſupplere, vel etiam relationem non admittere, ſiue ex officio corrigere ſi improbam, vel iniuſtam eſſe cognouerit, numquam tamen poteſt ipſe fungi officio periti tertij, ſed tantùm formare dubia, & illa tradere tertio electo, vel ſi rationes eſſent adeò inuolutæ, & difficiles, vt diſtingui non poſſent, cogere partes ad concordiam, non autem prætermiſſa electione tertij cauſam ipſe tamquam tertius peritus expedire, Merlin. *deciſ.*678. *quæ eſt in Bononien. pecuniaria* 4. *Maij* 1635. vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 112. *num.*21. *& ſeqq. per tot.* vbi plura, an, & quando ſtandum ſit tertio perito electo ab alijs diſcordanti, vel cum vno concordanti, & de modo tertium eligendi, & an à iudice, vel à partibus ſit eligendus, de quo plura Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. §. 5. *num.* 70. *& ſeqq. per tot.*

Quòd ſi tertius non concordet cum aliquo primorum electorum, ſed ab vtroque diſcordet, an debeat attendi relatio ipſius tertij, vel coaceruati ſummas iuxta notata ſupra num. 6. vel minorem ſummam attendi, quia minor ineſt maiori, ſecundùm varias opiniones, quas refert Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*389. *verſ. ſed quid &c.* vide Pacion. *loc. cit.*

Quòd primi electi poſſint poſt electionem tertij concordare, & valeat illorum relatio, ſpreto iudicio tertij, Cabal. *conſ. deciſ.*20. *per tot. lib.* 2. Pacion. *loc. cit. nu.* 78. *& ſeqq.*

Quòd tertius peritus ex officio iudicis electus, etiam ſi cum vno ex primis concordauerit poſſit recuſari cum legitima cauſa, etiam ſi eſſet à publico deputatus, veluti ſi eſſet ignarus qualitatis rei æſtimatæ, vel de alieno iudicio deponeret; poſſitque etiam appellari à relatione tertij periti ad ſuſpendendam illius relationem, quæ poteſt retractari per alios peritos, vel per ipſummet iudicem, & ſuperiorem, ſi ſit improba, corrigi, & ad arbitrium boni viri reduci, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 290. *per tot.* Pacion. *d. cap.* 34. §. 5. *num.*78. *& ſeqq. per tot.*

9 Periti primi electi ſi ſint inter ſe diſcordantes, debent eligere tertium, qui tertius non poteſt compelli ſuam proferre ſententiam, nec vni ex primis adhærere; ſed ſuam relationem prout ſibi iuſtum videbitur facere, quæ tamen vti ſingularis non erit attendenda, niſi ſit conformis alteri ex primis æſtimatoribus ſecundum aliquos, licèt etiam alij teneant ſtandum eſſe omninò relationi tertij, etiam ſi ab alijs diſcordet, gloſ. in *l. item ſi vnus* §. *fin. ff. de arbitr.* Ang. *conſ.*152. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 228. *num.* 10. & alij relati per Rot. *in Peruſina reſciſſionis contractus* 20. *Iunij* 1636. coram Merlino *inter impreſſas eiuſd. deciſ.*719. latè Anton. Nigr. *de ſubhaſt. part.* 1. *cap.* 15. §. 13. *& ſeqq. fol.* 107. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 112. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi an, & quando ſtandum ſit tertio perito, vel media via eligenda, facit quod dixi in §. *Laudum num.* 19. latè Pacion. *loc. ſup. cit.*

10 Periti non ſunt eligendi niſi in ſubſidium, & quando alio remedio conſultum eſſe non poteſt, & ſic quando poſſunt aliundè probationes haberi, non eſt recurrendum ad electionem peritorum, ſed tantùm quando pars petens eſt alijs probationibus deſtituta, nec tenetur iudex eos eligere in his, quæ iudicio, & ſcientia ſua terminare poteſt, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 32. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam quod ad peritos non ſemper ſpectat materia calculorum, ſed potiùs ad iudices, cum debeat prius firmari certitudo ſummarum calculandarum, *& part.* 14. *deciſ.* 112. *num.* 31. *& ſeqq.*

11 Periti poſſunt cogi ad declarandum ſingula corpora æſtimata, & particulare pretium vnicuique corpori, vel rei aſſignare, & ſic diſtinctam relationem facere, etiam ſi agatur de ſtatu à Principe vendito, quando non vti quid iuris vniuerſale, ſed vti quid facti, & conſiſtens in corporibus diſtinctis venditus fuit, vt latè probat Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 328. *per tot. quæ eſt in Sabinen. ſtatus Montis Libretti* 12. *Ianuarij* 1654. *coram Dunozetto.*

Quæ peritorum relationes circa æſtimationem melioramentorum ſint attendendæ, & alia de melioramentis, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*363. *per tot. in Append.* vide in §. *Melioramenta*, Pacion. *de locat. & conduct. cap.*34. §. 5. *per tot.*

Periti pro habendo iuſto rei valore ſolent dumtaxat 12
admitti, quando agitur de ſubiacenda re æſtimanda illorum oculari inſpectioni de tempore peragendæ æſtimationis, quia ex prædij inſpectione poſſunt præſentem tantùm illius æſtimationem, non autem præteritam agnoſcere; & ſic de valore præterito ſint informati, & deponere velint, debent vti teſtes adduci, & tamquam tales legitimè examinari, non autem tamquam periti, & deponendo tamquam teſtes, debent concludere de communi æſtimatione, nam deponendo tantùm iudicio, inefficax depoſitio reputatur, vt benè ratiocinatur, & probat Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 270. *num.* 2. *& ſeqq.* facit quod dixi in §. *Teſtes num.* 19. Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 468. *num.*21.

Et debent eſſe ſaltem ætatis triginta annorum, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 343. *num.* 2. vt dixi ſupra *num.* 1. *in fine.*

Alia de peritis remiſſiuè Caſtellon. *in ſuo Alphab. iurid. verb. Periti.*

Alia plura de peritis, & DD. de illis tractantes vl- 13
tra Caſtellon. indicat Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Periti fol.* 306. Cyriac. *controuerſ.* 558. vbi an, & quando æſtimationes per peritos factæ poſſint reuideri, vel non; & alia alibi, *vt in Indice verb. Periti.*

§. PERMVTATIO. XX.

PErmutatio, an venditio dicatur contracta, quando 1
vnà cum pretio datur aliqua ſpecies, & quid importet æſtimatio, vel nomen pretij in permutatione, vide in §. *Venditio num.* 18. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 384. *n.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd eſt permutatio, quando valor bonorum ſuperat pecuniam numeratam pro æquandis partitis, Fagund. *de inſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 7. *per tot.* vbi etiam an vna tantùm, vel duplex debeatur gabella, & dixi in §. *Gabella num.*18.

Quid ſit permutatio, & alia, Tuſch. *litt. P. concluſ.*302. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 107. *&* 108. *volum.* 3. Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *per tot. fol.* 53. vbi etiam de permutationis natura, & quomodo differat ab alijs contractibus.

Quòd permutatio numeretur inter contractus innominatos, & ideò in ea ſit locus pœnitentiæ, etiam poſt traditionem, quando ab vna parte non adimpletur, vide Bertrand. *conſil.* 390. *lib.* 2. Becc. *conſ.* 83. *num.* 4. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.* 173. *num.* 16. Bich. *deciſ.* 240. *num.* 28. Cabal. *conſ.* 55. *lib.* 1.

Plura an in dubio dicatur facta permutatio, vel venditio, de differentia inter dictos contractus, & illorum commixtione, Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contr. tit.* 1. *cap.* 11. *cum pluribus ſeqq. per tot. tit.*

Permutatio eſt eius naturæ, vt ſequuta euictione de- 2
tur permutanti regreſſus contra rem ſuam, etiam penes tertium exiſtentem, & etiam abſque alio aſſenſu domini ſi agatur de re emphyteutica, Surd. *deciſ.* 173. *&* 182. *per tot.* Franch. *deciſ.* 34. vide in §. *Euictio num.* 20. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 109. *num.* 1. *&c.* Mangil. *de euict. quæſt.* 140. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 142. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*107. *num.*6. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3724. vbi tamen quòd non datur rei vindicatio, ſed tantùm aſſiſtentia vigore obligationis, & tertio poſſeſſori competit ius offerendi.

Quòd regreſſus ad rem permutatam in caſu euictionis, non veniat ex natura contractus propter ſtipulatio-

nem

Digitized by Google

nem interpoſitam, & iuramentum, cùm tunc verſemur in contractu nominatu, ſicuti quando à contrahentibus fuit nuncupatus pro parte venditio, & pro parte permutatio, ac ideò cum bona euicta potuerint eſſe vendita, non eſt locus regreſſui, & pœnitentiæ, ſed tantùm actioni ex empto ad intereſſe, & pretium rei euictæ, Mangil. de euict. quæſt. 165. cum alijs per Rot. part. 16. recent. deciſ. 91. per tot.

Non etiam datur regreſſus ad bona permutata, niſi reſtituto eo, quod in permutatione fuit receptum, Rot. part. 18. recent. deciſ. 432.

Quòd vigore pacti reuerſiui detur manutentio, ac etiam aſſociatio ad rem permutatam ſequuta euictione, Rot. part. 18. recent. deciſ. 674. per tot.

3 Permutatio beneficiorum Eccleſiaſticorum eſt regulariter prohibita, maximè ſi interueniat dolus, vel magna læſio; valet tamen accedente auctoritate Papæ, vel Epiſcopi, & patronorum conſenſu, ſi agatur de iurepatronatu, vide Card. Tuſch. litt. P. concluſ. 303. & ſeqq. vbi plura Merlin. deciſ. 329. Paul. Chriſtin. deciſ. 108. volum. 3. vbi an agi poſſit de euictione, & alia, & deciſ. 221. num. 14. & ſeqq. volum. 5. Ricc. Collect. 926. 1562. 2367. & 2373. Rot. part. 10. recent. deciſ. 249. vbi quando detur regreſſui ad beneficium permutatum, ſi permutatio ſit nulla, mediante tamen noua gratia, vel collatione.

Quòd permutatio beneficij Eccleſiaſtici de iurepatronatu laicali facta inſcijs, & non vocatis patronis non ſit ipſo iure nulla, ſed valeat, licèt poſſit per ſententiam annullari agentibus patronis laicis ſuper contemptu infra quatuor menſes; quamuis, & alij teneant quòd ſit ipſo iure nulla, Viui. comm. opin. 614. vide Paul. Cittad. tract. de iur. patron. part. 6. art. 9. quæſt. 52. Lambertin. eod. tract. lib. 2. art. 6. quæſt. 6. part. 2. num. 6. & ſeqq. Lap. alleg. 96. cum addit. Mandoſ.

Qualiter, & ex quibus permutatio beneficij præſumatur facta in fraudem expectantis, latè Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1170. per tot.

Quòd permutatio bonorum Eccleſiæ regulariter non valeat ſine beneplacitu Apoſtolico, tamen ſecus eſt ſi Eccleſia velit ſtare contractui, quia claudicat ad eius fauorem, & ideo ſi ſit vtilis poteſt illum approbare, c. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Innocen. Hoſtienſ. & alij in c. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. &c. Rot. in ſelectis per Farinac. part. 1. tom. 1. deciſ. 70. num. 1. & ſeqq. Reliqua vide in §. Alienatio, & §. Beneplacitum.

De permutatione beneficij facta à Rectore iniuſtè carcerato ad illam extorquendam, qualiter ſit meticuloſa, & nulla, nec priuet illum ſua primæua poſſeſſione, in qua ſit manutenendus, etiam aduerſus eum, qui carcerationem non affectauit, & poſſeſſionem de conſenſu Epiſcopi permutationem approbantis, acquiſiuit, latè Rot. part. 16. recent. deciſ. 172. & 212. per tot. vide in §. Reſignatio num. 5.

4 Permutatione agrorum facta, ſi vnus agrum ſibi obuentum alteri vendat, & alter permutans agrum receptum iudicialiter amittat, non poteſt iſte, qui amiſit agere contra dictum tertium emptorem ad recuperationem agri venditi, qui antea ſuus erat, ſed alia via ſibi conſultum eſt contra venditorem, a quo debet indemnis conſeruari, quia per traditionem rerum hincindè permutatarum fuit dominium in accipientes translatum, & à vendente in emptorem, contra quem nec realis, nec perſonalis competit actio, l. cum precibus C. de rer. permut. vbi Bald. & alij, & l. ſi permutationis C. de euict. Cabal. conſ. deciſ. 5. per tot. lib. 1. intelligendo tamen prout loquitur Caballus quando de permutatione nullum fuit confectum inſtrumentum, nec conſtituta hypotheca in caſu euictionis, alias ſecus, & vide in §. Euictio, & §. Reſeruatio.

5 Permutatio bonorum pupilli, vel minoris, cùm ſit alienatio, & ex illa poſſit ſequi læſio, ſubiacet ſolemnitatibus ſtatutarijs, quibus non ſeruatis eſt nulla, & præcipuè ex defectu cauſæ, quæ etſi in parte tantùm deficiat, annullatur contractus in totum ob indiuiduitatem decreti, Rot. part. 16. recent. deciſ. 60. per tot.

Alia de permutatione remiſſiuè Caſteion. in ſuo Alphab. iurid. verb. Permutatio.

6 De permutatione plura deciſiuè, qualis ſit contractus, quæ actiones, & effectus ex permutatione conſurgant, an, & quando, ac pro qua ſumma debeatur gabella; de permutatione rerum Eccleſiaſticarum, & beneficiorum, quando in ea committatur ſimonia, & alia ad rem, notat D. Greg. Roſſign. in Nouiſſ. ſua Prax. Theolog. legal. contract. 6. tit. de permut. fol. 439. & ſeqq. per tot.

7 Alia de permutatione tradunt Aluarez Pegaſ. reſol. 9. num. 87. & ſeqq. Gubb. Conſult. 109. 135. 140. Arias de Meſa, cæterique plures citati à Caſteion. & Com. Auguſt. Fontan. Bibliothec. legal. part. 5. verb. Permutatio fol. 309.

§. PERSONA. XXI.

1 PErſonarum diuerſitas conſideratur ex pluribus, aliqui enim ſunt liberi, alij ſerui, alij ingenui, alij libertini, alij integri ſtatus, alij diminuti, alij in dignitate poſiti, alij non, alij nobiles à natiuitate, alij ignobiles, alij maſculi, alij fœminæ, alij minores, alij maiores; qualiter vna, & eadem perſona poſſit habere diuerſa iura, & repræſentare diuerſas perſonas, quo caſu pro pluribus habetur; quòd appellatione perſonæ intelligatur de animata, & ideo non veniat Communitas, vel aliud corpus vniuerſale inanimatum, & alia, vide per Card. Tuſch. litt. P. concluſ. 316. & ſeqq.

Quòd perſonæ appellatione non veniat capitulum, vel aliud Collegium, niſi ex verbis vniuerſalibus, vel prægnantibus, vel ex materia proportionata, vel ex identitate rationis aliud ſit dicendum, Ludouiſ. cum Beltram. deciſ. 576. num. 6. & ſeqq.

2 Perſona egregia qualis dicitur, vt non teneatur accedere ad iudicem, ſed debeat mitti Notarius pro habendo examine, vel reſponſione ad poſitiones, quid in mulieribus prægnantibus, Presbyteris, Doctoribus, Aduocatis, Senibus, Epiſcopis, pauperibus, nobilibus, infirmis, valetudinarijs, militibus, & ſimilibus remiſſiuè, Gratian. diſcept. for. cap. 868.

Quæ dicatur perſona grauis, honeſta, vel egregia, remittitur arbitrio iudicis, quando non eſt à iure deffinita, prout ſunt Cardinales, Epiſcopi, Auditores Rotæ, Doctores, Presbyteri, & Nobiles, Menoch. de arbitr. caſ. 69. & 70. per tot.

Cuius tamen expenſis mittendus ſit examinator, dic expenſis ipſius perſonæ egregiæ, cuius nobilitas, & dignitas non debet alteri detrimento eſſe, vel expenſis communibus actoris, & rei, quando ex iudicis officio tranſmittitur, Menoch. de arbitr. caſ. 228. num. 12. & num. 26.

De perſonis Eccleſiaſticis, quæ tales ſint, quæ facere poſſint, vel non, & alia, latè Ariſmin. Tepat. var. ſent. tit. 2. per tot. & dixi in §. Clericus per tot.

3 Perſona nominata in quacumque diſpoſitione non attenditur, nec acquirit actiones actiuas, vel paſſiuas, quando apparet aliam perſonam fuiſſe contemplatam, ſed tantùm attenditur perſona contemplata, cui omne commodum, & incommodum acquiritur, ex quibus autem cognoſcatur huiuſmodi contemplatio, & qui effectus reſultent, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 970. per tot. Magon. deciſ. Flor. 49. per tot. & deciſ. 77. per tot. vide in §. Emptio num. 39. §. Simulatio num. . . . & §. Solutio num. . . .

Qualiter perſona loquentis non comprehendatur in generali ſermone, vel diſpoſitione, Ludouiſ. cum Beltram. deciſ. 576. num. 10. & 19. & dixi in §. Diſpoſitio num. 34. & §. Promiſſio num. 29.

4 Perſonæ plures ex diuerſis cauſis obligatæ non poſſunt ſimul in eodem libello conueniri, Pract. Papp. Act. hypoth. gloſ. 1. num. 2.

Quòd vbi plures perſonæ eiuſdem nominis, & cognominis reperiuntur, admittatur illa, de qua apparet teſtatorem ſenſiſſe, Rot. part. 16. recent. deciſ. 149. num. 5. & per tot. vide in §. Legatum num. 107.

5 Perſonæ quænam dicantur infames, & viles, ad hoc vt ſi fuerint inſtitutæ hæredes, competat fratri querela inofficioſi teſtamenti, Fab. in §. Soror, Inſtit. de inoff. teſtam. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 213. num. 31. cap. 135. num. 5. latè Michalor. de fratr. part. 3. cap. 2. num. 37. &c. Menoch. conſil. 1140. lib. 12. in primo dubio; vide

vide in §. *Concubina num.* 4. §. *Frater num...* & §. *Meretrix num...*

Quod vxoratus tenens concubinam ſiue in domo, ſiue extrà ſit infamis, & non poſſit inſtitui, Dec. *conſ.* 530. quem refert, & ſequitur Theſſ. *deciſ.* 130. *num.* 4. *in fine*.

An autem ſpurij ad hunc effectum dicantur turpes perſonæ, & quid ſi fuerint diſpenſati à Principe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 936. *per tot.* Theſſ. *deciſ.* 126. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 190. vbi quòd Clericus turpiter natus, ſed ex diſpenſatione in partem hæreditatis domini per Clericatum aſſumptus, non poteſt amplius turpis perſona reputari, neque ab hominum ſucceſſione arceri.

6 Perſona vulgaris dicitur, quæ eſt plebea, & vilis, nam vulgare dicimus quod vile, & commune eſt, licèt hoc potius remittatur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 71. *per tot.*

Quænam autem dicatur vilis perſona, Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 300. *num.* 91.

7 Perſona inhoneſta, & turpis generaliter dicitur, quæ turpiter, ac minùs honeſtè viuit, vt concubinarij, meretrices, vel aliæ mulieres aſſiduè cum adoleſcentibus verſantes, vel in tabernis, vel poſtribula frequentantes, tabernas, vel bettolas exercentes, hiſtriones, mimi, & ſimiles actus turpes exercentes, Menoch. *de arbit. caſ.* 69. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi latè de hiſtrionibus, & mimis, quibus pœnis afficiantur, qualiter ſint expellendi à Ciuitatibus, & alia moralia de huiuſmodi perſonis, vide in §. *Epiſcopus num...* & §. *Princeps num...*

8 Perſona coniuncta vſque ad decimum gradum, & infrà admittitur in iudicio ad agendum pro coniuncto, vbi non adeſt alius procurator cum mandato, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 97. *per tot.* Rot. *part.* 3. *Diuerſ. deciſ.* 200. *num.* 2. *lib.* 2. vbi loquitur in cauſa matrimoniali, & vult admitti coniunctos, licet adſit alius deffenſor ſi dubitetur de colluſione, *& deciſ.* 212. *lib.* 3. vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 25. *& ſeqq. fol.* 116. *& num.* 110. *& ſeqq. fol.* 121. Menoch. *de arbitr. caſ.* 146. vbi vult coniunctam perſonam dici vſque ad quartum gradum incluſiuè, & vltra arbitrio iudicis, Ludouiſ. *deciſ.* 531. *num.* 2. vbi quòd coniuncta perſona non admittitur dum alius eſt conſtitutus procurator, niſi eſſet negligens, vt notat ibi Beltram. *& deciſ.* 548. Cabal. *conſ. deciſ.* 10. *lib.* 1. vbi quòd admittuntur tantùm aſcendentes, & deſcendentes in infinitum, & tranſuerſales vſque in quartum gradum, ac etiam affines inter quos eſt maritus, licèt non ſit affinis, ſed principium, & cauſa affinitatis; probata tamen coniunctione, cùm quis admittatur ad agendum vt talis, niſi prius probet ſe eſſe talem.

Quando ſunt plures, cæteris paribus ſit locus gratificationi, & iudex poteſt quem voluerit admittere, Gratian. *diſcept. for. cap.* 95. *in princ.*

Requiritur tamen promiſſio, vel cautio de rato, Diaz. *reg.* 129. *&* 130. *per tot.* Duen. *reg.* 123. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 107. *num.* 2. *vol.* 4.

In cauſis ſpiritualibus, & alijs requirentibus ſpeciale mandatum non admittitur coniunctus pro coniuncto, Gratian. *diſcept. for. cap.* 66. *num.* 35. *cap.* 401. *num.* 14. *&c. cap.* 515. *num.* 5. *&c. cap.* 573. *num.* 30. *cap.* 766. *num.* 20. *&c.* Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mandat. num.* 130. vbi quòd nec in alijs cauſis æſtimationem non recipientibus, ex quo in eis cautio rati recipi, ſub qua ſolet admitti coniunctus pro coniuncto non poteſt, vide Magon. *deciſ. Luc.* 6. *num.* 10. *& ſeqq.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controuer.* 70. *per tot.* vbi quòd in cauſis criminalibus, ſicuti non admittitur procurator, ità neque admittitur coniunctus pro coniuncto, & ſi fuerit admiſſus, proceſſus, & ſententia redditur nulla, cùm non potuerit abſenti præiudicare, maximè non dato competente termino ad illum certiorandum, &c.

Quòd in cauſa ciuili admittatur coniunctus, etiam ſi ſpeciale mandatum aliàs requiratur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 146. *num* 8. Contrarium vide per Diaz. *reg.* 130. declarat tamen vt per Felin. *in c. coram dilecto* 2. *col. de off. delegat.*

Si quis egerit tanquam procurator, & non ſit talis, non poteſt ſe tueri quod egerit vti coniunctus, Rom. *conſil.* 446. *num.* 6. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 699. *num.* 29.

Non poteſt coniuncta perſona recipere ſolutionem ſine mandato, & quando ſecus, Iaſ. *in l. non ſolum num.* 1. *& ſeqq. ad* 8. *ff. ſolut. matrim.* Duen. *reg.* 124. vide in §. *Solutio num...*

Non etiam poteſt conſtituere procuratorem, niſi poſt litem per eum conteſtatam, & an poſſit in mora conſtituere, Surd. *deciſ.* 215. *& deciſ.* 240. *quæ eſt repetita deciſ.* 341. *per tot. lib.* 2. Cabal. *conſ.* 10. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. vbi pro nullitate proceſſus agitati per procuratorem conſtitutum ab agente tanquam coniuncta perſona ante litem conteſtatam.

An admittatur ad allegandum furorem coniuncti delinquentis, dixi in §. *Furor num...*

Perſonæ miſerabiles non poſſunt trahi extrà Prouinciam ſuam ad litigandum, ſed ipſe habent electionem 9
fori, & poſſunt alios trahere coram ſuo Principe, & iudice, iuxtà vulgatam diſpoſitionem text. *in l. vn. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 66. *num.* 27. *& ſeqq. per tot.* Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 2. *tit. de Commiſſ. auocat. cauſ.* §. 2. Couar. *pract. quæſt. cap.* 7. Scacc. *de appellat. quæſt.* 7. *num.* 114. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num....* Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *per tot.* vbi poſuit formulas actorum, & alia plura notabilia de hac materia Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 161. *per tot. volum.* 2. Ricc. *Collect. deciſ.* 1. *per tot. & Collect.* 2113. *&* 2307. vbi quòd procedit etiam in cauſis criminalibus, *& Collect.* 2155. *&* 2156. 2309. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 358. vbi loquitur in criminalibus, ſed tamen ſi intendant cum Clerico, præfertur Clericus tamquam magis priuilegiatus ex multis.

Quòd perſonæ miſerabiles poſſint declinare forum, etiam in cauſis criminalibus, latè cum ampliationibus, & limitationibus, Conciol. *reſol. crim. verb. Forum reſol.* 7. vbi plures allegat.

Quòd perſonæ miſerabiles poſſint ſuos aduerſarios trahere ad litigandum coram Principe, vel etiam laicos coram iudice Eccleſiaſtico ſi iudex ſecularis ſit negligens in adminiſtranda iuſtitia, licèt poſteà lite pendente deſinant eſſe miſerabiles; prodeſt etiam hoc priuilegium conſortibus litis, & procedit etſi lis fuerit cœpta coram ordinario, ac etiam in ſecunda inſtantia, vel licet eſſet conceſſum Ciuitati, vt Cauſæ omnes in prima inſtantia non poſſint alibi cognoſci, & quamuis redundaret in præiudicium iuriſdictionis vaſallo conceſſæ, & licèt agatur de cauſa criminali, vel pro iure illis ceſſo, vel licèt ſimus in hærede non priuilegiati, dummodò ipſe hæres ſit priuilegiatus, & quamuis in eodem loco reſideret Princeps, & iudex inferior, vt latè declarat Menoch. *d. caſ.* 66. *num.* 27. *& ſeqq.* cum alijs ſupracitatis, Peregrin. *deciſ.* 129. Couar. *pract. quæſt. cap.* 7. Theſſ. *deciſ.* 177. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 259. *num.* 14. *&c. volum.* 2. *vbi num.* 16. inquit quod hoc priuilegium non poteſt peti poſt litem coram ſuo Iudice conteſtatam, non oppoſita declinatoria, nec poteſt ex capite minoris ætatis reſtitui aduerſus omiſſionem huius exceptionis.

De prædictis omnibus, & alijs Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 223. *per tot.* vbi etiam quòd iſtæ perſonæ miſerabiles debent eligere forum, & tribunal Principis, & non inferiorum, & ſic in facti contingentia fuiſſe iudicatum, licèt ego viderim aliter ſeruari, adde Valaſc. *alleg.* 65. *&* 66. *per tot.* Gregor. Ganauer. *deciſ.* 56. *per tot.* vbi plura de hoc priuilegio.

An in præiudicium Vaſſalli poſſit dominus renunciare priuilegio cum clauſula abdicatiua, etiam quoad perſonas miſerabiles, & è contra, Franch. *deciſ.* 541. *per tot.* Nouar. *de elect. for. tom.* 1. *ſect.* 1. *quæſt.* 12. 13. *& quæſt.* 14.

Quòd dictum priuilegium non intelligatur ſublatum per conceſſionem Caſtri, vel Ciuitatis iure feudi, aut donationis per quæcumque verba, niſi illi in ſpecie fuerit derogatum, Peregrin. *deciſ.* 129. *num.* 7. vide Nouar. *in Pragm. d. Collect.* 223. Anton. de Balliis *tract. var. lib.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 4. *& ſeqq.*

Perſonæ miſerabiles vltra dictum priuilegium, *l. vn.* 10
C. quando Imper. inter pupil. & vid. emanatum à iure ciuili, per quod illis conceditur electio fori, intelligendo de foro laico ad forum laicum, & non ad forum Eccleſiaſticum, ſiue ſint actrices, ſiue conuentæ, ſiue

in

Digitized by Google

in prima, ſiue alia vlteriori inſtantia iuxtà ſuperiùs dicta, habent etiam aliud priuilegium emanatum à iure canonico, *in c. ſignificantibus* 38. *de off. iud. deleg.* per quod, licet non adeo pingue, quando ſunt actrices, & non reæ poſſunt aduerſarium etiam laicum ad Curiam Eccleſiaſticam trahere in tribus dumtaxat caſibus, nempè ſi vel iudex laicus negligat illis iuſtitiam facere, vel ſint pauperes, vel ſpoliatæ, aut oppreſſæ, licèt agatur de cauſa merè profana, vt latè explicat, & probat Sperel. *deciſ.* 156. *per tot.* vbi tamen refert Couar. *pract. Quaſt. cap.* 6. tenentem nullum Eccleſiaſticum iudicem, imò nec ipſum Pontificem poſſe inter laicos cauſas profanas cognoſcere, niſi iudex laicus negligens fuerit in adminiſtratione iuſtitiæ, dictamque contrariam communem ſententiam in alijs caſibus apud Hiſpaniæ, & Galliæ Regia ſubſellia riſui eſſe, quem ſequitur etiam Mart. *de Iuriſdict. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 12. *&* 13. quibus de more pro amplianda iuriſdictione Eccleſiaſtica reſpondere ſatagit idem Sperel. *loc. cit. num.* 11. *& ſeqq. & deciſ.* 158. *num.* 7. vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 271. *&* 280. *in fine*, *& num.* 281. vbi videtur conuenire cum Couar. licèt illum non alleget, Anguian. *tract. de legibus tom.* 1. *lib.* 3. *contr.* 12. *num.* 48. Tanner. *in* 2. 2. *Diſput.* 4. *dub.* 1. *num.* 31. Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 117. vbi quòd falſa eſt opinio Couar. idem Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 90. vbi quòd ſi dictæ perſonæ miſerabiles ſint pauperes, poſſunt laicos conuenire coram Iudice Eccleſiaſtico, per text. *in c. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* cum ſimilibus relatis, vide Ridolph. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 150. *& ſeqq.* vbi ſi ſint pauperes, aut vi oppreſſæ, vel ſpoliatæ poſſunt agere coram Eccleſiaſtico, aliàs ſecus, niſi in defectum iudicis ſæcularis, facit quod dixi in §. *Eccleſia num.* 19.

11 Perſonæ miſerabiles non habent aliquod priuilegium aduerſus alias perſonas pariter miſerabiles, quia tunc priuilegia inuicem confunduntur, & conquaſſantur, maximè ſi omnes tractent de damno vitando, quicquid ſecus eſſet ſi vnus tractaret de damno, & alter de lucro, nec quando vellent litigare vbi iuriſdictio ſuo nomine exercetur, vel ſi vellent agere coram iudice incompetente ſuo aduerſario, prout hos, & alios caſus declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 66. *nu.* 38. *& ſeqq. per tot.* Franch. *deciſ.* 188. *& deciſ.* 553. Sperel. *deciſ.* 158. *num.* 10. *& ſeqq.* vide in §. *Priuilegium num* 9. latè Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 132. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 161. *nu.* 7. *volum.* 2. vbi videtur tenere, quòd vidua gaudeat hoc priuilegio, etiam ſi agat contra pupillum, vide Sanſelic. *deciſ.* 358. *cum Addit.* Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *cit. de citat. reſol.* 2.

Quòd dicta electio fori intelligatur de aliàs competente aduerſario, Franch. *deciſ.* 610 *num.* 17. & benè declarat Sperel. *deciſ.* 157. *num.* 1. *&c. & num.* 36. Afflict. *deciſ.* 257. *num.* 2. *&c.* Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *nu.* 131. Ricc. *Collect.* 2274. vbi quòd iudex ſecundæ inſtantiæ non dicitur competens in electione fori.

Quòd facta electione fori, iudex primus coram quo litigabatur efficiatur incompetens, & omnia poſtea acta coram illo ſint nulla, Franch. *deciſ.* 294.

An autem ad effectum prædictum, perſonæ miſerabiles teneantur iurare per horeſcentiam aduerſarij, videtur affirmare idem Franch. *deciſ.* 257. vbi etiam ſi vidua poſtea nubat an retineat priuilegium.

12 Perſonæ miſerabiles an amittant priuilegium *d. l. vn.* ſtante obligatione Camerali, & ſic an poſſint declinare forum A. C. negatiuè concludit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 282. *per tot.* Marcheſan. *de Commiſſ. auocat. cauſ. part.* 2. §. 2. *num.* 97. *&c.* Sperel. *deciſ.* 156. *num.* 53. *&c.* Ridolph. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 82. *&c.* vbi probat quòd ſtante obligatione Camerali etiam facta extra Vrbem poſſunt conueniri coram A. C. non obſtante priuilegio *d. l. vn.* intelligendo prout ibidem *num.* 88. *&c.*

Multi tamen alij contrarium verius eſſe contendunt, Alex. *conſ.* 122. *num.* 15. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 66. *num.* 33. facit Franch. *deciſ.* 517. vbi quòd ſit neceſſaria derogatio ſpecialis, & non ſufficiat generalis, quod etiam probat Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 279. *&c. fol.* 96. vide in §. *Obligatio num.* 27. facit Ciarlin. *contr.* 102. *num.* 5. *&c.* vbi an poſſint compelli ad compromittendum vigore ſtatuti, ſublata dicta fori electione, & videtur affirmatiuè concludere, cùm dictum ſtatutum tamquam præciſum, & fauorabile locum habeat etiam in caſibus priuilegiatis, mouetur tamen ex alijs efficacioribus rationibus.

An autem dicto priuilegio ſit derogatum per Conſtitutionem Eugenianam ad fauorem Curialium Romæ, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 421. *num.* 7. *&c. & num.* 73. *&c.* Marcheſan. *de Commiſſ. ſuper Eugen. part.* 2. §. 1. *n.* 25. *&* 30. Ridolph. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 179. *& ſeqq.* vbi quòd non, facit Sanſelic. *deciſ.* 358. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi de Curialibus Regni Neapolitani.

An, & quomodo poſſit dicto priuilegio derogari, Franch. *deciſ.* 187. 192. 364. *&* 517. *per tot*

Quòd non poſſit illi renunciari, Ridolphin. *loc. ſupr. cit. num.* 90. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 506. *num.* 18. *&c.* Sperel. *deciſ.* 156. *num.* 48. *&c.* vbi tamen refert Nouar. *de elect. for.* contrarium tenentem, ſicut etiam contrarium probat Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſolut.* 8. *verſ. Sed quia.*

Perſonæ miſerabiles ad effectum fruendi priuilegio, *l. vn. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* dicuntur pupilli, viduæ, & morbo diuturno affecti, intelligendo ſecundùm veriorem opinionem, etiam ſi aliàs diuites ſint, & in iſtis tamquam à iure expreſſis nullum verſatur iudicis arbitrium; ſunt etiam aliæ perſonæ, quæ arbitrio iudicis miſerabiles ad dictum effectum reputari poſſunt, veluti pauperes, & inopes, peregrini, ſiue aduenæ, cæci, captiui, mercatores in itinere verſantes, Eccleſiæ, ſenes decrepiti, membris mutilati, agricolæ, Ciuitates, iudæi nouiter baptizati, meretrices, ſcholares in Academia verſantes, & Virgines nulli deſponſatæ, prout ſingillatim probat Menoch. *de arbitr. caſ.* 66. *nu.* 1. *& ſeqq. ad* 26. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſ.* 1064. *per tot.* Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appellat.* 152. *per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæſt.* 91. *num.* 27. *& ſeqq.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 273. *per tot. &* 274. vbi quod habent multa ſpecialia, & quæ, Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 8. *verſ. quæro ſecundo*, Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 35. *& ſeqq.* vbi latè quæ ſint perſonæ miſerabiles, vel non, Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 89. *num.* 9. *& ſeqq.* 13

Quòd etiam monaſteria tam monialium, quàm virorum, etiam ſi diuitias poſſideant, gaudeant dicto priuilegio *l. vn.* niſi iuriſdictionem ex Regia largitate habeant, Couar. *pract. cap.* 7. Cabed. *deciſ.* 54. cum alijs per Valaſc. *alleg.* 66.

Quòd viduæ, & pupilli ex hoc ſolo dicantur miſerabiles, & gaudeant dicto priuilegio, licet ſint aliàs diuites, latè probat contrarijs reſpondendo Sperel. *deciſ.* 156. *num.* 24. *& ſeqq. per tot.* vide in §. *Vidua num.* 6. Ridolphin. *loc. cit. num.* 102. *&c.* Peregrin. *deciſ.* 129. *num.* 2. *&c.* 14

Quòd muti, ſurdi, & cæci dicantur perſonæ miſerabiles, & poſſint tamquam tales forum declinare, Nouar. *de elect. for. ſect.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 6. *&c.* Dian. *part.* 5. *tract.* 6. *reſolut.* 30. Didac. Mati ad Gizzarel. *deciſ.* 26. *num.* 1.

De Senibus quando poſſint numerari inter perſonas miſerabiles, & gaudere beneficijs minorum, Franch. *deciſ* 608.

Quòd Virgines gaudeant dicto priuilegio tam in prima, quam in ſecunda, vel vlteriori inſtantia, quia ex propria ſignificatione, & vocabuli alluſione viduæ dicuntur etiam illæ, quæ virum non habuerunt quicquid ſit de communi vſu loquendi, Sperel. *deciſ.* 158. *num.* 1. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 565. *num.* 69. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 66. *num.* 8. *&* 26. Franch. *deciſ.* 100. *per tot.* vbi multa allegat in contrarium. 15

Quòd etiam Virgines ſtupratæ gaudeant priuilegio electionis fori in querelando ſtupratorem, Franch. *deciſ.* 599. quamuis illum pro negatiua referat, ſed malè, Ricc. *Collect.* 1. vt videri poteſt penes ipſum, Franch. *ab ipſo citatum d. deciſ.* 599. quem etiam pro affirmatiua allegat, & ſequitur Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Virgo fol.* 128. 16

Quòd ſi pater negligat querelare, vel iniuriam filijs illatam remittat, an tunc filij habeant dictum priuilegium, vide Rouit. *deciſ.* 49. *per tot.*

Intellige niſi exiſtant in poteſtate patris, quia tunc ſicut & pupilli exiſtentes in patris, vel aui poteſtate non gaudeant dicto priuilegio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 421.

Digitized by Google

*cap.*421. *num.* 69. *&c.* Franch. *d. deciſ.* 100. *& deciſ.* 671. Ciarlin. *contr.* 102. *num.* 8. *&c.* vbi etiam quod poſſunt compelli ad compromittendum vigore ſtatuti, vide in §. *Pupillus num.*17.

De hac materia electionis fori alios tractantes allegaui in §. *Paupertas in Addit.*

17 Quòd dictum priuilegium competat tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia, Sperel. *deciſ.*156. *num.*1. quicquid ſecus, & leuiter teneat Nouar. *de elect. & variat. for. ſect.*1. *num.*2. *&c.* vide Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 142. *&c.* vbi tenent primam opinionem.

18 Quòd etiam meretrices gaudeant dicto priuilegio, Menoch. *de arbitr. caſ.*66. *num.*25. Franch. *deciſ.*233. Sed contrarium, & melius ſi veritatem amamus, defendit Sperel. *deciſ.*158. *num.*28. *& ſeqq. per tot.* vide in §. *Meretrix num.*8.

19 Item miſerabiles dicuntur etiam illæ mulieres, quæ virum habent, ſed inutilem, vel captiuum, exulem, vel ad triremes damnatum, & gaudent priuilegijs cæteris miſerabilibus perſonis conceſſis, ſicut & illæ, quæ per thori ſeparationem iudicialiter factam, ſine tamen illarum culpa à viro diuertunt, Sperel. *deciſ.* 158. *num.* 4. *& ſeqq. & & num.*14. *& ſeqq.* vbi generaliter, quòd qui culpa ſua incidunt in miſerabilitatem, & paupertatem non gaudent huiuſmodi priuilegijs, vide in §. *Meretrix num.*8. §. *Paupertas num...* §. *Vidua num...*

20 An autem miſerabiles ad dictum effectum electionis fori dicantur minores puberes, qui in poteſtate eſſe deſierunt morte, vel emancipatione, negatiuè reſpondit Nouat. *tract. de elect. for. quæſt.*5. *n.*5. Viſcont. in Additt. ad Franch. *deciſ.*100. *num.*7. Contrarium ſuſtinet Paſcbal. *de virib. patr. poteſt. part.*2. *cap.*2. *num.* 92. cum quo videtur tranſire Sanfelic. *deciſ.*134. *num.* 5. *&c.* & clariùs *deciſ.* 274. *per tot.* latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg quæſt.*42. *per tot.*

21 Quòd habentes electionem ab homine non poſſint ſæpiùs variare, ſed ſemel tantùm eligere; habentes verò electionem à lege, prout miſerabiles perſonæ poſſunt vſque ter, & non vltrà variare, iuxta communem praxim, de qua Nouar. *tract. de elect. for. quæſt.*3. *num.*10. Franch. *deciſ.* 364. *num.* 6. Sanſelic. *deciſ.* 278. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*124. *vol.*1. vbi magiſtraliter.

22 Quòd etiam Clerici licèt primæ tonſuræ, vel coniugati, & ſaluatici, vel non habentes requiſita Concilij gaudeant priuilegio electionis fori, imò tamquam magis priuilegiati ex multis, ſi contendant cum vidua, ipſi præferantur in electione fori, latè probat, & tuetur, ac deciſum teſtatur Sanfelic. *deciſ.*258. *per tot. cum Addit.* vbi tamen videtur intelligere de foro competente etiam aduerſario iuxta ſuperius dicta.

Et Clericos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas inter miſerabiles ad dictum effectum connumerari, Anna *Allegat.* 146. *num.*2. Nouar. *de elect. for. tom.* 1. *ſect.* 2. *quæſt.* 52. *num.* 1. Sanſelic. *d. deciſ.*358. *num.*74.

23 De perſonis, & iuribus perſonalibus plura Ricciul. *de iur. perſon. &c.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib.*7. *cap.*1. alijque citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Homines, & verb. Perſona*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Perſona fol.*311. *&c.*

24 Perſonæ Eccleſiaſticæ recurrentes à Tribunalibus Eccleſiaſticis ad Iudices laicos, & Tribunalia ſæcularia, quas pœnas incurrant, dixi in §. *Poſſeſſio num.* 5. *& in* §. *Appellatio num.*57. *in his Addit.*

Quando autem, & quomodo poſſint, ac debeant excuſari, plenè videndus Quæſad. Pilo *contr. forenſ. cap.*35. *per tot.*

§. PETITIO. XXII.

1 PEtens debitum iam ſolutum, de iure communi incidit in crimen ſtellionatus, quòd eſt iudici arbitrarium in pœna, Iaſ. *in* §. *Curare num.*12. *Inſtit. de act.* Magon. *deciſ. Flor.* 88. *num.*1. Otmot. *in* §. *Plus autem verſic. ſed hæc quidem, Inſtit. de act. num.*7. *fol.* 509. Gizzarell. & Addent. *deciſ.* 20. *per tot.* vbi plura de pœnis petentium plus debito, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*288. *num.*6. *&c.* vbi idem firmat de ſupponente alium ad petendum, Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 93. vbi qualiter poſſit excuſari ſi tantùm petijt, ſed cum effectu non exegit, vel ceſſante dolo, vel ſtante clauſula, *ſaluo iure ſuperflui, vel omni meliori modo.*

Et ſi exigat furtum committit, ac tenetur ad reſtitutionem vltra pœnam arbitrariam, Cabal. *reſol. crim. caſ.*169. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §.9. *num.*1. Farinac. *de furt.* *q.* 70. *part.*2. *per tot.*

Petens fundum in totum, & probans ſolum pro par- 2
te, vel petens centum, & probans ſolum de quinquaginta debet obtinere pro parte probata, condemnatur tamen in expenſis, Guid. Pap. *deciſ.*27. *per tot.* Altograd. *conſil.* 45. *num.* 61. *lib.* 2. quod intelligit vbi proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, vide in §. *Actor num.*9.

Quòd petens plus debito obtineat in ſumma verè debita ſimpliciter probat Altograd. *conſ.*55. *num.*21. *lib.* 2. vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*157. *vol.*2. vbi quot modis plus petatur, de pœna plus petentis, quod non ſeruetur circa amiſſionem crediti, & quod conuentus debeat offerre, quod verè debet, aliàs condemnetur in expenſis, & alia ad propoſitum videnda.

An ſtatutum de plus petente locum habeat in petente totum indebitè, Surd. *deciſ.* 65. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.*260. *per tot.*

Quæ requirantur, vt petens plus debito totum amittat, Capyc. *deciſ.*49 *num.*4. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 13. *lib.*14. *tit.*10. *fol.*163. vbi etiam quot modis plus peti dicatur, Ricc. *Collect.*3595. vbi quòd requiritur dolus, vt habeat locum pœna ſtatuti contra plus debito petentem, ad tradita per Barz. *deciſ. Bonon.* 76. vide in §. *Executio num.*27. Ricc. *Collect.* 437. 1781. *&* 3240.

Quòd ſtante clauſula, *non ſe aſtringens, &c.* excuſetur petens plus debito, & non ad ſuccumbat etiam ſi omnia deducta non probauerit, Menoch. *conſ.* 127. *n.* 4. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.*89. *num.*4.

Prout etiam ſtante clauſula, *& omni meliori modo*, ceſſat pœna petentium plus debito, idem Barboſ. *clauſ.* 95. *num.*2. Ricc. *Collect.*3593. *in fine, & Collect.*1781.

Qua pœna puniantur petens plus debito, & quando petens vnum, & probans aliud debeat ſuccumbere, vel non, Tuſch. *litt. P. concl.*327. *&* 328 *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*26. *num... &c.* vbi etiam an liceat conuento totum negare, *& vol.*1. *deciſ. per tot. vol.*2.

Materiam petentium plus debito tractant etiam For- 3
moſin. *tract. var. ad cap. vnic. de plus petit. per tot.* Barboſ. & alij *in l.*1. *C. de plus petit.* Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 47. *per tot.* Rouit. *ad Pragm.* 7. *de falſis per tot.* Meli. *obſeruat.* 49. *num.* 18. *& ſeqq. & obſeruat.* 109. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.*2. *Rub.* 17. *per tot.* vbi plures alios allegant, & quod pœnæ plus petentium in Prouincia Cathaloniæ, raò practicantur, ſed loco illarum fit condemnatio expenſarum, & alia ad excuſationem plus petentium.

Petitionis hæreditatis actio competit, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & durat 30. annis, *l.* 2. *&* 3. *ff. de pet. hered.* Pract. Papp. *libell. hæred. ab inteſt. gloſ.* 1. *nu.* 1. Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*605. *per tot.* vide in §. *Fructus num.*10.

Quòd ſit actio realis, quibus detur, contra quos, pro quibus rebus, & alia, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*173. *vol.*2. Cabal. *conſ. deciſ.*59. *&* 60. *lib.*2.

Competit filio minori aduerſus poſſeſſorem, qui poſt mortem patris emit non ſolemniter à curatore dato ad inſtantiam creditorum, Galuan. *conſ.*45. *per tot.*

De petitione hæreditatis, & interdicto, *Quorum bonorum*, Caualer. *deciſ.*386. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 10. *num.*77. *& ſeqq. per tot.* vbi qualiter conueniant, & diſferant, vide in §. *Hæreditas num.*24. latè Amay. *obſeru. lib.*3. *cap.*2. *per tot. fol.*755. *&c.* vbi plura de petitione hæreditatis ad ornatum, *l.* 1. *C. de petit. hæred.*

Petitorium iudicium poteſt ſimul in eodem libello cu- 4
mulari cum poſſeſſorio recuperandæ, Pract. Papp. *libell. ſpol. poſſeſſ. gloſ.*4. *num.*1. vide in §. *Hypotheca n...* §. *Poſſeſſio num... &* §. *Saluianum num...*

Quando, & ex quibus dicatur intentatum petitorium, Tuſch. *litt. P. concl.*130.

Petens conſilium ſapientis an ſoluere debeat ſalarium 5
pro Conſultore, vide in §. *Conſilium num.*7.

Petitio remedij a lege, vel ſtatuto inducti eſt neceſſa- 6
ria, vt ſit locus ipſi remedio, vt latè probat, & exemplificat Tuſch. *lit. P. concl.*329. *per tot.*

Digitized by Google

7 De petente debitum aliàs ſolutum quod puniatur pœna arbitraria graui, ſi cum effectu pecuniam exegit, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part. 1. verb. Petens*.

8 De petitione hæreditatis, an detur contra titulo poſſidentem, Afflict. *deciſ.* 228. Parlador. *rer. quotid. lib. 1. cap. 5. per tot.* Benintend. *deciſ. Bonon.* 35. Peregrin. *de fideicomm. art.* 45. *nu.* 25. Thoro *vbi ſup.* Manſ. *Conſult.* 180. *lib.* 2. vbi de requiſitis, &c.

9 De alijs petitionibus, & earum effectibus DD. citati à Caſteion. *Alphabet. iurid.* & Com. Auguſt. Fontana *Biblioth. legal part. 5. verb. Petitio fol.* 313. *& verb. Plus petens fol.* 325.

§. PIGNVS. XXIII.

1 PIgnus ſecundùm vocabuli etymologiam dicitur à pugno, quaſi res, quæ pignori dantur, manu tradantur, conſiſtit tamen etiam in immobilibus, & eſt quædam ſecuritas à debitore creditori data, vel conſtituta loco ſolutionis, vel eſt omnis res pro debitu obligata, ad tradita per Vg. Donel. *tractat. de pign. in princ.* Neguſ. *eod. tract. part. 1. num.* 1, cum alijs per Merlin. *de pign. lib. 1. tit. 1. quæſt.* 1. vbi etiam quòd aliud eſt ſpeciale, aliud generale, aliud conuentionale, aliud iudiciale, ſiue contentioſum, aliud tædiale, aliud expreſſum, aliud tacitum, prout latè declarat per totum tractatum Tuſch. *litt. P. concluſ.* 352. *per tot.* Ridolph. *in Prax. part. 1. cap. 15. nu* 68. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 31. *vol.* 3. vbi plura de actione pignoratitia.

Quomodo pignus differat ab hypotheca, an ſtatutum loquens de hypotheca procedat in pignore, & è contrà, & quando pignus veniat appellatione hypothecæ, vel è contrà, idem Merlin. *loc. cit. quæſt. 2. art. 3. per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 32. num. 4. & deciſ. 151. & ſeqq. vol.* 4. vbi plura de pignoribus, & hypothecis, Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit. 4. cap.* 5. etiam qualiter ſymbolum habeat cum depoſito *fol.* 455. qualiter cum mutuo, ibidem *cap. 7. fol.* 472. & qualiter cum fideiuſſione *cap. 8. fol.* 489.

Quòd ſtatutum loquens de pignore locum habeat etiam in hypotheca, Rot. *par. 9. recent. deciſ. 179. nu. 78. &c.* Bich. *deciſ. 627. nu. 12. & ſeqq. & nu.* 30. vbi quando ſecus, *& dec. 629. nu. 6. & ſeqq.*

2 Pignus an dicatur poſſideri à debitore, vel à creditore ad effectum cognoſcendi cui competat actio ſpolij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 174. num. 14. &c.* vbi pluribus comprobat remedia poſſeſſoria competere creditori, etiamſi fictè tantùm per clauſulam, conſtituti, poſſideat.

3 Pignus quoad dominium remanet in bonis debitoris, & ſi pereat illius periculo, & incommodo perit, niſi aliquid poſſit creditori imputari, Gratian. *diſcept. for. cap. 777. num.* 13. Montan. *de tut. cap. 33. num.* 97. vide in §. *Periculum num....*

Quòd poſſidens pignus teneatur de dolo, lata, & leui culpa, non tamen de caſu fortuito, Tuſch. *lit. P. concl. 345. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 32. numer. 7. & ſeqq. vol.* 3.

4 Pignus an, quando, & quomodo vendi poſſit à creditore pro ſua ſatisfactione, vide in §. *Creditor num.* 25. Tuſch. *litter. P. concluſ. 346. per tot.* Gab. Vaſquez. *Opuſc. moral. tractat. de pign. & hypothec. cap. 7. per tot. fol.* 230.

Et qualiter poſſit retineri pro alio debito, Ricc. *Collect.* 2262.

5 Pignus conuentionale quomodo conſtituatur, & eius natura, qualiter poſſit vendi, vel alteri in pignus tradi, licet poſſit à domino vindicari ſoluto primo debito, an poſſit vendi habita fide de pretio, & ad quid venditor obligetur, qualiter pignus liberetur, & alia, Tuſch. *litt. P. concl. 344. & ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2082. vbi etiam quòd de re aliena datum, debet vero domino reſtitui.

An, & quando debitor poſſit pignora vendita recuperare, Carleual. *de iudic. lib. 2. tit. 3. diſput. 24. per tot.*

Plura de pignore iudiciali, prætorio, & conuentionali, quomodo vnumquodque conſtituatur, & poſſit vendi mediante ſubhaſtatione, vel ſine, ac quibus ſeruatis, Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 15. num. 67. & ſeqq. per tot.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap. 194. numer. 13. &c.* Poſt. *de ſubhaſt. inſpect. 13. num. 75. & inſpect. 11. num. 1. & ſeqq.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 64. numer. 17. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 151. & ſeqq. volum. 4. & deciſ. 164. & ſeqq. eod. vol. 4. & ad leg. municip. tit. 1. art. 33. & ſeqq.* vbi plura de venditione pignorum, an ſit intimanda debitori, an redimi, & alia, remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Pignus*.

Qualiter autem, & ex quibus inducatur pignoris remiſſio, Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1173. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 168. & ſeqq. vol.* 4. vide in §. *Hypotheca nu. 48. & ſeqq. & §. Creditor nu. 7. &c.*

Pignus an præſumatur, vel potiùs datio in ſolutum, vide in §. *Datio nu.* 6. vbi adde Rot. *part. 15. recent. dec. 249. part. 17. deciſ. 114. & part. 18. deciſ.* 228. 6

Pignus qualiter per ſolutionem debiti extinguatur, & quæ remedia competant pro illius recuperatione, nempè actio pignoratitia, interdictum recuperandæ per viam ſpolij ſi ſe pro ſpoliato pignorans habuit, vel remedium aſſociationis ſi non habuit ſe pro ſpoliato, & alia ad rem, Bich. *deciſ. 391. per tot.* 7

An autem debitor ipſe pignoris dominus poſſit illud vendere, de pignore prætorio, & iudiciali, ac alia ad rem, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 38. num. 48. & ſeqq.* 8

De pignoribus, & hypothecis latè D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſſ. Praxi Theol. legal. contract. 11. tit. de pign. & hypoth. à fol. 176. ad* 367. aliique plures citati à Caſteion. & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Pignus fol. 316. &c.* 9

De pignoribus in cauſam executionis capiendis, quot ſint pignorum genera, & alia, Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. final. part. 5. §. 3. per tot. fol. mihi 164. &c.* 10

§. PLVRALITAS. XXIV.

PLuralitas in rebus, ſeu corporibus præſumitur, niſi probetur identitas, ſecùs autem in factis, quorum pluralitas non præſumitur probata identitate rei, ſuper qua allegatur aliquid factum, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 105. num. 12. & 13.* latè Maſcard. *de probat. volum. 3. concl. 1174. per tot.* Surd. *deciſ. 336. num. 23. &c. lib.* 2. vbi quòd ad euitandam falſitatem præſumitur etiam pluralitas actuum. 1

Quòd pluralitas factorum non præſumatur, Magon. *deciſ. Flor. 44. num.* 1. vbi allegat Menoch. *de arbitr. caſ. 213. num.* 9. & latè idem Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 15. Maſcard. *de probat. d. concl. 1174. per tot.* vide in §. *Identitas num.*

Pluralitatem rerum, vel actuum, vel perſonarum non præſumi, non procedit ad excluſionem delicti, & ſic pro excludendo delicto pluralitas præſumitur, Coſta *de facti ſcient. & ignorant. inſpect. 13. in fine*.

Pluralitas, aut diuerſitas actuum, inſtrumentorum, vel teſtamentorum regulariter non præſumitur, niſi adſint indicia contraria, vel niſi ſit probanda certitudo, vel identitas, cùm tunc contra probare debentem, iura præſumant pluralitatem, & diuerſitatem, Surd. *conſ. 173. num.* 43. Altograd. *conſ. 69. num. 23. & 24. lib.* 2. Rot. *part. 13. recent. deciſ. 53. num.* 8. vbi ſimpliciter quòd pluralitas actuum, perſonarum, vel inſtrumentorum non præſumitur. 2

Quòd pluralitas actuum non præſumatur, ita vt potiùs error quàm pluralitas præſumatur, niſi agatur de vitanda falſitate, vel de ſaluando teſtes à contrarietate, quia tunc præſumeretur pluralitas, Barboſ. *de Axiom. iur. axiom. 179. num. 2. 3. & 4.* Farinac. *de teſt. quæſt. 65. num.* 38. Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 18. nu. 1086. fol.* 361.

An, & quando pluralitas præſumatur, vel non, & ex quibus inducatur, Tuſchus *littera P. concl. 368. & 369. per tot.* latè Maſcard. *de probat. volum. 3. concl. 1174. per tot.* Merlin. *deciſ.* 26. vbi de pluralitate ſummarum, *& deciſ.* 247. vbi de pluralitate feudorum non præſumenda.

Pluralitas contractuum, inſtrumentorum, ſiue apocarum non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, Barb. *d. Axiom. 179. nu.* 5. 3

Item pluralitas ſententiarum, teſtamentorum, inuentariorum, perſonatuum, & ſimilium non præſumitur, ſed eſt ab allegante probanda, Barboſ. *d. axiom.* 179. *num.* 6. *& ſeqq.* vide Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 15. *per tot.*

Quòd pluralitas ſcripturarum nunquam præſumatur, Bald. *in l. vlt. in fine nu.* 8. *verſ. reſpondeo C. de rebus cred.* Crauett. *conſ.* 198. *nu.* 1. Gratian. *diſcept.* 93. *n.* 12. Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 157. *nu.* 10.

4 Pluralitas an, & quando reſoluatur in ſingularitatem, Peregr. *de fideicom. art.* 13. *num.* 62. *&c.* Ger. Spin. *conſ.* 86. *&* 87. *per tot.* Fular. *de ſubſtit. quæſt.* 473. Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 5. *& ſeqq. Ceſenæ impreſſo de anno* 1645. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 118. *&* 119. *per tot.* vbi etiam quid è contrà, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 58. *volum.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 78. *num.* 13. *&* 14. *& deciſ.* 88. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi benè declarat, *& deciſ.* 188. *num.* 8. *& ſeqq.* Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 296. *num.* 7. vbi quòd non reſoluitur ſi pluralitas ſit de forma, vel ſi plures improprietates concurrant, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 97. *per. tot.* vbi quòd non reſoluitur ſtante reproca ſubſtitutione, & ſuperexiſtentia perſonæ, quæ ex veriſimili mente teſtatoris ſubſtitutum excludat, ad limitationem *tex. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & deciſ.* 244. *in eadem cauſa.*

Quando autem reſoluatur benè Bich. *deciſ.* 498. *per tot.* vide in §. *Conditio num.* 6. *& §. Subſtitutio numer.* 8. *&* 22. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 128. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus reſoluitur, ſi conſtet de voluntate teſtatoris, vel contrahentium, etiam ex coniecturis, *& part.* 16. *deciſ.* 125. *per tot.* vbi in vltimis voluntatibus, *& part.* 17. *deciſ.* 89. *num.* 15. *& ſeqq. & deciſ.* 126. *per tot. & deciſ.* 142. *per tot.*

Quòd pluralis numerus vno non contentetur, ſed ſaltem duo requirat, ad plura inferendo declarat Tuſch. *litt. P. concl.* 367. *per tot.* Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 709. *num* 6. *& part.* 9. *deciſ.* 182. *nu.* 11.

Quando plus copulati pro vno habeantur, & alia, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 370. *&c.*

5 Pluralitas beneficiorum qualiter ſit Clericis prohibita, vide Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reform.* plenè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 90. *part* 9. *recent. per numeros* 316. dixi in §. *Beneficium num.* 12. *& §. Clericus num.* 20. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 206. *per tot.* vbi ex quibus cognoſcatur pluralitas beneficiorum, & poſſint plura beneficia ad vnum Altare inſtitui, cùm ſpiritualia locum non occupent, & quando pluralitas ſit permiſſa, adde Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 99. *per tot.*

6 Pluralitas perſonarum eiuſdem nominis, & cognominis non præſumitur, Natt. *conſ.* 235. *numer.* 3. *&* 4. cum alijs per Bich. *deciſ.* 79. *numer.* 11. *& ſeqq.* vbi etiam non obſtante aliquo comparatiuo, veluti, *ſenioris*, *proximioris*, & huiuſmodi, quia reſoluitur in poſitiuum, quando non adeſt terminus, ad quem ſe referat comparatio, adde Maſcard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1174. *nu.* 24. *& ſeqq. per tot.* vbi plura ad rem, vide in §. *Identitas num.* 7. *&c.*

In criminalibus autem vbi agitur de recognitione perſonæ banniti, vel aliter condemnati, non ſufficit dicta præſumptio, ſed debet conſtare de identitate perſonæ, de qua loquitur ſententia, vel per ipſius condemnati confeſſionem, ſe eſſe illum deſcriptum in ſententia, vel per teſtes, qui illum inter plures ſimiles recognoſcant, vt docet Cartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap.* 2. *num.* 26. *& ſeqq. fol. mihi* 75. & benè Ambroſin. *proceſſ. informat. lib.* 6. *cap.* 1. *& ſeqq.* vbi de modo, & forma huiuſmodi recognitionum.

7 Pluralitas ſummarum, an, & quando inducatur, vel præſumatur ex pluralitate obligationum, vel confeſſionum, eodem, vel diuerſis temporibus factarum, dixi in §. *Confeſſio num.* 27. *&* 28. facit Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1249. vbi latè an quantitas vna, vel plures præſumantur tam in actibus inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus, quando eſt pluries nominata quantitas, vel ſumma, vide in §. *Quantitas.*

8 Plures rei debendi ex cauſa pœnali, vel criminali non liberantur, licèt vnus illorum ſoluerit, gloſ. cum Aret. *in §. Pœnales Inſtit. de act.* Bart. *in l. ſemper §. ſi in ſepulcro ff quod vi, aut clam*, Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Plures fol.* 33. dixi in §. *Correus nu.* 7. *& §. Delinquens nu.* 9. vbi plura, & plures allegaui.

De pluralitate, & pluribus, plura remiſſiuè Caſtelon. *in ſuo Alphab. iurid. verb. Pluralitas, Plures.*

9 De pluralitate, & plurali numero Caſtil. *contr. tom.* 5. *cap.* 120. Idem de pluralitate votorum, beneficiorum, actuum, de pluribus vocatis, de pluribus commiſſarijs, tutoribus, conuentis, poſſeſſoribus, coodominis, obligatis, de pluribus copulatiuè requiſitis, de plus petentibus, & huiuſmodi vide DD. citatos à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *verb. Pluralitas fol.* 323.

10 Pluralitas an, & quando in fideicommiſſis reſoluatur in ſuas ſingularitates, adde iam citatis Cyriac. *contr.* 608. *nu.* 5. & latiùs *contr.* 584. *nu.* 79. *& ſeqq. contr.* 521. *n.* 11. *& ſeqq.* ac alibi ſæpè, *vt in Indice verb. Pluralitas.*

§. PORTATOR. XXV.

1 PORTATOR rei deponens de conſignatione illius alteri facta, non probat, cùm deponat in facto proprio, de ſuo intereſſe, & pro ſe exonerando, Pract. Papp. *form. oppon. contr. teſt. gloſ. in facto proprio numer.* 7. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 144. *num.* 4. *&c. cap.* 727. *num.* 8. *cap.* 796. *num.* 2. Farinac. *de teſt. quæſt.* 60. *numer.* 22. *&c.* Rot. *in Aſculana ſocietatis* 28. *Iunij* 1628. *coram Verosp.* vide in §. *Teſtes num.* 7. Borgn. *deciſ.* 37. *num.* 42. vbi quòd Lanaioli, Brentatores, Baiuli, ſiue Fachini, & ſimiles, tanquam approbati pro huiuſmodi arte probant, etſi videantur deponere pro ſe exonerando, niſi aliud obſtet, & dixi in Pract. §. *Vetturali num.* 11. idem tenet etiam Farinac. & Vulpin. *loc. cit.* Viui. *comm. opin.* 967. vbi benè declarat quando dicatur deponere pro ſe exonerando, vel non, & ego dixi in §. *Officialis*, in voto de varijs baratterijs ibi vulgari ſermone impreſſo.

Sicut etiam probat portator, quando aliundè conſtat de conſignatione, veluti quia recipiens confiteatur, vel aliter appareat; poteſt enim ipſe tunc teſtificari de modo ſolutionis, vel alijs qualitatibus ſuum intereſſe non reſpicientibus, nec eum in aliquo releuantibus, ad tradita per Bart. *conſ.* 19. *num.* 4. *lib.* 2. Tuſch. *litt. T. concl* 197. *num.* 43.

Quòd accipiens pecuniam, vt eam alteri deferat, teneatur docere illam tradidiſſe, aut ei à quo accepit reſtituere, Bart. *in l. deferre numer.* 2. *ff. de iur. fiſc.* Cabal. *conſ. deciſ.* 127. *num.* 1. *lib.* 2. aliàs furtum committat, & poſſit criminaliter puniri, vt dixi in §. *Furtum nu.* 3. & fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo ſub die 27. Iulij 1679. in Cauſa Curiæ S. Ioannis contrà Fauſtinum Simonis de Giannellis.

2 Portans ſcienter litteras pro committendo homicidio, illo ſequuto tenetur pœna homicidij, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 243. Genu. *de ſcript. priu. lib.* 3. *q.* ... *nu.* 11. *&c.*

Et tantò magis explurator conducens interficiendum ad locum delicti tanquam agnum ad occiſionem, Guaz. *deff.* 33. *cap.* 10. *in fine.*

3 Portans res non deſcriptas in bulletta ſimul cum deſcriptis ratione abuſus omnes amittit, Caſtr. *in l. cum proponamus C. de naut. fœn.* Bart. *in l. cotem ferro §. Dominus ff. de public.* Pract. Papp. *form. ſolut. pedag. gloſ. Ceciderint num.* 10. intelligendo quando res non deſcriptæ in bulletta ſunt gabellabiles, aliàs ſecùs, Bart. & Salyc. *in d. l. cum proponat*, Magon. *deciſ. Flor.* 36. *num.* 7. vide in §. *Gabella num.* Farinac. & Vulpin. *in ſuce de furt. quæſt.* 173. *num.*

4 Portans res prohibitas ſuper equo, vel naui aliena, ſi illas amittat per confiſcationem, non confiſcatur equus, vel nauis aliena, niſi dominus ſcienter ad huiuſmodi vſum prohibitum commodauerit, Bart. *in l. cotem ferro §. Dominus ff. de public.* Pract. Papp. *form. ſolut. pedag. gloſ. Ceciderint nu.* 6. Theſ. *quæſt. for. cap.* 52. *nu.* 2. *lib.* 1. Ita vt de ignorantia ſtari debeat dicto iurato ipſius domini ſecundum Alberic. de Roſat. *lib.* 2. *ſtat. quæſt.* 1.

Contrarium autem quòd imò totum confiſcetur, & dominus habeat regreſſum contrà illum, cui commodauit, niſi regreſſus futurus eſſet inutilis, vt quia fraudator non ſit ſoluendo, nam tunc data vera ignorantia domini procederet prima opinio magis æqua, & iuſta, cùm nemo ſine culpa, & ſcientia propria debeat ex facto iniquo

quo alterius damnum pati, Boniſ. de Vitel. de damn. dat. num. 70. Cacher. deciſ. 71. num. 8. Cabal. reſol. crim. caſ. 129. num. 8. Baiard. ad Clar. quæſt. 82. ſtat. 7. num. 91. in fine, Farinac. de furt. quæſt. 173. part. 1. verſ. finem. Card. Tuſch. litter. C. concluſ. 14. num. 3. dixi in §. Fraus nu. 3. & §. Gabella num. 25.

Pro diſtinctione hic poſita ſub num. 4. in fine faciunt per me ſcripta in §. Fiſcus nu. 30. in Addit.

5 Quòd portator litterarum eas non præſentans teneatur ad intereſſe propter moram, l. fin. C. de fabricen. lib. 12. refert Bertachin. in Repert. part. 5. verb. Portator, vbi etiam quod portator rei tenetur de periculo ſi pretio portat, vel ſi ad periculum ſe obligauit, allegans Bart. in l. eum qui §. fin. ff. de furt. & alia de hac materia portatorum dixi in §. Vecturales per tot.

De portitore litterarum, Eminentiſs. de Luca, vt in Indice generali ſuorum Oper. verb. Portitor, relatus à Com. Auguſt. Fontana in ſua Biblioth. leg. part. 5. eod. verb. fol. 348. & verb. Poſtiliont fol. 361.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. POSITIO. XXVI.

1 Poſitio eſt pars intentionis continens id, ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi, Marant. in prax. part. 6. act. 4. num. 1. Sanfelic. in Praxi ſect. 48. num. 1. Rot. part. 18. recent. deciſ. 783. num. 1. & ſeqq. vbi quòd poſitiones admiſſæ fuerunt, vt ponens releuetur ab onere probandi per confeſſionem aduerſarij, & deciſ. 803. in eadem cauſa.

Qualiter articuli, & poſitiones debeant eſſe poſitiuè, & non interrogatiuè conceptæ, alias pars non teneatur illis reſpondere, & alia ad rem, Fontanell. deciſ. 374. per tot. Conciol cum Addit. ad Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 6. per tot. vbi alia plura de poſitionibus, & earum reſponſionibus.

Quid ſit poſitio, & qualis debeat eſſe reſponſio, latè Tuſch. lit. P. concl. 386. & ſeqq. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1176. per tot. Michalor. tract. de poſit. cap. 1. per tot. vbi plures alias deffinitiones adducit.

Quòd ponens fateatur id quod ponit eſſe verum, Altograd. conſ. 6. num. 20. lib. 1. Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap. 68. nu. 17. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 869. num. 28. &c. Michalor. tract. de poſit. cap. 25. per tot. Ludouiſ. deciſ. 385. nu. 3. &c. Caualer deciſ. 575. num. 6. vide in §. Articuli num. 2. Tuſch. littera P. concluſ. 392. Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 10. num. 18. & ſeqq. vbi etiam qualiter poſſit peti, vt ponens iuret poſitiones eſſe veras, & parte petente teneatur ita iurare, quod eſt valdè vtile, cum tunc huiuſmodi confeſſio habeat vim iudicialis, quæ non poſſit reuocari, & part. 2. cap. 2. num. 36. & ſeqq. Michalor. de poſit. cap. 23. per tot. vbi tamen quòd ſufficit ponentem iurare ſe credere verum eſſe quod ponit, & ſic calumnioſè non ponere, ac ideò ſi ſemel de calumnia iurauit, non teneri amplius iurare.

Intellige quòd ponens fateatur ſub tacita conditione, ſi aduerſarius reſpondendo idem fateatur, alias ſecùs ſi aduerſarius neget poſitionem, Alex. conſ. 83. lib. 1. & conſ. 71. num. 4. lib. 3. Pract. Papp. for. poſit. gloſ. 1. & 2. Cabal. reſ. deciſ. 127. num. 11. lib. 2. Ludouiſ. deciſ. 143. Ratio eſt, quia poſitionem negans, non poteſt in ea ſe fundare, Pract. Papp. for. except. contr. poſit. gloſ. Primo, quod num. 4. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 559. num. 54. Guid. Pap. deciſ. 183. Nouar. in Pragm. Collect. 180. Cabal. d. conſ. 127. num. 11. & 12. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 101. num. 10. & 11. vbi tamen quòd fallit in iudice, qui poteſt ex officio ſe fundare etiam in poſitione negata, & vide Michalor. de poſit. cap. 25. vbi an, & quando ponens dicatur fateri, & cap. 26. vbi an poſitione negata quis vti poſſit, vel non.

Plura de poſitionibus, & illarum formula, Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 10. per tot. Sanfelic. in Prax ſect. 48. per tot. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1176. 1177. per tot. & latiùs Michalor. tract. de poſit. per tot.

De confeſſione reſultante ex productione poſitionum, & reſponſione illis facta, vt plenè probet, & præiudicet confitenti, atque ponenti, Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 1. nu. 26. & ſeqq.

2 Poſitiones poſſunt quandocunque fieri, & admitti etiam ſtante ſtatuto, quòd poſt lapſum termini omnes probationes cenſeantur excluſæ, & etiam publicatis atteſtationibus pro habenda ſimplici reſponſione, non autem ad effectum examinandi teſtes ſuper illis negatis, Aſin. in Prax. §. 19. cap. 11. per tot. Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap. 68. num. 9. &c. Michalor. de poſit. cap. 27. per tot. vbi latè Poſt. de manutent. obſeru. 83. num. 6. &c. Vrceol. Conſul. for. cap. 62. nu. 15. &c. vol. 2. Peregrin. deciſ. 126. num. 8. &c. vbi reſpondet ad obiectum, quod non eſt probabile, non eſt poſſibile, & cui denegatur potentia probandi, denegatur potentia ponendi, intellige de eo, quod non eſt deducibile, Thel. deciſ. 93. per tot. Fontanel. deciſ. 25. num. 4. & ſeqq.

Quòd imò elapſo termino, non teneatur quis reſpondere poſitionibus, Capyc. deciſ. 15. num. 2. vbi tamen num. 7. Additio tenet poſitiones admitti ad probandum per confeſſionem aduerſarij, vide Fenzon. d. cap. 68. nu. 8. Magon. deciſ. Luc. 25. num. 31. vbi quòd non poteſt reſponderi poſt lapſum terminum, niſi reſpondens fuerit interpellatus, & admiſſus a parte ad reſpondendum, vide Rot. part. 11. recent. deciſ. 334. num. 14. & 15. vbi quando non ſit reſpondendum poſitionibus poſt concluſum in cauſa, & publicatas teſtium depoſitiones, Rot. part. 18. recent. dec. 454. num. 2. vbi quòd poſitiones productæ poſt terminum probatorium non poſſunt, nec debent admitti, reſiſtentibus Conſtitutionibus Curiæ Bononienſis iubentibus, vt etiam ſublata cenſeatur confeſſio partis, niſi ſit ſpontanea, & allegat Michalor. d. cap. 27. num. 30. qui tamen in fine dicit ouineri aſſerit paſſim obſeruatum vidiſſe, etiam publicato proceſſu, & vſque ad ſententiam admitti poſitiones pro habendis reſponſionibus tantùm, Rot. d. part. 18. dec. 763. in eadem cauſa, vbi fuit firmata prima deciſio vigore dictarum Conſtitutionum particularium Bononiæ.

Quòd vbi ſubeſt æquitas admittantur poſitiones etiam poſt concluſum in cauſa, ſicut & in cauſis ſummarijs, in quibus non concluditur in cauſa, Menoch. de arbitr. lib. 2. quæſt. 35. num. 25. in fine, & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 62. nu. 6. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 13. tit. 1. nu. 95. & 96. fol. 9. vide Michalor. d. cap. 27. & alios ſupra citatos, Sanfelic. in Prax. ſect. 48. nu. 6. &c.

Quænam nouæ poſitiones admittantur, vel non poſt publicationem proceſſu, Paul. Chriſtin. deciſ. 184. n. 11. & ſeqq. vol. 5. Ricc. Collect. 3586.

Quòd ille, qui in ſe ſuſcepit onus probandi poſſit adhuc facere poſitiones, non autem ille, qui renunciauit probationibus, & quare in vtroque caſu, vide Michalor. de poſit. cap. 28. & 29. per tot.

An, & quando poſitiones fieri poſſint etiam ante litem conteſtatam, & loco petitionis, quo caſu vocantur petitiones articulatæ, quæ ſolent admitti in cauſis ſummarijs, Oldrad. conſ. 244. Gayl. obſeru. 79. num. 3. Scacc. de iudic. part. 1. cap. 60. num. 1. cum alijs per Michalor. de poſit. c. 27. & cap. 70. quod ego intelligendum puto, ſi detur copia poſitionum, aliàs ſecùs.

Poſitiones, quando proceditur ſecundum æquitatem, 3 poſſunt fieri, & illis eſt reſpondendum etiam ſuper materia iam deducta, & conata probari per teſtes, licèt atteſtationes fuerint publicatæ, niſi eſſent ſuper eo, de quo ponens haberet intentionem fundatam, ne quis ſuperfluis reſponſionibus pergrauetur; in cauſis tamen ordinarijs, & plenarijs aliter eſt ſeruandum, Oſaſch. deciſ. 10. per tot. vbi citat Marant. part. 4. diſtinct. 9. n. 28. &c. Capyc. deciſ. 15. per tot. vide Rot. part. 11. recent. deciſ. 334. num. 14. & 15. vbi quando non ſit reſpondendum, nempè ſi vtraque pars ſuper articulis de directo contrarijs ſuas fecit probationes, vel ſi poſitiones non ſint releuantes.

Poſitiones contrariæ alijs poſitionibus factis ab eo- 4 dem ponente, ſiue etiam ab aduerſario, non ſunt admittendæ, nec illis eſt reſpondendum, quia reſpectu ſui contraria allegans non auditur, & reſpectu aduerſarij non eſt credendum, quod iuraturus ſit contrà id quod poſuit, vel non eſt danda occaſio periurij, licèt ad faciliorem iudicij exitum quandoque admittantur iuxtà aliquorum opinionem, Surd. deciſ. 17. per tot. & deciſ. 196. per tot. vbi quòd non ſit reſpondendum poſitionibus, quæ contrariantur alijs. & quando ſecùs, & de ratione latè Michalor. de poſit. cap. 17. per tot.

Quis autem teneatur priùs reſpondere an actor, vel reus, quando faciunt ſibi adinuicem poſitiones, vide Benintend. deciſ. Bonon. 32. per tot. & dixi in §. Actor nu. 23. Michalor. de poſit. cap. 5. per tot.

An admittantur poſitiones contrariæ inſtrumento ad declarandam mentem contrahentium, Rot. *pars 18. recent. deciſ.* 783. *per tot.* vbi fuit reſolutum pro admiſſione, & reſponſione, cùm in dubio ſint admittendæ, & illis reſpondendum circà factum proprium, & mentem reſpondentis, *& deciſ.* 803. in eadem cauſa.

5 Poſitiones etiam negatiuæ, vel negatiuè conceptæ, admittuntur, licèt aliàs dicatur quòd id tantùm ſit punibile, quod eſt probabile, & negatiua de ſui natura ſit improbabilis, niſi loco, & tempore coarctetur iuxtà ea, quæ dixi in §. *Negatiua*, Pract. Papp. *for. poſit. gloſ. Per verbum num.* 3. Aſin. *in prax.* §. 19. *cap.* 14. vbi limitat niſi prohibeantur per ſtatutum, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 495. vbi quòd iudicis arbitrio relinquitur quando poſitiones negatiuæ ſint admittendæ, vel non, & quod ſi probari poſſunt, ſint admittendæ, aliàs ſecùs, Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 546. vbi quòd poſitiones negatiuæ admittuntur, quando manifeſta iniquitas, vel improbabilitas non repugnat, Tuſch. *litter. P. concluſ.* 394. Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 10. nu. 60. &c.* latè Michalor. *de poſit. cap.* 15. *per tot.*

6 Poſitiones conſiſtentes in iure, & non in facto, non ſunt admittendæ, nec illis eſt reſpondendum, cùm ius ſemper ſit certum, Pract. Papp. *for. except. contr. poſit. gloſ. potius in iure*, Tuſch. *litt. P. concl.* 393. Michalor. *de poſit. cap.* 66. *per tot.* vbi ampliat etiam in iure ſtatutario, limitat tamen in iure non ſcripto, & conſuetudinario, in iure diſpoſito, in iure præſumpto, & pluribus modis declarat.

Sicut etiam confeſſio eorum quæ pendet à iuris diſpoſitione non attenditur ſi ſit erronea, Crauett. *conſ. 29. nu.* 2. *conſ.* 48 *nu.* 7. Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.* 311. *num.* 1. vide in §. *Confeſſio num.*

7 Poſitionibus impertinentibus, impoſſibilis, captioſis, & negatiuis de iure non eſt reſpondendum, *gloſ.* 1. *in c.* 1. *de confeſ. in* 6. vide latè Michalor. *de poſit. cap.* 7. *& ſeqq.*

Quæ poſitiones ſit admittendæ, & quibus ſit reſpondendum vel non, latè Maſcard. *de probat. vol. 3. concl.* 1177. *per tot.*

Quòd poſitiones ſoleant admitti cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum, & quid operetur iſta clauſula, Ridolphin. *in prax. part. 1. c. 10. nu.* 83. *& ſeqq.* Michalor. *de poſit. cap.* 38.

An autem præiudicet reſponſio facta poſitionibus, quibus de iure non erat reſpondendum, latè idem Michalor. *d. tract. cap.* 85. *per tot.* vbi ponit regulam affirmatiuam, quam pluribus modis limitat, & declarat.

Ad abbreuiandas tamen lites Rota ſeruat quòd omnibus reſpondeatur, vt in *deciſ.* 24. *de teſt. in antiquis, & in Cremonen. penſionis Luna* 14. *Ianuary* 1630. apud Poſt. *de manutent. deciſ.* 260. *numer.* 3. *& in Practicabilibus Rota poſt part.* 2. *Diuerſ. num.* 140. *&* 147. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *numer.* 64. *&c.* vbi quòd iſtud non procedit quando certum eſt eſſe impertinentes, & non facientes ad cauſam, ſed tantùm in dubio, Merlin. *deciſ.* 92.

Quod non ſit reſpondendum notoriè, & euidenter impertinentibus, licèt ſtatutum mandaret omnibus reſponderi ſub pœna, quæ non habet etiam locum in eo, qui negauit, & poſtea negationem reuocauit, & confeſſus eſt antequam fuerit probatum ab aduerſario, ita vt hoc caſu gaudeat etiam beneficio confeſſionis, Aſin. *in Prax.* §. 19. *cap.* 9. 10. 11. *&* 12. *fol. mihi* 134. *&c.*

Et dum ſuper admiſſione, vel non admiſſione diſputatur, non currit tempus ad probandum, Michalor. *de poſit. cap.* 36. *per tot.*

8 Poſitioni per quam reus, & poſſeſſor interrogatur an talis ſuus auctor poſſideret tali tempore non eſt reſpondendum, Surd. *deciſ.* 22. Michalor. *de poſit. cap.* 50. dixi in §. *Confeſſio nu.* 64. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 48. *nu.* 17. vbi quòd emptor conuentus non tenetur reſpondere poſitioni ſuper dominio rei emptæ.

Contrarium videtur tenere Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *quæſt.* 32. *per tot.* vide in §. *Extremum num.* Tuſch. *lit. P. concl.* 388. *nu.* 4. ſed reprobatur per Michalor. *loc. cit.* firmando nec ſuper poſſeſſione, nec ſuper dominio auctoris eſſe reſpondendum.

Intellige vt non teneatur reſpondere, ſed ſi reſpondeat, ſibi præiudicat, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 62. in fine*, dixi in reſol. *cap.* 44. *nu.* 13. *& cap.* 78. *nu.* 19. facit Michalor. *d. tract. cap.* 58 vbi quòd reſponſio facta poſitionibus, quibus de iure non erat reſpondendum, præiudicat reſpondenti, quod tamen pluribus modis limitat.

Sicut etiam non eſt reſpondendum concernentibus dominium ſui actoris, licet reus ſciret, quia ſibi præiudicaret, Surd. Michalor. Scapuc. & alij *in locis citatis*, Tuſch. *d. concl.* 388. *num.* 5. *& concl.* 396. vbi an, & quando ſit reſpondendum, vel non poſitionibus de facto alieno, de quo vltimo latè Michalor. *de poſit. cap.* 16. *per tot.*

An autem cedens teneatur reſpondere poſitionibus conuento à ceſſionario, Sanfelic. *deciſ.* 169. dixi in §. *Ceſſio num.* 39.

Poſitiones an admittantur in cauſis criminalibus, ſi- 9
cut in ciuilibus, vide Clar. §. *fin. quæſt.* 45. *num.* 4. vbi videtur tenere quòd ex parte fiſci, & accuſatoris admittantur per viam querelæ, cui teneatur reus cum iuramento reſpondere, ex parte verò accuſati non admittantur, ac ita ſeruari de conſuetudine, ad Clar. *loc. cit.* dicit, quòd in primo caſu veritas eſt in contrarium, quia poſitionibus criminoſis regulariter non eſt reſpondendum ad inſtructionem aduerſarij, ſeu releuationem oneris probandi, & in criminalibus non quæritur veritas per viam poſitionum, ſed officio iudicis per modum interrogationum, & citat Iaſ. *in l. omne officium ff. de off. Aſſeſ.* & Bald. *in l. Accuſatorem n. 7. C. de his, qui acus non poſſ.* dixi in §. *Accuſatio n.* 17. & vide latè Michalor. *de poſit. cap.* 18. *& cap.* 30. *per tot.* Conciol. *verb. Accuſator reſol.* 12.

Quòd imò inquiſitus poſſit petere, vt interrogetur accuſator ſuper eo, quod excludit delictum, Alber. de Roſat. *in l. vbicumque ff. de interrog. act. in fine*, & ita vidiſſe practicari, & obtineri, quem refert, & ſequitur Folle. *in pract. crim. 2. part. 3. part. verb. Audiantur exceptiones proponendæ, num.* 62. *fol. mihi* 165. quia interrogatio eſt loco probationis, & defenſionis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 51. *nu.* 21. Et hæc quidem opinio poſſet admitti ceſſante omni ſuſpicione colluſionis, alias autem ſecùs per ea, quę notauit in *d.* §. *Accuſatio n.* 17. ac vt ſupra ſcio fuiſſe quandoque practicatum per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ, & ſignanter de anno 1659. in cauſa contra Sanctem Rampinum, & de anno 1676. in cauſa contra Ser Carolum Palagium.

An autem in cauſis beneficialibus admittantur poſitiones, idem Michalor. *d. tract. cap.* 31. *per tot.* vbi firmat regulam negatiuam, quam tamen pluribus modis declarat.

Poſitionibus obſcuris, incertis, & captioſis, non eſt 10
reſpondendum, ſicut nec criminoſis continentibus crimina, & turpitudinem reſpondere debentis, ità vt in eis non habeat locum diſpoſitio ſtatuti, vel iuris communis, quòd habeantur pro confeſſis, Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.* 30. *vbi Addit.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 58. *& ſeqq.* vbi etiam quòd debent eſſe diſpoſitiuè, & non interrogatiuè conceptæ, Michalor. *de poſit. cap.* 7. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd criminoſis non ſit reſpondendum, latè Rot. *in Practicabilibus poſt part.* 2. *Diuerſ. num.* 148. *fol. mihi* 799. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 395. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 28. *num. 6. &c. vol.* 5. Michalor. *de poſit. cap.* 18. *&* 30. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 563. *num.* 14. vbi quòd poſitionibus continentibus crimen, non tenetur quis reſpondere, vide §. *Interrogatoria num.* 10.

Poſitionibus, quibus obſtat præſumptio iuris, & de 11
iure non eſt reſpondendum, quia habens huiuſmodi præſumptionem pro ſe non poteſt cogi fateri contrarium, & iurare, niſi tanta ſubſit æquitas, vt iudici contrarium videatur, ſi tamen reſpondeat ſibi præiudicat confeſſio, ad tradita per Menoch. *lib. 1. q.* 62. *per tot.*

Quòd admittatur poſitio contrà præſumptionem iuris, & de iure, Herculan. *tract. de negat. nu.* 209. Pontirol. *Reſponſ. pro Mambellis nu.* 546. facit Michalor. *de poſit. cap.* 56. *nu.* 23. *& ſeqq.* vbi an, & quando poſitiones ſuper iure præſumpto fieri poſſint, vel non.

Poſitiones non poſſunt fieri per procuratorem, niſi ha- 12
beat mandatum ſpeciale, & in indiuiduo, & ſi fiant non tenetur reus reſpondere, nec poſſunt haberi pro confeſſis, Rot. poſt Fenzon. *ad ſtat. Vrb. deciſ.* 40. *verſ. tamen non obſtat*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 772. *nu.* 26. Ridulphin. *in Prax. part. 1. cap. 10. nu. 69. & ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 240. *num. 3. &c.* Michalor. *de poſit. cap.* 24.

Quòd

Quòd datæ per procuratorem cum mandato generali poſſint reuocari etiam non docto de errore, Rot. *in Practi-cabilibus poſt part.* 2. *Diuerſ. nu.* 143.

Non etiam poteſt poſitionibus reſponderi per procuratorem, niſi habeat mandatum ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic reſpondendum, Rot. poſt Fenzon. *ad ſtat. Vrb. deciſ.* 37. Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 282. *num.* 9. Gratian. *d. cap.* 772. *nu.* 24. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 13. *num.* 34. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 69. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 92. *& deciſ.* 240. *nu.* 8. Michalor. *de poſit. cap.* 65. *per tot.* Sanfelic. *in Prax. ſect.* 48. *nu.* 14. *&c.*

Poteſt tamen procurator admitti ad reſpondendum pro homine ſimplici, & idiota arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 193. *num.* 4. *&* 5. Ridolphin. *loc. cit. num.* 80. *& ſeqq.* Michalor. *d. tractat. cap.* 66. *per tot.* vbi an poſſit inſtituere, & quomodo clientes, Sanfelic. *in prax. ſect.* 48.

Quòd ruſticus ſimplex, & ignarus, qui talis iudicatur arbitrio iudicis, debeat habere copiam poſitionum, & illis reſpondere cum præſentia ſui aduocati, vel procuratoris, & eius reſponſionem qualificatam admitti, idem Menoch. *caſ.* 194. *num.* 77. *& ſeqq.* Ridolphin. *loc. cit. nu.* 82. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 68. *num.* 119. Michalor. *de poſit. cap.* 33. *& cap.* 66. *vbi num.* 9. limitat non procedere in ruſticis noſtri temporis, qui ſunt ita ſagaces, vt potiùs timendum ſit ab ipſis decipi, quàm quòd illi decipiantur, maximè in his, qui non longè diſtant a Ciuitatibus, & ad quas ſæpè accedere ſolent, nam tales proprijs, & aliorum malitijs abundant.

Qualiter, & quando dubitandi de veritate poſitionum poſſit dari dilatio ad reſpondendum, & procuratori ad conſulendum dominum, imò quandoque etiam copia prout ſeruatur in Curia Romana arbitrio iudicis, Veſtr. *in Prax. lib.* 5. *cap.* 24. *numer.* 9. & ibi Grauat. *num.* 33. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *numer.* 53. *& ſeqq.* Michalor. *d. tract. cap.* 34. vide in §. *Copia numer.* 4. *inſr. num.* 21.

13 Poſitio partim vera, & partim falſa, poteſt tota negari, etiam in foro conſcientiæ ſecundùm magis communem opinionem, Addit. ad Pract. Papp. *for. poſit. gloſ.* 5. latè Surd. *deciſ.* 58 vbi plura hincindè cum nonnullis conciliationibus, Ricc. *Collect.* 3466. latè Michalor. *de poſit. cap.* 53. *per tot. & cap.* 54

Quamuis adeſſet clauſula, quòd ſi non credit de tanta, dicat de quanta, licèt hoc non ſit tutum in conſcientia, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap* 109. *num* 20. *&c.* vide in §. *Debitor num.* 12. *&* § *Negatiua num.* 2. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 48 *& ſeqq.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 68. *num.* 97 *& ſeqq.* Michalor. *loc. cit. nu.* 20. *& ſeqq. & cap.* 54. *nu* 11. *&c.*

Quòd poſitio non debeat tota negari, ſed admitti pars vera, quia petens totum, non videtur excludere partem, Diaz. *reg.* 564. & hanc opinionem, quod nulla poſitio partim vera, & partim falſa in totum negari debeat, tanquam veriorem, Chriſtiano digniorem laudat, & ſequitur Myſing. *obſer.* 55. *cent.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 266. *in fine vol.* 1. vide Michalor. *de poſition. d. cap.* 53. *per tot. & cap.* 54. Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 180. *num.* 7.

14 Poſitio de decem porè debitis, quæ re vera ſint debita, ſed ſub conditione, poteſt in totum negari, Bart & Ang. *in l. ſi ſtipulanti ff. de verb. oblig.* Pract. Papp. *for. except. contr. poſit. gloſ. vlt.*

Et ſi detur reſponſio qualificata debet in totum à ponente acceptari, vel in totum reijci, Soc. ſen. *conſ.* 208. *col.* 1. *lib.* 2. Bellon. *conſ.* 46. *num.* 13. Menoch. *de arbitr. caſ.* 93. *num* 24. *&c.* vbi alia ſimilia adducit, vide in §. *Confeſſio nu.* 61. Michalor. *de poſit. cap.* 59. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones, caſus, & diſtinctiones.

Qualiter autem poſſit tutè reſponderi poſitionibus de mutuo recepto, ſi verum ſit quòd fuerit receptum, ſed ſecretò reſtitutum, ita vt reſpondens ſit tutus in conſcientia, nec ſe inuoluat, vel grauet onere probandi reſtitutionem, & an bona ſit reſponſio, nego habuiſſe, & ſi aliter appareat, dico reſtituiſſe, vel in tuis negotijs expendiſſe, & alia ad propoſitum, latè Michalor. *d. tract. c.* 44. *&* 45. *per tot.*

15 Poſitionibus eſt reſpondendum ſimpliciter, & non qualificatè, niſi ea æquitate iudicis arbitrio pro qualitate perſonarum aliter videatur, vel niſi qualificata etiam fuerit poſitio, vel niſi qualitas, & conditio inſit à natura actus, nam his caſibus qualificata admittitur reſponſio, & quando poſitio, vel reſponſio dicatur ſimplex, *DD. in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 251. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 31. *& ſeqq.* vbi qualiter ſit ſimpliciter reſpondendum, per verbum *credit, vel non credit*, & alia, latè Michalor. *de poſit. cap.* 42. *per tot. & cap.* 39 *&* 40. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 40. *nu.* 1. *& ſeqq. per tot.* vbi quando dicatur ſufficienter reſponſum poſitionibus, vel non, & quod quando eſt reſpondendum ab aliqua vniuerſitate, vel ſocietate, pro intereſſe communi, ſufficeret vnius miniſtri reſponſio ad Seraph *deciſ.* 415. *num.* 6.

Plura qualiter ſit ſimpliciter reſpondendum poſitionibus, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 245. *per tot.* Sanfelic. *in Prax. ſect.* 48. *vbi num.* 13. quòd ſi agatur de facto antiquo, vel alieno admittitur reſponſio per verbum, *ignoro*.

Quòd reſponſio non credit, vt ponitur ad effectum, ad quem ponitur, non ſit ſufficiens, niſi addatur copula *&*, vel *neque*, & quare, Beltramin. ad Ludouiſ. *dec.* 282. *num.* 10.

Poſitionibus reſpondens, ſi dicat confiteri, vel credere prout continetur in tali inſtrumento, habetur pro negante ſi in inſtrumento aliter contineatur, quàm ſi dictum in poſitionibus, quia confeſſio relatiua ad aliud, de quo apparet attenditur prout in relato, etiam in his, de quibus potuiſſet referens diſponere, & generaliter quomodo ſit interpretanda reſponſio data poſitionibus, latè Surd. *deciſ.* 291. *num.* 16. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd reſpondens in parte videtur in alijs negare, & reſponſio ità debet interpretari in fauorem reſpondentis, ne incidat in contrarietatem, & alia; de reſponſione relatiua ad acta, inſtrumenta, vel alias ſcripturas quando admittatur, vel non, & quid operetur, latè Michalor. *de poſit. cap.* 55. *per tot.* vbi plures caſus diſtinguit, & declarat, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 40. *nu.* 9 *&c. & part.* 14. *deciſ.* 245. *per tot.* 16

Quòd admittatur relatiua reſponſio facta poſitionibus videlicet prout in tali inſtrumento, Mynſing. *obſeru.* 86. *cent.* 1. Toſch. *litt. P. concluſ.* 390. *per tot.* Ridolph. *part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 49. *& ſeqq.* Michalor. *d. cap.* 55. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi intelligit quando inſtrumentum exiſtit in actis, vel ſaltem enunciatur in poſitione; alias autem ſecùs, niſi agatur de facto antiquo, vel intricato, vel niſi reſpondens ipſam ſcripturam, vel inſtrumentum relatum producat, ad quod etiam à parte cogi poteſt, vt incerta reſponſio certa reddatur, ſequitur Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 40. *num.* 12. *&c.* vide *part.* 4. *deciſ.* 245 *per tot. & part.* 18. *deciſ.* 803. vbi quando non ſit ſufficiens reſponſio relatiua ad inſtrumentum, ſed clariùs ſit reſpondendum.

Et ſi in inſtrumento nihil contineatur ex defectu ſolemnitatis, confeſſio non nocet, quia veritas ſine ſolemnitate ſtare non poteſt, veluti ſi ſit nulla apocha, ad quam ſit relatio, Magon. *deciſ. Luc.* 13. *numer.* 33. *& deciſ.* 25. *num.* 52. vide in §. *Decretum num.* Toſch. *d. concl.* 390. *per tot.* Ridolph. *loc. cit.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 68. *num.* 71. *&c.* Michalor. *d. cap* 55. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi quòd non magis nocet iſta reſponſio, quam ipſum inſtrumentum, ad quod ſit relatio.

Non etiam admittitur reſponſio per verbum, *non recordor*, in facto proprio, & notabili, de quo non eſt probabilis obliuio, ſed poteſt ſic reſpondens compelli ad magis præcisè reſpondendum, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 803. *per tot.*

Poſitiones negans non incidit in pœnam ſtatuti, ſi abſoluatur à petitione in cauſa principali, niſi talia eſſent verba ſtatuti, vt ex illis competeret condictio, & non merum iudicis officium, & plura ſtante ſtatuto quod reſpondeatur ſimpliciter per verbum *credit*, vel *non credit*, vel alijs ſimilibus ſtatutis, Aſin. *in prax.* §. 19. *cap.* 13. *&* 14. *& ſeqq. ad cap.* 27. 17

Quando contra conuictum de mendacio ſuper vna poſitione negata, præſumatur ſuper alijs negatis; ità vt ſatione mendacij habeatur pro confeſſo, & conuicto in alijs, & pars releuetur ab onere probandi, quid ſi negatio non fuerit ſimplex, ſed prout ponitur, & quomodo ſeruetur in praxi, Gratian. *deciſ.* 227. *per tot. & diſcept. forenſ. cap.* 109. *per tot.* vbi plura de pœnis contrà mendaces, & quando habeant locum, vel non, & ex quibus cauſis quis poſſit excuſari.

An autem, & quando falſum reſpondens poſitionibus efficiatur periurus, & poſſit de periurio puniri, Farinac. *quaſt.* 160. *num.* 125. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 319. *nu.* 20. *&c.* Card. Tuſch. *littor. P. concluſ.* 287. *&* 288. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 203. *& ſeqq. fol.* 451. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. *& ſeqq.* Michalor. *de poſit. cap.* 41. *per tot.* vbi refert quatuor opiniones, & amplectitur illam tenentium puniri poſſe, & debere, quam in caſu occurrenti ſequutus fuit Iudex Terræ Solis, & approbauit Magiſtratus DD. Octo Baliæ Ciuitatis Florentiæ (articulo tamen non particulariter diſcuſſo) de menſe Septembris 1677. in cauſa contrà Andream Mannum, qui inquiſitus de negatione poſitionis ſuper probitate aduerſarij fuit abſolutus, vt conſtat ex filcia Proceſſuum dicti Magiſtratus 650. n. 139. vide in §. *Negatiua*.

Sed poſitionibus reſpondendo peierantem, ſolum Deum vltorem habere, concludit Poſſent. *ſingul.* 227. *per tot.*

18 Poſitiones vt habeantur pro confeſſis, & inducant confeſſionem probatoriam debet præcisè ſeruari forma tradita *in cap.* 2. vbi Franch. *de confeſſ. in* 6. nempè quòd ſint lectæ principali, ſit monitus in faciem reſpondere, non habeat legitimam cauſam recuſandi, in termino fuerit accuſata contumacia, & ſequatur iudicis interloquutoria, vt ſæpè fuit dictum à Rot. & ſignanter *in Romana dotis* 21. *May* 1625. *coram Coccin.* apud Fenzon. *ad ſtatut. Vrb. deciſ.* 38. 39. *&* 40. & ipſe Fenzon. *in cap.* 68. *nu.* 76. & Diaz. *reg.* 565. *per tot.* dixi in *reſol. cap.* 78. *num.* 14. *&c.* vbi etiam quòd eſt neceſſaria citatio partis in huiuſmodi declaratione.

An verò detur appellatio ab iſta declaratione, dic quòd non regulariter, exceptis quibuſdam caſibus, & niſi adſit ſtylus contrarius, vt per Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 10. *num.* 101. *& ſeqq.* vbi quòd Rota concurrentibus prædictis tenet contumacem haberi pro confeſſo, quando poſitiones fuerunt pronunciatæ pro confeſſis extrà Rotam, nam Rota ipſa non pronunciat poſitiones pro confeſſis, ſed monet, & compellit ſub pœnis ad reſpondendum, Merlin. *deciſ.* 92. Michalor. *de poſit. cap.* 32. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* vbi plura quomodo iudex poſſit compellere ad reſpondendum poſitionibus, vel illas declarare pro confeſſis; Et quod requiratur pronuncia iudicis, idem Michalor. *cap.* 46. *per tot.*

Poſſet tamen per ſtatutum induci alia forma, quæ eſſet ſeruanda, & tunc probaret huiuſmodi confeſſio ficta circa diſpoſitiuè contenta in poſitionibus, non autem circa enunciatiua, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 639. *num.* 25. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 10. *num.* 40. dixi in *ſupra cit. cap.* 78. *num.* 16. *&c.* vide Tuſch. *littera S. concluſ.* 623. *per tot.* Michalor. *d. tract. cap.* 60. *&* 61.

Quando poſitiones habeantur pro confeſſatis, vel non, & qualiter præiudicent, Tuſch. *litt. P. concl.* 397. *&* 398. *per tot.* vide in §. *Contumacia num.* 8. latè Michalor. *dict. tract. cap.* 61. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect.* 48. Triuiſ. *deciſ.* 38. *lib.* 1.

Ad hoc tamen, vt quis habeatur pro confeſſo non reſpondendo poſitionibus iuxtà formam ſtatuti, alia ſeptem requiſita ponit Gratian. *deciſ.* 171. *per tot.* habetur poſt Michalor. *tract. de poſit. deciſ.* 79. & latiùs idem Michalor. *cap.* 61. *per tot.*

Plura de hac materia an, & quando poſitiones poſſint haberi pro confeſſatis, & quæ requirantur, vt huiuſmodi ficta confeſſio præiudicet contumaci in reſpondendo iuxtà prædicta, & alia addendo Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 10. *num.* 88. *& ſeqq. per tot.* Michalor. *de poſit. cap.* 61. *per tot.* vide in §. *Actor n.* 23. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.* 3. *quaſt.* 1. *nu.* 23. *& ſeqq.*

19 Poſitiones habitæ, vel declaratæ pro confeſſis admittunt probationem veritatis in contrarium, & illam maximè, quæ fieret per aduerſarij confeſſionem, & hoc fauore, & priuilegio veritatis, cui omnia cedere debent, Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.* 25. *&c.* Iaſ. *in l. ſi is, qui nu.* 6. *C. qui teſt. fac. poſſ.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 4. *gloſ.* 1. *num.* 12. *et ſeqq.* vbi aliquibus modis limitat, & Ridolphin. *d. cap.* 10. *num.* 115. *etc.* Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. Luc.* 5. *num.* 37. *etc.* vbi plura, & Michalor. *de poſit. cap.* 49. *per tot.*

Quòd poſitio habita pro confeſſata dicatur ficta probatio, & pereat perempta inſtantia, ita vt in alia inſtantia producta nullam fidem faciat Addit. ad Magon. *d. deciſ.* 25. *nu.* 25. *litt. H.* vide in §. *Inſtantia num.* ſequitur Ridolphin. *d. cap.* 10. *nu.* 95.

20 Poſitio confeſſata non poteſt reuocari ſtante partis acceptatione, niſi docto de errore, habita verò pro confeſſata poteſt quandocunque reuocari, Rimin. iun. *conſ.* 473. *num.* 23. Addit. ad Magon. *deciſ. Luc.* 17. *in princ.* & facit benè *deciſ.* 25. *num.* 28. vide latè Tuſch. *litt. P. concl.* 391. *et* 392. *per tot.* Michalor. *de poſit. quaſt.* 64. *per tot.* vbi reprobat Ruginel. *pract. quaſt. cap.* 16. contrarium tenentem.

Quòd quandocumque ante concluſum in cauſa, & ante ſententiam poſſit mora, & contumacia in reſpondendo poſitionibus purgari, & pars ad reſpondendum poſitionibus pronunciatis pro confeſſis de iure admitti, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 73. Ridolphin. *in Prax part.* 1. *cap.* 10. *num.* 107. *etc.* vbi etiam qualiter reſpondens poſſit incontinenti (id eſt infrà triduum, & antequam fuerit confeſſio à parte acceptata) ſuam reuocare confeſſionem, etiam non docto de errore, niſi confeſſio emanauerit poſt datum terminum ad deliberatè reſpondendum.

Contrarium quòd imò poſt monitiones, accuſatam contumaciam, & factam pronunciam haberi pro confeſſis, non poſſit mora purgari, ne iura partis efficiatur deterius in grauamine probationis, latè tuetur Michalor. *de poſit. cap.* 47. *per tot.* & idem videtur tenere Saluſt. Tiber. *loc. ſup. cit.*

21 Poſitionum non eſt danda copia de iure communi, & ita etiam de conſuetudine ſemper ſeruatum vidi in ſtatibus Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ, licèt contrarium ſeruari in Curia Romana, & in alijs locis, ita vt non ſit eadem omnium Tribunalium conſuetudo plures teſtentur, & ideò attendendum eſſe ſtylum, vel ſtatutum cuiuslibet loci, & alia ad rem, tradit Michalor. *de poſit. cap.* 33. *&* 34. *per tot.* vbi etiam an ſit dandus terminus ad deliberatè reſpondendum, & dixi *ſupra nu.* 12. *in fine.*

Quodnam autem forum debeat attendi circa poſitiones, quando diuerſa vigent ſtatuta, vel Conſuetudinis, idem Michalor. *tract. cap.* 35. *per tot.* vbi concludit attendendum eſſe ſtatutum fori, in quo fit iudicium, & pronuncia, licèt poſteà iudices alibi ſe conferant cum Principe.

Et ſi opus ſit mittere Commiſſarium ad recipiendum reſponſiones, cuius ſumptibus accedere debeat, Afflict. *in Conſt. Reg. Conſt. partes in iudicio num.* 5. *in ritu* 153. etiam Carauit. *in fine*, quos refert Sanfelic. *in Praxi ſect.* 48. *num.* 18. vbi videtur firmare ſumptibus principalis examinandi.

22 Poſitionibus, quibus ſemel fuit reſponſum, non eſt amplius reſpondendum, ne quis in contrarietatem, vel periurium incidat, & ſic non ſunt admittendæ poſitiones quæ ſint eædem cum primis datis, in verbis, vel ſubſtantia, vel ex neceſſitate probationis, vel facti, vel ex qualitate, vel ex dependentia, vt declarat Michalor. *de poſit. quaſt.* 51. *per tot. & quaſt.* 52. vbi quòd poſitionibus, ob quas in periurium, vel contrarietatem quis incidere poſſet non eſt reſpondendum, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 346. *nu.* 7.

Nec etiam qui reſpondit poſitioni generali, tenetur poſtea reſpondere ſpeciali, quia deſtructo genere deſtruitur quælibet eius ſpecies; licèt è contrà, qui negauit poſitionem ſpecialem, poſſit cogi ad reſpondendum generali, quia remota ſpecie non remouetur genus, intelligendo in genere, & ſpecie propriè ſumptis, non autem in poſitione generali, ſeu vniuerſali continente plures res, ſeu indiuidua, quæ ſublata generalitate non tolluntur, & ideò de pluribus generaliter interrogatus, poteſt etiam in ſpecie interrogari de qualibet re, niſi negando dixerit ſe nihil debere, vt latè per plura exempla declarat Michalor. *d. tract. cap.* 54. *per tot.*

23 De poſitionibus multa notabilia ex varijs auctoribus indicat Com. Auguſt. Fontana *Bibliothec. legal. part.* 5. *verb. Poſitio fol.* 350. *&c.*

24 Poſitiones negans, ſi in aliquibus fuerit conuictus de Mendacio, an etiam quoad alias idem dici poſſit, Andreol. *contr.* 104. vbi quòd non in diuiduis, ſed benè in indiuiduis.

§. PO-

§. POSITVS IN CONDITIONE. XXVII.

1 POſiti in conditione regulariter non veninnt in diſpoſitione, & ideò non cenſentur vocati, nec ſubſtituti in hæreditate, niſi aliter ex coniecturis appareat de mente diſponentis, *gloſ. in l. Lucius 2. ff. de hered. inſtit.* Oldrad. *conſil.* 21. Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ. 266. per tot.* vbi pro vocatione ex coniecturis arbitrio iudicis æſtimandis, Curt. iun. *conſ.* 87. Rot. *part. 2. diuerſ. dec.* 212. Crauett. *conſ. 109. num. 2. conſ. 62. num. 4. 15. & 73. &c. conſ. 130. num. 2. &c.* Cyriac. *contr. iur. cap. 96. lib. 1.* vbi pro vocatione perpendit duodecim coniecturas, Cabal. *conſ. 105. lib. 1.* vbi ponit nouem coniecturas, *& conſ. 136. per tot. d. lib. 1. & conſ. 181. num. 29. & ſeqq. eod. lib. 1.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt. 77. 78. & 79.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 76. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 332. cap. 747. c. 254. nu. 40. &c. cap. 536. num. 46. cap. 776. cap. 848. num. 30. cap. 928. cap. 965. num. 25. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 27. per tot.* vbi pro vocatione, *& deciſ. 73. per tot.* vbi pro excluſione, pleniſſimè Ioſeph. Ruſtic. *in tract. ad l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* Peregr. *de fideicom. art. 28.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 437. per tot. cum pluribus ſeqq.* Mant. *de coniect. lib. 11. tit. 2.* Galuan. *contr.* 43. Rot. *part. 2. recent. dec. 667. & part. 5. deciſ. 221. per tot. & part. 13. deciſ. 169.* vbi pro vocatione ex coniecturis, *& deciſ. 526. per tot. in eadem cauſa*, vbi ſex coniecturas adducit Martha *de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 9. per tot.* Surd. *deciſ. 162.* vbi pro vocatione, Caualer *deciſ. 454. per tot. deciſ. 496. num. 12. &c.* Mart. Medic. *deciſ. 8. num. 33. & ſeqq. per tot.* Sperel. *deciſ. 351. per tot.* vbi pro vocatione ex coniecturis, *& deciſ. 352. per tot.* vbi an quando ſunt actiuè vocati, poſſint dici etiam paſſiuè grauati onere fideicommiſſi reciproci, Ludouiſ. *deciſ. 315. per tot. & deciſ. 329.* Bich. *deciſ. 342.* latè Tuſch. *lit. F. concluſ. 369. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 307. per tot. vol. 1.* vbi an, & quando cenſeantur vocati, vel grauati, Fachin. *contr. lib. 4. cap. 51.* Theſ. *deciſ. 96.* Gabriel. *comm. concl. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 4.* idem Chriſtin. *deciſ. 13. num. 3. vol. 4. & deciſ. 46. num. 7. &c. vol. 4. & deciſ. 115. vol. 6.* Merlin. *deciſ. 83. & deciſ. 350.* vbi pro vocatione ex coniecturis, ſed licèt vocati, non ob id cenſentur grauati, idem Merlin. *deciſ. 447. per tot.* vbi pro vocatione ex coniecturis, *& deciſ. 686.* vbi ponderat ſex coniecturas, *& deciſ. 699. num. 26. &c. deciſ. 864. per tot.* vbi quando dicuntur vocati, & etiam ad inuicem reciprocè grauati, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 16. per tot.* vbi pro vocatione ex coniecturis, etiam ad fauorem fœminarum, non obſtante ſtatuto excluſiuo, ſi maſculi non extent, *& deciſ. 316. num. 5. & ſeqq. & deciſ 494. d. part. 14.* Fontanel. *deciſ. 146. & ſeqq.* vbi plura de materia hic contenta, & an ex coniecturis vocati, cenſeantur etiam grauati reſtituere illis, quibus eorum pater per fideicommiſſum ſub conditione ſi ſine liberis, &c. *& deciſ. 159. & 160. & deciſ. 597. & 598. per tot. ac de pact. nup. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 10. part. 2. fol. 226.* Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 63. per tot.* vbi plura de materia, & quòd vigore Statuti Eugubini, filij poſiti in conditione cenſentur vocati; non tamen grauati, nec inter ſe reciprocè ſubſtituti; de qua materia plene etiam Caſtill. *contr. tom 2. cap. 12. per tot.* Ramon. *cum nouiſſimis Annot. Iacob. Balduc. conſ. 9. 15. & ſeqq.* Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part. 2. quæſt. 32. & 42. per tot. & quæſt. 55. & part. 3. deciſ. 61. per tot.* Tondut. *quæſt. ciuil. 119. 120. & 121. per tot. part. 2.* Andreol. *contr. 240.* vbi de poſitis in conditione, in contractibus an cenſeantur vocati, & alij citati à moderno Com. Ang. Fontan. *Biblioth. leg. part. 4. verb. Filij in condit. & fol. 591. & part. 5. verb. Poſiti fol. 349*

Quòd dicta opinio, vt poſiti in conditione non cenſeantur vocati, ſit Florentiæ canonizata, quicquid aliàs quæſtio Imperiali deciſione indigeret, Magon. *dec. Flor. 71. nu. 14. &c. deciſ 73. nu. 4. &c.* Cabal. *conſ. 136. nu. 1. & ſeqq. lib. 1.* Tuſch. *d. concluſ. 369. per tot.*

Item in Rota Romana, niſi ex coniecturis aliter conſtet de mente teſtatoris, Merlin. *d. dec. 447. num. 1. & alibi*, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 327. nu. 3. &c. & alibi, part. 11. dec. 244. & part. 15. deciſ. 383. per tot.* vbi reicit plures coniecturas pro vocatione adductas, *& part. 18. deciſ. 79.*

Quòd extantibus coniecturis poſiti in conditione cenſeantur vocati, vt ſi fuerint in conditione poſiti ſub qualitate maſculinitatis, vel legitimitatis, ſi teſtator proceſſerit ad plures gradus ſubſtitutionum, ſi alij erant priùs inſtituti, & expreſsè vocati, & ſi propria filia teſtatoris fuerit excluſa, & hanc vltimam eſſe tutiſſimam coniecturam, Altograd. *conſ. 75. num. 40. & ſeqq. lib. 2.* Galuan. *conſ. 33. num. 47. & ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ. 15. per tot. & deciſ 329.* Merlin. *deciſ. 686. per tot.* & alibi in locis ſupracitatis, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 484. deciſ. 327. per tot.* vbi de prædictis, & alijs coniecturis, nempè ex qualitate fideicommiſſi ſuper re certa inſtituti, ex verbis denotantibus tractum ſucceſſiuum temporis, ſi conditio ſit adiecta in contractu donationis, ex quibus, & alijs coniunctim conſideratis reſoluit pro vocatione, ſed poſteà in eadem cauſa *part. 10. rec. deciſ. 160. receſſit à deciſis, & part. 9. deciſ. 401.* vbi latè pro non vocatione ex alijs efficacioribus coniecturis, & omnibus prædictis particulariter reſpondit, latè Creſp. de Valdaur. *Obſeru. 19. & 20. per tot.*

Pro vocatione autem in alia cauſa ſex coniecturas ponderat eadem Rot. *part. 11. recent. deciſ. 42. per tot. & part. 13. deciſ. 169.* vbi etiam quòd in ſtatu Veneto præualet opinio, quòd filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, Bich. *deciſ. 605.* vbi ponderat quinque efficaces coniecturas pro vocatione, & plenè Rot. *part. 18. recent. deciſ. 276. per tot. deciſ. 481. per tot.* vbi pro vocatione habentur ſex coniecturæ, *& deciſ. 500. per tot. deciſ. 617. per tot. deciſ. 690. per tot. & deciſ. 724. num. 2.* vbi ſummatim referuntur.

Quòd in antiquis probetur poſſeſſio ex locationibus, etiam ſi non conſtet illas fuiſſe effectum ſortitas, & quando plura ſunt inſtrumenta, hoc verum eſt etiam contra tertios, Altograd. *conſ.* 74. *num.* 18. *& ſeqq. & num.* 34. *& ſeqq. lib.* 2. Iordan. Gabriel. Maſcard. *loc. cit.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 520. *num* 24. *& part.* 14. *deciſ.* 229 *num.* 17. *& ſeqq. & in Romana fideicommiſſi de Caſſarellis* 15. *Martij* 1675. *coram Bourlemont*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 72. *num.* 12.

Quòd poſſeſſio probetur ex locatione, etiam moderna, & vnica, ſtante ſubſequuta penſionum perceptione, etiam contra tertium, Caualer. *deciſ.* 5. *num.* 1. *deciſ.* 44. *num.* 1. *& deciſ.* 391. *num.* 3. Gregor. *deciſ.* 500. *num.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 236. *num.* 1. *&c. part.* 13. *deciſ.* 520. *num.* 23. *part.* 14. *deciſ.* 107. *num.* 5. *&c.* vbi contra quoſcumque, *& deciſ.* 520. *num.* 7. *&c.*

Inter locatorem, & conductorem probatur poſſeſſio ex ſimplici inſtrumento locationis, Caualer. *deciſ.* 48. *num.* 1. *deciſ.* 446. *num.* 1. Gabriel. Maſcard. & Iordan. *loc. cit.* Rot. *part.* 10 *recent. deciſ.* 191. *num.* 2.

25 Poſſeſſio probatur ex pluribus enunciatiuis antiquis in ſcriptura authentica contentis, item ex libro æſtimi, vel Cataſtri in loco publico cuſtoditi, Altograd. *conſ.* 74. *num.* 21. *&c. lib.* 2. vide plenè Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 520. *per tot.*

Item ex ſententia licèt inter alios lata ſaltem præſumptiuè, Altograd. *loc. cit. num.* 47.

Quòd non transferatur per ſententiam niſi doceatur de effectuatione, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 240. *num.* 4.

Poſſeſſio poteſt duobus modis principaliter probari, nempè verè, & fictè; verè per actus directè inferentes poſſeſſionem; vt arare, ſeminare, colligere fructus, penſiones recipere, vel alia ſimilia facere prout veri domini; fictè verò per conſtitutum, per traditionem inſtrumenti, per reſeruationem vſusfructus, per impoſitionem ſigilli, per inueſtituram, per clauium traditionem, vel ſimilia modos, quos declarando proſequitur Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 575. *&c.* Scapucc. de Saluian. *lib.* 1. *qu.* 31. *per tot.* Duran. *deciſ.* 405. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 418. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1182. *& ſeqq.* 26

Plura de probatione, quæ oritur ex appoſitione ſigni, vel ſigilli, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 509. *num.* 5. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 161. *& ſeqq. fol.* 277. vide *in* §. *Dominium num.*

De clauium traditione præcedente tamen titulo, idem Gratian. *cap.* 503. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 183. *num.* 3. vbi quòd cuſtodia clauium indicat cuius ſit locus ſub clauibus cuſtoditus, plenè Viui. *comm. opin.* 619. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1184. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 763. *num.* 4. Ricc. *Collect.* 3813. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 285. *num.* 4. *&* 5. vbi quòd talis poſſeſſio mediante clauium traditione acquiſita eſt manutenibilis, *& part.* 19. *deciſ.* 183. *num.* 10. vbi quòd ex traditione clauium cenſetur tradita poſſeſſio eorum, quæ ſunt ſub clauibus, *l. clauibus traditis* 74. vbi Bart. & alij *de contrah. empt.*

Quòd ex traditione clauium transferatur dominium, & poſſeſſio, intellige ſi tradens ſit dominus, vel poſſeſſor, aliàs ſecus, cùm nemo dare poſſit quòd non habet, *l. clauibus* 74. *ff. de contrah. empt.* cum alijs per Bich. *deciſ.* 500. *num.* 1.

De traditione inſtrumenti, idem Gratian. *cap.* 910. *n.* 2. *&c.* vbi quòd transferi poſſeſſionem etiam extra conſpectum rei, ſequitur Vrceol. *Conſult.* 92. *num.* 23. *vol.* 2. Quidquid contradicat Tondut. *Quæſt. Ciuil. l.* 1. *cap.* 37. *num.* 19. vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 1184. *la ſeconda per tot.*

Qualiter probetur poſſeſſio per inſtrumentum, idem Gratian. *cap.* 542. *num.* 3. *&c. cap.* 732. *num.* 11. *&c.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1184. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 549. *num.* 3. vbi quòd probatur per inſtrumentum quando priùs erat vacua.

Quòd inſtrumentalis ſit manutenibilis, ſi ſit capta alio non poſſidente, quod de iure præſumitur dum contrarium non probatur, Duran. *deciſ.* 436. *num.* 1. *&c. deciſ.* 407. *num.* 1. *deciſ.* 335. Ludouiſ. *deciſ.* 40. *& deciſ.* 69. Caualer. *deciſ.* 185. *num.* 5. *deciſ.* 332. *& deciſ.* 478. Bich. *deciſ.* 103. *&* 114. vbi etiam quòd œconomos non dicitur poſſeſſor, ſed cuſtos, Merlin. *deciſ.* 661. vide *in* §. *Manutentio num.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 34. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 314. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 342. *num.* 1. *&c. part.* 14 *deciſ.* 17. *num.* 1. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 14. vbi quòd poſſeſſio inſtrumentalis non ſuffragatur quando alius adeſt in poſſeſſione, & ad illam excludendam, poteſt etiam dari de poſſeſſione tertij, licèt eſſet ſimplex detentio ſine titulo, idem Ludouiſ. *deciſ.* 138. Bich. *deciſ.* 399.

Qualiter probetur per inductionem in fundum abſque alia fructuum perceptione, Gratian. *diſcept.* 615. *per tot.*

Qualiter per ſolam inſiſtentiam, aut detentationem poſſeſſionis, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1179. *per tot.* vel per actum eundi, & agendi, idem Maſcard. *concluſ.* 1187.

Quòd probatur ex fructuum perceptione, Sperel. *deciſ.* 174. *num.* 39. Ricc. *Collect.* 3967.

Et quibus dicatur probata poſſeſſio alicuius tenutæ priuatiuè quoad alios, & qui ſint fructus tenutæ, Bich. *deciſ.* 621. *per tot.*

Quòd perceptio fructuum, & penſionum ſit indubitatum ſignum poſſeſſionis, Duran. *deciſ.* 419. *in fine*, Altograd. *conſ.* 74. *num.* 19. *lib.* 2. Tuſchus *litt. P. concluſ.* 420. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 549. *num.* 3. *&c.* vbi tamen quòd perceptio fructuum non probat poſſeſſionem in præiudicium tertij anterioris poſſeſſoris, de

cuius

Digitized by Google

cuius vera poſſeſſione conſtaret, vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 1188.

Item probatur ex ſeminatione, Rot. *part.3. diuerſ. deciſ.* 130. *num.* 5.

Item per famam in antiquis, Altograd. *d. conſ.74. num.* 8. *& 9. lib.* 2. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1198. *num.* 2. *&c.* vbi plura, quæ probationes ſufficiant in probanda poſſeſſione.

Item ex conceſſione Principis acquiritur etiam ſine traditione, Altograd. *loc. cit. num.* 15.

Item ex ſubhaſtatione, & deliberatione contra aliquem facta probatur illius poſſeſſio, ita vt ſit manutenenda ſtante nullitate adiudicationis, Duran. *deciſ.* 257. *per tot.*

Reſultans tamen ex actibus æquiuocis non releuat, Rot. *part.5. diuerſ. deciſ.*240. *num.* 2. *&c.*

Ex quibus autem probetur, vel excludatur poſſeſſio pro indiuiſo, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*214. *num.* 1. *&c.*

27 Poſſeſſio probatur per teſtes dicentes vidiſſe aliquem poſſidere, & ſcire, & eſſe verum, ex perceptione fructuum, & confeſſione partis, etiam addita qualitate, iniuſtè, & indebitè, quia talis qualitas reijcitur, Caualer. *deciſ.*535. *num.* 1. *& deciſ.*559. *num.* 3. Rota *part.* 10. *recent. deciſ.*28. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd probatur per teſtes dicentes aliquem poſſediſſe, licèt non reddant cauſam ſcientiæ, quia poſſeſſio eſt actus, qui cadit ſub ſenſu corporis, Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1200. vbi quid ſi teſtes interrogati, ignorent quid ſit poſſeſſio, vel poſſidere, *& concluſ.* 1201. vbi qua ratione poſſit poſſeſſio probari per teſtes.

Plura qualiter probetur poſſeſſio ex perceptione fructuum, ex ſubſtentatione litis, per teſtes, per inſtrumentum, per locationem, & alijs modis, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib* 14. *tit* 11. *num.*75. *& ſeqq. ad* 182. *fol.* 370. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.*397. vbi quando eſt ſpecificè probata præfertur alteri poſſeſſioni generaliter probatæ, & alia plura, quæ poſſeſſio ſit præferenda, latiùs *deciſ.*520. *in eadem.*

Quòd probetur per teſtes etiam ſingulares deponentes de actibus immediatè poſſeſſorijs, Scapuc. *de Saluian. lib.* 1. *quæſt.*31. Grattan. *diſcept.*425. *num.*54. *&c. cap.*502. *num.*12. *&c.* Speral. *deciſ.*178. *num.*74. Iordan. *loc. cit. num.*84.

Qualiter poſſeſſio, tamquam cauſa ſummaria, & modici præiudicij probetur leuioribus, & ſemiplenis probationibus, latè declarat Maſcard. *de probat. concluſ.* 1198. *per tot.*

Quòd in iudicio manutentionis poſſeſſio probetur per vnicum teſtem, Gratian. *diſcept.* 503. *num.* 16. vide tamen *in cap.*950. *num.*35. *&c.* Caualer. *deciſ.*44. *num.*3. *&c.* vbi etiam quòd in hoc iudicio non admittuntur exceptiones contra teſtes.

Probatur etiam ex ſola confeſſione partis vacantis, & aſſerentis aduerſarium detentorem, & occupatorem, ad effectum vt illi detur manutentio, Rot. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.*802. *part.*5. *recent. deciſ.*525. *num.*2. *& part.* 9. *deciſ.*365. *num.*2. *& part.* 10. *deciſ.*243. *num.* 1. vbi quòd probatur ex confeſſione actoris petentis aſſecutionem, vel immiſſionem, *deciſ.* 267. *num.* 1. *& ſeqq. dict. part.* 10. *& deciſ.*269. *num.*17. vbi de petente ſequeſtrum, qui fatetur ſe non poſſidere, & alia plura ad hoc propoſitum, eliciendi probationem poſſeſſionis ex confeſſione partis, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*277. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 11. *per tot.* vide *in* §. *Confeſſio num.*61. *in fine*, *&* §. *Manutentio num.* 16.

28 Poſſeſſio fictè acquiſita dicitur vera poſſeſſio, & fictè pluribus modis acquiritur, nempè per inueſtituram, traditionem clauium, per ocularem aſpectum, per exiſtentiam rei ſubſequente titulo, per retentionem vſusfructus, per conductionem, per ſolutionem penſionis, per confeſſionem, per precarium, per appoſitionem cuſtodis, per traditionem inſtrumentorum, vel ſcripturarum, per appoſitionem ſigilli, vel alterius ſigni, per apprehenſionem continentis, per alluuionem, per traditionem breui manu præſumptam, ſiue aliàs per fictam tranſlationem de conſenſu partium, per depoſitum, per ceſſionem, per conſtitutum, & ſimilibus modis, prout ſigillatim probat, & declarat Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.*18. *& ſeqq. fol.*165. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1178. *cum pluribus ſeqq. ad* 1190.

Quòd poſſeſſio tranſlata per conſtitutum ſit poſſeſſio vera, licèt per modum fictum acquiſita tam in corporalibus, quam in incorporalibus, ſit manutenenda etiam aduerſus conſtituentem, ac pariat actionem ſpolij, nec ſit ſequeſtranda, nec auocanda à iudice, ſed ſtante illius certitudine ſit inhibendum alteri parti, ne moleſtiam inferat, etiam ſi adeſſet metus armorum, & timor ſcandali, Ludouiſ.cum Beltram. *deciſ.*437. *per tot.* vide *in* §. *Conſtitutum, &* §. *Sequeſtrum num.*4.

Poſſeſſione probata, dicitur probata perceptio fructuum, quos poſſeſſor tenetur reſtituere, niſi doceat iuſtè ad ſe ſpectare, vel alium percepiſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*615. *num.*69. *&c.* Duran. *deciſ.* 385 *num.* 1. *infra num.*46. Merlin. *deciſ.* 660. *&* 661. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 111. *num.*7. *& deciſ.*275. *num.*20. *& part.* 20. *deciſ.* 246. *num.*5. vide *in* §. *Fructus num.*7. *cum alijs deciſionibus ibi citatis.* 29

Poſſeſſio de præterito arguit poſſeſſionem de præſenti, & ſic qui olim poſſidebat, etiam hodie poſſidere præſumitur, quod an procedat etiam in mobilibus, & alia, vide per Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*64. *per tot.* Maſcard. *de prob. vol.* 3 *concluſ.* 1195. *per tot.* Diaz. *reg.*559. vbi tribus modis ampliat, & quatuor limitat. Quoad mobilia vide Thomat. *deciſ.* 173. *num.* 14. *& ſeqq.* vbi benè declarat *infr. num.*35. *verſ. An qui olim.* 30

Quòd ex tempore præterito arguatur ad præſens, & ſemel habita poſſeſſio præſumatur continuata, niſi ab aduerſario probetur contrarium, Altograd. *conſ.*74. *num.* 11. *& ſeqq. lib.*2. vbi loquitur de ſtabilium poſſeſſione, & benè etiam Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 182. *per tot.* Tuſchus *litera P. concluſ.*417. *per tot.* Ricc. *Collect.*3911. vbi plura, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.* 178. *num.*6. *& ſeqq.* vbi contra ex coniecturis, *& part.* 10. *deciſ.* 11. *num.*7. vbi quòd præſumitur continuata, niſi probetur amiſſa, vel interrupta.

Quòd poſſeſſio ſemel probata præſumatur vſque ad obitum continuata, & ſuffragetur ſucceſſori, Rot. *in Elnen. Canonicatus* 6. *Iunij* 1631. *coram Ghiſilerio*, penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 1. *deciſ.*65. *num.*4. Caualer. *deciſ.*370. *in fine*, Vrceol plures allegans *Conſult. forenſ. cap.*57. *num.* 19. *vol.*2. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 293. *num.*5. *&c.* vbi in terminis fideicommiſſi, & quòd dicta præſumptio non procedit, quando aliquid medio tempore factum apparet, quod dictam continuationem excludat, Magon. *deciſ. Flor.*47. *num.*3. *&c.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*80. *per tot & deciſ.* 130. *in fine*, Merlin. *deciſ.*383. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.*630. *per tot.* vbi patet in terminis fideicommiſſi, vt poſſeſſio ſemel penes defunctum probata præſumatur vſque ad obitum continuata, niſi contrarium ex aduerſo probetur, vide *in* §. *Fideicommiſſum num.*35. *&* §. *Remedium num.*24. Rot. *d. part.* 18. *deciſ.*705. *per tot.* in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quid in mobilibus Menoch. *lib.*6. *præſumpt.* 64. *num.* 23. *&c.* Rot. *part.*6. *recent. deciſ.* 297. *num.*2. *& ſeqq. part.*6. *deciſ.*331. *in fine vol.*2. vbi quòd non præſumitur continuata.

De præterito ad præſens non præſumitur poſſeſſio vbi de vniuerſitatis alicuius continuatione præſumenda agitur, & ſic vbi tractatur de iure vniuerſali, ſed tantùm vbi agitur de re particulari, Bart. *in l. in confirmando num.*4. *ff. de confirm. tut.* Alexand. *conſ.*47. *num.* 10. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1195. *num.*64. Pontirol. *in reſponſ. pro Mamiellis num.*552. *&* 553. *fol.* 156. *Caſona impreſſo de anno* 1645.

Ex poſſeſſione autem præſentis temporis non præſumitur poſſeſſio temporis præteriti, Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*65.

Probata tamen poſſeſſione præteriti temporis, & præſentis, præſumitur poſſeſſio medij temporis quoad decem annos in ciuili tantùm, in ciuili verò, & naturali continuò etiam vltra decennium, quia probatis extremis, præſumuntur media, Menoch. *lib.*6. *præſumpt.* 66. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1195. *num.*6. *& ſeqq.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 182. *num.*3. *&c.* vide *in* §. *Extremum num.*6.

Quis autem probare debeat eum, qui alius poſſidebat, dolo

Digitized by Google

doio deſijſſe poſſidere, & quomodo probetur, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1192. *per tot.*

31 Poſſeſſio præſumitur ex titulo præambulo, & potiùs quàm nuda detentio, quæ ſint commoda poſſeſſionis, & alia, Menoch. *lib.6. præſumpt.* 67. 68. *&* 69. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.11. num.203. &c. fol.* 178. Tuſchus *litter. P. concluſ.*416. *per tot.* Maſcard. *de prob. vol.3. concluſ.*1194. vbi de commodis poſſidendi, *& concl.* 1196. vbi quòd poſſidens præſumitur poſſidere ex titulo præcedenti, & quomodo.

Quòd poſſeſſio releuet ab onere probandi, & illud reijciat in aduerſarium agentem, quoad ea quæ ſpectant ad eius intentionem fundandam, Altograd. *conſ.69. num.5. & num.23. & 24. lib.1. conſ.74. num.49. & ſeqq. lib.1.* Maſcard. *d. concl.*1194. *per tot. ſupra num.2.*

Quia in dubio ſecundùm omnia iura melior eſt ratio, & conditio poſſidentis, etiam in foro conſcientiæ, Sperel. *deciſ.175. num.43. &c.*

Quòd poſſeſſor præſumatur Dominus rei poſſeſſæ, quia ex poſſeſſione reſultat præſumptio dominij vbi aliter non conſtat, & in iudicio poſſeſſor ſemper præſumitur dominus, donec in contrarium fuerit probata intentio actoris, ad latè tradita per Rot. *part.18. recent. deciſ. 566. per tot.* & dixi *in §. Dominium num.5.*

32 Poſſeſſio immemorabilis, vel centenaria habet vim cuiuſcumque priuilegij quantumcumque ampli, & Papalis neceſſarij, ac probatur per teſtes deponentes de viſu per quadraginta annos, & ab inde ſupra audiuiſſe à ſuis maioribus, Rot. *part. 3. diuerſ. lib.2. deciſ.* 220. *per tot.* vide *in §. Conſuetudo num.14. §. Præſcriptio num.24.* Bich. *deciſ. 269. num.1. & ſeqq.* vbi in terminis poſſeſſionis percipiendi decimas, quæ ſi ſit immemorabilis tollit obſtaculum incapacitatis, faciendo præſumi diſpenſationem, & priuilegium Apoſtolicum.

Quòd poſſeſſio immemorabilis faciat præſumi dominium, & titulum, imò habeat vim cuiuslibet tituli, priuilegij, & conceſſionis, cauſet pleniſſimum, & tutiſſimum ius abſque eo, quòd doceatur de alio titulo, bona fide, ſcientia, & patientia aduerſarij, Altograd. *conſ.3. num.4. & ſeqq. ad 12. lib.2. & conſ.4. num.176. &c. lib.2.*

33 Poſſeſſio quando, & quomodo mutetur ex titulo, & cauſa ſuperueniente ſine vlla declaratione, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.11. num.199. & ſeqq.* Martha *vot.197.* latè Rot. *part.11. recent. deciſ.*258. *per tot.* Bich. *deciſ.* 260. vbi tamen quòd titulus debet eſſe validus, & notus poſſeſſori, vide Tuſch. *littera P. concluſ.*443. *per tot.* Merlin. *deciſ.*299. *per tot. & deciſ.*313. vbi loquitur etiam ſi renunciatum fuerit priori titulo, & cauſæ, idem Merlin. *deciſ.*773. *num.6. &c.* vbi quòd iſta mutatio non poteſt allegari à tertiò, & non inducitur niſi quando eſt vtilis poſſeſſori.

Quòd ſuperueniente titolo hæreditario cenſeatur mutata poſſeſſio ſine alia declaratione, loquendo in terore, Duran. *deciſ.*269. *num.10. & deciſ.*328. *num.5.* Rot. *part. 9. recent. deciſ.*356. *num.13. & ſeqq.* vbi loquitur in ſamula ſuperueniente titolo legati, *& deciſ.* 378. *num.*21. *dict. part.9.* vbi de titulo donationis ſuperueniente ob purificatam conditionem, *& deciſ.*411. *eadem part.9.* vbi quòd talis poſſeſſio ſic mutata eſt manutenibilis, quando titulus ſuperueniens aliquo nullitatis vitio non laborat; Nullitas enim tituli impedit mutationem poſſeſſionis, & poteſt allegari etiam in ſummariſſimo iudicio, Rot. *part.10. recent. deciſ.17. num.8. &c.* Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.*546. *num.*15. Bich. *deciſ.*318. *num.28. & ſeqq.* vbi in beneficialibus.

Sicut etiam mutatur in colono ſuperueniente titulo, & in poſſidente iure pignoris ſuperueniente alia cauſa, & in vxore, idem Durand. *d. deciſ.*269. *num.11. & ſeqq.* Fontanel. *deciſ.*445. *cum pluribus ſeqq.* vbi latè de poſſeſſione pignoris mutata ex titulo emptionis validæ ad luctandum fructus, ſecus ſtante nullitate.

Quòd poſſeſſio infecta, & nulla per ſuperuenientiam noui tituli efficiatur bona, & manutenibilis, Merlin. *deciſ.*313. *num.9.* Rot. *part.10. recent. deciſ.*109. *num. 9. &c.*

Eſt tamen neceſſaria ſcientia huiuſmodi noui tituli, quæ poteſt præſumptiuè probari ex cohabitatione, vel verè quando fuit præſens, Durand. *dict. deciſ.* 269. *num.14. &c.* Merlin. *deciſ.*299. *num.4. &c.* Rot. *part.9. recent. deciſ.* 356. *num.8. & ſeqq. per tot.*

Quòd poſſeſſionis cauſam nemo ſibi mutare poſſit, alio in poſſeſſione exiſtente, Caualer. *deciſ.*429. *num.2.* cum alijs per Rot. *part.10. recent. deciſ.*133. *num.7. & part.11. deciſ.*258. *num.4. &c.* vbi benè declarat.

Alia de mutatione huiuſmodi poſſeſſionis, quando procedat, vel non, vide *in §. Vxor num.*38.

Poſſeſſio iure familiaritatis quando dicatur, & quòd tunc demum eo iure quis poſſidere dicatur, cùm alius titulus excogitari non poteſt, aliàs ex titulo, qui proprium ius arguit poſſidere credatur, Menoch. *de arbitr. caſ.*160. *num.*20. Aleſand. *conſ.36. lib.1.* Sperel. *deciſ.178. num.*83. Tuſch. *litter. P. concluſ.*411. *per tot.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 572. *num.6.* 34

Quòd iſta poſſeſſio iure familiaritatis, ſicut alia, cùm ſit quid facti debeat probari ab allegante, Caualer. *deciſ.*429. *num.1. &c.* Merlin. *de pignor. lib.3. qu.76. num.*30. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.52. num.32. vol.2.*

Plura de poſſeſſione iure familiaritatis quòd nullum ius tribuat, Ricc. *Collect.*4019. 1293. Rot. *part.9. recent. deciſ.*268. vbi quòd non eſt manutenibilis, *& deciſ.*365. *num. 42. d. part.9.*

Superueniente tamen titulo apto mutatur abſque alia declaratione, & manutenibilis efficitur, Rota *part.12. recent. deciſ.391. num.15. &c.*

Poſſeſſio ciuilis extinguitur per decennium, & vltra illud non durat, cùm præſumatur obliuio, Ricc. *Collect.* 3017. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.310. num.48. &c. cap. 365. num.42. &c. cap.384. num.31. &c. cap.* 452. *num. 31. &c.* vbi multa de poſſeſſione iure familiaritatis, Menoch. *lib.6. præſumpt.64. num.42. &c. & præſumpt.66. num.4. &c.* Merlin. *deciſ.242. num.5. &c.* vbi quòd procedit in corporalibus, alio occupante naturalem, & quando primus poſſeſſor ſcit, & eſt negligens in recuperando, quæ tamen ſcientia non præſumitur, ſed eſt probanda, aliàs qui olim poſſedit, ſemper præſumitur poſſidere, niſi habuerit ſe pro ſpoliato, Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 307. *num.*26. 35

Intellige niſi poſſeſſor habeat ſe ſpoliato, & quando ſpoliatus non acquieuit durat etiam vltra decennium, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.11. num.10. &c. fol.* 164. Bich. *deciſ.69. & deciſ.*113. Rot. *part.9. recent. deciſ.* 121. *num.22. &c.* vbi quòd regulariter per decennium amittitur ob præſumptam obliuionem, ſi alius naturalem occupet, & ſtante ſcientia, & patientia, aliàs ſecus, vide *in §. Conſtitutum num.*24. Rot. *part.10. recent. deciſ.*333. *num.5. &c. part.13. deciſ.214. num.9.* vbi quòd poſſeſſione naturali per multum tempus non recuperata, amittitur etiam ciuilis.

Quòd poſſeſſio ciuilis amittatur etiam minori tempore, quando poſſeſſor ſciuit ab alio occupari naturalem, & tacuit, quia taciturnitas cum acquieſcentia voluntaria etiam modici temporis facit præſumi depoſitum animum poſſidendi, niſi ex alijs coniecturis conſtet de retentione, Crauet. *conſ.235. num.1.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.307. num.* 26. cum alijs, quos refert, & ſequitur Bich. *deciſ.648. num.32. & ſeqq.* Rot. *in Romana fideicommiſſi de Caffarellis 15. Martij 1675. coram Bourlemont*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.72. num.18. & deciſ.74. num. 8. & ſeqq.*

Qualiter poſſit probari ciuilis poſſeſſio, Maſcard. *de prob. tom.2. concluſ.*1183.

Quòd poſſeſſio ciuilis tamquam in ſolo animo conſiſtens poſſit ſtare cum naturali penes alium exiſtente, & ſic per naturalem non priuari alterum ſua ciuili, Caualer. *deciſ.*66. & quando ſecus ſit, idem Caualer. *deciſ.* 515. *num.2.*

Quòd ciuilis animo retineatur, & in dubio amiſſa non præſumatur, Altograd. *conſ.74. num.42. lib.2.*

Iſta tamen retentio non poteſt allegari à tertio, Caualer. *deciſ.531. num.5.* vide Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 307. *num.*24.

Quòd poſſeſſio non quæratur ſine animo acquirere debentis, & quomodo quæratur ex ſtipulatione Notarij, Altograd. *conſ.39. num.15. & per tot. lib.2.*

In mobilibus poſſeſſio non retinetur animo per aliquod tempus, ſed ſolùm quamdiù res mobiles ſunt in conſpectu, & cuſtodia noſtra, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.950. num.39. &c.*

Si quis tamen mobilia poſſideat mediante perſona pro-

Digitized by Google

procuratoris, & ſic corpore alieno non ammittitur poſſeſſio, etiam per lapſum longi temporis, Rot. *part. 1. diuerſ. deciſ.*378. *num.* 3. *&* 4. *part.* 10. *recent. deciſ.* 269. *num.*7.

An qui olim poſſedit rem mobilem, præſumatur adhuc poſſidere, & ſic an præſumptio continuatæ poſſeſſionis, de qua *ſupra num.*30. procedat etiam in mobilibus, vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 1195. *num.*21. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.*64. *num.*23. *& ſeqq.* facit Rot. *dict. part.* 10. *deciſ.*269. *per tot.* Bich. *deciſ.* 173. *num.*22. *&* 23. vbi de iocalibus habitis per mulierem à viro, vt præſumantur penes eam extare, ſi apparet tempore mortis viri fuiſſe ab ea retenta, ſecus autem ſi hoc non appareat, & à die receptionis interceſſit multum tempus, & interim aliquid acciderit, quo poſſibile, ſiue veriſimile reddatur maritum illam vendidiſſe, idem Bich. *deciſ.* 292. *num.*6.

De poſſeſſione iurium, & rerum incorporalium, vide *in* §. *Quaſi poſſeſſio.*

36 Poſſeſſio an amittatur per conſentientem quando non fuit quæſita ei, in quem fuit translata, vel iuxta modum, ad quem fuit reſtrictus animus transferentis, Gratian. *diſcept. for. cap.*704. *num.*44. *&c.*

Qualiter, & ex quibus actibus amittatur poſſeſſio, vel non, latè Tuſchus *litt. P. concluſ.*431. *& ſeqq.*

Quòd amittatur per actum, etiam nullum, quando deuentum fuit ad executionem facti, intelligendo quando actus eſt nullus ex defectu ſolemnitatum, ſecus autem ſi ex defectu conſenſus, quia tunc ex actu nullo non amittitur poſſeſſio, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.*172. *num.* 16. *& ſeqq.*

37 Poſſeſſio licèt per inundationem fundi amittatur, adeò vt nec per piſcationem in tali loco poſſit retineri, tamen id non procedit quando inundatio eſt vtilis, nec quando locus inundatus non habetur pro derelicto, nec quando in aliqua parte poteſt pedibus calcari, nec quando agitur de palude, ſtagno, aut aqua vallibus concluſa, vt in terminis Vallium Comacli pro Sereniſſimo Duce Mutinæ conſuluit Altograd. *conſ.*2. *num.*56. *& ſeqq. lib.* 2. *& in conſ.*4. *num.*131. *& ſeqq. eod. lib.*2. ſuper eadem materia Vallium Comacli, quas probat eſſe iuris priuati, & non publici.

Qualiter poſſeſſio amittatur per inundationem, & recedente aqua ſit iterùm apprehendenda, Rot. *part.* 2 *diuerſ. deciſ.*188. *per tot.* Franciſc. de Angel. *in Aureal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſc.* 2. *num.*56. vbi quòd aqua recedente, ſtatim poſſeſſio reſtituitur ſine noua apprehenſione, &c.

An, & quando poſſeſſio amittatur per ſententiam contra poſſeſſorem latam, abſque alia executione, vel non, latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*119. *per tot.* vbi de penſionario, *& deciſ.* 203. *per tot. & part.*11. *deciſ.*64. *num.* 32. *&* 33.

38 Poſſeſſor conuentus hypothecaria agentem repellit, ſi fecit melioramenta, & illis detractis offerat pretium rei, licèt creditor non conſequatur totum ſuum creditum, cùm alias teneretur integraliter offerre, vel rem dimittere, Petr. Cabal. *conſ. deciſ.*14. *lib.*1. Neguſ. *de pignor. part.*5. *membr.*4. *num.*21. *&c.* Cyriac. *controu.*194. Magon. *deciſ. Florent.* 51. *per tot.* vbi refert, ſed non ſequitur Couar. *variar. reſolut. lib.*1. *cap.*8. contrarium tenentem, vide *in* §. *Melioramenta num.* 14. *&* §. *Oblatio num.*3. Pacion. *de locat. & conduct. cap.*34. §. 3. *num.*60. *& ſeqq.*

De retentione pro melioramentis, Magon. *deciſ. Flor.* 49. *num.*25. *&c.* Marcian. *diſp. for. cap* 50. *num.*3. *&c. per tot.* vbi quòd ſimplex poſſeſſor non habet prælationem, ſiue retentionem, niſi totum creditum offerat, quamuis rei æſtimationem excedat.

Si neget poſſidere, qualiter actor ſit mittendus in poſſeſſionem, dixi *in* §. *Actor num.*

39 Poſſeſſor conuentus à muliere in ſubſidium agente contra rem æſtimatam ſibi in dotem tradita vigore *l. in rebus, C. de iur. dot.* poteſt offerre dotem, & rem æſtimatam retinere, Soc. *conſ.*224. *lib.*12. Neguſ. *de pign. par.*5. *membr.* 3. *num.*28. *membr.*4. *num.*21. Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 38. *num.*36. *&c.* vbi benè diſtinguit, *& cap.*660. *num.*13. vide *in* §. *Oblatio num.*

40 Poſſeſſor conuentus Saluiano non iuuatur anterioritate mulieris, quæ vendidit, vel ſe obligauit vnà cum viro, cùm non dicatur ipſa vendidiſſe, ſed adhibita pro ſama tamquam viri fideiuſſor, ad quem præſumitur totum pretium perueniſſe, niſi contrarium probetur, Bart. *in l. reus, ff. de duobus reis*, Applic. *deciſ.* 219. *num.*3. Capyc. *deciſ.*78. *num.*9. Scapuc. de Saluian. *lib.*2. *quæſt.*7. *num.*3. vide *in* §. *Coniuges num.* *&* §. *Maritus num.*

41 Poſſeſſor rei cenſuatæ, vel aliter obligatæ, tenetur tantùm actione hypothecaria, vel aliter reali, & non perſonali, niſi emerit cum accollatione huiuſmodi oneris, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*24. *per tot.* vide *in* §. *Creditor num.*41. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 124. *tom.* 1. Ricc. *Collect.* 3588. vbi ampliat, vt nec poſſit in bonis executiuè moleſtari, facit Peregrin. *deciſ.*116. *num.* 5. *& ſeqq.*

Quòd teneatur actione perſonali in rem ſcripta, idem Gratian. *cap.*955. *num.*38. Bich. *deciſ.* 311. *num.* 32. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.*32. Ricc. *Collect.*3588. vbi reddit rationem, quia acceptans rem grauatam, videtur tacitè contrahere, & ſe obligare ad oneris ſolutionem.

Quòd teneatur actione perſonali pro publicis muneribus, & tributis, idem Gratian. *cap* 423. *num.*37. *&* 69. Peregrin. *deciſ.*49. *per tot.* vbi de prædictis omnibus.

Quid ſi eſſet Clericus coram quo iudice conueniri debeat, vide *in* §. *Clericus num.*16. Salgad. *de Reg. Protect. part.*4. *cap.*14. *num.*109. *fol.*495. Guaman. *de exect. quæſt.*7. *num.*34. *&* 35. Noguerol. *Alleg.* 3. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi pluribus alijs citatis concludit pro iuriſdictione ſæculari, & reſpondet motiuis Roderici *de ann. redit. lib.*2. *quæſt.*9. *num.* 59. contrarium tenentis, prout ego alijs relatis contrarium tenui de veriori *in dict.* §. *Clericus num* 16.

42 Poſſeſſor rei cenſuatæ, ſeu emphyteuticæ poteſt pro annuis redditibus nulla facta excuſſione conueniri, cùm debeantur ex ipſa re poſſeſſa, ſecus quando res fuit tantùm hypothecata ad ſecuritatem, & cautionem debiti, Crauet. *conſ.*217. *num.*5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 16. *num* 17. *&c. cap.*36. *num.* 34. *&c. cap.*955. *num.*40. *&c. cap.* 141. *num.* 3. *cap.* 150. *num.* 12. *&c.* Peregrin. *deciſ.* 1115. *num.* 5. *&c.* vbi quòd non poſſit immediatè pignorari, ſed debeat citari, Rouit. *deciſ.*43. Carleual. *de Iudic. lib.*2. *tit.*3. *diſput.*11. *&* 12.

Imò non poteſt concedi immiſſio ſuper alijs bonis non cenſuatis, licèt hypothecatis, niſi in ſubſidium facta excuſſione, & probata inſufficientia redditus fundi cenſuati, *l. decem* 116. *ff. de verb. obligat. l. fin. ff. ſi cert. pet.* vbi notant DD. Alexand. *conſ.* 32. *num.*4. *lib.* 4. cum alijs per Buratt. *deciſ.* 151. *per tot. & deciſ.*286. *num.*4. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*22. *num.*16. *&c.* vbi tamen *num.* 30. quòd allegatæ deciſiones procedunt tantùm quando obligatio aliorum bonorum erat conditionalis, & ſubſidiaria, cùm aliàs ſit in electione creditoris agere contra alia bona generaliter obligata, ſubſiſtente tamen fundo pro ſubſtantia, & conſeruatione cenſus, qui fundo perempto remaneret extinctus, vt dixi *in* §. *Cenſus num.*

Quòd emptor, vel creditor cenſus habens omnia bona debitoris hypothecata, poſſit eligere vnum fundum ex pinguioribus ſibi benè viſum, Rot. *in Imolen. Saluiani* 5. *Maij* 1634. coram Coccino *in Nouiſs part.*6. *deciſ.*276. *num.*5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*38. *num.*1. *&c.* Vrceol. *d. cap.*22. *num.*18 *&c. cap.*26. *num.*29. & dixi *in reſolut. cap.*73. *num.*12. *&c.*

Quòd tertius poſſeſſor non poſſit conueniri hypothecaria, vel Saluiano, quando dominus, & creditor cenſus poteſt argui de negligentia in exigendo annuos fructus cenſuales ab eo, qui ad illorum ſolutionem tenebatur, Surd. *deciſ.* 32. *num.*9. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 98. *num.*64.

Intellige de negligentia doloſa, & præcedente monitione, vt dixi *in reſol. cap.*73. *num.*17. *&c.* vide *in* §. *Fideiuſſor, num.* *&* §. *Obligatio num.*

Qualiter tertius poſſeſſor non poſſit moleſtari, niſi prius obtenta ſententia condemnatoria in actione perſonali contra debitorem, ipſoque debitore exiſtente in mora, ac liquidato debito, vel poſſit petere, vt ſuis ſumptibus fiat excuſſio contra principalem, dixi *in reſol. cap.*91. *per tot.* vide *in* §. *Excuſſio num.*

43 Poſſeſſor qualiter poſſit conueniri etiam ſine citatione, & negotio adhuc non liquidato per creditorem habenben-

Digitized by Google

bentem inſtrumentum cum pacto de capiendo, & conſtitutione precarij, vel cum pacto de non alienando, & clauſula reſciſſoria, vide Aſin. *in prax. §.7. cap.5. limit. 106. fol. mihi 86. & §.31. limit. 25. num.4. fol.181.* Marant. *part.6. verſ. quintus modus num.38.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.150. per tot. cap.926. num.21.* vide *in §. Executio num.10. & §. Pactum num.* Vrceol. *Conſult. for. cap.77. num.10. volum.2.* vbi quòd debet citari iuxta veriorem opinionem, maximè quando fuit receſſum à via facti ſine proteſtatione, & aditus iudex pro aſſociatione, *ſupra num.4.* Ruuit. *deciſ.43.* Carleual. *de Iudic. lib.2. tit. 3. diſput.11. & 12.*

Quòd poſſeſſor beneficij non poſſit amoueri ſine citatione, Tuſch. *litter. P. concluſ.436. per tot.* latè Rota *part.10. recent. deciſ.342.* vbi etiam ſi præceſſerit ſententia priuationis, quia non priuat poſſeſſione, niſi fuerit executioni demandata.

Qualiter poſſeſſor debeat ſemper citari, aliàs tenuta, & poſſeſſio alteri data ſit nulla, latè Tuſch. *littera P. concluſ. 442. per tot.* Rot. *d. deciſ.342.*

Et debeat conueniri poſſeſſor, & non poſſeſſus, idem Tuſch. *loc. cit. concl.440. per tot.*

Quòd contra tertios poſſeſſores non competat via executiua, & maximè adhibita cautela Angeli *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de rei iudic.* quomodo dicta via executiua remaneat vulnerata, & alia, Rot. *part.13. recent. deciſ. 471. per tot.*

44 Poſſeſſor bonæ fidei lucratur fructus, nec tenetur ad illorum reſtitutionem, niſi à die litis conteſtatæ, & plura ad colligendam bonam fidem in hærede grauato legatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.250. num.33. &c. cap.400. num. 32. &c.* Tuſch. *litter. F. concluſ.490. per tot.* Ricc. *Collect. 711.* Viſil. ad Afflict. *deciſ.240.* Viui. *commun. opin. 622.* vbi tamen quòd tenetur illos compenſare cum expenſis melioramentorum, ac etiam reſtituere quatenus eſſet factus locupletior, Bich. *deciſ.611.* vbi qualiter hæres beneficiatus lucretur fructus, dum exiſtit in bona fide, ignorans adeſſe creditores hæreditarios, ſecus autem ſi ſciat, & ſic verſetur in mala fide, vide *in §. Hæres num.28. & 61. infra num.47.*

Hoc verum eſt quoad conſumptos, ſiue naturales ſint, ſiue induſtriales, niſi factus ſit ex illis locupletior, quod eſſet in ſpecie probandum ab allegante, Gratian. *diſcept. for. cap.422. num.2. & per tot. cap.649. num.6. & per tot. c.494. in fine,* Theſ. *deciſ.29. num.7. &c.* Ger. Spin. *conſ.57. & 58. per tot.* Franch. *deciſ.31. per tot.* vbi an in dubio præſumatur factus locupletior, vide *in §. Fructus num.10. & §. Locupletatio,* Tuſch. *d. concl.490. per tot.* Maſcard. *concl. 1164. & 1165. per tot.* Gabr. Vaſq. *Opuſc. Moral. tract. de reſtit. cap.9. §.2. dub.1. per tot. fol.157.* vbi quòd in foro conſcientiæ (quidquid ſit in foro exteriori) tenetur poſſeſſor bonæ fidei reſtituere fructus extantes, non verò conſumptos, niſi quatenus ſit factus locupletior; intelligendo cùm ſciuerit rem eſſe alienam, ante completam præſcriptionem, vt dixi *in §. Præſcriptio num.11.*

Quòd ad faciendum fructus ſuos ſufficiat abeſſe malam fidem, & adeſſe talem qualem titulo, etiam inualidum, & putatiuum, dummodò non ſit reprobus, & quælibet cauſa etiam temeraria, & beſtialis excuſet à reſtitutione fructuum, Burat. *deciſ.184. num.6.* Ludouſ. *deciſ.74.* Peregrin. *de fideicom. ar.49. num.118.* Rot. *part.2. recent. deciſ.320. & 528.* Cabal. *conſ.163. num.35. & ſeqq. lib.1.* vbi quòd ſufficit bona fides, etiam ex errore iuris cauſata, maximè in errore iuris dubij, qui æquiparatur errori facti, in quo probabiliter errans acquirit fructus, etiam in actu, cui lex reſiſtit.

Quid autem ſi fuerit conceſſa reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem, vide *in §. Reſtitutio num.*

Tenetur tamen illos compenſare, cum melioramentis, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.246. & 247.* Marr. Medic. *deciſ.99. per tot. cum Addit.* Viui. *comm. opin.622.*

Quòd poſſeſſor bonæ fidei teneatur compenſare fructus perceptos cum impenſa, niſi tamen poſſideret cum titulo maximè oneroſo, quia tunc non teneretur dictos fructus compenſare cum impenſa, Socin. *reg.367. per tot.* vide latè Tuſch. *d. concl.390.*

An quando dubitat rem eſſe alienam, ſi magis inclinet in eam partem, teneatur ad aliquam reſtitutionem, Dian. *par.2. tract.15. reſol.10. & 11. & tract.17. reſol.44. ead. par. 2. & part.4. tract.3. reſol.25. &c.* Vaſq. *loc. ſup. cit. dub.3. per tot. fol.158.* vbi quòd melior eſt conditio poſſidentis, & mala fides non incipit per dubium.

An autem poſſeſſor iniquus, ſiue malæ fidei, & fur teneatur ad reſtitutionem iuxta ſummum rei valorem, ad quem excreuit res furata, vide diuerſas opiniones relatas per Dian. *part.2. tract.17. reſol.51. & 52.* dixi *in §. Mala fides num.8.*

Poſſidens vigore adiudicationis nullæ, quando lucretur fructus perceptos, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.706. num.15. &c.* 45

Quòd nulliter immiſſus teneatur reſtituere fructus perceptos, Magon. *deciſ. Flor.120. num.16.* vide *in §. Fructus num.*

Poſſeſſor vbi conſtat de poſſeſſione præſumitur percepiſſe fructus, & teneatur illos reſtituere, quando ſunt reſtituendi, niſi probet alium percepiſſe, Gratian. *diſcept. for. cap.615. num.66. &c.* Duran. *deciſ.384. num.1. ſupra num.29. & §. Fructus num.7.* vbi plura. 46

Quòd imò qualitas perceptionis fructuum ſit legitimè probanda, idem Gratian. *cap.705. num.12. &c.*

Et vt dicantur liquidati fructus, debet probari certa quantitas, & illorum valor, Durand. *deciſ. 356. num. 3. &c.*

Poſſeſſor bonæ fidei non reſtituit fructus poſt triennium, cùm per huiuſmodi ſpatium temporis illos vſucapiat, vel præſumantur conſumpti, Theſ. *deciſ.29. in fine,* Gratian. *diſcept. for. cap.422. num.12. &c.* facit contra *in cap.688. num.6. &c.* vide *in §. Fructus num.* 47

Quòd tempus triginta annorum faciat præſumi bonam fidem, etiam abſque tituli probatione, idem Gratian. *cap. 644. in fine.*

Qualiter autem poſſeſſor malæ fidei teneatur omnes fructus reſtituere vſque ab initio, etiam ſi in prima inſtantia ſententiam fauorabilem reportaſſet, latè Rot. *part.11. recent. deciſ.2. per tot.* Et non ſolum perceptos, verùm etiam eos, qui percipi potuerunt, eadem Rot. *part.12. recent. deciſ.59. per tot.*

Poſſeſſor iuſtus, & bonæ fidei poteſt retinere ſibi debitum etiam naturaliter tantùm, ſecus autem in poſſeſſore malæ fidei, *l. ſi quid poſſeſſor 34. §. ſed ſi ijs, ff. de pet. hæred.* Puntirul. *in Reſponſ. pro Mambellis num.356. Caſenæ impreſſo anno 1645.* 48

Poſſeſſor regulariter non tenetur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, *l. cogi, C. de pet. hæred. l. in ciuili, C. de fruct. & lit. expenſ.* niſi actor vellet eum conuenire petitione hæreditatis, vel niſi agatur de beneficio Eccleſiaſtico, quod non poteſt retineri ſine canonica inſtitutione, vel niſi titulus eſſet aliter neceſſarius ad fundandum iudicium actoris, Socin. *reg.525. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib. 14. tit.11. num.191. & ſeqq. fol.177.* Tuſch. *litt. P. concluſ. 439. per tot.* Caſtr. *conſ.143. lib.2.* Couar. *pract. qu. cap.16. num.4.* Peguer. *deciſ.105. num.7.* Gregor. *deciſ.22. num.3.* Rota *part.10. recent. deciſ.182. num.15. & ſeqq.* 49

Poſſidens liberè, & pacificè per triennium beneficium Eccleſiaſticum cum titulo non violento, ſed ſaltem colorato illud præſcribit, nec poteſt vlterius moleſtari, *c.1. de pacif. poſſ. vbi gloſ.* Boer. *deciſ.24.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.574. num.17. &c.* Sperel *deciſ.173. num.52. & ſeqq.* vbi plura in materia Regulæ Cancellariæ de triennali, & *deciſ. 175. num.92. & ſeqq.* vbi quod reddit poſſeſſorem tutum, etiam in foro conſcientiæ, vide *in §. Beneficium num.15.* vbi etiam de annali, latè Dian. *part.7. tract.10. reſolut.26. per tot. & part.9. tract.9. reſolut.67. per tot. & par.11. tract. 5. reſol.3. & 4.* Ricc. *Collect.2395.* vbi plura not. Rota *part.10. recent. deciſ.341. num.10. &c. part.11. deciſ. 178. num.9. & ſeqq. part.12. deciſ.238. per tot. part.13. deciſ.223. num.18. & ſeqq. part.14. deciſ.518. num.15. &c. part.15. deciſ.51.* Bich. *deciſ.198. num.17. & ſeqq. & deciſ. 228. per tot.* Rot. *part.18. recent. deciſ.505.* vbi quòd eſt legitimus contradictor, & ſemper citari debet ab eo, qui ſuum obtinuit beneficium, & *deciſ.609. per tot. & part.19. deciſ.319.* 50

Quòd dicta regula ſuffragetur etiam ei, qui, per ſimoniam à tertio commiſſam adeptus fuit beneficium, Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.11. num.156. fol.330.*

An autem Regula de triennali ſuffragetur filijs illegitimis Presbyterorum obtinentibus beneficia paterna, vel in Eccleſijs, in quibus parentes obtinuerunt, Pac. Iordan. *d. lib.10. tit.19. num.40. fol.380.* vbi videtur tenere quòd non.

Item non ſuffragatur circa pluralitatem, & incompatibilitatem beneficiorum, nec generaliter contra ſuperiorem, idem Iordan. *d. lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 7. *&* 8. *fol.* 425. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 305. *num.* 33. *&c.* Bich. *deciſ.* 228. *num.* 12. *& ſeqq.*

Quando dicta regula de triennali ſuffragetur, vel non, tam in foro externo, quàm in foro conſcientiæ, vide Dian. *loc. ſupra cit.* cum alijs pluribus per eum adductis, Ricc. *Collect.* 505. 2077. 2393. 2395. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 364. *per tot.* vbi quòd ſuffragatur tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, ac etiam contra prouiſum Apoſtolicum tamquam de reſeruato, excepta tamen reſeruatione in corpore iuris clauſa, quid ſtantibus moleſtijs, & alia plura de hac regula, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 178. *num.* 9. *&c. & part.* 12. *deciſ.* 39. *num.* 15. *& ſeqq. per tot. deciſ.* 64. *num.* 6. *& ſeqq per tot. part.* 13. *deciſ.* 223. *num.* 18. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.* 518. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 13. *&c.* de alia ſimili regula de annali poſſeſſore, *& part.* 15. *deciſ.* 51. *num.* 8. *& ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quaſt.* 52. vbi de regula de annali quatenus impetrantibus obſtet, vel per eos euitetur; de qua plura etiam Rota *part.* 18. *recent. deciſ.* 506. *per tot. & deciſ.* 609. *& part.* 19. *deciſ.* 319. vbi quòd non ſuffragatur vitioſo, & improbo poſſeſſori, qui beneficium alterius, eo non vocato impetrauit.

51 Poſſidens poteſt de facto ſe tueri in ſua poſſeſſione contra turbantem, & inuadentem de facto, *l. meminerint, C. vnde vi*, Iaſ. *in l. vt vim num.* 3. *ff. de iuſt. & iur.* Caualer. *deciſ.* 475. *num.* 2. vide *in* §. *Turbatio num.* 4.

De poſſeſſione turbata plura dixi *in* §. *Turbatio poſſeſſionis per tot.* vbi videas.

52 Poſſeſſor an poſſit in vita ſua declarari facere ad quem eius ſucceſſio ſpectare debeat poſt illius mortem in illis bonis, de quibus diſponere non poteſt, Franch. *deciſ.* 695. *per tot.* vbi quòd ſic, facit Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 82. *num.* 40. *& ſeqq. volum.* 2. vbi an fideicommiſſarius poſſit præuentiuè agere ad declarandum quòd eueniente caſu ſibi debeatur fideicommiſſum, & refert contrarias opiniones negatiuam amplectendo, vide *in* §. *Fideicommiſſum num* 29. *&* §. *Grauatus num.* 12. *&* §. *Primogenitura num.* 21.

53 Poſſidens rem auocatam per Saluianum pro fructibus decurſis habet retentionem etiam pro decurrendis, licèt de illis ſententia non loquatur, Paciſ. de Saluian. *inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 222.

Et generaliter quando poſſidens pro vno credito poſſit pro alio retinere, vide *in* §. *Creditor num.* 22. *&* §. *Retentio num.* 3. *&c.*

54 Poſſidens intelligitur ſuo, & non alieno nomine poſſidere, *l. Titia de ſolut. gloſ. in l.* 2. vbi Bart. & Salyc. *C. de acquir. poſſ.* vide *in* §. *Mater num.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1197. *per tot.* vbi quòd præſumitur quis poſſidere potiùs nomine proprio, quàm alieno, & benè declarat.

55 Poſſidens rem aliquam pro indiuiſa cum aliquo, ſi alienet, vel obliget ſine ſocij conſenſu nihil ei præiudicat, Petr. Cabal. *conſ. deciſ.* 70. *lib.* 1.

Non etiam creditori præiudicat diuiſio inter eos facta, vt dixi *in* §. *Hypotheca num.*

56 Poſſidens, vel quaſi ſeruitutem ſecundum aliquos præſumitur illam habere, nec tenetur probare, ſed contrarium eſt verius, quòd imò teneatur ſeruitutem probare, Pract. Pap. *for. act. confeſſ. gloſ. plene iure num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 681. *num.* 35. *& per tot.* vbi qualiter teneatur probare quoad manutentionem, & qualiter quoad præſcriptionem, *& in cap.* 752. *num.* 82. vide *in* §. *Seruitus num.* 5. *& ſeqq. &* §. *Quaſi poſſeſſio*, latè Peregrin. *tract. var. lib.* 3. *tit. de poſſ. & propriet. num* 52. *& ſeqq.*

57 Poſſeſſoria iudicia competunt vel pro adipiſcenda poſſeſſione, vel pro iam adepta retinenda, vel pro amiſſa recuperanda, & ſic appellantur vbicumque agitur de mera poſſeſſione.

Adipiſcendæ ſunt multæ ſpecies, nempè quorum bonorum; quorum legatorum; Saluianum interdictum, quod hodie eſt vſu frequentiſſimum, licèt priſcis temporibus ferè incognitum, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. officium iudicis l.* 3. *C. de pign.* Carbonianum; Et poſſeſſio ventris nomine, de qua Peregrin. *deciſ.* 9. Caluin. *de aquit. lib.* 1. *cap.* 10. vbi quòd datur pro tribus partibus ob incertitudinem naſcendorum.

Retinendæ pariter, nempè vti poſſidetis; vtrobi; ne via fiat; de ſuperficiebus; de itinere, actuque priuato, de aqua quotidiana, & æſtiua; de riuis; de fonte, & officium iudicis.

Recuperandæ itidem, nempè interdictum vnde vi, conditio triticaria; incerti condictio; condictio indebiti; actio in factum; officium iudicis; æquitas, *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet. l. ex ſi colono, C. de agr. & cenſ. lib.* 11. condictio *ex l. auctoritatem, C. vnde vi*; condictio *ex l. meminerint, C. eod. l. ex ſi quis conductionis, C. locati, l. inuaſor, C. vnde vi*; condictio *ex l. ſi quis in tantam, C. vnde vi*; condictio *ex l. conductores, C. locati, & l. non abs re, C. vnde vi*; condictio *l. cum à te, ff. de vi, & vi armat.* condictio *ex l. fin. C. vnde vi*; condictio *ex d. c. ſæpè de reſtit. ſpol. c. frequens de reſtit. ſpol. in* 6. *c. reintegranda* 3. *quaſt.* 1. condictio *ex l. fin. C. de acquir. poſſ.* prout omnia prædicta remedia poſſeſſoria ſingillatim cum ſuis requiſitis optimè declarat videndus Menoch. *in tract. de adipiſc. retinend. & recuperand. per tot.* Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 7. *per tot.* ſummarim reſtringit Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 226. *& ſeqq. ad* 260. *fol.* 179 *&c. & tit.* 12. *de reſtitut. ſpol. num.* 1. *& ſeqq. ad* 57. *fol.* 187. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 130. *cum pluribus ſeqq. volum.* 4. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1190. cum multis ſequentibus.

De Saluiano interdicto, vide *in* §. *Saluianum, &* §. *Extrema.*

De l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. & de c. reintegranda, quod eſt pleniſſimum, vide *in* §. *Remedia num.*

Plura de bonorum poſſeſſione, quid ſit, quotuplex, quare introducta, intra quod tempus ſit agnoſcenda, an hodie ſit ſublata, & alia circa modum ſuccedendi à iure Prætorio inductum per huiuſmodi bonorum poſſeſſiones, latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 1. *& ſeqq. vol.* 4.

Poſſeſſoria remedia an competat pro conſeruando honore alicui debito, Pac. Iordan. *d. tit.* 11. *num.* 255. *& ſeqq. fol.* 182. vbi videtur concludere quòd ſic, ſaltem per implorationem officij iudicis. 58

Poſſeſſoria remedia licèt in praxi frequentiſſima, & vtilia non ſunt tuta in conſcientia, quando poſſeſſor non fouet bonum ius in proprietate, & ideò tam principales, quàm aduocati, & procuratores inſiſtentes dictis remedijs dolosè, & cum ſcientia mali iuris in proprietate, mortaliter peccant, & obligantur ad reſtitutionem omnium damnorum, & expenſarum, vt probat Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 56. *fol.* 192. dixi *in* §. *Aduocatus num.* 24. 59

An autem obtinens in poſſeſſorio excuſetur à reſtitutione fructuum, ſi poſtea ſuccumbat in petitorio, vide Capel. Toloſ. *deciſ.* 595. Beilich. *deciſ.* 7. qui ſibi adinuicem contrariantur, prout refert Ricc. *Collect.* 2503.

Poſſeſſorium iudicium an, & quando poſſit cumulari, & admitti cum petitorio in eodem libello, Pract. Pap. *cauſ. turbat. poſſ. gloſ. ad Ceſſandum num.* 5. *&c.* Duran. *deciſ.* 327. *num.* 5. *&c.* Caualer. *deciſ.* 184. *&* 474. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 310. *& ſeqq. fol.* 186. vbi quòd regulariter ſecundùm iura ciuilia ſuſpenſo petitorio priùs cognoſcitur ſuper poſſeſſorio, iuxta *l. ordinarij, C. de rei vindic. cum concordantibus*, & dixi in *meis reſol. cap.* 8. *num.* 2. licèt ſecundùm ius canonicum maiori æquitati, & ſimplicitati innixum poſſit de proprietate, & poſſeſſione ſimul tractari, vt probat Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 312. 60

Item quando eſt de conſenſu partium expreſſo, vel tacito, & in alijs caſibus, Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap* 36. Paciſ. de Saluian. *Inſpect.* 1. *cap.* 4. *per tot.* Tuſch. *lit. P. concluſ.* 450. *per tot.*

Quòd parte opponente non admittatur dicta cumulatio, & eo minus in ſummariſſimo manutentionis, nec ad fauorem habentium quæcumque priuilegia ſuper cognitione ſuarum cauſarum, niſi eſſemus inter Communitates, Coccin. *deciſ.* 287. *num.* 1. *&c.* Poſt. *de manutent. obſeruat.* 7. *num.* 41. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 681. *num.* 21. *&c.* 61

Poſſeſſorium retinendæ, & recuperandæ poteſt in eodem libello cumulari à ciuiliter poſſidente, vel conditionaliter, & ſubordinatè, etiam ſi vtraque poſſeſſio ſit amiſſa, & hoc caſu vnum cenſetur intentatum in defectum alterius, Aliograd. *conſ.* 74. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2.

Poſſeſſorium retinendæ eſt priùs expediendum quàm

pe-

Digitized by Google

petitorium, quod eſt intelligendum quando vterque contendit de poſſeſſione, aliàs ſecus, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 97. num. 2. &c.* Tuſch. *litter. P. concl. 446. per tot.* Rota *part. 14. recent. deciſ. 294. num. 4.* vbi quòd poſſeſſorium non impedit petitorium quoad illos, qui non contendont ſe poſſidere, vide *in §. Manutentio*.

Quid probare debeat agens interdicto retinendæ, vt obtinere valeat, Maſcard. *de probat. volum. 3. concl. 1190. per tot.*

63 Poſſeſſorium non poteſt intentari contra eum, qui ſeruaris ſeruandis fuit miſſus in poſſeſſionem, ſed tunc agendum eſt petitorio, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 694. num. 48. &c.*

64 Poſſeſſorij cauſa dicitur modici præiudicij, habet multa ſpecialia, ante petitorium terminatur, pro quibus rebus competat poſſeſſorium, vel non, an detur contra titulo poſſidentem, an poſſit cumulari cum petitorio, & alia, Tuſchus *litt. P. concluſ. 445. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 130. & ſeqq. volum. 4.*

Quando fieri poſſit, & debeat ſuſpenſio petitorij, quid operetur, & alia, Tuſch. *litter. S. concl. 916. & 917. per tot.*

Et ex quibus reuocetur ſuſpenſio petitorij, idem Tuſch. *loc. cit. concl. 918.*

Quòd quando poſſeſſorium eſt turbidum ſit permittenda diſcuſſio meritorum, etiam in iudicio poſſeſſorio, Merlin. *deciſ. 860. num. 1.*

Et Rota ſolet vnico contexto diſputare poſſeſſorium, & petitorium, vt ſumptibus parcatur, & citiùs ad ſententiam in petitorio procedatur, Bich. *deciſ. 542.*

65 Poſſeſſio defuncti, vel anteceſſoris an poſſit coniungi cum poſſeſſione hæredis, vel ſucceſſoris ad effectum præſcriptionis, vide *in §. Mala fides, & §. Succeſſor num. 22.*

66 Poſſeſſio inſtrumentalis, an, & quando ſit attendenda ad effectum manutenendi, vide Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 368.* & dixi *in §. Manutentio num.* *ſupra num. 26.*

67 Poſſeſſio ſemel per conſtitutum tranſlata, cùm non ſit amplius penes conſtituentem, non poteſt iterùm per precarium, vel reſeruationem vſusfructus transferri, quando agitur de fauore, vel intereſſe plurium perſonarum, ſecus ſi eiuſdem perſonæ, ad cuius fauorem poſſunt plures modi acquirendi ſimul cumulari, vt benè explicat Bich. *deciſ. 417. per tot.*

Alia de poſſeſſione, poſſeſſoribus bonæ, vel malæ fidei, & remedijs poſſeſſorijs remiſſiuè nimis, Ægid. de Caſteion. *in ſuo Alphab. iurid. verb. Poſſeſſor, Poſſeſſio, &c.*

68 De poſſeſſione, & poſſeſſoribus multa deciſa refert Thoro *Comp. deciſ. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Poſſeſſio, & Poſſeſſor*, & alia remiſſiue, vltra Caſteion. Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Poſſidens fol. 354. &c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in Indice verb. Poſſeſſio, Poſſeſſor, &c.* plenè Chriſtophor. de Paz. *tract. de Tenuta per tot.* & præcipuè in locis relatis *in Indice verb. Poſſeſſio, &c.*

69 An regula de triennali procedat tam in foro externo, quam interno apud Deum; & an poſſeſſor iniuſtus in vtroque foro teneatur ad æſtimationem quanti plurimi ſi res pereat etiam ſine culpa ſua, & alia de vi poſſeſſionis, Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Poſſeſſio per tot.*

§. POSTHVMVS. XXXIX.

1 POſthumus dicitur tribus modis, primò qui poſt mortem patris naſcitur, quaſi poſthumum, vel poſtquam humatus eſt pater natus, *l. 3. §. Poſthumos, ff. de iniuſt. rup. &c.* Secundò, qui viuo quidem patre naſcitur, ſed poſt teſtamentum ab eo conditum, *d. §. Poſthumos*. Tertiò, qui naſcitur auo ex vxore filij viuo adhuc auo, Oinot. *in §. Poſthumi, & §. ſeqq. Inſtitut. de exhæred. liber. fol. 168.* Tuſch. *litt. P. concl. 454. num. 6. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 20. num. 3. &c. vol. 4.*

2 Poſthumus, qui natus eſt viuus, & perfectus, etiam ſi ſecto matris ventre extractus fuerit, licèt poſtea illicò deceſſerit, dummodò totus ex vtero matris eductus fuerit, ac etiam licèt eſſet imperfectus, dummodò tamen ſit vitalis, & non abortiuus, & poſſit ſecundùm tempus matrimonij legitimus iudicari, nec monſtri formam habeat, rumpit teſtamentum ſiue patris, ſiue matris, ſi in eo fuerit præteritus, latè Menoch. *de arbitr. caſ. 491. per tot.* vbi etiam ex quibus ſignis cognoſcatur partum fuiſſe viuum, quando dicatur illicò deceſſiſſe, & quando monſtrum præſeferre, vide in §. *Præteritio num. 6.* Oinot. *loc. cit.* vbi quòd etiam nepotes ex filio debent inſtitui, vel exhæredari ad cautelam, ne ſi contingat filium præcedere rumpant aui teſtamentum, tamquam poſthumi tertio modo, vt ſupra conſiderati. De prædictis vide Paul. Chriſtin. *deciſ. 20. & 21. per tot. vol. 4.* & dixi *in §. Filius num. 5.* & benè plura Sanfelic. *deciſ. 344. cum plena Addit.* facit etiam deficere conditionem, *ſi ſine liberis*, quando eſt vitalis, aliàs ſecus, vt latè declarat Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 418. per tot.* & alij per eum citati, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 39. num. 1. &c. & deciſ. 309.* vbi intelligit, niſi aliàs ſit expreſsè excluſus, *& part. 16. deciſ. 17. num. 24.* vbi quòd de iure partus præſumitur vitalis, ita vt aſſerenti contrarium incumbat onus probandi, & tantò magis quia conſtabat de ſupraiuuentia decem horarum, facit quod dixi *in §. Parricidium num.*

Qualiter poſthumi admittantur ad ſucceſſionem patris, & faciant partem cum alijs filijs antea natis, dummodò naſcantur intra legitima tempora, & alia ad rem, à Caranza *de part. legit. & natural. cap. 10. & ſeqq.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, C. de reuoc. don.* Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſ. 4.* & alij plures relati ab Anton. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 18. nu. 23. & ſeqq.* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Poſthumus fol. 361.*

Plura autem curioſa de abortu, ſiue effluxione ſeminis faciliter contingente in primis ſeptem diebus prægnantiæ, vel intra primos quadraginta dies abſque eo, quod mulier cognoſcat an fuerit grauida, & ob id quando coniuges probabiliter ſuſpicari poſſunt ſemen fuiſſe retentum, non debere debitum exigere, nec reddere per aliquos dies propter periculum corruptionis, & effluxionis ſeminis iam recepti, Altograd. *conſ. 52. num. 39. & ſeqq. ad 52. lib. 1.* & melius Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* *tit.*

Poſthumus ſcienter præteritos non rumpit teſtamentum, quando in eo adeſt clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, nam tunc ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, & eſt reſtituenda hæreditas hæredi ſcripto, Addit. ad Pract. Pap. *pro leg. reſ ſing. gloſ. Valere debeat*, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 32. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 391. num. 16. & ſeqq.* Sanfelic. *deciſ. 344.* Bich. *deciſ. 413. & 471. per tot.* vide *in §. Præteritio num. 6 & 8.* latè Fachin. *contr. iur. lib. 4. cap. 12.* Theſ. *deciſ. 141.* Borgn. *deciſ. 29 lib. 4.* Viui. *deciſ. 422.* Caual. *ſpec. opin. quæſt. 180. & ſeqq.* Baitel. *de vlt. vol. deciſ. 13. per tot.* vbi plenè, etiam ſi poſthumus fuerit ignoranter præteritus, Paul. Chriſtin. *deciſ. 20. num. 6. & 7. vol. 4.* ex quibus colligitur eſſe quæſtionem ſatis altam, & quæ habet hincindè ſuos fautores, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 27. num. 24. &c.* vbi tamen intelligit ſalua legitima poſthumi, quam etiam non agnitam tranſmittit in quoſcumque hæredes, etiam extraneos, ſiue iure ſuitatis, ſiue potiùs ex priuilegio legitimæ. 3

Poſthumo inſtituto, quis poſthumus intelligatur inſtitutus, an quicumque naſciturus, etiam ex alia vxore ducenda, & an naturalis tantùm, vel primus naſciturus, ſiue alij etiam deindè naſcituri, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 21. per tot.* Altograd. *conſ. 52. num. 18. & ſeqq.* vbi latè probat inſtitutionem poſthumi ad omnes trahi, Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. limit. 3. inter reg. Diuerſ. fol. mihi 567.* Tuſch *litt. P. concl. 454. per tot.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 9. num. 6. &c.* Fachin. *contr. iur. lib. 4. cap. 90.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 20. & 21. per tot. vol. 4.* latè benè Sanfelic. *deciſ. 344. per tot. cum Addit.* vbi diſputat in vtramque partem an legatum factum poſthumæ naſcituræ ex prima vxore, illa non nata debeatur poſthumæ ex alia vxore natæ, non mutato à patre teſtamento, & tandem concludit, & deciſum teſtatur ad fauorem poſthumæ ex alia vxore natæ. 4

Quòd ſubſtitutio facta poſthumo maſculo non habeat locum nata poſthuma fœmina, cui ideò ſuccedat mater, Caualer. *deciſ. 177. num. 1. &c.* facit Sanfelic. *deciſ. 344. cum Addit. per tot.* vbi quòd ſubſtitutio facta ad fauorem poſthumæ naſcituræ ex præſenti vxore, locum habet (illa non

nata) ad fauorem poſthumæ ex alia vxore poſtea ducta natæ, & non mutato à patre teſtamento.

5 Poſthumo rectè dari poteſt tutor in teſtamento, quia agitur de eius commodo, quo caſu exiſtens in vtero ſemper habetur pro nato, ſicut etiam admittitur ad legatum relictum cuilibet nepoti, qui tempore mortis ſuæ viuer. Montan. *de tut. cap.8. num.29. & ſeqq.* vbi confirmat multis exemplis, *& num.26. &c.* aliqua adducit in contrarium *fol.*32. latiùs idem Montan. *eod. tract. cap.12. num.2. & ſeqq. fol.43.* vbi quando poſthumus veniat appellatione filiorum, *& cap.29. num.12. fol.83.* facit Sanfelic. *deciſ.344. cum Addit.*

Quòd poſthumus habeatur pro nato ad ſui fauorem, & commodum, & quando dicatur præteritus, vel inſtitutus, Tuſch. *littera P. concl.453. & 454. per tot.* Rot. *part.13. recent. deciſ.39. num.1. & ſeqq.* facit Sanfelic. *d. deciſ.344. cum Addit.* vbi plura de poſthumis.

Quando poſthumus fuit præteritus, ſi viuo adhuc teſtatore decedat, ſuſtinetur teſtamentum, vt benè probat Caluin. *de aquit. lib.1. cap.9.* dixi *in §. Præterito.*

Alia de poſthumis remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Poſthumus.*

6 De poſthumis plura tradit Alphonſ. à Caranza *tract. de part. legit. & natural. cap.2.* & præcipuè *illat.12. & 13. per tot. fol. mihi 89. & ſeqq.* vbi plura notabilia; an poſthumo ſuo, vel alieno poſſit legatum relinqui, & an hæres inſtitui, & ſubtiliter, ac doctè perpenſis pluribus iuribus contrarijs, illiſque ſublatis, & reſolutis, tandem omnia ad fauorem poſthumorum reſoluit de iure Prætorio, & ciuili, ſecundùm quæ iura exiſtentes in vtero ad eorum commodum pro natis habentur, & finguntur, imò in aliquibus magis priuilegiati reputantur, quæ omnia pluribus adductis ab eodem Auctore perbellè illuſtrantur *à pagina 65. & ſeqq. ad paginam* 220. & alia de poſthumis tradit Chriſtophor. de Paz *tr. de Tenuta cap.68. ferè per tot.* Toodur. *qu. ciuil.93. per tot.* vbi plura, an & quando poſthumis præteritus rumpat teſtamentum, vel non.

§. POTESTAS. XXX.

1 POteſtas arbitrorum de prorogando terminum compromiſſi toties quoties voluerint, non durat vltra binam propagationem, Addit. ad Pract. Pap. *ad pæn. ex compromiſſo gloſ. per inſ. 4 duos menſes*, vide *in §. Arbiter n. §. Compromiſſum, & §. Prorogatio.*

2 Poteſtas agendi ad dotem propter adulterium mulieris non tranſit ad hæredem illius, cui debebat applicari, Roman. *conſ.286.* vide *in §. Adulterium num.* *& §. Mulier num.*

Reliqua dixi *in §. Facultas.*

3 Poteſtates noſtri temporis poſſunt interdum in iudicando recedere à ſtatutis iuſta concurrente cauſa, & ex actis apparente, cum iuramentum præſtitum intelligatur rebus ſic ſtantibus, & quæ de nouo eueniunt nouo indigent auxilio, Dec. Barbat. Cagnol. Bolognet. & alij *in Rub. C. qui admitti*, vide *in §. Iudex num.* *& §. Pœna num.* *& §. Statutum num.*

4 Poteſtas patria quid ſit, quibus competat, quomodo amittatur, & alia de hac materia plenè Paſcal. *tr. de patria poteſtate*, & nonnulla tetigit *in §. Pater num.51.*

5 De poteſtate liquidandi inſtrumenta iuxta Praxim Neapolitanam, an poſſit concedi curatori hæreditatis, latè Thoro. *Comp. deciſ. Neap. part.3. ſect.2 verb. Poteſtas.*

6 De poteſtate nominandi delinquentes, & huiuſmodi, idem Thoro *part.1. verb. Poteſtas*, & ego dixi *in §. Bannitas, & §. Premium.*

7 Varia de diuerſis poteſtatibus, facultatibus, & potentijs Principum, & aliorum indicant Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Potentia, Potens, & Poteſtas*, Com. Auguſt. Fontana *Biblioth. leg. part.5. verb. Poteſtas fol.263. &c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. in Indic. verb. Poteſtas.*

De verbo, *poteſt*, quando importet neceſſitatem, Caſtil. *contr. tom.6. part.2. cap.14. num.14. & ſeqq.* dixi ego in *§. Verbum num.30. & 31.*

§. PRECARIVM. XXXI.

1 PRecarium, ſiue precaria conceſſio quid ſit, quid operetur, an poſſit reuocari, & alia tradit Card. Tuſch. *litter. P. concluſ.472. &c.* Caſteion. *in Alph. iur. verb. Precarium*, vbi remiſſiuè.

2 Precarium operatur etiam contra tertios poſſeſſores, nam per illud fuit tranſlata ciuilis poſſeſſio, quæ cùm poſtea non amplius reperiatur penes alienantem, non potuit transferri in acquirentem, Bald. *in l. creditor, C. de pignor.* Afflict. *deciſ.40. num.15.*

Quòd extendatur etiam ad bona futura, & alia vide *in §. Conſtitutum num.*

3 De precario an, & quando differat à commodato, Couar. *lib.3. var. reſol. cap.15. num.7.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ.23. & 24.*

Quòd precaria poſſeſſio ſit iuſta durante domini voluntate, ſed illa finita efficiatur iniuſta, Poſt. *de manut. obſeruat.42. num.12.* Ac ideò precario poſſidens non acquirat poſſeſſionem manutenibilem aduerſus eum, à quo precario poſſidet, Rot. poſt eundem Poſth. *d. tract. deciſ. 214. num.6.*

4 An precarium extendatur ad bona futura, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.1. verb. Precarium*, & alia plura notat Bertachin. *in Repert. verb. Precarium*, cæterique relati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eod. verb. fol.393.*

§. PRÆCEDENTIA. XXXII.

1 PRæcedentia competit ex pluribus cauſis, veluti ratione maioris adminiſtrationis, ratione finis ad maius bonum, ratione maioris aptitudinis, ratione maioris dignitatis non ſolùm propriæ, ſed etiam concedentis, vel ordinantis, ratione ætatis cæteris paribus, ratione ordinis maioris, ratione maioris vtilitatis exercitij, ratione prioris inſtitutionis, & approbationis Religionis, & ſimilibus, vt per Card. Tuſch. *litter. P. concluſ. 477. per tot.* Ricc. *Collect.* 147. 470. 674. 1064. 1446. & 1863. vbi plura de varijs præcedentijs, Rot. *part.11. recent. deciſ.320 per tot. part.13. deciſ.425. num.14. & ſeqq.* vbi ratione maioris iuriſdictionis, Doctoratus, Clericatus, ac duplicis dignitatis, vide Sanfelic. *deciſ.140 per tot. deciſ. 223. deciſ.369.* & latiùs *deciſ.333. cum plena additione per tot.* vbi etiam de præcedentia ex cauſa editionis librorum, & huiuſmodi, Merlin. *deciſ.70. per tot.* vbi de præcedentia ratione alios conuocandi, iuriſdictionis, ex præpoſitione nominis in ſcripturis, ex prima ſubſcriptione, ex ſede in loco digniori, ex duplicata portione, ex proceſſionibus in vltimo loco, & huiuſmodi, in quibus maximè conſuetudo debet attendi.

Quòd conſuetudo etiam iuri repugnans in his materijs totum efficiat, & alia, idem Merlin. *deciſ.593. deciſ.779.* vbi etiam de quaſi poſſeſſione, vide Addit. ad Sanſelic. *deciſ.333.* vbi nonnulla in contrarium circa conſuetudinem iuri contrariam, quæ potius dicitur corruptela; & ideò intellige quando conſuetudo eſt aliqua rationabili cauſa fulcita, aliàs non eſt attendenda, Rot. *part.15. recent. deciſ. 212. num.10. & ſeqq. part.16. deciſ.168. num.6.* Carol. Marant. *contr. part.14. reſponſ.*38. vbi plura, num conſuetudine poſſit præcedentia acquiri, *& part.5. reſponſ.76. infra num.14. in fine*, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.1. gloſ.2. Prol. num.101. &c. fol.13.*

De alijs præcedentijs, vide *in §. Canonicatus num.3. & §. Doctor num.10. & §. Vicarius num.* Rot. in ſelectis per Farinac. *part.1. tom.1. deciſ.288. per tot.* vbi inter Canonicos, & Dignitates, Anſald. *conſ.137. per tot.* vbi plura de præcedentijs inter Equites Diui Stephani ad interpretationem *cap.5. tit.3.* ſtatutorum dicti Ordinis.

2 Quòd Officialis Criminalis præcedat ciuilem, quia Criminalis maior eſt, Franch. *deciſ.388. & 131.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.5. cap.1. num.6. cap.4. num.65. & 66.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 122. num.19. &c. volum.5.* Ricc. *Collect.* 147. qui tamen videntur fundare in conſuetudine, Carol. Ant. de Luca in Addit. ad Franch. *deciſ.388.* Capiblanc. *de Baron. pragm.8. part.2. num.260. lib 1.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.2. §.6. & 7. num.32.* vbi quòd omnes

con-

concludunt pro Iudice criminali, quia habet merum imperium, & quod ita ſeruatur Bononiæ; ego dicerem ſeruandam conſuetudinem, nam Florentiæ ex iuſſu Sereniſſimi præcedit Rota ciuilis criminali ratione antiquioritatis, vt puto, vel quia ſic placuit Principi Supremo, ad quem vel de Regalibus ſpectat præcedentias officialibus aſſignare, ita vt præcedant etiam alijs maiorem dignitatem habentibus, Franc. Marc. *deciſ.* 806. *&* 807. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 73. Caſtil. *de tertijs cap.* 41. *num.* 47. Alphar. *de Offic. fiſcal. gloſ.* 7. *num.* 2. & alij citati per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi plura de præcedentiarum materia. Et generaliter de præcedentijs Officialium, Otter. *de Official. Reſpub. cap.* 14. *part.* 1.

3 Qualiter beneficiati Eccleſiæ Cathedralis conſtituant vnum corpus cum Canonicis, & poſt illos præcedant Curatos aliarum Eccleſiarum, quantum poſſit conſuetudo in hac materia, & alia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 298. Barboſ. *in ſumm. deciſ. Apoſtol. Collectan.* 60. *verb. Beneficiati*, & alij citati per Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 254. *per tot.* facit latè Rot. *in Burgen. Præeminentiarum* 1. *Iunij* 1676. *coram Bourlemont*, *&* 8. *Februarij* 1677. *coram eodem*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 85. *&* 86. *per tot.*

4 Quòd ſit concedenda manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione præcedendi, & illa probata quoad aliquos actus ſuffragetur etiam quoad alios, licèt diuerſæ ſpeciei, cùm habeat cauſam vniuerſalem, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 60. *per tot.* facit quod dixi *in §. Poſſeſſio num.* 13. ead. Rota *part.* 11. *deciſ.* 322. *per tot.* vbi ex quibus probetur dicta quaſi poſſeſſio, & alia de ratione præcedendi inter duas Confraternitates, & facit *part.* 14. *deciſ.* 236. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 269. *num.* 2. vbi quòd in materia præcedentiæ dantur remedia poſſeſſoria, *& deciſ.* 331. *per tot.* vbi plura de præcedentia in ſedendo in Eccleſijs, in proceſſionibus, in dextera, & huiuſmodi, cum plena additione, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 168. vbi quòd præcedentia, tota à poſſeſſione dependet, qualiter probetur, pro ea detur manutentio, & alia, Rot. *d. part.* 16. *deciſ.* 242. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, *& deciſ.* 303. *num.* 25. *& par.* 18. *deciſ.* 460. *num.* 23. vbi qualiter probetur per teſtes de illa deponentes, etiam cum qualitate vſurpationis, & per ſcripturas, licet non authenticas, ſed ex pluribus coniecturis fidem merentes.

5 Qualiter Canonici Eccleſiæ Cathedralis præcedere debeant Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ in qualibet functione, etiam in ipſa Eccleſia Collegiata, quando adeſt Epiſcopus, cum quo vnum corpus conſtituunt, ne membra ſeparentur a corpore, Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 120. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 284. *per tot.* facit Rota *in ſupracit.* poſt Vrceol. *deciſ.* 85. *&* 86. vbi plura de præeminentia Collegiatæ, & ordine proceſſionum, ac aliarum publicarum functionum, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 16.

De præcedentia inter Capitulum, ſiue Canonicos, & Rectores, ſiue Parochos, aliosque Beneficiatos in proceſſionibus, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 87. *per tot. & part.* 18. *deciſ.* 305. vbi quòd attenditur obſeruantia.

6 Quòd præcedentia inter Congregationes debeatur illi quæ prius approbata fuit, & ſi vna alteri vniatur ſiue acceſſiuè, & ſubiectiuè, ſiue æquè principaliter, efficiatur vnum corpus, & quæ alteri priùs præcedentiam dabat, ipſa ſit præferenda ratione dictæ vnionis, cùm membrum capiti annexum, iiſdem priuilegijs, & honoribus, quibus caput gaudet, frui debeat, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 148. *per tot.* vbi de Congregatione Vallis Vmbroſæ, & Siluestrinorum ſimul vnitis, ratione cuius vnionis præcedit Congregationem Ciſtercienſium, Addn. ad Sanfelic. *deciſ.* 33. vbi plura de præcedentia inter confraternitates laicorum ſeruata forma Conſtitutionis Gregorij XIII. & inter Regulares, Tambur. *de iur. Abbat. diſp.* 25. *qu.* 8.

7 Qualiter Prior Confraternitatis inſtitutæ ad aſſociandum cadauera defunctorum, tanquam Caput, & Rector in huiuſmodi actibus ſuis proprijs, cæteris omnibus præferatur, etiam ſi alijs reſpectibus digniores eſſent, & quare, latè Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 126. *per tot.*

De præcedentia inter duas Confraternitates, latè Caten. *reſol.* 77. *per tot.*

8 Quadraginta nouem conſiderationes in materia præ-

cedentiarum, ex quibus poteſt competere præcedentia, vide per Caſſan. *in Catal. gloriæ Mundi part.* 7. *conſiderat.* 43. *& in part.* 10. aliàs triginta quinque, quarum nonnullas refert Sanfelic. *deciſ.* 223. *per tot. deciſ.* 269. *per tot. & deciſ.* 333. *cum plena Addit. per tot.* Romit. *deciſ.* 65. vbi de præcedentia inter plures officiales ſimul promotos ad ſimile officium, plenè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *gloſ.* 2. *fol.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd eſt habenda ratio dignitatis, virtutis, ſcientiæ, nobilitatis, honoris, potentiæ, & diuitiarum; ſi verò plures ſint, qui eadem fulgeant dignitate, & inter eos paritas ſit, ille præcedit, qui prius ad dignitatem aſcendit, ampliando, & limitando pluribus modis, ac ad ferè omnes dignitates particulariter inferendo, & confert Cabed. *deciſ.* 3. *& ſeqq.* & latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 18. *& ſeqq.*

Præcedentia ſedendi in eminentiori loco Eccleſiæ, vel 9
genuflectendi cum puluinaribus, & tapeto, vel ſtandi ſub baldachino, an, & quomodo, ac per quos poſſit acquiri, ita vt ſint iuxta ſolitum in ſua poſſeſſione manutenendi, etiam reluctantibus nobilibus Ciuitatis, & in terminis Caſtellani, & alia plura ad rem, ac de auctoritate, iuriſdictione, & officio Caſtellanorum in ſuis Arcibus, vel Fortilitijs, latè Sanfelic. *deciſ.* 331. *cum plena additione per tot.* vide *in §. Arma, ſiue Inſignia n.* 6.

Quòd præcedentia ſedendi in Eccleſia, non ſit ab Epiſcopo permittenda, ſed ſcamna debeant eſſe communia, benè probat Martha *vot. Piſ.* 89. *per tot.*

Præcedentia in merè gratioſis, quæ non habent admi- 10
niſtrationem annexam, debet attendi à tempore dati priuilegij, in habentibus verò adminiſtrationem conſideratur electio, acceptatio, & adminiſtratio, & præcedentia attenditur à die præſtiti iuramenti, à quo incipit adminiſtratio, non attenta data priuilegij, Franch. *deciſ.* 62. Sanfelic. *deciſ.* 269. *&* 333. *cum pluribus addit.* vbi tamen adducit plures alias cauſas præcedendi, & quòd ſtante legitimo impedimento primi electi, cui non poſſit negligentia imputari in capienda adminiſtratione officij, illi non præiudicat poſſeſſio interim ab alio capta, ſed ſua licèt poſterior retrotrahitur, ſicut etiam ſi prior poſſeſſio, vel adminiſtratio ab alio capta ſit nulla, nam licèt confirmetur, accipit robur tantùm à die confirmationis, & non præiudicat alteri, qui interim poſſeſſionem, & adminiſtrationem officij legitimè adeptus fuit; vel ſi prima prouiſio fuit conditionalis, & conditione nondum impleta fuerit capta poſſeſſio, & alia plura ad rem, vide *in §. Gratia num.* 10. latè Hermoſil. *ad leg. Partit. lib.* 1. *gloſ.* 2. *prol. num.* 9. *& ſeqq. fol.* 5. & Cabed. *deciſ.* 3. *cum pluribus ſeqq.* vbi de præcedentia inter Senatores, & ſimiles Officiales, quis ordo ſeruandus in votis, quomodo reducantur ad concordiam, & alia. Et plura de priuilegijs Senatorum idem Cabed. *deciſ.* 213. *per tot. part.* 1.

Quòd laici in functionibus Eccleſiaſticis non debeant 11
ſe cum clericis immiſcere, & maximè in digniori loco ſtare, qui dicitur vltimo pruptus, & dari debeat ſecundùm dignitatem, & honorem; ita vt nec valeat conſuetudo contraria, nec poſſit induci tanquam irrationabilis; licèt non ſit omninò incongruum in aliquo caſu ex particulari cauſa minus dignum præcedere magis dignum, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 310. vbi de Portigherio laico, vt non poſſit ſe immiſcere cum clericis. 12

Præcedentia, quæ competit viro, competit etiam vxori, quoad vxores eorum, quibus eius vir præcedit, quia vxor illuſtratur, & coruſcat radijs viri, Chaſſan. *in Catal. glor. Mund. part.* 8. *conſiderat.* 21. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 18. *num.* 1. *&c.* Cyriac. *controu.* 273. *num.* 23. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 210. *num.* 4. *& ſeqq.* vide *in §. Vxor num.* 2.

Præcedentia qualiter competat Præſidi Prouinciæ, & 13
Iudici aduerſus Theſaurarium, quia Præſidentis, & Iudicis officium maius eſt officio Theſaurarij, Rot. *part* 16. *recent. deciſ.* 303. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi etiam de præcedentia Doctoris cum milite, vt inuicem præcedant ſecundum quod proprium munus, & profeſſionem exercent, niſi tamen Doctor habeat iuriſdictionem in militem, nam tunc abſque dubio Doctor præcedit omnes milites, & eorum Tribunos, vide *in §. Doctor num.* 9.

Præcedentia inter Canonicos eiuſdem Eccleſiæ datur 14

antiquiori aduerſus maiorem attento tempore receptionis in Canonicum, non autem ſuſcepti maioris ordinis, & tantò magis ſtante etiam conſuetudine Eccleſiæ, cùm inter canonicos, aut alios miniſtros Eccleſię attendatur tempus ſeruitij, & non ſuſceptionis ordinis, & datur manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione præcedendi, Caualer. *deciſ.* 109. cum alijs per Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 156. *per tot.* Carol. Maranṭ. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 76. vbi plura de præcedentia inter canonicos, ac inter Archidiaconum, & Archipresbyterum, & ſimiles.

Quòd Canonicus coadiutor in abſentia coadiuti præcedere debeat, ſicut præcedunt veri canonici, maximè ſtante obſeruantia, & conſuetudine, quæ inducitur ſpatio decem annorum, & eſt attendenda, etiam ſi eſſet iuri repugnans, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 99. *per tot.* vide ſupra *num.* 1.

De alijs varijs præcedentijs, & cauſis illarum, remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in ſuo Alphab. iurid. verb. Præcedentia.*

15 De præcedentia inter Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, & Vicarium Generalem Epiſcopi, & alia, Caren. *de offic. S. Inquiſ. par.* 1. *tit.* 5. § 7. *&c. fol. mihi* 19. & de pluribus, ac diuerſis præcedentijs inter plures plenè Hermoſil. *ad leg. Partit. gloſ.* 2. *Prol. fol. mihi* 4. *& ſeqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 19. *& ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 5. *cap.* 4. Cyriac. *contr.* 201. *&* 202. Capyc. Latr. *deciſ.* 154. Larrea *alleg.* 51. *&* 52. alijque plures ab illis citati, qui materiam præcedentiarum in pluribus caſibus benè ſatis explicant.

16 De præcedentia librariorum, ſiue mercatorum librorum, cum cæteris mercatoribus dixi *in* §. *Libri in fine, &c.*

17 Multos alios Auctores de diuerſis præcedentijs in genere, & in ſpecie tractantes (vltra Caſteion.) indicat Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Præcedentia fol.* 367. *&c.* Plures caſus in materia præcedentiarum deciſos refert Thoro *Compend. deciſ. Neapol. par.* 1. 2. *&* 3. *ſoll.* 2. *verb. Præcedentia.*

18 Præcedentia inter Canonicos diuerſæ erectionis, vel fundationis, ſiue inſtitutionis, an competat illis vltimæ fundationis, ſi prius recepti fuerint, vel illis antiquioris fundationis poſteriori loco receptis, Tondut. *quæſt. canon.* 111. *per tot. lib.* 1. vbi cauſam antiquioris receptionis, quamuis fundatione poſterioris meliorem eſſe dicit, & comprobat.

19 De præcedentia inter duas cohortes Militares pro cuſtodia, ſiue guardia Principis, vnâ ſcilicèt ex nobilioribus, & diuitioribus militibus gratis ſeruiente, non tamen continuò, ſed tantùm in notabilioribus occaſionibus, altera verò ſtipendiata, gregaria, & quæ continuò ſeruit, cui competat, & hac occaſione quales milites, & eorum duces reputentur digniores, an ſit habenda ratio nobilitatis, & diuitiarum, an dignior locus ſit Vanguardia, vel Retroguardia, quem deceat in præcedentijs ordinem ſeruare, & alia plura ad rem curioſa latè tradit Cyriac. *contr.* 201. *per tot.*

20 De præcedentijs inter plauſtra, vel carocias, & huiuſmodi obuiantes in via arcta, inter equeſtres, & pedeſtres, inter currus, & carocias onuſtas, vel vacuas, egredientes à Ciuitate, & intrantes, vel verſus Ciuitatem venientes, an obuiantes debeant tenere manum dexteram, vel ſiniſtram, quid ſeruetur Romæ, & quare, in tranſeundi flumine, an dignior ſit murus, vel manus dextera, ſi plures non poſſint incedere pares ob viam arctam, quid agendum, & alia, Cyriac. *contr.* 274.

§. PRÆCEPTVM. XXXIII.

1 PRæcepta pœnalia, licèt de iure ſint reprobata, ſolent in aliquibus locis, & maximè in ſtatu Eccleſiaſtico, ab alibi etiam quandoque fieri ex iuſta cauſa, & præcedente monitorio cum termino ad ſe defendendum, & poſtea facta citatione ad allegandum cauſam quare non debeat condemnari, & poſtremò peremptoriè citari ad ſententiam, & ad videndum ſe condemnari in pœnam minatam, à qua deberet excuſari ſi ex iuſta cauſa, vel ſaltem colorata non potuit comparere, Clar. §. *fin. quæſt.* 31. *num.* 6. Guaz. *deff.* 7. *cap.* 1. *&* 2. Card. Tuſchus *litt. P. concluſ.* 482. *per tot.* dixi in Pract. §. *Precetti num.* 4. vbi etiam *num.* 3. qualiter præcepta cum clauſula ſaluatari, *ſi quis, &c.* parte comparente reſoluantur in ſimplices citationes ad tradita per Magon. *deciſ. Flor.* 128. *num.* 4. *& Luc.* 29. *in Addit.* & benè declarat videndus Sperel. *deciſ.* 53. *per tot.* vbi limitat non procedere in præcepto nunciationis noui operis, Ricc. *Collect.* 4095. Viui. *comm. opin.* 678. vbi plura qualiter dicta præcepta cum clauſula iuſtificatiua reſoluantur per comparitionem in ſimplicem citationem.

Quòd à præceptis non ſint inchoanda iudicia, Magon. *deciſ. Lucen.* 15. *num.* 1. Caroc. *deciſ.* 19. Sperel. *d. deciſ.* 53. *num.* 3. *&c.* Tuſchus *dict. concluſ.* 402. Ridolph. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 45. *& ſeqq.* vbi limitat quando contineret dictam clauſulam ſaluatarem, & de ſtylo Tribunalis A. C. Ricc. *Collect.* 3751. vbi quòd nec minus ab executione.

Præcepta à iudice, ſiue de eius mandato facta rixantibus de ſe inuicem non offendendo, quæ vulgò dicuntur, *levar l'offeſe*, quando dicantur contempta, ita vt pœna cominata locum habeat, vide Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 231. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Præceptum reſolut. vnic.* vbi quòd ſolent fieri cum clauſula quòd interim cautiones habeantur pro præſtitis, & ſunt valida ad remouenda ſcandala, ita vt in caſu contrauentionis pœna exigi poſſit, ac ita ſeruari in ſtatu Vrbini, & in ſtatu Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, ad Cabal. *caſ.* 119. *in fine*, & alios. 2

Quòd dicta præcepta de ſe non offendendo ſub pœna, non remaneat reuocata, neque paſſata per pacem extraiudicialiter inter ipſas partes ſequutam, cùm ex illis ſit iam fiſco ius quæſitum, quod ſine facto eiuſdem iudicis non poteſt tolli, aliàs poſſent de facili partes colludere; huiuſmodi tamen pax extraiudicialis induceret præſumptionem nouæ cauſæ, quæ ſolet excuſare a pœna, idem Cabal. *caſ.* 272. *per tot.* vide *in* §. *Cautio num.* *&* §. *Pax num.*

Præcepto Superioris non obediens, qua pœna ſit plectendus, quid operetur præceptum iudicis, qualiter excuſet obedientem, & alia, Tuſch. *litter. P. concl.* 478. *& ſeqq.* 3

Quòd non omnis vox iudicis habeat vim ſententiæ, ſed tantum ea, quæ profertur in iudicio cauſa cognita, & ſeruatis ſeruandis, & ideò non poſſit fieri executio iuxta comminationem, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 107. *volum.* 4.

Præcepto Superioris obedire recuſans, dicitur eſſe in dolo, quando præceptum eſt iuſtum, aliàs autem ſecus, *l. non poteſt* 159. vbi gloſ. & Dec. *ff. de reg. iur.* cum alijs per Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 229. *num.* 11. *& ſeqq.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.* 72. *num.* 18. *&c.* vbi quòd præceptum ſuperioris iniuſtum non obligat ad obſeruantiam.

Præcepta teſtatorum qualiter ſint obſeruanda, ita vt illi contrauenientes poſſint tanquam indigni priuari omni commodo teſtamenti, & alia plura ad rem, Cabal. cum multis ab eo citatis *conſ. deciſ.* 147. *num.* 6. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. vide *in* §. *Prohibitio.* 4

Præcepta, ſiue iuſſus, & ordinationes iudicum, vt obligent ad obſeruantiam, & incurſum pœnæ non ſufficit eſſe facta verbaliter, ſed debent apparere per ſcripturam autenticam, ac rem poſſibilem moraliter continere, aliàs non dicitur conſtare de corpore delicti, quod nec per confeſſionem rei ſuppleri poteſt; ſaltem ad effectum procedendi criminaliter per proceſſum, & inquiſitionem, quicquid etiam præcepta verbalia ratione irreuerentiæ poſſint aliqua leui coarctatione, vel mulcta ſuſtineri, & puniri, ad latè tradita per Laurent. Matthæu. Sanz. *tract. de re crimin. contr.* 18. *num.* 21. *& ſeqq. per tot.* vbi in terminis quorundam ordinum oretenus Commentatienſis datorum circa carceratorum cuſtodiam. 5

De præceptorum diuinorum, & Eccleſiæ obligatione, quando quis poſſit excuſari, vel non, & alia ad rem, licet remiſſiuè nimis Aegid. de Caſteion. *in ſuo Alphab. iurid. verb. Præceptum.* 6

Quòd præceptum Iudicis factum poſſidenti aliquam rem, illam ſequeſtrando, nulla præcedente capta informatione, de iure non ſubſiſtat, ſed manuteneri debeat poſſeſſor, Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.* 1. *verb. Præceptum.* 7

Quando autem huiuſmodi præcepta ſunt facienda, & ſubſiſtant, dixi *in* §. *Turbatio poſſeſſionis num.* 2. Alia 8

de

Digitized by Google

de diuerſis præceptis indicat Com. Auguſt. Fontan. *Bibliot. legal. part. 5. verb. Præceptum fol.* 371. & plura Bertachin. *in Repert. verb. Præceptum*.

De præceptis deferendi nomen, & arma teſtatoris, de non moleſtando, & huiuſmodi, quid importent, plura tradit Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in pluribus locis indicatis in Repert. general. in fine part. 3. verb. Præceptum*.

10 De præcepto teſtatoris nubendi vni de familia ſub pœna priuationis hæreditatis, vt ſit validum, & ſeruandum, niſi ex cauſa diſpenſetur à Principe, Andreol. *contr.* 522. & 413. *per tot.* vide *in §. Matrimonium, &c. §. Conditio nu.* 29. *& ſeqq.*

§. PRECES. XXXIV.

1 PReces tyrannorum metum inducunt, & æquiparantur iuſſui, cùm tales ſoleant minas ad effectum perducere, & dici ſoleat: Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi, & quaſi nudato ſupplicat enſe potens, Afflict. *deciſ.* 69. *num.* 5. Card. Tuſch. *litter. P. concluſ.* 484. Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 1. cap. 5. num.* 24. *&c.*

Quòd blanditiæ vehementes Principum inducant vim, & metum, & quando ſecus, Maſcard. *de probat. concluſ.* 193. *verb. Blanditia*.

2 Preces an inducant ſimoniam, & alia notat Bertachin. *in Repert. verb. Preces*.

3 De precibus importunis quod metum inducant, Carol. Rot. *in Florileg. concluſ.* 28. *num.* 12.

4 Quòd preces habeant vim petitionis, & interpellationis vbi agitur cum debitore in magna dignitate conſtituto, Rota coram Bich. impreſſa per Scapucc. *in Praxi iud. tom.* 2. *deciſ.* 18. *num.* 7. & de diuerſis precibus tractantes refert Com. Auguſt. Font. *Bibliot. legal. part. 5. verb. Preces fol.* 394. & ego dixi *in tract. de prohib. muner. & prec. &c. in princ. primi tomi*.

Reliqua vide *in §. Metus*.

§. PRÆDIVM. XXXV.

1 PRædium inferius tenetur iuxta naturalem loci ſitum recipere aquam de cœlo cadentem in fundo ſuperiori, ſecundùm conſuetudinem, vel pacta, *l.* 1. *&* 2. *ff. de acq. plu. arcen.* Pract. Pap. *Act. confeſſ. gloſ. ſeruitus num.* 19. vide *in §. Acqua num.*

2 Prædium licèt diuiſum in plures petias dicitur vnum, & idem ea deſtinatione Domini, vt benè declarat Caualer. *deciſ.* 146. *num.* 3. *&c. & deciſ.* 160. *per tot.* vide *in §. Fundus num.* 1. latè Rot. *part. 11. recent. deciſ.* 249. *per tot.* vbi an, & quando fideicommiſſum certæ rei, contineat etiam alia bona ſeparata, ex deſtinatione tamen teſtatoris alteri rei fideicommiſſo ſubiectæ vnita.

Quid veniat appellatione prædij, vel poderis, Tuſch. *litter. P. concluſ.* 374. vide *in §. Fundus num.* 1.

3 De prædijs multa notat Bertachin. *in Repert. verb. fundus, & verb. Prædium*, & alia de diuerſis prædijs indicant Caſteion. *Alphab. iurid. in verb. fundus, & verb. Prædium*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Prædium fol.* 373.

4 Prædium, quòd non patitur diuiſionem poteſt totum alienari pro ſoluendis debitis fideicommittentis, dummodò reſiduum implicetur fauore fideicommiſſi, aliàs reuocatur alienatio, & alia ad rem Ioan. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 2. quæſt. 65. num.* 5. *& ſeqq.*

Quòd ſub nomine prædij non veniant bona ſeparata, niſi ex deſtinatione domini ſint illi ad perpetuum vſum vnita, & aggregata, ſicut ſub legato, vel alienatione prædij veniunt omnia ædificia ſolo cohærentia ad vſum coloni, atque alia ad commodum, & vſum domini deſtinata, vt ex Merlin. *deciſ.* 449. & alijs benè comprobat Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. *conſ.* 19. *num.* 56. *& ſeqq.*

§. PRÆLATVS. XXXVI.

1 PRælatus tenetur ex officio in viſitatione Eccleſiæ inquirere etiam de vita, & moribus Rectoris, Marant. *in prax. part. 6. verb. Inquiſitio num.* 14. vide *in §. Epiſcopus num.*

2 Prælatus non poteſt tranſigere, nec compromittere de rebus Eccleſiæ ſine conſenſu ſuperioris, vel Capituli, *c. contingit extr. de tranſact.* Rom. *conſ.* 348. nec aliquid aliud in Eccleſiæ præiudicium facere, vide Cabal. *conſ. deciſ.* 72. *lib.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 476. *num.* 16. *&c. cap.* 674.

Si tamen tranſactio fuerit confirmata à Summo Pontifice, ligat etiam ſucceſſores, *c. veniens de tranſact.* Rot. *part.* 7. *recent. deciſ.* 225. *num.* 9. *& part.* 9. *deciſ.* 221. *num.* 12. dixi *in §. Tranſactio num.* 3. & plenè Vrceol. *in nouiſſ. tract. de tranſact. qu.* 23. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd Prælatus non poſſit præiudicare Eccleſiæ per ſuam ſpontaneam confeſſionem ſine conſenſu Capituli, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 796. *num.* 5. *&c. cap.* 870. *num.* 2. 20. *&c. cap.* 803. *num.* 10. *&* 36. vbi plura ad rem facientia, idem Gratian. *deciſ.* 139. *in Addit.* vide *in §. Confeſſio num.* Tuſch. *littera P. concl.* 506. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 24. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi quando Prælatus ipſe poſſit nomine Eccleſiæ à tranſactione damnoſa recedere.

Quòd non poſſit renunciare beneficio reſtitutionis in integrum competenti ſuæ Eccleſiæ, Ang. *conſ.* 144. *lib.*

Quòd tamen poſſit facere omnia, quæ pertinent ad Eccleſiam, & bonorum adminiſtrationem, etiam ſi ſint ardua cum conſenſu Capituli, niſi alia forma ſit præſcripta, vt in alienatione rerum immobilium, Altograd. *conſ.* 28. *num.* 72. *lib.* 1.

3 Prælatus in acquirendis, poteſt etiam ſine vllis ſolemnitatibus per renunciationem præiudicare Eccleſiæ, & idem eſt in Abbatiſſa reſpectu ſui Monaſterij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 568. *num.* 51. *&c.* vbi exemplificat in hæreditate, legato, ac fideicommiſſo, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.* 67. *& deciſ.* 209. *d. part.* 3. *lib.* 2. vbi quòd poteſt repudiare legatum.

Quòd imò etiam in quærendis non poſſit abſque cauſa, vel conſenſu Capituli præiudicare Eccleſiæ, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 715. *num.* 21. *&c. cap.* 118. *num.* 35. *&c.* benè probat contrarijs reſpondendo Martha *vot. Piſ.* 224. *per tot.*

Quòd teneatur ſoluere de ſuo, ſi Eccleſia propter eius negligentiam paſſa fuerit damnum, etiam lucri ceſſantis, & licèt eſſemus in quærendis, idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 601. *num.* 12. *& cap.* 674. *num.* 20. *&c.* vbi quòd etiam in quærendis non præiudicat Eccleſiæ quoad nullitatem intrinſecam contractus, ſed poteſt ſemper Eccleſia agere ad acquiſitionem, non obſtante repudiatione, remiſſione, aut non incorporatione facta in damnum Eccleſiæ, cùm Rectores Eccleſiarum poſſint tantùm vtilia facere, prætermiſſis inutilibus.

Plura quando Prælatus ſolus poſſit ſine Capitulo, vel Conuentu præiudicare Eccleſiæ, vel non, Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 498. *cum pluribus ſeqq. ad* 510. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 302. *num.* 26. *&c.* vbi quòd non, ſine iuſta cauſa, & loquitur in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, *& par.* 10. *deciſ.* 24. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi circa iuriſdictionem, vide *in §. Abbas num.* 19. Bich. *deciſ.* 599. vbi in receptione mutui, de quo *in §. Mutuum num.* 6.

4 Prælatus non poteſt præiudicare ſucceſſori concedendo alteri emphyteuſim viuo adhuc primo inueſtito, quamuis concederet ſub conditione finitæ primæ emphyteuſis, niſi huiuſmodi caſus eueniret viuo adhuc ipſo concedente, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 818. *per tot.* vide *in §. Succeſſio num.*

Non poteſt etiam præiudicare ſucceſſori declarando expreſsè, vel tacitè bona emphyteutica deuoluta velle pro ſe, & Eccleſia retinere, ita vt ſucceſſor non poſſit amplius in emphyteuſim nata ſolitum illa concedere, vt videtur ſentire Menoch. *de arbitr. caſ.* 433. *num.* 31. *&c.* vide *in §. Emphyteuſis num.*

Alia de Prælatis, eorum poteſtate, & obligatione circa plura tradit remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in ſuo Alphab. iurid. verb. Prælati*.

Digitized by Google

5 Prælatus an poſſit diſponere in vltima voluntate de fructibus beneficij, vel eos ad hæredes tranſmittat, ſiue potiùs ad ſucceſſorem in Epiſcopatu, ad quæ debita ſoluenda teneatur ſucceſſor, & alia ad rem, Caldas Pereyra *conſ.*48. *per tot* vide *in* §. *Succeſſor num.*16. §. *Clericus num.*40. *&* §. *Epiſcopus num.*55. 62. *&c.*

6 Alia plura de Prælatis circa diuerſa notat Bertachin. *in Repert. verb. Prælatus*, & alia indicat Com. Auguſt. Font. *Biblioth. leg. part.*5. *verb. Prælati fol.*376.

§. PRÆMIVM. XXXVII.

1 PRæmium conceſſum primo equo, ſiue barbaro peruenienti ad locum deſtinatum, vel primo militi ingredienti Ciuitatem inimicorum, an debeatur quando duo, vel plures ſimul peruenerunt, vel ſit iterùm currendum, & an omnes admittantur iterùm ad curſum, vel illi tantùm qui ſimul peruenerunt, & rem dubiam reddiderunt, Cabal. *reſol. crimin. caſ.*294. *num.*298. *& ſeqq.* Ceuall. *com. contr. com. quæſt.*248. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*210. *num.*47. *&* 48. vbi idem in ſimilibus, & concludit ſi præmium ſit diuiſibile, inter eos eſſe æqualiter diuidendum, ſi indiuiſibile ioter ipſo tantum, alijs excluſis, iterùm curſum peragendum, ratione maioris laboris, & meriti ex illorum parte interuenientis; Niſi tamen aliter ſeruetur de conſuetudine in aliquo caſu, vel loco.

2 Præmium conceſſum reuelanti malefactorem alicuius delicti, non debetur ſocio, participi, ſiue complici eiuſdem delicti, qui alios reuelaret, niſi aliter ſit expreſsè promiſſum, vel niſi agatur de crimine læſæ maieſtatis, in quo etiam complices reuelantes, & probantes gaudent pręmio, Clar. & Baiard. *in* §. *fin. quæſt.*27. *verſ. in multis*, Cardin. Tuſch. *litt. S. concl.*632. *num.*2. Conciol. *reſol. crim. verb. Impunitas reſol.*2. *per tot.* vbi loquitur de impunitate, vt nec iſta proſit prædictis, nec auctori criminis, niſi aliter ſit expreſſum, & quis dicatur principalis delinquens ad hunc effectum, an inſtigans, vel conſulens, & alia, Guaz. *deff.*18. *cap.*2. vbi etiam *num.*13. quòd quando deberetur ſocijs, & complicibus eſſet neceſſarium, quod reuelaſſent dictum ante ſequutam capturam.

Et ſi bannum exciperet, vel exceptuaret tantùm principalem delinquentem à conſecutionem impunitatis, vel præmij, vt communiter fieri ſolet, quis dicatur principalis an mandans, vel mandatarius, Bertaz. *conſ.*143 *&* 190. *lib.*1. Menoch. *de arbitr. caſ.*352. *num.*7. Coſta *remed. ſubſid.*20. *num.* 10. *&c.* Farinac. *quæſt.*135. *num.*4. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Impunitas reſol.* 2. *num.* 6. vbi quòd mandatarius qui proprijs manibus occidit dicitur principalis delinquens, & mandans acceſſorius, licèt alij contrarium ſentiant, imò mandantem eſſe principalem, quos refert Farinac. *loc. cit.*

3 Præmium, vt debeatur reuelanti malefactorem, requiritur, quòd etiam probet delictum ab eo commiſſum, ita vt cùm agatur de delatore voluntario, requiratur perfecta probatio, & non ſufficiat ſubminiſtraſſe indicia ad torturam, etiam ſi ex ea ſequatur confeſſio rei, niſi aliter ſit expreſſum, quia dicta confeſſio eſſet potiùs attribuenda inquiſitioni iudicis, & vi torturæ, quam reuelanti iuxta doctrinam Bald. & Brun. relatam vti memoriam dignam per Boſſ. *tract. crim. tit. de confeſſ. per tort. num.*28. Menoch. *de arbitr. caſ.*198. *num.*10. *&c.* Clar. §. *fin. quæſt.*27. *in fine*, Guaz. *deff.*18. *cap.*2. Conciol. *reſol. crimin. verb. Impunitas reſolut.*1. *num.*5. *& ſeqq.* vbi idem quoad impunitatem, Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 48. *per tot.* qui etiam quòd de iure non debetur illis, qui accuſare prohibentur, vt pueri, mulieres, ſerui, liberti, ſubditi, clerici, milites, filij, tutores, curatores, & ſimiles, prout declarant DD. prædicti, vide *in* §. *Indulgentia*, *vel Indultum num.*2.

Plura notabilia de præmijs, quæ antiquitus per leges concedebantur, vel arbitrio iudicis, & etiam hodie dantur delatoribus ſecretis, & voluntarijs reuelantibus, & probantibus delicta occulta, Menoch. *de arbitr. caſ.*198. *num.* 1. *& ſeqq.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.*84. *per tot.* Giurb. *conſ. crim.* 22. Ricc. *Collect.* 2617. Ambroſin. *deciſ. Peruſ.*23. *per tot.* & alij relati per Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.*15. *num.*15. *&c.* dixi in Pract. §. *Premio per tot.* vbi de ſtylo, & bannimenti ſtatus Florentini in hac materia, Tuſchus *lit. P. concluſ.*514. *cum duabus ſeqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.*1. *quæſt.*26. *num.* 76. *& ſeqq.* vbi quòd bannum promittens præmium probanti delictum non prodeſt ei, qui ſola exhibet indicia, & ideò quidam Fornarolus indicando delinquentes, cum quibus ipſe fuerat particeps, ſperando præmium, fuit licitè ſuſpenſus, & alia ad rem, ſequitur Conciol. *reſolut. crim. verb Impunitas reſol.*1. *num.*7.

4 Præmium, ſiue participatio condemnationis, vel capturæ debetur toties quoties facta fuerit captura delinquentis, cùm agatur de materia fauorabili, Cuman. *conſ.* 14. Card. Tuſch. *litter. S. concluſ.*632. *num.*2. Baiard. ad Clar. *quæſt.*29. *num.*26.

Quòd proclamata concedentia primum pro occidendis bannitis ſint pro quiete publica, & ob id reputentur fauorabilia, & ſint latè interpretanda, nec abſurdo intellectu coarctandam, Theſ. *quæſt. for.*52. *lib.*2. Cabal. *reſol. crim. caſ.*179. Ricc. *Collect.*2617.

Quapropter deberi præmium capienti delinquentem, etiam ſi poſtea de carceribus auſugerit, vel per fraudem ſub ficto nomine alterius impunis per errorem relaxatus fuerit, pro pœna illi poſtea citato tanquam contumaci impoſita, fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ me proponente ſub die 23. Iunij 1679. ad fauorem Capitanei Ioannis de Centiua, vt conſtat in Giornali Partitarum 655. à 57.

5 Præmium conceſſum releuanti, ſiue capienti malefactorem de iure non debetur Baroncellis, vel alijs executoribus, qui ad id tenentur ex debito officij, Clar. §. *fin. quæſt.* 29. *verſ. cæterum*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 198. *num.* 35. Farinac. *quæſt.*103. *num.*355. Card. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 516. Scaglion. *in Pragm. Regn. Allegat. deciſ.*4. *num.*9. *fol. mihi* 371. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.*1. *art.*35. *num.*7. Ricc. *Collect.*2617. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*380. *verſ. unde licèt*, Conciol. *reſol. crim. verb. Bannitus reſol.* 8. *per tot.*

Quòd etiam in Statu Eccleſiaſtico de conſuetudine paſſim debeatur præmium Executoribus, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*5. §.6. *ad* 8. *num.*14.

Contrarium tamen de conſuetudine ſeruatur in multis locis, & præcipuè in ſtatu Florentino, Cabal. *reſol. crim. caſ.*279. *num.*11. *&c.* Guaz. *deff.*5. *cap.*1. *num.*19. *& deff.*10. *cap.*2. *num.*10. *in fine*, Baiard. ad Clar. *loc. cit.* & dixi in Pract. §. *Premio num.*14. Borgn. Caualcan. *deciſ.*23. *per tot. par.*5. vbi etiam quòd debetur Capitaneo, & non birruarijs, qui eius nomine capiunt, & idem in ſimilibus, qui de mandato alterius exequuntur, *infra num.*14.

6 Præmium prædictum non poteſt concedi niſi à Supremis Magiſtratibus, vel cum licentia Superioris, & Principis, Menoch. *de arbitr. lib* 1. *quæſt.*46. *num.*2. Clar. §. *fin. quæſt.*29. Guaz. *deff.*18. *cap.*2. *num.*9. vbi tamen quòd ſaltem eſſent reficiendæ expenſæ factæ pro captura rei, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*2. §.4. *num.*80. *& ſeqq. & cap.*7. §.9. *&* 10. *num.*2. *& ſeqq.* vide *in* §. *Indultum num.*2.

An autem ſit licitum in conſcientia proponere pręmium pro occiſione banniti, aliqui dubitant, & non approbant huiuſmodi morem, alij verò dicunt eſſe omninò permiſſum propter bonum publicum, vt teſtatur Dian. *par.*5. *tract.* 4. *reſolut.*24. vbi tamen quòd non eſt facilè hæc facultas concedenda.

Quòd licitum eſſe concludit etiam Marcell. Megal. *var. tom.*1. *reſol.*59. quem refert, & ſequitur Raynald. *loc. cit. num* 95. vbi tamen *num.*96. *& ſeqq.* valdè dubitat, & diſputat per rationes, & auctoritates hincindè relatas, an validè, & iuſtè poſſit dari facultas occidendi delinquentes nondum condemnatos, concludens num. 121. pro negatiua, exceptis aliquibus caſibus, vt ſi agerent de enormiſſimis delictis, ac contra notorios delinquentes de proximo banniendos; ſecus autem contra occultos delinquentes, quia in iudicando de occultis Deus pro ſe reſeruauit, & ideò in iſtis homo miſericorditer corripiat quod poteſt, quod non poteſt patienter ferat, & cum dilectione gemat, atque lugeat, donec Deus, aut deſuper emendet, & corrigat, aut vſque ad meſſem differat eradicare zizaniam, & paleam ventilare, iuxta ſententiam D. Auguſtini contra Epiſtolam Parmeniani *lib.*3. *cap.*2. Si enim omnia in hoc ſæculo vendicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent, & vt credamus poſt pręſentem peregrinationem aliud adeſſe magis tremendum Tribunal, vide *in* §. *Princeps num.*1.

Præ-

7 Præmium prædictum non debetur vxori occidenti virum bannitum, nec è contrà marito occidenti vxorem bannitam, nec filijs occidentibus patrem pariter bannitum, vel è contrà, ſed potiùs pœna arbitraria ratione parricidij, niſi eſſent proditores patriæ, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 356. *num.* 20. *& num.* 87. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 278. Guaz. *deff.* 18. *cap.* 2. *num.* 8. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 175. *&c.*

Item non debetur præmium, ſed pœna occidenti mulierem bannitam prægnantem, etiam paucis diebus, & ea illicito concubitu, ne fętus innocens cum illa pereat, Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *numer.* 55. P. Manar. *Noct. Maloncol. interrogat.* 94. Farinac. *quæſt.* 103. *numer.* 61. *& ſeqq.*

Quid autem in cæteris mulieribus bannitis non prægnantibus, vide Farinac. *loc. cit.* Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 276. *per tot.* vbi quòd de iure non debetur præmium, imò via impunitos dimitteret huiuſmodi occiſores mulierum bannitarum, cùm in illis ceſſet prorsùs ratio bannimentorum præmium concedentium; teſtatur tamen contrarium vidiſſe ſeruari, & ego dixi in Pract. §. *Premio num.* 20. Caballum ſequitur, & comendat Laurent. Matthæu Sanz *de re crim. contr.* 30. *nu.* 63. quatenus firmauit impium eſſe huiuſmodi facinus, cùm in fœminis ceſſet ratio bannimentalis, &c.

8 Præmium, & impunitas debetur ſaltem de conſuetudine, etiamſi capiens, vel occidens bannitum ignoranter id egerit, vt quia neſciuerit eſſe bannitum, vel adeſſe præmium, Guaz. *deff.* 18. *cap.* 2. *numer.* 17. Cabal. *caſ.* 274. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. caſ.* 185. *numer.* 44. *num.* 50. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 30. *&c.* idem Cabal. *caſ.* 287. *num.* 50.

Facit quia exiſtens in gratia, & faciens opera ordinara pro lucranda indulgentia conceſſa, illam lucratur, licet ignoret eſſe conceſſam, ſicuti de ſalutatione Angelica cum tribus verſiculis recitari ſolitis de ſero ad ſonum campanæ, pro qua eſt conceſſa indulgentia plenaria ab Adriano VI. firmat Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 24. vbi tamen refert alios tenentes ad lucrandam indulgentiam, requiri intentionem actualem, vel ſaltem virtualem, quæ deficit in ignorante, facit idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 133. *& tract.* 12. *reſol.* 6. *&c.*

9 Præmium non debetur, ſed pœna occidenti bannitum, quem ſciebat eſſe nulliter condemnatum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 638. *numer.* 3. *&c.* Vant. *de nullit. tit. quoties, & intrà quod temp. &c. num.* 44. plenè Farinac. *d. quæſt.* 103. *num.* 36. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *num.* 7. *& caſ.* 283. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 88. *num.* 9. dixi in Pract. §. *Banditi num.* 40. *& §. Premio num.* 19.

Idem eſt in occidente bannitum gratiatum, ſed nondum cancellatum, Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 297. *per tot.* dixi in §. *Bannitus nu.* 4. *in Addit.* vbi quando puniatur pęna ordinaria, vel extraordinaria, Coſta *de facti ſcient. & ignorant. Diſtinct.* 23. *per tot.*

10 Præmium intelligitur conceſſum ſolùm reſpectu perſonarum iuriſdictioni concedentis ſubiectarum, & ideò non debetur occidenti Clericum bannitum, ne per indirectum exerceatur iuriſdictio in exemptos, niſi propter illorum enormitates ſe indignos reddiderint priuilegio, Franc. *deciſ.* 463. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 60. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 318. facit quod dixi in Pract. §. *Banditi nu.* 60. *&* 70. Franceſc. *conſult. moral.* 17. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 4. *nu.* 196.

11 Præmium debetur occidenti bannitum etiam extra ſtatum, & iuriſdictionem Principis bannientis, quamuis occidens poſſit puniri in loco homicidij commiſſi, Bald. *conſ.* 428. *in fine lib.* 5. Card. Tuſch. *littera P. concluſ.* 516. *n.* 10. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 61. *in fine*, Farinac. *quæſt.* 103. *nu.* 208. *& ſeqq.*

De concluſione ibi contenta Raynald. *loc. cit. num.* 197. *& ſeqq. per tot.* vbi dubitat an Princeps poſſit tuta conſcientia facere occidere bannitum extrà ſtatum ſuum, & dicit fuiſſe per Theologos affirmatiuè reſolutum, quoties bannitus continuet eſſe moleſtus ſubditas ſuis, licet ipſe non totaliter acquieſcat dictæ reſolutioni.

Quòd procedit ſine difficultate, ſi bannito occiſo amputetur caput, & deferatur in loco banni pro legitima recognitione facienda; quamuis non ignorem, ſed an iuſtè dubitem, fuiſſe Florentiæ de anno 1668. ſub die 6. Iunij conceſſum præmium Gregorio Bernardini de Rubertis Aretino pro occiſione banniti facta in alieno territorio, etiam capite non præſentato, ſed ſola ſententia capitali contra eundem in loco delicti iuridicè promulgata, prout in filcia ſupplicationum dicti anni ſub nu. 250. Cancellariæ DD. Octo Baliæ Vitorum, vide in Pract. in addit. §. *Premio* vbi plura notabilia ad rem.

12 Præmium debetur etiam occidenti delinquentem notorium, quamuis nondum condemnatum, neque bannitum, quando pœna eſt ipſo iure impoſita, cùm de proximo banniendus habeatur pro bannito, ſi lapſi ſint termini deffenſionales, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 275. *num.* 14. Baiard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 197. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 123. *& num.* 325. *& ſeqq. limit.* 22. *per tot.* dixi in reſol. *cap.* 93. *nu.* 23. & in Pract. §. *Banditi nu.* 55. *& §. Premio nu.* 23. vide §. *Bannitus nu.* 5.

Contrarium vide per Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 6. *in fine*, Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 83. Fulni. Maioran. *in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 60. *& ſeqq.* vbi quòd imò talis occiſor debet puniri, etiamſi pœna eſſet ipſo iure impoſita, cùm ſaltem ſemper opus ſit declaratione, ac alijs rationibus, & auctoritatibus ibi per eum relatis.

13 Præmium conceſſum capienti lupum, vel aliud animal, debetur pro vna ſumma tantùm capienti lupam prægnantem, vel etiam lactantem cum lupis natis, quia tam lupi exiſtentes in vtero, quàm nati, dum adhuc nutriuntur ex lacte matris reputantur pars viſcerum illius, & habentur pro vno tantùm cum matre, ſicque vnicum debetur præmium, Oinot. *in §. Permiſſum numer.* 15. *Inſtit. de tot. fol.* 12. Lanfranc. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quæſt.* 89. *num.* 6. *& ſeqq.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 43. dixi in §. *Statutum dans premium.*

Sicuti etiam quando plures interuenerunt ad capturam banniti, vnicum tantùm debetur præmium inter eos diuidendum, Farinac. *quæſt.* 103. *n.* 359. ſequitur Conciol. *reſol. crim. verb. Stat. reſol.* 9. *in fine.*

14 Præmium conceſſum ei, qui dederit viuum, vel mortuum delinquentem in manibus, vel poſſe Curiæ, intelligitur conceſſum pro laboribus, & periculo, ac debetur ei, qui fuit cauſa formalis extirpationis delinquentis, & qui conſignauit, non autem ei, qui conſuluit, vel fortè mandauit fieri, vel tractauit, vel fuit inuentor modi capiendi, vel occidendi bannitum, ſed ei, qui vt ſuprà fecit factum, & cum quo lex promittens tranſiuit in contractum, etiamſi eſſet Clericus, vel Religioſus, maximè ſi fecerit de ordine, & licentia ſuorum Superiorum, vt probat Martha *vot. Piſ.* 155. *per tot.* vide ſupra *nu.* 5. *in fine.*

Quod præmium debeatur etiam clericis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis bannitum occidentibus, quia actiuè comprehenduntur in edictis etiam ſæcularibus, & poſſunt illis vti tanquam priuilegio; benè verùm eſt, quod incurrunt in irregularitatem, ob quam, & alijs rationibus poſſunt proceſſari, & puniri à Curia Eccleſiaſtica, vt latè pluribus citatis, & aliquos caſus diſtinguendo probat Raynald. *Syntax. rer. crimen. cap* 2. §. 4. *numer.* 161. *& ſeqq. per tot.* licèt *num.* 186. *& ſeqq.* intelligat poſſe puniri ſi id omninò voluntariè, vel ex odio, & inimicitia, abſque cauſa agant, ſecus autem ſi neceſſitate vrgente, pro defenſione propria, aut proximi innocentis, vel boni publici.

Alia plura notabilia de dictis præmijs, quando, & quibus debeantur, vel non, dixi in Pract. §. *Premio per tot.* & præcipuè in Additionibus ibi factis pro noua impreſſione.

15 Præmium an, & quando debeatur, vel non licitatoribus, vel conductoribus redditum fiſcalium pro augumento illorum, Larrea *Alleg. fiſc.* 29. *per tot.* Gutierez *de Gabellis quæſt.* 152. *&c.* Coſta *tract. de ratione rata quæſt.* 167. dixi in §. *Subhaſtatio nu.* 10. *&c.*

16 Præmium non debetur, ſed pœna falsò aſſerenti occidiſſe bannitum, qui fuit ab alio occiſus, vt dixi in §. *Stat. dans premium ſub nu.* 1.

17 Præmia dare benefacientibus, legis eſſe, inuenta eſſe in excitationem boni, & vt facilius homines Reipublicæ inſeruiant, quantum virtutem augeant, moueant, & expediant ad labores, & ſtudia, in negotijs detineant, & alia remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præmia.*

De

De Præmijs aliqua notat Bertachin. *in repert. verb. Præmium*, & alia indicat Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. leg. part. 5. verb. Premium fol. 377.*

§. PRÆSCRIPTIO. XXXVIII.

1 PRæſcriptio dicitur acquiſitio, ſiue adiectio dominij per continuationem poſſeſſionis tempore à lege definito, *l. 3. ff. de præſcript.* Hoſtien. *in ſum. eiuſd. tit. §. 1. num. 1.* & alias deſcriptiones ponit Onnot. *Inſtit. de vſucap. & long. temp. præſcript. num. 4. & ſeqq. fol. 120.* Bald. *tract. de præſcript part. 1. prin. quæſt. 3. per tot. &c.* vbi plura ad intelligentiam terminorum, Paul. Chriſtin. *deciſ. 81. num. 1. &c. vol. 4.* vbi quomodo differat ab vſucapione, & alia, *& deciſ. 82. 83. 84. & 85. d. volum. 4.* vbi multa de hac materia, *& ad leg. municip. tit. 20 per tot.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 2. cap. 15. numer. 1. & ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom 2. lib. 5. cap. 5. art. 1. &c. fol. 429.* Plura de nomine, origine, æquitate, definitione, diuiſione, requiſitis, & huiuſmodi in materia præſcriptionis, & vſucapionis, Mella *tract. ſiue Diſput. de vſucap. & præſcript. per tot.*

Præſcriptio autem non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante cum omnibus qualitatibus, & requiſitis ad illam inducendam neceſſarijs, quæ qualia ſint in præſcriptione rerum corporalium, qualia in præſcriptione rerum incorporalium, quomodo articuli concipi debeant, & teſtes deponere, plenè Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1212. 1213. 1214. & 1215. per tot.* Cabal. *conſ. 178. lib. 1.*

2 Præſcriptio fuit ob bonum publicum inducta, ne dominia rerum ſemper ſint in incerto, & vt aliquis ſit litium finis, Onnot. & Bald. *loc. cit.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 9. fol. 476.* vide Tuſch. *litt. P. concl. 520. per tot.* Viui. *comm. opin. 626.* vbi an poſſit per pactum tolli, Mella *dict. tractat. part. 1. Diſput. 1.* vbi de vſucapione, *& part. 2. cap. 3. per tot.* vbi de præſcriptione, Carol. Marant. *centr. part. 4. reſponſ. 97. numer. 1. & ſeqq.*

Effectus præcipuus præſcriptionis eſt transferre dominium de vno in alium, Iordan. *d. tit. 24. n. 485. &c. fol. 506.* Onnot. *vbi ſupra n. 69. & ſeqq. fol. 132.*

Quòd præſcriptio ſit odioſa, impium præſidium, & contra naturalem æquitatem, Crauett. *conſ. 201. num. 37.* Ruland. *conſ. 21. numer. 38. & 46. lib. 2. & conſ. 68. num. 11. & ſeqq. num. 35. lib. 3.* Cabal. *conſ. 178. num. 23. lib. 1.*

Imò præſcriptionem, & vſucapionem eſſe fundatam in æquitate, publica ſalute, & vtilitate, ac tota aberraſſe via Doctores, qui illam diſtinxerunt in odioſam, fauorabilem, & mixtam, probat Mella *d. tractat. part. 1. cap. 1. & part. 2. cap. 3. per tot.* Marant. *d. reſponſ. 97. nu. 1. &c.*

3 Præſcriptio diuiditur in plures ſpecies, nam alia dicitur fauorabilis, alia odioſa, alia mixta, alia anomala, & alia ſua natura currens.

Item alia eſt triennalis, quæ procedit in mobilibus, alia longi temporis decem ſcilicet annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, alia longiſſimi temporis, triginta ſcilicet, vel quadraginta annorum, alia quadragenaria, quæ etiam canonica, ſiue Eccleſiaſtica nuncupatur, alia centenaria, alia tanti temporis, cuius initij memoria non extat, alia quadriennalis, alia viginti annorum, & ſimiles tam horarum, quàm dierum, menſium, & annorum, quas refert Hoſtien. *in ſumm. de præſcript.* Din. Roger. & Bald. *in tract. de præſcript.* Onnot. *Inſtit. de vſucap. & longi temp. præſcript. cap. de ſpeciebus præſcript. num. 1. &c. fol. 126. &c.* & ſingillatim incipiendo ad hora, & gradatim proſequendo vſque ad immemorabilem, huiuſmodi præſcriptiones recenſet Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 24. num. 238. & ſeqq. ad 473. fol. 492. &c.* plenè etiam Tuſch. *litt. P. concluſ. 520. cum pluribus ſeqq. ad 590. per tot.*

De præſcriptione quadriennali fauore fiſci, vide in §. *Emptio n. 26.* Tuſch. *litter. P. concluſ. 574. per tot.*

De multiplici præſcriptione contra fiſcum, Tuſchus *littera P. concluſ. 569. & ſeqq.* vide alios citatos *infra nu. 12.*

4 Præſcriptio in genere plura requirit pro ſui ſubſtantia, vt poſſit currere, & habere locum, nempè bonam fidem, iuſtum titulum, & continuatam poſſeſſionem, & ſecundum alios perſonam præſcribentem, rem præſcriptam, vel præſcriptibilem, & perſonam contra quam præſcribitur, ſed hæc tria poſtrema præſupponuntur pro indubitatis, vel dic melius prout in ſequentibus verſibus.

Non vſucapies, niſi ſint tibi talia quinque:
Bona Fides, iuſtus titulus, res non vitioſa,
Quod res tradatur, & tempus continuetur.

De quibus omnibus vide Plat. Porc. & alios, ac præcipuè Onnot. *Inſtitut. de vſucap. & long. temp. præſcript.* Bald. *in notiſſimo ſuo tractat. de præſcript.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 81. num. 4. &c. volum. 4. & ad leg. municip. tit. 20. per tot.* Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ. 1213. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 24. num. 1. & ſeqq. per tot. fol. 476. &c.* vbi multa ſummatim colligit de more pro declaratione huiuſmodi requiſitorum, & dixi plures alios citando in Pract. §. *Preſcrizione num. 12.* Tuſch. *litt. P. concl. 521. & 522. per tot.* vbi quòd non procedit ſine bona fide, quis dicatur bonæ, vel malæ fidei, & alia plura *in ſeqq. concl. vſque ad concluſ. 591.* Ricc. *Collect. in repert. verb. Præſcriptio*, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 391. numer. 32. & ſeqq.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 24. per tot.* vbi plura de bona, vel mala fide præſumenda, vel probanda, Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 2. cap. 15. per tot.* vbi benè explicat omnia prædicta requiſita, & alia de materia acquiſitionis per vſucapionem vel præſcriptionem, & maximè pro foro conſcientiæ, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 5. per tot. fol. 429. &c.* vbi latè de dictis requiſitis.

Quoad titulum ad effectum præſcribendi, non requiri quod ſit iuſtus, ſed ſufficiat aliqualis, & putatiuus ex iuſto errore, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 520. numer. 18. & 19. part. 14. deciſ. 21. numer. 12. &c.* vide in §. *Titulus numer. 13.* & Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 289.*

Quòd ſi poſt completam præſcriptionem ſuperueniat mala fides, ſit tutus præſcribens in vtroque foro, Viui. *comm. opin. 629.* vide in §. *Mala fides.*

Præſcriptio currit etiam de iure canonico ſine bona fide, quando agitur de iure quærendo, & non de iure iam quæſito amittendo, Anchar. *in cap. ſine poſſeſſione numer. 7. in fine de reg. iur. in 6.* Balb. *de præſcript. 2. part. 3. part. quæſt. 13. num. 9.* Put. *deciſ. 128. lib. 2. numer. 2. part. 2.* Nouiſs. refert & Rot. *deciſ. 180. numer. 1. part. 2. diuerſ. deciſ. 181.* ſequitur indubitatum, ac notandum aſſerens Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7. num. 306. fol. 251.* vbi loquitur in terminis iuriſpatronatus, & legati, de quo dixi in §. *Hæres num.* idem Iordan. *volum. 3. lib. 14. tit. 24. num. 26. fol. 477. & num 427. fol. 503.* vbi quòd non ſit neceſſaria bona fides in præſcribenda libertate, ſed ſufficiat creditoris ceſſatio, quando debitor non tenebatur creditorem adire. 5

Quòd in præſcribenda, & inducenda conſuetudine non etiam requiratur bona fides, & quare, Dian. *part. 8. tract. 7. reſol. 37. per tot.*

Multa autem, an, & quando poſſeſſor malæ fidei poſſit tuta conſcientia præſcribere, & retinere, Thom. Hurtad. *reſol. moral. part. 2. tract. 8. per tot. fol. mihi 54. & ſeqq.* vide in §. *Mala fides n. 8.* Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 6. Diſput. 6. per tot.*

Præſcriptio ſtatutaria requirit bona fide, & alia requiſita, de quibus Mobed. *deciſ. 4. de præſcript. cum Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 402. numer. 19. &c. cap. 994. numer. 5. &c.* vbi etiam quòd non procederet contra forenſes, Peregrin. *deciſ. 131. num. 7. & ſeqq.* vbi plura de præſcriptione ſtatutaria, vt requirat bonam fidem, &c. 6

Quòd cum mala fide nulla currat præſcriptio de iure canonico, ita vt actoris noceat ſucceſſori vniuerſali, Magon *deciſ. Flor. 95. num. 3. &c.* Cabal. *conſ. deciſ. 105. per tot. lib. 2.* vide in §. *Mala fides num.* Fontanel. *deciſ. 152. & ſeqq.* vbi plura de præſcriptione ſtatutaria, an, & quando currat non obſtante mala fide, intelligendo quoad forum externum, ſecùs autem in foro conſcientiæ, de quo vide Leſſ. *loc. ſup. cit.* & alia multa de præſcriptione ſtatutaria, tradit Conciol. cum Romaguer. *Stat. Eugub. lib. 2. rub. 30. per tot.*

Quòd ſtatutaria præſcriptio tanquam ſubrogata in locum

Digitized by Google

locum præſcriptionis 30. vel 40. annorum currat etiam contra ignorantes, licet poſſint in integrum reſtitui, Mattha *vot. Piſ.* 151. *num.* 1. *&c.* Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 95. *& part.* 17. *recent. deciſ.* 175. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi in terminis ſtatuti Vrbis, non procedat contra ignorantes, quando ignorantia eſt iuſta, ſecùs verò ſi ſit ſupina, & improbabilis, cùm habeatur pro ſciente qui non vult ſcire, *& part.* 18. *deciſ.* 392. *per tot. in eadem cauſa.*

Quòd huiuſmodi ſtatuta præſcriptionem inducentia ſint valida, & quomodo intelligenda, latè Card. Tuſch. *littera S. concl.* 633. *&* 634. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. tit. de præſcript. concl.* 4. Ricc. *Collect.* 2381. Peregrin. *deciſ.* 131. *per tot.*

Vt præſcriptio ſtatutaria currat etiam cum mala fide, & de iure canonico, tres cautelas docet Ferret. *caut.* 38. & Cæpol. *caut.* 46. veluti ſi tranſacto tempore à ſtatuto ordinato, diſponeret idem ſtatutum, inſtrumentum debiti præſumi nullum, fictitium, vel ſimulatum, ſiue amplius probationem non facere, quia tunc per illud non probaretur debitum, Bart. *in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 104. *numer.* 2. *& deciſ.* 8. *part.* 3. Altograd. *conſ.* 53. *numer.* 32. *lib.* 2. Leoncil. *deciſ. Fer.* 76. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 52. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 124. *numer.* 12. *&c.* vbi in terminis ſtatuti Vrbis firmat non obſtare malam fidem; cùm idem ſtatutum non tollat directè, & immediatè ius creditoris, ſed ſtante illius negligentia, & taciturnitate per 16. annos, inducat præſumptionem ſolutionis, qua ſtante non poteſt amplius mala fides conſiderari, vt latius ibidem declarat, & opiniones concordat, ſequitur Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 379. *num.* 2. *& ſeqq.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 52. *nu.* 38. *& ſeqq.* latè Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 8. §. 8. *fol.* 61. *&c.*

Quòd præſcriptio ſtatutaria fundata in præſumptione ſolutionis non afficiat exiſtentes ſub patria poteſtate, & tollatur per contrarias præſumptiones, Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 302. *num.* 12. *&* 13. Bich. *deciſ.* 603. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi quòd non currit ſtante mala fide, quæ nocent etiam hæredi, neque ſtante aliqua contraria præponderante præſumptione.

Prædictas cautelas refert, ſed ſubtiles, & periculoſas dicit, cogitandum relinquens, Pac. Iordan. *Lucubr.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 47. *fol.* 479.

Et quòd imò ſemper requiratur bona fides, etiamſi ſtatutum mandaret creditores non audiri poſt certum tempus, Surd. *deciſ.* 158. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 521. *num.* 25. 74. *&c.* vbi de veriori, & communiori opinione teſtatur, non obſtantibus quibuſcumque verbis, & cautelis ſtatuti, quia cùm agatur de peccato prævalet ius canonicum; vide tamen Gabriel. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concluſ.* 4. *per tot.* Leoncil. Merlin. Gratian. & alios ſuprà citatos, Altograd. *conſ.* 53. *num.* 2. *&c. & num.* 24. *lib.* 2. vbi quòd ſtatutum inducens præſcriptionem debet intelligi ſtante bona fide, & ignorantia debitis, cùm aliàs tanquam nutritiuum peccati non ſubſiſteret, Cabal. *conſ. deciſ.* 105. *lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 84. *numer.* 2. *&c. volum.* 4. Fachin. *contr. iur. lib.* 1. *cap.* 63. idem Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 20. *in princ. num.* 13. vbi limitat in iure quærendo, & in pœna, quæ poteſt præſcribi etiam cum mala fide, & de iure canonico. Sicut etiam limitari poteſt ſi ſtatutum, prout Vrbis inducat ex lapſu temporis præſumptionem ſolutionis, quia tunc ſicuti ſi debitor opponeret, & doceret de ſolutione eſſet abſoluendus, ita etiam fieri debet allegando præſumptam ſolutionem, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 379. *n.* 5. Pacion. *de locat. cap.* 52. *nu.* 38. *& ſeqq.*

7 Præſcriptio ſtatutaria non comprehendit actiones reales, vt in terminis Saluiani probat Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 23. *per tot.* Surd. *deciſ.* 174. *num.* 4. *& per tot.* Seraph. *deciſ.* 692. *num.* 9. Mattha *vot. Piſ.* 151. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi contra Bich. *deciſ.* 311. *num.* 32. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 139. Card. Tuſch. *litter. P. concluſ.* 559. *&* 560. *per tot.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 34. *per tot.* vbi reſpondet contrarijs, vide in §. *Hypotheca numer.* Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 116. *&* 117. *&c.* vbi quòd præſcriptio ſtatutaria Vrbis Romæ non comprehendit actiones reales, nec cenſus, nec contractus iuratos, & interrumpitur per citationem, petitionem, & interpellationem iudicialem, imò etiam extraiudicialem, adde latè Merlin. *deciſ.* 124. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 489. *numer.* 15. *& ſeqq.* vbi quòd non comprehendit actiones mixtas, dotem, legitimam, & huiuſmodi, Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 79. *num.* 3. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 340. *num.* 18. vbi quòd non habet locum in fructibus cenſus.

Item non comprehendit debita iurata, quia iuramentum perpetuat actionem vſque ad quadraginta annos, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. numer.* 49. Cabal. *conſ. deciſ.* 105. *num.* 13. *lib.* 2. de quo tamen vide Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 8. & poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 15. *numer.* 4. Rot. *recent. part.* 9. *deciſ.* 179. *numer.* 63. *&c. deciſ.* 331. *num.* 18. vbi in terminis Statuti Bononienſis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 52. *num.* 13. *cap.* 490. *num.* 6. *&* 15. Gabriel. *comm. concl. tit. de ſtat. concl.* 11. Surd. *deciſ.* 3. *&* 5. Ferentil. ad Buratt. *deciſ.* 98. *numer.* 5. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 76. *num.* 3. *&c.* vbi etiam an liget forenſes, & alios non ſubditos, *infrà num.* 26. Merlin. *deciſ.* 124. vbi in terminis Statuti Vrbis firmat procedere in quocumque contractu etiam iurato, & quaſi contractu, ac etiam contrà forenſes, Ricc. *Collect.* 2381. vbi contrarium quoad forenſes, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 127. *num.* 24. *& ſeqq.* vbi quòd non comprehendit contractus iuratos, ſi proueniat à ſtatuto laicali abſque confirmatione Apoſtolica in forma ſpecifica cum ſpeciali mentione eiuſ iurati; quicquid ſit ſi non facta mentione iuramenti, ſtatutum etiam laicale fidem adimeret inſtrumento, vel ſcripturæ; vt dixi in §. *Statutum circa generalia num.* 4.

Item non procederet contrà mulieres creditrices, quia hoc caſu maſculinum non concipit fœmininum, Gratian. *d. cap.* 52. *num.* 10. quod ego intelligo, niſi ſtatutum vteretur verbis imperſonalibus, ſiue communibus vtrique ſexui.

Quòd præſcriptio 16. annorum inducta à Statuto Vrbis Romæ *lib.* 1. *cap.* 158. compræhendat etiam forenſes, ſi petitio fiat in Vrbe, & quando ſecùs, latè Rot. poſt Fenzon. *ad Stat. Vrb. deciſ.* 145. *& part.* 4. *diuerſ. deciſ.* 674. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 8. *numer.* 205. *& ſeqq.* vide Rot. *in Vrbeuetana relevationis indemnitatis* 16. *Iunij* 1677. *coram Taia*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 95. *numer.* 8. *& num.* 10. *& part.* 17. *recent. deciſ.* 63. *num.* 9. vbi quòd comprehendit forenſes in ijs, quæ oriuntur ex poſt facto propter moram, vel negligentiam, *& deciſ.* 175. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi benè declarat quando comprehendat forenſes, vel non, & alia ad rem, *& part.* 18. *deciſ.* 392. *per tot.* vbi quòd ſuffragatur etiam fauore debitoris forenſis, maximè clerici, qui per modum priuilegij vti poteſt dicto ſtatuto, etiamſi ab initio de hoc non ſe declarauerit, prout regulariter requiritur; cùm huic caſui talis non ſit adaptabilis declaratio, de qua dixi in §. *Clericus num.* 62.

Quòd dicta præſcriptio ſtatutaria non habeat locum inter forenſes, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 771. *nu.* 3.

Præſcriptio à ſtatuto laicorum inducta non obſtat Clericis, Eccleſijs, alijſque locis pijs ex defectu poteſtatis, etiam reſpectu bonorum patrimonialium, ac etiamſi Clericus eſſet hæres laicis, contra quem viuentem eſſet inchoata, ſed non finita præſcriptio, niſi tamen Clericus agendo ſumeret vires, & fundamentum a ſtatuto laicali, quia tunc poſſet ſibi obijci præſcriptio ab eodem ſtatuto inducta, vel niſi eſſemus in ſtatuto Papali, latè Sperel. *deciſ.* 135. *per tot.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 30. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi ſequitur Sperellum, & quod clerici actiuè gaudent priuilegio dicti ſtatuti. 8

Quòd ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 158. non comprehendat perſonas Eccleſiaſticas ibidem non expreſſas ex defectu voluntatis, neque dotes, Rot. pluribus citatis *part.* 11. *recent. dec.* 39. *nu.* 14. *&* 15.

Si tamen ſtatutum inducens præſcriptionem tolleret fidem inſtrumento, vel ſcripturæ poſt certum tempus, videretur procedere etiam contra Clericos, & Eccleſias per ea, quæ in ſimili notat Bich. *deciſ.* 23. *nu.* 11. *& ſeqq.* intelligendo niſi aliundè doceant de credito, vt ibidem *nu.* 5. & dixi in §. *Statutum generale nu.* 4. vide *ſuprà nu.* 6. Bich. *deciſ.* 91. *nu.* 3. *& ſeqq.* vbi fuit confirmata prima deciſio, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 175. *nu.* 12. *& ſeqq.* vbi in terminis dicti ſtatuti Vrbis, quòd licèt perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo non comprehendantur, tamen poſſunt illo vti per modum priuilegij ad earum fauorem.

Præ-

Digitized by Google

9 Præſcriptio ſtaturaria, quòd creditor non petendo intrà certum tempus ampliùs non audiatur, non habet locum contrà fideiuſſorem ſoluentem pro ſuo principali, & ceſſionem reportantem, ſicut nec contrà alium quemcumque ſoluentem nomine alieno, Marcheſan. *de Commiſſ. part. 1. tit. de oblig. Camer.* § 1. *numer.* 188. *& ſeqq.* Gabriel. *concluſ. 4. de præſcript.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 47. verſ. obiter fol. 479. & num.* 201. *fol.* 489.

Item dicta præſcriptio non procedit quando quis debitum conſtanter negat, quia cùm ſtatutum debitum ſupponat, ac illius ſolutionem præſumat, ceſſat vbi debitum adeſſe negatur, ſicuti in terminis ſtatuit Vrbis, pluribus concordantibus adductis firmat Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 284. *nu.* 43. *&c. par.* 13. *dec.* 509. *nu.* 16.

Quòd fundetur in ſolutione præſumpta, qua ceſſante non procedat dictum ſtatutum Vrbis, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 417. *numer.* 13. *& part.* 17. *deciſ.* 175. vbi etiam quòd non procedit contrà ignorantes, & alia plura ad rem.

10 Præſcriptio currit etiam cum mala fide circà modum agendi executiuè vigore ſtatuti concedentis executionem paratam inſtrumento, vel ſententiæ, uam poſt triginta annos non poteſt amplius agi via executiua, ſed agendum eſt via ordinaria, Magon. *deciſ. Flor.* 121. *numer.* 1. *&c.* Alex. *conſ.* 115. *lib.* 3. Couar. *in cap. poſſeſſor 2. part. prælect. § 9. num.* 4. Tuſch. *litt. P. concl.* 547. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 52. *nu.* 22. *&c.* dixi in reſol. *cap.* 7. *nu.* 13. vide in §. *Executio nu.* 22.

An autem dicta præſcriptio viæ executiuæ currat à die confectæ ſcripturæ priuatæ, vel à die recognitionis eius; Magna eſt quæſtio habens ſuos hincindè fautores relatos ab Olea *tractat. de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 1. num.* 66. *& ſeqq.*

11 Præſcriptio eſt approbata non tantùm de iure ciuili, ſed etiam de iure Pontificio, & in foro conſcientiæ, ita vt poſſidens bona fide, & præſcribens ſit tutus in conſcientia, etiamſi deindè mala fides ſuperueniat, Menoch. *de arbitr. lib.* [illegible] *quæſt.* 49. *nu.* 2. *& ſeqq.*

Quòd præſcriptio tam perfecta, & conſumata cum bona fide, & alijs requiſitis neceſſarijs, non reuocetur ob ſuperuenientiam malæ fidei, & ſcientiæ rei alienæ & ita vt etiam in foro conſcientiæ poſſit ſecure res legitimè præſcripta retineri, licet poſt completam præſcriptionem ſuperueniat mala fides, gloſ. & Innoc. *in cap. vlt. de præſcript.* Bart. *in extrau.* [illegible] *ad reprimendum verb. vinebitur in fine*, Iaſ. *in l. poſt diuiſionem col. 2. Cod. de iur. & fact. ignor.* Corn. *conſ.* 177. *col. 2. lib.* 2. cum alijs pluribus Canoniſtis, Legiſtis, atque Theologis relatis per Tiraquel. *tract. ceſſant. cauſa limit* 12. *nu* 16. *&* 17. *inter reg. diuerſ. fol. mihi* 179. Couar. *reg. poſſeſſor part. 3. § 2. per tot. fol. mihi* 635. *tom.* 1. Oinot. *de vſucap. & long. temp. præſcript. in prin. num.* 18. Leoncill *deciſ. Ferrar* 76. *num.* 9. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 84. *num. 3. vol.* 4. Merlin. *deciſ.* 124. *num.* 16. vbi limitat non procedere in præſcriptione ſtatuti Vrbis Romæ, Pac. Iordan. *Lucub. vol 3. lib. 14. tit. 24. num.* 44. *fol.* 478. Dian. *par. 6. tract. 7. reſol.* 12. vbi nonnullos adducit in contrarium, ſed malè olere dicit, & illorum rationibus ſatisfacit.

Quid ſi nondum completa præſcriptione poſſeſſor bonæ fidei incipiat dubitare rem eſſe alienam, & in eam partem magis inclinet, an teneatur ad aliquam reſtitutionem, Dian. *part. 2. tract. 15. reſolut.* 10. *&* 11. vbi refert contrarias opiniones, & negatiuam ſemper ſibi viſam probabiliorem.

An in aliquibus caſibus procedat præſcriptio ad fauorem poſſeſſoris malæ fidei in foro conſcientiæ, vide latè Thom. Hurtad. *reſol. Moral part. 2. tract. 8. per tot. fol.* 54. *&c.* tetigi in §. *Mala fides nu.* 8.

12 Præſcriptio quando procedat in actionibus perſonalibus, in cauſa fiſcali, mutuo, vel depoſito, & an ex ſola ſcientia rei alienæ inducatur mala fides, & quid ſtante ſtatuto quod certo tempore præſcribatur, an requiratur tunc bona fides, & quid ſi ſtatutum annullaret inſtrumentum, latè Gratian *diſcept. forenſ. cap. 52. per tot. cap.* 273. *num.* 2 Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. nu.* 27. *& ſeqq. fol.* 477. Gabriel. *comm. concl. tit. de præſcript. concl. 3. per tot.* vbi plura qualiter ſit neceſſaria bona fides, vel non.

Qualiter procedat in actione familiæ erciſcundæ, ſiue diuiſoria ſpacio 30. annorum contra non poſſidentem, & petentem diuiſionem, maximè ſi vltrà dicti temporis lapſum concurrit titulus ſaltem coloratus ad fauorem poſſeſſoris, latè Bich. *deciſ. 6. nu. 25. & ſeqq. & deciſ. 30. per tot.* vbi fuit confirmata prima deciſio.

Qualiter præſcriptio procedat in fideicommiſſis, vide in §. *Fideicom. nu.* 51. *&* 54.

Quando præſcriptio locum habeat contra fiſcum tam Sæcularem, quàm Eccleſiaſticum, & tam reſpectu bonorum, & iurium ipſi fiſco incorporatorum, quam aliorum ſimpliciter delatorum, & nondum incorporatorum, plenè Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. per tot.* Farinac. *quæſt.* 190. *§ 9. per tot. & quæſt. 10. per tot. de inquiſit.* Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 569. *&* 570. Couar. *reg. poſſeſſor*, *§. 2. numer. 7. fol. mihi* 575. Balb. *de præſcript. for. cap.* 52. *num. 2. & ſeqq.* Mella *de præſcript. part. 1. cap. 7. & vlt. per tot.*

De præſcriptione delictorum dixi in §. *Delictum num.* 7. *& §. Fiſcus num.* 4. & in Pract. §. *Maleficiis per tot.* Tuſch. *lit. P. concluſ. 571. per tot.* Ricc. *Collect.* 108. Sanfelic. *deciſ. 387. per tot. cum Addit.* Zuff. *de legit. proceſ. lib. 2. quæſt. 93. per tot.*

Quæ autem res præſcribi, vel vſucapi poſſint, vel non, latè Mella *tract. ſiue Diſput. de vſucap. & præſcrip. par. 1. c. 3. cum pluribus ſeqq.*

13 Præſcriptio debet allegari, aliàs per iudicem non ſuppletur, Magon. *deciſ. Luc.* 31. *num.* 18. *vbi Addit. & deciſ.* 62. *num.* 25. Surd. *deciſ.* 24. *num.* 1. *&* 4. Giurb *deciſ.* 13. *nu.* 4. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 173 *nu.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam qualiter non oppoſita in prima inſtantia poſſit opponi in ſecunda, & quid tunc operetur ad effectum confirmandi, vel infirmandi primam ſententiam, vel exequendi.

In criminalibus tamen etiamſi non allegetur ipſo iure ceſſat accuſatio, & inquiſitio, Marſil. *conſ.* 46. *numer.* 20. *&c.* Theſ. *deciſ.* 208. *num.* 4. Buccaron. *de differ. inter crim. & ciuil. cauſ. differ.* 73. *num.* 7. Conciol. *in verb. delictum nu.* 10.

14 Præſcriptio qualiter tollat omnem obligationem tam ciuilem, quàm naturalem ſaltem quoad effectum, Bart. *in l. fin. § 1. ff. rem rat. hab.* Balb. *tractat. de præſcript. part. 1. princ. quæſt.* 6. Magon. *deciſ. Flor.* 95. *numer.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 860. *num. 8. & cap.* 881. *num.* 18. *&c.* latè Tuſch. *letter. P. concluſ.* 563. *cum pluribus ſeqq.* Bich. *deciſ.* 173. *nu.* 1. vbi quòd non ipſo iure, ſed ope exceptionis.

Quando impediat litis ingreſſum, vel reſeruari debeat ad merita, & quomodo, Sanfelic. *dec.* 88.

15 Præſcriptio qualiter procedat in annuis præſtationibus, & cenſibus debitis ex contractu, vel in legatis debitis ex teſtamento, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 117. *&* 118. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 131. per tot. cap* 399. *num.* 29 *&c. cap.* 490. *in prin. cap.* 807. *num.* 9. *&c. cap.* 883. *numer.* 14. *&c.* Mohed. *deciſ. 4. de præſcript.* Pacif de Saluian. *Inſpect. 2. cap. 2. num.* 245. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 421. *& ſeqq. fol.* 502. dixi in §. *Obligatio num. 8. & §. Cenſus num* 29 Rot. *part. 9. recent. deciſ* 373. *num. 7. & ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 47. *per tot.* bene Bich. *deciſ.* 33. *numer.* 15. *& ſeqq. per tot.* Rot. *part. 16. recent. deciſ* 417. *& part.* 17. *deciſ.* 330. *numer.* 19. *& ſeqq.* plenè Gaſpar. Roderic. *tractat. de ann. redit. lib.* 1. *quæſt. 17. per tot.*

16 Præſcriptio poteſt opponi in Saluiano, quod tollitur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, cùm tanto tempore præſcribatur hypotheca, ex qua oritur Saluianum, niſi ſubſit aliqua cauſa reſtitutionis, vel niſi nondum nata fuerit actio, Afflict. *deciſ.* 139. Scapuc de Saluian. *lib. 2. quæſt.* 21. Pacif. *eod. tract. Inſpect. 5. cap. vnic. num.* 107. *&c. Inſpect. 2. cap. 2. nu.* 264. Thomaſ. *deciſ.* 26. *num* 25. *& deciſ.* 44. *nu.* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 691. *nu.* 34. *&c. cap.* 881. *per tot.* Cenc. *de Cenſ. q.* 118. *nu* 20. *&c.* vide in §. *Hypotheca nu.* 53. *& §. Obligatio nu. 8. in fine*, latè Rodolph. *in prax. part. 2. cap. 6. nu.* 110. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 811. *per tot.* Rot. *part. 9. recent. vol. 1. deciſ. 4. per tot. & part.* 10 *dec.* 30. *& dec.* 204 vbi plura ad euitandam præſcriptionem, *& part.* 14. *dec.* 108. vbi pariter contrà præſcriptionem.

Amplia quamuis in inſtrumento adeſſet clauſula, conſtituti, cuius vigore requiruntur triginta anni, quando ageretur remedio *l. fin. C. de acquir. poſſ.* ſecus ſi agatur Saluiano, Scap. *d. tract. lib. 2. q. 22. per tot.* Afflict. *dec.* 139. *nu.* 6. *&c.*

Quòd

Digitized by Google

Quòd imò ſtante conſtitutio requirantur triginta anni, etiam in Saluiano, Rot. apud Pacif. de Saluian. *deciſ.* 300. apud Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 303. *numer.* 11. *&c.* *& deciſ.* 75. *numer.* 5. vide Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 34. *per tot.*

Non incipit currere niſi à die, quo debitor cenſus ceſſat ſoluere, Duran. *deciſ.* 401. *num.* 13. nec ſtante mala fide ibidem *nu.* 14. Rot. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *deciſ.* 4. *per tot.* vbi plura ad excludendam præſcriptionem allegatam à tertio poſſeſſore, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 179. *num.* 5. *&c.* vbi quòd non incipit à tempore, quo tertius poſſidet, etiam cum titulo, & bona fide, ſed à tempore, quo creditor poteſt agere, & eſt negligens.

Quando incipiat currere, & alia, vide per Gratian. *deciſ.* 15. *cum Addit. per tot.* quem ſequitur Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 407. *nu.* 17. *&c. & part.* 9. *d. deciſ.* 179. *nu.* 6. *& dec.* 284. *nu.* 39. *& ſeqq.*

Oportet etiam probare præſentiam, & domicilium vtriuſque in loco mori iudicij per totum tempus, quo currit præſcriptio, Magon. *dec. Flor.* 26. *nu.* 35. Seraph. *dec.* 916. *nu.* 7. Merlin. *deciſ.* 811.

A quo autem ſit probanda abſentia, vel præſentia, & quid ſi pro parte temporis quis fuerit abſens, & pro parte præſens, an debeat duplicari tempus abſentiæ, vel ſit facienda computatio prout inter præſentes, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 338. *&c. fol.* 497.

Qualiter probetur præſcriptio, Tuſch. *litt. P. concl.* 579. *&* 580.

Non tamen procedit dicta præſcriptio in Saluiano ſtante ſcientia debiti, & ſic mala fide poſſeſſoris, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 231. *per tot.*

Præſcriptio qualiter procedat in Incorporalibus, iuribus, & ſeruitutibus, & quando interrumpatur per prohibitionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 80. *num.* 21. *&c.* de ſeruitutibus negatiuis *in cap.* 89. *per tot.* plura de præſcribendo itinere, vel via, *cap.* 681. *num.* 34. *& per tot.* Tam de affirmatiuis, quàm de negatiuis, Minot. *in §. fin. Inſtit. de ſeruit. ruſtic. & vrb. præd. nu.* 6. *& per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 403. *& ſeqq. fol.* 501. vide in §. *Seruitus num.* 7. Tuſch. *litter. P. concluſ.* 529. *per tot.* Mafcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1214. *per tot.* vbi quæ ſint deducenda, & probanda ab allegante præſcriptionem rerum incorporalium, Mella *tractat. ſiue Diſput. de vſucap. & præſcript. part.* 1. *cap.* 6. *per tot.* vbi plura an, & quomodo res incorporales, & præcipuè ſeruitutes præſcribi poſſint, vel non, oſtendendo inauditam eſſe prudentibus diſtinctionem inter continuas, & diſcontinuas ſeruitutes, quam tamen fatetur communiter per omnes ferè Doctores amplecti.

Quod in negatiuis requiratur prohibitio, & acquieſcentia, Caualer. *deciſ.* 91. *num.* 12. *&c.* vbi etiam de obſtaculo malæ fidei, Pac. Iordan. *loc. cit. nu.* 406.

Vt autem præſcribatur libertas quæ ſint neceſſaria, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 109. *per tot.* Iordan. *vbi ſuprà nu.* 408. *&c.*

18 Præſcriptio quomodo procedat in iuriſdictionalibus, regalibus, & ſimilibus Principi reſeruatis, quod debeat conſtare de vero titulo, niſi adſit tantùm tempus, cuius initij memoria non exiſtat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 441. *per tot. cap.* 918. *num.* 46. Conat. *reg. poſſeſſor. part.* 2. §. 2. *nu.* 7. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *d. tit.* 24. *num.* 451. *& ſeqq. fol.* 504. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 21. *per tot.* vbi de quadragenaria, Cabed. *deciſ.* 165. *part.* 2.

Facilius tamen præſcribitur, liberatio, quam ſeruitus, & ſubiectio, Iordan. *d. tit.* 24. *n.* 426. *fol.* 503.

Quòd ſubditus non poſſit allegare præſcriptionem contrà ſuperiorem ſe in iure communi fundantem, & multò minus poſſeſſionem, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 68. *nu.* 7. *volum.* 1.

19 Præſcriptio non currit in facultatiuis, Theſ. *deciſ.* 16. *num.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 399. *numer.* 33. *cap.* 564. *num.* 44. *cap.* 745. *num.* 83. de hac concluſione plura ſummatim, Iordan. *d. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *numer.* 204. *& ſeqq. ad* 220. *fol.* 489. vbi duobus modis ampliat, & duodecim limitat, vide Tuſch. *littera P. concl.* 537. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 294. *numer.* 19. *&c.* *vol.* 1. Couar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. Merlin. *deciſ.* 101. vbi quòd ideò facultas viſitandi non præſcribitur contrà Epiſcopum, *& deciſ.* 842. *nu.* 4. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* *num.* 21. *& ſeqq.* vbi quòd poteſt dari, etiam in facultatiuis concurrente prohibitione, vel contradictione cum acquieſcientia.

Facultatiua autem dicuntur ea, quæ naturaliter competunt ſine aliquo facto noſtro, prout ire per viam publicam, & ſimilia, non autem quando ortum habent ex contractu, & facto noſtro, quia tunc benè currit præſcriptio, Duran. *deciſ.* 426. *num.* 1. 2. *&* 3. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 162. *num.* 16. & dixi in §. *Facultas num.* 15. *&* §. *Manutentio num.* 12.

Præſcriptio, etiam centum annorum non cadit in iure patronatu gentilio, cùm non poſſit præiudicari ſucceſſoribus, ad quorum fauorem nondum nata erat actio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 577. *numer.* 43. *&c.* adde Vrceol. *cum pluribus ab eo citatis tractat. de tranſact. quæſt.* 79. *numer.* 16. *& ſeqq.* vbi plura qualiter præſcriptio in primogenituris, maioratibus, feudis, & fideicommiſſis præiudicet tantùm poſſeſſoribus, non autem cæteris vocatis, & ſucceſſoribus, quorum dies nondum venerat, & tantò minus naſcituris, quid in centenaria, vel immemorabili, &c. 20

Quòd vocatis poſt mortem alterius iure proprio, non incipiat currere præſcriptio ante mortem illius, & ſic niſi facto loco ſucceſſioni, Duran. *deciſ.* 426. *numer.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 241. *num.* 22. *&c.* vbi etiam quòd in omnem caſum illis ſuccurrendum eſſet ope reſtitutionis in integrum ex capite probabili ignorantiæ, quæ ſemper in hæredibus præſumitur, maximè concurrente etiam abſentia, *& part.* 10. *deciſ.* 193. *numer.* 17. *& ſeqq.* vbi plura quando non currat contra hæredes, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 366. vbi quòd præſcriptio decurſa contrà vnum ex fideicommiſſarijs, non nocet alijs ſequentibus in gradu ex propria perſona vocatis.

Item non currit præſcriptio contra impeditos, non valentes agere, contra eos, ad quorum fauorum nondum ſit nata actio, exemplificando in multis, Caualer. *deciſ.* 213. *nu.* 7. *&c. infrà nu.* 27. plenè Tuſch. *litt. P. concl.* 525. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 85. *nu.* 3. *vol.* 4. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 193. *nu.* 10. *&c. part.* 17. *deciſ.* 256. *nu.* 5. vbi in terminis fideicommiſſi.

De præſcriptione centenaria, ſiue centum annorum quando ſit neceſſaria, Tuſch. *litt. P. concl.* 553. *per tot.* Dian. *part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 8. vbi quòd priuilegium dictæ præſcriptionis centenariæ adhuc hodie competit Eccleſiæ Romanæ, alijſque Principibus ſupremis, vide in §. *Princeps num.* 38.

Quòd ſubmota omni præſcriptione, non cenſeatur ſublata illa centum annorum, vel immemorabilis, Paul. Chriſtin. *dec.* 83. *vol.* 4. *infrà nu.* 24. *&* 25.

Præſcriptio non currit contrà poſſeſſorem, *l. cum notiſſimi C. de præſcript.* 30. *ann.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 602. *per tot. & cap.* 912. *num.* 41. *&c.* vbi qualiter iſtud procedat. 21

Quia poſſeſſio, vel quaſi requiritur in præſcribente, ad latè tradita per Tuſchus *lit. P. concluſ.* 523. *per tot.*

Item non currit contrà habentem aſſiſtentiam iuris communis, niſi ſit immemorabilis, vel quadragenaria, cum titulo, idem Gratian. *cap.* 620. *nu.* 8. *&c.*

Quæ requirantur ad inducendam præſcriptionem contrà ius commune, Tuſch. *litt. P. concl.* 532. *per tot.*

Præſcriptio quadragenaria licèt non requirat titulum, tamen vbi tractatur de præſcribendo contra diſpoſitionem iuris communis, eſt neceſſarius titulus, vna cum ſcientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur, & bona fide, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 870. *numer.* 23. *&c. cap.* 912. *num.* 40. *&c. cap.* 918. *num.* 43. *&c.* Caualer. *deciſ.* 93. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *numer.* 431. *& ſeqq. ad* 443. *fol.* 503. in quibus locis habentur plura de quadragenaria præſcriptione, de qua latè etiam Tuſch. *litt. P. concluſ.* 556. *cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 84. *vol.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 221. *nu.* 19. *& ſeqq. per tot.* vbi probantur omnia dicta requiſita, *& deciſ.* 440. *& part.* 14. *deciſ.* 21. *per tot.* 22

Ad autem aduerſus poſſeſſorem longiſſimi temporis poſſit mala fides allegari, dixi in § *Mala fides nu.* 5.

De præſcriptione 40. annorum contrà alias Eccleſias (Romana excepta, quæ gaudet priuilegio centenariæ) quod non currat durante vita Prælati, qui malè alienauit, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 173. *numer.* 43. *& ſeqq. vol.* 5. Merlin. *deciſ.* 702. *num.* 13. *& ſeqq.* Mella *tract. ſiue Diſput.*

Digitized by Google

ſput. de præſcript. & vſucap. part. 2. cap. 4. per tot. vbi plura de præſcriptione 30.& 40. annorum, & ſuis requiſitis, in quibus procedat, vel non, & qualiter in iſtis ſit ſuperfluus titulus, & bona fides, intelligendo de iure ciuili, quoad bonam fidem, ſecùs autem de iure canonico, cui ſtandum eſt in hac materia.

23 Præſcriptio non currit, niſi data ſcientia, & patientia partis, intelligendo vbi conſtat de ipſius partis dominio, vel anteriori poſſeſſione, aliàs non eſt neceſſaria illius ſcientia, & patientia, prout nec eſt neceſſaria, ſi faciens actus poſſeſſorios ad præſcribendum habet etiam titulum; & in omnem caſum præſumatur ex actuum multiplicitate, continuatione, diuturnitate temporis, & vicinitate, quæ quidem præſumptio ſufficiens eſt ad dictum effectum, Sperel. *deciſ.* 178. *nu.* 50. *&c.* Tuſch. *litter. P. concluſ.* 529. *per tot.* vbi loquitur in incorporalibus, vide in §. *Quaſi poſſeſſio nu.* 6.

Requiritur etiam ſcientia illius, cui acquiritur, Tuſch. *litt. P. concl.* 530.

24 Præſcriptio immemorabilis eſt omnium aliarum ampliſſima, pluresque notabiles parit effectus, nam habet vim priuilegij, tituli, bonæ fidei, conſtituti, legis, ſeruitutis, pacti, publici inſtrumenti; non requirit ſcientiam illius, contrà quem præſcribitur; acquirit directum dominium; non admittit reſtitutionem in integrum; habetur pro veritate, & omnia quæ ſunt quæſibilia priuilegio, ſunt etiam quæſibilia per huiuſmodi præſcriptionem, data præſcribentis capacitate, Gabriel. *comm. concl. tit. de præſcript. concl.* 1. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 459. *& ſeqq. ad* 473. *fol.* 505. vide in §. *Conſuetudo num.* 14. *&c.* latè Tuſch. *littera P. concl.* 550. *cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 294. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 233. 778. *&* 3119. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 97. vbi plura in materia decimarum, *& deciſ.* 172. *&* 253. vbi in terminis fideicommiſſi, qualiter remaneat præſcriptum per huiuſmodi immemorabilem, vel etiam centenariam, quæ illi æquiparatur, cùm faciat verum omne poſſibile, ac præiudicet omnibus ſubſtitutis, vide in §. *Fideicommiſſum nu.* 51. *&* 54. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 70. vbi in terminis legati pij, vt decurſa in vita anteceſſorum, ſucceſſoribus non præiudicet, & eò minus ſi non ex actibus poſitiuis deſumatur, ſed tantùm ex non facto, & inobſeruantia, a qua regulariter non reſultat præſcriptio, *& deciſ.* 155. *num.* 8. vbi quòd ſtante centenaria, præſumitur beneplacitum Apoſtolicum, omnis titulus melior de mundo, & quidquid neceſſarium eſt pro validitate actus, concurrente maximè obſeruantia.

Plura de centenaria præſcriptione, an, & quando æquiparetur immemorabili, ac de quadragenaria cum titulo, quæ habet eandem æquiparationem, Fontanell. *deciſ.* 586. *per tot.*

Quòd mala fides reſultans ex continuatis litibus excludat etiam immemorabilem præſcriptionem, Seraph. *dec.* 707. *num.* 6. Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 265. *nu.* 17. *part.* 13. *deciſ.* 260. *num.* 26. vide in §. *Mala fides num.* 5. vbi contrà præſumptiuè.

Quomodo autem probetur dicta immemorabilis præſcriptio, Rot. in Selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 445. *per tot.* quæ eſt magiſtralis, & in materia primogeniture.

De nouem requiſitis ad probationem immemorabilis præſcriptionis, benè Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 14. *per tot. fol.* 172. *&c.*

25 Præſcriptio non impeditur, nec cenſetur ſublata (quicquid aliqui contrarium tenuerint) per clauſulam, ſiue verba, *ſemper, perpetuò, & quandocumque*, Surd. *deciſ.* 2. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 2. *numer.* 1. *&c. num.* 53. *&c.* vbi videtur limitare, niſi adeſſet iuramentum, vide in §. *Pactum numer.* 37. *&* §. *Iuramentum num.* 47. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 84. *num.* 7. *vol.* 4. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 311. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi non obſtante iuramento, quia illud protrahi præſcriptionem ad quadraginta annos tantùm, & non vltrà.

Ita vt præſcriptio 30. vel 40. annorum procedat etiam contrà Principem in his, quæ illi tanquam priuato, & ex contractu competunt, Surd. *deciſ.* 1. *per tot.* etiam ſtante iuramento, idem Surd. *deciſ.* 3.

In alijs autem contrà Principes ſupremos, & Reſpublicas ſuperiorem non recognoſcentes non datur præſcriptio niſi centum annorum ad inſtar Eccleſiæ Romanæ ex multis relatis per Dian. *part.* 6. *tractat.* 7. *reſol.* 8. *per tot.*

Quòd hodie vigore Bullæ Vrbani VIII. de ãno 1641. nulla detur præſcriptio contrà quaſcumque Eccleſias pro rebus, & iuribus ſuis, niſi ſola centenaria, & immemorabilis, Vrceol. *tract. de tranſact.* 4.79. *nu.* 12. vbi etiam quòd poteſt perfici poſt dictam Bullam.

26 Præſcriptio ordinaria impeditur per iuramentum, quod ad inſtar litis conteſtationis perpetuat actionem vſque ad quadraginta annos, *l. cum acutiſſimi* §. *in ijs vbi gloſ. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Rot. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 15. *num.* 4. Euerard. *loc. à vi iuram. numer.* 49. Gratian. *diſcept. forenſ cap.* 2. *nu.* 53. *&* 54. *cap.* 52. *num.* 13. *cap* 490. *nu.* 6. *&c.* vide ſuprà *num.* 7. *verſ. Item* 1. *& in* §. *Iuramentum nu.* 45.

Quomodo impediatur per iuramentum, vel per citationem, Surd. *deciſ.* 3. *&* 5.

Quòd vbi ageretur de præſcriptione inducta à ſtatuto auferente vim probatoriam, inſtrumento procedat præſcriptio, cùm tunc vigore huiuſmodi inſtrumenti non probetur iuramentum, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 8. *per tot.* vide in §. *Iuramentum nu.* 45.

27 Præſcriptio ſiue longa, ſiue longiſſima cum titulo, & bona fide non currit contrà ignorantem, vel agere non valentem, aut ſaltem aduerſus illam datur reſtitutio in integrum, Affict. *deciſ.* 37. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 403. *num.* 35. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 79. *per tot.* vbi loquitur in præſcriptione annali à ſtatuto Florentino inducta, vide in §. *Reſtitutio num.* latè Tuſch. *littera P. concluſ.* 525. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 218. *num.* 10. Bich. *deciſ.* 30. *numer.* 20. *& ſeqq.* vbi qualiter præſcriptio 30. annorum currat etiam contrà ignorantes, & excludatur ignorantia ad effectum ne ſit locus reſtitutioni in integrum.

Quòd contrà non valentem agere non currat præſcriptio, Magon. *deciſ. Flor.* 95. *numer.* 10. *&c.* Duran. *deciſ.* 426. *num.* 6. *ſupra num.* 20. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 179. *num.* 6.

An, & quando detur reſtitutio contrà præſcriptionem, Surd. *deciſ.* 4. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 473. *& ſeqq. fol.* 506. Tuſch. *littera P. concluſ.* 587. vbi de multis caſibus, in quibus tollitur præſcriptio per reſtitutionem in integrum, Odd. *de reſtit. in integ. part.* 2. *quæſt.* 90. Boer. *deciſ.* 39. Fachin. *contr. iur. lib.* 1. *cap.* 69.

Quòd nullitas tituli impediat præſcriptionem, ſi is, cuius fauore fuit inducta nullitas illam deducet, Magon. *dec. Flor.* 26 *nu.* 11. *& deciſ.* 64. *nu.* 76.

Quando tamen prætenderetur impedimentum ex capite ignorantiæ, deberet plenè probari cauſa ipſius ignorantiæ, & non procederet in eo, in quem caderet præſumpta ſcientia, vt ſi haberet penès ſe ſcripturas, vel ſimilia, Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *q.* 21. *nu.* 4. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 112. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 26. *nu.* 12. *&c. dec. Luc.* 31. *nu.* 22. *vbi Addit.*

Quòd imò longiſſimi temporis præſcriptio currat tam contrà ignorantes, quàm contrà ſcientes, Gratian. *diſcept. for. cap.* 433. *nu.* 67. *&* 92. vbi reprobat aliter tenentes, *& in cap.* 475. *nu.* 20. *&c.*

Sed quòd contrà ignorantes non currat, aut quatenùs curreret, competat illis reſtitutio in integrum, dicit eſſe communem opinionem, & à Rota approbatam, Duran. *deciſ.* 426. *num.* 12. vide in §. *Ignorantia num.* *&* §. *Reſtitutio nu.*

An, & qualis præſcriptio currat contrà ignorantes, an ex hac cauſa detur reſtitutio in integrum, & intrà quod tempus, Sperel. *deciſ.* 135. *num.* 134. *&c.* vbi benè diſtinguit Tuſch. *littera P. concluſ.* 516. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 294. *vol.* 1. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 293. *nu.* 10. *& ſeqq.*

Multos caſos particulares vſque ad 28. in quibus non currit præſcriptio ob varia impedimenta, refert Balb. *tract. de præſcript. part.* 6. *prin.* Tepat. *in ſuo Repert. tit.* 562. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 191. *& ſeqq. ad* 236. *fol.* 488. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 548. *& ſeqq.*

Quæ poſſint præſcribi, vel non, Tuſch. *litt. P. concl.* 533. *& ſeqq.*

28 Præſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem, cùm per eam inducatur mala fides, Seraph. *deciſ.* 920. *num.* 1.

Digitized by Google

num. 1. Pac. Iordan. *d. lib. 14. tit. 24. num. 117. & ſeqq. fol.* 484. vbi diſtinguit inter præſcriptionem odioſam, & fauorabilem, ac alios modos interruptionis adducit, de quibus etiam plenè Balb. *tract. de præſcript. part. 3. ſexta part. princ. per tot.* vide in §. *Mala fides num.* Tuſchus *litt. P. concl.* 586. *per tot.* vbi plura, ex quibus interrumpatur præſcriptio, vel non, Cabal. *conſ.* 123. *lib.* 1. *n.* 6. vbi quòd conuentionalis interrumpitur etiam per ſolam interpellationem extraiudicialem.

Quòd interrupta contrà principalem, vel contrà fideiuſſorem non dicatur interrupta contrà alterum ex eis, cùm teneantur diuerſa obligationis ſpecie, niſi ea huiuſmodi interruptione inducatur mala fides in vtroque, Maur. *de fideiuſſor. part. 2. ſect. 9. §. 6.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 310. num. 37. &c.* Duran. *decif. 426. num. 19. & ſeqq.* Tuſch. *litt. P. concl.* 589. *per tot.* vbi quòd idem eſt in ſimilibus.

Interrupta tamen contrà vnum ex correis debendi, vel per vnum ex correis credendi nocet, & prodeſt alijs, Maur. *loc. cit.* Theſ. *decif.* 303. Burat. *decif. 8. & decif.* 452. Rot. *part. 18. recent. tom. 1. decif. 21. numer.* 22. vbi quòd interrupta contra vnum ex correis debendi interrumpitur contra omnes, per text. *in l. fin. Cod. de duob. reis.*

Quòd interrumpatur per quemcumque actum cauſantem malam fidem, & quoad omnes, etiam in Eccleſia præſcribente, quando in Rectore perpetuo ſuperuenit mala fides, Duran. *d. decif. 426. numer. 22. &c.* Rot. *part. 9. recent. decif. 227. num. 17. &c.* vbi quòd interrumpitur ex confeſſione debitoris, per interpellationem etiam extraiudicialem, per litteras, & ſimiles actus inferentes ad ſcientiam debiti. Quod imò non interrumpatur per extraiudicialem interpellationem, Socc. Iaſ. & Alea. *in l. vlt. ff. de eo per quem fact.* cum alijs per Ioſeph. Felic. *in Margar. var. concluſ. verb. Præſcriptio fol. 43. col. 1.* vide Caſtr. *in l. ſi autem §. ſi homo num. 3. ff. de rei vindic. & in l. more num. 4. C. de rei vind.* Rot. *part. 18. recent. tom. 1. decif. 21. num. 9. & decif. 591. numer.* 16. vbi quòd præſcriptio ſtatutaria Vrbis in odium creditoris inducta, interrumpitur per quamlibet etiam extraiudicialem interpellationem, & ſic poſſunt opiniones concordari, diſtinguendo vt ſupra.

Quamuis regulariter non interrumpatur per excipientem contra actorem, qui illam inchoauit, *gloſ. in cap. 2. verſ. exceptiones de ord. cognit.* vbi Panor. *in fine*, Felin. *in cap. illud col. pen. verſ.* 3. Tamen ſecus eſt, quando per huiuſmodi exceptionem induceretur mala fides in actore, quia tunc impediretur præſcriptio, vt benè declarat Duran. *d. decif. 426. nu. 24. & ſeqq.*

Quòd interrumpatur commiſſionem obtentam vigore *l. diffamari*, & ſuper iactationibus, Rot. *part. 11. recent. dec. 78. nu. 12. & ſeqq.*

Quòd interruptio per actus ciuiles operetur ſolùm reſpectu illorum, contra quos facti fuerunt, Seraph. *decif. 926. nu. 2.*

Qualiter interrumpatur, vel denuò inchoari poſſit ſtante citatione, vel litis conteſtatione, ex qua videtur oriri mala fides, Magon. *decif. Flor. 79. n. 7. & ſeqq.* vide in §. *Mala fides nu. 2. & ſeqq.*

An ſemel interrupta poſſit iterùm inchoari, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 590.

Dicitur interrupta per recognitionem debiti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 994. nu. 10. &c.*

Ceſſat interruptio, & non operatur quando actor ſuccubuit in cauſa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 881. num. 20. &c.* Rot. *part. 13. recent. decif. 253. numer.* 3. vide in §. *Mala fides num.* 2. Beltramin. ad Ludouiſ. *decif. 467. num.* 15. vbi tamen dicit non procedere ſi ſententia lata ſit nulla, vel iniuſta, quia tunc non tolleret interruptionem inductam per motionem litis, nec ſi à dicta ſententia fuit appellatum.

Quòd lis contra vnum mota non interrumpat præſcriptionem quoad alios, *l. 2. vbi gloſ. ff. pro donat.* Bart. *in l. cum quis § ſi quis pro eo ff. de ſolut.* Duran. *decif. 426. nu.* 28. vbi tamen *nu.* 29. declarat eſſe verum, quando ex mala fide contra vnum neceſſariò non infertur ad malam fidem contra alium, ſecus autem viceuerſa.

Poſtquam verò fuit completa non interrumpitur, neque tollitur ex actu contrario, niſi per tantum tempus, quod ſufficere poſſit ad præſcribendum in contrarium, Tuſch. *littera P. concluſ. 584. per tot.*

29 Præſcriptio debitoris principalis, prodeſt etiam fideiuſſoribus, cùm ſit realis, & ſolutioni adæquetur, Maur. *de fideiuſſor. part. 2. ſect. 9. §. 23.* vide *in §. Exceptio num.*

30 Præſcriptio trigenaria non currit pupillis, & cœpta cum defuncto dormit durante pupillari ætate, Guid. Pap. *quæſt. 31. num.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 78. num. 45. &c.* Cabal. *conſ. decif. 178. lib.* 1. vbi plura ad rem, Caualer. *decif. 346. num. 5. & 6.* vbi quòd eſt idem contra exiſtentes ſub patria poteſtate, vide in §. *Tempus num.* Rot. *part. 10. recent. decif. 282. num.* 4. vbi de præſcriptione ſtatutaria, & latiùs de omnibus prædictis, *& alijs decif. 302. numer. 8. & ſeqq. per tot. dict. part.* 10.

Secus autem eſſet in alijs præſcriptionibus, idem Gratian. *c. 403. n. 23. &c. cap. 475. nu. 24. &c.*

Quòd durante pubertate nulla incipiat præſcriptio, etiam longiſſimi temporis, Duran. *decif. 426. num.* 11. Merlin. *decif. 686. num.* 13. Rot. *part. 10. recent. decif. 30. num. 31. &c.* vbi quòd præſcriptio longi temporis inchoari non poteſt contra pupillos, & minores, longiſſimi verò temporis afficit etiam pupillos, & minores, cùm pupillarem ætatem exceſſerint, adde Cabal. *conſ. 178. lib.* 1. vbi plura ad rem.

Quòd non currat contra pupillum, extenditur etiam ad ſuos litis conſortes ratione communionis cauſæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 115. nu. 7. &c.*

Quòd cœpta cum defuncto maiori continuet etiam contra pupillum, ſiue ſit præſcriptio longi, ſiue longiſſimi temporis, detur tamen reſtitutio in integrum, niſi per quadriennium iacuerit, poſtquam factus fuerit maior, Caſtr. *conſ. 229. lib. 2. conſ. 393. & 439. d. lib.* 2. Card. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 548. vbi pluribus modis declarat, *& concluſ. 549. & 581.* Cabal. *conſ. 123. num. 2. & ſeqq. & conſ. 178. lib.* 1. vbi quòd conuentionalis cœpta cum defuncto maiore currit contra minorem hæredem, etiam pupillum ſine ſpe reſtitutionis ex edicto minorum, ſed benè ex capite ignorantiæ, quia in ius alterius ſucceſſit.

Quòd præſcriptio conuentionalis, & ſic terminus appoſitus in contractu currat etiam minori ſine ſpe reſtitutionis, Magon. *decif. Luc. 31. nu. 21. &c.* Surd. *decif. 4. nu. 1. & 16.* dixi *in reſol. cap. 22. nu. 12.*

An, & quando præſcriptio currat aduerſus minores, Paul. Chriſtin. *decif. Belg. 126. nu. 3. &c. vol. 2.*

Qualiter currat etiam contra hæreditatem iacentem, & quando ſecus, Tuſch. *lit. P. concl. 531. per tot.*

31 Præſcriptio cœpta per defunctum contra creditores, non currit durante tempore confectionis inuentarij, ſed illo finito reincipit, Roland. *de Inuent. part. 4. quæſt. 15.*

An, & quando cœpta per defunctum poſſit continuari ab hærede, & cui acquiratur tunc res præſcripta, vide in §. *Mala fides nu. 6.*

Quòd præſcriptio cœpta contra defunctum, & ſic habens initium cum perſona habili perficiatur cum ſucceſſore, Theſ. *decif. 103. nu.* 1. Addit. ad Burat. *decif.* 410. Rot. *part. 18. recent. decif. 99. nu. 7.*

32 Præſcriptio non obſtat quando ius proponitur per viam exceptionis, Gratian. *diſcept. for. cap. 745. n. 83.* facit Thom. Triuiſ. *decif. 24. per tot.*

33 Præſcriptio non currit contra executionem ſententiæ, vel laudi, quando fuit iam petita, vel laudum emologatum, & acceptatum propter malam fidem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 403. & 994. per tot.* Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt. 79. num. 29. &c.* vbi etiam *per tot.* qualiter præſcriptio 30. vel 40. annorum obſtet volenti reclamare contra tranſactionem, & quibus præiudicet, vel non, dixi *in §. Tranſactio numer. 21. in fine, ſupra num.* 20.

34 Præſcriptio decem, vel 20. annorum currit contra vaſſallum, & emphyteutam Eccleſiæ ratione vtilis dominij, licèt non præiudicent ipſi Eccleſiæ, Alex. *conſ. 169. col. 1. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ. 180. num.* 14.

35 Præſcriptionum tempora, an ſint continua, vel vtilia, & an ex illis deducantur feriæ, & alia impedimenta, propter quæ ius non redditur, & ſimilia, vide in §. *Tempus num.* Gratian. *diſceptat. 403. numer. 22. &c. cap.* 433.

cap. 433. *num.*86. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 6. dixi *in reſol. cap.* 22. *num.* 8. *&c.* Tuſch. *litt. P. concl.* 583. *per tot.*

Alia plura de præſcriptionibus remiſſiuè tradit Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præſcriptio.*

36 Multa de præſcriptionibus habentur per Bertachin. *in Repert. verb. Præſcriptio*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *verb. Præſcriptio*, Patlador *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 1. *per tot.* Vela *Differt.* 8. 9. *&* 10. *per tot. vol.* 1. Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Cæſar de Afflicto *contr. iur. cap.* 49. *& in Addit. ad cap* 46. *&* 47. & alia remiſſiuè per Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 380.

37 Præſcriptioni an poſſit renunciari tam in ciuilibus, quàm in criminalibus dixi *in §. Renunciatio numer.* 20. *in Addit.*

38 Præſcriptio immemorabilis, an ſemper tribuat ius ſecurum in vtroque foro, ſicut & aliæ præſcriptiones, an ſint tutæ in foro conſcientiæ, latè declarat Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Præſcriptia per tot.* vbi notat ſeptem differentias circa præſcriptionem inter forum externum, & forum internum.

§. PRÆSENTIA. XXXIX.

1 PRæſentes in materia vſucapionis, vel præſcriptionis dicuntur illi, qui habent domicilium in eadem Prouincia, *l. cum in longi* 12. *C. de præſcript. long. temp.* Tuſch. *litt. P. concl.* 600. vbi quinam dicantur præſentes diuerſis reſpectibus, & quoad diuerſos effectus.

Quòd præſumatur præſentia inter eos, qui ſunt eiuſdem Ciuitatis, & loci, niſi probetur abſentia, Ricc. *Collect.* 3211. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 90. *lib.* 1.

2 Præſens, tacens, & patiens ſe pro fideiuſſore deſcribi, & nominari non obligatur, niſi expreſsè conſentiat, in iudicio tamen haberetur pro conſentiente, & obligaretur, niſi expreſsè diſſentiat, & in contrarium proteſtetur, Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 35.

Quòd tacens in iudicialibus habeatur pro conſentiente, Magon. *deciſ. Luc.* 3. *nu.* 10. vbi addit latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 99. *nu.* 43. *&c.*

An, & quando præſens, & tacens dicatur conſentire, vel non, latè Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 43. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 140. *numer.* 18. *&c. cap.* 730. *num.* 40. *&c.* Muntan. *de tut. cap.* 30. *numer.* 47. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 95. *num.* 12. *&* 13. Surd. *deciſ.* 302. *per tot.* latè Menoch. *d. præſumpt.* 99. *per tot.* vbi plures caſus rectè diſtinguit, & ornat exemplis, vide in §. *Tacitum n.* Chriſtin. *deciſ. Belg.* 181. *per tot. vol.* 1. Tuſchus *lit. P. concl.* 603. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 536.

Quòd in actu oneroſo, & præiudiciali præſens, & tacens non videatur conſentire, cùm tunc conſenſus expreſſus requiratur, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 795. *num.* 5. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 49. *num.* 19. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 602. *per tot.* Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 1218. vbi ponit concluſionem, quòd præſentia, & ſcientia faciunt præſumi conſenſum, ex qua viginti colligit illationes, & poſtea plures limitationes, & præcipuè, vt procedat quando præſens poterat actum impedire, aliàs ſecus, & huiuſmodi.

Quòd præſens, & tacens ſit habendus pro conſentiente fauore Eccleſiæ, Reipublicæ, & pupilli, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 980. *nu.* 21. *&c.* vide Montan. *de tut. cap.* 30. *nu.* 42. *in fine*, vbi contra.

Quòd fauore diuini cultus, præſens, & tacens præſumatur conſentire, ſicut etiam quando quis eſſet vocatus ad conſentiendum, vel contradicendum, licèt agatur de eius præiudicio, tacendo dicitur conſentire, Felin. *in cap.* 1. *de maiorit. & obed. & in cap. ſuper eo*, vbi etiam Abb. *de eff. iud. deleg.* Ioſeph. Feliu. Cerezo *in Margar. var. concl. verb. Præſens fol.* 43. *col.* 2.

3 Præſens obligationi alterius, & doloſè tacens, quando præſentia, & taciturnitas ſunt ordinatæ ad decipiendum, & probatur dolus, remanet obligatus, etiamſi ſit mulier, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 99. *num.* 39. Duran. *dec.* 309. *per tot.*

Item remanet obligatus ſtante cauſa præcedente, niſi fuerit præſens ad aliud effectum limitatum, Menoch. *loc. cit. numer.* 32. Duran. *d. deciſ.* 309. *num.* 9. *&c.* vbi plura quando præſens tacendo dicatur conſentire.

4 Præſentia patris in obligatione filij ſupplet ſolemnitates ſtatutarias, non ſufficeret tamen in alienationibus maximè ad fauorem patris, nec quando filius euidenter læderetur, Cenc. *de Cenſ. q.* 15. *nu.* 12. *&c.*

5 Præſens non dicitur qui animo abeſt, vel ſomno, aut morbo comitiali occupatus non intelligit, vide in §. *Abſentia.*

6 Præſentia quando arguat intelligentiam, vel non, quando requirat acceptationem, & alia, latè Tuſch. *litt. P. concl.* 601. *& ſeqq.*

7 Præſentia alicuius in loco qualiter probetur ex inſtrumento, in quo interpoſuit decretum, ex clauſula *ſedens &c.* per teſtes, & ſi probetur ante, & poſt actum ibidem fuiſſe, præſumitur etiam de tempore actus, Ludouiſ. *dec.* 484. *per tot.*

Alia remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præſens, & Præſentia.*

8 De præſentia, & præſentibus, quid operetur plura Bertachin. *in Repert. verb. Præſentia*, & alia remiſſiuè Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 386. Iacob. Balduc. *in obſeru. ad Ramon. conſ.* 8. *num.* 63. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 379. *per tot. & contr.* 425. *nu.* 38. *& ſeqq. & nu.* 76. *& ſeqq.*

9 Præſentia conſanguineorum in contractu, qui iurarunt ſuper vtilitate illius, & veritate cauſarum, inducit præſumptionem vtilitatis, & excluſionem doli, fraudis, & machinationis ex traditis per Cyriac. *contr.* 182. *nu.* 12. *& contr.* 599. *num.* 121. *& ſeqq.* vbi quòd idem operatur etiam præſentia teſtium, qui ſint celebres viri, & multò magis præſentia Principis.

§. PRÆSVMPTIO. XL.

1 PRæſumptio quid ſit, quotuplex, quando habeat locum, vel non admittatur, ſiue ab alia excludatur, & ſimilia, latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 7. *&c.* Farinac. *de indic. quæſt.* 36. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1219. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *nu.* 1. *& ſeqq. fol.* 423. Tuſch. *lit. P. concl.* 609. *& ſeqq. ad* 636. vbi de multis, quæ præſumuntur, vel non, & quod ex præſumptionibus nemo condemnari poteſt in pœnam ordinariam, Ricc. *Collect.* 1785.

Quòd præſumptiones admittantur contra alias præſumptiones, plures ſuperent pauciores, & fortiores vincant debiliores, Ludouiſ. *deciſ.* 247. *num.* 1. *& ſeqq.* vide in §. *Probatio.*

Qualiter præſumptio naturæ tamquam nobilior, & prior transferat onus probandi in aduerſarium, de præſumptione hominis, iuris, ac iuris, & de iure, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1219. *cum pluribus ſeqq.*

An, & quando præſumptiones plures coniungantur ad faciendam plenam probationem, & præſumptio vna an, & quando tollat aliam, Maſcard. *loc. cit. concl.* 1223. *&* 1224. *per tot.* vide in §. *Probatio.*

Plura de præſumptionibus remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præſumptio.*

2 De præſumptionibus multa notabilia habentur per Bertachin. *in Repert. verb. Præſumptio*, & per Cyriac. *in Indice contr. verb. Præſumptio.*

3 Quid ſit, & quid operetur Præſumptio tradunt plures citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Præſumptio fol.* 388. *&c.* Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in Indice in fine, part.* 3. *verb. Præſumptio.*

§. PRÆTERITIO. XLI.

1 PRæteritio filij, (ideſt non nominatio, neque inſtituendo, neque expreſsè exhæredando) facta à patre in teſtamento, qualiter reddat nullum ipſum teſtamentum, Pract. Papp. *libell. hæred. ex teſtam. gloſ. ac etiam realiter num.* 5. *cum Addit.* latè Tuſch. *litt. P. concluſ.* 637. *& ſeqq. ad* 644. vbi plura, *& litt. T. concluſ.* 127. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 18. *per tot. cum aliquibus ſeqq. vol.* 4. *& deciſ.* 200. *per tot. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 271. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 391. *numer.* 16. *& ſeqq. & deciſ.* 405. *per tot.* vbi quòd præteritio conſideratur non

tan-

Digitized by Google

tantùm reſpectu perſonæ, ſed etiam reſpectu bonorum, vt ſi filius fuerit inſtitutus in bonis, quæ non erant patris, cùm paria ſint non fuiſſe inſtitutum, vel nihil ex inſtitutione conſequi poſſe, *infra num.* 10. *verſ. ſuſtinetur vbi contra*.

Plura de materia præteritionis, & inofficioſi teſtamenti tradunt Bertachin. *in Repert. verb. Præteritio*, Caldas Pereyra *tract. de inoff. teſtam. fol. mihi* 25. Tondut. *quæſt. ciuil.* 93. *per tot.* Caſtil. *controu. tom.* 3. *cap.* 22. *per tot. & tom.* 4. *cap.* 1. Scalona *de teſtament.* Vaſquez *contr. illuſtr. cap.* 99. *& ſeqq.* alijque plures citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Praſcriptio fol.* 390. & nouiſſimè Ioan. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 40. *per tot.* vbi de præteritione aſcendentium quando annullet teſtamentum, vel non, & alia ad rem, *& part.* 3. *deciſ.* 36. vbi annullato teſtamento veniunt hæredes ab inteſtato, qui tamen vigore clauſulæ codicillaris tenentur hæreditatem reſtituere hæredibus in teſtamento ſcriptis, retenta legitima, & eſt deciſio in Romana, ſiue Ianuen. legitimæ, Lunæ 28. Aprilis 1681. coram Matthæio, & ſub die 5. Aprilis 1683. in eadem cauſa, & coram eodem, & apud Torre *d. part.* 3. *deciſ.* 48. & alibi *vt in Indice verb. Præteritio, Præteritus*.

Præteritione poſthumi rupto teſtamento quando debeantur legata in eo ad pias cauſas relicta, Anton. Gob. *Conſult.* 43. *per tot.*

An autem annullet ipſo iure teſtamentum, vel ita demum ſi filius præteritus opponat de nullitate, dic non ipſo iure; ſed filio opponente ſecundùm gloſ. *in l. filio præterito, ff. de inoff. rupt. teſtament.* cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 702. *num.* 34. *&* 35. Anton. Faber. *in ſuo Cod. tit. de lib. præter. definit.* 51. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 18. *num.* 7. *volum.* 4. vbi quòd ſilentium filij poteſt conualidare teſtamentum, ſaltem de iure prætorio, & talis nullitas non poteſt ab alijs opponi, tamquam de iure tertij.

Contrarium tamen ſcilicet ipſo iure annullari teſtamentum, quamuis filius taceat, & nihil opponat, reprobata d. gloſ. firmat Gratian. *loc. cit. num.* 36. ſequitur Rot. *in Ariminen. Iuriſpatr.* 23. *Martij* 1637. coram Coccino *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 205. *num.* 3. *&c.*

Quòd filij, vel filiæ, etiam conſequuta legitima, vel dote à patre viuente (niſi aliàs repudiauerint) poſſint dicere de nullitate teſtamenti, & contra illud ſuccedere, ſtante illorum præteritione, Rot. pluribus citatis *part.* 13. *recent. deciſ.* 370. *num.* 13. *& ſeqq.*

Quòd filij dicantur præteriti, niſi ſint directè inſtituti, vel exhæredati, ita vt non ſufficiat illis relinquere iure legati, vel fideicommiſſi, Altograd. *conſ.* 78. *num.* 17. *lib.* 1.

Sufficit tamen inſtitutio quibuſcumque verbis facta, Caualer. *deciſ.* 388. *per tot.*

An autem dicta præteritio, ſtante quòd ipſo iure inducat nullitatem, impediat quoad inſtitutos remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* vide in §. *Remedium num.* 28. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 101. *per tot.*

Quòd etiam præteritio nepotis ex filio præmortuo annullet teſtamentum, niſi ſit à ſtatuto excluſa, Peregrin. *deciſ.* 110. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 265. *num.* 2. *&c.* vbi quòd ob prætetitionem nepotis, qui matre, vel patre de medio ſublatis ad conditionem filij redactus fuerat, annullatur teſtamentum, & ſucceſſio ad terminos iuris communis reducitur, perindè ac ſi conditum non eſſet, non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, quando agitur de perſonis illi non ſubiectis, & duplici quidem ſubiectione copulatiuè, rerum ſcilicèt, & perſonarum, prout requiritur, vt ſtatutum poſſit ſuum operari effectum, ad notata in §. *Statutum excludens num.* 21. *& ſeqq.* Rot. *d. part.* 13. *recent. deciſ.* 342. *in eadem cauſa, & deciſ.* 380. *per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 6. §. 1. *fol.* 296. vbi quòd prædicta de præteritione procedunt etiam in foro conſcientiæ.

2 Præteritio filij, licèt ipſo iure annullet teſtamentum, tamen ſi in eo adſit clauſula codicillaris, ſuccedentes ab inteſtato tenentur per fideicommiſſum hæredi ſcripto reſtituere hæreditatem, Rot. *in Arimin. Iuriſpatronatus* 27. *Iunij* 1636. coram Pirouano *in Nouiſs. part.* 7. *deciſ.* 169. *num.* 2. & coram Coccino *in eadem cauſa d. part.* 7. *deciſ.* 205. *num.* 4. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 9. *vol.* 4. *& deciſ.* 18. *& ſeqq. d. vol.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 391. *num.* 20. *& ſeqq. & deciſ.* 405. *per tot. & part.* 14. *deciſ.* 303. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 48. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 44. *num.* 2. *& ſeqq.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 109. *per tot. & de ratione rata quæſt.* 202. *per tot.*

Intellige quando præteritio fuit ſcienter facta, ſecus ſi ignoranter, Montan. *de tut. cap.* 12. *num.* 25. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. Diſtinct.* 2. *Cent.* 2. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 46. Altograd. *conſ.* 96. *num.* 4. *&c. lib.* 2. latè Bich. *deciſ.* 413. *& deciſ.* 471. *per tot.* vide in §. *Teſtamentum num.* 87. Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 9. *volum.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 405. *per tot.* vbi quod quando præteritio eſt ignoranter facta, ſiue reſpectu bonorum, & ſic abſque intentione, vt quia putabat bona filijs relicta eſſe ſua, & non erant, vel reſpectu perſonarum, teſtamentum annullatur in totum, nec tunc operatur clauſula codicillaris, ſicuti etiam non operatur quando fuit inſtitutus extraneus, quia eſſet iniquum videre filium reſtituere hæreditatem extraneo contra naturalem rationem, & votum paternæ pietatis.

Quòd teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis filij, ſuſtineatur vigore clauſulæ codicillaris in vim fideicommiſſi, poſſitque præteritus filius, vel aſcendens detrahere legitimam, cùm habeatur ac ſi fuiſſet inſtitutus cum onere reſtituendi ſcriptis hæredibus in teſtamento, Vtceol. *Conſult. forenſ. cap.* 6. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi an poſſit etiam talis præteritus detrahere trebellianicam, & qualiter debeat eſſe concepta dicta clauſula codicillaris ad hunc effectum; ſed intellige vt ſupra, & vide Sanſelic. *deciſ.* 344. *num.* 19. *& per tot. cum Addit.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 44. *num.* .. Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 13. *per tot.* vbi plenè de poſthumo, etiam ignoranter præterito.

Plura de hac materia vide in §. *Clauſula num.* 4. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 865. *per tot.* Bich. *deciſ.* 413. *cum alijs ſupracitatis*, idem Bich. *deciſ.* 471. Coſta *tract. de ratione rata quæſt.* 202. *per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 569. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 44. vbi quòd teſtamentum matris nullum ex cauſa præteritionis, ſuſtinetur vigore clauſulæ codicillaris, etiam ſi non fuerit de eius virtute certiorata, quando apparet de veriſimili mente, non attento, an ſit concepta per verba de præſenti, vel de futuro, & ſola legitima, non autem trebellianica detrahitur.

Qualiter ſuſtineatur etiam fauore piæ cauſæ inſtitutæ, Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *reſol.* 23. & vide in §. *Teſtamentum num.* 27.

Quòd remaneat firma ſubſtitutio fideicommiſſaria, etiam teſtamento præteritione annullato, Viui. *comm. opin.* 857.

An autem non obſtante dicta præteritione ſuſtineantur legata in eodem teſtamento facta, dic quòd ſi præteritio fuit ſcienter facta, ſuſtinentur legata, ſi verò ignoranter, & legata ſint adeò magna, vt non ſit veriſimile, quòd ſi pater ſciuiſſet, vel cogitaſſet de filio, illa reliquiſſet, tunc annullato teſtamento, nec legata debentur; ſi autem legata ſint modica, & talia, quæ veriſimiliter facta fuiſſent, etiam ſi pater cogitaſſet de filio, valent, & debentur, ac ſtatur arbitrio iudicis, quando dicantur modica, vel magna, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 398. *num.* 10. *&c.* Gayl. *obſeru.* 114. *lib.* 2. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 46. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 32. *num.* 20. *&c. & de Arbitr. caſ.* 147. *per tot.* vbi etiam refert opinionem aliquorum tenentium ſuſtineri legata non excedentia valorem dimidiæ partis bonorum teſtatoris, vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 9. *per tot. volum.* 4. *& deciſ.* 18. *num.* 5. *volum.* 4. *& deciſ.* 200. *volum.* 5. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 6. §. 1. *fol.* 296. Ricc. *Collect.* 271. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 405. *num.* 20. *& ſeqq. & part.* 11. *deciſ.* 332. *num.* 2. *&* 3.

Quòd vitium præteritionis regulariter non impediat immiſſionem hæredis ſcripti, niſi ſit incontinenti probata, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 405. *num.* 22. *&* 23. Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 726. *&c.*

Præteritio filij facta à matre in ſuo teſtamento, vel ab 3
auo materno habetur pro exhæredatione, nec annullat teſtamentum, ſed tantùm facit oriri querelam inofficioſi, §. *Mater Inſtit. de exhæred. lib.* ... vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 702. *num.* 13. *&c.*

Quòd imò de iure nouiſsimo Auth. etiam facta à matre, vel auo materno annullet teſtamentum ipſo iure, licèt filiæ eſſent in monaſterio profeſſæ, Altograd. *conſil.* 78. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 637. *num.* 2. *& concluſ.* 643. *per tot. per text. in §. Aliud quoque Auth. vt cum de appell. cognoſc. col.* 8. *Auth. non licèt C. de lib. præter.* Coſta *tract. de ratione rata quæſt.* 202. *per tot.* Surd. *conſ.* 393. *num.* 18. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 32. Cyriac. *contr.* 262. *num.* 8. *&* 9. Bich. *deciſ.* 413. *num.* 2. *& deciſ.* 471. *num.* 1. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 44. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quid ſi filiæ eſſent à ſtatuto excluſæ, vide in §. *Statutum num.* . . Tuſch. *litt. P. concl.* 637. *num.* 21. *&c. & d. concl.* 643. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 19. *num.* 6. *vol.* 4. Peregrin. *deciſ.* 110. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 101. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi quòd tunc præteritio non obſtat.

An autem teſtamentum matris ſit nullum ſi filio relinquit non tamquam filio, ſed tamquam extraneo, Surd. *deciſ.* 293. *per tot.*

4 Præteritio fratris à fratre facta in ſuo teſtamento, in quo ſit inſtituta turpis perſona, an annullet legata, vide Afflict. *deciſ.* 125. *&* 204. contra quem eſſe veriorem opinionem dicit Ludouiſ. *deciſ.* 271. *nu.* 6. *&c.* vide in §. *Frater num.* 2.

5 Præteritio filij facta in teſtamento militis in expeditione occupati habetur pro exhæredatione, intelligendo quando fuit facta ſcienter, ſecus ſi ignoranter, Montan. *de tut. cap.* 12. *num.* 23. *verſ. cui ad fine eſt*, Alex. *in l. ſicut certi C. de teſtam. milit. & eſt text. in §. ſed ſi vbi gloſ. & DD. Inſtit. de hæred. liber.* Bich. *deciſ.* 413. *num.* 12.

6 Præteritio ventre prægnante, aditio hæreditatis ſtat in ſuſpenſo, quia nato poſthumo rumpitur teſtamentum; poteſt tamen interim facto inuentario peti bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, quæ poſtea tranſit in legitimam aditionem ſi poſthumus non naſcatur, vel ſi inſtitutus malit expectare euentum, erit dandus curator ventri, ſiue bonis, & in hoc mater erit præferenda cæteris agnatis quoad bonorum adminiſtrationem, licèt fortè ſecus ſit quoad gubernationem perſonæ, & erunt ſeruandæ ſolemnitates ſolitæ in datione aliorum curatorum, Magon. *deciſ. Flor.* 139. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 150. vide in §. *Curator num.* . . *&* §. *Poſthumus num.* . .

Quòd ſi Pater non habens filios faciat magna legata, nato poſthumo, & teſtamento rupto, non ſuſtineantur dicta legata, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 106. *num.* 19. *& præſumpt.* 172. *num.* 3. vide ſupra *num.* 2. *in fine*.

Quando poſthumi dicantur præteriti, & ob id rumpatur teſtamentum, vel non, latè Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 638. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 865. *num.* 21. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 20. *per tot. vol.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 391. *num.* 16. *& ſeqq. & deciſ.* 405. *num.* 38. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 344. *cum Addit.* vbi plura notabilia de poſthumis, Bich. *deciſ.* 413. *num.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 471. *per tot.* vbi latè an, & quando teſtator ſuperuiuens poſt natiuitatem poſthumi, (qui talis dicitur poſt teſtamentum natus) præſumatur voluiſſe cum eo decedere, ita vt ſublato voluntatis defectu, poſthumus, qui iam fuerat ignoranter præteritus, cenſeatur vigore clauſulæ codicillaris fideicommiſſo grauatus ad fauorem hæredis ſcripti, non ſecus ac ſi ſcienter fuiſſet præteritus, & ſubtiliter de more vtramque partem examinat, concludendo pro hærede ſcripto, & facit latè Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 13. *per tot.*

Quòd ventri prægnanti in diuiſione hæreditatis aſſignentur tres partes, & quare ob incertitudinem quot ex eo naſci poſſint, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 10.

7 Præteritio patris, vel matris facta à filio reddit teſtamentum nullum, quando de iure debebant ſuccedere, ſecus autem ſi erant excluſi ex aliqua cauſa, vt benè probat, & declarat Tuſch. *litt. P. concl.* 642. *per tot.* Bart. *conſ.* 18. *& conſ.* 215. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 17. *lib.* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 426. *num.* 7.

Quod teſtamentum factum à filio cum præteritione aſcendentium ſuperſtitum ſit ipſo iure nullum, per text. *in Auth. in teſtamento C. ad Tertul. & in §. Sancimus circa finem in Auth. vt cum de appell. cognoſc.* Franch. *deciſ.* 63. *num.* 13. Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. verb. Teſtamentum fol.* 103. *col.* 1. Ludouic. Bell. *conſ.* 139. *num.* 1. *&c.* vbi quod fallit quando filij, vel deſcendentes habent proprios filios, vel deſcendentes, quia tunc cùm prima cauſa ſit filiorum, & deſcendentium, ſi illos inſtituerunt, non poſſunt parentes præteriti dicere de nullitate teſtamenti.

8 Præteritio quando agitur de filijs iam natis regulariter præſumitur facta ſcienter, niſi contrarium probetur; quando verò agitur de poſthumis præſumitur ignoranter facta, Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 46. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 499. *per tot.* Giouagnon. *conſil.* 32. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 405. *num.* 39. *&c. & part.* 14. *deciſ.* 303. *num.* 6. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 413. *num.* 10. *& ſeqq. & deciſ.* 471. *per tot.* vbi quid ſi teſtator ſuperuiuat poſt natiuitatem poſthumi, an tunc permanendo in eadem voluntate, dicatur præteritio ſcienter facta pro ſuſtinendo teſtamento vigore clauſulæ codicillaris, & poſt relatas contrarias opiniones, & rationes concludit in illo caſu pro teſtamento, vide in §. *Poſthumus num.* 3. & plenè Baitel. *de vlt. volunt. deciſ.* 13. *per tot.* vbi plura an, & quando ſuſtineatur teſtamentum per clauſulam codicillarem poſthumo ignoranter, vel ſcienter præterito in vim fideicommiſſi.

9 Præteritio filij legitimati cum clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, non annullat teſtamentum, Ang. *conſil.* 264. *num.* 3. Gregor. *deciſ.* 135. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 312. *num.* 31. vide in §. *Legitimatio*.

Nec etiam præteritio filij naturalis, vel in hoſpitali expoſiti annullat teſtamentum, vt dixi in §. *Teſtamentum num.* 27. *propè finem*.

10 Præteritio licèt teſtamentum annullet iuxta ſuperiùs dicta, tamen poſſit ſuſtineri teſtamentum de æquitate prætoria ſi filius præteritus prædecedat parentes, Alex. *in l. ſi pater num.* 14. *C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. Gallus in princ. num.* 6. *ff. de lib. & poſth.* Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. *& ſeqq. & cap.* 10. *num.* 1. refert Bich. *deciſ.* 413. *num.* 3. Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 9. vbi loquitur in poſthumo.

Suſtinetur etiam teſtamentum quando filius fuit inſtitutus in re certa, licèt aliena, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit illam rem eſſe alienam, etiam dato alio hærede vniuerſali, vt benè per Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 337. *per tot.* vide in §. *Inſtitutio ſupra num.* 1. vbi contra, & Rot. in dictis ſelectis per Farinac. *part.* 1. *deciſ.* 453. in eadem cauſa, vbi fuit receſſum à prima deciſione ex coniecturis, & veriſimili mente teſtatoris, quæ totum poteſt, & efficit in vltimis voluntatibus.

Plura de præteritione, & exhæredatione filiorum quid ſit, & quid operetur, Fagundez. *de inſt. & contract. lib.* 6. *cap.* 16. *per tot.*

De præteritione filij banniti tempore teſtamenti, & poſtea ad gratiam reſtituti viuente adhoc parte, an tamquam de poſthumo annullet teſtamentum, Coſta *tract. de re integra Diſtinct.* 78. *per tot.*

§. PRETIVM. XLIV.

1 PRetium qualiter, & quibus caſibus ſuccedat loco rei, latè Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 1. *num.* 48. *& part.* 2. *membr.* 4. *num.* 56. *caſ.* 4. *ampliat.* 7. Surd. *deciſ.* 306. *per tot.* Get. Spin. *conſil.* 42. *per tot.* vbi quando poſſit auocari ab eo, ad quem peruenit, latè Tuſch. *lit. P. concluſ.* 490. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 134. *num.* 13. *&c. vol.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 251. *num.* 5. vbi in fideicommiſſo, vt ſuccedat loco rei volente fideicommiſſario.

Quòd ſuccedat loco rei in iudicijs vniuerſalibus, Caualer. *deciſ.* 31. *num.* 8. Merlin. *deciſ.* 831. *num.* 10. *&c.* Ricc. *Collect.* 3640. Larrea *deciſ. Granat.* 92. *num.* 13. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 149. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi tamen quòd non procedit reſpectu rei comparatæ ex dicto pretio, niſi in ſubſidium.

Et quando etiam in particulari, Marcian. *diſput. for. cap.* 74. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 9. *num.* 2. 14. *&c.* vbi quòd in particularibus non ſuccedit loco rei, niſi in ſubſidium, & quando aliter non poteſt eſſe conſultum, vide Tuſch. *d. concluſ.* 490. *per tot. & litt. V. concluſ.* 254. Ricc. *Collect.* 740. *&* 3638. Larrea, & Rot. *loc. citat. & part.* 10. *recent. deciſ.* 51. *num.* 4. *&c. part.* 11. *deciſ.* 351. *num.* 13.

Digitized by Google

*num.*13. *& part.* 15. *deciſ.*393. *num.* 5. vbi quòd etiam in particularibus pretium ſuccedit loco rei, vt vindicari poſſit in ſubſidium, de quo Coſta *tract. de remed. ſubſid. remed.* 61. *per tot.*

Quòd è contra nec res ſuccedat loco pretij in particularibus, Merlin. *deciſ.* 78. Coſta *loc. cit.*

Quòd pretium redactum, ex re hypothecata, non cadat ſub hypotheca, *l.* 1. *ff. de diſtract. pign.* cum ſimilibus per Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 351. *num.* 12. *&c. part.* 18. *deciſ.* 86. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd imò ſubrogata de ordine Principis pretio loco rei venditæ, in illud competunt omnes hypothecæ, quæ contra rem ipſam competebant, vel etiam ſecluſa ſpeciali ſubrogatione Principis, actionem habens contra rem, ea alienata, vel perempta, poteſt agere ſubſidiaria negotiorum geſtorum actione ad pretium contra venditores, quia lex fingit geſtum negotium nomine eius, ad quem particulariter ſpectat, vel quia æquitati repugnat, quòd ille, cuius res vendita fuit verſetur in damno, & alter cum eius iactura locupletetur, & ſtante æquitate, etiam in particularibus re perempta pretium ſuccedit loco rei, *& deciſ.* 272. *dict. part.* 18. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata præcedens deciſio, *& eadem part.* 18. *deciſ.* 439. *num.*4.

2 Pretium iuſtum dicitur illud, quod ab alijs reperiri poteſt habita ratione qualitatum, & circumſtantiarum rei, de qua agitur, & in rebus fructiferis, vbi fructus viginti annorum adæquant ſortem, Altograd. *conſ.* 102. *num.* 67. *& ſeqq. lib.*2. vbi loquitur in molendino, cuius fructus dicuntur induſtriales, & probat non eſſe æſtimandum tantùm reſpectu ædificij, ſed etiam reſpectu fructuum, qui poſſunt percipi, vide in §. *Valor num.* 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 3147. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 58. *& deciſ.* 164. vbi quòd pretium debet dignoſci ex qualitate onerum, & pactorum, & modo vendendi ad ingroſſum, vel minutatim, & huiuſmodi, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.*89. vbi plura præſertim circa æſtimationem domorum, de quibus non attenduntur fructus, ſed aliæ qualitates, & quantum ab alijs reperiri poſſit, vel prout obſeruari dicit Romæ, coaceruando valorem materialium, & quantitatem redditus domus æſtimandæ, detractis oneribus, & mox totius illius ſummæ dimidiam accipiendo pro iuſto illius pretio, vide Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 769. *num.* 6. *&* 7. vbi quòd Romæ in ſtatuendo iuſto pretio circa domos paruas attenduntur redditus ad rationem quinque pro centenario, in palatijs verò inſignibus ad minorem rationem.

Quòd pretium iuſtum probetur inſpectu præſenti ſtatu, & non præterito, maximè vbi magnum interuallum intercesſit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 766. *num.* 40. *&c.* vide in §. *Valor num.*5. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*551. *num.*3. *& ſeqq.*

Multa in contrarium, quòd imò ad conſtituendum iuſtum pretium attendatur tempus præteritum, & futurum, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*65. *num.*5. *&c.*

Quòd diminutio ex cauſa belli, & peſtis, tanquam momentanea non attendatur, Rot. *d. deciſ.*65. vbi plura, *& deciſ.* 78. *d. part.*2.

Intellige quando propter bellum, vel peſtem, rei ſubſtantia non fuit deteriorata, ſecus autem ſi ſubſtantia fuit deteriorata, nam tunc etiam ceſſante bello, vel peſte res minus valet, vt declarat Menoch. *de arbitr. caſ.*172. *n.*22. Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.*553. *num.*15.

Quòd pretium reputetur iuſtum ex qualitatibus rei latentibus, & ex impotentia præſtandi cautionem de euictione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*911. *num.* 14. *&c.* vide in §. *Nomen num.*.. Ludouiſ. *deciſ.*553. *num.*11. *&c.* Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*128. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi de pluribus minuentibus valorem rei, & Bich. *deciſ.*609.

Quòd lites exiſtentes ſuper re vendita computentur in pretio ipſius rei, Rot. *part. diuerſ. deciſ.*147. *num.*5.

Ita vt ob non promiſſam euictionem, ratione huius periculi pretium dicatur iuſtum etiam dempta tertia, vel quarta parte veræ æſtimationis, Altograd. cum alijs ab eo citatis *conſ.*63. *num.*21. *lib.*1.

E contra augetur pretium ratione loci negotijs aptiſſimi, & huiuſmodi, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 66. *num.* 13. *&c.* vbi etiam quòd quando quis excomputauit creditum ſibi debitum, minus ſoluiſſe dicitur.

Quòd pretium conuentum præſumatur iuſtum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*723. *num.* 16. vbi loquitur in pretio rerum aſſignatarum vxori pro ſuis dotibus, *& cap.*985. *num.* 20. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 21. *num.* 21. *&c.* vbi etiam quòd non variatur ex curſu trium annorum, dùm cauſa mutandi non intercesſit, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1225. vbi qualiter pretium conuentum præſumatur iuſtum, & circa hoc verſetur iudicis arbitrium.

Inter mercatores probatur pretium iuſtum maximè de conſuetudine ex notulis, ſiue facturis tranſmiſſis, & ſine proteſtatione receptis, ità vt iuxta huiuſmodi notulas ſit ſoluendum, & non poſſit prætendi alia defalcatio, ſiue tarra, Duran. *deciſ.*416. *num.*7. *& num.* 20. *&c.* vide in §. *Littera num.*..

Quodnam dicatur pretium iuſtum, & legitimum, vide Azor. *Inſtit. moral. part.*3. *lib.*8. *cap.*21. *&* 22. *per tot.* Couar. *var. reſol. lib.*2. *cap.*3. *per tot.* P. Stephan. de Neap. *de præcip. iur. & iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 1. *&c.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom.*2. *quæſt.*77. *art.* 1. *contr.* 3. *per tot. fol. mihi* 243. Dian. *part.*1. *tract.*8. *reſol.* 70. vbi an obliget in conſcientia quando eſt à lege Principis taxatum tempore penuriæ, vel poſſit vendi frumentum ſecundum pretium commune, & vulgare.

Quòd pretium iuſtum contineat in ſe latitudinem infimi, medij, & ſupremi; quanta autem ſit huiuſmodi latitudo, contendunt inter ſe DD. nam aliqui tenent eſſe circa decem pro centenario, verbi gratia, res medio pretio valet centum, ſupremum erit centum, & quinque, infimum nonaginta quinque, vel ſi medium pretium ſit decem, ſupremum erit vndecim, & infimum nouem, alij autem in multò minori quantitate, ità vt in praxi difficilè ſit inueniſſe huiuſmodi latitudinem, & ideò remitti arbitrio iudicis, & peritorum, ac ad vſum fori, Filiuc. *to.*2. *tract.*35. *cap.*3. *num.*57. Rebell. *part.*2. *lib.*9. *quæſt.*1. *ſect.*6. *num.*33. Leſſ. *lib.*2. *cap.*22. *dub.* 2. *num.* 11. Molin. *tom.* 2. *tract.*2. *diſput.*347. *num.*4. Dian. *reſol. moral. part.*3. *tr.* 5. *reſol.*112. *fol. mihi* 183. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 549. *num.*23. dixi in Pract. §. *Vendere num.*25. idem Dian. *p.* 4. *tract.*4. *reſol.*12. vbi quòd in ſubhaſtationibus pretium iuſtum eſt, quod non excedit ſupra dimidium, nec deficit infra dimidium illius iuſti pretij, quo bona illa valerent ſi alio modo venderentur, quàm ſubhaſta, vel quod vltimò offertur, ceſſante tamen omni fraude, vide in §. *Subhaſtatio num.*8. Sanfelic. *deciſ.* 111. *num.* 9. *& ſeqq.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.*2. *gloſ.*4. *leg.*3. *tit.*5. *fol.*408. *&c.* vbi latè declarat quodnam dicatur pretium legitimum, ſiue iuſtum, quotuplex ſit, & alia plura, *& leg.* 56. *gloſ.*6. *fol.*783. *&c.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.*5. *Rub.*18.

Intellige de pretio naturali, ſiue vulgari, iſtud enim continet dictam latitudinem ſupremi, medij, & infimi, ſiue rigoroſi, pij, & minimi; ſecus autem in pretio legitimo, ſiue legali, quod lege Principis taxatur, nam iſtud conſiſtit in indiuiſibili mathematico; an autem in foro conſcientiæ poſſit aliqua ratione augeri, & alia, Dian. *part.*1. *tract.*8. *reſol.*70.

An pretium victualium debeat à Republica, vel Principe taxari, ſeu potiùs arbitrio vendentium relinqui, Dian. *part.*3. *tract.*6. *reſol.*60.

Quòd ex modo vendendi, veluti quando venditor offert, & rogat emptorem, pretium minuatur circa tertiam partem, vel dimidiam, Dian. *d. tract.*8. *part.* 1. *reſol.* 78. vbi propterea infert poſſe vilius emi ab eo, qui neceſſitate preſſus vendit, *& part.*14. *tract.*4. *reſol.*12.

Quòd pretium frumenti probetur ex libris publicis annonæ, Seraph. *deciſ.*1245. *num.* 2. cum alijs per Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.*302. *num.*2.

Pretium auctum, vel diminutum ex curſu temporis, an 3
cedat commodo, vel incommodo poſſeſſionis, vel potius creditorum, vide in §. *Emptio num.*..

Quid in caſu euictionis, an reſtituendum ſit iuxta tempus contractus, vel euictionis ſequutæ, vide in §. *Euictio num.*..

Quid in iure offerendi, vide in §. *Oblatio num.*..

Quid in iure congrui, vide in §. *Ius congrui num.* 26. *&* §. *Pactum num.*40. Cabal. *conſ.*159. *num.*10. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd ſi ſtatutum non determinet circa pretium, intelligitur de iuſto, & quale iuſtum dicatur, an conuentum, vel commune, vel quòd ab alijs inuenitur.

Pretium incertum in emptione, vel ſimilibus contra- 4
ctibus intelligitur remiſſum declarationi, & arbitrio iu-

8 Præuentio datur regulariter inter plures iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt, niſi agatur de hæreſi, de qua plures iudices, & Inquiſitores procedere poſſunt, communicato tamen inuicem proceſſu, vt vnitam proferant ſententiam, vel niſi iudex, qui vult præuenire eſſet incompetens, cùm non detur præuentio, vbi deeſt iuriſdictio; vel niſi vnus procedat per inquiſitionem, & alter per accuſationem, nam qui procedit per accuſationem, etiam poſteriorem, præfertur procedenti per inquiſitionem, quia accuſatio vti remedium ordinarium ſuperueniens facit ceſſare inquiſitionem, vti remedium extraordinarium, ceſſante tamen colluſione, & malitia; vel niſi vnus procedat cum maiori qualitate, vt dixi *ſupra num.* 5. vel niſi alter nulliter procedat, quia per actum nullum non inducitur præuentio, vt ſupra *num.*2. & ſingulatim probat Conciol. *reſol. crimin. verb. Præuentio reſolut.* 1. *&* 2. *per tot.* allegans Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.*20. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 7. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 10. Carleual. *de iudic. lib.*1. *tit.*1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *& plures alios.*

9 Præuentionis effectus eſt auferre iuriſdictionem ab alio iudice, qui non præuenit, ità vt præueniens præferatur in procedendo, & alterum ſilere faciat, ac poſſit illi inhibere, cùm nemo debeat pro eadem cauſa à pluribus iudicibus vexari; & ſi ſint plures correi delicti, præuentio facta de vno per citationem, vel alio modo, operetur etiam quoad alios, ne continentia cauſæ diuidatur, quando ſumus in indiuiduis, qualiter præuentio ſit opponenda, quid ſi fuit procurata, & affectata, & alia ad rem, Conciol. *reſol. crimin. verb. Præuentio reſolut.* 2. cum pluribus ab eo citatis, Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præuentio.*

10 Præuentio in ædificando, vel in flumine, vel in materia retractus, & ſimilibus quid operetur Caluin. *de æquit. cap.*243. *per tot.*

§. PRIMOGENITVRA. XLIV.

1 PRimogenitura, ſiue maioratus, dicitur ius prioris ætatis honorificum, & vtile competens filio, qui primus eſt in ordine naſcendi, Ioan. Licerter. *de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.*4. *&c.* Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt.* 1. *per tot.* Molin. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. vbi etiam an, & quomodo primogenitura, & maioratus inter ſe differant, *& num.*22. quòd maioratus propriè apud Hiſpanos dicitur ius ſuccedendi in bonis ea lege relictis, vt in familia integra perpetuò conſeruentur, proximoque cuique primogenito ordine ſucceſſiuo deferantur, quam deffinitionem, & alia ad rem facienda, ibidem explicat Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regner. & Maiorat. part.* 1. *cap.*6. *num.* 158. *& ſeqq. fol. mihi* 70. & alibi ſæpè, vbi plura de primogenituris, & Maioratibus, *vt in repert. verb. Maioratus, & verb. Primogenitus.* Quòd primogenitura inter nobiles ſeruetur in Gallia, Hiſpania, alijſque plurimis nationibus, & alia de illius origine, & prærogatiuis, plenè Tiraquel. *de iure Primogen. in Præfat. per tot.*

Quòd primogenitura, & Maioratus quoad inductionem ſint idem inter ſe, & ex quibus verbis inducantur, latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 407. *per tot. & part.* 10. *deciſ.*1.

Quo iure introducta fuerit primogenitura, an transmittatur, quare inuenta, in quibus bonis poſſit conſtitui, & alia, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 651. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1702. 1837. 2603. 1347. *&* 2378. Roxas *loc. cit. & part.*3. *cap.*2. *num.* 1. *&c.*

Quòd quando fuit vocatus vnus ex filijs, vel ex hæredibus intelligatur de Primogenito, vel maiore, & ſic per huiuſmodi dictione vnitatis inducatur Primogenitura, latè Roxas *d. tract. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 34. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de bonitate votonis, ſiue vnitatis, quæ perfectionem inducit, & ad conſeruationem ſicut dualitas ad deſtructionem ſubiecti tendit.

Multa etiam de virtutibus, & præcellentia primi, antiquioris, ac ſenioris, & in omni materia, prima ſemper eſſe meliora cæteris eruditè de more cumulat Tiraquel. *tract. de iur. Primogen. in Præfat. per multas paginas.*

An primogenitura, & modus ſuccedendi per eam poſſit coniecturis, & quibus probari, præcipuè verò ex onere ferendi nomen, & arma familiæ ex obſeruantia, & huiuſmodi, Fontanel. *deciſ.* 32. *& ſeqq.* plenè Torre *infra cit. tom.* 1. *cap.*8. *&* 9. *per tot. fol.* 59. *ad* 77. *& cap.*11. *& tom.* 3. *deciſ.* 1. *& ſeqq.* quæ ſunt deciſiones Rotæ Florentinæ.

Multa de primogenituris, & Maioratibus ad ſaturitatem indicant Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Maioratus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 77. *& verb. Primogenitura fol.* 398. *&c.*

Materiam autem examinat fusè per quæſtiones Ludouic. de Molina *tract. de Primogenit. Hiſpan.* Paz. *de Tenuta*, Giurba *de ſucceſſ. feud.* Hermenegild. Roxas *de incompat. Regn. & Maiorat.* Tiraquel. *de iur. Primogen.* & nouiſſimè præ cæteris videndus D. Conſil. Io. Torre *in ſuo vberrimo tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Italia per tres tomos*, in quorum primo præcipuas quæſtiones reſoluit, in ſecundo alias ſelectas quæſtiones ſuper celebrioribus articulis coram varijs Tribunalibus Italiæ agitatas proponit, in tertio denique deciſiones hucuſque ſequutas exhibet, præcipuè Romæ, Florentiæ, Mutinæ, Bononiæ, Peruſiæ, Lucæ, Ianuæ, & alibi. In quibus locis agitur etiam de ſecundogenituris eiſdem regulis determinandis, & in Indice generali eiuſdem Torre *in fine tom* 3. *verb. Secundogenitus*, & dixi ego in hoc §. *num.*4. *& num.*23.

2 Primogeniti quinam dicantur, quibus modis inducatur primogenitura, quòd non ſemper ſpectet ad primogenitos, non comprehendantur fœminæ, an huiuſmodi iuri poſſit renunciari, & alia plura Michalor. *de Fratr. part.*3. *cap.*27. *& ſeqq.* Tiraquel. Molin. & alij *in tract. de primog.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 456. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.*635. *&c.* Roxas *loc. ſup. cit.*

Quando autem appellatione primogenitorum veniant etiam fœminæ primogenitæ, dixi in §. *Fœmina num.* 12. latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 269. 397. 398. 399. *&* 400. *per tot.* vbi poſt plura tandem reſolutum fuit, ad primogenituram ordinatam cum qualitate maſculinitatis, non admitti fœminas, nec illarum deſcendentes, licèt maſculos, & maximè ſi tempore purificatæ conditionis non erant nati, quia in fideicommiſſis regulariter illi tantùm admittuntur qui tempore conditionis erant nati, vel ſaltem concepti.

Si autem non fuerit facta mentio maſculorum, neque agnationis, ſub nomine primogeniti indefinitè prolati veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, ita tamen vt fœminæ admittantur tantùm in defectum maſculorum, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 205. vbi pro fœminis, plura tradita per Frances *Conſult. Moral.* 20. *per tot.* vbi de Maioratu inſtituto ſub voce *homo*, an comprehendat fœminas.

3 Primogenitus (ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd primogenitus ſuccedat in Comitatu) dicitur ille, qui primo natus eſt poſt adeptam dignitatem, quamuis adeſſet alius primogenitus antequam pater factus fuerit Comes, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 976. *num.*13. *&c.* plures pro hac parte refert etiam Tiraquel. *de primog. quæſt.* 71. licet poſtea adhæreat contrariæ, vt ſequitur.

Contrarium probant alij, nempè primogenitum dici etiam natum ante adeptum Regnum, Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 31. Menoch. *conſ.*677. *lib.*7. *& de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.* 92. *num.* 5. Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.*27. *num.* 14. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 366. *in fine vol.* 1. vbi allegat *l. Senatoris Filium ff. de Senat.* & idem Chriſtin. *deciſ.*25. *num.*7. *&* 8. *vol.* 5. Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 168. *& ſeqq.* vbi poſt relatos plures contrarium tenentes, hanc partem longè veriorem profitetur, niſi aliter ſit diſpoſitum ab inſtitutore.

4 Primogenitus dicitur non ſolum ille, qui primo natus eſt, ſed etiam ille, qui proximè ſequitur, etiam ſi verè ſecundo, vel vlteriori loco natus ſit, quando primus mortuus fuit ſine liberis, vel aliàs eſt incapax, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.*128. *num.* 1. *& part.* 12. *recent. deciſ.* 346. *num.*2. *& part.*18. *deciſ.* 284. Tiraquel. *de iure primogenit. quæſt.* 3. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 97. *num.* 9. *conſ.* 220. *num.*58. *& de præſumpt. d. præſumpt.* 92. *num.* 3. vbi etiam *num.* 2. quòd primogenito vocato intelligitur etiam de

eo,

Digitized by Google

eo, qui ſolus natus eſt, facit Rot. *part. 11. recent. deciſ. 337. per tot.* vbi quòd ſecundogenitus, vel vlteriori loco natus, efficitur primogenitus per mortem primorum, ita vt amittat ſecundogenitum, nec poſſit hæreditatem ſecundogenito relictam conſequi, ſi huiuſmodi qualitatem ſecundogeniti non habet de tempore delatæ ſucceſſionis, quod debet attendi, prout illam non habere dicitur, licèt fuerit ſecundo loco natus, ſi primum non agnouit, nam dum prædeceſſit, pro non nato habetur, vt latè explicat Rot. *loc. cit.* coram Bichio *inter eius impreſſas deciſ.* 602.

Quòd primo, vel ſecundogenitus conſideretur naturaliter, & ciuiliter; naturaliter dicitur ille, qui verè primo, vel ſecundo loco natus eſt, ciuiliter autem qui per mortem primi, vel ſecundigeniti illius locum aſſumpſit, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 360. num. 2. &c.* vbi de notabili effectu huiuſmodi diſtinctionis, *part. 17. & 365. in eadem cauſa infr. num. 23.*

5 Primogenitus dicitur ille, qui prior de vtero matris exiuit, dum eſt contentio de duplici partu, cùm ſimul vno impetu duo, vel plures naſci non poſſint, natura id non permittente, *l. Arethuſa ff. de ſtat. hom.* Tiraquel. *de iur. primog. quaſt.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ. 47. num.* 8. & latè explicat Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. part. 2. cap. 5. num. 1. & ſeqq.*

Quando duo ex ſecto matris ventre, vel aliàs ignorato naſcendi ordine ſimul prodeunt, quis eorum ſit præferendus in ſucceſſione primogenituræ, vel Maioratus, ſiue Regni, plures, & diuerſæ extant opiniones, alij enim ſentiunt recurrendum ad ſortem, alij ambo admittendos pro dimidia, quod tutiùs videtur quoad primogenituram, vel maioratum, ſecus in Regno in quo diuerſa viget ratio, de quibus omnibus videndi Tiraquel. *de iur. Primogenit. quaſt. 17. per tot.* Mieres *de Maiorat. part. 4. quaſt. 20. n. 195. &c.* Molina *lib. 3. de Hiſpan. Primogen. cap. 1. num.* 20. Vela *Diſſert. 4. ferè per tot.* & Alphonſ. à Caranza *de part. natural. & legit. cap. 6. num. 18. & ſeqq. per tot. fol. mihi 424. &c.* Io: Torre *d. tract. part. 1. quaſt. 26. §. 4. per tot. fol.* 163.

Quòd inter gemellos eiuſdem partus, ille dicatur primogenitus, qui primò perfectè totus, & integraliter natus eſt, nec ſufficiat vt prior brachium, manum, vel crus foras emiſerit, niſi totus fuerit natus, prout etiam non ſufficit quòd prior fuerit conceptus, ſed debet eſſe prior natus, cùm conceptio tamquam incerta non attendatur, ſed natiuitas, quamuis etiam attenta rei veritate, & ſecundum ordinem naturæ, prior conceptus, prior etiam naſcatur, contra vulgi opinionem fundatam in exemplo ſacchi, quo repleto diuerſis rebus, ſi contingat euacuari, id primum exhauritur, quòd vltimò repoſitum fuit, vt benè demonſtrat Paul. Zacch. *quaſt. medic. legal. tom. 2. lib. 9. tit. 12. de primogen. quaſt. 1. & ſeqq.* vbi citat Tiraquel. Molin. & Ioan. Liceter. *in eorum tract. de primog.* vide Roxas *loc. cit.* vbi quis præferri debeat in ſucceſſione Regni, vel Maioratus, quando ambo in ſecundina inuoluti, aut ex ventre matris ſecto in lucem prodeunt.

6 Primogenitus inter gemellos eiuſdem partus, vbi non conſtat de præuentione in naſcendo, ſed dubij ſumus, qui prior natus fuerit, is præſumendus, & admittendus eſt qui fortior, & formoſior apparet, intelligendo de formoſitate vera, quæ in apta membrorum diſpoſitione conſiſtit, & quæ ſic cum fortitudine cumulari poteſt, & non de illa, quæ eſt potiùs venuſtas muliebris, & imbecillitatem magis, quàm robuſticitatem præſefert Paul. Zacch. *loc. cit. quaſt. 5. per tot.* vbi citat Tiraquel. *de primogen. quaſt. 17. opin. 7. & 8.* Bald. *in proœm. ff. §. nos itaque*, Felin. *in cap. capitulum de reſcript. num.* 46. Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 2. cap.* 5. vbi poſt plura *num. 47. & ſeqq.* oſtendit ex Regno, diuiſo inter duos gemellos maximum reſultare inconueniens, & ideò aliquos tenuiſſe, quòd tali caſu populus eligat, alios quòd conſulatur ſummus Pontifex, & alios denique, quibus ipſe adhæret ſorte dirimatur, & ſic per viam ſortis exemplo Apoſtolorum conſulatur Deus Optimus, & Maximus.

Sed de æquitate vtrumque ſuccedere in primogenitura, ſi neſciatur quis verè ſit primogenitus, latè probat Caluin. *de æquit. lib. 2. cap. 187. per tot.* auctoritate Tiraquel. Molin. & aliorum plurium, de quare plenè Tiraquel. *d. quaſt.* 17. vbi examinat duodecim diuerſas opiniones concludens vt hic, cum aliquibus modificationibus.

7 Primogenitus quiſnam ſit habendus ex duabus gemellis non natis, ſed ab vtero matris ope chirurgi exſectis, dubia ſatis eſt quæſtio, vt per Tiraquel. *d. tract. quaſt. 18. num. 4. &c.*

Sed eiſdem coniecturis, maioris ſcilicèt viuacitatis, fortitudinis, & formoſitatis modo prædicto acceptæ, decidi poſſe, non quis primò natus fuerit, cùm potius à manu chirurgi, quam à natura procedat, ſed quis priùs naſci debuerit, vt is primogenitus dicatur, & iura primogenituræ conſequatur, firmat Paul. Zacch. *loc. ſup. cit. quaſt. 6. & vlt. per tot.* vide Roxas *dict. tract. part. 2. cap. 5. num. 17. & ſeqq.* vbi oſtendit difficillimam eſſe quæſtionem, & diſtinguendum inter ſucceſſionem Regni, & ſucceſſionem maioratus, ſiue indiuidui fideicommiſſi &c.

8 Primogenitura poteſt conſtitui tam maſculo, quàm à fœmina pro conſeruanda agnatione, & regulatur ad inſtar feudorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 621. num. 10. &c.* Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 269. vbi quando comprehendat etiam maſculos ex fœminis deſcendentes.

Quòd inſtituatur cauſa conſeruandæ agnationis, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 15. num. 3. & deciſ. 128. num. 2. dict. part. 2.*

Poteſt tamen etiam ex alijs cauſis inſtitui, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 194. num. 7. &c.* vbi etiam an, & quando poſſit ſtare in ſuſpenſo, vel non.

Quòd dicatur fauorabilis licèt repugnet æqualitati ſeruandæ inter filios, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 191. num.* 10. latè Molin. *de primog. lib. 1. cap.* 18.

Quæ repugnent primogenituræ, & non ſint attendenda verba narratiua, ſed tantùm diſpoſitiua, Rot. *p. 13. recent. deciſ. 465. num. 8. & ſeqq.*

An autem inſtituta primogenitura, ſiue maioratu pro maſculis, vel fœminis, admittantur Hermaphroditi primogeniti, vel alij ſecundogeniti, magna, & curioſa eſt quæſtio, de qua plenè Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 2. cap. 3. per tot.* vbi de quadruplici ſpecie, & differentia hermaphroditorum, &c. facit quod dixi in §. *Matrimonium num. 27. & in §. Sodomia num.* 14.

9 Primogenitura de ſui natura extenditur in infinitum, etiam ſi ſit vocatus primogenitus in numero ſingulari, quia in vltimis voluntatibus numerus ſingularis ſæpè pro plurali accipitur, Altograd. *conſ. 89. num. 56. & lib.* 2. latè Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 407. vbi qualiter, & ex quibus verbis dicatur inducta primogenitura, vel maioratus in perpetuum, & rurſus in eadem cauſa *deciſ. 1. part. 10. recent. & part. 11. deciſ. 436. per tot.*

Quòd ius commune non aſſiſtat primogenituræ, & maioratui tranſuerſalium, ſed reguletur ſecundum ordinem à teſtatore præſcriptum, quo ſtante non recurritur ad iuris communis diſputationem; recipitur tamen à iure canonico vti approbata de iure diuino, idem Altograd. *conſil. 95. num. 48. & 77. lib.* 2.

An primogenitum poſſit teſtamento, vel aliter tolli, & grauari, & an præiudicet legitimæ, Iac. *conſ. 113. part. 1. & conſ. 163. part.* 2. Gudelin. *de iur. feud. part. 3. cap. 4. num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 366. num. 10. &c. vol.* 1. Thom. Valaſc. *alleg.* 63. vbi quòd parentes debitores ſunt filiorum in legitima, cui præiudicare non valent per inſtitutionem primogenituræ, vel maioratus ſine filiorum conſenſu, *infra num.* 20.

10 Primogenituræ ius ſemel acquiſitum poteſt renunciari, & repudiari, maximè vbi non adſunt deſcendentes, in quorum præiudicium poſſet rectè dubitari, an valeat renunciatio, Theſſ. *quaſt. forenſ. cap. 34. num. 32. & lib.* 1. Altograd. *conſ. 101. num. 1. 17. & 18. lib.* 2. Tiraquel. *de iur. primog. quaſt.* 24. vbi an poſſit repudiari in præiudicium creditorum, cum pluribus quæſtionibus ſequentibus, in quibus tractat an, & quando poſſit renunciari ad fauorem ſecundogeniti, vel tertiogeniti omiſſo ſecundo, vel ad fauorem omnium, & alia ad rem, *& quaſt.* 86. vbi quid ſi ille, cui facta eſt renunciatio decedat ſine filijs, an poſſit primogenitus renuncians redire ad primogenituram renunciatam &c.

An ius primogenituræ, & maioratus ſit ceſſibile,

8 Præuentio datur regulariter inter plures iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt, niſi agatur de hæreſi, de qua plures iudices, & Inquiſitores procedere poſſunt, communicato tamen inuicem proceſſu, vt vnitam proferant ſententiam, vel niſi Iudex, qui vult præuenire eſſet incompetens, cùm non detur præuentio, vbi deeſt iuriſdictio; vel niſi vnus procedat per inquiſitionem, & alter per accuſationem, nam qui procedit per accuſationem, etiam poſteriorem, præfertur procedenti per inquiſitionem, quia accuſatio vti remedium ordinatium ſuperueniens facit ceſſare inquiſitionem, vti remedium extraordinatium, ceſſante tamen colluſione, & malitia; vel niſi vnus procedat cum maiori qualitate, vt dixi *ſupra num.* 5. vel niſi alter nulliter procedat, quia per actum nullum non inducitur præuentio, vt ſupra *num.* 2. & ſingillatim probat Conciol. *reſol. crimin. verb. Præuentio reſolut.* 1. *&* 2. *per tot.* allegans Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 20. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 7. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 10. Carleual. *de indic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *& plures alios.*

9 Præuentionis effectus eſt auferre iuriſdictionem ab alio Iudice, qui non præuenit, ità vt præueniens præferatur in procedendo, & alterum ſilere faciat, ac poſſit illi inhibere, cùm nemo debeat pro eadem cauſa à pluribus iudicibus vexari; & ſi ſint plures correi delicti, præuentio facta de vno per citationem, vel alio modo, operetur etiam quoad alios, ne continentia cauſæ diuidatur, quando ſumus in indiuiduis, qualiter præuentio ſit opponenda, quid ſi fuit procurata, & affectata, & alia ad rem, Conciol. *reſol. crimin. verb. Præuentio reſolut.* 2. cum pluribus ab eo citatis, Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præuentio.*

10 Præuentio in ædificando, vel in flumine, vel in materia retractus, & ſimilibus quid operetur Caluin. *de æquit. cap.* 243. *per tot.*

§. PRIMOGENITVRA. XLIV.

1 PRimogenitura, ſiue maioratus, dicitur Ius prioris ætatis honorificum, & vtile competens filio, qui primus eſt in ordine naſcendi, Ioan. Licerier. *de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 4. *&c.* Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt.* 1. *per tot.* Molin. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. vbi etiam an, & quomodo primogenitura, & maioratus inter ſe differant, *& num.* 22. quòd maioratus propriè apud Hiſpanos dicitur ius ſuccedendi in bonis ea lege relictis, vt in familia integra perpetuò conſeruentur, proximoque cuique primogenito ordine ſucceſſiuo deferantur, quam deffinitionem, & alia ad rem facienda, ibidem explicat Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 158. *& ſeqq. fol. mihi* 70. & alibi ſæpè, vbi plura de primogenituris, & Maioratibus, *vt in repert. verb. Maioratus, & verb. Primogenitus.* Quòd primogenitura inter nobiles ſeruetur in Gallia, Hiſpania, alijſque plurimis nationibus, & alia de illius origine, & prærogatiuis, plenè Tiraquel. *de iure Primogen. in Præfat. per tot.*

Quòd primogenitura, & Maioratus quoad inductionem ſint idem inter ſe, & ex quibus verbis inducantur, latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 407. *per tot. & part.* 10. *deciſ.* 1.

Quo iure introducta fuerit primogenitura, an tranſmittatur, quare inuenta, in quibus bonis poſſit conſtitui, & alia, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 651. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1702. 1837. 2603. 1347. *&* 2378. Roxas *loc. cit. & part.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *&c.*

Quòd quando fuit vocatus vnus ex filijs, vel ex hæredibus intelligatur de Primogenito, vel maiore, & ſic per huiuſmodi dictione vnitatis inducatur Primogenitura, latè Roxas *d. tract. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 34. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de bonitate vnionis, ſiue vnitatis, quæ perfectionem inducit, & ad conſeruationem ſicut dualitas ad deſtructionem ſubiecti tendit.

Multa etiam de virtutibus, & præcellentia primi, antiquioris, ac ſenioris, & in omni materia, prima ſemper eſſe meliora cæteris erudirè de more cumulat Tiraquel. *tract. de iur. Primogen. in Præfat. per multas paginas.*

An primogenitura, & modus ſuccedendi per eam poſſit coniecturis, & quibus probari, præcipuè verò ex onere ferendi nomen, & arma familiæ ex obſeruantia, & huiuſmodi, Fontanel. *deciſ.* 32. *& ſeqq.* plenè Torre *infra cit. tom.* 1. *cap.* 8. *&* 9. *per tot. fol.* 59. *ad* 77. *& cap.* 11. *& tom.* 3. *deciſ.* 1. *& ſeqq.* quæ ſunt deciſiones Rotæ Florentinæ.

Multa de primogenituris, & Maioratibus ad ſaturitatem indicant Ægid. de Caſteion, *Alphab. iurid. verb. Maioratus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 77. *& verb. Primogenitura fol.* 398. *&c.*

Materiam autem examinat fusè per quæſtiones Ludouic. de Molina *tract. de Primogenit. Hiſpan.* Paz. *de Tenuta*, Giurba *de ſucceſſ. feud.* Hermenegild. Roxas *de incompat. Regn. & Maiorat.* Tiraquel. *de iur. Primogen.* & nouiſſimè præ cæteris videndus D. Conſil. Io. Torre *in ſuo uberrimo tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Italiæ per tres tomos*, in quorum primo præcipuas quæſtiones reſoluit, in ſecundo alias ſelectas quæſtiones ſuper celebrioribus articulis coram varijs Tribunalibus Italiæ agitatas proponit, in tertio denique deciſiones hucuſque ſequutas exhibet, præcipuè Romæ, Florentiæ, Mutinæ, Bononiæ, Peruſiæ, Lucæ, Ianuæ, & alibi. In quibus locis agitur etiam de ſecundogenituris eiſdem regulis determinandis, & in Indice generali eiuſdem Torre *in fine tom* 3. *verb. Secundogenitus*, & dixi ego in hoc §. *num.* 4. *& num.* 23.

Primogeniti quinam dicantur, quibus modis inducatur primogenitura, quòd non ſemper ſpectet ad primogenitos, non comprehendantur fœminæ, an huiuſmodi iuri poſſit renunciari, & alia plura Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.* 27. *& ſeqq.* Tiraquel. Molin. & alij *in tract. de primog.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 456. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.* 635. *&c.* Roxas *loc. ſup. cit.* 2

Quando autem appellatione primogenitorum veniant etiam fœminæ primogenitæ, dixi in §. *Fœmina num.* 12. latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 269. 397. 398. 399. *&* 400. *per tot.* vbi poſt plura tandem reſolutum fuit, ad primogenituram ordinatam cum qualitate maſculinitatis, non admitti fœminas, nec illarum deſcendentes, licèt maſculos, & maximè ſi tempore purificatæ conditionis non erant nati, quia in fideicommiſſis regulariter illi tantùm admittuntur qui tempore conditionis erant nati, vel ſaltem concepti.

Si autem non fuerit facta mentio maſculorum, neque agnationis, ſub nomine primogeniti indefinitè prolati veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, ita tamen vt fœminæ admittantur tantùm in defectum maſculorum, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 205. vbi pro fœminis, plura tradita per Frances *Conſult. Moral.* 20. *per tot.* vbi de Maioratu inſtituto ſub voce *homo*, an comprehendat fœminas.

Primogenitus (ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd primogenitus ſuccedat in Comitatu) dicitur ille, qui primo natus eſt poſt adeptam dignitatem, quamuis adeſſet alius primogenitus antequam pater factus fuerit Comes, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 976. *num.* 13. *&c.* plures pro hac parte refert etiam Tiraquel. *de primog. quæſt.* 71. licet poſtea adhæreat contrariæ, vt ſequitur. 3

Contrarium probant alij, nempè primogenitum dici etiam natum ante adeptum Regnum, Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 31. Menoch. *conſ.* 677. *lib.* 7. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 92. *num.* 5. Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.* 27. *num.* 14. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 366. *in fine vol.* 1. vbi allegat *l. Senatoris Filium ff. de Senat.* & idem Chriſtin. *deciſ.* 25. *num.* 7. *&* 8. *vol.* 5. Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 168. *& ſeqq.* vbi poſt relatos plures contrarium tenentes, hanc partem longè veriorem profitetur, niſi aliter ſit diſpoſitum ab inſtitutore.

Primogenitus dicitur non ſolum ille, qui primo natus eſt, ſed etiam ille, qui proximè ſequitur, etiam ſi verè ſecundo, vel vlteriori loco natus ſit, quando primus mortuus fuit ſine liberis, vel aliàs eſt incapax, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 128. *num.* 1. *& part.* 12. *recent. deciſ.* 346. *num.* 2. *& part.* 18. *deciſ.* 284. Tiraquel. *de iure primogenit. quæſt.* 3. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 97. *num.* 9. *conſ.* 220. *num.* 58. *& de præſumpt. d. præſumpt.* 92. *num.* 3. vbi etiam *num.* 2. quòd primogenito vocato intelligitur etiam de 4

Digitized by Google

eo, qui ſolus natus eſt, facit Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 337. *per tot.* vbi quòd ſecundogenitus, vel vlteriori loco natus, efficitur primogenitus per mortem primorum, ita vt amittat ſecundogenitum, nec poſſit hæreditatem ſecundogenito relictam conſequi, ſi huiuſmodi qualitatem ſecundogeniti non habet de tempore delatæ ſucceſſionis, quod debet attendi, prout illam non habere dicitur, licet fuerit ſecundo loco natus, ſi primum non agnouit, nam dum prædeceſſit, pro non nato habetur, vt latè explicat Rot. *loc. cit.* coram Bichio *inter eius impreſſas deciſ.* 602.

Quòd primo, vel ſecundogenitus conſideretur naturaliter, & ciuiliter; naturaliter dicitur ille, qui verè primo, vel ſecundo loco natus eſt, ciuiliter autem qui per mortem primi, vel ſecundigeniti illius locum aſſumpſit, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 360. *num.* 2. *&c.* vbi de notabili effectu huiuſmodi diſtinctionis, *part.* 17. *&* 365. *in eadem cauſa infr. num.* 23.

5 Primogenitus dicitur ille, qui prior de vtero matris exiuit, dum eſt contentio de duplici partu, cùm ſimul vno impetu duo, vel plures naſci non poſſint, natura id non permittente, *l. Arethuſa ff. de ſtat. hom.* Tiraquel. *de iur. primog. quæſt.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 47. *num.* 8. & latè explicat Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quando duo ex ſecto matris ventre, vel alias ignorato naſcendi ordine ſimul prodeunt, quis eorum ſit præferendus in ſucceſſione primogenituræ, vel Maioratus, ſiue Regni, plures, & diuerſæ extant opiniones, alij enim ſentiunt recurrendum ad ſortem, alij ambo admittendos pro dimidia, quod tutiùs videtur quoad primogenituram, vel maioratum, ſecus in Regno in quo diuerſa viget ratio, de quibus omnibus videndi Tiraquel. *de iur. Primogenit. quæſt.* 17. *per tot.* Mieres *de Maiorat. part.* 4. *quæſt.* 20. *n.* 195. *&c.* Molina *lib.* 3. *de Hiſpan. Primogen. cap.* 1. *num.* 20. Vela *Diſſert.* 4. *fere per tot.* & Alphonſ. à Caranza *de part. natural. & legit. cap.* 6. *num.* 18. *& ſeqq. per tot. fol. mihi* 424. *&c.* Io: Torre *d. tract. part.* 1. *quæſt.* 26. §. 4. *per tot. fol.* 163.

Quòd inter gemellos eiuſdem partus, ille dicatur primogenitus, qui primò perfectè totus, & integraliter natus eſt, nec ſufficiat vt prior brachium, manum, vel crus foras emiſerit, niſi totus fuerit natus, prout etiam non ſufficit quòd prior fuerit conceptus, ſed debet eſſe prior natus, cùm conceptio tamquam incerta non attendatur, ſed natiuitas, quamuis etiam attenta rei veritate, & ſecundum ordinem naturæ, prior conceptus, prior etiam naſcatur, contra vulgi opinionem fundatam in exemplo ſacchi, quo repleto diuerſis rebus, ſi contingat euacuari, id primum exhauritur, quòd vltimò repoſitum fuit, vt benè demonſtrat Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 12. *de primogen. quæſt.* 1. *& ſeqq.* vbi citat Tiraquel. Molin. & Ioan. Licerier. *in eorum tract. de primog.* vide Roaas *loc. cit.* vbi quis præferri debeat in ſucceſſione Regni, vel Maioratus, quando ambo in ſecundina inuoluti, aut ex ventre matris ſecto in lucem prodeunt.

6 Primogenitus inter gemellos eiuſdem partus, vbi non conſtat de præuentione in naſcendo, ſed dubij ſumus, qui prior natus fuerit, is præſumendus, & admittendus eſt qui fortior, & formoſior apparet, intelligendo de formoſitate vera, quæ in apta membrorum diſpoſitione conſiſtit, & quæ ſic cum fortitudine cumulari poteſt, & non de illa, quæ eſt potiùs venuſtas muliebris, & imbecillitatem magis, quàm robuſticitatem præſefert Paul. Zacch. *loc. cit. quæſt.* 5. *per tot.* vbi citat Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 17. *opin.* 7. *&* 8. Bald. *in proœm. ff.* §. *nos itaque*, Felin. *in cap. capitulum de reſcript. num.* 46. Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 2. *cap.* 5. vbi poſt plura *num.* 47. *& ſeqq.* oſtendit ex Regno, diuiſo inter duos gemellos maximum reſultare inconueniens, & ideò aliquos tenuiſſe, quòd tali caſu populus eligat, alios quòd conſulatur ſummus Pontifex, & alios denique, quibus ipſe adhæret ſorte dirimatur, & ſic per viam ſortis exemplo Apoſtolorum conſulatur Deus Optimus, & Maximus.

Sed de æquitate vtrumque ſuccedere in primogenitura, ſi neſciatur quis verè ſit primogenitus, latè probat Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 187. *per tot.* auctoritate Tiraquel. Molin. & aliorum plurium, de quare plenè Tiraquel. *d. quæſt.* 17. vbi examinat duodecim diuerſas opiniones concludens vt hic, cum aliquibus modificationibus.

Primogenitus quiſnam ſit habendus ex duabus gemellis non natis, ſed ab vtero matris ope chirurgi exſectis, dubia ſatis eſt quæſtio, vt per Tiraquel. *d. tract. quæſt.* 18. *num.* 4. *&c.* 7

Sed eiſdem coniecturis, maioris ſcilicèt viuacitatis, fortitudinis, & formoſitatis modo prædicto acceptæ, decidi poſſe, non quis primò natus fuerit, cùm potius à manu chirurgi, quàm à natura procedat, ſed quis prius naſci debuerit, vt is primogenitus dicatur, & iura primogenituræ conſequatur, firmat Paul. Zacch. *loc. ſup. cit. quæſt.* 6. *& vlt. per tot.* vide Roxas *dict. tract. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi oſtendit difficillimam eſſe quæſtionem, & diſtinguendum inter ſucceſſionem Regni, & ſucceſſionem maioratus, ſiue indiuidui fideicommiſſi &c.

Primogenitura poteſt conſtitui tam maſculo, quàm à fœmina pro conſeruanda agnatione, & regulatur ad inſtar feudorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 621. *num.* 10. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 269. vbi quando comprehendat etiam maſculos ex fœminis deſcendentes. 8

Quòd inſtituatur cauſa conſeruandæ agnationis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 15. *num.* 3. *& deciſ.* 128. *num.* 2. *dict. part.* 2.

Poteſt tamen etiam ex alijs cauſis Inſtitui, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 194. *num.* 7. *&c.* vbi etiam an, & quando poſſit ſtare in ſuſpenſo, vel non.

Quòd dicatur fauorabilis licèt repugnet æqualitati ſeruandæ inter filios, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 191. *num.* 10. latè Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 18.

Quæ repugnent primogenituræ, & non ſint attendenda verba narratiua, ſed tantùm diſpoſitiua, Rot. *p.* 13. *recent. deciſ.* 465. *num.* 8. *& ſeqq.*

An autem inſtituta primogenitura, ſiue maioratu pro maſculis, vel fœminis, admittantur Hermaphroditi primogeniti, vel alij ſecundogeniti, magna, & curioſa eſt quæſtio, de qua plenè Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 2. *cap.* 3. *per tot.* vbi de quadruplici ſpecie, & differentia hermaphroditorum, &c. facit quod dixi in §. *Matrimonium num.* 27. *& in* §. *Sodomia num.* 14.

Primogenitura de ſui natura extenditur in infinitum, etiam ſi ſit vocatus primogenitus in numero ſingulari, quia in vltimis voluntatibus numerus ſingularis ſæpè pro plurali accipitur, Altograd. *conſ.* 89. *num.* 56. *& lib.* 2. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 407. vbi qualiter, & ex quibus verbis dicatur inducta primogenitura, vel maioratus in perpetuum, & rurſus in eadem cauſa *deciſ.* 1. *part.* 10. *recent. & part.* 11. *deciſ.* 436. *per tot.* 9

Quòd ius commune non aſſiſtat primogenituræ, & maioratui tranſuerſalium, ſed reguletur ſecundum ordinem à teſtatore præſcriptum, quo ſtante non recurritur ad iuris communis diſputationem; recipitur tamen à iure canonico vti approbata de iure diuino, idem Altograd. *conſil.* 95. *num.* 48. *&* 77. *lib.* 2.

An primogenitum poſſit teſtamento, vel aliter tolli, & grauari, & an præiudicet legitimæ, Iac. *conſ.* 113. *part.* 1. *& conſ.* 163. *part.* 2. Gudelin. *de iur. feud. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 366. *num.* 10. *&c. vol.* 1. Thom. Valaſc. *alleg.* 63. vbi quòd parentes debitores ſunt filiorum in legitima, cui præiudicare non valent per inſtitutionem primogenituræ, vel maioratus ſine filiorum conſenſu, *infra num.* 20.

Primogenituræ ius ſemel acquiſitum poteſt renunciari, & repudiari, maximè vbi non adſunt deſcendentes, in quorum præiudicium poſſet rectè dubitari, an valeat renunciatio, Theſſ. *quæſt. forenſ. cap.* 34. *num.* 32. *& lib.* 1. Altograd. *conſ.* 101. *num.* 1. 17. *&* 18. *lib.* 2. Tiraquel. *de iur. primog. quæſt.* 24. vbi an poſſit repudiari in præiudicium creditorum, cum pluribus quæſtionibus ſequentibus, in quibus tractat an, & quando poſſit renunciari ad fauorem ſecundogeniti, vel tertiogeniti omiſſo ſecundo, vel ad fauorem omnium, & alia ad rem, *& quæſt.* 86. vbi quid ſi ille, cui facta eſt renunciatio decedat ſine filijs, an poſſit primogenitus renuncians redire ad primogenituram renunciatam &c. 10

An ius primogenituræ, & maioratus ſit ceſſibile,

Digitized by Google

quid in Marchionatu, Ducatu, vel Regno, an poſt ceſſionem cedens retineat nomen dignitatis, & alia de honoribus debitis in memoria priſtinæ dignitatis, Olea *de ceſſ. iur. tit.* 3. *quæſt.* 3. *per tot. & quæſt.* 4. vbi ſi poſſeſſor maioratus ceſſit in fauorem fœminæ, & poſtea naſcatur maſculus, qui præferatur poſt mortem cedentis, adde Tiraquel. *d. tract. quæſt.* 29.

An poſſit in dotem dari, vel pro conſtitutione dotis alienari, Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 189. *num.* 175. *& ſeqq.* vbi quòd ſit adinſtar fideicommiſſi, & vide Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 61. *&* 62. Couar. *reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

Et qualiter Primogenitus ſuccedens in omnibus bonis teneatur alijs fratribus, & ſororibus præſtare alimenta, & congruam dotem, Boſſ. *de dote cap.* 6. §. 2. *&* 3. *per tot. fol. mihi* 213. Rot. *part.* 19 *recent. deciſ.* 241. *per tot.* Tiraquel. *de iur. Primogen. quæſt.* 5. vbi de legitima, an alijs debeatur, *& quæſt.* 55. *&* 56.

11 Primogenitus ad ſacros ordines promotus excluditur à ſucceſſione primogenituræ habentis onus annexum ducendi vxorem, non ſecus ac ſi numquam fuiſſet natus, & tunc admittitur ſecundogenitus, latè Rot. *in Romana Primogenitura* 7. *Maij* 1657. *coram Dunozette per tot.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 99. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 346. *per tot.* vbi fuit confirmata dicta deciſio coram Priolo ſub die 24. Maij 1658.

Quòd clericus, vel Monachus profeſſus in religione bonorum capace ſuccedat in Maioratu, vel Primogenitura, ità vt Monaſterium durante vita Monaci fruatur bonis, niſi maioratus fuerit præcipuè ordinatus pro conſeruatione agnationis, Gam. *deciſ.* 6. *cum addit.* Flores de Mena Cabed. *deciſ.* 137. *num.* 7. *& ſeqq.* Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 81. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 345. *&* 430. alijque plures relati per Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *num.* 142. *& ſeqq.* vide latè Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. part.* 1. *cap.* 30. *per tot. & cap.* 31. *per tot.* vbi quid in fiſco contra delinquentes.

Poteſt tamen maioratus, vel Primogenituræ inſtitutor prohibere, ne ad Clericum, vel Religioſum peruenire poſſit, ad tradita per Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 11. Cabed. *d. deciſ.* 133. *num.* 6. *part.* 1. Caldas *de nominat. emphyt. quæſt.* 6. *num.* 12. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum qu.* 40. *num.* 2. Caſtil. *contr. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 36. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 193. *num.* 2. *&* 194. *num.* 1. Portugal. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 43. *num.* 34. qui Doctores intelligunt dummodò prohibitio ſit expreſſa, ſed vide Torre *d. cap.* 30. *num.* 24. *& part.* 2. *quæſt.* 8. vbi tenet ſufficere tacitam excluſionem ex coniecturis reſultantem.

Secus autem ſi primogenitura non habeat tale onus annexum, nam tunc Clericus primogenitus admittitur, & poteſt vti beneficio ſtatuti, vel conſuetudinis primogenituram inducentis, eodem modo, quo vtitur ſtatuto fœminas excludente, Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt.* 44.

Quòd ſtatutum, ſiue conſuetudo præferens primogenitum ſecundogenito, habeat locum etiam ſi viuo patre ſecundogenitus ſit factus Clericus, & ſic etiam contra Clericum, Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 43. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. Viceol. *Conſult. forenſ. cap.* 50. *num.* 18. *in fine, & num.* 48. vbi eſt deciſio Rotæ Romanæ.

Quando ex diſpoſitione teſtatoris excluſus eſt clericus in ſacris conſtitutus, idem dicendum eſt de Monacho, vel alio Religioſo; & ſi appareat de cauſa finali, vel impulſiua dictæ excluſionis eo quòd velit inſtitutor, vt perpetuetur ſucceſſio per legitimam generationem, vel contrahatur nuptiæ cum perſona de tali familia, cenſetur idem diſpoſitum quoad impotentem ex perpetua, vel naturali impotentia coeundi, vel generandi, cùm militet eadem, & maior ratio, qua ſtante valet argumentum ab impedimento iuris ab impedimentum naturæ, ſecus autem ſi non appareat de dicta cauſa, vt benè probat Roxas *de incomp. Regn. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 12. *& ſeqq.*

12 Primogenitus tamquam habens maiorem partem, & ius potentius in ſucceſſione, eſt præferendus in licitatione cæteris alijs ſuis fratribus, & ſororibus, ſi res aliter commodè diuidi non poſſunt, & ob id ſubbaſtentur, prout ob huiuſmodi rationem incommodæ diuiſionis, videtur quòd poſſit cogere fratres ad accipiendum æſtimationem pro illorum legitima, Menoch. *de arbitr. caſ.* 123. *num.* 11. *& num.* 12.

Primogenitus naturalis tantùm, legitimatus per ſubſequens matrimonium, an tollat ius primogenituræ iam legitimè nati, vide in §. *Filius num.* 15. *&c.* Molin. *de primogenit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. *& ſeqq.* Faiacd. *tract. de legitim. num.* 234. *& ſeqq.* Tiraquel. *tract. de primog. quæſt.* 34. *per tot. & in repet. l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos num.* 64. *Cod. de reuoc. donat.* Ioan. Lecicc. *de primogenit. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 20. Socin. iun. *conſil.* 52. *num.* 7. *lib.* 1. Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 262. *per tot.* cum alijs per eos citatis Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 655. *num.* 3. *& concluſ.* 657. *per tot.* plenè Roxas *de incompatib. Regnor. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 4. *per tot.* vbi poſt plura hincinde concludit pro legitimato per ſubſequens matrimonium, niſi aliter expreſsè appareat de voluntate contraria inſtitutoris Maioratus, vide in §. *Legitimatio num.* 6. 13

Quòd primogenitus natus ex putatiuo matrimonio ſuccedat in Maioratu, & primogenitura, & excludat etiam alios ex vero legitimo matrimonio natos, & quale dicatur matrimonium putatiuum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 337. *vol.* 1.

Quid verò ſit dicendum de filijs adoptiuis, an, & iſti admittantur ad ius primogenituræ, videtur quòd non, cùm ſit nomen naturæ, quod adoptiuis non conuenit, quia non ſunt à patre adoptiuo geniti; ſed maius eſt dubium ſi ſtatutum, vel conſuetudo, ſiue alia diſpoſitio loquatur non de primogenito, ſed ſimpliciter de primo, vel maiore, ſiue ſeniore filio præferendo, quod poteſt adaptari etiam filijs adoptiuis, contra quos nihilominus concludit Tiraquel. *de iur. Primogen. quæſt.* 84. *per tot.*

Primogenituræ ſucceſſio ſolet quatuor obſeruationibus adhibitis deferri, primò namque conſideranda eſt linea, vt illi, qui ex linea vltimi poſſeſſoris procedunt alijs præferantur, nec fiat tranſitus ad alias lineas, donec ex ea aliqui ſuperſunt; ſecundò conſiderandus eſt gradus, vt quis ſunt poſſeſſori magis coniuncti præferantur remotioribus; tertiò conſiderandus eſt ſexus, vt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, & gradus præferatur maſculus; quartò conſideranda eſt ætas; vt inter pares, linea, gradu, & ſexu, maior natu præferatur minori, adeò vt non ſit curandum de gradu niſi in linea, nec de ætate niſi in gradu, ſicuti notandum docet Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 13. *&* 14. Beec. *conſil.* 138. *num.* 46. Surd. *conſ.* 403. *num.* 16. Peregrin. *deciſ.* 42. *num.* 6. *lib.* 3. *& de fideicommiſ. art.* 27. *num.* 14. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 379. *num.* 50. *& quæſt.* 484. *num.* 29. *& ſequentib.* & dixi in reſol. *cap.* 40. *num.* 19. 20. *&* 21. benè Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 18. *per tot. & deciſ.* 26. *& tom.* 2. *deciſ.* 414. Fontanel. *deciſ.* 14. 34. 35. *&* 36. Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt.* 10. *num.* 21. Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §. 2. *gloſ.* 10. *num.* 46. *& ad Conſuet. Meſſan. cap.* 12. *gloſ.* 3. *part.* 1. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 346. *per tot.* vbi *num.* 7. *& ſeqq.* declarat, niſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris, quia tunc poſſet proximitas conſiderari etiam reſpectu gradus extra lineam, ad tradita per Gam. *deciſ.* 7. *num.* 4. Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 22. *art.* 1. *num.* 28. Burat. *deciſ.* 801. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 627. & alios, Rot. *part.* 12. *deciſ.* 297. *per tot.* vbi quando proximitas teſtatoris ſit attendenda, & poſſit primogenitura de vna linea ad aliam tranſire, nempè ſi conſtet de mente teſtatoris, *infra num.* 18. Bich. *deciſ.* 622. quæ eſt ſupracitata *part.* 11. *deciſ.* 346. Hermenegil. Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *per tot. ad num.* 370. vbi copioſè explicantur regulæ omnes linearum inter ſe incompatibilium ad dignoſcendum circa Maioratuum ſucceſſiones verum ſucceſſorem. 14

Primogenitus dicitur filius, ſiue nepos natus ex primogenito præmortuo, & talis nepos, ſiue filius primogeniti admittitur ad primogenituræ ſucceſſionem excluſo patruo, ſiue alio filio ſecundogenito, licèt ætate maiore, cùm ipſe filius, vel nepos primogeniti repræſentet perſonam ſui patris, Marant. *in l. ſi poteſt num.* 258. *ff. de acquir. hered.* Menoch. *conſ.* 211. *lib.* 3. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 92. *num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ.* 15

Digitized by Google

forenſ. cap. 456. *per tot. & cap.* 695. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 209. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Tiraquel. *eod. tract. quæſt.* 40. vbi hanc partem ſequitur, & contrarijs reſpondet Ioan. Lecerier. *eod. tract. lib.* 1. *quæſt.* 25. & 26. Iacob. à Sara *tract. de ead. mater. per tot.* Dec. *conſ.* 443. Grammat. *deciſ.* 1. Couar. *pract. quæſt. cap.* 38. *num.* 6. Gabriel. *de ſucceſſ. ad inteſt. concluſ.* 2. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 656. & 658. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 100. Ceual. *comm. contr. comm. quæſt.* 157. Michalor. *de fratr. part.* 3. *quæſt.* 27. *num.* 9. Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 1. 2. 3. 4. & 5. *per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 387. ex quorum omnium dictis videtur colligi, quæſtionem, licèt apud antiquos, & modernos valdè agitatam, & deciſione Cæſarea indigentem, ſiue, vt alij minus piè dixerunt armis potiùs, & duello, quam legibus definiendam, tamen hodiè apud ferè omnia ſubſellia, contra patruum, & ad fauorem nepotis ex primogenito nati eſſe deciſam, maximè in linea deſcendente, ita vt in legem iam tranſiuiſſe non ſine ratione affirmari poſſe videatur, cum aliquibus tamen declarationibus, & modificationibus, de quibus Fuſar. *d. quæſt.* 387. *num.* 33. *& ſeqq.* & alij ſupracitati, quibus adde plenè Mangil. *de imput. quæſt.* 77. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 539. Bich. *deciſ.* 390. *num.* 12. vbi tangit difficultatem ad effectum, vt non poſſit dici deceptus, qui vnam, vel alteram amplexus fuerit opinionem, latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 203. *per tot.* Ludouic. Bell. *conſil.* 124. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* Anſald. *conſ.* 27. *num.* 27. *& ſeqq.*

Quòd primogenitus, & omnes illius deſcendentes excludant ſecundogenitum, & totam eius lineam, ità vt donec ſupereſt aliquis de linea primogeniti, non admittatur ſecundogenitus, nec aliquis ab eo deſcendens, eſt intelligendum vbi dictus primogenitus ſuperuixit patri communi, & in eius perſona fuit confirmata primogenitura; ſecus autem ſi primogenitus inſtituentis, vel ordinantis maioratum, ſiue primogenituram prædeceſſerit patri communi, nulla vnquam dum viueret adepta poſſeſſionem, vel ſucceſſionem maioris, quia iſto caſu ſecundogenitus reperiens ſe maiorem natu tempore, quo pater communi moritur, & fit locus maioratui, excludit filium primogeniti nepotem ſuum, Surd. *conſil.* 403. *num.* 16. 68. 71. & 134. Menoch. *conſil.* 981. *num.* 10. *& ſeqq.* Bardellon. *conſil.* 60. *num.* 23. Galuan. *conſil.* 1. *num.* 80. *&c.* Capreol. *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 1. *num.* 628. *& ſeqq.* Intrigliol. *de feud. art.* 37. *centur.* 2. *num.* 193. Spio. *de teſtament. gloſ.* 19. *num.* 64. *&c.* Gramat. *deciſ.* 354. *num.* 6. Craſ. *de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſt. quæſt.* 2. *nu.* 11. Sperel. *deciſ.* 72. *num.* 12. latè Tuſch. contrarias referens opiniones *litt. P. concluſ.* 658. *num.* 3. *& ſeqq. per totum*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 34. *num.* 11. *& deciſ.* 41. *num.* 37. *& ſeqq. vol.* 6.

Mihi autem non videtur tuta huiuſmodi diſtinctio, ſiue declaratio, quia prima illius pars, quando ſcilicet primogenitus ſuperuixit patri, & primogenituram adeptus eſt, caret dubitatione, cum tunc non ſolum in primogenitura, ſed in alijs quoque ſucceſſionibus, nepos, tamquam vltimi poſſeſſoris filius, cuius proximitas, & non primi inſtitutoris attenditur excludat patruum, ſicque dicti vltimi poſſeſſoris fratrem ſecundogenitum, qui vti tranſuerſali reputatur, vt benè aduertit Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *in princip.* Tiraquel. *eod. tract. quæſt.* 40. *num.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 387. *num.* 36. vide plenè Mangil. *de imput. quæſt.* 77.

Tota igitur difficultas verſatur in ſecundo capite, quando ſcilicet filius primogenitus moritur viuo adhuc patre, an tranſmittat ius primogenituræ ad filium ſuum primogenitum, excluſo fratre ſuo ſecundogenito, quæ vt ſuperiùs dixi iuxta magis communem opinionem videtur deciſa ad fauorem nepotis ex filio primogenito contra patruum ſecundogenitum, quia ius primogenituræ competens vigore ſtatuti, vel conſuetudinis eſt tranſmiſſibile ad filium ipſius primogeniti, etiam decedentis, viuente adhuc eo, de cuius ſucceſſione ageretur, cùm debitum ex beneficio legis non poſſit auferri, vt benè probat Bellamer. *deciſ.* 717. *num.* 6. & 7. *& deciſ.* 723. *num.* 16. Martha *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 22. *num.* 27. *&c.* Sperel. *deciſ.* 11. *num.* 25. *& deciſ.* 72. *num.* 12. cum alijs ſupracitatis, quibus adde Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 100. *per tot.* vbi plures deciſiones refert Caluin. *de æquitat. lib.* 3. *cap.* 203. *per totum*, Viui. *comm. opin.* 539. vbi refert contrarias opiniones, & ſe remittit diſtinctioni Auguſtini Beroi *in cap. dilecti filij num.* 52. *& ſeqq. de arbitr.* & benè Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 153. *& ſequentib.* Tiraquel. *de primogenit. quæſt.* 40. *per totam*, vbi plenè ſuſtinet partes nepotis contra patruum, *& quæſt.* 41. vbi idem probat procedere etiam in ſucceſſione fratrum, vt filius fratris primogeniti alium fratrem excludat vigore repræſentationis, & quoſque illa procedit in ſucceſſione tranſuerſali, nempè inter fratres, & filios fratrum, & non vltra, vt dixi in §. *Repræſentatio*, Rouit. *deciſ.* 51. *per tot.* Tondut. *quæſt. ciuil.* 89. *per tot.* Caldas Pereyra *conſil.* 15. *per tot. & facit in conſil.* 27. nouiſſimè, ac plenè Barthol. Gattus *conſil.* 7. & 8. *per tot.* vbi plurimos allegat, ac diſſidentium opinione conciliare, & declarare ſatagit, & poſt eum pleniùs Io. Torre *dict. tract. part.* 1. *cap.* 41. §. 8. *fol.* 771. *cum duobus capitibus, & pluribus §§. antecedentibus*, vbi in conflictu litteræ, & ætatis occaſione ſucceſſionis in ampliſſimo Palatio DD. de Grimaldis Nobilium Ianuenſium, multorum doctiſſimorum Virorum Conſultationes inſerit, qui ſuper hoc puncto hincindè ſcripſerunt, *& part.* 2. vbi pariter pluries hunc tetigit articulum, ac deniquè *part.* 3. vbi multas ſuper eodem Illuſtrium Tribunalium Italiæ, deciſiones proditas annexit, & præcipuè *deciſ.* 3. *& ſeqq. deciſ.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 33. cum multis alijs ſequentibus, & D. Aloyſ. Manſ. *Conſult.* 92. *cum pluribus ſeqq. lib.* 1. *& Conſult.* 197. *lib.* 2. & latiùs *Conſult.* 201. *cum ſeptem ſeqq. lib.* 3.

Animaduertendum tamen exiſtimo huiuſmodi Doctores loqui in primogenitura inducta à conſuetudine, vel ſtatuto, ſiue ab aliquo aſcendente inter ſuos deſcendentes, cum Principis licentia, & auctoritate, prout in partibus Hiſpaniæ, & Galliæ, ac alibi inter Principes, & Nobiles ob bonum publicum, vel conſeruationem familiarum; nam vbi ageretur de aliquo maioratu particulari facto per viam legati, vel fideicommiſſi, & ſic quando fuit vocatus maior natu de aliqua familia ſine expreſſione proprii nominis ipſius primi vocati, videtur poſſe ſuſtineri altera opinio prædictorum tenentium eſſe admittendum ſecundogenitum, qui tempore maioratus delati reperitur ætate maior, excluſo Filio primogeniti defuncti ante delatam ipſius maioratus ſucceſſionem; quia quando vocatur maior natu, ſiue ſenior de aliqua familia in genere, cenſetur teſtator habuiſſe reſpectum ad illam qualitatem maioris ætatis, & voluiſſe, quòd qui habet huiuſmodi qualitatem ſuccedat, & non alius illa deſtitutus, etiam ſi (in fortioribus terminis) maioratus ſic per ſaltum tranſire debeat de vna linea ad aliam, quaſi dicta qualitas maioris ætatis à teſtatore requiſita, vti perſonalis non ſit tranſmiſſibilis in filios vltimi poſſeſſoris maioratus, ſed illis poſt habitis tranſeat ad maiorem natu familiæ, ſeu deſcendentiæ contemplatæ, & honoratæ, in quo dicta qualitas reperitur, vt latè probant in puncto Alex. *conſil.* 4. *lib.* 4. *conſil.* 123. *lib.* 1. Rom. *conſil.* 438. *num.* 13. *&c.* Surd. *conſil.* 403. *num.* 39. *& conſil.* 468. Mandel. *conſil.* 60. Theſſ. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *cap.* 35. Mangil. *de imput. quæſt.* 77. *num.* 169. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 695. *per tot. cap.* 456. *num.* 83. & 84. *& cap.* 834. *num.* 6. Redenaſch. *conſil.* 17. *lib.* 1. Altograd. *conſil.* 46. *num.* 20. *&c. conſil.* 47. *num.* 46. *lib.* 2. Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 1. Palma penes Altograd. *conſil.* 95. *num.* 141. *lib.* 2. Merlin. & Iacob. Federig. apud eundem Altograd. *d. conſil.* 95. *num.* 113. *& num.* 156. Merlin. *deciſ.* 9. *num.* 45. *& ſeqq. lib.* 1. Gamm. *deciſ.* 307. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 66. *per tot. & deciſ.* 344. vbi fuit confirmata prima deciſio, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 358. *num.* 24. *&c. quæſt.* 383. *num.* 5. *& quæſt.* 387. *num.* 38. *& ſeqq.* latè Capye. Galeott. *contr.* 48. *per tot. lib.* 1. cum alijs pluribus, quos conſulendo retuli, & ſequutus ſum in meis reſol. *cap.* 40. *per tot.* vide in §. *Linea num.* 5. latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 203. Caren. *reſolut.* 5. Ricc. *Collect.* 1837. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 34. *num.* 11. *& deciſ.* 41. *num.* 37. *& ſeqq. volum.* 6. *& deciſ.* 43. *d. volum* 6. vbi an ius primogenituræ habeat locum in feudis titulo oneroſo acquiſitis, & de prærogatiua gradus, ſexus, & ætatis, facit Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 1. *num.* 10. *& ſeqq.* Ludouic. Bell. *conſ.* 124. vbi pro patruo ſi maior ſit ætate, Olea *de ceſſ.*

iur.

Digitized by Google

iur. tit. 3. quæſt. 4. per tot. latè Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 8. cap. 5. num. 26. & ſeqq. per tot.* vbi poſt plura ad fauorem nepotis natu maioris ex patre minore, concludit iudicandum pro nepote minore ex patre maiore, qui maior reputatur per repræſentationem, quando tamen vocatio maioris facta fuit habito reſpectu ad patrem, vel auum, ſecus autem ſi inſtitutor Maioratus independenter deſiderauit tantùm qualitatem maioritatis, vt ibidem *num. 59. & ſeqq.* ſubtiliter diſtinguit, declarat, atque exemplificat.

16 Primogenitus ſi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis præferatur in Regno, vel feudo, an ſit admittendus, ſi ſit natura mutus, demens, vel aliàs inhabilis, vel potiùs tunc admittatur ſecundogenitus habilis, & idoneus ad gubernium, & adminiſtrationem, vide latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 151. per tot.* vbi concludit ad fauorem ſecundogeniti per doctrinam Alnarot. Præpoſit. & aliorum *in §. Mutus tit. Epiſcopum, vel Abbatem, & in c. Mutus tit. an mutus, & ſurdus, vel aliàs imperf. feud. reten. l. vt gradatim §. 1. ff. de mun. & honor.* Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 2. cap. 6. per tot.* vbi idem firmat in ſimilibus.

Intelligendo, vt dixi quando eſt inhabilis à natura, ſecus ſi ex accidenti, quamuis vtroque caſu contrarium videatur tenere Iaſ. *in repet. l. nemo poteſt. in 1. not. ff. de leg.* 1. nempè dimittendum eſſe Regnum primogenito, licèt inhabili, & gubernari per curatores, niſi pater aliter diſpoſuerit, vide Roxas *loc. cit.*

An autem abſtinente, vel repudiante primogenito admittantur omnes alij æqualiter, vel ſecundogenitus tantùm, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 366. num. 16. &c. volum. 1.* vbi concludit pro ſedundogenito tantùm, vide *ſupra num. 10.* & latè Tiraquel. *de iure Primogen. quæſt. 3. per tot.*

17 Primogenitus licèt vigore primogenituræ plus alijs conſequatur, non tenetur ad debita hæreditaria niſi pro rata, pro qua eſt hæres extra primogenituram, etiam ſi agatur de debito cauſa feudi acquirendi, in quo primogenitura conſiſtit contracto, ad tradita per Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic. 4. num. 5. & ſeqq. volum. 2.* vide tamen quæ dixi in §. *Heres num. 22.* & latè Tiraquel. *de iur. primog. quæſt. 35. per tot.* vbi *num. 27.* videtur contrarium concludere.

Qualiter primogenitura, & maioratus poſſit fundari in rebus emphyteuticis, etiam non conſentiente, & reluctante domino directo, Tiraquel. *de Primog. quæſt. 6. num. 10.* Gamm. *deciſ. 214. & 218.* cum alijs per Creſp. de Valdaur. *obſeru. 106.* vbi tamen refert alios contrarium tenentes.

18 Primogenitura ſemel vnam lineam ingreſſa, ſemper in ea debet remanere donec totaliter fuerit conſumpta, & finita, licèt extent proximiores alterius lineæ conſtituentis, Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. num. 14.* Fontanel. *deciſ. 34. num. 4. &c. deciſ. 76. num. 13.* Rouit. *deciſ. 51.* plenè Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 1. cap. 7.* Rot. *part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 18. & deciſ. 26. per tot.*

Intelligendo prout loquitur iſti Doctores quando linea eſt indeficienter vocata, & agitur de continuanda in ea ſucceſſione, vel quia extent perſonæ verè comprehenſæ, vel intret fictio repræſentationis, ſecus autem quando linea fuit reſtricta ad certas perſonas tantùm, quibus extinctis, voluit teſtator ad aliam tranſire, vt benè declarat Rot. *part. 12. recent. deciſ. 297. num. 2. & ſeqq.*

Et cùm primogenitura ad deſcendentes defertur, an debeat reſpici ad cippum agnationis, vel ad ramos; & inter fœminas quænam præferatur ſi ab iſtis ad maſculos fiat tranſitus, quid ſi ad fœminam alterius familiæ, ſed eiuſdem ſtipitis, & alia, Rot. *part. 12. recent. deciſ. 244. & part. 13. deciſ. 1. per tot.* facit Mattha *vot. Piſ. 106. per tot.* vbi de primogenito vltimi morientis præferendo alteri, qui prius ex alio natus ſit, & ideò qui prius natus ſit, non poſſit ſtatim agere, niſi prius verificetur caſus ſuæ vocationis, & alia ad rem, facit quod dixi in §. *Conditio*, & Rot. *part. 15. recent. deciſ. 269.* copiosè Roxas *d. tract. part. 1. cap. 6.*

19 Primogenitura certo modo à teſtatore inſtituta, non poteſt ab hærede alterari, maximè in ſubſtantialibus, & data facultate nominandi aliquem ex certis perſonis in morte, vel in vltima voluntate, non poteſt electio, ſiue nominatio fieri anticipate, in vita, propter præiudicium, quòd poſſet inferri ex præuentione exiſtentibus de tempore obitus, vt benè explicat Rot. *part. 13. recent. deciſ. 419. per tot.* facit quod dixi in §. *Legatum num. 43. per tot.* vide Rot. *part. 14. recent. deciſ. 519. per tot.*

20 Primogenitura vti diuiſioni, ac ſeparationi non ſubiecta, etiam ſi fuerit ex bonis paternis conſtituta, non eſt cum alijs fratribus conferenda, neque imputanda, etiam quo ad pretium, & valorem bonorum, ſed illa detracta omnes in alijs bonis paternis vnà cum primogenito æqualiter ſuccedunt, Cephal. *conſil. 3. num. 54. & ſeqq. & conſil. 154. per tot.* Tiraquel. *de primogen. quæſt. 5. num. 1. &c.* Michalor. *de Fratrib. part. 1. cap. 32. num. 1.* Mangil. *de imput. quæſt. 37. num. 12. &c.* Peregrin. *de fideicomm. art. 36. num. 107. & 108.* cum alijs per Rot. *part. 14. recent. deciſ. 457. num. 4. & ſeqq. per tot. & part. 15. deciſ. 87. in eadem cauſa*, vbi ex nouiter in facto deductis fuit receſſum à prima deciſione, & hæc vltima fuit iterùm confirmata ſub die 14. Iunij 1669. vt ibidem in fine, licet illam ſuo loco non inuenerim; vide eamdem Rot. *part. 15. deciſ. 253. per tot.* vbi niſi conſtet de contraria voluntate teſtatoris per coniecturas de neceſſitate concludentes, *& deciſ. 377.* vbi plura pro excluſione collationis, & imputationis, maximè quando prouenit ab extraneo, *& deciſ. 378. in eadem cauſa d. part. 15. deciſ. 379.* ibidem pariter in eadem cauſa, *& part. 18. deciſ. 239. num. 2. & ſeqq.* vbi quòd Primogenitura conſtituta à patre filio inter viuos, & non imputatur ei in legitimam, ne alias in eiuſmet principio deſtruatur, *& deciſ. 317. per tot.* vbi plenè ad excluſionem collationis, & imputationis, niſi conſtet de contraria patris voluntate; licet poſtea in eadem cauſa ceſſante ſuppoſito primogenituræ ex facto melius conſiderato, fuerit receſſum à prædictis deciſionibus, collationem admittendo, *d. part. 18. deciſ. 471. per tot. & deciſ. 620. per tot.*

21 Primogenitus an poſſit ante mortem inſtitutoris primogenituræ, vel maioratus agere pro declaratione maioratus, & bonorum illi ſubiectorum, ac etiam adminiſtrationem petere ſtante dementia, vel fatuitate dicti inſtitutoris, vel poſſeſſoris, vide Sanfelic. cum alijs ab eo citatis *deciſ. 165. per tot.* facit quod dixi *ſupra nu. 16. & in §. Fideicommiſſum num. 29. & in §. Poſſeſſor num. 52.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 76.* vbi etiam an poſſit petere cautionem.

An primogenituræ, vel maioratus poſſeſſore adhuc viuente poſſit alius, qui poſt eum ſucceſſores eſt agere, & declaretur ſucceſſor poſt illius mortem, dic quod non niſi poſſeſſor dilapidet, vel alium eligat, vel prætendat bona eſſe libera, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. num. 30. & ſeqq.* Gamm. *deciſ. 6.* Gabriel. Pereyr. *deciſ. 103. & 129.* Caſtil. Sotomaior. *lib. 5. controu. cap. 93. §. 14.* Larrea *deciſ. 38.* Tondut. *reſol. ciuil. cap. 139.* Capyc. Latr. *deciſ. 151.* Valaſc. *conſult. 184.* Giurb *ad Stat. Meſſan. cap. 7. gloſ. 9.*

Quod bona Primogenituræ ſuppoſita non poſſit à grauato transferri in tertium in præiudicium eorum, qui ſuccedere debent ordine graduali, cùm durior ſit conditio recuperandi bona de manu alterius, quam grauati, & ideò poſſit ſtatim agi ad rettactionem actus, & alia, Rota Romana Primogenituræ de Cæſarinis 7. Februarij 1681. coram Paulucio, apud Io: Turre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 3. deciſ. 45. per tot.*

22 Primogenitura inſtitura etiam ex cauſa onetoſa pro matrimonio filij de bonis, vel parte bonorum parentum, quæ extarent tempore mortis, non impedit interim ante mortem, bona fiſco, vel alijs creditoribus obligari, ita vt poſſit Primogenitus præferri, quicquid plura videantur ſuadere contrarium, quibus ſatisfacit pro fiſco concludendo, Larrea *Alleg. fiſc. 76. per tot.* & facit in *Alleg. 75.* vt dixi in §. *Facultas num. 6.*

23 Primo, vel ſecundogenitum à teſtatore inſtituta fauore lineæ alicuius, & in eius defectum vocato primo, vel ſecundogenito alterius lineæ, mortuo primo, vel ſecundogenito primæ lineæ vocatæ ſine filijs, non admittitur ſequens genitus eiuſdem lineæ tamquam ſubintrans in locum, & gradum defuncti, ſed primo, vel ſecundogenitus, alterius lineæ in locum, & caſum deficientiæ primæ lineæ vocatus, cùm appareat teſtatorem intellexiſſe de primo, vel ſecundogenito naturaliter, non autem ciuili-

Digitized by Google

uiliter conſiderato, & alia ad rem, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 360. per tot.* vide ſupra *num.4.*

Sed poſtea receſſum fuit è dicta deciſione, & in eadem cauſa ex multis in facto conſiſtentibus reſolutum, diſpoſitionem prædictam intelligi de primo, vel ſecundogenito ciuiliter, & non naturaliter conſiderato, & ſic admitti debere ſequentem genitum primæ lineæ vocatæ tanquam ſubingredientem in locum, & gradum præcedentis defuncti, & non primum, vel ſecundum genitum alterius lineæ in locum, & caſum deficientiæ primæ lineæ vocatum, vt conſtat ex eadem Rot. *part. 17. recent. deciſ. 301. per tot. & deciſ. 365.* vbi fuit confirmata vltima deciſio ad fauorem ſecundogeniti ciuiliter conſiderati ex prima linea vocata, facit eadem Rot. *part. 18. deciſ. 524. per tot.*

An autem inducta ſecundogenitura, illa deficiente per extinctionem lineæ, tunc maioratus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem, vel anteriorem primogeniti, quæ fuerat omiſſa, ſiue potius progredi ad lineam ſequentem tertio, vel quarto geniti ſuo ordine, egregiè per diſtinctionem plurium caſuum, illos omnes ſubijciendo voluntati inſtitutoris eo modo quo diuinæ Potentiæ voluntas facit ordinem in aſtris reſoluit Roxas *de incompatib. Regn. & Maiorat. part. 1. cap. 8. per tot.* vbi etiam de aſtrologia naturali an admittat incompatibilitatem, à qua dictam diſputationem deſumit, & iuxta illius regulas doctè definit.

Plura alia notabilia in materia Primogeniturarum, & maioratuum, vltrà alios tractatus particulares, tradit, atque doctè reſoluit poſt ſupraſcripta viſus Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. vt in repert. verb. Maioratus, & verb. Primogenitura, ac alibi per tot.* latè etiam, licèt remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Maioratus per tot.*

24 Primogenitura, ſiue maioratus qualiter amittatur per contrauentionem conditionum appoſitarum, ſiue modorum cum differentia quoad fructus; an per contrauentionem patris excludantur etiam eius filij, & deſcendentes, & quando ſententia ob contrauentionem ſit realis, ac linealis, ſiue potius perſonalis, & alia plura circa modum procedendi, deſumendo omnia à maioratu Paradiſi Terreſtris incompatibili cum peccato, ob quod Adam incidit in pœnam priuationis ordine iudiciario ſeruato, pulchrè de Roxas *d. tract. part. 3. cap. 1. per tot.*

Item qualiter amittatur propter hæreſim, etiam quo ad filios, & deſcendentes cum diſtinctione caſuum; quid ſi deuenerit ad monaſterium, & Monachus per quem deuenit efficiatur hæreticus, numquid durante ſaltem vita Monachi poſſit retinere, vel ſtatim transferatur ad ſequentem in gradu, doctè idem Roxas *d. part. 3. cap. 2. per tot.*

Item ob matrimonium contractum inter eos, qui ſunt diſparis cultus, veluti inter Catholicum, Hæreticum, fidelem, & infidelem, & alia ad rem, idem de Roxas *d. part. 3. cap. 3. per tot.*

25 Primogenituræ plures, ſiue maioratus, an, & quando ſint inter ſe incompatibiles ex diſpoſitione legis, vel hominis, ſiue ratione perplexæ conditionis, & grauaminis, ſiue ex incluſione vnius ad excluſionem alterius, aliiſque plurimis ex cauſis, videndus ſemper idem de Roxas *d. tract. de incompatibil. Reg. & Maiorat. part. 3. cap. 5. & part. 4. 5. 6. 7. & 8. per tot.* vbi copioſè, & doctiſſimè de omnibus ſcripſit.

26 De incapacibus ſuccedendi in Maioratibus, & Primogenituris, & præcipuè de fatuis, dementibus, cæcis, ſurdis, & mutis, de illegitimis, vel legitimis ex illegitimis, de legitimatis, & huiuſmodi quando admittantur, vel non, latè Io: Torre *d. tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. part. 1. cap. 28. & ſeqq. & part. 2. quæſt. 19. & ſequent.* De fœminis vide in §. *Fœmina num. 29.*

27 Primogeniti qualiter ſint manutenendi in bonis primogenituræ, cùm illorum poſſeſſio tranſeat de vno in alium, vide DD. citatos in §. *Manutentio num. 25.*

De Maioratibus, & eorum ſucceſſione multa tradit etiam Vela *Diſert. 48. & 49. per tot. vol. 2.*

§. PRINCEPS. XLV.

PRinceps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt contra ſuum ſubditum procedere ſine citatione, 1
quæ eſt pars defenſionis, & de iure naturali, ac diuino, Clar. §. *fin. quæſt. 31. verſ. 1. &c.* vbi Baiard. & quando ſecùs, vide Aſin. *in prax. §. 7. cap. 5. limit. 11. & limit. 35. & §. 6. cap. 13. num. 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 673. n. 13. & per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concl. 689.* vide in §. *Citatio num.* . . Dian. *part. 3. in Addit. reſolut. 29.* Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 217. num. 284. & ſeqq. part. 9. recent.* vbi probat non dari plenitudinem poteſtatis, niſi ad bona, æqua, & iuſta, & rationabilia, cùm nulla ſit poteſtas ad malum; & ſicuti Deus Omnipotens, cuius imaginem in terris Principes referunt, non poteſt velle, quod eſt malum, & iniuſtum, quia poſſe malum non eſt poſſe, ſed deficere à potentia, ità nec illi maiorem debent affectare potentiam, alias habebunt Deum vltorem, idem Rub. *loc. cit. num. 66. & ſeqq.* Franciſc. de Amaya *obſeru. lib. 1. cap. 1. num. 46. & ſeqq.* vide in §. *Arbitrium num. 17.* & plenè, ac doctè Franciſc. de Angelis *in Aſtraal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſcul. 2. num. 75. & ſeqq. ad 176.* Creſp. de Valdaur. *Obſeruat. 2. per tot.* vbi tamen multis modis limitat, *& Obſerat. 3.* vbi quòd multa, quæ non poteſt de iuriſdictione contentioſa, ſunt permiſſa de œconomica, & politica poteſtate.

Quòd non poſſit etiam de plenaria poteſtate auferre reo defenſiones, nec aliquem morti tradere ſine proceſſu, licet ipſe videtur committi delictum, alias dicatur homicida, & grauiſſimè peccet; aliqui tamen tenent in atrocioribus, & ex aliqua iuſta cauſa id per Principem fieri poſſe, quod non eſt improbabile in aliquibus caſibus, Clar. §. *fin. quæſt. 49. verſic. & hoc adeo*, P. Manar. *in Noct. Malencol. Interrog. 154. fol. 248.* vbi citat Nauar. *in Manual. cap. 25. num. 9.* Sot. *de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 1. art. 3.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. Dub. 11.* & alios vide Dian. *part. 3. tract. 5. reſol. 98.* dixi in §. *Iudex num. 5. in fine*, idem Dian. *d. part. 3. in Addit. reſol. 29. & latius part. 10. tract. 15. reſol. 34. per tot.* vbi quando poſſit ex priuata ſcientia morti tradere delinquentem abſque proceſſu, quod benè probat etiam pluribus alijs citatis Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 21. num. 53. & ſeqq.* latè Creſp. de Valdaur. *obſeru. 2. & 3. per tot.* vbi quòd multa ſunt permiſſa de œconomica, & politica poteſtate, non ad punitionem, ſed præſeruationem, imò æquiſſima, & neceſſaria in qualibet benè conſtituta Republica.

Quòd non liceat Principi concedere facultatem interficiendi malefactores ante ſententiam, quia iure naturæ, vt aliquis condemnetur debet prius audiri, vndè facit contra iuſtitiam qui talem facultatem concedit, & qui ea vtitur, ſecùs autem poſt ſententiam, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 2. fol. 39.* vbi tamen ita ſubiungit loquendo de dicta facultate ante ſententiam, *niſi iudicio meo aliquando propter criminis euidentiam, & atrocitatem, periculumque ius ipſum, & ordo iuſtitiæ poſtularet, vt ſtatim malefactor periret, aut ſi eſſet publicus in Rempublicam inuaſor, aut Regis; tunc enim vnicuique liceret hanc vim repellere*, Hier. Cala *de præemin. M.C.V. cap. 4. per tot.* vbi quando liceat Principi ex politica, & œconomica poteſtate priuare vita nocentem iuris ordine prætermiſſo non in pœnam illius, ſed potiùs ad præſeruationem aliorum, *& cap. 6.* vbi de Iudice ſupremo à latere Principis.

Qualiter obtemperandum ſit Principum mandatis, & qua pœna puniantur inobedientes, vel excuſari poſſint, Menoch. *de arbitr. caſ. 365. per tot.* vide in §. *Iudex n. 57. infrà num. 45.* Franciſc. de Angelis *loc. ſup. cit. num. 80. & ſeqq.*

An autem verum ſit quod in ſupremis Principibus reperiatur duplex poteſtas, vna ſcilicet ordinaria, & altera abſoluta, ſiue quæ plenitudo poteſtatis appellatur, latè videndus Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 217. num. 132. & ſeqq. per tot. part. 9. recent.* vbi adhibitis pluribus diſtinctionibus, concludit ipſos Principes etiam ſupremos comprehendi ſub legibus Poli, Naturæ, & Rationis, illiſque poteſtatem regnandi eſſe tributam ob bonum publicum,

Digitized by Google

dicis, qui ſumptis informationibus pronunciabit de valore rei, Menoch. *de arbitr. caſ.*143. *per tot.* vide in §. *Venditio num.* 1. vbi plura, & plures allegaui.

Qualiter pretium ſit neceſſarium in emptione, & venditione, vide in §. *Emptio num.* 1. *&* §. *Venditio num.* 1. Caldas Pereyra *tract. de empt. & vendit. cap.* 18.

Quòd pretium, & illius quantitas demonſtret quid, & quantum venerit in venditione, vel locatione, cùm in dubio iuſtum præſumatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*703. *num.*10. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 73. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.*488. Burat. *deciſ.* 697. *num.* 5. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*225. *num.*37. *& part.*12. *deciſ.* 12. *num.*31. *& ſeqq.* vbi in ſubhaſtatione.

5 Pretium ex vi conuentionis reinueſtiendum in aliqua re immobili pro cautione in caſu euictionis, an poſſit in pluribus reinueſtiri, & in quo loco ſit reinueſtiendum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*229. *&* 230. *per tot.* vide in §. *Pactum num.*.. *&* §. *Pecunia num.*..

An autem inueſtimentum ſit faciendum à venditore, vel ab emptore, vide Bardellon. *conſ.* 141. *per tot. lib.* 2. Surd. *deciſ.* 156. *per tot.*

Quòd ſtante pacto reinueſtiendi, non poſſit reinueſtiri in redimenda domo vigore pacti de retrouendendo competentis ei, qui tenebatur ad reinueſtimentum, ſed debet implicari in acquiſitione nouæ rei, & non propriæ ipſius debitoris, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 616. *per tot.*

6 Pretium cenſus in genere non eſt determinatum, ſed taxatur iuxta pacta contrahentium, & conſuetudines locorum, exceptis cenſibus impoſitis per Vniuerſitates, vel Communitates, in quibus per Conſtitutionem Clem. VIII. primo Maij 1592. fuit taxatum ad rationem ſeptem pro centenario: ſemel tamen conſtitutum quoad cenſus particulares, non poteſt in redemptione minui, vel augeri, ſed benè in translatione de vno ad alium, & ideò ſi cenſus ſit litibus inuolutus, ſeu aliàs minus tutus poteſt minori pretio vendi, quàm fuerit ab initio conſtitutus, latè Cenc. *de Cenſ. quæſt.*46. *&* 47. *per tot. & quæſt.*72. *num.*17. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 141. *num.* 24. *&c. cap.* 545. *num.*5. *&c. ad* 20. *cap.*589. *num.* 15. *cap.* 985. *num.* 21. *&c.* Dian. *part.* 1. *tract.*8. *reſol.* 36. vbi quòd poteſt minus vendi, etiam ſi non ſit periculoſus, quia merces omnes vltroneæ vileſcere poſſunt vſque ad tertiam, vel etiam dimidiam partem, vide latè Giurb. *deciſ.* 117. *per tot.*

7 Pretium cenſus debet eſſe certum, & conuentum, ac ſolui in pecunia numerata, niſi eſſemus in cenſu, qui à debitore dotis conſtitueretur cauſa dotium aſſignandarum, vel niſi loco pecuniæ detur cedula bancaria, vel niſi agatur de translatione cenſus iam legitimi conſtituti, Cenc. *de Cenſ. quæſt.*48. *per tot & quæſt.* 50. *num.* 27. vide Conſtitutionem B. Pij V. declaratoriam Bullæ de Cenſibus ab eodem editæ, & dixi in §. *Cenſus num.* 5. *& ſeqq.* Rot. *part.*9. *recent. vol.*1. *deciſ.*20. *num.* 11. *& ſeqq.* Leotard. *de vſur. quæſt.*59. *num.*43. *&c.* vbi de cenſu pro dote conſtituto ſine pecunia valido.

Ità vt ſi dictum pretium, exceptis dictis caſibus, partim ſoluatur in pecunia numerata, & partim in alia re, cenſus reddatur in totum nullus, cùm illius natura, & forma alteretur, & ſimus in indiuiduis, in quibus vtile vitiatur per inutile, latè Cenc. *d. tract. quæſt.*49. *per tot.*

8 Pretium cenſus debet de forma in ipſo actu celebrationis inſtrumenti ſolui in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, nec ſufficit renunciatio etiam iurata exceptionis non numeratæ pecuniæ, ità vt in vtroque foro non ſuſtineatur, etiam ſi doceatur de reali ſolutione facta poſt contractum; ſuſtineretur tamen docendo de præcedente numeratione, & præſente actuali traditione, vel ſi loco illius detur cedula bancaria, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 50. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 588. *num.* 1. *&c. cap.* 853. *num.*36. vide in §. *Cenſus num.*5. *& ſeqq.* Rot. *part.*9. *recent. vol.*1. *deciſ.* 20. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* Bich. *deciſ.* 614. vbi qualiter poſſit iſta nullitas ſanari, & an ſanatio retrotrahatur ad initium in præiudicium aliorum, quibus interim fuiſſet ius quæſitum, & concludit pro affirmatiua, & Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 356.

Quòd cenſus ex credito creatus, & ex gratia ſanatus non ſumat anterioritatem à die crediti, ſed tantùm à die creationis ipſius cenſus, & quare, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*243. *num.*10. *& ſeqq.* vide in §. *Cenſus num.* 6. Bich. *deciſ.*614. *num.*17. *& ſeqq.* vbi tamen quòd hypotheca competens pro credito non extinguitur per illius tranſfuſionem in cenſum, quando cenſus eſſet nullus, maximè ſtante reſeruatione, quæ etſi aliàs reputetur incompatibilis, non eſt talis ſtante cenſus nullitate ob æquitatem ſuadentem, ne creditor amittat hypothecam antiquam, & nouam cenſus exercere non valeat ob eius nullitatem.

Quòd cenſus decurſi poſſint conuerti in ſortem, & in emptionem alterius cenſus, tam cum extraneo, quam cum ipſo debitore quando realiter, & verè debentur, quia nihil eſt quòd repugnet, intelligendo tamen extra terminos Bullæ B. Pij V. & vbi non eſt vſu recepta, vt in Regno Siciliæ, in quo fuit abrogata à Gregorio, & confirmata Bullæ Nicolai, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *quæſt.* 6. *tit. de cenſ. fol.*281. vbi quòd idem eſt in interuſurijs dotalibus, vide in §. *Cenſus num.* 6. Bich. *deciſ.* 714. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi inclinat pro validitate, etiam in foro fori, & ſtante dicta Bulla, licèt non firmet, & Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.*41. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 356. vbi quòd eſt validus mediante ſanatoria Pontificis, Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 13. Noguerol. *allegat.* 22.

Pretium cenſus poteſt ſolui, etiam de pecunia aliena, 9
ad hoc vt dicatur ſatisfactum Bullæ, dummodò ad manus venditoris cenſus totum, & integrum realiter, & cum effectu perueniat; & illius dominus efficiatur, etiam per momentum temporis, quamuis poſtea ex alia cauſa eidem emptori illud reſtituat, puta pro ſolutione alterius debiti, quia ex illa momentanea retentione, & dominio conſequitur commodum liberationis alterius primæ obligationis, Cenc. *de Cenſ. d. quæſt.*50. *num.*24. *& ſeqq.* Pariſ. *conſil.*75. *num.*37. *&c. lib.* 4. Rot. poſt Cenc. *d. tract. deciſ.* 125. *num.* 1. *deciſ.*163. *num.* 4. *& deciſ.* 187. *num.* 10. latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de cenſibus qu.* 5. *fol.*279. vbi benè declarat qualiter ſuſtineatur cenſus pro debito, vel re æſtimata, alia pecunia apparenter expoſita, quia debitum verum, & reale maturatum conuerti in pretium emptionis, & venditionis cenſus, iuxta mentem Bullæ, etiam ſi daretur res æſtimata iuſto pretio, nam quando datur res æſtimata dicitur pretium, vide in §. *Cenſus num.*6. *&* 7.

Pretium cenſus fuiſſe verè, & realiter ſolutum coram 10
notario, & teſtibus, probatur ex aſſertione eiuſdem notarij in inſtrumento, Bart. *in l. ſingularia num.* 22. *ff. ſi cert. pet.* cum alijs per Cenc. *d. tract. quæſt.*51. *num.*1. *&c.*

Admitteretur tamen probatio in contrarium, quæ cùm agatur de arguendo notarium de falſo, & contra publicum inſtrumentum debet eſſe concludens, plena, & per teſtes omni exceptione maiores, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*141. *num.*34. *&c.* latè Cenc. *d. quæſt.*51. *per tot.*

Pretium cenſus, an, & quando poſſit repeti, vel non, 11
ſi ille, qui cenſum impoſuit deſinat poſſidere fundum, eò quia illum alienauerit, vel fuerit peremptus, vel euictus, latè Matt. Medic. *Exam.* 18. *per tot. cum duabus deciſionibus ſeqq. & Addit.* vide in §. *Cenſus num.*

Pretium intelligitur de pecunia numerata, & vbi ex- 12
primitur, venditio cenſetur, ac ad multa conſideratur Tuſch. *litt. P. concl.*485. *& ſeqq.*

Quòd deſumatur ex communi valore in foro publico pecunia numerata, & non ex particulari, *l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* Gratian. *diſcept.*42. *nu.* 31. Rot. *in Rauennaten. bon.* 12. *Iunij* 1676. coram Albergato, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.*58. *num.* 18. vide in §. *Valor.* Et plura de pretij rerum remiſſiuè Ægid. de Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Pretium.*

Plura de diuerſis pretijs, & eorum effectibus habentur 13
per Bertachin. *in Repertor. verb. Pretium*, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.*2. *eod. verb.* & alios citatos à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eod. verb. fol.*395.

De pretio intrinſeco beneficio temporis aucto, cuius 14
commodo cedat in diuerſis caſibus, latè explicat videndus Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.*2. *quæſt.*65. *num.* 12. *& ſeqq. per tot.* & alia indicat *in Repert. general. verb. Pretium.*

Digitized by Google

§. PRÆVENTIO. XLIII.

1 PRæuentio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus quos effectus operetur, latè Guaz. *ad deff. cap.* 8. & 9. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 117. & 194. latius tamen ex profeſſo, Tondut. *tract. de præuent. num.*.. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 645. & *ſeqq. ad* 650. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 31. *volum.* 2. vbi in quibus, & contra quos competat præuentio, & ibidem *deciſ.* 32. *per tot.* & *deciſ.* 162. *vol.* 2. Martha *vot. Piſ.* 135. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 126. *per tot.* & *de factis ſcient. & ignorant. Diſtinct.* 65. & 66. *cent.* 2. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 34. *per tot.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Forum reſol.* 2. & 3. vbi de præuentione ratione delicti commiſſi in pluribus locis, vel in confinio duarum Ciuitatum, niſi caput occiſi fuerit repertum in territorio vnius tantùm, quia tunc ſolus iudex illius loci procedere poteſt, vide in §. *Delictum num.* 18.

Plura de præuentione quid, & quotuplex ſit, inter quos iudices, & quando procedat, vel non, ex quibus actibus inducatur, quos effectus operetur, & alia Carleual. *de iudic. tit.* 1. *Diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *per tot. fol.* 193. &c. Cabed. *reſolut.* 142. *part.* 1. Bertachin. *in Repertor. verb. Præuentio*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *eod. verb.*

2 Præuentio vera inducitur per capturam iuſtam, non autem per nullam, & illicitam, nec quando fuit affectata à delinquentem, nec per ſpontaneam compartitionem, Sperel. *deciſ.* 134. *num.* 1. 2. & 74. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 171. &c. *fol.* 87. vbi quòd quando agitur contra contumacem non attenditur præuentio, ſed quilibet procedit, & condemnat, & reus ſi poſtea fuerit captus, vel ſponte ſe præſentauerit ſubibit pœnam à iudice capiente, vel ab eo coram quo elexerit comparere impoſitam, ceſſante tamen fraude, & alia, vt ibi per eum, & Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 55. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. Conciol. *reſol. crim. verb. Præuentio reſolut.* 2. *num* 11. & *ſeqq.*

Alia de præuentione quomodo inducatur, Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 12 *num.* 58. & *ſeqq.* Guaz. *deffenſ.* 1. *cap.* 9. *per tot.* & alij nouiſſimè citati per Raynald. *rer. Syntax. crimin. cap.* 1. §. 10. *num.* 39. & *ſeqq.* & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Præuentio fol.* 392. &c.

De præuentione non ſolum inter iudices, & notarios, tam criminales, quàm ciuiles, ſed etiam inter priuatos quoad diuerſos effectus; ex quibus inducatur, vel non; quando ceſſet, vel reddatur inutilis; quibus non noceat ob priuilegium fori; quomodo finiatur, vel extinguatur, an afficiat tertium in cauſa pro ſuo intereſſe interuenientem; pro quibus delictis, & cauſis procedat, per capturam præferri citationi verbali, de forma, & praxi illam opponendi, de pœnis contra eos, qui poſt cauſam ab vno iudice præuentam, aduerſarium trahunt ad alias Curias, & huiuſmodi videndus ex profeſſo Tondut. *tract. de præuent. part.* 1. 2. & 3. *per tot.* vltra alios iam citatus.

Ex quibus actibus inducatur præuentio, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1226. *per tot.* Franch. *deciſ.* 505. *per tot.* Farinac. *de inquiſit. quæſt.* 6. *num.* 52. & *ſeqq.* Tondut. *tract. de præuent. per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 647. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 162. *volum.* 2. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 336. *verſ. Præterea*, vbi quòd inducitur vel per citationem verbalem executam, vel per citationem realem, & ante citationem nullo actu exteriori cenſetur inducta, quia ante citationem non conſideratur actus formans iuriſdictionem, Maſtril *deciſ.* 10. *num.* 1. Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 56. Mattha *vot. Piſ.* 235. *num* 4. & *ſeqq.* vbi qualiter, citatio realis præferatur verbali quando ſumus adhuc in fabricatione proceſſus, ſecus autem iam lata ſententia, de quibus latè Conciol. *reſolut. crim. verb. Præuentio reſolut.* 3. *per tot.* Coſta *de factis ſcient. & ignorant. Diſtinct.* 65. & 66. *cent.* 2. vbi intelligit de citatione valida, ſecus de inualida, niſi defectus remaneat purgatus per compartitionem citati coram iudice competente, ſecus autem coram iudice notoriè incompetente; quid ſi emanauerint citationes verbales ab vtroque iudice, & alia ad rem, Cartar. *deciſ. crim.* 31. & 32.

vbi an inducatur præuentio ex promiſſione facta præſentando in carceribus, vel commiſſione capturæ, & tentata captura, ità vt ſi interim alter iudex præuenerit in captura ſit præferendus, vel non, & concludit pro ſecundo iudice capturante.

3 Præuentio attenditur, non ſolum reſpectu diei, & horæ, ſed etiam puncti, & momenti, & quid ſeruandum in dubio ſi de illa non appareat, in materia præuentionis circa collationem beneficij, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 8. & *ſeqq. fol.* 220. & in alijs, Baiard. ad Clar. *q.* 38. *num.* 86. & *ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 63. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. & *ſeqq.*

Facta præuentione in duobus Tribunalibus eadem die, & hora, in quo remanere debeat cauſa; dic quòd tunc ceſſat fundamentum præuentionis, & cauſa remanet ei, in quo ſperetur vberior locus iuſtitiæ, ſecundum Boſſ. *de for. compet. num.* 104. Scacc. *de iud. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 73. vel coram iudice rei ſecundum Vant. *de nullit. ex defect. iuriſd. num.* 203. vel coram ſuperiore, vt per Conſtan. Caſar. *peregr.* 99. *quæſt.* 45. *num.* 11. & *ſeqq.* vbi loquitur in ciuilibus, & an pendente iudicio præuentionis ſit ſuperſedendum in iudicio executiuo vigore apocæ, & alia ad rem *quæſt.* 46.

4 Præuentio non habet locum inter iudicem loci commiſſi delicti, & iudicem originis, vel domicilij quando ſunt ſub diuerſis Principibus, vel Præſidibus Prouinciarum, ſed poſſunt omnes contra delinquentem procedere, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 162. *num.* 8. & *per tot.* facit Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 162. *volum.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 68. *per tot.* vbi plura an Baro, ſiue iudex loci delicti præferatur Baroni, vel iudici originis, ſeu domicilij quando iſte præuenit, & habet in priuilegio clauſulam cognoſcendi de delictis etiam extra territorium commiſſis, dixi in §. *Iudex num.* 45. & latè idem Sanfelic. *deciſ.* 336. *cum Addit.* vbi videtur firmare eſſe locum præuentioni inter iudices loci delicti, originis, & domicilij, & allegat Franch. *deciſ.* 37. 88. & 505. Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 51. & *ſeqq.* ac alios.

5 Præuentio non ſuffragatur contra iudicem procedentem cum grauiori qualitate delicti, & plura de præuentione quòd non inducatur per inquiſitionem, ſed neceſſaria ſit citatio legitimè executioni demandata, & alia, vide per Farinac. *de inquiſit. quæſt.* 7. *num.* 53. & *ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 178. *fol.* 88. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 31. & 32. *volum.* 1. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 10. *num.* 28. Carleual. *de iud. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *num.* 887. & *ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Præuentio reſol.* 1. *num.* 7. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 65. & 66. *cent.* 2.

6 Præuentio habet locum ſolummodo inter iudices habentes æqualem iuriſdictionem, nam quando vnus ex iudicibus concurrentibus ad cognoſcendum de delicto habet iuriſdictionem cum clauſula abdicatiua, vel priuatiua quoad alios, ſolus præfertur in cognoſcendo, etiam ſi alius præuenerit, Felin. & alij *in cap. paſtoralis num.* 7. *de off. ordin.* Capyc. *deciſ.* 9. *in fine*, Roland. *conſ.* 48. *n.* 20. *vol.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 336. *num.* 22. & 23. & *in Addit. verſ. Et etiam*, & *in Prax. ſect.* 25. *num.* 24. & *ſeqq.* vbi plura de effectu dictæ clauſulæ.

7 Præuentio quamuis de iure communi non inducatur ante citationem realem, vel verbalem, vt dixi ſupra *num.* 2.

Florentiæ tamen vigore legis municipalis de die 18. Nouembris 1478. nuncupatæ *Giſmondina* §. *non poſſino*, regiſtratæ in libro tertio ſtatutorum Criminalium fol. 180. à tergo, Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum non ſolùm habet præuentionem in omnibus delictis (niſi ſit aliter expreſsè diſpoſitum) cum quolibet officiali dictæ Ciuitatis, & nonnullis alijs Rectoribus Diſtrictus Florentini, nempè Vicariatuum Sancti Ioannis, Scarperiæ, Sancti Miniatis, & Certaldi, vt dixi in Pract. §. *Magiſtrato num.* 8. & *num.* 14. ſed etiam cenſetur præueniſſe per ſimplicem notitiam priùs habitam de delicto, & querelæ acceptationem, vt clarè diſponitur in dicta lege; ac idem ſeruari audiui in alijs ciuitatibus, in quibus adſunt plures iudices habentes iuriſdictionem criminalem cum præuentione, vt Rauennæ inter Eminentiſſimum Legatum Prouinciæ, & D. Gubernatorem Ciuitatis, & alibi diuerſis tamen modis, & formis.

Digitized by Google

8 Præuentio datur regulariter inter plures iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt, niſi agatur de hæreſi, de qua plures iudices, & Inquiſitores procedere poſſunt, communicato tamen inuicem proceſſu, vt vnitam proferant ſententiam, vel niſi iudex, qui vult præuenire eſſet incompetens, cùm non detur præuentio, vbi deeſt iuriſdictio; vel niſi vnus procedat per inquiſitionem, & alter per accuſationem, nam qui procedit per accuſationem, etiam poſteriorem, præfertur procedenti per inquiſitionem, quia accuſatio vti remedium ordinarium ſuperueniens facit ceſſare inquiſitionem, vti remedium extraordinarium, ceſſante tamen colluſione, & malitia; vel niſi vnus procedat cum maiori qualitate, vt dixi *ſupra num.* 5. vel niſi alter nulliter procedat, quia per actum nullum non inducitur præuentio, vt ſupra *num.* 2. & ſingillatim probat Conciol. *reſol. crimin. verb. Præuentio reſolut.* 1. *&* 2. *per tot.* allegans Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 20. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 7. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 10. Carleual. *de indic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *& plures alios.*

9 Præuentionis effectus eſt auferre iuriſdictionem ab alio iudice, qui non præuenit, ità vt præueniens præferatur in procedendo, & alterum ſilere faciat, ac poſſit illi inhibere, cùm nemo debeat pro eadem cauſa à pluribus iudicibus vexari; & ſi ſint plures correi delicti, præuentio facta de vno per citationem, vel alio modo, operetur etiam quoad alios, ne continentia cauſæ diuidatur, quando ſumus in indiuiduis, qualiter præuentio ſit opponenda, quid ſi fuit procurata, & affectata, & alia ad rem, Conciol. *reſol. crimin. verb. Præuentio reſolut.* 2. cum pluribus ab eo citatis, Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Præuentio.*

10 Præuentio in ædificando, vel in flumine, vel in materia retractus, & ſimilibus quid operetur Caluin. *de æquit. cap.* 243. *per tot.*

§. PRIMOGENITVRA. XLIV.

1 PRimogenitura, ſiue maioratus, dicitur ius prioris ætatis honorificum, & vtile competens filio, qui primus eſt in ordine naſcendi, Ioan. Licerier. *de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 4. *&c.* Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt.* 1. *per tot.* Molin. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. vbi etiam an, & quomodo primogenitura, & maioratus inter ſe differant, *& num.* 22. quod maioratus propriè apud Hiſpanos dicitur ius ſuccedendi in bonis ea lege relictis, vt in familia integra perpetuò conſeruentur, proximoque cuique primogenito ordine ſucceſſiuo deferantur, quam deffinitionem, & alia ad rem facienda, ibidem explicat Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 158. *& ſeqq. fol. mihi* 70. & alibi ſæpè, vbi plura de primogenituris, & Maioratibus, *vt in repert. verb. Maioratus, & verb. Primogenitus.* Quòd primogenitura inter nobiles ſeruetur in Gallia, Hiſpania, aliiſque plurimis nationibus, & alia de illius origine, & prærogatiuis, plenè Tiraquel. *de iure Primogen. in Præfat. per tot.*

Quòd primogenitura, & Maioratus quoad inductionem ſint idem inter ſe, & ex quibus verbis inducantur, latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 407. *per tot. & part.* 10. *deciſ.* 1.

Quo iure introducta fuerit primogenitura, an tranſmittatur, quare inuenta, in quibus bonis poſſit conſtitui, & alia, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 651. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1702. 1837. 2603. 1347. *&* 2378. Roxas *loc. cit. & part.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *&c.*

Quòd quando fuit vocatus vnus ex filijs, vel ex hæredibus intelligatur de Primogenito, vel maiore, & ſic per huiuſmodi dictione vnitatis inducatur Primogenitura, latè Roxas *d. tract. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 34. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de bonitate vnionis, ſiue vnitatis, quæ perfectionem inducit, & ad conſeruationem ſicut dualitas ad deſtructionem ſubiecti tendit.

Mulsa etiam de virtutibus, & præcellentia primi, antiquioris, ac ſenioris, & in omni materia, prima ſemper eſſe meliora cæteris eruditè de more cumulat Tiraquel. *tract. de iur. Primogen. in Præfat. per multas paginas.*

An primogenitura, & modus ſuccedendi per eam poſſit coniecturis, & quibus probari, præcipuè verò ex onere ferendi nomen, & arma familiæ ex obſeruantia, & huiuſmodi, Fontanel. *deciſ.* 32. *& ſeqq.* plenè Torre *infra cit. tom.* 1. *cap.* 8. *&* 9. *per tot. fol.* 59. *ad* 77. *& cap.* 11. *& tom.* 3. *deciſ.* 1. *& ſeqq.* quæ ſunt deciſiones Rotæ Florentinæ.

Multa de primogenituris, & Maioratibus ad ſaturitatem indicant Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Maioratus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 77. *& verb. Primogenitura fol.* 398. *&c.*

Materiam autem examinat fusè per quæſtiones Ludouic. de Molina *tract. de Primogenit. Hiſpan.* Paz. *de Tenuta*, Giurba *de ſucceſſ. feud.* Hermenegild. Roxas *de incompat. Regn. & Maiorat.* Tiraquel. *de iur. Primogen.* & nouiſſimè præ cæteris videndus D. Conſil. Io. Torre *in ſuo vberrimo tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Italiæ per tres tomos*, in quorum primo præcipuas quæſtiones reſoluit, in ſecundo alias ſelectas quæſtiones ſuper celebrioribus articulis coram varijs Tribunalibus Italiæ agitatas proponit, in tertio denique deciſiones hucuſque ſequutas exhibet, præcipuè Romæ, Florentiæ, Mutinæ, Bononiæ, Peruſiæ, Lucæ, Ianuæ, & alibi. In quibus locis agitur etiam de ſecundogenituris eiſdem regulis determinandis, & in Indice generali eiuſdem Torre *in fine tom* 3. *verb. Secundogenitus*, & dixi ego in hoc §. *num.* 4. *& num.* 23.

Primogeniti quinam dicantur, quibus modis inducatur 2
primogenitura, quòd non ſemper ſpectet ad primogenitos, non comprehendantur fœminæ, an huiuſmodi iuri poſſit renunciari, & alia plura Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.* 27. *& ſeqq.* Tiraquel. Molin. & alij *in tract. de primog.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 456. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.* 635. *&c.* Roxas *loc. ſup. cit.*

Quando autem appellatione primogenitorum veniant etiam fœminæ primogenitæ, dixi in §. *Fœmina num.* 12. latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 269. 397. 398. 399. *&* 400. *per tot.* vbi poſt plura tandem reſolutum fuit, ad primogenituram ordinatam cum qualitate maſculinitatis, non admitti fœminas, nec illarum deſcendentes, licèt maſculos, & maximè ſi tempore purificatæ conditionis non erant nati, quia in fideicommiſſis regulariter illi tantùm admittuntur qui tempore conditionis erant nati, vel ſaltem concepti.

Si autem non fuerit facta mentio maſculorum, neque agnationis, ſub nomine primogeniti indefinitè prolati veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, ita tamen vt fœminæ admittantur tantùm in defectum maſculorum, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 205. vbi pro fœminis, plura tradita per Frances *Conſult. Moral.* 20. *per tot.* vbi de Maioratu inſtituto ſub voce *homo*, an comprehendat fœminas.

Primogenitus (ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd 3
primogenitus ſuccedat in Comitatu) dicitur ille, qui primo natus eſt poſt adeptam dignitatem, quamuis adeſſet alius primogenitus antequam pater factus fuerit Comes, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 976. *num.* 13. *&c.* plures pro hac parte refert etiam Tiraquel. *de primog. quæſt.* 71. licet poſtea adhæreat contrariæ, vt ſequitur.

Contrarium probant alij, nempè primogenitum dici etiam natum ante adeptum Regnum, Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 31. Menoch. *conſ.* 677. *lib.* 7. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 92. *num.* 5. Michalor. *de Fratr. part.* 3. *cap.* 27. *num.* 14. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 366. *in fine vol.* 1. vbi allegat *l. Senatoris Filium ff. de Senat.* & idem Chriſtin. *deciſ.* 25. *num.* 7. *&* 8. *vol.* 5. Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 168. *& ſeqq.* vbi poſt relatos plures contrarium tenentes, hanc partem longè veriorem profitetur, niſi aliter ſit diſpoſitum ab inſtitutore.

Primogenitus dicitur non ſolum ille, qui primo na- 4
tus eſt, ſed etiam ille, qui proximè ſequitur, etiam ſi verè ſecundo, vel vlteriori loco natus ſit, quando primus mortuus fuit ſine liberis, vel aliàs eſt incapax, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 128. *num.* 1. *& part.* 12. *recent. deciſ.* 346. *num.* 2. *& part.* 18. *deciſ.* 284. Tiraquel. *de iure primogenit. quæſt.* 3. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 97. *num.* 9. *conſ.* 220. *num.* 58. *& de præſumpt. d. præſumpt.* 92. *num.* 3. vbi etiam *num.* 2, quòd primogenito vocato intelligitur etiam de

eo,

Digitized by Google

ro, qui ſolus natus eſt, facit Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 337. *per tot.* vbi quòd ſecundogenitus, vel vlteriori loco natus, efficitur primogenitus per mortem primorum, ita vt amittat ſecundogenitum, nec poſſit hæreditatem ſecundogenito relictam conſequi, ſi huiuſmodi qualitatem ſecundogeniti non habet de tempore delatæ ſucceſſionis, quod debet attendi, prout illam non habere dicitur, licèt fuerit ſecundo loco natus, ſi primum non agnouit, nam dum prædeceſſit, pro non nato habetur, vt latè explicat Rot. *loc. cit.* coram Bichio *inter eius impreſſas deciſ.* 602.

Quòd primo, vel ſecundogenitus conſideretur naturaliter, & ciuiliter; naturaliter dicitur ille, qui verè primo, vel ſecundo loco natus eſt, ciuiliter autem qui per mortem primi, vel ſecundigeniti illius locum aſſumpſit, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 360. *num.* 2. *&c.* vbi de notabili effectu huiuſmodi diſtinctionis, *part.* 17. *&* 365. *in eadem cauſa infr. num.* 23.

5 Primogenitus dicitur ille, qui prior de vtero matris exiuit, dum eſt contentio de duplici partu, cùm ſimul vno impetu duo, vel plures naſci non poſſint, natura id non permittente, *l. Arethuſa ff. de ſtat. hom.* Tiraquel. *de iur. primog. quaeſt.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 47. *num.* 8. & latè explicat Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quando duo ex ſecto matris ventre, vel aliàs ignorato naſcendi ordine ſimul prodeunt, quis eorum ſit præferendus in ſucceſſione primogenituræ, vel Maioratus, ſiue Regni, plures, & diuerſæ extant opiniones, alij enim ſentiunt recurrendum ad ſortem, alij ambo admittendos pro dimidia, quod tutiùs videtur quoad primogenituram, vel maioratum, ſecus in Regno in quo diuerſa viget ratio, de quibus omnibus videndi Tiraquel. *de iur. Primogenit. quaeſt.* 17. *per tot.* Mieres *de Maiorat. part.* 4. *quaeſt.* 20. *n.* 195. *&c.* Molina *lib.* 3. *de Hiſpan. Primogen. cap.* 1. *num.* 20. Vela *Diſſert.* 4. *fere per tot.* & Alphonſ. à Caranza *de part. natural. & legit. cap.* 6. *num.* 18. *& ſeqq. per tot. fol. mihi* 424. *&c.* Io: Torre *d. tract. part.* 1. *quaeſt.* 26. §. 4. *per tot. fol.* 163.

Quòd inter gemellos eiuſdem partus, ille dicatur primogenitus, qui primò perfectè totus, & integraliter natus eſt, nec ſufficiat vt prior brachium, manum, vel crus foras emiſerit, niſi totus fuerit natus, prout etiam non ſufficit quòd prior fuerit conceptus, ſed debet eſſe prior natus, cùm conceptio tamquam incerta non attendatur, ſed natiuitas, quamuis etiam attenta rei veritate, & ſecundum ordinem naturæ, prior conceptus, prior etiam naſcatur, contra vulgi opinionem fundatam in exemplo ſacchi, quo repleto diuerſis rebus, ſi contingat euacuari, id primum exhauritur, quòd vltimò repoſitum fuit, vt benè demonſtrat Paul. Zaccb. *quaeſt. medic. legal. tom.* 2. *lib.* 9. *tit.* 12. *de primogen. quaeſt.* 1. *& ſeqq.* vbi citat Tiraquel. Molin. & Ioan. Liceriet. *in eorum tract. de primog.* vide Roxas *loc. cit.* vbi quis præferri debeat in ſucceſſione Regni, vel Maioratus, quando ambo in ſecundina inuoluti, aut ex ventre matris ſecto in lucem prodeunt.

6 Primogenitus inter gemellos eiuſdem partus, vbi non conſtat de præuentione in naſcendo, ſed dubij ſumus, qui prior natus fuerit, is præſumendus, & admittendus eſt qui fortior, & formoſior apparet, intelligendo de formoſitate vera, quæ in apta membrorum diſpoſitione conſiſtit, & quæ ſic cum fortitudine cumulari poteſt, & non de illa, quæ eſt potiùs venuſtas muliebris, & imbecillitatem magis, quàm robuſticitatem præſefert Paul. Zaccb. *loc. cit. quaeſt.* 5. *per tot.* vbi citat Tiraquel. *de primogen. quaeſt.* 17. *opin.* 7. *&* 8. Bald. *in proœm. ff.* §. *nos itaque*, Felin. *in cap. capitulum de reſcript. num.* 46. Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 2. *cap.* 5. vbi poſt plura *num.* 47. *& ſeqq.* oſtendit ex Regno, diuiſo inter duos gemellos maximum reſultare inconueniens, & ideò aliquos tenuiſſe, quòd tali caſu populus eligat, alios quòd conſulatur ſummas Pontifex, & alios denique, quibus ipſe adhæret ſorte dirimatur, & ſic per viam ſortis exemplo Apoſtolorum conſulatur Deus Optimus, & Maximus.

Sed de æquitate vtrumque ſuccedere in primogenitura, ſi neſcitur quis verè ſit primogenitus, latè probat Caluin. *de aequit. lib.* 2. *cap.* 187. *per tot.* auctoritate Tiraquel. Molin. & aliorum plurium, de quare plenè Tiraquel. *d. quaeſt.* 17. vbi examinat duodecim diuerſas opiniones concludens vt hic, cum aliquibus modificationibus.

Primogenitus quiſnam ſit habendus ex duabus gemellis non natis, ſed ab vtero matris ope chirurgi exſectis, dubia ſatis eſt quæſtio, vt per Tiraquel. *d. tract. quaeſt.* 18. *num.* 4. *&c.* 7

Sed eiſdem coniecturis, maioris ſcilicèt viuacitatis, fortitudinis, & formoſitatis modo prædicto acceptæ, decidi poſſe, non quis primò natus fuerit, cùm potius à manu chirurgi, quàm à natura procedat, ſed quis prius naſci debuerit, vt is primogenitus dicatur, & iura primogenituræ conſequatur, firmat Paul. Zacch. *loc. ſup. cit. quaeſt.* 6. *& vlt. per tot.* vide Roxas *dict. tract. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi oſtendit difficillimam eſſe quæſtionem, & diſtinguendum inter ſucceſſionem Regni, & ſucceſſionem maioratus, ſiue indiuidui fideicommiſſi &c.

Primogenitura poteſt conſtitui tam maſculo, quàm à fœmina pro conſeruanda agnatione, & regulatur ad inſtar feudorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 621. *num.* 10. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 269. vbi quando comprehendat etiam maſculos ex fœminis deſcendentes. 8

Quòd inſtituatur cauſa conſeruandæ agnationis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 15. *num.* 3. *& deciſ.* 128. *num.* 2. *dict. part.* 2.

Poteſt tamen etiam ex alijs cauſis inſtitui, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 194. *num.* 7. *&c.* vbi etiam an, & quando poſſit ſtare in ſuſpenſo, vel non.

Quòd dicatur fauorabilis licèt repugnet æqualitati ſeruandæ inter filios, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 191. *num.* 10. latè Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 18.

Quæ repugnent primogenituræ, & non ſint attendenda verba narratiua, ſed tantùm diſpoſitiua, Rot. *p.* 13. *recent. deciſ.* 465. *num.* 8. *& ſeqq.*

. An autem inſtituta primogenitura, ſiue maioratu pro maſculis, vel fœminis, admittantur Hermaphroditi primogeniti, vel alij ſecundogeniti, magna, & curioſa eſt quæſtio, de qua plenè Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 2. *cap.* 3. *per tot.* vbi de quadruplici ſpecie, & differentia hermaphroditorum, &c. facit quod dixi in §. *Matrimonium num.* 27. *& in* §. *Sodomia num.* 14.

Primogenitura de ſui natura extenditur in infinitum, etiam ſi ſit vocatos primogenitus in numero ſingulari, qoia in vltimis voluntatibus nomerus ſingularis ſæpè pro plurali accipitur, Altograd. *conſ.* 89. *num.* 56. *& lib.* 2. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 407. vbi qualiter, & ex quibus verbis dicatur inducta primogenitura, vel maioratus in perpetuum, & rurſus in eadem cauſa *deciſ.* 1. *part.* 10. *recent. & part.* 11. *deciſ.* 436. *per tot.* 9

Quòd ius commune non aſſiſtat primogenituræ, & maioratui tranſuerſalium, ſed reguletur ſecundum ordinem à teſtatore præſcriptum, quo ſtante non recurritur ad iuris communis diſputationem; recipitur tamen à iure canonico vti approbata de iure diuino, idem Altograd. *conſil.* 95. *num.* 48. *&* 77. *lib.* 2.

An primogenitum poſſit teſtamento, vel aliter tolli, & grauari, & an præiudicet legitimæ, Iac. *conſ.* 113. *part.* 1. *& conſ.* 163. *part.* 2. Gudelin. *de iur. feud. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 366. *num.* 10. *&c. vol.* 1. Thom. Valaſc. *alleg.* 63. vbi quòd parentes debitores ſunt filiorum in legitima, cui præiodicare non valent per inſtitutionem primogenituræ, vel maioratus ſine filiorum conſenſu, *infra num.* 20.

Primogenituræ ius ſemel acquiſitum poteſt renunciari, & repudiari, maximè vbi non adſunt deſcendentes, in quorum præiudicium poſſet rectè dubitari, an valeat renunciatio, Theſſ. *quaeſt. forenſ. cap.* 34. *num.* 32. *& lib.* 1. Altograd. *conſ.* 101. *num.* 1. 17. *&* 18. *lib.* 2. Tiraquel. *de iur. primog. quaeſt.* 24. vbi an poſſit repudiari in præiudicium creditorum, cum pluribus quæſtionibus ſequentibus, in quibus tractat an, & quando poſſit renunciari ad fauorem ſecundogeniti, vel tertiogeniti omiſſo ſecundo, vel ad fauorem omnium, & alia ad rem, *& quaeſt.* 86. vbi quid ſi ille, cui facta eſt renunciatio decedat ſine filijs, an poſſit primogenitus renuncians redire ad primogenituram renunciatam &c. 10

An ius primogenituræ, & maioratus ſit ceſſibile,

quid in Marchionatu, Ducatu, vel Regno, an poſt ceſſionem cedens retineat nomen dignitatis, & alia de honoribus debitis in memoria priſtinæ dignitatis, Olea *de ceſſ. iur. tit. 3. quæſt. 3. per tot. & quæſt. 4.* vbi ſi poſſeſſor maioratus ceſſit in fauorem fœminæ, & poſtea naſcatur maſculus, qui præferatur poſt mortem cedentis, adde Tiraquel. *d. tract. quæſt. 29.*

An poſſit in dotem dari, vel pro conſtitutione dotis alienari, Menoch. *lib. 4 præſumpt. 189. num. 175. & ſeqq.* vbi quòd ſit adinſtar fideicommiſſi, & vide Tiraquel. *de primogen. quæſt. 61. & 62.* Couar. *reſolut. lib. 3. cap. 6. num. 10.*

Et qualiter Primogenitus ſuccedens in omnibus bonis teneatur alijs fratribus, & ſororibus præſtare alimenta, & congruam dotem, Boſſ. *de dote cap. 6. §. 2. & 3. per tot. fol. mihi* 213. Rot. *part. 19. recent. deciſ. 241. per tot.* Tiraquel. *de iur. Primogen. quæſt. 5.* vbi de legitima, an alijs debeatur, *& quæſt. 55. & 56.*

11 Primogenitus ad ſacros ordines promotus excluditur à ſucceſſione primogenituræ habentis onus annexum ducendi vxorem, non ſecus ac ſi numquam fuiſſet natus, & tunc admittitur ſecundogenitus, latè Rot. *in Romana Primogenitura 7. Maij 1657. coram Dunozetto per tot.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom. 2. deciſ. 99.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 346. per tot.* vbi fuit confirmata dicta deciſio coram Priolo ſub die 24. Maij 1658.

Quòd clericus, vel Monachus profeſſus in religione bonorum capace ſuccedat in Maioratu, vel Primogenitura, ità vt Monaſterium durante vita Monaci fruatur bonis, niſi maioratus fuerit præcipuè ordinatus pro conſeruatione agnationis, Gam. *deciſ. 6. cum addit.* Flores de Mena Cabed. *deciſ. 137. num. 7. & ſeqq.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 13. num. 81. & ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 345. & 430.* alijque plures relati per Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. num. 142. & ſeqq.* vide latè Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. part. 1. cap. 30. per tot. & cap. 31. per tot.* vbi quid in fiſco contra delinquentes.

Poteſt tamen maioratus, vel Primogenituræ inſtitutor prohibere, ne ad Clericum, vel Religioſum peruenire poſſit, ad tradita per Couar. *lib. 1. var. cap. 19. num. 11.* Cabed. *d. deciſ. 133. num. 6. part. 1.* Caldas *de nominat. emphyt. quæſt. 6. num. 12.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum qu. 40. num. 2.* Caſtil. *contr. lib. 3. cap. 12. num. 36. & ſeqq.* Sanfelic. *deciſ. 193. num. 2. & 194. num. 1.* Portugal. *d. tract. lib. 3. cap. 43. num. 34.* qui Doctores intelligunt dummodò prohibitio ſit expreſſa, ſed vide Torre *d. cap. 30. num. 24. & part. 2. quæſt. 8.* vbi tenet ſufficere tacitam excluſionem ex coniecturis reſultantem.

Secus autem ſi primogenitura non habeat tale onus annexum, nam tunc Clericus primogenitus admittitur, & poteſt vti beneficio ſtatuti, vel conſuetudinis primogenituram inducentis, eodem modo, quo vtitur ſtatuto fœminas excludente, Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt. 44.*

Quòd ſtatutum, ſiue conſuetudo præferens primogenitum ſecundogenito, habeat locum etiam ſi viuo patre ſecundogenitus ſit factus Clericus, & ſic etiam contra Clericum, Tiraquel. *de primogen. quæſt. 43. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 8. num. 1.* Viceol. *Conſult. forenſ. cap. 50. num. 18. in fine, & num. [illegible]8.* vbi eſt deciſio Rotæ Romanæ.

Quando ex diſpoſitione teſtatoris excluſus eſt clericus in ſacris conſtitutus, idem dicendum eſt de Monacho, vel alio Religioſo; & ſi appareat de cauſa finali, vel impulſiua dictæ excluſionis eo quòd velit inſtitutor, vt perpetuetur ſucceſſio per legitimam generationem, vel contrahatur nuptiæ cum perſona de tali familia, cenſetur idem diſpoſitum quoad impotentem eſ perpetuam, vel naturali impotentia coeundi, vel generandi, cùm militet eadem, & maior ratio, qua ſtante valet argumentum ab impedimento iuris ad impedimentum naturæ, ſecus autem ſi non appareat de dicta cauſa, vt benè probat Roxas *de incomp. Regn. & Maiorat. part. 1. cap. 9. n. 12. & ſeqq.*

12 Primogenitus tamquam habens maiorem partem, & ius potentius in ſucceſſione, eſt præferendus in licitatione cæteris alijs ſuis fratribus, & ſororibus, ſi res aliter commodè diuidi non poſſunt, & ob id ſubhaſtentur, prout ob huiuſmodi rationem incommodæ diuiſionis, videtur quòd poſſit cogere fratres ad accipiendum æſtimationem pro illorum legitima, Menoch. *de arbitr. caſ. 123. num. 11. & num. 12.*

Primogenitus naturalis tantùm, legitimatus per ſubſequens matrimonium, an tollat ius primogenituræ iam legitimè nati, vide in §. *Filius num. 15. &c.* Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 1. num. 6. & ſeqq.* Faiard. *tract. de legitim. num. 234. & ſeqq.* Tiraquel. *tract. de primog. quæſt. 34. per tot. & in repet. l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos num. 64. Cod. de reuoc. donat.* Ioan. Lecier. *de primogenit. lib. 1. quæſt. 14. num. 20.* Socin. iun. *conſil. 32. num. 7. lib. 1.* Caluin. *de aquis. lib. 3. cap. 262. per tot.* cum alijs per eos citatis Card. Tuſch. *litt. P. concluſ. 655. num. 3. & concluſ. 657. per tot.* plenè Roxas *de incompatib. Regnor. & Maiorat. part. 1. cap. 4. per tot.* vbi poſt plura hincinde concludit pro legitimato per ſubſequens matrimonium, niſi aliter expreſsè appareat de voluntate contraria inſtitutoris Maioratus, vide in §. *Legitimatio num. 6.* 13

Quòd primogenitus natus ex putatiuo matrimonio ſuccedat in Maioratu, & primogenitura, & excludat etiam alios ex vero legitimo matrimonio natos, & quale dicatur matrimonium putatiuum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 337. vol. 1.*

Quid verò ſit dicendum de filijs adoptiuis, an, & iſti admittantur ad ius primogenituræ, videtur quòd non, cùm ſit nomen naturæ, quod adoptiuis non conuenit, quia non ſunt à patre adoptiuo geniti; ſed maius eſt dubium ſi ſtatutum, vel conſuetudo, ſiue alia diſpoſitio loquatur non de primogenito, ſed ſimpliciter de primo, vel maiore, ſiue ſeniore filio præferendo, quod poteſt adaptari etiam filijs adoptiuis, contra quos nihilominus concludit Tiraquel. *de iur. Primogen. quæſt. 84. per tot.*

Primogenituræ ſucceſſio ſolet quatuor obſeruationibus adhibitis deferri, primò namque conſideranda eſt linea, vt illi, qui ex linea vltimi poſſeſſoris procedunt alijs præferantur, nec fiat tranſitus ad alias lineas, donec ex ea aliqui ſuperſunt; ſecundò conſiderandus eſt gradus, vt quis ſunt poſſeſſori magis coniuncti præferantur remotioribus; tertiò conſiderandus eſt ſexus, vt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, & gradus præferatur maſculus; quartò conſideranda eſt ætas; vt inter pares, linea, gradu, & ſexu, maior natu præferatur minori, adeò vt non ſit curandum de gradu niſi in linea, nec de ætate niſi in gradu, ſicuti notandum docet Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 13. & 14.* Beec. *conſil. 138. num. 46.* Surd. *conſ. 403. num. 16.* Peregrin. *deciſ. 42. num. 6. lib. 3. & de fideicommiſ. art. 27. num. 14.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 379. num. 50. & quæſt. 484. num. 29. & ſequentib.* & dixi in reſol. *cap. 40. num. 19. 20. & 21.* benè Rot. *part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 18. per tot. & deciſ. 26. & tom. 2. deciſ. 414.* Fontanel. *deciſ. 14. 34. 35. & 36.* Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt. 10. num. 21.* Giurb. *de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ. 10. num. 46. & ad Conſuet. Meſſan. cap. 12. gloſ. 3. part. 1.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 346. per tot.* vbi *num. 7. & ſeqq.* declarat, niſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris, quia tunc poſſet proximitas conſiderari etiam reſpectu gradus extra lineam, ad tradita per Gam. *deciſ. 7. num. 4.* Martha *de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 22. art. 1. num. 28.* Burat. *deciſ. 801.* Rot. *part. 2. recent. deciſ. 627.* & alios, Rot. *part. 12. deciſ. 297. per tot.* vbi quando proximitas teſtatoris ſit attendenda, & poſſit primogenitura de vna linea ad aliam tranſire, nempè ſi conſtet de mente teſtatoris, *infra num.* 18. Bich. *deciſ. 622.* quæ eſt ſupracitata *part. 11. deciſ. 346.* Hermenegil. Roxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. part. 1. cap. 6. per tot. ad num.* 370. vbi copioſè explicantur regulæ omnes linearum inter ſe incompatibilium ad dignoſcendum circa Maioratuum ſucceſſiones verum ſucceſſorem. 14

Primogenitus dicitur filius, ſiue nepos natus ex primogenito præmortuo, & talis nepos, ſiue filius primogeniti admittitur ad primogenituræ ſucceſſionem excluſo patruo, ſiue alio filio ſecundogenito, licèt ætate maiore, cùm ipſe filius, vel nepos primogeniti repræſentet perſonam ſui patris, Marant. *in l. is poteſt num. 258. ff. de acquir. hered.* Menoch. *conſ. 211. lib. 3. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 92. num. 4.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 15

forenſ.

Digitized by Google

forenſ. cap. 456. *per tot. & cap.* 695. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 209. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Tiraquel. *eod. tract. quæſt.* 40. vbi hanc partem ſequitur, & contrarijs reſpondet Ioan. Lecerier. *eod. tract. lib.* 1. *quæſt.* 25. & 26. Iacob. à Sara *tract. de ead. mater. per tot.* Dec. *conſ.* 443. Grammat. *deciſ.* 1. Couar. *pract. quæſt. cap.* 38. *num.* 6. Gabriel. *de ſucceſſ. ad inteſt. concluſ.* 2. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 656. & 658. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 100. Ceual. *comm. contr. comm. quæſt.* 157. Michalor. *de fratr. part.* 3. *quæſt.* 27. *num.* 9. Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 1. 2. 3. 4. & 5. *per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 387. ex quorum omnium dictis videtur colligi, quæſtionem, licèt apud antiquos, & modernos valdè agitatam, & deciſione Cæſarea indigentem, ſiue, vt alij minus piè dixerunt armis potiùs, & duello, quam legibus definiendam, tamen hodiè apud ferè omnia ſubſellia, contra patruum, & ad fauorem nepotis ex primogenito nati eſſe deciſam, maximè in linea deſcendente, ità vt in legem iam tranſiuiſſe non ſine ratione affirmari poſſe videatur, cum aliquibus tamen declarationibus, & modificationibus, de quibus Fuſar. *d. quæſt.* 387. *num.* 23. & *ſeqq.* & alij ſupracitati, quibus adde plenè Mangil. *de imput. quæſt.* 77. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 539. Bich. *deciſ.* 390. *num.* 12. vbi tangit difficultatem ad effectum, vt non poſſit dici deceptus, qui vnam, vel alteram amplexus fuerit opinionem, latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 203. *per tot.* Ludouic. Bell. *conſil.* 124. *num.* 1. & *ſeqq. per tot.* Anſald. *conſ.* 27. *num.* 27. & *ſeqq.*

Quòd primogenitus, & omnes illius deſcendentes excludant ſecundogenitum, & totam eius lineam, ità vt donec ſupereſt aliquis de linea primogeniti, non admittatur ſecundogenitus, nec aliquis ab eo deſcendens, eſt intelligendum vbi dictus primogenitus ſuperuixit patri communi, & in eius perſona fuit confirmata primogenitura; ſecus autem ſi primogenitus inſtituentis, vel ordinantis maioratum, ſiue primogenituram prædeceſſerit patri communi, nulla vnquam dum viueret adepta poſſeſſionem, vel ſucceſſionem maioris, quia iſto caſu ſecundogenitus reperiens ſe maiorem natu tempore, quo pater communi moritur, & fit locus maioratui, excludit filium primogeniti nepotem ſuum, Surd. *conſil.* 403. *num.* 16. 68. 71. & 134. Menoch. *conſil.* 981. *num.* 10. & *ſeqq.* Bardellon. *conſil.* 60. *num.* 23. Galuan. *conſil.* 1. *num.* 80. &c. Capicol. *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 1. *num.* 628. & *ſeqq.* Intrigliol. *de feud. art.* 37. *centur.* 2. *num.* 193. Spin. *de teſtament. gloſ.* 19. *num.* 64. &c. Gramat. *deciſ.* 354. *num.* 6. Craſ. *de ſucceſſ.* §. *ſucceſſio ab inteſt. quæſt.* 2. *nu.* 11. Sperel. *deciſ.* 72. *num.* 12. latè Tuſch. contrarias referens opiniones *litt. P. concluſ.* 658. *num.* 3. & *ſeqq. per totum*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 34. *num.* 11. & *deciſ.* 41. *num.* 37. & *ſeqq. vol.* 6.

Mihi autem non videtur tuta huiuſmodi diſtinctio, ſine declaratio, quia prima illius pars, quando ſcilicet primogenitus ſuperuixit patri, & primogenituram adeptus eſt, caret dubitatione, cum tunc non ſolum in primogenitura, ſed in alijs quoque ſucceſſionibus, nepos, tamquam vltimi poſſeſſoris filius, cuius proximitas, & non primi inſtitutoris attenditur excludat patruum, ſicque dicti vltimi poſſeſſoris fratrem ſecundogenitum, qui vti tranſuerſali reputatur, vt benè aduertit Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *in princip.* Tiraquel. *eod. tract. quæſt.* 40. *num.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 387. *num.* 36. vide plenè Mangil. *de imput. quæſt.* 77.

Tota igitur difficultas verſatur in ſecundo capite, quando ſcilicet filius primogenitus moritur viuo adhuc patre, an tranſmittat ius primogenituræ ad filium ſuum primogenitum, excluſo fratre ſuo ſecundogenito, quæ vt ſuperiùs dixi iuxta magis communem opinionem videtur deciſa ad fauorem nepotis ex filio primogenito contra patruum ſecundogenitum, quia ius primogenituræ competens vigore ſtatuti, vel conſuetudinis eſt tranſmiſſibile ad filium ipſius primogeniti, etiam decedentis, viuente adhuc eo, de cuius ſucceſſione ageretur, cùm debitum ex beneficio legis non poſſit auferri, vt benè probat Bellamer. *deciſ.* 717. *num.* 6. & 7. & *deciſ.* 723. *num.* 16. Martha *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 22. *num.* 27. &c. Sperel. *deciſ.* 11. *num.* 25. & *deciſ.* 72. *num.* 12. cum alijs ſupracitatis, quibus adde Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 100. *per tot.* vbi plures deciſiones refert Caluin. *de æquitat. lib.* 3. *cap.* 203. *per totum*, Viui. *comm. opin.* 539. vbi refert contrarias opiniones, & ſe remittit diſtinctioni Auguſtini Beroi *in cap. dilecti filij num.* 52. & *ſeqq. de arbitr.* & benè Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 153. & *ſequentib.* Tiraquel. *de primogenit. quæſt.* 40. *per totam*, vbi plenè ſuſtinet partes nepotis contra patruum, & *quæſt.* 41. vbi idem probat procedere etiam in ſucceſſione fratrum, vt filius fratris primogeniti alium fratrem excludat vigore repræſentationis, & quoſque illa procedit in ſucceſſione tranſuerſali, nempè inter fratres, & filios fratrum, & non vltra, vt dixi in §. *Repræſentatio*, Rouit. *deciſ.* 51. *per tot.* Tondut. *quæſt. ciuil.* 89. *per tot.* Caldas Pereyra *conſil.* 15. *per tot.* & *facit in conſil.* 27. nouiſſimè, ac plenè Barthol. Gattus *conſil.* 7. & 8. *per tot.* vbi plurimos allegat, ac diſſidentium opinione conciliare, & declarare ſatagit, & poſt eum pleniùs Io. Torre *dict. tract. part.* 1. *cap.* 41. §. 8. *fol.* 771. *cum duobus capitibus, & pluribus* §§. *antecedentibus*, vbi in conflictu lineæ, & ætatis occaſione ſucceſſionis in ampliſſimo Palatio DD. de Grimaldis Nobilium Ianuenſium, multorum doctiſſimorum Virorum Conſultationes inſerit, qui ſuper hoc puncto hincindè ſcripſerunt, & *part.* 2. vbi pariter plures hunc tetigit articulum, ac denique *part.* 3. vbi multas ſuper eodem Illuſtrium Tribunalium Italiæ, deciſiones proditas annexit, & præcipuè *deciſ.* 3. & *ſeqq. deciſ.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 33. cum multis alijs ſequentibus, & D. Aloyſ. Manſ. *Conſult.* 92. *cum pluribus ſeqq. lib.* 1. & *Conſult.* 197. *lib.* 2. & latius *Conſult.* 201. *cum ſeptem ſeqq. lib.* 3.

Animaduertendum tamen exiſtimo huiuſmodi Doctores loqui in primogenitura inducta à conſuetudine, vel ſtatuto, ſiue ab aliquo aſcendente inter ſuos deſcendentes, cum Principis licentia, & auctoritate, pout in partibus Hiſpaniæ, & Galliæ, ac alibi inter Principes, & Nobiles ob bonum publicum, vel conſeruationem familiarum; nam vbi ageretur de aliquo maioratu particulari facto per viam legati, vel fideicommiſſi, & ſic quando fuit vocatus maior natu de aliqua familia ſine expreſſione proprii nominis ipſius primi vocati, videtur poſſe ſuſtineri altera opinio prædictorum tenentium eſſe admittendum ſecundogenitum, qui tempore maioratus delati reperitur ætate maior, excluſo Filio primogeniti defuncti ante delatam ipſius maioratus ſucceſſionem; quia quando vocatur maior natu, ſiue ſenior de aliqua familia in genere, cenſetur teſtator habuiſſe reſpectum ad illam qualitatem maioris ætatis, & voluiſſe, quòd qui habet huiuſmodi qualitatem ſuccedat, & non alius illa deſtitutus, etiam ſi (in fortioribus terminis) maioratus ſic per ſaltum tranſire debeat de vna linea ad aliam, quaſi dicta qualitas maioris ætatis à teſtatore requiſita, vti perſonalis non ſit tranſmiſſibilis in filios vltimi poſſeſſoris maioratus, ſed illis poſt habitis tranſeat ad maiorem natu familiæ, ſeu deſcendentiæ contemplatæ, & honoratæ, in quo dicta qualitas reperitur, vt latè probant in puncto Alex. *conſil.* 4. *lib.* 4. *conſil.* 123. *lib.* 1. Rom. *conſil.* 438. *num.* 13. &c. Surd. *conſil.* 403. *num.* 39. & *conſil.* 468. Mandel. *conſil.* 60. Theſſ. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *cap.* 35. Mangil. *de imput. quæſt.* 77. *num.* 169. &c. Gratian. *diſcept. forenſ.* 695. *per tot. cap.* 456. *num.* 83. & 84. & *cap.* 834. *num.* 6. Redenaſch. *conſil.* 17. *lib.* 1. Altograd. *conſil.* 46. *num.* 20. &c. *conſil.* 47. *num.* 46. *lib.* 2. Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 1. Palma penes Altograd. *conſil.* 95. *num.* 141. *lib.* 2. Merlin. & Iacob. Federig. apud eumdem Altograd. *d. conſil.* 95. *num.* 113. & *num.* 156. Merlin. *deciſ.* 9. *num.* 45. & *ſeqq. lib.* 1. Gamm. *deciſ.* 307. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 66. *per tot.* & *deciſ.* 344. vbi fuit confirmata prima deciſio, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 358. *num.* 24. &c. *quæſt.* 383. *num.* 5. & *quæſt.* 387. *num.* 38. & *ſeqq.* latè Capyc. Galeott. *contr.* 48. *per tot. lib.* 1. cum alijs pluribus, quos conſulendo retuli, & ſequutus ſum in meis reſol. *cap.* 40. *per tot.* vide in §. *Linea num.* 5. latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 203. Caren. *reſolut.* 5. Ricc. *Collect.* 1837. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 34. *num.* 11. & *deciſ.* 41. *num.* 37. & *ſeqq. volum.* 6. & *deciſ.* 43. *d. volum* 6. vbi an ius primogenituræ habeat locum in feudis titulo oneroſo acquiſitis, & de prærogatiua gradus, ſexus, & ætatis, facit Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 1. *num.* 10. & *ſeqq.* Ludouic. Bell. *conſ.* 124. vbi pro patruo ſi maior ſit ætate, Olea *de ceſſ.*

iur.

iur. tit. 3. quæſt. 4. per tot. latè Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 8. cap. 5. num. 26. & ſeqq. per tot.* vbi poſt plura ad fauorem nepotis natu maioris ex patre minore, concludit iudicandum pro nepote minore ex patre maiore, qui maior reputatur per repræſentationem, quando tamen vocatio maioris facta fuit habito reſpectu ad patrem, vel auum, ſecus autem ſi inſtitutor Maioratus independenter deſiderauit tantùm qualitatem maioritatis, vt ibidem *num. 59. & ſeqq.* ſubtiliter diſtinguit, declarat, atque exemplificat.

16 Primogenitus ſi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis præferatur in Regno, vel feudo, an ſit admittendus, ſi ſit natura mutus, demens, vel aliàs inhabilis, vel potiùs tunc admittatur ſecundogenitus habilis, & idoneus ad gubernium, & adminiſtrationem, vide latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 151. *per tot.* vbi concludit ad fauorem ſecundogeniti per doctrinam Aluarot. Præpoſit. & aliorum *in §. Mutus tit. Epiſcopum, vel Abbatem, & in c. Mutus tit. an mutus, & ſurdus, vel aliàs imperf. feud. retin. l. vt gradatim §. 1. ff. de mun. & honor.* Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat, part. 2. cap. 6. per tot.* vbi idem firmat in ſimilibus.

Intelligendo, vt dixi quando eſt inhabilis à natura, ſecus ſi ex accidenti, quamuis vtroque caſu contrarium videatur tenere Iaſ. *in repet. l. nemo poteſt. in 1. not. ff. de leg.* 1. nempè dimittendum eſſe Regnum primogenito, licèt inhabili, & gubernari per curatores, niſi pater aliter diſpoſuerit, vide Roxas *loc. cit.*

An autem abſtinente, vel repudiante primogenito admittantur omnes alij æqualiter, vel ſecundogenitus tantùm, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 366. *num.* 16. *&c. volum.* 1. vbi concludit pro ſedundogenito tantùm, vide *ſupra num.* 10. & latè Tiraquel. *de iure Primogen. quæſt. 3. per tot.*

17 Primogenitus licèt vigore primogenituræ plus alijs conſequatur, non tenetur ad debita hæreditaria niſi pro rata, pro qua eſt hæres extra primogenituram, etiam ſi agatur de debito cauſa feudi acquirendi, in quo primogenitura conſiſtit contracto, ad tradita per Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic. 4. num. 5. & ſeqq. volum.* 2. vide tamen quæ dixi in §. *Heres num.* 22. & latè Tiraquel. *de iur. primog. quæſt. 35. per tot.* vbi *num.* 27. videtur contrarium concludere.

Qualiter primogenitura, & maioratus poſſit fundari in rebus emphyteuticis, etiam non conſentiente, & reluctante domino directo, Tiraquel. *de Primog. quæſt. 6. num.* 10. Gamm. *deciſ.* 214. & 218. cum alijs per Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 106. vbi tamen refert alios contrarium tenentes.

18 Primogenitura ſemel vnam lineam ingreſſa, ſemper in ea debet remanere donec totaliter fuerit conſumpta, & finita, licèt extent proximiores alterius lineæ conſtituentis, Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. num.* 14. Fontanel. *deciſ. 34. num. 4. &c. deciſ. 76. num.* 13. Rouit. *deciſ.* 51. plenè Roxas *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 1. cap.* 7. Rot. *part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 18. & deciſ. 26. per tot.*

Intelligendo prout loquitur iſti Doctores quando linea eſt indeficienter vocata, & agitur de continuanda in ea ſucceſſione, vel quia extent perſonæ verè comprehenſæ, vel interet fictio repræſentationis, ſecus autem quando linea fuit reſtricta ad certas perſonas tantùm, quibus extinctis, voluit teſtator ad aliam tranſire, vt benè declarat Rot. *part. 12. recent. deciſ. 297. num. 2. & ſeqq.*

Et cùm primogenitura ad deſcendentes defertur, an debeat reſpici ad cippum agnationis, vel ad ramos; & inter fœminas quænam præferatur ſi ab iſtis ad maſculos fiat tranſitus, quid ſi ad fœminam alterius familiæ, ſed eiuſdem ſtipitis, & alia, Rot. *part. 12. recent. deciſ. 244. & part. 13. deciſ. 1. per tot.* facit Martha *vot. Piſ. 106. per tot.* vbi de primogenito vltimi morientis præferendo alteri, qui prius ex alio natus ſit, & ideò qui prius natus ſit, non poſſit ſtatim agere, niſi prius verificetur caſus ſuæ vocationis, & alia ad rem, facit quod dixi in §. *Conditio*, & Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 269. copiosè Roxas *d. tract. part. 1. cap. 6.*

19 Primogenitura certo modo à teſtatore inſtituta, non poteſt ab hærede alterari, maximè in ſubſtantialibus, & data facultate nominandi aliquem ex certis perſonis in morte, vel in vltima voluntate, non poteſt electio, ſiue nominatio fieri anticipate, in vita, propter præiudicium, quòd poſſet inferri ex præuentione exiſtentibus de tempore obitus, vt benè explicat Rot. *part. 13. recent. deciſ. 419. per tot.* facit quod dixi in §. *Legatum num. 43. per tot.* vide Rot. *part. 14. recent. deciſ. 519. per tot.*

20 Primogenitura vti diuiſioni, ac ſeparationi non ſubiecta, etiam ſi fuerit ex bonis paternis conſtituta, non eſt cum alijs fratribus conferenda, neque imputanda, etiam quo ad pretium, & valorem bonorum, ſed illa detracta omnes in alijs bonis paternis vnà cum primogenito æqualiter ſuccedunt, Cephal. *conſil. 3. num. 54. & ſeqq. & conſil. 154. per tot.* Tiraquel. *de primogen. quæſt. 5. num. 1. &c.* Michalor. *de Fratrib. part, 1. cap. 32. num.* 1. Mangil. *de imput. quæſt. 37. num. 12. &c.* Peregrin. *de fideicomm. art. 36. num. 107. &* 108. cum alijs per Rot. *part. 14. recent. deciſ. 457. num. 4. & ſeqq. per tot. & part. 15. deciſ. 87. in eadem cauſa*, vbi ex nouiter in facto deductis fuit receſſum à prima deciſione, & hæc vltima fuit iterùm confirmata ſub die 14. Iunij 1669. vt ibidem in fine, licet illam ſuo loco non inuenerim; vide eamdem Rot. *part. 15. deciſ. 253. per tot.* vbi niſi conſtet de contraria voluntate teſtatoris per coniecturas de neceſſitate concludentes, *& deciſ.* 377. vbi plura pro excluſione collationis, & imputationis, maximè quando prouenit ab extraneo, *& deciſ. 378. in eadem cauſa d. part. 15. deciſ.* 379. ibidem pariter in eadem cauſa, *& part. 18. deciſ. 239. num. 2. & ſeqq.* vbi quòd Primogenitura conſtituta à patre filio inter viuos, & non imputatur et in legitimam, ne alias in eiuſmet principio deſtruatur, *& deciſ. 317. per tot.* vbi plenè ad excluſionem collationis, & imputationis, niſi conſtet de contraria patris voluntate; licet poſtea in eadem cauſa ceſſante ſuppoſito primogenituræ ex facto melius conſiderato, fuerit receſſum à prædictis deciſionibus, collationem admittendo, *d. part. 18. deciſ. 471. per tot. & deciſ. 620. per tot.*

21 Primogenitus an poſſit ante mortem inſtitutoris primogenituræ, vel maioratus agere pro declaratione maioratus, & bonorum illi ſubiectorum, ac etiam adminiſtrationem petere ſtante dementia, vel fatuitate dicti inſtitutoris, vel poſſeſſoris, vide Sanfelic. cum alijs ab eo citatis *deciſ. 165. per tot.* facit quod dixi *ſupra nu.* 16. *& in §. Fideicommiſſum num. 29. & in §. Poſſeſſor num.* 52. Rot. *part. 18. recent. deciſ.* 76. vbi etiam an poſſit petere cautionem.

An primogenituræ, vel maioratus poſſeſſore adhuc viuente poſſit alius, qui poſt eum ſucceſſores eſt agere, & declaretur ſucceſſor poſt illius mortem, dic quod non niſi poſſeſſor dilapidet, vel alium eligat, vel prætendat bona eſſe libera, Aotunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. num. 30. & ſeqq.* Gamm. *deciſ.* 6. Gabriel. Pereyr. *deciſ.* 103. & 129. Caſtil. Sotomaior. *lib. 5. controu. cap. 93. §.* 14. Larrea *deciſ.* 38. Tondut. *reſol. ciuil. cap.* 139. Capyc. Latr. *deciſ.* 151. Valaſc. *conſult.* 184. Giurb *ad Stat. Meſſan. cap. 7. gloſ. 9.*

Quod bona Primogenituræ ſuppoſita non poſſit à grauato transferri in tertium in præiudicium eorum, qui ſuccedere debent ordine graduali, cùm durior ſit conditio recuperandi bona de manu alterius, quam grauati, & ideò poſſit ſtatim agi ad retractionem actus, & alia, Rota Romana Primogenituræ de Cæſarinis 7. Februarij 1681. coram Paluccio, apud Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 3. deciſ. 45. per tot.*

22 Primogenitura inſtituta etiam ex cauſa onerosa pro matrimonio filij de bonis, vel parte bonorum parentum, quæ extarent tempore mortis, non impedit interim ante mortem, bona fiſco, vel alijs creditoribus obligari, ita vt poſſit Primogenitus præferri, quicquid plura videantur ſuadere contrarium, quibus ſatisfacit pro fiſco concludendo, Larrea *Alleg. fiſc. 76 per tot.* & facit *in Alleg.* 75. vt dixi in §. *Facultas num.* 6.

23 Primo, vel ſecundogenitum à teſtatore Inſtituta fauore lineæ alicuius, & in eius defectum vocato primo, vel ſecundogenito alterius lineæ, mortuo primo, vel ſecundogenito primæ lineæ vocatæ ſine filijs, non admittitur ſequens genitus eiuſdem lineæ tamquam ſubintrans in locum, & gradum defuncti, ſed primo, vel ſecundogenitus, alterius lineæ in locum, & caſum deficientiæ primæ lineæ vocatus, cùm appareat teſtatorem intellexiſſe de primo, vel ſecundogenito naturaliter, non autem ci-

ult-

Digitized by Google

uiliter conſideratn, & alia ad rem, Rot. *part. 16. recent. deciſ.* 36n. *per tot.* vide ſupra *num.*4.

Sed poſtea receſſum fuit è dicta deciſione, & in eadem cauſa ex multis in facto conſiſtentibus reſolntum, diſpoſitionem prædictam intelligi de primo, vel ſecundogenito ciuilirer, & nnn naturaliter conſiderato, & ſic admitti debere ſequentem genitum primæ lineæ vocatæ tanquam ſubingredientem in locum, & gradum præcedentis defuncti, & nnn primum, vel ſecundum genitum alterius lineæ in locum, & caſum deficientiæ primæ lineæ vocatum, vt conſtat ex eadem Rot. *part. 17. recent. deciſ.* 301. *per tot. & deciſ.*365. vbi fuit confirmata vltima deciſio ad fauorem ſecundogeniti ciuiliter conſiderari ex prima linea vocata, facit eadem Rnt. *part.*18. *deciſ.*524. *per tot.*

An autem inducta ſecundngenitura, illa deficiente per extinctionem lineæ, tunc maioratus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem, vel anteriorem primogeniti, quæ fuerar omiſſa, ſiue potius progredi ad lineam ſequentem tertio, vel quarto geniti ſuo ordine, egregiè per diſtinctionem plurium caſuum, illos omnes ſubijciendo voluntari inſtituroris eo modo quo diuinæ Potentiæ voluntas facit ordinem in aſtris reſoluit Roxas *de incompatib. Regn. & Maiorat. part.*1. *cap.*8. *per tot.* vbi etiam de aſtrologia naturali an admittat incompatibilitatem, à qua dictam diſputationem deſumit, & iuxta illius regulas doctè definit.

Plura alia notabilia in materia Primngeniturarum, & maioratuum, vltrà alios tractatus particulares, tradit, atque doctè reſoluit poſt ſupraſcripta viſus Hermenegild. de Rnxas *tract. de incompatibil. Regnor. & Maiorat. vt in repert. verb. Maioratus, & verb. Primogenitura, ac alibi per tot.* latè etiam, licèt remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Maioratus per tot.*

24 Primogenitura, ſiue maioratus qualiter amittatur per contrauentionem conditionum appoſitarum, ſiue modorum cum differentia quoad fructus; an per contrauentionem patris excludantur etiam eius filij, & deſcendentes, & quando ſententia ob contrauentionem ſit realis, ac linealis, ſiue potius perſonalis, & alia plura circa modum procedendi, deſumendo omnia à maioratu Paradiſi Terreſtris incompatibili cum peccato, ob quod Adam incidit in pœnam priuationis ordine iudiciario ſeruato, pulchrè de Roxas *d. tract. part.*3. *cap.*1. *per tot.*

Item qualiter amittatur propter hæreſim, etiam qun ad filios, & deſcendentes cum diſtinctione caſuum; quid ſi deuenerit ad monaſterium, & Monachus per quem deuenit efficiatur hæreticus, numquid durante ſaltem vita Monachi poſſit retinere, vel ſtatim transferatur ad ſequentem in gradu, doctè idem Roxas *d. part.*3. *cap.*2. *per tot.*

Item ob matrimonium contractum inter eos, qui ſunt diſparis cultus, veluti inter Cathnlicum, Hæreticum, fidelem, & infidelem, & alia ad rem, idem de Rnxas *d. part.*3. *cap.*3. *per tot.*

25 Primogenituræ plures, ſiue maioratus, an, & quando ſint inter ſe incompatibiles ex diſpoſitione legis, vel hominis, ſiue ratione perplexæ conditionis, & grauaminis, ſiue ex incluſione vnius ad excluſionem alterius, aliiſque plurimis ex cauſis, videndus ſemper idem de Roxas *d. tract. de incompatibil. Reg. & Maiorat. part.* 3. *cap.* 5. *& part.*4. 5. 6. 7. *&* 8. *per tot.* vbi copioſè, & doctiſſimè de omnibus ſcripſit.

26 De incapacibus ſuccedendi in Maioratibus, & Primogenituris, & præcipuè de fatuis, dementibus, cæcis, ſurdis, & mutis, de illegitimis, vel legitimis ex illegitimis, de legitimatis, & huiuſmodi quando admittantur, vel non, latè Io: Torre *d. tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. part.* 1. *cap.* 28. *& ſeqq. & part.* 2. *quæſt.* 19. *& ſequentib.* De fœminis vide in §. *Fœmina num.*29.

27 Primogeniti qualiter ſint manutenendi in bonis primogenituræ, cùm illorum poſſeſſio tranſeat de vno in alium, vide DD. citatos in §. *Manutentio num.*25.

De Maioratibus, & eorum ſucceſſione multa tradit etiam Vela *Diſert.*48. *&* 49. *per tot. vol.*2.

§. PRINCEPS. XLV.

PRinceps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt 1
contra ſuum ſubditum procedere ſine citatione, quæ eſt pars defenſionis, & de iure naturali, ac diuino, Clar. §. *fin. quæſt.* 31. *verſ.* 1. *&c.* vbi Baiard. & quando ſecùs, vide Aſin. *in prax.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 11. *& limit.* 35. *&* §. 6. *cap.* 13. *num.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 673. *n.* 13. *& per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 689. vide in §. *Citatio num.* . . Dian. *part.* 3. *in Addit. reſolut.* 29. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *num.* 284. *& ſeqq. part.* 9. *recent.* vbi probat non dari plenitudinem poteſtatis, niſi ad bona, æqua, & iuſta, & rationabilia, cùm nulla ſit poteſtas ad malum; & ſicuti Deus Omnipotens, cuius imaginem in terris Principes referunt, non poteſt velle, quod eſt malum, & iniuſtum, quia poſſe malum non eſt poſſe, ſed deficere à potentia, ità nec illi maiorem debent affectare potentiam, alias habebunt Deum vltorem, idem Rub. *loc. cit. num.* 66. *& ſeqq.* Franciſc. de Amaya *obſeru. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 46. *& ſeqq.* vide in §. *Arbitrium num.* 17. & plenè, ac doctè Franciſc. de Angelis *in Aſtraal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſcul.* 2. *num.* 75. *& ſeqq. ad* 176. Creſp. de Valdaut. *Obſeruat.* 2. *per tot.* vbi tamen multis modis limitat, *& Obſerat.* 3. vbi quòd multa, quæ non poteſt de iuriſdictione contentioſa, ſunt permiſſa de œconomica, & politica poteſtate.

Quòd nnn poſſit etiam de plenaria poteſtate auferre reo defenſiones, nec aliquem mnrti tradere ſine proceſſu, licet ipſe viderit committi delictum, alias dicatur homicida, & grauiſſimè peccet; aliqui tamen tenent in atrocioribus, & ex aliqua iuſta cauſa id per Principem fieri poſſe, quod non eſt improbabile in aliquibus caſibus, Clar. §. *fin. quæſt.* 49. *verſic. & hoc adeo*, P. Manar. *in Noct. Malencol. Interrog.* 154. *fol.* 248. vbi citat Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 9. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 3. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 29. *Dub.* 11. & alios vide Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.*98. dixi in §. *Iudex num.* 5. *in fine*, idem Dian. *d. part.*3. *in Addit. reſol.*29. *& latius part.*10. *tract.*15. *reſol.* 34. *per tot.* vbi quando poſſit ex priuata ſcientia morti tradere delinquentem abſque proceſſu, quod benè probat etiam pluribus alijs citatis Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 21. *num.*53. *& ſeqq.* latè Creſp. de Valdaut. *obſeru.* 2. *&* 3. *per tot.* vbi quòd multa ſunt permiſſa de œconnmica, & politica poteſtate, non ad punitionem, ſed præſeruationem, imò æquiſſima, & neceſſaria in qualibet benè conſtituta Republica.

Quòd non liceat Principi concedere facultatem interficiendi malefactores ante ſententiam, quia iure naturæ, vt aliquis condemnetur deber prius audiri, vndè facit contra iuſtitiam qui talem facnltatem concedit, & qui ea vtitur, ſecùs autem poſt ſententiam, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.* 2. *fol.* 39. vbi tamen ita ſubiungit loquendo de dicta facultate ante ſententiam, *niſi iudicio meo aliquando propter criminis euidentiam, & atrocitatem, periculumque ius ipſum, & ordo iuſtitiæ poſtularet, vt ſtatim malefactor periret, aut ſi eſſet publicus in Rempublicam inuaſor, aut Regis; tunc enim vnicuique liceret hanc vim repellere*, Hier. Cala *de præmin. M.C.V. cap.*4. *per tot.* vbi quandn liceat Principi ex politica, & œconomica poteſtate priuare vita nocentem iuris ordine prætermiſſo nnn in pœnam illius, ſed potiùs ad præſeruationem aliorum, *& cap.* 6. vbi de Iudice ſupremo à latere Principis.

Qualiter obtemperandum ſit Principum mandatis, & qua pœna puniantur inobedientes, vel excuſari poſſint, Menoch. *de arbitr. caſ.*365. *per tot.* vide in §. *Iudex n.* 57. *infrà num.*45. Franciſc. de Angelis *loc. ſup. cit. num.* 80. *& ſeqq.*

An autem verum ſit quod in ſupremis Principibus reperiatur duplex poteſtas, vna ſcilicet ordinaria, & altera abſoluta, ſiue quæ plenitudo poteſtatis appellatur, latè videndus Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.*217. *num.*132. *& ſeqq. per tot. part.* 9. *recent.* vbi adhibitis pluribus diſtinctionibus, concludit ipſos Principes etiam ſupremos comprehendi ſub legibus Poli, Naturæ, & Rationis, aliiſque poteſtatem regnandi eſſe tributam ob bonum publicum,

Digitized by Google

blicum, & non proprium, cùm Regnum non debeat eſſe propter Regem, ſed Rex propter Regnum, nihilque differre debere à bono patre, quæ debeant eſſe illorum principales virtutes, aliaque plurima moralia, & notabilia de Principibus, & illorum Conſiliarijs; & latè etiam Franciſc. de Angelis *in Aſtreal. Patrocin. poſt tract. de confeſ. Opuſcul.2. num.82. & ſeqq.* vbi citat meas reſolut. *cap.63. num. 8. & ſeqq. & num.159. & ſeqq.* oſtendit quòd plenitudo poteſtatis verè, & propriè, ac vniuerſaliter conſiderata non reſtricta, nec determinata, eſt in Dei ſola potentia, nec illam ipſe Deus alteri concedere poteſt, cùm non poſſit facere alium Deum ſibi æqualem, quia Deus eſt infinitus, & duæ res infinitæ eſſe non poſſunt, &c. Amaya *Obſeru. lib.1. cap.1. num.47. & ſeqq.* facit quod dixi in §. *Iuriſdictio num. 3. in fine*, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap.2. num.8. & ſeqq. per tot.* vbi poſt plura concludit non poſſe Reges, & Principes vti abſoluta poteſtate, quatenus illam haberent niſi pro bono publico, ſecundum æquitatem, rectamque rationem, & alia ad rem, *& cap. 3. & ſeqq.* vbi etiam an abſoluta Poteſtate poſſint Regnum, vel Statum, ſiue partem illius, vel alia bona, & vaſſallos inuitos alienare, quo iure ſucceſſio deferatur in Regno &c. *inf. num.30.*

Plura de Principis poteſtate circa vltima voluntates defunctorum, & præcipuè Maioratus, & Primogenituras, an poſſit illas alterare, Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. part. 1. cap. 32. per tot.* Andreol. *contr.413.*

Quid poſſit Princeps circa contractus, legitimationes, primogenituras, Maioratus, & alia plura, latè indicat idem Torre *in Repert. general. d. Operis, verb. Princeps*, & reſoluit in locis indicatis, & in *verb. Reges, &c.*

2 Princeps in ijs, quæ ſunt iuris poſitiui omnia poteſt cum ſuis ſubditis, quidquid ſecùs ſit in ijs, quæ attingunt ius diuinum, naturale, vel gentium; & ideò vbi conſtat de illius voluntate circa ius poſitiuum, non eſt diſputandum de poteſtate, ità vt qui hoc auderent faciant ſe ſuperiores, & ponant ſedem ſuam ab Aquilone tentandu illi eſſe ſimiles, & dicantur Sacrilegium committere, *l. diſputare C. de crim. Sacrileg.* Crauet. *conſil. 241. num. 3.* Magon. *deciſ. Flor. 88. num. 18.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 10. num. 56. & de arbitr. caſ. 389. num.20. & 21.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 724. num.8. &c.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concluſ. 668. & ſeqq.* Leoncil. *deciſ. Ferr. 26. num.3. & deciſ. 194. num. 7.* Cabal. *conſ. deciſ. 111. num.1. & ſeqq. per tot. lib. 2.* vide in §. *Sacrilegium num.* . . . Paul. Chriſtin. *deciſ.27. per tot. vol. 5.* Franciſ. de Angelis *in Aſtreal. Patrocin. poſt tract. de confeſ. Opuſcul. 2. num. 144. & ſeqq.* vbi quòd licet Princeps poſſit diſpenſare ſuper iure poſitiuo, tamen diſpenſando ſine iuſta cauſa malè facit, & peccat, quamuis actus ſuſtineatur in foro fori, D. Thom. *1.2. quæſt. 96. art. 5. dub. vlt.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom. 1. in 2.2. D. Thom. quæſt.60. art.5. in 2. aſſert. poſt 3. concluſ.* vbi dicit multa requiri pro dicta diſpenſatione, Cabed. *deciſ. 78. & 79. part. 2.* & Antunez. Portugal. *loc. ſupra citat. & cap. 10. & 11.* vbi plura de poteſtate Principis in condendo leges, & an poſſit diſponere contra ius naturale, vel gentium, &c. Raynald. *rer. crim. Proœm. §.7. num.21. & ſequentib. per tot. fol.13. &c.* vbi *num.* 102. me citat in Praxi.

Et quod iuſta cauſa non præſumatur, Franciſc. de Angelis *loc. citat. num.* 146. vbi declarat quomodo intelligatur.

Plura de Principis auctoritate Ricc. *Collect.* 2022. & 407. Amaya *Obſeru. lib. 1. cap. 1. per tot.* Sanfelic. *deciſ. 386. cum Addit.* vbi in materia impoſitionum, vide in §. *Aſſertio num.* 4. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 405. vbi etiam an idem ſit in eius Vicario, vt poſſit facere, quæ poteſt facere Princeps, & affirmat *num.* 6. adde Creſp. de Valdaur. *Obſeruat. 2. & 3. per tot.* vbi oſtendit multa eſſe Principi permiſſa de œconomia, & politica poteſtate, etiam contra Eccleſiaſticos, & præcipuè ad obuiandum delictis, & conſeruandam pacem, ac quietem in Republica, cuius ipſe eſt caput, & patet, Hier. Cala *loc. ſup. cit.* Ægid. de Caſtelon. *in Alphab. iurid. verb. Imperator*, vbi plura remiſſiue.

Princeps tamen vti iuſtitia plenus, & cui nil tam proprium, antiquius, & naturale eſſe debet, quàm iuſtitiæ, & rectitudinis lumine præfulgere, non præſumitur velle plus, quam velit lex, & iuſtitia, & talis mens eius præſumitur, qualis eſt lex, & iuſtitia, & ideò dicitur velle omnes actus iuſtitiæ fori, & poli, adeò vt ſententia ab eo non benè informato lata, ſi aduerſetur legibus, & iuſtitiæ corruat ex defectu intentionis, & voluntatis ipſiuſmet Principis, Menoch. *de præſump. lib. 2. præſumpt. 10. num.8. & 9.* Altograd. *conſ.90. num.1. &c. conſ. 192. num. 5. & 6. lib. 2.* Didac. Mart. in Addit. ad Gizarel. *deciſ.17. num.10. & ſeqq.* Tuſch. *litt. P. concluſ.687.* latiſſimè exornans videndus Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 217. per tot. part. 9. recent.* Rot. Rom. Gait. inter deciſ. Sanfelic. *deciſ.397. num. 14. & ſeqq.* vbi etiam quòd decipiuntur affirmantes Principem de abſoluta poteſtate poſſe aliquem ſine iuſta cauſa rei ſuæ dominio priuare, concurrente autem aliqua cauſa, maximè publica poſſe id facere probat Sanfelic. *deciſ. 405. cum Addit. & deciſ.407. cum Addit.* Franciſ. de Angelis *loc. ſup. cit. n.82. & ſeqq. fere per tot.*

Imò mandat ipſe Princeps, non eſſe ſeruanda illius reſcripta, quando legibus repugnant, & alium lædunt, cum in dubio ſemper intelligatur reſcribere, prout iuri, & æquitati conuenit, ac ſine tertij præiudicio, Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 9. per tot.* Gait. inter deciſiones Sanfelic. *deciſ.397. num.20. & ſeqq. & deciſ.407. cum Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 868. num. 18. &c.* Peregr. *deciſ. 98. num.6.* plene Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 217. part. 9. recent.* vbi etiam quòd potius reſcriptum præſumendum eſt falſum, quàm quod Princeps in dubio voluerit tertio præiudicare.

Quod ſub inuolucro verborum non cenſeatur Princeps tertio præiudicare, & niſi ſit explicitè informatus, Rot. *part.11. recens. deciſ.192. num.5.* vbi de Pontifice in beneficialibus.

Et ſi Princeps mandet aliquid præcipitanter, non vult vt ſibi obediatur, ſed iudicem debere expectare ſecundam iuſſionem, vel per 30. dies, *l. ſi vendicari C. de pæn. & c. cum apud Theſſalonicam 11. quæſt. 3.* quod notabili exemplo confirmat Paul. Chriſtin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit. 1. art. 2. num. 1. in fine*, ex Liuio *lib. 4. ſecundi belli Punici.*

Quòd Princeps magis, quàm alij teneatur pacta ſeruare, ratione iuſtitiæ, quæ in eo fulgere debet, ac debeat vnam ſolam vocem, vnicumque calamum habere, & tanquam mutuæ fidei vindex, Altograd. *conſ.70. num. 26. & 27. lib. 2.* Azor. *Inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. fol. mihi 494.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 332. Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.690. per tot.* vbi latè qualiter teneatur ad obſeruantiam contractus, *& concluſ. 691.* vbi qualiter per contractum poſſit obligare ſucceſſorem, Ricc. *Collect.3280. & 3492.* Sanfelic. *in Praxi ſect.29.* vbi quòd nec ipſe, nec eius ſucceſſor ſiue per electionem, ſiue per ſucceſſionem poteſt à contractu recedere, vel eum infringere, alias eſſet deterioris conditionis aliorum, quia eſſet extra omne commercium, & Deus licet ſubiecerit leges Principibus ſupremis, non tamen ſubiecit contractus, allegat Peregrin. *de iur. fiſc. lib.1. tit.3. num.45* Larrea *alleg. fiſcal.3.* & alios.

Quòd Principis contractus habeat multa ſpecialia, & quæ idem Tuſch. *loc. cit. concl.693.*

Qualiter Deus Principi ſubiecerit leges, non autem contractus, & conuentiones partium, ac ideò non poſſit Princeps conuentionalia partium ſuo reſcripto tollere, niſi partes ipſæ conſentiant, latè Franciſc. de Angelis *in Aſtreal. Patroc. poſt tract. de confeſs. Opuſcul. 2. num. 75. & ſequentib.* facit quod dixi in §. *Iudex num 24.*

3 Princeps poteſt facere gratiam in omnibus delictis, & quandoque etiam pro bono pacis, & intereſſe publico remittere iniurias, & damna verſus partem ſine illius conſenſus, dummodò exprimat, alias nunquam cenſetur derogare iuri priuatorum, nec ſolet facere gratiam, niſi habita pace, vel remiſſione à parte offenſa, Clar. & Baiard. *in §. fin. quæſt. 59. per tot.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.58. per tot.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.4. tit. vltim. n. 15.* Franch. *deciſ. 213. num. 38.* Theſſ. *deciſ.21.* vide in §. *Pax num.17.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 16. num. 9. & ſeqq. vol. 2.* vide Farinac. *quæſt.6. num.21. &c. quæſt.103. n.176.* Anton. de Marin. *reſolut. quotid. cap. 2. num. 33. &c. lib. 1.*

*lib.*1. Paul. Chriſtin. *deciſ.*27. *vol.* 5. Ricc. *Collect.*1773. & 2016. Sanfelic. *deciſ.*53. *per tot.* & *deciſ.* 405. *per tot.* *Addit. ad eundem deciſ.* 402. *obſer.*10. & 11. Conciol. *reſol. crim. verb. Princeps reſol.*1. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*21. Griuel. *deciſ.*75. *per tot.* & Raynald. *Syntax. rer. crim. Proœm.* §. 7. *num.* 16. & *ſeqq. fol.* 26. &c. *cap.*8. §.3. *num.*169. & *ſeqq. fol.*533.

Quod Princeps remittendo pœnam partis læſæ applicandam peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem, cùm boni Principis non ſit læſum non recompenſare, ex quo ius diuinum, naturale, gentium, & ciuili id ſuadet, Menoch. *de arbitr. quæſt.* 96. *num.* 2. & 3. vbi citat Sot. *de iuſt. & iur. quæſt.* 5. *art.* 4. *lib.* 4. vide Bardellon. *conſil.* 36. *num.* 46. P. Manar. *in Noct. Malencol. interrogat.* 105. *fol.* 163. vbi quòd probabilior eſt opinio, vt non poſſit facere gratiam ſine partis ſatisfactione, Ricc. *Collect.* 1773. 2016. 3589. 3107. & 3366. vbi ampliat quòd alias gratia ſit nulla ipſo iure, & ab officialibus non approbanda, ac idem eſſe in commutatione pœnæ; limitat tamen ſtante iuſta cauſa, vel ſi offenſus eſſet mortuus, exterus, vel incognitus, vel calumnioſè nollet facere remiſſionem humiliter petitam ad tradita per Theſſ. *deciſ.*21. vbi tamen quòd tunc ſolet imponi exilium à loco donec pax fuerit obtenta, vide Theſſ. *quæſt. for.*26.*lib.* 4. Ricc. *Collect.* 3107. Sanfel. *deciſ.*53. *per tot.* & *deciſ.*405. *per tot. cum Addit.* & *deciſ.*407. *cum Addit.* Nouar. *in Pragm. Collect.*32. *num.*12. Conciol. *loc. cit. per tot.*

An autem Princeps poſſit aliquo caſu compellere partem offenſam ad reddendam pacem, vide in §. *Pax num.*8.

Et quòd Princeps non niſi ex iuſta cauſa pœnæ remiſſionem facere poſſit, vt ſi quis deliquerit caſu fortuito, vel ex humana quadam fragilitate, ſecùs autem in ſceleratis, & facinoroſis, ac ſolitis delinquere, quibus fauere, & pœnam remittere impium eſt, & Reſpublica plurimum læditur, ac iniuria afficitur, Sot. *d. lib.*4.*quæſt.* 5. *art.*4. *verſ. poſterior concluſio*, Menoch. *d. quæſt.* 96. *num.* 7. & 8. vbi reſpondet ad id, quòd dici ſolet, nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat, intelligi quo ad mortem æternam, & viuat, nempè vita ſpirituali, vide etiam alios ſupra citatos, & Dian. *part.* 6. *tract.*6.*reſol.* 1. & *ſeqq.* vbi latè probat hanc partem, vt non niſi ex iuſta cauſa poſſit gratias facere, adde Franciſ. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.*2.*lib.* 2. *cap.* 21. *per tot. fol.*444.

Quòd imò Princeps poſſit facere gratiam criminis, & pœnæ corporalis, etiam irrogatæ inuicem, & locum pecuniariæ, licèt pars contradicat, cùm ſua non interſit, quia pœnæ corporalis perſequutio ad vindictam publicam, & non priuatam pertinet, Paul. Chriſtin. *deciſ.*206. *num.*4. *vol.*4. vbi citat Clar, *quæſt.*59. Anton. Faber. *in ſuo Cod. tit. de pœn. definit.* 1, Sed non recedas à ſupra firmatis, vel intellige ex iuſta cauſa, & vide in §. *Iudex nu.* 76. *verſ. Vndecimo*.

Quòd Princeps non poſſit facere gratiam ſubdito ſuo pro delictis extra territorium commiſſis, ſed ſpectet ad Principem loci delicti, à quo legitimè obtenta gratia, vel aliter concordato non poſſit etiam amplius inquiri, nec moleſtari in loco originis, vel domicilij, Ricc. *Collect.*2946. vide in §. *Gratia num.* 3.

Qualiter Princeps ſupremus poſſit facere gratias in præiudicium Baronum de omnimoda iuriſdictione inueſtitorum, vide in §. *Dominus num.*38.

Quòd Princeps non poſſit facere gratiam delinquenti, etiam iuſta ex cauſa, niſi faciat cum temperamento exilij à loco delicti, & à loco habitationis partis offenſæ donec pacem obtinuerit ſub pœna nullitatis gratiæ, ad tradita per Baiard. ad Clar. *quæſt.* 59. *num.* 51. Sanfelic. *deciſ.*142. *num.*7. Prat. in Addit. ad Paſchal. *de patr. poteſt. part.*4. *cap.*7. Franc. Vico *ad Pragmat. Sardin. lib.* 2. *tit.* 25. *cap.*12. *num.*19.

Vel dic quod non poteſt in delictis, & pœnis à iure diuino, naturali, & gentium inductis, ſed benè in delictis, & pœnis à ſolo iure ciuili inductis, licèt in iſtis etiam dubitari poſſit quando eſt quæſitum ius parti, vide Laurent. Matthæu. *de Regim. Regn. Valent. part.* 2. §.1. *n.*105. & *ſeqq.* Franc. Vico *vbi ſup.* & alios citatos per Raynald. in locis ſupra relatis, qui benè totam materiam, quando Princeps poſſit, vel non tuta conſcientia facere gratias delictorum ſine remiſſione partis offenſæ, vel eam cogere ad faciendam pacem, & alia ad rem explicat, & Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2.*cap.*18. *per tot.* cum pluribus ab eo citatis.

Princeps non poteſt tollere ius alteri quæſitum ex contractu iuriſgentium, niſi vtatur plenitudine poteſtatis ex iuſta cauſa publicam vtilitatem reſpiciente, cum ſolutione pretij, & modica læſione, vel tollendo tantùm obſtaculum, ſiue reſtituendo aliquem ad ius, quod antea habebat, Bellon. *conſil.* 2. *per tot.* Curt. iun. *conſil.* 1. *num.*19. &c. *lib.*1. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*48. *num.*7. &c. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 891. *num.* 29. & *per tot.* vbi quòd numquam poteſt reuocare, & tollere ius, quòd ipſe conceſſit per contractum oneroſum, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 161. *num.* 7. &c. Viui. *comm. opin.* 635. & 636. Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.*680. & *ſeqq. ad* 687. latè Dian. *part.* 11. *tract.*7. *reſol.* 5. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones, & rationes Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 130. *vol.*1. & *deciſ.*75. *vol.*2. & *deciſ.*19. *num.*19. &c. *vol.*5. & *deciſ.*27. *per tot. d. vol.*5. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.*217. *num.*94. & *ſeqq. part.*9. *recent.* Sanfelic. *deciſ.*407. *num.*12. & *ſeqq.* vbi etiam quid ſi agatur de iure quæſito Miniſterio iuris ciuilis, & alia plura in Addit. quando poſſit facere gratiam de pœnis. 4

Quòd Princeps poſſit ius immediatè quæſitum per modum iuris ciuilis tollere etiam ſine cauſa ante rei traditionem, & apprehenſam poſſeſſionem, Paul. de Caſtr. *in l. Gallus* §. *Et quid ſi tantum ff. de lib. & poſth.* Alex. *conſ.* 87. *vol.*2. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.* 29. *num.*84.

An poſſit de poteſtate ordinaria concedere nouas reuiſiones contra res iudicatas, benè Manſ. *Conſult.* 185. *lib.* 2.

Poſſet tamen ſine cauſa donationem à ſe factam, vel aliam conceſſionem reuocare, quando nullum factum reciprocum interceſſit, licet non deceat, Menoch. *de arbitr. d. quæſt.*47. *num.*11. vide in §. *Contractus num.*45.

Item poteſt ius quæſitum ex re iudicata tollere, mandando cauſam reuideri, idem Menoch. *de arbitr. quæſt.*52. *per tot.* dummodò vtatur clauſula, *non obſtante re iudicata*, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de litt. iudicial. vel morat. num.*33. & 34. *fol.*171. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 73. *vol.*2.

Quòd pro bono pacis poſſit in totum rem priuatorum auferre, ſoluto tamen iuſto pretio, Gratian. *diſcept. for. cap.*997. *num.* 10. Altograd. *conſ.*102. *num.*75. & 76. *lib.*2. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*130. *num.*10. &c. *vol.*1. & *deciſ.*158. *num.*2. & 11. *d. vol.*1. Martha *vot. Piſ.*166. *n.* 23. & *ſeqq.*

Quando Princeps præſumatur iuſtis de cauſis aliquid feciſſe, vel conceſſiſſe, dilucidat Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*10. *per tot.* Tuſch. *litt. P. concl.*681. & 682. *per tot.*

Quòd numquam intelligatur præiudicare tertio, etiam ſi motu proprio reſcribat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*730. *num.* 31. & *num.* 43. &c. *cap.* 854. *num.* 23. &c. *cap.* 421. *num.*38. *cap.*634. *num.*20. *cap.*580. *num.*29. *cap.*867. *nu.*16. &c. latè Rebuff. *in Praxi beneſ. part.*1. *tit. de non toll. ius quæſit. gloſ.*6. *per tot.* vbi multis modis hanc regulam ampliat, & poſtea *d. gloſ.* 6. duodecim limitationes adducit, in quibus Principes præiudicat iuri alterius, Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic.*75. *vol.*2. plenè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.*217. *part.*9. *recent.*

Quòd ſemper intelligatur reſcribere prout iuri, & æquitati conuenit, Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*9. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*126. *num.*7. & 8. vbi quod quamuis non dubitetur quin Pontifex poſſit ſi velit creditoribus, & tertio præiudicare, numquam tamen præſumitur, quod per ſuas conceſſiones id agere intendat, Sanfelic. *deciſ.*407. *num.*12. & *ſeqq.*

Quando apparet de Principis voluntate, veniunt omnia per eum expreſſa, quamuis eſſent alteri quæſita, etiam nulla expreſſa cauſa, quæ ſemper in Principem præſumitur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*845. *num.* 25. &c. *cap.* 959. *num.* 4. &c. Card. Tuſch. *litt. P. concl.*680. *cum pluribus ſeqq.* Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 332. *num.* 9.

Quòd imò vbi agitur de tollendo iure quæſito non præſumatur cauſa niſi exprimatur, Magon. *deciſ. Flor.* 131. *num.* 12. Imò non ſufficere cauſam eſſe expreſſam,

ſed

Digitized by Google

ſed eſſe probandum illam eſſe veram, Boſſ. *tit. de Princ. & priuil. eius num.* 189. Franciſc. de Angelis *loc. infrà cit. num.* 146.

Quòd vbi Princeps facit actum de ſui natura præiudicialem, virtualiter afficiat omnes, quibus præiudicium infertur, etiam ſi ius eorum ignoret, Merlin. *deciſ.* 243. *num.* 2. & 3. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 488. *num.* 20. & 30. vbi intelligit de iure conſequutiuo, & incompatibili, vt ibidem declarat.

Multa de poteſtate Pincipis reſcribentis ex certa ſcientia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 599. *num.* 2. *&c. cap.* 673. *per tot. cap.* 584. *num.* 32. *&c.* Rebuff. *loc. ſupra cit.* Card. Tuſcb. *litt. P. concluſ.* 683. & 684. *per tot.* Larrea *Alleg.* 114. & 115.

Quòd conceſſiones, & priuilegia Principum intelligantur ſine alterius damno, & iniuria, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 158. *per tot. vol.* 1. latè videndus Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *part.* 9. *recent.* vbi quòd ab eis iura, & non iniuriæ proficiſci debent aliaque plurima, & latè etiam Franciſc. de Angelis *in Aſtræal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſcul.* 2. *num.* 78. *& ſeqq. ferè per tot.*

5 Princeps poteſt diſpenſare, vt quis contrahat ſecundas nuptias abſque incurſu alicuius pœnæ, cùm poſſit diſpenſare in præiudicium tertij, quod venit in conſequentiam, & quando agitur ſolum de iure quærendo, & non quæſito, ita vt hoc ius quærendum poſſit tollere etiam ſine cauſa, maximè ſi proueniat à iure ciuili, ac etiam ius quæſitum quando ſuadet æquitas, & fauor animæ, Aliograd. *conſil.* 49. *num.* 30. *& ſeqq. lib.* 2. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 89. *quæſt.* 2. *num.* 60. Ricc. *Collect.* 2022. Menoch. *de arbitr. caſ.* 151. *num.* 9. Montan. *de tut. cap.* 15. *num.* 79. Boer. *deciſ.* 185. *num.* 25. Gabriel. *comm. concl. tit. de ſecund. nupt. concluſ.* 1. *num.* 49. Mynſing. *obſeru.* 24. *in fine cent.* 5. plenè Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 360. *per tot.* vide in §. *Pœna num.* 1. vbi qualiter fuerit reuocata dicta deciſio *eadem part.* 18. *deciſ.* 387. *& deciſ.* 479.

An autem, & quomodo poſſit legitimare, vide in §. *Legitimatio num.* .. & §. *Filius num.* ..

6 Princeps poteſt per legem generalem abrogare fideicommiſſa, & illorum vim tollere, cùm plures ſubſint iuſtæ cauſæ; primò, namque quia liberam rerum adminiſtrationem impediunt; ſecundò, perturbant rerum liberas commutationes; tertiò, rebus de ſui natura liberis ſeruitutem quandam imponunt; quartò, inuito hæredi, vel legatario grauato ſucceſſorem conſtituunt; quintò, votum quoddam captandæ mortis alienæ inducunt, vbi poſt grauati mortem conſeruntur; ſextò, ſæpiſſimè materiam delinquendi præbent, nam grauati vendunt multoties bona affecta pro liberis, & emptores poſtea ſpoliantur re, & pretio; ſeptimò, quia ſunt ſeminaria litium, vt experientia docet, dum quotidiè diſputatur de puncto, de caſu, de perſonis, de rebus, de voluntate, de verbis, de interpretatione, de detractionibus, de alienationibus, de imputationibus, de melioramentis, de fructibus, & ſimilibus quæſitionibus, quæ lites immortales reddunt, & quæ omnia ſunt legibus exoſa, vt probat Peregrin. *de fideicom. art.* 52. *num.* 114. facit Paul. Chriſtin. *deciſ.* 41. *num.* 1. *&c. vol.* 4. vbi qualiter in Gallijs per ſtatutum Regium debeant fideicommiſſa infrà certum tempus inſinuari in loco rei ſitæ ſub pœna nullitatis, vide in §. *Fideicommiſſum num.* 53.

Quòd Princeps poſſit etiam alicui fideicommiſſo particulari derogare, maximè ſi alia bona ſubrogentur, Caualer. *deciſ.* 430. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 465. *& part.* 13. *deciſ.* 304. *num.* 6. *& ſeqq.* Larrea *Alleg.* 115. vbi plura de Principis poteſtate circa derogationes contractuum, vltimarum voluntatum, & maioratuum.

Quæ autem iuſtus Princeps animaduertere debeat in huiuſmodi conceſſionibus derogatorijs fideicommiſſi, vide Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 4. *per tot.* & ſeruari Florentiæ teſtatur Matt. Medic. *deciſ. Senen. Exam.* 3. *n.* 116. facit Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 75. *per tot.* vbi gratia non debet eſſe ſubreptitia, non adſint alia bona libera, & creditores vrgeant, alias licet fuerit executioni demandata officere non poteſt fideicommiſſarijs ad impediendam immiſſionem.

Et gratia derogationis non eſt derogatio, ſed mandatum ad derogandum, & alteri commiſſa non producit effectum, niſi præcedat derogatio, nec alienatio antea facta poteſt per ratificationem ſuſtineri, cùm interim fuerit ius quæſitum vocatis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 157. *num.* 4. *&c. & part.* 10. *deciſ.* 41. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam quòd debet præciſè ſeruari forma præſcripta, alias non ſuffragatur, *& deciſ.* 325. *dict. part.* 10. *& deciſ.* 363. *per tot. eadem part.* 10. vbi plenè, *& part.* 13. *deciſ.* 304.

Quòd Princeps non poſſit tollere claram teſtatoris diſpoſitionem, *l. teſtamentum C. de teſt.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 79. *num.* 24.

Quòd poſſit auferre ius futuri legati, & fideicommiſſi nondum agniti, ità vt non ſit neceſſaria citatio partis, nec alia expreſſio, quando ſcienter derogat iuri alterius, & alia circa regulam de iure quæſito non tollendo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 458. *num.* 4. & 25. *cap.* 765. *num.* 36. *&c. & cap.* 766. *num.* 1. *&c.* Larrea *Alleg. fiſcal.* 115. *per tot.*

Quòd ante aditam hæreditatem poſſit Princeps, & etiam poſt ex cauſa infringere, & mutare teſtamentum, etiam ſi teſtator dixerit, ne ſe intromittere poſſit, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſ. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 116. *&c.*

Huiuſmodi tamen derogatio fideicommiſſi intelligitur ſolùm facta in ſubſidium, alijs bonis liberis non extantibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 996. *num.* 9. *&c.* vide in §. *Emptio num.* . . . Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 75. *num.* 1. *&c.*

Ex quibus reddatur ſubreptitia, & nulla, Rot *part.* 12. *recent. deciſ.* 233. *per tot.* vbi etiam qualiter reddatur nulla ob non ſeruatas qualitates, & conditiones, in ea appoſitas, ità vt non impediat immiſionem fideicommiſſarijs, *& part.* 13. *deciſ.* 304. *num.* 6. *&c. per tot.*

Quando, & quomodo poſſit Princeps inter ſuos ſubditos derogare, vel non voluntatibus defunctorum circa legata, fideicommiſſa, maioratus, primogenituras, & alia, vltrà citatos, vide Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 64. *& ſeqq.* Hermoſil. *ad l.* 53. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 14. *&c.* Caſtil. *lib.* 2. *cap.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 6. Couar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. tit. de iur. quæſit. toll.* Molin. *de primogenitur. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. *& ſeqq.* ac alibi ſæpè, Bardellon. *conſ.* 17. *num.* 14. 25. & 27. Monet. *tract. de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *num.* 451. *& ſeqq. part.* 9. *recent.* vbi latè probat Principem non poſſe ſine iuſta cauſa non tantùm ius quæſitum tollere, ſed nec etiam ius in ſpe probabili quærendum, ſiue ex contractu, ſiue ex vltima voluntate, cùm ambo proueniant ab initio ex iure gentium, cui non poteſt Princeps derogare, vide in §. *Voluntas num.* 4.

Quando, & ex quibus cauſis Princeps poſſit derogare vinculo primogenituræ, & fideicommiſſi particularis, vel generalis, Ant. Gob. *Conſ.* 146. *per tot.*

Quod Princeps poſſit de conſenſu teſtatoris reddere teſtamentum irreuocabili, ità vt non poſſit teſtator amplius illud mutare, Fagund. *de inſt. & contract. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 2. *& ſeqq.*

7 Princeps ſæcularis poteſt, ſicut & Papa ſupplere omnes defectus proceſſuum, quod tamen non poteſt facere Legatus de Latere, cùm nihil poſſit contra ius commune, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 859. *num.* 7. *&c.* facit latè Guaz. *def.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi an, & quomodo poſſit committere cauſas appellatione, vel recuſatione remota, & ſic ſanare nullitatem prouenientem ex allegatione iudicis ſuſpecti, de quo dixi in §. *Iudex num.* 66. & 67.

8 Princeps ſæcularis ſicuti non poteſt directè imponere gabellam ſuper fructibus, & bonis Clericorum, ità nec indirectè exigendo ab illis, qui emunt ab ipſis Clericis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 390. *per tot.* facit in *cap.* 564. *num.* 48. *&c.* vide in §. *Gabella num.* 4.

Sed an iſtud ſeruetur in practica dicant alij, & vide quos allegaui in §. *Gabella num.* 4. & præcipuè Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *Diſput.* 37.

9 Princeps ſæcularis an poſſit in ſuo ſtatu ſine ſcrupulo conſcientiæ concedere exercitium vſurarum Iudæis cum priuilegio expreſſo, aliquo anno cenſu recepto, vel ſaltem illas tollerare, latè Theſſ. *deciſ.* 57. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 56. *&c.* Azor. *Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8.

Digitized by Google

*lib.*8. *cap.* 22. *fol.*1015. *& d. part.*1. *lib.* 5. *cap.* 17. *litt. B. & C. fol.*536. *& part.*3. *lib.* 5. *cap.* 18. *in fine fol.* 451. Nauar. *conſ.*3. *in Manual. cap.* 27. *num.* 143. Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.*338. *per tot.* Dian. *part.*9. *tract.* 9. *reſol.* 14. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.*110. *per tot. lib.* 2. vbi pro negatiua tanquam tutiori, Surd. *deciſ.* 80. Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *&c.* vide in §. *Iudai num.* 15. & dixi in Pract. §. *Ebrei num.* 9. *&c.* vbi quid prouiſum per leges municipales Florentiæ, quæ tamen hodie non ſeruantur ex corruptela cum magno ſcandalo, & damno Ciuium.

An autem Princeps ſæcularis poſſit licitè diſponere, vt tempore neceſſitatis fiant mutua cum intereſſe, & ſic quodammodo vſuras permittere ex cauſa neceſſitatis affirmat ex multis Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in Prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ num.* 58. vide in §. *Vſura num...*

10 Princeps Chriſtianus an licitè poſſit pro ſe, & rebus ſuis tuendis inire fœdus, & amicitiam cum Infidelibus, vt ſibi præſtent auxilium, vide diſputationem Oſaſch. Pedemon. in fine ſuarum deciſionum vbi contra Oldrad. *conſil.* 71. negatiuam defendit opinionem, facit Dian. cum alijs ab eo relatis *part.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 36. vbi an liceat emere, vel permutare victualia à Turcis, & tenet licitum eſſe comercium cum illis ex cauſa neceſſitatis.

An Chriſtiani remigantes in triremibus Turcarum, vel alia facientes contra Chriſtianos dum ſunt captiui peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 36. vbi plures hincindè allegat.

An Principes Chriſtiani poſſint in ſuis ſtatibus concedere hæreticis libertatem conſcientiæ inconſulto Papa, &c. Caren. *de offic. S. Inquiſit. part.* 3. *quæſt.* 10. *per tot. fol. mihi* 381. & eſt materia Cardinalis Fulcodij, vide in §. *Hæreſis num.* 20.

An Principes Chriſtiani poſſint in ſuis ſtatibus ad ſedandos rumores concedere hæreticis libertatem conſcientiæ inconſulto ſummo Pontifice, affirmatiuam probat Benedict. Carpzoui (Auctor reprobatus) *in leg. Reg. German. cap.* 3. *ſect.* 6.

Sed negatiuam, & melius, niſi magnum ſit periculum in mora multis tuetur reſpondendo contrarijs, Dian. *part.* 10. *tract.* 3. *per tot.*

An autem Principes laici habeant ius aliquod circa bona hæreticorum confiſcata, vide Dian. *part.* 12. *tract.* 3. *reſol.* 2. *fol. mihi* 194. & alios citatos in §. *Hæreſis num.* 5. *verſ. Multa de confiſcatione*, Card. Fulcod. apud Caren. *de S. Offic. quæſt.* 15. *fol. mihi* 391. & vbi pro fiſco ſæculari circa bona hæreticorum confiſcata.

11 Princeps ſupremus an poſſit diſpenſare, quod impubes contra legum ſanctionem poſſit teſtari, vide in §. *Teſtamentum num.* 15. Ricc. *Collect.* 407. vbi alia plura de Principis poteſtate, *& Collect.* 2022. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 405. *obſeru.* 2. vbi quòd poteſt ſi impubes ſit pubertati proximus, nullumque præiudicium inferat venientibus ab inteſtato, ex Angel. Alex. Dec. & Iaſ. *in l. fin. C. de teſtam. milit.* Magdalen. *tract. de num. teſt. in teſtam. requiſit. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 73. *&* 76.

12 Princeps non poteſt imponere legem ſucceſſori, nec eum adſtringere, ne deroget alicui Conſtitutioni, niſi ſub certa forma verborum, maximè in gratia motu proprio, Gratian. *diſcept. for. cap.* 548. *num.* 6. *&c.* Tuſch. *litt. P. concl.* 962. *per tot.*

Qualiter autem poſſit per ſuum contractum obligare ſucceſſorem, vel non, Tuſch. *litt. P. concl.* 691. *per tot.* Vermigliol. *conſ.* 439. *num.* 1. *& ſeqq.* Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 53. *num.* 21. *&c.* vide in §. *Tranſactio num.* 10. *in fine.*

13 Princeps non poteſt ad alterius Principis, vel ſtatus æmulationem Caſtrum, vel Præſidium ædificare, Bald. *conſ.* 188. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 80. *in fine*, Ang. & Caſtr. *in l. cum eo ff. de ſeruit. Vrb. præd.* Cepol. *eodem tract. cap.* 39. vide Boer. *deciſ.* 320. *per tot.* Cabed. *deciſ.* 16. *n.* 6. *part.* 2.

In dubio tamen æmulatio non præſumitur, ſed arbitrio iudicis ex coniecturis colligitur, & non dicitur Princeps ad æmulationem facere, ſi Caſtra, & Oppida muniriſſima in confinibus ſuarum Regionum ædificet ad ſui ſtatus conſeruationem, & defenſionem, idem Bald. *conſ.* 195. *lib.* 2. Gayl. *obſer.* 69. *num.* 17. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 136. *num.* 6. *&* 10. Duen. *reg.* 32. *per tot.* Boer. *deciſ.* 320. *per tot.*

Qualiter autem, & ex quibus cauſis poſſit Princeps indicere bellum, quando, & in quibus peccet in ordine ad milites, etiam ſi bellum ſit iuſtum, & alia plura de bello, Dian. *part.* 6. *tract.* 4. *per tot.*

De iure indicendi bellum, & illius effectibus, latè pluribus citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot.* alios retuli in §. *Captura num.* 4.

Quòd Princeps poſſit prohibere ſubditis, & impedire, ne etiam in ſuo ſolo, & terris extruant Caſtra, fortalitia, turres, & propugnacula, maximè in finibus Regni, Caſtil. *de tertijs cap.* 41. *num.* 95. Ripol. *de Regal. cap.* 33. *nu.* 5. alijque plures citati per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 96.

An ſi duo Principes habeant ius probabile ad ſucceſſionem alicuius Regni, vel ſtatus poſſint in conſcientia, non expectata iudicum ſententia, illum armis occupare, vide Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 69. *per tot.* vbi adducit varias opiniones, & rationes.

Quòd neceſſarium ſit Regi, & cuilibet Domino in ſua iuriſdictione Arces, & munitiones habere fortiſſimas, & quare, Salzedo *Politic. de Regim. Princip. lib.* 2. *cap.* 11. *per tot. fol. mihi* 169. *&c.*

Princeps tam ſæcularis, quàm Eccleſiaſticus debet hiſtriones, & mimos indicta pœna à Ciuitatibus ſuis expellere, ne impudica, & inhoneſta populo exhibeant; qualiter autem, & quibus diebus, & horis poſſint iſti Principes honeſta ſpectacula, & choreas permittere, vel non, & quid in vltima nocte vltrà dimidiam Carniſpriuij, qualiter peccent tam ipſi ſaltantes, mimi, & hiſtriones, quibus pœnis afficiantur, quàm ſpectatores, & alia plura ad deteſtationem huiuſmodi ludorum, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 69. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* vbi ex profeſſo reprobat Neuiz. *in Silua nupt. lib.* 4. *num.* 66. *& ſeqq.* qui argumentis Inconſulto Chriſtiano certè indignis nixus eſt probare licere, dicere, & expedire ne prohibeantur choreæ, & laruæ vltrà dimidiam noctem Carniſpriuij, & in fine adducit Hiſtoriam ſatis notabilem, vel miraculum intempeſtiuæ cuiuſdam choreæ, & ſaltationis, vide in §. *Epiſcopus num.* 4. Petr. Gregor. *in Syntag. iur. vniuerſ. lib.* 39. *cap.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 82. *volum.* 5. 14

De circulatoribus, & Ciarlatanis expellendis propter fraudes, quas committunt in extorquendo pecunias à Ciuibus, & quod ſint perſonæ infames, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 41.

Quòd autem poſſint permitti hiſtriones ſine peccato, dummodò non vtantur verbis, aut factis illicitis, & inhoneſtis, probat Lanfranc. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæſt.* 70. *per tot.* vbi etiam an illis debeatur ſalarium, vide Dian. *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 17. *reſol.* 35. *&* 81. *& part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 81. vbi an peccent ſpectatores, & dixi in §. *Epiſcopus num.* 34.

An autem, & quando Princeps, vel Magiſtratus permittens turpes comœdias peccet mortaliter, vel non, idem Dian. *d. part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 82.

Princeps concedens ſaluumconductum pro debito, non 15
videtur concedere pro debito iurato, nec pro debito fiſcali, vel ex delicto, Afflict. *deciſ.* 5. *cum Addit.* Iaſ. *in l. reſcripta C. de prec. Imper. offer.* Diaz. *reg.* 583. *inf. num.* 54. *&* 55. *verſ. Duodecimo.*

Et qualiter poſſit Princeps concedere, vel non ſaluumconductum, & dilationem pro debito, & quæ debita extendatur, vel non, vide in §. *Saluusconductus num.* 11. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 130. *vol.* 1. *& deciſ.* 70. *&* 71. *vol.* 2.

Princeps dicitur ſolutus legibus, nec cenſetur contra 16
ſe ipſum diſponere, niſi expreſsè dicat, & ideò non ligatur ſtatuto de lucro dotis, excluſiuo fœminarum, & ſimilibus, niſi voluerit, vt dixi in §. *Statutum num...* vide Cabal. *deciſ.* 78. *&* 79. *part.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 5. *per tot.* Altograd. *conſil.* 1. *num.* 45. *&c. lib.* 1. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 82. Michalor. *de fratr. patr.* 3. *cap.* 11. *num.* 127. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *per tot.* plenè Carbon. *tract. de legibus lib.* 7. *Diſput.* 8. *per tot. fol. mihi* 287. Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 10. vbi quid in foro conſcientiæ, & latiùs *part.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 6. *per tot.* vbi infert ad plures caſus particulares, & latè etiam Aluarez. de Velaſch. *tract. de iud. perfect.*

Digitized by Google

*ſect. Rub.*1. *Annot.*3. §.3. *num.* 12. *& ſeqq.* Franciſc. de Angelis *in Aſtraal. Patrocin. poſt tract. de confeſ. Opuſc.* 2. *num.*99. *& ſeqq.* Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *Diſput.*27. *& ſeqq.*

Quod ad ſolum Principem ſuperiorem non recognoſcentem ſpectet legum ferendarum poteſtas; prudentis autem Principis ſit quàm pauciſſimas leges condere, quia quo pauciores ſunt leges benè exercitæ, & ſeruatæ, eò magis morigeratæ Reipublicæ conueniunt, & tales, quibus ipſe ſe ſubijciat, cùm magnum robur recipiant ſi non tantùm iuſſu, & verbis, ſed factis ab eo approbentur, vnde licet Princeps dicatur ſolutus legibus, digna vox eſt Maieſtatis imperantis legibus ſe alligatum profiteri, ſi non vi coactiua, ſaltem vi directiua, quæ ita Reges, & Principes, ſicut priuatos dirigit ad legum obſeruantiam, intelligendo in ijs, quæ ſtatui, & dignitati Principis legislatoris conueniunt, aliàs eum nec vi directiua obligant, ad tradita per Sot. *de iuſt. lib.* 1. *queſt.* 6. *art.*7. Leſſ. *de iuſt. & iur. cap.* 35. *dub.* 1. Larrea *allegat. fiſcal.* 4. *num.*10. & latè de omnibus iſtis, & alijs ad rem facientibus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*10. *per tot.*

An autem poſſit Princeps condere leges contra ius naturale, ſiue gentium, an poſſit contractus a ſe geſtos reſcindere, tam per legem generalem, quàm per reſcriptum, an contractus, vel vltimas voluntates ſubditorum tollere, vel mutare, & alia, plenè idem Antunez. Portugal. *d. tract. lib.*2. *cap.*11. *per tot.* Reliqua de legibus vide in §. *Lex per tot.*

Profitetur tamen ſe ſecundum leges viuere, ac rationis, & æquitatis vinculo ligatur, *l. digna vox*, vbi Bald. & alij *C. de leg.* Azor. *Inſtit. moral. part.*1. *lib.* 5. *cap.* 11. *per tot. fol.*494. Couar. *in c. alma mater de ſentent. excom. lib.*6. *tom.* 1. *fol. mihi* 444. *num.*4. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 23. *num.* 38. *&* 39. D. Thom. *part.* 2. *queſt.* 96. *art.*6. Leoncil. *deciſ. Fer.* 22. *num.* 22. vide in §. *Papa num.*9. latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 9. *vol.* 1. *& deciſ.*53. *per tot. vol.*1. Ricc. *Collect.*2566. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*72. Vrceol. *de tranſact. queſt.* 52. plenè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.*217. *part.*9. *recent. & Diſcurſu ad p.*11. *deciſ. Rot. Rom. num.*132. *& ſeqq.* vbi plurima de Principis potentia tam bona, quàm mala, & de peſte adulatorum, & Aulicorum, qui etiam optimos Principes incautos decipiunt, atque corrumpunt, Franciſc. de Angelis *loc. cit. num.*103. *& ſeqq.* vbi quòd licet Princeps ſolutus ſit legibus quoad vim coactiuam, & pœnas fori exterioris, ligatur tamen ex iure, & æquitate naturali, ac diuina quoad vim directiuam, quia ſi non ligatur lege legis, ligatur lege rationis, & alia plura ad rem, Baldel. *loc. cit.* Gabr. Vaſquez *in S. Thom.* 1. 2. *tom.*2. *Diſput.*167. *per tot. fol. mihi* 107. *&c.*

17 Princeps non ſubdito ſuo præiudicare non poteſt, & contrahendo cum non ſubdito, non gaudet priuilegijs Principatus, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.*27. *&* 28. Et ideò quæ dicta, & dicenda ſunt de illius poteſtate, debent intelligi reſpectu ſubditorum, nam quoad alios non ſubditos habetur pro priuato.

Plura qualiter Princeps ex contractu ſuo, ſiue cum extero, ſiue cum ſubdito obligetur naturaliter, & ciuiliter ſimul, iuxta veriorem opinionem, quicquid alij diſtinguant, Bald. *in l. Princeps ff. de legibus*, Trentacinq. *var. reſol. tit. de pact. reſol.* 1. *num.* 21. *lib.* 3. Gabriel. *comm. concl. tit. de iur. quæſit. non toll. concl.*5. *in fine*, Ricc. *Collect.*3082. Bardellon. *conſ.*75. *nu.*9. ſequitur Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.*53. *num.*1. *& ſeqq. per tot.* Cabed. *deciſ.* 75. *part.*2. vbi plura an, & quando Rex obligetur, vel non ex contractu inito cum ſubdito, & Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*11. *per tot.*

18 Princeps quando præſumatur ſe conformare diſpoſitioni iuris communis, & ſtatutorum, vel potius illi derogare, etiam non facta ſpeciali mentione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*940. *num.*3. *per tot.*

An autem potius intelligatur ſe conformare iuri communi, vel iuri ſpeciali, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.*12. *per tot.*

Licet non poſſit tollere ius commune in totum, poteſt tamen in ſuo ſtatu adeò illud offuſcare, & impedire, vt nullum operetur effectum, Altograd. *conſ.*98. *n.*35. *lib.* 1.

Qualiter poſſit tollere æquitatem, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*357. *num.*59. *& ſeqq.*

Quæ, & qualis iuſtitia Regibus in regimine ſit neceſſaria, & quæ, ac qualis ſcientia, vel doctrina, Salzedo *Politic. de Regimine Principum lib.* 1. *cap.* 12. *Differt.* 14. *fol.*93. *& cap.*15. *Differt.*18. *fol.*114.

19 Princeps an, & quando poſſit contrahere cum ſubditis ſuis, vide in §. *Officia*.

Quòd poſſit eſſe Iudex in cauſa propria cum ſubditis ſuis, ſiue ſit actor, ſiue reus, vel ſaltem ille deputet iudices, qui iudicare poſſint, cùm aliàs iudices ordinarij contra Principem non habeant iuriſdictionem, Altograd. *conſ.*2. *num.*20. *& ſeqq. lib.*1. Cabed. *deciſ.* 76. *per tot. p.* 2. & Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.* 34. *num.*6. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſi agatur cum Eccleſiaſticis, Cortiad. *deciſ.*37. *num.* 2. *&c.*

20 Princeps ſine vlla datione, vel acceptatione pecuniæ debet eligere, & mittere officiales ad officia, vt dixi in §. *Officia num.*4. & melius in Practica §. *Præſentis num.* 10.

Imò tenetur illis iuſta, & competentia ſalaria conſtituere, latè multis citatis Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*12. *num.* 45. *& ſeqq.* vt dixi in §. *Iudex num.* 21. *verſ. Quod non teneatur.*

Quod non debent amouere officiales ſine iuſta cauſa, Cabed. *deciſ.*20. *per tot. part.* 2.

Quæ ſint per Principem animaduertenda in electione Magiſtratuum, latè multos allegans Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*12. *per tot. & cap.* 13. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quando debeat officia parentum filijs eorum concedere.

Et qualiter non poſſit, nec debeat Princeps ſine iuſta cauſa amouere officialem ab officio; iuſtas autem cauſas eſſe quando Officialis reperitur admodum negligens, vel inſufficiens, vel præuaricatus eſt in officio, Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*55. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2011. vide in §. *Officialis num.*13. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 77. *num.*30. *& ſeqq.*

An Princeps teneatur eligere digniores ad officia ſæcularia ſub pœna peccati mortalis, multi affirmant, alij verò magis communiter putant ſufficere ſi eligat dignum, vide Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 172. *& part.* 6. *tract.* 6. *reſol.*2. *&c.* vbi an Proteges teneantur proponere digniores, & an poſſint vendere officia.

21 Princeps conferendo iuriſdictionem inhabili, ſiue aliàs inhabilem admittendo ad officium, vel actum, an dicatur illum diſpenſare ab inhabilitate, latè Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.*20. vbi diſtinguit plures caſus, & benè Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1239. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 115. *per tot.* vide in §. *Epiſcopus num.* . . . Paul. Chriſtin. *deciſ.*28. *num.*4. *&c. volum* 5. vbi quòd ſi ſciat defectum, & poſſit diſpenſare, intelligitur diſpenſaſſe, aliàs autem vitiatur electio.

In dubio tamen officialis præſumitur dignus, & idoneus, idem Menoch. *lib.*2. *præſumpt.*86. *per tot.*

22 Principis gratia debet probari per ſcripturam, cùm ſcriptura ſit neceſſaria ad probandum mandatum Principis, *l.* 1. *C. de mand. Princip. l. in exercendis C. de fid. inſtrum.* Afflict. *deciſ.* 319. *num.*10. *& ſeqq.* latè Sanfelic. *deciſ.*403. *cum Addit.* vide in §. *Gratia num.*8. §. *Amiſſio num.* 10. *&* §. *Reſcriptum num.*11.

Et ſi Princeps ſimpliciter reſcribat ſupplicationem multa continente omnia videtur concedere, niſi aliquam partem cancellauerit, vel limitauerit, vel niſi verſemur in his, quæ ſpecialem, & expreſſam mentionem requirant, Rom. *conſ.*80. Rebuff. *in Prax. benef. part.* 1. *tit. de* 3. *part. ſignat. verſ. Datum apud num.*31. *& ſeqq.*

De duobus petitis, vnum concedendo, videtur alterum negare, Altograd. *conſ.*2. *num.*36. *lib.*1.

Quando tamen Princeps reperitur in Ciuitate præſens, vel vbi agitur de Tribunali ex pluribus conſiſtente creditur aſſertioni Officialis, vel Magiſtratus dicentis aliquid feciſſe de iuſſu, & mandato Principis viuæ vocis oraculo habito, vel per epiſtolas, Bonden. *Collect. legal.* 32. *n.* 3. *&* 4. Farinac. *quæſt.*97. *num.*56. *&* 58. Cabal. *reſol. crim.*26. *num.*4. Io. Paul. Melij *obſeru.* 10.

23 Princeps non præſumitur plus voluiſſe concedere, quàm fuerit ſupplicatus, & ſicuti reſponſio intelligitur iuxta præcedentem interrogationem, ita reſcriptum declaratur ex precibus, & licet concedat id, quod eſt plus, non videtur concedere id quod minus eſt, quia in mandato, & gratia Principis non procedit argumentum de maiori ad minus, præcipuè ſi militet alia ratio, Surd. *deciſ.*268.

Digitized by Google

ciſ.268. num. 15. 22. &c. Iaſ. in l. iuſtitia numer. 11. ff. de inſt. & iur. Dec. conſ. 33. Mandel. conſ. 4. num. 24. Card. Tuſch. litt. R. concl. 211. num. 35. &c. Ger. Spin. conſ. 11. nu. 8. & 28.

24 Princeps quamuis in ſuo ſtatu ſit dominus vniuerſalis, particularium tamen rerum non habet dominium, nam intelligitur dominus quoad iuriſdictionem protectionis, Bart. in procem. ff. num. 3. Gabriel. comm. concl. tit. de acquir. rer. dom. concluſ. fin. latè Vaſquez contr. illuſtr. lib. 1. cap. 20. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 11. num. 292. fol. 185. & latè exornat Paul. Rub. in Annot. ad deciſ. 217. 353. & ſeqq. Cabal. conſ. deciſ. 95. num. 20. lib. 2. vbi de Imperatore, qui dicitur dominus totius mundi quoad iuriſdictionem, & protectionem non autem quoad proprietatem, & dominium ſingularium rerum, quæ pertinent ad ſingulares, quibus non poteſt per eius conceſſionem præiudicare.

Quòd in duobus tantùm caſibus poſſit Princeps ſubditos ſuos grauare in bonis, & rebus eorum, nempè ratione delicti, & pro communi bono ſui regiminis, & præter hos duos caſus debeat eſſe ſuis ſtipendijs contentus, D. Thom. de regim. Princip. lib. 3. cap. 11. Franciſc. de Angelis in Aſtraal. Patroc. poſt tract. de confeſ. Opuſc. 2. num. 2. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 24. num. 108. & ſeqq. per tot. vbi de cauſa vrgentis neceſſitatis, & lib. 3. cap. 43. nu. 70. &c.

25 Princeps ſæcularis poteſt ſtatuere circa obſeruationem Feſtorum ab Eccleſia inductorum, vt probat Pac. Iordan. Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 1. num. 59. fol. 489. dixi in §. Feriæ num. 6. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 203. vol. 1. dixi in §. Sententia num. 3. Faguodez de præcept. Eccl. lib. 1. cap. 5. & 6. vbi plura an poteſtas laica poſſit inducere dies feſtos obligantes ad culpam, vel pœnam ſine auctoritate Eccleſiæ, & quid poſſit conſuetudo laicorum quoad introductionem, & abrogationem feſtorum, Cabed. deciſ. 87. part. 1. vbi pro validitate ſtatutorum laicalium circa obſeruantiam feſtorum, vide latè Pignatel. Conſult. 8. lib. 1. per tot. Capon. diſcept. 208. tom. 3. & alios citatos per Franciſc. Romaguer. in Addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 1. Rub. 1. nu. 14. & ſeqq. per tot. vbi plura ad rem, & Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 9.

Et ità repetitur ordinatum Florentiæ, vt dixi in Pract. §. Feſte.

Si tamen Epiſcopus ex cauſa conceſſerit licentiam laborandi alicui, non poteſt à Curia ſæculari moleſtari ſub prætextu ſuæ prohibitionis, & ità fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione refert Dian. part. 4. tract. 1. reſol. 94. vide in §. Feria num. 6. quod probat etiam Thom. del Bene tract. de Immunit. Eccleſ. part. 1. cap. 10. Dubit. 2. ſect. 3. fol. mihi 453.

26 Principes Chriſtiani quamuis ſæculares ſunt ipſo Iure Eccleſiæ protectores, & ideò poſſunt iure merito Saluaguardiam non ſolum pro perſonis, & bonis laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum concedere, & violatores, etiam Clericos punire, c. Princeps, c. Regnum, & c. adminiſtratores 23. quæſt. 5. Cagnol. in procem. ff. num. 46. Gigas de crim. læſ. Maieſt. lib. 1. quæſt. 2. num. 3. & 4. Menoch. de arbitr. caſ. 338. num. 6. 7. & 14. latè Coſtantin. Caſar. Specul. peregr. quæſt. q. 50. per tot. facit Hieron. Columb. de Hierar. Angel. & hum. lib. 6. cap. 26. per tot. vbi plura de Principum, & Regum poteſtate, cùm & ipſi, vt Paſtores populi, ac Miniſtri Regni Dei ſint ab ipſo Deo inſtituti, ac eius externo regimini præpoſiti, &c.

An, & quando Principes, & eorum Miniſtri laici poſſint cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis per viam violentiæ, & ſic ad vim Eccleſiaſticis illatam repellendam, Dian. reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 13. & 14. vide in §. Index num. 30. Fontanel. deciſ. 313. cum pluribus ſeqq. Et quando Curia ſæcularis poſſit procedere contra Curiam Eccleſiaſticam per occupationem temporalitatum, & alia iuris remedia, latè Cortiad. deciſ. 28. per tot. Et è conuerſo quando Curia Eccleſiaſtica poſſit procedere per cenſuras, & alia remedia ſpiritualia contra Curiam ſæcularem, idem Cortiad. deciſ. 27. per tot.

Qualiter autem ſolus Princeps concedat huiuſmodi ſaluaguardias propter vſum armorum illi tantùm competentem, vide in §. Saluuſconductus nu.

An Principes ſæculares poſſint aliquando à ſuis ſtatibus expellere aliquos Eccleſiaſticos, etiam Epiſcopos ſuis iuſtis mandatis inobedientes, vel pro alijs delictis Rempublicam infeſtantes, ſiue illos punire ratione officij, Dian. reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 17. & 18. part. 3. tract. 1. reſol. 27. part. 4. tractat. 2. reſolut. 81. part. 5. tract. 1. reſolut. 5. vbi an ſaltem poſſint tranſmittere Epiſcopos ad Papam pro animaduerſione, & negat, vide in §. Clerici num. 79. Creſp. de Valdaur. obſeru. 3. num. 17. & ſeqq. vbi reprobando Dianam dicit vrbanius, & decentius hæc fieri medio iudicis Eccleſiaſtici, illo autem recuſante, vel omittente manu Regia, vel militari, &c. benè etiam Thom. del Bene de Immunit. part. 1. cap. 9. dub. 9. ſect. 1. lect. 2. per tot. fol. 410. vbi quòd non poſſunt illos quantumuis inobedientes iuſtis mandatis, vel aliter delinquentes expellere; niſi Pontifex renuat prouidere, vel abſit, & periculum ſit in mora, nam iſto caſu poſſunt de iure naturæ, inobedientes, & rebelles Eccleſiaſticos per modum defenſionis expellere, & non per modum iuriſdictionis, quia vbi naturalis ratio defenſionis vrget, omnis ceſſat immunitas, & fit reditus ad prima principia, vbi nulla reperitur exemptio, & in antecedentibus, & ſubſequentibus dubitationibus alia plura de laica poteſtate in Eccleſiaſticos, & è contra.

Qualiter Reges poſſint ad ſe vocare Epiſcopos, qui iuſſui obedire tenentur, cap. petimus 11. quæſt. 1. cap. Princeps, cap. Adminiſtratores, cap. Regum 25. quæſt. 5. cap. tributum, vbi gloſ. 23. 8. 9. cap. ſi Epiſcopus 18. diſtinct. Belug. in ſpecul. Princip. Rub. 1. Oliban. de iur. fiſc. cap. 10. nu. 6. Auguſt. Barboſ. in cap. cum parati de appellat. alijque plures relati per Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 34. nu. 2. & ſeqq.

De Regia protectione in quibus conſiſtat iuxtà hìc adnotata benè Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 31. per tot. vbi exemplificat in multis caſibus, & latiùs Ceuallos tract. de cognit. per viam violent. Pereyta de manu Reg. Salgad. de Reg. Protect. Oliua de for. Eccleſ. part. 1. quæſt. 15. & ſeqq. & alijs ab iſtis citatis idem Portugal. d. lib. 2. cap. 33. & 34. per tot. vbi plura de iure cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum, & lib. 3. cap. 43. num. 46.

De protectione Regia in Eccleſias, & Conuentus Regularium, quomodo acquiratur talis protectio; de iure patronatu formali, & honorifico, an poſſit per Principes acquiri, etiam dote non conſtituta, & alia ad rem, Caſar. Specul. Peregr. q. 50. per tot.

Quòd Reges, & Principes Chriſtiani, licet Sæculares tanquam Eccleſiæ Protectores poſſint, & debeant non tantùm in negotijs laicis, ſed etiam in Eccleſiaſticis, pro conſeruanda pace, ac vi repellenda, non iuridica poteſtate vtendo, ſed de facto violentiam propulſando ſubuenire oppreſſis per vim, etiam contra Eccleſiaſticos vim inferentes, & poteſtate ſua abutentes, etiamſi iudicialiter procedant, cùm & in iudicijs plerumque vis inferatur, quia violentiæ excluſio ad ſupremas pertinet poteſtates, latè ex ſacris paginis, canonibus, Sanctorum Patruum, Rotæ Romanæ, ac Theologorum, Epiſcoporum, aliorumque religioſiſſimorum Virorum, & Scriptorum Eccleſiaſticorum auctoritatibus, contra Dianam, & ſequaces, illum in ſpecie acriter mordendo, probat videndus cum allegatis Laurent. Matthæu. & Sanz tract. de re crim. contr. 78. per tot. vbi in terminis prætenſæ immunitatis Eccleſiaſticæ, quando liquidè conſtat illi non eſſe locum, vt Eccleſiaſticus procedendo per cenſuras, dicatur violenter agere, & poſſit iſta vis repelli; intellige vt dixi, quando notorium eſt non competere, ſecus in dubio, &c. vide in §. Immunitas num. 13. & faciunt plura notata per Creſp. de Valdaur. d. obſeruat. 3. per tot. Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. part. 1. cap 9. dubit. 4. 5. & 6. per tot. fol. 393. & ſeqq. vbi plura in confirmationem prædictorum, qualiter Principes ſæculares poſſint poteſtate extraordinaria arrepta in caſu, quo Eccleſiaſtici Reipublicæ moleſtiam, & periculum inferant, nec aliud remedium adſit, exercere vim punitiuam, & coactiuam in eos, per modum iuſtæ, & neceſſariæ naturalis defenſionis ſuorum ſubditorum, cùm licitum ſit vim vi repellere, etiam præueniendo, dummodò iniuria ſit manifeſta, & non fiat per modum vſurpatæ iuriſdictionis, & alia, vt ibi plenè per eum, qui iuribus, & rationibus benè omnia comprobat, & in tract. de Comit. ſeu Parlament. Dubit. 22. & 23. quibus addi poteſt Hieron. Cala de

praemin, M. C. V. cap, 4. nam, 7. & 8. cum alijs pluribus ab eo citatis,

27 Princeps qualiter, & in qua ſumma poſſit charitatiuum ſubſidium à ſubditis exigere, pro recuperatione alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, ſi propriæ facultates non ſufficiant, & qualiter poſtea teneatur illud compenſare cum annuis cenſibus præſtari ſolitis, Guid. Pap. *q.* 551. *in fine*, Menoch. *de arbitr, caſ.* 178. *nu*, 6. 7. *&* 15. latè videndus Sanfelic. *diſcept. vnic. de donatiuo tempore belli poſt primum vol. ſuarum deciſionum, poſt deciſ.* 150.

An pro dotanda filia primogenita poſſit collectam ſubditis imponere, Tiraquel. *de iur, Primog. q.* 69 *per tot.*

Quòd duæ conditiones præcipuè requirantur, vt Princeps poſſit exigere impoſitiones, gabellas, ſiue donatiua à ſubditis ſuis, nempè publica vtilitas, ſiue neceſſitas, & quod proportionabiliter exigantur, aliaque plura notabilia in hac materia Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 3. *per tot. & part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 78. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *num.* 328. *& ſeqq part.* 9. vbi inuehit contra Principum peſſimos Conſiliarios illos adulantes, vt poſſint ad libitum vectigalia imponere, vide Sanfelic. *d. diſcept. vnic. de donatiuo tempore belli, & deciſ.* 396. *per tot. cum Addit*, vbi plura de Principis poteſtate, & iuſti in præſumenda in hac materia, ita vt ſtandum ſit omninò illius aſſertioni de neceſſitate imponendi, & exigendi donatiua, & ſimilia onera à ſubditis, quicquid aliqui contradicant, vide *in* § *Gabella num.* 1. Intellige hoc vltimum niſi euidenter conſtet de veritate in oppoſitum contra Regem, vel Principem, quia veritati ſemper cedit præſumptio; An ſi Rex, vel Princeps poſſit aliunde neceſſitati ſuæ occurrere, veluti ſtatum ſuum reſtringendo, &c. valeat donatiuum, ſiue tributum exigere à ſubditis, & alia plurima de hac materia plenè Thom. del Bene *tract. de Comit. & Parlament. Dubit.* 2. 3. 4. 8. 9. *& per tot.* Cabed. *deciſ.* 49. *part.* 2. An autem poſſit Princeps per ſe ſolum indicere, & imponere noua tributa, vel in Comitijs generalibus tantùm, & de populi conſenſu plures hincinde allegat Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 24. *num*, 79. vbi tandem *nu.* 107. *& ſeqq.* concludit non poſſe, niſi de populi conſenſu, vel in caſu vrgentis neceſſitatis, ac vbi periculum eſſet in mora, nam tunc pro defenſione Reipublicæ, & ſubleuanda publica neceſſitate, poſſet ex ſe bona priuatorum capere, ac ſi eſſent propria, & compellere ſubditos diuites ad ſibi mutuandum pecunias pro ſua, & illorum defenſione, nec eſſent immunes etiam perſonæ Eccleſiaſticæ; tributa autem impoſita ex cauſa neceſſitatis, illa ceſſante ceſſare debere, & alia ad rem pluribus citatis.

An in dubio poſitiuo ſit præſumendum pro Principe, vel pro ſubditis in materia impoſitionum, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *reſol.* 59. vbi concludit quòd ſi vtrumque ſit probabile, poteſt Princeps iuſtè exigere, & populus iuſtè negare.

An autem poſſit Rex ſiue Princeps ſæcularis aliquo modo grauare Eccleſiaſticos ſaltem quoad bona patrimonialia, quoad ea, quæ negociantur, quoad fructus, quos alibi tranſmittunt, vt carius vendant, & quoad bona allibrata, vel grauata antequam ad illos peruenirent, latè Thum. del Bene *tract. de Comit. & Parlament. Dubit.* 25. 26. 27. *& ſeqq.* dixi *in* §. *Clericus, &* §. *Gabella.*

28 Princeps ſæcularis an teneatur dare præcedentiam Epiſcopo, Altograd. *conſ.* 1. *per tot. lib.* 2. vide *in* §. *Epiſcopus num.*

29 Princeps non ſemper punire debet de illo obloquentes, & maledicentes, nec ſemper eoſdem impunes dimittere, & tollerare, ſed pro temporum, & perſonarum qualitatibus prudenter deliberare quid magis expediat, & qua pœna ſint puniendi, ſicuti pluribus exemplis hincinde demonſtrat *tex. in l. vnic. C. ſi quis Imperat. maledix.* & nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 5. *per tot.* vbi pluribus exemplis antiquis, & modernis exornat Menoch. *de arbitr. caſ.* 377. *per tot.* vbi multas rationes adducit, propter quas Princeps debet potius tales maledicos arbitrio ſuo punire, quam impunes dimittere, cùm graue ſit crimen de Principe obloqui, & maledicere, præcipuè ſi fiat ex propoſito, & per iniuriam, ſecus ſi ex leuitate, & lapſu linguæ, vel ex iuſtitia, ſiue ebrietate, vide Farinac. *quaſt.* 105. *inſpect.* 10. *num.* 389. *& ſeqq.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 1. *num.* 22. *& ſeqq. ad* 43. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 217. *numer.* 295. *& ſeqq. part.* 9. *recent.* vbi refert exempla tollerantiæ. Sæpè enim ſatiùs eſt omnia ſcire, & non omnia proſequi ex Taciti ſententia.

Princeps non poteſt, nec debet alienare ea, quæ ſibi, 30 ſuis ſucceſſoribus, & ſubditis magnum afferre poſſunt præiudicium, & detrimentum; quæ autem dicatur pars Principatus, vel res magna ad hunc effectum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 559. *per tot.* Tuſch. *littera P. concluſ.* 694. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tractat.* 6. *reſolut.* 18. Cabed. *deciſ.* 17. *& ſeqq. part.* 2. vbi an poſſit donare bona Ciuitatum, & an ſucceſſor teneatur ratas habere donationes à Prædeceſſores factas, & alia ad rem, *& deciſ.* 40. *num.* 16. *& ſeqq. d. part.* 2. Caſtil. *de tert. cap.* 17. Cardoſ. *in Prax. verb. Rex*, Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 14. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 152. Andreol. *contr.* 402. *per tot.* Larrea *alleg.* 80. *nu.* 40. & latè videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 3. *&* 4. *per tot. ac per tot. tract.* vbi plenè, quæ, & qualia poſſit Princeps à ſe abdicare, vel non, faciunt tradita per Ant. Gob. *Conſult.* 142. *per tot.* vbi quæ poſſint donare Reges, & Principes, vel non, idem Dian. *d. part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 122. *&* 123. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 357. *nu.* 76. *& ſeqq.* vbi tamen quòd ex cauſa remunerationis, & meritorum poteſt.

Quòd non poſſit Princeps alienare vaſallos, Oppida, vel Caſtra, ſiue ciuitates inuitis vaſallis, & ſubditis, licet de facto, & de plenitudine poteſtatis contrarium ſeruetur, imò de iure in caſu neceſſitatis, vel cum vniuerſitate, Viui. *comm. opin.* 637. Gabriel. *concl.* 21. *lib.* 5. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 165. *nu.* 36. Franch. *deciſ.* 17. *nu.* 2.

Princeps tempore penuriæ poteſt occupare, atque colligere frumentum, & alia victualia ſui territorij, cogendo etiam particulares perſonas ad vendendum pro publica vtilitate, Alex. *conſ.* 190. *nu.* 2. *&c. lib.* 2. Bart. *in l.* 1. §. *Cura ff. de off. Præfec. Vrb.* Altograd. *conſ.* 45. *num.* 37. *lib.* 2. Salon. *de iuſt. & iur. cont.* 9. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 76. *nu.* 20. *& ſeqq. vol.* 5. 31

Et ad pretium taxatum, quamuis vile, quod Princeps taxare poteſt, ad cuius obſeruantiam poſſunt compelli etiam Eccleſiaſtici à ſuis Ordinarijs, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 9. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 149. *num.* 43. latè Salon. *loc. cit. contr.* 10. *quaſt.* 77. *art.* 1. *fol. mihi* 44. P. Stephan. de Neapol. *de pracip. iur. & iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 15. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 71. *num.* 8. Sperel. *deciſ.* 12. *nu.* 57. *& deciſ.* 13. *nu.* 10. Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 7. 8. *&* 9. vbi alia plura quæ Princeps ſæcularis poteſt contra perſonas Eccleſiaſticas ſaltem per modum defenſionis ſuæ iuriſdictionis, & pro communi Reipublicæ bono regimine, vide *in* §. *Clericus nu.* 54. *&c.*

Princeps poteſt prorogare tempus ad redimendum rem 32 venditam conceſſum, quando non eſt lapſum, cùm non ſit ius emptori adhuc perfectè, & irreuocabiliter quæſitum, ſecùs autem ſi tempus iam ſit effluxum, Altograd. *conſ.* 68. *nu.* 22. *lib.* 2.

Et idem eſt in ſimilibus caſibus, cùm Princeps poſſit facere gratiam etiam in præiudicium alterius, dummodò non agatur de iure iam perfectè quæſito, ſed acquirendo ex diſpoſitione iuris ciuilis, idem Altograd. *conſ.* 49. *& conſ.* 68. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 151. Card. Toſch. *litt. P. concl.* 920. *nu.* 2. *&* 7. Monet. *de commut. vlt. volunt. cap.* 9.

Princeps qualiter poſſit pro ſua, & ſubditorum vtilitate 33 mutare curſum aquarum, & fluminum tranſeuntium per illius ſtatum, vide Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 8. *tit. de aquis nu.* 51. *& ſeqq.*

Princeps tenetur reſtituere omnia damna Ambaſciatori ſuo in itinere derubato, quando motu proprio illum elegit, & miſit, ſecus ſi ab ipſo Ambaſciatore rogatus, & requiſitus, Boniſac. *de furt.* §. *Furtum numer.* 53. *&* 54. Franc. *deciſ.* 146. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 12. *tit.* 3. *num.* 57. *&c. fol.* 22. Et idem eſt in Communitate, ſiue Vniuerſitate. 34

Principes laici qualiter ſint incapaces iuris conferendi 35 Epiſcopatus, vel alia beneficia Eccleſiaſtica, niſi ex conceſſione Papæ, vide *in* §. *Laicus nu.* 9.

Item qualiter non poſſint aliquid ſtatuere circa contractum matrimonij, cùm iam ſit eleuatus ad Sacramentum, vide quos allegaui *in* §. *Matrimonium nu.* 1.

Et generaliter quid poſſint, vel non poſſint Principes laici circa fidei dogmata ſancienda, vel circa conſtituendam diſciplinam Eccleſiaſticam, vel in Sacros Canones,

&c le-

& leges Eccleſiaſticas, latè Gibalin. *de iur. canon. & Eccleſ. tom. 2. lib. 5. cap. 9. per tot. fol. 262. &c.*

36 Princeps an, & quando poſſit concedere Repræſalias, & plura de Repræſalijs, quid ſint, an, & quando, & ſub quibus conditionibus ſint licitæ, vel non, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 3. gloſ. 2. per tot. fol. 17.* Arias de Meſa *var. reſol. lib. 2. cap. 22. & ſeqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 27. per tot.* cæterique relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Repræſalia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part. 5. cod. verb. fol. 525.* & ex antiquis de repræſalijs multa notat Bertachin. *Repertor. verb. Repræſalia*, Dian. *part. 4. tract. 4. reſol. 72.* vbi ponit ſex conditiones neceſſarias ad iuſtitiam Repræſaliarum, Layman. *Theolog. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 15. num. 13.* Mynſinger. *Cent. 6. obſeru. 1.* Batt. *in tract. Repræſal.* Card. Tuſch. *lit. R. concluſ. 193. & ſeqq. ad 202.* vbi plura, & eſt materia *Authent. Vt non fiant pignorat. collat. 5. & c. ſi pignorationes de iniur. in 6.* Bertachin. *in Repert. verb. Repræſalia*, Collet. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. numer. 269. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 90. numer. 23. & ſeqq. vol. 5. & deciſ. 183. num. 6. & ſeqq. per tot. d. volum. 5.* vbi quòd non poſſunt concedi contra perſonas Eccleſiaſticas, nec contra ſtudioſos, & alia idem Chriſtin. *deciſ. 227. num. 11. &c. vol. 5.* Rice. *Collect. 2229.* Viui. *comm. opin. 687.* vbi ſunt odioſiſſimæ, ideò ſtrictè intelligendæ, vt exemplificat; & alia plura de repræſalijs, & earum iudice competente, Creſp. de Valdaur. *obſerua. 75. per tot. fol. mihi 117.* Thom. Hurtad. *reſol. moral. part. 2. tract. 8. reſol. 36. fol. 97.*

Quòd Repræſaliæ non poſſint concedi, nec exequi contra perſonas Eccleſiaſticas, & illarum bona, nec contra alios ſine præcedente monitione cum cominatione Repræſaliarum; & ſi iniuſtè factæ ſint, non poteſt ille, cuius bona capta ſunt agere contra eum, cuius cauſa fuerunt conceſſæ, ſi ipſe non ſit culpabilis, licèt aliàs damnum paſſus agat contra eum, qui fuit cauſa repræſaliarum ad reſtitutionem rei, & damnorum, Seraphin. *deciſ. 453.* Rot. *par. 1. diuerſ. dec. 611.* & alij citati per Carol. Ant. Theſ. *tract. de pœn. Eccleſ. part. 2. verb. Repræſalia cap. 1. & 2. fol. 300.* Ant. Gob. *Conſult. 104.*

An autem repræſaliæ ſint licitæ in foro conſcientiæ, videtur affirmare Valer. *de diff. vtriuſq. fori, verb. Repræſalia*, dummodò concurrant debita requiſita, de quibus Anton. Gob. *d. Conſult. 104. per tot.* vbi etiam vnde originem habuerint, & ad quid inuentæ. De Repræſalijs agit etiam Mauſon. *de cauſ. execut. ampliat. 33. per tot. fol. 217.*

37 Princeps an ad vitanda maiora mala (ſicuti ob ſimilem cauſam lupanaria permittunt) poſſint quandoque permittere duellum abſque incurſu cenſurarum contra illos latarum in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 19. de reformat. & Conſtit. Gregor. XIII.* Dian. *reſol. moral. part. 6. tract. 6. reſol 20.* vbi refert contrarias opiniones, & affirmatiuam probat; ſed ne decipiaris vide exempla maiorum malorum vitandorum, quæ ipſæ proponit, cùm cauſa leuis non ſufficiat ad illos excuſandum. Sed quoad lupanaria non eſſe permittenda pluribus rationibus, & auctoritatibus probat Salcedo *Politic. de Regim. Princip. lib. 4. cap. 14. Differt. 49. fol. 379. &c.* vbi tamen *n. 170.* fatetur in oppoſitum ſtare grauiſſimos Auctores.

Qualiter ex cauſa boni publici poſſint Principes quandoque permittere duella, & alia plura de duellis, quid ſint, de illorum forma, de perſonis pugnantium, de duellorum prohibitione, an poſſint aliqualiter permitti, & alia plenè Larrea *Alleg. fiſc. 116. & 117. per tot.*

Alia plura de duellis tradit idem Dian. *loc. cit. reſol. 21.* & alibi ſæpius, vt notaui *in §. Sepultura n. 3. in fine*, dixi in Pract. §. *Duelli*, Paul. Chriſtin. *deciſ. 82. n. 25 & ſeqq. vol. 5.* Viui. *comm. opin. 231. 232.* Guttierez *in Prax.* vbi plenè de materia duellorum *inq. 103. 104. 105. & 106. per tot.* Thom. Hurtad. *reſol. moral. part. 2. tract. vlt. reſol. 5. fol. 500. &c.* vbi plura qualiter poſſit eſſe licitum duellum pro defenſione propriæ innocentiæ, & alia multa de duellis.

38 Principis ſupremi, & Reſpublicæ ſuperiorem non recognoſcentes ad inſtar Romanæ Eccleſiæ, habent priuilegium vt contra eos non detur præſcriptio, niſi centum annorum, quidquid aliqui quoad Eccleſiam Romanam dubitent, Fachin. *lib. 8. contr. 3.* Alex. *conſ. 84. nu. 2. lib. 1. conſ. 24. nu. 14. lib. 5.* Oſaſch. *deciſ. 69. nu. 13.* Surd. *deciſ. 1. nu. 2. 7. & ſeqq.* Facundez *de iuſt. & contract. lib. 2. cap. 15. nu. 68. & ſeqq.* Dian. *reſol. moral. part. 6. tract. 7. reſol. 8.* vide *in §. Præſcriptio nu. 20. & 25.*

De præſcriptione contra Principes ſupremos, & eorum Regalia, ac præcipuè iuriſdictionem, an, & quanto tempore, ac cum quibus requiſitis procedat, vel non, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 45. per tot.*

Principes qualiter teneantur cuſtodire loca ſuæ iuriſdictionis, & maximè vias publicas tueri à latronibus, & malis hominibus pro mercatorum, & aliorum itinerantium ſecuritate, cùm ad hunc effectum exigant vectigalia, & gabellas à tranſeuntibus, & ſubditis, ita vt ſi viatores aliquod damnum patiantur ex dicta cauſa, teneantur ipſi Principes illud eis reſarcire iuxta liquidationem per iuramentum faciendam in defectum aliarum probationum, vide Mynſing. *cent. 5. obſer. 70. & 71.* Salzedo *Politic. de Regim. Princip. cap. 12. num. 173. &c.* Gayl. *lib. 2. obſer. 64.* latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 269. nu. 30. & ſeqq. vol. 1. & deciſ. 147. num. 1. & ſeqq. vol. 5.* Roſental. *de feud. cap. 5. concl. 22.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 71.* Dian. *part. 8. tract. 7. reſol. 38. per tot.* facit quod dixi *in §. Vniuerſitas nu. 2. §. Gabella nu. 1.* idem Dian. *part. 11. tr. 6. reſol. 6. verſ. Ex notant*, vbi etiam generaliter de omnibus alijs, qui ex officio tenentur impedire damna aliorum, nam ſi ex graui culpa negligant, obligantur ad reſtitutionem, *& d. part. 11. tract. 6. reſol. 18. per tot.* & hoc modo intelligo etiam quoad Principes ſi ſint in aliqua culpa in non faciendo cuſtodire dicta loca. 39

Quòd Princeps teneantur præſtare ſecuritatem in vijs publicis, alia ad damna, niſi à damnificato fuerit deuiatum à via publica, & alia ad rem, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 4. nu. 19. & ſeqq.* Ripol. *de Regal. cap. 40. n. 10. & ſeqq.*

Qualiter Principes teneantur non minus armis Imperium tueri, quam imperio illatam iniuriam ſubditis vindicare, cùm abſque iuſtitia Reſpublica ſtare nequeat, & illa ſemota, Regna nil aliud ſint quam latrocinia, exemplo Traiani Imperatoris, benè oſtendit D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 9 nu. 126. & ſeqq. fol. 263.*

Principes ſæculares an poſſint ſuis legibus obligare ſubditos ad peccatum mortale, ſi ipſas leges tranſgrediantur, negatiue reſpondent aliqui ex pluribus; ſed contrarium veriuseſſe, imò ipſas leges per ſe obligare tranſgreſſores ad mortale, probat Dian. *reſol. moral. part. 10. tract. 15. reſol. 44. per tot.* dixi *in §. Lex nu. 6.* 40

Ex quibus autem dignoſci poſſit an Princeps voluerint per ſuam legem obligare in conſcientia ad mortale, vel non, ſed tantùm ad pœnam impoſitam, latè idem Dian. *d. part. 10. tract. 15. reſol. 45. & 46. per tot.* vide in §. *Gabella nu. 2.*

Princeps qualiter, & ſub quibus pœnis poſſit venationem ſuis ſubditis impedire, & prohibere, illam ſibi reſeruando, licet ſit controuerſa opinio, vide Fachin. *contr. iur. lib. 1. cap. 1.* Tiraquel *de nobilit. cap. 37. nu. 150.* Couar. *in c. peccatum de reg. iur. part. 2. §. 8.* Card. Tuſch. *lit. V. concluſ. 41.* Cabal. *conſ. deciſ. 111. nu. 19. & ſeqq. lib.* Roſeotal. *de feud. cap. 5. concl. 23. nu. 3.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 2. cap. 10. per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 5. §. 2. Dub. 1. & ſeqq. fol. 80.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 5. dubit. 7. per tot.* Cabed. *deciſ. 89. part. 2.* Ant. Gob. *Conſul. 128. per tot.* vbi etiam de fide præſtanda denunciatoribus, vbi etiam qualiter prohibita venatione teneatur Princeps reſarcire damna ab animalium copia, data, & alia plura ad rem, Paul. Chriſtin. *deciſ. 84. num. 37. & ſeqq. per tot. vol. 5.* vide *in §. Bannimenta nu. 9 §. Clericus nu. 7. & §. Dominus nu. 33.* Ricc. *Collect. 396. 1074. & 2096.* Nouar. *ſuper Pragm. Regn. Neap. Collect. 27.* vbi etiam an Barones poſſint illam prohibere ſuis vaſſallis, Viui. *comm. opin. 1010.* vbi contra, adde latè Faiard. *Alleg. fiſc. 37. & 38. per tot. fol. 551. & ſeqq.* Franciſc. de Amaya *in l. vn. C. de venat. Ferarum lib. 10. fol. 366. &c.* facit Salzedo *Polit. de Regim. Princip. lib. 2. cap. 6. Differt. 23.* vbi qualiter conueniens ſit Reges, & Principes venationibus incumbere *fol. 145.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 18. Diſput. 6. ſect. 2. per tot. fol. mihi 215.* Poſſent. *ſing. 272.* 41

An, & in quibus locis Princeps poſſit prohibere piſcationem, vel non, vide Concinl. & Romaguer. & alios ab ipſis citatos *ad Statut. Eugub. lib. 4. Rub. 68. per tot.* dixi *in §. Flumen num. 1.* latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 9. per tot.* vbi plura de piſcatione, & venatione, an ſint de regalibus, & poſſint à

Digitized by Google

Principe ſibi reſeruari, & alijs prohiberi, concludens (quicquid ſit de iure) de conſuetudine ferè omnium gentium introductum eſſe, poſſe Principem ſupremum ſubditis venationem, etiam in agris proprijs interdicere, nec non aucupium, & piſcationem, & quod talia iura Principes non ſolum conſuetudine, ſed etiam immemorabili præſcriptione ſibi acquirere potuerunt; intelligendo tamen non generaliter in omnibus locis, & temporibus, ſed in aliquibus tantùm, vt ibidem benè explicat, Ant. Gob. *Conſult.* 128. *per tot.*

Quòd leges prohibentes piſcationem, aut venationem ſint pœnales, & non obligent in conſcientia, nec ad reſtitutionem, & ideò etiam piſcari, vel venari in alieno non inducit obligationem reſtituendi, niſi agatur de loco, vel nemore clauſo, Dian. 1. *part. tract.* 10. *reſolut.* 17. *&* 20. Syluestr. & Summiſtæ *in verb. Venatio*, cæterique relati, & approbati à Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ Diſput.* 34. *nu.* 188. *& ſeqq. fol. mihi* 428.

An autem poſſit facere auferre canes, aues, retia, arma, & ſimilia inſtrumenta Clericis, negatiuè eſt reſoluendum, niſi extaret vetuſtiſſima conſuetudo de conſenſu Prælatorum id faciendi, Conciol. *reſol. crim. verb. Index reſol.* 2. *per tot.* & dixi *in* §. *Clericus num.* 7. *& num.* 65. *& in* §. *Iudex nu.* 28.

Quòd imò leges prohibentes venationes, aucupationes, vel piſcationes certis anni menſibus, & cum certis inſtrumentis ſint licitæ, & tanquam fauorem publicum reſpicientes compræhendant etiam perſonas Eccleſiaſticas puniendas tamen per iudices Eccleſiaſticos; & poſſit illis per iudices, & miniſtros ſæculares auferri aues, canes, & alia inſtrumenta prohibita, quia ſunt Reipublicæ nociua, Thom. Valaſc. *allegat.* 32. *per tot.*

42 Princeps poteſt in contractibus minorum ſupplere defectum ſolemnitatum, non autem ſubſtantialia contractus, nempe poteſtatem alienantis, Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 430. *nu.* 5. *& part.* 9. *deciſ.* 470. *num.* 13. vide in §. *Mulier num.* 40.

43 Princeps qualiter debeat curare, & ſuſtinere auctoritatem ſuorum Magiſtratuum, Iudicum, & Miniſtrorum, non facilè delatoribus contra illos credere, nam quo meliores maiori ſubiacent calumniarum periculo; qualiter debeat huiuſmodi calumniatores grauiſſima pœna corporali punire, & veluti in crimine læſæ maieſtatis numquam remittere, & demum quantum debeat de dictis ſuis miniſtris, & officialibus fidere, illorum defectus quouſque poteſt occultare, ne aliter à ſubditis contemnantur, pulchrè ex præceptis politicis, legalibus, & exemplis demonſtrat Larrea *Alleg. fiſc.* 100 *cum tribus ſeqq.* videndus cum Maſtrillo *tract. de Magiſtratibus, & alijs ab ipſis citatis*, vide *in* §. *Officialis*.

Qualiter ad regimen cuiuſcumque Principatus, & Dominij neceſſarij ſint Miniſtri, & de duplici Dominio politico, & deſpotico, Salzedo *Polit. de Regim. Princip. lib.* 2. *c.* 8. *fol.* 155. *& ſeqq.*

An autem conueniens ſit Regi, vel Principi familiarem ſibi habere aliquem priuatum, cum quo ſolo negotia expediat, Salzedo *d. tract. lib.* 4. *cap.* 11. *Differt.* 47. *fol.* 360. *&c.*

44 Princeps, vel Reſpublica an poſſit licitè ſubditum ſuum, vaſſallum, vel ciuem innocentem periculo mortis exponere pro publica vtilitate, Larrea *Allegat. fiſc.* 114. *per tot.* vbi poſt plura affirmat, non iuſtè, ſed permiſſiuè ex cauſa publicæ vtilitatis per rationes, & auctoritates ibidem latè deductas, vide Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 33. *& part* 4. *tract.* 5. *reſol.* 98. Bonac. *de contract. diſp.* 2. *quæſt. vlt. ſect.* 1. *punct.* 7. Hieron. Cala *de praemin. M. C. V. cap.* 4. *nu.* 2.

45 Principi iniuſta præcipienti qualiter non ſit parendum per ſuos iudices, & miniſtros, ne iram Dei (cuius magis ſunt miniſtri, quam Principis terreni) incurrant, optimè probat Viui. *comm. opin.* 638. *per tot.* Creſp. de Valdaur. *obſer.* 2. *nu.* 4. *& ſeqq. & alios allegans in* §. *Iudex nu.* 57. vbi videas, & Franciſc. de Angelis *in Aſtraal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſc.* 2. *n.* 148. *& ſeqq.*

Ad quod propoſitum non poſſum omninò ſubticere ſummam integritatem Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Coſmi III. cui ſeruire glorioſum, cùm tantùm abſit, vt vnquam iniuſta velit, ſiue præcipiat, quod potius abhorreat, & Miniſtros ſuos maxima benignitate ad iuſtitiam perquirendam, & ſequendam ſemper hortetur, ac iubeat.

46 Principis aſſertioni ſtandum eſt etiam in probatione delicti, ad quem effectum, quomodo, & quando ſecus, Viui. *comm. opin.* 639. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1227. *per tot.* vbi plenè vide quæ dixi in §. *Aſſertio num.* 4. cum ibi citatis.

47 Princeps promittens impunitatem delinquenti, tenetur eam ſeruare ſi adimpleantur conditiones in ea appoſitæ, aliàs ſecus; quibus proſit, vel non dicta impunitas, & alia ad rem, Conciol. *reſol. crim. verb. Impunitas reſol.* 1. 2. *&* 3. dixi *in* §. *Indultum, vel Indulgentia nu.* 2.

An autem Iudex poſſit impunitatem promittere, & promiſſam teneatur ſeruare, dixi *in* §. *Iudex nu.* 48.

48 Princeps qualiter poſſit per edictum prohibere, ne illius ſubditi extra propriam Ciuitatem, Terram, Oppidum, vel locum iuriſdictionis ipſius Principis moram trahant, vel habitent, atque illos alibi habitantes ad ſtatum ſuum reuocare, etiam ſub grauiſſimis pœnis vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, Roman. *conſ.* 59. *per tot.* Abb. *conſ.* 17. *lib.* 2. Cabal. *conſ. deciſ.* 109. *per tot. lib.* 2. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 54. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 78. *num.* 1. *& ſeqq.* qui referunt alios contrarium tenentes, & hanc concluſionem aliquibus modis limitat, & declarat. Intellige in Principe ſuperiorem non recognoſcente, ſecùs autem in Marchione ſuperiorem recognoſcente, qui non poteſt ſtatuere contra ius commune, ad latè tradita per Franciſ. Ant. Tranchedin. *Conſult.* 5. *per tot.*

Poteſt etiam Princeps facere legem, vel decretum, quod pro pari delicto maiori afficiatur pœna forenſis, quam ſubditus, vel ciuis, idem Cabal. *conſ. deciſ.* 108. *per tot. lib.* 2.

49 Princeps licet habeat iura Imperij in ſuo ſtatu, vel territorio, non poteſt iuſtè prohibere tranſitum ſalis exteri, vel alterius rei per ſuum dominium, vel territorium, quia huiuſmodi res, & ſimplex tranſitus ſunt de iure naturali cui non poteſt Princeps derogare, quicquid omnia poſſit circa ius poſitiuum, etiam ſine cauſa; poteſt tamen ſibi præcauere ne ſal, vel aliæ res forenſes remaneant in ſuo ſtatu, ad tradita per Crauett. *conſ.* 983. *lib.* 6. Cephal. *conſ.* 539. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 661. *&* 662. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 901. *lib.* 10. Surd. *conſ.* 321. *lib.* 3. quos refert, & ſequitur reſpondendo pluribus rationibus in contrarium adductis, Cabal. *conſ. deciſ.* 111. *per tot. lib* 2.

50 Principes qualiter debeant eſſe liberales, ac ſeruitia ſibi impenſa perſoluere, quia illis magis quam alijs conuenit reddere ſemper plusquam acceperint, Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 37. *num.* 4. *&* 34. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 17. *num.* 7. Barboſ. *in Collect. c. prudentes* 1. *de donat. num.* 2. *& ſeqq. tom.* 2. quos refert, & ſequitur Franciſ. de Angelis *in Aſtraal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſc.* 2. *nu.* 140.

Plura de liberalitate Principum, & Regum tanquam illorum proprio munere tradit, & exemplis confirmat videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 1. *per tot. fol. mihi* 101. *&c.*

De modo autem per Princeps ſeruando in exercenda illorum liberalitate, quæ ſpecialia contineant Principum donationes, & alia plura curioſa, & notatu digna tradit latè pluribus citatis idem Antunez Portugal. *loc. cit. cap.* 2. *& ſeqq. fol.* 104. *& ſeqq. per tot.* vide *in* §. *Donatio num.* 18.

51 Principes qualiter poſſint ſtatuendo inhibere Eccleſiaſticis ſucceſſionem in officijs publicis, ſiue conſiderentur tanquam bona libera, ſiue vinculata abſque læſione libertatis Eccleſiaſticæ, Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 67. Larrea *Allegat. Fiſcal. tom.* 2. *alleg.* 86. *numer.* 29. Hermenegild. de Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & maiorat. part.* 7. *cap.* 5. *nu.* 118. *&* 119. Sed vide Dian. *reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 13. 14. *&* 15. vbi quod eſt opinio reprobata, loquitur tamen ipſe de ſucceſſione bonorum, &c. facit quod dixi *in* §. *Monaſterium*, §. *Clericus*, & alibi.

An autem, & quando poſſint Principes ſæculares ſtatuere ne bona illorum ſubditorum transferantur in perſonas Eccleſiaſticas, vel ſaltem tranſeant cum onere ſuo, vide quæ dixi *in* §. *Clericus num.* 45. *cum Addit. &* §. *Statutum prohibens alienari in forenſes num.* 8. *cum Addit.*

52 Princeps aliquid donans, vel concedens, an, & quando cenſeatur liberè concedere, vel cum oneribus rei

duna-

Digitized by Google

donatæ, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 523. *num.* 9. *& ſeqq.* facit quod dixi *in* §. *Emptio num.* 26. *& in* §. *Donatio num.* 18.

53 Princeps tempore contagij ſubminiſtrando alimenta, & alia neceſſaria (prout tenetur ad tuendam ſanitatem, & repellendam peſtem, & quidem promptè, atque feſtinanter) peſtilenti morbo infectis, qualiter non cenſeatur donate, ſed poſſit illa repetere ab alitis, & ab alijs, qui eos alere tenebantur per actionem negotiorum geſtorum, Palma *conſ.* 60. *num* 24. *& ſeqq.* vide in §. *Hoſpitalia num.* 8.

54 Princeps an, & quando pro conſeruatione ſtatus illuſtrium perſonarum poſſit tuta conſcientia nedum concedere dilationes ad ſoluendum, ſed quod poſſint paulatim ſoluere, etiam contra formam contractuum, latè Capye. Latr. *deciſ.* 192. *per tot.* & dixi *in* §. *Saluuſconductus nu.* 11. *ſuprà nu.* 15.

Qualiter pertineat ad Principis Regalia iua, & poteſtas concedendi debitoribus dilationes, & moratorias ad ſoluendum aduerſus creditores, vt tuti, & ſecuri ſint à moleſtijs, durante tempore præfinito, quæ debita comprehendant, vel non, niſi fuerint expreſſa, aliaque plura ad rem, latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib* 3. *cap.* 42. *num.* 35. *& ſeqq. per tot.* & dixi *in* §. *Saluuſconductus*.

55 Principes, & Reges vltrà prædicta, & alia peccata communia, habent, vel habere poſſunt plura alia peccata propria, peccant enim, vel peccare poſſunt in eorum gubernio, pluribus, & varijs modis, vt infrà.

Primò, peccant mortaliter ſi aliena Regna, & dominia iniuſtè quærunt, vel iniuſtè quæſita non reſtituant, & venialiter ſi etiam iuſtè poſſeſſa gubernent principaliter ob voluptates, diuitias, gloriam, & honorem, cùm eorum finis primarius debeat eſſe Deus, cuius vices gerunt, & vera beatitudo.

Secundò, ſi iniuſtè gubernent, non reddendo ius ſuum cuique, vel excitando factiones, vel illas non ſedando, non prouidendo annonæ, præficiendo Rectores indignos, non ferendo leges neceſſarias, vel factas non exequendo, non muniendo armis, artibus, & huiuſmodi neceſſarijs.

Tertiò, ſi adeò negligant coacernare diuitias artificiales auri, argenti, & ſimilium, vt ſe, & ſtatum exponant probabili periculo famis, belli, & aliorum malorum, quæ ex defectu pecuniarum euenire poſſunt, vel cogi mutuari à ſubditis cum pudore, & periculo iniuſtitiæ ad eorum fauorem, vel à numularijs ſub vſuris, ad quæ ſoluenda ſint poſtea nimium grauaturi populum.

Quartò, è contra peccant ſi pecunias congerant notabiliter ſubditos grauando, ob auaritiam, nullo iuſto fine propoſito.

Quintò, ſi prodigis largitionibus ità indulgeant, vt ſe probabili periculo viurpandi aliena exponant, vel tributa maiora exigendi, aut debita non ſoluendi, aut ſe, vtrumque ſtatum in maximam paupertatem inducendi.

Sextò, ſi adeò negligant ſuas munire arces, vt occaſionem populo præbeant irreuerentiæ, aut rebellionis, aut alijs inimicis occupandi Regni, vel partem illius.

Septimò, ſi per incuriam negligant imperare refectionem, & cuſtodiam viarum publicarum, ita vt viatores notabilia ob id damna patiantur.

Octauò, ſi de eorum publicis redditibus, à ſe petentibus non ſubueniunt pauperibus extremè egentibus.

Nonò, ſi habentes controuerſiam cum alio Rege, vel Principe Chriſtiano, quæ de iure, nec bello poſſit extingui, niſi per ſtrages facta copia Turcis inuadendi partem Chriſtiani Orbis, nolint in arbitros ſuſpicione carentes conuenire, nec petere, vel accipere conditiones honeſtas, quibus pax firma fiat.

Decimò, ſi aliquam legem pœnalem faciant principaliter ob ſuam priuatam vtilitatem, vt eius tranſgreſſione, vel diſpenſatione multas eogant pecunias.

Vndecimò, ſi diſpenſent in Legibus diuinis, aut naturalibus ſine iuſta cauſa, vel etiam in proprijs cum notabili damno, aut ſcandalo publico, vel priuato, & ſi delicta, diuina, aut naturali lege damnata ſine iuſta cauſa condonent, videntes, aut videre debentes ſe ad alia ſimilia occaſionem præbere, vide *ſuprà num.* 2. *& 3. & in* §. *Iudex num.* 76. *verſ. Vndecimo*, Cabed. *deciſ.* 78. *& 79. part.* 2.

Duodecimò, ſi lites, aut ſolutiones debitorum ſine iuſta cauſa ſuſpendant, vide *ſuprà nu.* 15. *& 54.*

Decimotertiò, ſi non permittant populo ſuas tueri libertates ex iure diuino, aut humano iurato debitas, aut ſi bona populi vſurpent, & reſtituere tenentur.

Decimoquartò, ſi minis, aut precibus importunis inducant aliquem ad ſibi donandum abſque iuſta cauſa, cum obligatione reſtituendi.

Decimoquintò, ſi gerant bellum iniuſtum defectu auctoritatis, vel iuſtæ cauſæ cum obligatione reſtituendi, aut iuſtum ex ſe, ſed animo, & fine iniuſto ſine obligatione reſtitutionis.

De materia belli quando ſit iuſtum, vel non, & quod Reges, vel Principes ſeruare debeant in indicendo, vel ſuſcipiendo bellum, plenè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot.* vbi *num.* 14. *& ſeqq.* iuſtitiam belli ad tria reducit, nempè ad Principis auctoritatem, cauſam iuſtam, & rectam bellantium intentionem, iuxta ſenſum D. Thomæ 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. Lipſ. *lib.* 5. *Polit. c. p.* 4. & exornat Bonac. *de reſtit. in partic. Diſput.* 2. *q. vlt. ſect.* 1. *punct. vlt.* §. 2.

Decimoſextò, ſi viſitationem monialium iuridicam impediant.

Decimoſeptimò, ſi exigant noua tributa abſque neceſſitate publica, cum obligatione reſtituendi, & tantò magis ſi ad ſuperfluum vſum, pompas, conuiuia, & prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat: antiqua verò benè ſtatuta etiamſi prodigant, non peccant, niſi aliqua circumſtantia finis, formæ, materiæ, aut alia mortalis interueniat, Cabed. *deciſ.* 49. *part.* 2. & dixi *in* §. *Gabella nu.* 1. *& ſup. nu.* 27.

Decimooctauò, ſi adigant ſubditos non obligatos ad laborandum pro illis ſine merce laboris.

Decimononò, ſi vendant officia (vbi adeſſet talis conſuetudo) tam carè, & talibus perſonis, vt probabiliter credant, vel credere debeant eas malè illis vſuras, aut ſubditos oppreſſuras.

Vigeſimò, ſi cogant aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel à contrahendo impediant.

Vigeſimoprimò, ſi eligant officiales indignos, imperitos, aut malæ conſcientiæ, credentes, aut credere debentes eos tales eſſe, aut per iuſtam ignorantiam electos poſtquam id reſciuerint, non deponant cùm poſſint, cum obligatione reſtituendi damna per eos facta, vide in §. *Electio numer.* 5. *&c.*

Vigeſimoſecundò, ſi ad ſacerdotia, vel beneficia Eccleſiaſtica, quorum ſint patroni præſentent perſonas non idoneas ætate, ſcientia, & moribus, aut inducant Prælatos ad conferendum talibus, aut patronos ad tales præſentandum.

Vigeſimotertiò, ſi non cohibeant ſubditos ad vſurpando alieno per furtum, rapinas, aut alios modos illicitos cum obligatione reſtituendi.

Vigeſimoquartò, ſi negligant prauas abolere conſuetudines, veluti vſurarum, ludorum periculoſorum, & huiuſmodi.

Vigeſimoquintò, ſi permittant falſas, vel iniuſtas adhiberi menſuras, aut pretia iniuſta rerum venalium, & huiuſmodi cum obligatione reſtitutionis.

Quando peccent Principes circa cuſſionem monetæ, vel eius valorem, Cabed. *deciſ.* 45. *part.* 2.

Vigeſimoſextò, ſi per ſe, vel alios condemnent aliquem ob crimen, non conceſſa ſe defendendi facultate, aut ſine ſcientia publica, per publicam probationem habita, ſed ex ſola ſcientia priuata, de quo dixi *ſupra num.* 1. *& in* §. *Iudex num.*

Vigeſimoſeptimò, ſi vt Iudices faciant aliquid, quod iudicibus ſit mortale, de quibus dixi *in* §. *Iudex num.* 76. hæc omnia, & alia colliguntur ex D. Thom. *Opuſcul. de Regim. Princip. lib.* 1. *cap.* 7. 8. 15. *& lib.* 2. *cap.* 3. 6. 7. 11. 12. 15. & alibi cum Comentat. P. Hieron. Salzedo *in loc. cit. de Regim. Princip.* Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 12. Bonac. *in Oper. moral. tom.* 3. *in repert. verb. Princeps*, vbi præcipuè de impedientibus executionem litterarum Apoſtolicarum, vel capi poſſeſſionem beneficij abſque ſuo beneplacito, de quo dixi *in* §. *Iudex num.* 30. de permittentibus extractiones ad partes Infidelium, vel aliter illis fauorem præſtantibus,

& huiuſmodi, Ioſeph. Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom. 6.* vbi ſingulorum ſtatuum officiorum, & munerum rationes, ac debita expedit, vniuerſamque œconomiam, & politiam tractat, & in alijs tomis, *vt in Repert. verb. Princeps, & verb. Rex*, vbi plura particularia de Regum, & Principum poteſtate, & præcipuè *tom. 1. lib. 2. cap. 2.* vbi circa tributa, gabellas, vectigalia, & huiuſmodi, *tom. 2* vbi circa ludos ſcœnicos, & alios, circa remiſſionem criminum, pœnarum, ablationem iuris tertij, & huiuſmodi, *& in tract. de ſcient. canon. tom. 2.* vbi de obligatione prouidendi commodis ſubditorum, an poſſint conſuetudinibus, legibus, & quibus derogare, vel non, qualiter ſint Canonum, & Legum Eccleſiaſticarum defenſores, & alia, Gabriel. Vaſquez *in 1. 2. D. Thom. tom. 2. diſput. 152. & 153.* vbi circa poteſtatem condendi leges, *& in 3. part. tom. 3. diſput. 244. num. 48.* vbi qualiter curare debeant, vt Paſtor, vel Doctor falſam doctrinam tradens deponatur, vel emendetur, Baldel. *Theol. moral. tom. 1. lib. 3. Diſput. 18. num. 12.* vbi quomodo peccent non prohibendo comœdias turpes, *& lib. 5. Diſput. 27. 28. & 29. per tot.* vbi an, & quomodo ſuis legibus obligentur, & an poſſint ſecum ab illis diſpenſare, ſicut cum alio, Thom. Hurtad. *reſol. moral. part. 1. tract. 1. reſolut. 17. per tot.* vbi an poſſint cogere publicas meretrices, vt ſe proſtituant pro pretio, vel vadant ad loca, vbi eſt illarum inopia, vel aliter quòd aliquis ſit in occaſione proxima peccandi, qui ſemper in peccatum incidit, *& part. 2. tract. 7. reſol. 8.* vbi quòd in ſaluiſconductis non poſſunt vti æquiuocatione, vel mentis reſtrictione, ſed debent illos ſeruare prout verba ſonant, *& tract. 8. cap. 1. §. 8.* vbi quòd poſſunt ſtatuere, vt etiam poſſeſſor malæ fidei præſcribat tranſacto certo tempore, & ſit tutus in conſcientia, de quo dixi *in §. Mala fides, & §. Præſcriptio.*

An poſſint vendere officia ſæcularia, & ad quod teneantur in electione Miniſtrorum, Turrian. *de iuſt. Diſput. 23. & 24.* Salzedo *d. tractat. de Regim. Princip. lib. 4. cap. 13. Diſſert. 48. fol. 373.* vbi quòd Principes opus habent omninò conſilio, & Conſiliarijs, nam magna negotia, magnis adiutoribus egent, & ſæpè peccant in electione, non diſcernendo adulatores à viris probis, vaniloquos à prudentibus; tria igitur ſpectare debent, ætatem, doctrinam, & mores, vt ætas ſit matura, ne facilè dolis capiantur, & affectibus rapiantur, doctrina circa iuriſprudentiam exercita, nam per varios vſus artem experientia fecit exemplo monſtrante viam, & vitandi, vel cautè audiendi, qui ſingularem oſtentantes doctrinam, conſilia ſubtilibus verbis perturbant, mores circa pietatem, modeſtiam, & continentiam, conſiliorum enim gubernaculum lex diuina eſſe debet, nihilque rectè, ac prouidenter homines ſine Dei ope, & inſpiratione auſpicari poſſunt, & alia ad rem, quomodo ſe gerere debeant Conſiliarij Principum bonorum, & malorum, ne illis eueniat, quod euenisse fertur Papiniano S. C. celeberrimo ſub Imperatore Baſiano Caracalla.

An poſſint concedere facultatem, vt quilibet priuatus poſſit occidere aliquem malefactorem, etiam ante ſententiam, idem Turrian. *d. tract. Diſput. 26. Dub. 2.* dixi *ſupra num. 1.*

An poſſint prohibere venationem, & piſcationem, & prohibendo teneantur reſarcire damna ab animalibus data, idem Turrian. *diſput. 36. Dub. 2. per tot.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 2. cap. 10. & 11.*

An teneantur ſeruare fidem hæreticis in negotio libertatis religionis, in ſaluoconductu, bello, & huiuſmodi, idem Turrian. *diſput. 75. per tot.*

An poſſint augere pretium vini, carnium, & huiuſmodi promiſcuè pro Laicis, & Eccleſiaſticis, Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 5. cap. 11. num. 25. & 26.* dixi *in §. Gabella*, & alia plura, ne ſim longior, videri poſſunt penes Dian. *reſol. moral. in repert. verb. Princeps, & verb. Rex*, & alios Theologos morales, & ſcolaſticos, quibus me remitto, ne videar ponere falcem in meſſem alienam.

56 Princeps ſæcularis an poſſit circa iuramenta diſponere, & ſtatuere, illa remittendo per modum diſpenſationis, vel iuſtæ interpretationis, vel ſtatuendo ne interponantur, & alia ad rem, late Arias de Meſa *var. reſol. lib. 3. c. 30. 31. 32. 33. & 34 per tot.* vide *in §. Iurament. nu. 24. §. Saluuſconductus nu. 14.*

57 Item an poſſit condere leges de rebus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, idem Arias de Meſa *lib. 3. cap. 35.* affirmatiuè probando ad adiuuandum canones, ac vt Principis authoritate coerceantur, qui Eccleſiaſticas ſanctiones paruipendunt, & vt Eccleſiaſticis decretis pœnale robur adijciant.

Princeps qualiter poſſit monetas cudere, & an cum cuneo, vel effigie alterius Principis, vide *in §. Moneta num. 9.* 58

Principes ſupremi, & Reges Mundi habent multa iura particularia, ità eorum propria, & oſſibus affixa, vt ab illis nullatenus ſeparari valeant, nec in alios transferri, quæ Regalia primæ claſſis nuncupantur, & ſunt ſuprema poteſtas, ſiue Maieſtas legibus ſoluta in res, & perſonas illis ſubiectas, Inſignia Regia, Collatio dignitatum, vel noua illarum creatio, ſiue erectio, ſuprema iuriſdictio, Ius condendi leges, Poteſtas creandi Magiſtratus, & Tabelliones, ſiue Notarios, & cæteros iuſtitiæ officiales, ius concedendi naturalem, & ciuilitatem exteris, ius legitimandi illegitimè natos, Ius conferendi nobilitatem, ius indulgendi delicta, & remittendi pœnas, Ius ætatis veniam minoribus concedendi, Ius inſtaurandi cauſas, ſiue inſtantias, Ius concedendi reuiſiones cauſarum, Ius erigendi Academias, & Vniuerſitates ſtudiorum, Ius concedendi publicas nundinas, & Mercatus, Ius conuocandi comitia, ſiue Curias generales, Ius cudendi monetas, Ius indicendi bellum, Ius concedendi Repræſalias, Ius faciendi pacem publicam cum ſuis capitulis, & fœderibus, Ius dandi, & recipiendi obſides, Ius Regiæ protectionis ſuorum ſubditorum, quod extenditur ad multa, Ius concedendi cartas tuitiuas, & conſeruatorias, atque appellantium, Ius cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum, & exemptorum in aliquibus caſibus, Ius recipiendi, & mittendi Legatos, & huiuſmodi, quæ omnia cum ſuis quæſtionibus, & reſolutionibus dubiorum occurrentium in vnoquoque iure, & capite, latè, & doctè multis citatis explicat videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. tom. 1. lib. 2. per tot.* alios allegaui *in §. Feudum num. 56.* 59

Quoad Ius erigendi Academias, & illas viſitandi, Mendo *de Iur. Acad. lib. 1. nu. 232. & ſeqq. fol. 30.* & alios citaui *in §. Epiſcopus nu. 60. cum Addit.*

Habent etiam alia iura, & regalia inferioris ordinis, quæ poſſunt etiam alijs donare, & concedere, nempè Ius exigendi tributa, gabellas, & vectigalias, angarias, & perangarias, ideſt ius compellendi ſubditos, & Vaſſallos ad illis inſeruiendum, vbi opus fuerit, vias publicas, & ſtratas, flumina, portus, Inſulas, Mare, & eius littora, Ius piſcandi, & venandi, ſalinas, metallorum fodinas, Theſauros, bona vacantia, Ius confiſcandi bona damnatorum, Ius auferendi bona ab indignis, & incapacibus ſuccedendi, Ius capiendi res incidentes in commiſſum, Ius occupandi bona contrahentium inceſtas nuptias, Ius capiendi bona relicta incapaci per tacitum fideicommiſſum, bona procuratoris Regij, qui fuit præuaricatus, res litigioſas contra prohibitionem legis alienatas, pœnam contra demolientes domos contra decorem Vrbis, Ius procedendi contra reos abſentes per annotationem bonorum, Ius capiendi bona eorum, qui ſibi mortem intulerunt ex conſcientia criminis patrati, Ius aſſignandi præcedentias inter Officiales, Ius concedendi debitoribus dilationes ad ſoluendum, aſſignandi, & taxandi menſuras, & pondera, terminos Ciuitatum, prohibendi ſubditis extruere Caſtra, Fortalitia, turres, & propugnacula, maximè in finibus Regni, & exigendi iura, & onera realia, vel perſonalia, aut mixta impoſita à legibus, & Conſtitutionibus, ſeu conſuetudinibus cuiuslibet Principatus, & Regni, cum quilibet Principatus habeat ſua iura Regalia ſpecialia, prout omnia cum pluribus quæſtionibus, & reſolutionibus in vnoquoque iure, & capite incidentibus plenè multis ſingillatim citatis exponit idem Antun. Portugal. *d. tract. de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. per tot.* ad quem curioſum lectorem remitto, & multa annotaui in locis opportunis huius Summæ. 60

An autem Regalia (& præcipuè Iuriſdictio) poſſint, & quo tempore, ac cum quibus requiſitis præſcribi aduerſus Principes ſupremos, agit idem Antunez Portugal. *d. tract. lib. 3. cap. 45. per tot.* Cyriac. *controuerſ. 178.* Solorzan *lib. 4. Polit. cap. 2.* Caſtil. *de Tertijs cap. 21. per tot.* 61

Alios Auctores de Regalibus tractantes indicant Caſtelon.

Digitized by Google

ſteion. Alphabet. iurid. verb. Regalia, & Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. eodem verb. fol. 489. &c.

62 Principes habent duo patrimonia, vnum ſcilicèt priuatum, & alterum publicum, & Regale, ſeu fiſcale; priuatum eſt ſubſtantia, quæ verè, & propriè ad eos ſpectat profecta ex bonis proprijs, vel quæſita ex donatione, legato, vel alijs cauſis, vt agri, ſaltus, armenta, greges, & huiuſmodi; Publicum verò Patrimonium ſunt res, quæ non ad priuatum pertinent, ſed reuera ſunt Reipublicæ, & imperantibus competunt, vt ſtatum Reipublicæ defendant, & eodem modo dicuntur habere duplex Ærarium, priuatum, & publicum; ſed hodiè Princeps non ſolent habere Æraria diſtincta, ſed omnes redditus ſimul colligere, & ideò non conſtituitur differentia inter Ærarium publicum, & priuatum, deletoque nomine Ærarij, fiſci tantùm nomen ſupereſt, in quem omnia rediguntur, & ſiue pertineant ad publicum, ſiue ad priuatum eorum patrimonium, eiſdem gaudent priuilegijs, quibus & fiſcus, ſiue publicum ærarium, l. fiſcus 6. in fine, ff. de iur. fiſc. l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loc. public. l. 1. & 2. C. de off. Comet. rer. priuat. lib. 11. Ang. in §. Edicto nu. 1. Inſtit. de Vſucap. Amaya ad tit. C. de iur. fiſc. lib. 10. num. 15. & ſeqq. Bobadil. in Politic. lib. 5. cap. 6. Alphab. de offic. Fiſc. gloſ. 9. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 43. num. 1. & ſeqq. & ego latiùs probaui pluribus alijs citatis in motiuo per Magona Ferri Florentiæ anno 1687. nu. 3. & ſeqq. & num. 13. & ſeqq. quod erit impreſſum poſt meas reſolutiones cap. quibus addi poteſt Ramon. conſ. 37. cum Annot. Iacob. Balduc.

63 Eſt tamen differentia quoad alienationem interdicta patrimonia, nam Principes poſſunt ad libitum vti, & abuti rebus, quæ pertinent ad priuatum patrimonium, & eas pro libito alienare, atque ad hæredes tranſmittere quamuis in Principatu non ſuccedant, l. apud Iulianum §. Conſtat ff. de leg. 1. l. 4. C. de quadrien. præſcript. l. quod Princeps ff. de leg. 2. Sixtio. de Regal. cap. 1. num. 34. Res autem quæ non ſunt priuati, ſed publici patrimonij, hoc eſt Maieſtatis, ſiue Coronæ, & Reipublicæ non ſic poſſunt alienare, nec ad ſuos hæredes transferre, ſed remanere debent penes Imperium, & in Principatu applicandæ ei tantùm, qui in Regno ſuccedit, cap. ad Apoſtolica de donat. cap. Monemus 12. quæſt. 2. l. multi, vbi DD. C. de nauib. non excuſ. lib. 11. Roland. conſ. 1. nu. 124. & ſeqq. lib. 2. Sixtin. loc. cit. num. 35. & alij relati per Antunez Portugal de donat. Regn. lib. 3. cap. 43. num. 7. & ſeqq. vbi ſe remittit ad ea, quæ dixit lib. 2. cap. 4. prout & ego ad ea, quæ alijs citatis notaui in hoc §. Princeps nu. 30.

64 Alia multa de Principibus, illorum auctoritate, & officio indicant Caſteion. Alphab. iurid. verb. Imperator, Imperium, & Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. verb. Princeps fol. 400. &c. vbi multos refert Auctores de Principibus tractantes.

65 Principes, & Magiſtratus quid facere debeant tempore peſtis, latè tradit videndus Card. Gaſtald. tract. de auert. & profliq. peſt. Polit. legal. per tot. & aliqua ego perſtrinxi in §. Medici nu. 21.

66 Principes quid facere poſſint circa matrimonia, vide in §. Matrimonium nu. 31.

67 Principes an habeant priuilegiũ exigendi vſuras ſemiſſes à ſuis debitoribus, etiam abſque mora, & alijs requiſitis, Anton. Gob. Conſult. 126. vbi quod non, & dixi in §. Fiſcus num. 31.

§. PRIVILEGIVM. XLVI.

1 Priuilegium eſt ius ſingulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem conſtitutum eſt, & dicitur quaſi priuata lex, ſtrictè venit interpretandum, cùm omnis receſſus à iure ſit odioſus, ſicut regreſſus ad ius commune fauorabilis reputatur, niſi proprietas verborum aliter ſuadeat, vel niſi aliàs efficiatur inutile, cùm aliquid operari debeat, non tamen auferendo alteri ius quæſitum, latè Rebuff. in prax. benef. part. 1. cit. de differ. inter priuil. & reſcript. Card. Tuſch. lit. P. concluſ. 727. & ſeqq. Surd. deciſ. 274. num. 8. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 186. & gloſ. 14. num. 97. Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 5 cap. 23. per tot. fol. 570. Bardellon. conſ. 135. lib. 2. vbi quòd nec

ex generalitate verborum poteſt extendi, quando eſt contra publicam vtilitatem, vel in alterius præiudicium, vide in §. Beneficium num. 16. latè Gibalin. de iur. canon. & Eccl. tom. 2. lib. 7. cap. 7. per tot. fol. 361. &c. vbi quid ſit priuilegium, à quo poſſit concedi, ad quos extendatur, & alia plura ad rem, Cabed. deciſ. 93. per tot. part. 2. & nu. 4. deciſ. 94. d. part. 2.

Et quod dici ſolet priuilegia Principum eſſe amplianda, & latè interpretanda, debet intelligi de priuilegijs motu proprio conceſſis, & quæ non derogant publicæ vtilitati, vel iuri alteri quæſito, quia ſecus eſt ſi redundent in præiudicium aliorum, vel ſi fuerint conceſſa ad petitionem partis, prout in dubio præſumitur, Iaſ. in l. Imperium num. 14. & ſeqq. ff. de iuriſd. omn. iud. Soccin. reg. 56. & 381. per tot. Tuſch. litt. B. concluſ. 49. 50. & 51. litt. P. concluſ. 732. Bardellon. d. conſ. 135. Altograd. conſ. 71. num. 10. &c. lib. 2. Leoncil. deciſ. Ferr. 87. num. 20. & deciſ. 163. num. 6. Sperel. deciſ. 21. num. 3. 10. &c. Rot. part. 12. recent. deciſ. 199. num. 27. & ſeqq. vbi quòd contra ipſum Principem concedentem ſunt latè interpretanda, ſecus autem contra tertium, niſi reducantur ad ius commune.

Quòd non tollant ius alienum, & tertij, latè Tuſch. litt. P. concl. 729. per tot.

Et quando ſecus, idem Tuſch, loc. cit. concl. 370.

Plura de priuilegijs remiſſiue Ægid. de Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Priuilegium.

Priuilegium eſt oſtendendum, & inſpiciendum, nec illud allegenti creditur, ſed eſt exhibendum, an autem in totum, vel ſufficiat in parte, Barboſ. de Axiom. iur. Axiom. 190. nu. 6. &c. Card. Tuſch. litt. P. concluſ. 762. per tot. Marcian. diſput. forenſ. cap. 65. nu. 9. 2

Qualiter priuilegium Apoſtolicum poſſit probari per famam, Rot. part. 10. recent. deciſ. 158. & 270. per tot. vide in §. Clerici num. 45. Conſtantin. Cæſar. Specul. peregr. quæſt. qu. 50. n. 8. &c. vbi quòd ſcriptura non eſt neceſſaria ad eſſentiam priuilegij, cùm de omnibus priuilegijs non fiat ſcriptura, ſed quandoque viuæ vocis oraculo conceduntur, quod habet eamdem vim, quam habent aliæ Conſtitutiones Pontificiæ, probentur per famam, & puerile ſit, ac importunum poſt centum annos poſſeſſionis exquirere priuilegia, quorum negatiua non probatur per rimationem in regiſtro Cancellariæ Apoſtolicæ, cùm poſſint eſſe conceſſa viuæ vocis oraculo, vt in Clem. dudum de ſepult. Innocent. in cap. conſtitutus num. 2. de reſcript. Tamburin. de iur. Abbat. diſput. 16. quæſt. 2. & quando priuilegia eſſent conceſſa per ſcripturam, ſi non extet, vel non reperiatur originale, ſufficit exhibere tranſumptum, etiam non citata parte factum, maximè quando ſunt generalia, & non tangunt præiudicium certæ perſonæ, vel quando aliàs fuit ſuper eo iudicatum, vel ſtante obſeruantia, centum annorum, facit Rot. part. 18. recent. dec. 817. num. 5. & ſeqq. vbi quòd ſtante lapſu ſeptuaginta annorum, & vitta cum obſeruantia vniformi, ſpeciali confirmatio Apoſtolica interueniſſe præſumitur, etiamſi de illa nullatenus.

Priuilegium in corpore iuris communis clauſum, ſiue incluſum, non dicitur propriè priuilegium, nec venit in generali priuilegiorum reuocatione, gloſ. in l. heres, ff. de ind. Rodriquez de concurſ. credit. part. 1. numer. 30. 3

Priuilegium ſi ex poſt facto efficiatur iniquum, & ad iniquitatem reducatur in damnum alterius, licèt alias non ſit attendendum, cùm non cenſeatur eſſe de voluntate Principis, vt ſeruetur cum præiudicio alterius, tamen ipſo iure non extinguitur, ſed recurrendum eſt ad Principem pro illius moderatione, nam eius eſt interpretari, cuius eſt date, & ſic inferior non poteſt illud interpretari, & declarare, tamquam iniquum non eſſe ſeruandum, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 83. & 87. per tot. Tuſch. littera P. concluſ. 737. Martha vot. Piſ. 217. nu. 19. & ſeqq. Surd. deciſ. 236. num. 22. Bardellon. conſ. 135. lib. 2. Rot. part. 13. recent. deciſ. 24. & 122. num. 10. infra num. 20. 4

Quòd priuilegium, & reſcriptum Principis in caſibus dubijs debeat interpretari, & declarari ab ipſo Principe, & quando poſſit inferior, Tuſch. litt. P. concl. 737.

Priuilegia regulariter non requirunt publicationem, nec notitiam eius, in cuius damnum conceduntur, niſi habeant pœnam admixtam, & quid ſi conſtet de volun- 5

Digitized by Google

tate concedentis, vel adſit decretum irritans, an ligent ignorantes, & ſufficiat ſola ſcientia priuilegiati, Gratian. *diſcept. for. cap.* 631. *nu.* 5. *& per tot.* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 728. vbi an, & quando requirant citationem.

An ſit neceſſaria ſcientia illius in cuius damnum tendit priuilegium, vt illum liget, & eius ad cuius fauorem fuit conceſſum, vt illi proſit, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 185. *num.* 28. *& ſeqq.* Gibalin. *de iur. canon. & Eccl. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quaſt.* 9. *fol.* 370. vbi an, & quando ſit neceſſaria notitia priuilegij tam in priuilegiato, quàm in alijs.

Quòd priuilegia prohibentia alijs impreſſiones operum, vel librorum, vt afficiant, & ligent, debeant cum omnibus ſuis qualitatibus publicari, vel inſeri in opere impreſſo, ità vt ad aliorum notitiam deueniant, Gratian. *d. cap.* 631. *nu.* 2. *& per tot.*

An autem probabilis ſit ignorantia priuilegij, & excuſet, vel non, latè Coſta *de facti ignorant. & ſcient. inſpect.* 98. *per tot.*

6 Priuilegium vnum alterius priuilegij confirmatorium non probat, niſi quatenus conſtet de confirmato, Pract. Papp. *form. oppon. contr. inſtrum. gloſ. alterius confirmatorium*, Boer. *deciſ.* 247. *numer.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 45. *numer.* 15. *& ſeqq.* vbi plura de confirmatione in forma communi, & in forma ſpecifica, & quæ ſit differentia inter huiuſmodi confirmationes, Ricc. *Collect.* 3127.

7 Priuilegium vni conceſſum, ſi alteri communicetur, debet apparere de priuilegio communicato, aliàs nihil operatur communicatio, niſi ſaltem in communicatione exprimatur ſubſtantia contentorum in priuilegio communicato, vt benè explicat Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 5. *num.* 7.

Quòd communicatio priuilegiorum operetur idem, ac ſi dicta priuilegia eſſent ſpecificè conceſſa, Oldrad. *conſ.* 320. *nu.* 5. cum alijs per Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 334. *nu.* 11. *& deciſ.* 337. *nu.* 4. *& ſeqq per tot.* vbi etiam an comprehendat præiudicialia.

8 Priuilegium vni conceſſum, & alteri communicatum non per ſe, & principaliter, ſed dependenter, ſi poſtea augeatur, minuatur, vel alio modo alteretur, non ſuffragatur ei, cui fuit communicatum, niſi ſecundum modum, & formam iuxta quam ſuffragatur ei, cui fuit primo, & principaliter conceſſum, & ſic alteratio prodeſt etiam, vel nocet ei, cui ſic fuit acceſſoriè, & dependenter communicatum, ex regula *cap. Tranſlato de Conſtit. & cap. acceſſorium de reg. iur. in* 6. Barboſ. *d. Clauſ.* 20. *num.* 8. Tuſch. *litt. P. concl.* 763. *per tot.*

Si verò priuilegium fuerit communicatum alteri non ſic dependenter, & acceſſoriè, ſed directè per ſe principaliter, & æqualiter, vt illo poſſit communicatarius vti eodem modo, quo poterat primus priuilegiatus, tunc aucto, vel diminuto, ſeu reuocato priuilegio quoad primum, & principalem priuilegiatum, non cenſetur auctum, vel diminutum, nec reuocatum quoad eum, cui fuit communicatum, cùm iſto caſu vtrumque priuilegium dicatur per ſe ſtare principaliter, & re ipſa ab altero diſtinctum, iuxta regulam *l. Papinianus exulis ff. de minor.* niſi tamen contrarium ex forma communicationis colligatur, vt quia facta eſſet per modum cauſæ in futurum fiendæ, veluti ſi verba eſſent relata ad modum, ſecundum quem vtetur primus priuilegiatus, nam tunc communicatio alteri facta dependet ab vſu primi, vt benè declarat Barboſ. *d. clauſ.* 5. *nu.* 9. *&* 10. Card. Tuſch. *littera P. concluſ.* 763. *per tot.* Leoncil. *dec. Ferr.* 87. *nu.* 12.

Quòd communicatio generalis priuilegiorum non fiat ad ea, quæ ſpeciali nota egent, Butat. *deciſ.* 704. *num.* 13. Merlin. *deciſ.* 333. *num.* 33. *&* 34. vbi quòd non extenditur ad decimas diuinas, niſi ſit expreſſa, & cum derogatione Concilij generalis ſub Innoc. III. relato *in cap. nuper de decim.*

Quòd communicatio priuilegiorum vnius Religionis ad aliam non extendatur ad ea, quæ ſunt tertiò præiudicialia, Caualer. *deciſ.* 101. *nu.* 3. niſi aliàs conſtet de voluntate Papæ, Rot. *part.* 10. *deciſ.* 337. cum concordantibus ibi relatis.

An dicta communicatio locum habeat etiam quoad pœnas fauore Religionis inducta, Dian. *part.* 10. *tractat.* 12. *reſol.* 55. vbi refert diuerſas opiniones, & negatiuæ magis adhæret.

Quòd priuilegia conceſſa viris Religioſis, ſuffragentur etiam monialibus eiuſdem ordinis, licèt ab illis non gubernentur, niſi expreſsè pro maſculis tantùm ſint conceſſa, vel illis tantùm conueniant, Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 24. *per tot.*

Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio aduerſus æqua- 9
liter priuilegiatum, Gratian. *deciſ.* 196. *nu.* 18. *&c. diſcept. forenſ. cap.* 611. *num.* 30. *&c. cap.* 988. *num.* 8. *cap.* 961. *num.* 13. *&c.* Fontanel. *deciſ.* 100. *per tot. & de pactis nupt. lib.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *num.* 104. *&c.* vbi limitat quando vnus tractat, de damno, & alter de lucro, vel quando vnus eſt priuilegiatus in ſpecie, alter in genere, ſequitur Duran. *deciſ.* 402. *num.* 16. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor.* 130. *num.* 10. Altograd. *conſ.* 65. *num.* 103. *&c. lib.* 2. latè Sanfel. *deciſ.* 358. *cum addit.* vbi de magis priuilegiato præferendo alteri minus priuilegiato, Sperel. *deciſ.* 158. *nu.* 11. *&* 12. Tuſch. *littera P. concluſ.* 760. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2308. Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 132. *& ſeqq.* vbi pluribus modis limitat, & declarat, vide *in §. Perſona num.* 11. *§. Statutum requirens num.* 17. *§. Officium num.* 15. *in fine*, Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quaſt.* 35. *per tot.* vbi quòd qui tractat de damno vitando, vel priuilegiatus in ſpecie, vel priuilegiatus naturaliter, vel vniuerſitas præferuntur ei qui tractat de lucro captando, vel priuilegiatis in genere, vel priuilegiatis ex accidenti, reſpectiuè; ſicut vniuerſitas, quæ omnes continet omnibus eſt præferenda, &c.

Quòd dupliciter priuilegiatus, vel tractans de damno vitando, vel priuilegiatus in ſpecie vtatur ſuo priuilegio contra ſimplicem priuilegiatum, vel contra agentem de lucro captando, vel contra priuilegiatum in genere, Barb. *de Axiom. iur. Axiom.* 190. *num.* 1. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 737. *num.* 21. *&c.* vbi quòd agens de damno vitando, ſicut etiam reus, & poſſeſſor in pari cauſa præfertur, & benè, Peregrin. *deciſ. Pat.* 8. *num.* 13. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 98. *num.* 2. *&c. part.* 14. *deciſ.* 114. *num.* 7. *& ſeqq. & part.* 18. *deciſ.* 675. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd præfertur qui tractat de damno vitando, *& dec.* 805. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

An autem priuilegiatus ſuccedens priuato, vel è contra vtatur priuilegio, ſiue iure communi, Iaſ. *in auth. quas actiones nu.* 38. *&c. C. de Sacroſanct. Eccl.* Tuſch. *littera P. concluſ.* 740. *&* 741. *per tot.*

Priuilegiatus foro poteſt per viam reconuentionis con- 10
ueniri coram iudice, quem ipſe elegit, nam ſi illum pro ſe elegit, non debet dedignari eumdem habere contra ſe, *l. cum Papinianus in fine C. de ſent.* Marant. *in l. ſi actor num.* 43. *ff. de procurat.* vide *in §. Clericus num.* 57. *& §. Reconuentio.*

Quòd priuilegiatus gaudeat priuilegio fori etiam in annexis, & licèt renunciauerit conſentiendo in iudicem, non teneat renunciatio in præiudicium ordinis Togatorum, & alterius ſuperioris, cui competit iuriſdictio, & alia, Boer. *deciſ.* 69. Capyc. *deciſ.* 197. Gramm. *deciſ.* 21. cum alijs, quos refert, & ſequitur Sanfelic. *in praxi ſect.* 23.

Priuilegiatus, vt non poſſit conueniri à ſuis creditori- 11
bus, regulariter non poteſt ipſe alios conuenire propter retorqutionem iuris iniqui, *& tit. quod quiſque iur.* Intelligendo quando habuit huiuſmodi priuilegium ad ſui poſtulationem, ſecus ſi per diſpoſitionem iuris, vt in hærede, qui durante tempore inuentarij non poteſt conueniri, & tamen ipſe alios conuenit, Roland. *tract. de inuent. part.* 4. *q.* 10. vide *in §. Debitor num.*

Priuilegium alicui loco conceſſum, & ſic locale, & 12
non perſonale extenditur ad quaſlibet perſonas etiam forenſes, & extraneas in loco priuilegiato habitantes, Rom. *conſ.* 234. Tuſch. *littera P. concl.* 739. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 400. vbi in terminis priuilegij conceſſi Communitati, & hominibus Ciuitatis Cæſenæ, ne teneantur ſoluere laudemium pro bonis emphyteuticis vltra diſpoſitionem iuris communis, oſtendit eſſe reale, & ob id ſuffragari omnibus etiam comitatiuis, & forenſibus ibidem bona poſſidentibus, maximè cùm ſit iuri communi conforme, & ad tollendos abuſos, ac ideò fauorabile, quod rurſus comprobat eadem Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 199. *per tot.*

Quòd priuilegium locale non poſſit ad alia loca extendi, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 483. *nu.* 12.

Perſonale verò ſequitur perſonam, & cum illa extinguitur,

Digitized by Google

guitur, Barboſ. de Axiom. iur. Axiom. 190. num. 5. Card. Tuſch. lit. P. concl. 740. Gibalin. de ſcient. canon. tom. 3. lib. 8. regul. 7. fol. mihi 217.

Quando priuilegium exemptionis ſit perſonale, & comprehendat etiam beneficia, Martha vot. Piſ. 159. per tot.

An autem, & quando priuilegium dicatur reale, vel perſonale, ita vt tranſeat ad hæredes, vel non, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. per tot. Tuſchus loc. cit. concluſ. 743. & ſeqq. Tiraquel. de iur. primogen. quæſt. 59. per tot. Boer. deciſ. 227. num. 18. Paul. Chriſtin. deciſ. 47. num. 33. & ſeqq. volum. 5. Rot. part. 9. recent. deciſ. 400. per tot. Azor. Inſtitut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. lit. D. fol. 566. Dian. part. 4. tract. 3. reſol. 51. vbi an in dubio cenſendum ſit reale, vel perſonale, infra num. 28.

An vni conceſſum extendatur ad alios, an ad conſequutiua, & neceſſaria, an ad futura, an ad præterita, & alia, latè Tuſch. litt. P. concl. 733. & ſeqq. Ricc. Collect. 2727. 3004. 3095.

13 Priuilegium qualiter perdatur, Pract. Pap. firm. oppoſit. contr. inſtrum. gloſ. penitus, & omninò Cardin. Tuſch. litter. P. concl. 754. & ſeqq. Gizarel. & Addent. deciſ. 70. per tot. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 56. per tot. Azor. Inſtitut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. fol. 564. & cap. 4. fol. 463. Carbon. de legibus lib. 9. diſput. 8. per tot. Ricc. Collect. 274.

Quòd duobus modis præcipuè amittatur, expreſsè ſcilicet per reuocationem concedentis, vel per renunciationem priuilegiati, & tacitè faciendo contra illud, vel eo non vtendo per decennium, ſi conſiſtat in faciendo, vel per abuſum ipſius, vel per delictum, vel ſi incipiat enormiter lædere ius tertij, Rebuff. in prax. benef. part. 1. titul. de different. inter priuil. & reſcript. num. 38. & ſeqq. Tuſchus litter. P. concluſ. 751. cum pluribus ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 171. vol. 1. vbi an, & quando amittatur per non vſum, Seraphin. deciſ. 1043. num. 3. &c. idem Merlin. deciſ. 838. Thom. Triuiſ. deciſ. 15. per tot. vbi in materia decimarum, Gibalin. de iur. canon. & Eccleſ. tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæſt. 10. per tot. fol. 370. &c. vbi plura de amiſſione priuilegij ex prædictis, & alijs cauſis.

Quòd priuilegium mereatur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, Barboſ. de Axiom. iur. Axiom. 190. num. 8. Tuſchus litt. P. concluſ. 754.

Quòd conſiſtens in faciendo amittatur per non vſum decennij, ſufficeret tamen ad illius conſeruationem vſus pro parte, quando cauſa vtentis eſt vniuerſalis, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 139. num. 11. &c. Tuſch. litter. P. concluſ. 755. per tot. Ricc. Collect. 4099. Thom. Triuiſ. deciſ. 15. Fontanel. deciſ. 463. vbi plura quando per non vſum amittatur, vel non, & an contrauenìens priuilegijs Vniuerſitatis efficiatur inhabilis ad illius officia, idem Fontanel. deciſ. 462.

Quòd ceſſet priuilegium ceſſante illius ratione, & cauſa, niſi eſſet conceſſum in perpetuum, Roman. conſ. 280. num. 7. Iaſ. in l. ſciendum, §. ſi fundum num. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 139. num. 7. & ſeqq. Tiraquel. tract. ceſſante cauſa, verb. priuilegij num. 210. & ſeqq. ad 220. vbi tenet requiri ſententiam ipſius priuilegij reſciſſoriam, vide Surd. deciſ. 310. num. 9. & deciſ. 311. num. 3. Boer. deciſ. 31. num. 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 56. num. 30. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. 69. per tot. volum. 6. facit quod dixi in §. Cauſa num. 18. Gibalin. loc. ſupra cit.

Quando fuit conceſſum ex cauſa oneroſa tranſit in contractum, & non poteſt reuocari, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 802. num. 6. & per tot. latè ampliando, limitando, & declarando Cardin. Tuſchus littera P. concluſ. 751. per tot. Gabriel. comm. concluſ. lib. 3. tit. de iur. quæſit. concluſ. 1. per tot. Socin. conſ. 87. & conſ. 12. num. 12. lib. 3. Scaglion. in Pragmat. Regn. allegat. deciſ. 3. nu. 43. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 398. num. 54. volum. 1. Ricc. Collect. 1126. vbi quòd aliàs reuocatur ex Principis voluntate, & Collect. 862. vbi de reuocatione ad libitum Principis, & quando non poſſit reuocari, Sanfelic. deciſ. 135. num. 30. &c. & deciſ. 345. num. 25. vbi quòd quando priuilegium tranſit in contractum non poteſt aliquo modo reuocari, nec per contrarium actum derogari, de quo latè etiam videndus Martha vot. Piſ. 217. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 11. num. 54. & ſeqq. vbi plura quando priuilegia poſſint reuocari, vel non, & multos in id allegat, Andreol. controu. 408.

Sicut etiam priuilegium conceſſum in recompenſationem laborum pro Eccleſia eſt irreuocabile, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 925. num. 4. &c.

Quando dicatur reuocatum priuilegium, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 48. num. 27. & cap. 940. per tot. vbi etiam quòd poſtquam fuit conceſſum, non ampliùs dicitur contra ius commune.

Quod non poſſit reuocari à ſucceſſore concedentis, niſi Reſpublica ex eo maximè lædatur, Pract. Pap. for. oppoſit. contr. inſtr. gloſ. alijs rationibus, Ricc. Collect. 3492. vide in §. Tranſactio num. 10. in fine.

Reuocationem priuilegij in dubio non præſumi, niſi de ea expreſsè conſtet, Rota part. 2. diuerſ. deciſ. 139. num. 5. &c.

Quòd priuilegium facultatiuum non tangens alterius præiudicium, non perdatur per non vſum, ſecus autem ſi contra aliorum intereſſe redundet, iuncto præſertim lapſu temporis cum actibus contrarijs, ita diſtinguendo opiniones concordat Rot. part. 2. recent. deciſ. 285. num. 23.

Priuilegia piæ cauſæ quænam ſint refert Soccin. regul. 382. vbi plura 62. priuilegia, & plura per Tiraquel. tract. de pia cauſ. per tot. Tuſchus littera P. concluſ. 332. & ſeqq. vide in §. Eccleſia num. & §. Cauſa num. 20. 14

De priuilegijs piæ cauſæ quoad probationes, latè Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1171. per tot.

Ex quibus coniecturis præſumatur ad pias cauſas relictum, idem Maſcard. concluſ. 1172. vide in §. Legatum.

Licèt multa ſint priuilegia piæ cauſæ non tamen præualent filijs ſaltem in legitima, vel hæreditate patris, cùm D. Auguſtinus ſcriptum reliquerit, qui vult Eccleſiam inſtituere, & filium exhæredare alium quærat pro conſilio, & quòd Deo propitio neminem inueniet, habetur in cap. vlt. 17. quæſt. 4. Menoch. lib. 5. præſumpt. 189. num. 112. Merlin. de legit. lib. 5. titul. 1. quæſt. 2. num. 3. vbi num. 4. conatur probare quòd iſtud procedat tantùm reſpectu legitimæ.

Priuilegia militibus conceſſa, intelliguntur ſecundùm ius commune, videlicet vt proſint parte excipiente, & opponente, & ſic ſi fuerint allegata ante litem conteſtatam, aliàs tenet proceſſus, & condemnatio, Magon. deciſ. Flor. 116. per tot. 15

De priuilegijs militum, vide in §. Militia, & in Pract. mea, §. Deſcritti, & §. Soldati per tot.

Quòd in ijs, in quibus conueniunt cum diſpoſitione iuxta communis ſint fauorabilia, Altograd. conſ. 17. num. 17. & 20. lib. 1.

Priuilegium conceſſum pupillo in actione perſonali contra tutorem, non tranſit ad hæredes illius, l. ex pluribus, ff. de adminiſtr. tut. Montan. de tut. cap. 31. effect. 3. num. 7. 16

Priuilegium tacitæ hypothecæ fauore dotis competens, vt dixi in §. Hypotheca num. 9. &c. cùm ſit conceſſum actioni de dote, & non perſonæ tranſit ad ceſſionarium, & ad quemcumque tranſeat ipſa actio, non tamen cum iure prælationis, niſi in aliquibus caſibus, Iaſ. in §. fuerat num. 122. Inſtit. de act. vide Neguſ. de pign. part. 2. membr. 4. num. 30 &c. & num. 107. &c. 17

Numquid dictum priuilegium tacitæ hypothecæ competat extraneo dotanti, & paciſcenti ſibi dotem reſtitui, vide Neguſ. d. memb. 4. num. 67. dixi in §. Hypotheca num. 9. Paul. Chriſtin. deciſ. 133. num. 3. volum. 3. vbi plura de hoc priuilegio dotis, & deciſ. 128. vol. 4.

Priuilegium tacitæ hypothecæ non datur ſponſæ per verba de futuro, cùm dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, quod inter dictos ſponſus non conſiſtit, Iaſ. in §. Fuerat num. 38. Inſtit. de act. vide Neguſ. de pign. par. 2. memb. 4. num. 71. Fontanel. de pactis tom. 2. Clauſ. 7. gloſ. 2. fol. 378. &c. 18

Habet tamen locum etiam cum iure prælationis in matrimonio putatiuo ex parte vxoris tantùm, non autem ex parte viri, l. ſi cum dotem, §. fin. vbi Alex. & alij ff. ſol. matr. Iaſ. in §. fuerat num. 39. Inſtit. de act. Neguſ. dict. membr. 4. num. 104. &c.

Item

Digitized by Google

Item competit pro bonis paraphrenalibus, non tamen cum iure prælationis, Plat. & Iaſ. *in d. §. fuerat num.41.* Neguſ. *d. membr.4. num.63.*

Item competit pro lucris donationis antenuptialis, non tamen cum prælatione quoad alios creditores, Iaſ. *vbi ſupr. num.40.* Neguſ. *d. membr.4. num.64. &c.* vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.53. num.8. &c.*

Item pro augmento dotis etiam cum iure prælationis, incipit tamen ſolum à die facti augmenti, & non antea, Iaſ. *in Rubr. ff. ſolut. matrim. col. vlt.* Neguſ. *d. membr.4. num.46. &c.*

Item pro alimentis vxori debitis ſuper bonis viri, Iaſ. *in §. Fuerat num.42. Inſtit. de act.* Afflict. *deciſ.10. num.3.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.634. per tot.*

Item pro vſuris ob retardatam ſolutionem dotis marito, latè Neguſ. *de pign. part.2. membr.4. num.47. & ſeqq. ad 57.*

Non tamen competit pro pœna ſolutioni dotis appoſita, Neguſ. *de pign. part.5. membr.1. num.41. &c.*

Item competit mulieri pro fructibus ex eius bonis per virum perceptis, Iaſ. *in dict. §. fuerat num. 43. Inſtitut. de act.*

Item competit, & cum prælatione, etiam pro dote confeſſata, quando fuit renunciatum exceptioni, vel lapſum eſt tempus illius ſecundùm Bart. *in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* contrarium tamen tenet Iaſ. *in dict. §. Fuerat num.73. & ſeqq. ad 92.* intelligendo quoad præiudicium creditorum mariti, nam in præiudicium illius, & hæredum tenet confeſſio, & renunciatio, ſicut etiam ſi creditores pariter ſe fundarent in confeſſione, quia tunc mulier tanquam magis priuilegiata eſſet præferenda, vide *in §. Confeſſio num.* Neguſ. *de pignor. part.2. membr.4. num.76. & ſeqq.* Merlin. *de pign. lib.3. tit.2. quæſt. 38. per tot.*

Item competit cum prælatione etiam mulieri actualiter ſecundo viro nuptæ ſuper bonis primi viri pro exigenda, vel repetenda dote ab illius hæredibus, Iaſ. *in d. §. Fuerat num.95. Inſtit. de act.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.143. n. cap.240. num.22. &c.*

Item competit cum prælatione pro repetenda dote, etiam patri communi nomine agenti viua adhuc filia; ſecus autem ſi illa mortuo pater agat nomine proprio, Iaſ. *in d. §. Fuerat num.138.* vide *in §. Pater num.*

An priuilegium prælationis competat marito agenti ex ſtipulatu pro dote ſibi tradenda, *gloſ. in l. vn. §. & vt plenius verb. ex vtroque latere, C. de rei vx. act.* Iaſ. *loc. cit. num.139.* vbi quòd non, vide *in §. Mulier num. 9.*

Item competit mulieri ſuper bonis quæſitis per hæredes viri, etiam ex rebus quondam ipſius viri, gloſ. & Bart. *in in l. aſſiduis verb. ſint, C. qui pot. in pign. hab.*

Item non competit mulieri hæreticæ, niſi hæreſim abiuret, Iaſ. *in dict. §. Fuerat num.113. Inſtit. de act.* Mulieri autem Iudææ competit ſuper bonis mariti Iudæi, Neguſ. *de pignor. part.2. membr.4. num.68.* vide Merlin. *de pign. lib.3. tit.2. quæſt.81. & 82. per tot.* Rot. *part.16. deciſ.214. num.4. & ſeqq.* vbi quòd non competit mulieribus Hebræis, & ſimilibus infidelibus, niſi conuertantur ad fidem.

Quòd priuilegium prælationis competens mulieri in bonis viri, & ſpeciali priuilegio, & iure filiationis competat etiam filijs, & deſcendentibus eiuſdem matrimonij, non autem cæteris hæredibus, Iaſ. *in dict. §. fuerat num.94.* Neguſ. *de pignor. part.2. membr. 4. num. 94. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.143. num.44. &c. cap. 634. num.10. &c.* Rodriquez *de concurſ. credit. part. 1. art. 1. num. 17. &c.* Mart. Medic. *deciſ.51. cum Addit. per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.9. art.4. num. 33.* vbi quoad extraneos hæredes limitat, niſi actio pro dote fuerit per mulierem intentata, nam tunc etiam ad illos tranſit, vide Rot. *part. 9. recent. deciſ. 174. num. 18. & ſeqq.*

An autem ſupradicta, & alia priuilegia fauore dotis inducta, competant etiam ſoluto matrimonio, dic quòd ſic ante dotis reſtitutionem, ſecus illa reſtituta, latè Iaſ. *in Rub. ff. ſolut. matrim. col. 2. & 3.* Soccin. *conſ.177. lib.1.*

Plura de priuilegio tacitæ hypothecæ, quando, & quibus competat, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ.133. num.21. & ſeqq. per tot. volum.3.* plenè Boſſ. cum pluribus ab eo citatis *tract. de dote cap.18. per tot. fol. mihi 671. &c.* alios allegaui *in §. Hypotheca.*

Priuilegium ne quis conueniatur vltra id, quod facere poſſit, quid importet, & quibus competat, dixi *in §. Beneficium num.1. & ſeqq.* adde Boſſ. *de dote cap.11. num.2. & ſeqq. fol.440. &c.* 19

Priuilegium non ſoluendi decimas de poſſeſſionibus acquiſitis, & acquirendis, non extenditur ad magnas poſſeſſiones in aliqua parochia acquiſitas, de quibus decima illi Eccleſiæ Parochiali ſoluebatur, cùm aliàs huiuſmodi Eccleſiæ præiudicium enormè fieret, & quando priuilegium incipit eſſe iniquum, habendus eſt recurſus ad Principem pro illius moderatione, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.83. num.10. & ſeqq. & part.13. recent. deciſ.25. num. 2.* vbi quòd ipſo iure inficitur, & reuocatur, & *deciſ.122.* Card. Tuſch. *litt. P. concl.731. num.8. & ſeqq.* Vrceol. *conſult. for. cap.99. num.30. vol.2.* Peregrin. *deciſ.143. num.18. &c.* Viui. *comm. opin.641.* 20

Quòd priuilegia eximentia Regulares à ſolutione decimarum extendantur non ſolum ad prædia iam tempore conceſſionis acquiſita, ſed etiam ad acquirenda, & ad noualia poſtea ad culturam redacta, an competant etiam eorum colonis, an amittantur per non vſum, & alia, latè Dian. *part.10. tract.12. reſol.51. & 52. per tot.* facit Chriſtin. *deciſ. Belgic. 106. per tot. volum.1.* vide *in §. Decima num.11.* Rot. *part.10. recent. deciſ. 333. num.29. & ſeqq.* vbi quoad primam partem concluſionis refert contrarias opiniones.

Quòd ſi dicta priuilegia ſint conditionalia, vel qualificata, non procedant, niſi iuſtificata conditione, & qualitate, nec impediant manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, Rot. *part. 11. recent. deciſ.195. per tot.* vide *in §. Decima num.13. &c.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 15.* vbi de priuilegio Religionis Carthoſiæ, *& deciſ. 65. lib. 1.* vbi quòd intelligitur de bonis tantùm tempore conceſſionis poſſeſſis, & non de poſtea acquiſitis.

Quòd dicta priuilegia cùm ſint perſonalia pro rebus proſint tantùm in bonis proprijs manibus cultis, & non colonis, vel conductoribus, *cap. licèt de decimis*, Seraphin. *deciſ. 961.* Ren. *deciſ. 393.* Bich. *deciſ. 505. num. 6. & deciſ. 528. num.3. &c.* vbi nec pro decimis ſpiritualibus.

De priuilegijs Patrum Ieſuitarum, ne teneantur ad decimas, & derogatio Leonis XI. ſit reſtricta ad Regna Caſtellæ, & Legionis, & non extendatur ad Regnum Nauarræ prædictis vnitum, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 134. & 258. per tot. & part. 16. deciſ. 253.* vide *in §. Decima num.12.* Rot. *dict. part. 18. deciſ.511. per tot.* vbi de priuilegijs Carthuſianorum, & eorum interpretatione, *& part.19. deciſ.201.* vbi de priuilegijs PP. Ordinis Prædicatorum.

Priuilegium immunitatis à collectis, & alijs oneribus propter numerum duodecim filiorum, prodeſt tantùm pro collectis, & oneribus ordinarijs, quæ imponuntur pro indigentijs loci, in quo ſita ſunt bona huiuſmodi priuilegiati, & non extenditur ad alia onera extraordinaria, pro quibus contingat collectas imponi; Inter autem expenſas ordinarias loci, pro quibus ſuffragium dictum priuilegium, referuntur ſalaria iuſdicentium, ſecretariorum, ſiue Cancellariorum, Camerariorum, domicellorum, & nunciorum Comunitatum, ac ſimiles expenſæ, vel onera, quæ annuatim, & inuariabiliter ſoluuntur pro indigentijs loci; Et inter extraordinarias, ad quas huiuſmodi priuilegium non extenditur, numerantur illæ, quæ fiunt pro reparatione fluminum, pontium, fontium, mœnium, viarum, & ſimilium, prout etiam illæ, quæ dicuntur vniuerſales, & aliæ, quæ ſoluuntur Principi, vel eius Magiſtratibus, & ſic dictum priuilegium prodeſt tantùm pro expenſis, & oneribus Communitatiuis, & ordinarijs, non autem pro cameralibus, & extraordinarijs, & ita etiam ſolet in dictis priuilegijs (pro quibus ſupplicatur Principi) exprimi tantùm de expenſis, & oneribus ordinarijs, & Communitatiuis, prout ego obſeruaui in omnibus huiuſmodi generis priuilegijs, quæ vidi: Imò omnes prouentus, ac redditus ipſarum Communitatum debent in primis applicari pro ſolutione expenſarum, & onerum ordinariorum loci, & reliquum pro extraordinarijs; ita vt ſi contingat dictos redditus ſufficere ad integram ſolutionem expenſarum ordinariorum loci, 21

& ni-

Digitized by Google

& nihil pro eis ſuper æſtimo imponi, ſed tantùm pro extraordinarijs, & Cameralibus, dictum priuilegium in huiuſmodi locis, & caſibus ad nihilum redigatur, vel tantùm obſeruetur pro rata, quæ imponeretur pro ipſis expenſis ordinarijs, & Communitatibus dictis redditibus non ſufficientibus, ſicuti hæc omnia fuerunt pluries, & in diuerſis caſibus Florentiæ diſcuſſa, ac vt ſupra declarata, ſignanter autem plenè, & nouiſſimè cum voto totius Rotæ per Illuſtriſſimum, ac ſupremum L. T. & Conſiliariorum S. C. S. in cauſa cotam illis diu agitata inter Excellentiſſimum D. Petrum Siticum ab Altemps Ducem Galleſij, & nonnullas Communitates diſtrictus Piſarum ſub die 9. Decembris 1659.

Quæ deciſio fuit in cauſa, vt dicti priuilegiati, quibus antea in Statibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ indifferenter ſeruabatur priuilegium pro omnibus oneribus tam ordinarijs, quam extraordinarijs, quæ ſuper Æſtimo, vel Decima imponebantur, tenerentur iuxta prædicta non ſolùm in futurum, ſed etiam tam decurſa, & non ſoluta ſoluere; Quòd tamen maximè reſpectu onerum præteritorum cùm eſſent in bona fide, & pacifica quaſi poſſeſſione vſus dicti priuilegij, durum illis videbatur, præcipuè autem cariſſimo Domino meo Capitaneo Corbitio nobilis, & antiquiſſimæ familiæ de Corbicibus olim Patriciæ Florentinæ, & nunc partim Forolinij, ac partim Salſubij, ſiue Caſtricati in Romandiola commorantis, qui tale priuilegium habebat, cum redderetur illi penitus eluſorium, ex quo Communitas ſua pro redditibus ſufficientes pro oneribus ordinarijs, & ideò pro illis non imponuntur collectæ, ſed tantùm pro extraordinarijs; Propterea omnes dicti priuilegiati habuerunt recurſum ad eundem ſupremum Magiſtratum prætendentes quòd dicta ſententia tamquam res inter alios acta, illos non afficiat, & obtinuerunt inhiberi Magiſtratui Dominorum nouem Conſeruatorum Iuriſdictionis, & Dominij Florentini, qui tamquam Protector Communitatum iuſſerat fieri calculationes de eo, quod in præteritum non ſoluerant ad effectum reintegrandi Communitates, & in futurum concurrendi ad dictas expenſas extraordinarias, & ſic adhuc lis pendet in dicto ſupremo Magiſtratu dum hæc ſcribo de anno 1668. & dicti priuilegiati gaudent ſuo priuilegio prout antea, & fortè non ſine ratione, cùm huiuſmodi priuilegium excuſet ab omnibus muneribus, & collectis abſque vlla diſtinctione, per text. *in l. ſi quis Decurio*, *l. ſemper*, *§. Demonſtratus*, *& §. Legem*, vbi Bart. *ff. de iur. immunit. l. fin.* vbi Bart. & alij *C. de his, qui lib.* 10. Guid. Pap. *deciſ.* 401. Alexand. *conſ.* 123. *vol.* 5. Oſaſch. *deciſ.* 62. *num.* 2. *&* 3. Theſaur. *deciſ.* 267. *num.* 4. Franc. *deciſ.* 358. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 4. Thot. *Compend. deciſ. part.* 3. *verb. Immunitas*, Gregor. Ganauer. *deciſ.* 41. *per tot.* Sanſelic. *deciſ.* 391. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* vbi plenè de hac materia, & vt proſit etiam pro pedagijs, & gabellis, non tamen pro regio donatiuo ea cauſa belli, neque in aliquibus alijs caſibus, de quibus etiam *Addit. ibidem per tot.* licèt poſtea audierim fuiſſe deciſum, & ſeruatum, vt ſupra iuſſerat Magiſtratus DD. Nouem cum magno dictorum priuilegiatorum detrimento.

22 Priuilegium duodecim filiorum de iure reddit exemptum, & immunem partem ab oneribus tam perſonalibus, quam patrimonialibus, & in hoc numero computantur tam maſculi, quàm fœminæ, & etiam nepotes pariter maſculi, vel fœminæ, item legitimati; ſiue per ſubſequens matrimonium, ſiue per reſcriptum Principis, item mortui in bello, quia perpetuò viuere dicuntur, item filiæ nuptæ, vel monaſterium ingreſſæ, & profeſſæ, vt probat Theſaur. *deciſ.* 267. *per tot.* cum alijs per Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. quæſt.* 6. *per tot.* Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de iur. immunit. reſol.* 1. Sanſelic. *deciſ.* 391. *cum Addit. per tot.* vbi qualiter computentur etiam in vtero exiſtentes, vel nati in octauo menſe, adoptiui, & alij prædicti.

Quòd exemptio ab oneribus propter numerum 12. filiorum ſit de iure communi, quandiu duret, ad quæ extendatur, vel non, & alia eſt text. vbi gloſ. & DD. *in l. ſi quis Decurio, C. de Decurion. lib.* 10. Ricc. *Collect.* 42. *&* 1707. Ganauer. *deciſ.* 41. *per tot.* Tuſch. *litt. E. concluſ.* 563. *&* 564. *per tot.* latè Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 128. *per tot.* vbi quod dictum priuilegium conceditur, etiam ſi vltimus natus ſtatim deceſſerit, & dubitetur eſſe octimeſtrem.

Quòd dictum priuilegium duodecim filiorum competat, & ſuffragetur etiam matri, non tamen computari nepotes, dum illorum Pater viuit, & eo mortuo, pro vno tantùm contra, Theſ. *loc. cit.* probat Franch. *deciſ.* 259. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1707. vbi de matre, & ampliat, etiam filijs mortuis, ac inter eos adeſſet filia naturalis religionem ingreſſa, Sanſelic. *deciſ.* 391. *cum Addit.* vbi plura de hac materia.

Quando dictum priuilegium non proſit, maximè quoad gabellas, vel onere ex cauſa belli, ſubſidij, vel donatiui verſus Principem, vel alijs ex cauſis principaliter reſpicientibus publicam, & communem vtilitatem, vide Theſ. & Lanfranc. Zacch. *loc. cit.* Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 38. *per tot.* Sanſelic. *deciſ.* 391. *cum Addit. per tot.* vide in *§. Pater num.* 28.

Quòd tranſeat in filios mortuo patre, Surd. *deciſ.* 123. vide Sanſelic. *d. deciſ.* 391. *cum Addit.* Caren. *reſol.* 189. vbi dummodò retineant bona indiuiſa, etiam ſi filiæ ſint nuptæ, ac etiam ſi vnus inſtituat extraneum hæredem, qui non prouocet ad diuiſionem, vel licèt vnus ingrediatur religionem, quid ſi religio prouocet ad diuiſionem, &c.

Non extendatur ad donatiua, quæ fiunt Principi, & alia, Ricc. *Collect.* 42. Sanſelic. *deciſ.* 391. *cum Addit.*

Qualiter dictum priuilegium nullo modo poſſit infringi, aut diminui prætextu neceſſitatum Reipublicæ incumbentium, ſed omninò ſit ſeruandum, latè, & doctè apud Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 128. *num.* 163. *& ſeqq. ad* 263.

Priuilegium Immunitatis à collectis, & oneribus non excuſat ab illis, quæ imponuntur ob bellum ſuperueniens, 23
& ex cauſa publicæ neceſſitatis, maximè ad tuendam, & defendendam Ciuitatem, etiam ſi fuerit conceſſum verbis ampliſſimis, & geminatis, ac titulo oneroſo, vel per viam contractus, cùm omnis diſpoſitio intelligatur rebus ſic ſtantibus, & vbi ſubeſt cauſa publicæ neceſſitatis ſileat talis immunitas, vel Princeps poſſit illam tollere, & reuocare, Din. Albert. Iaſ. Alexand. Socin. & alij *in l. ſi ex toto, ff. de leg.* 1. Alexand. *conſ.* 216. *num.* 28 *lib.* 2. Roman. *conſ.* 436. Curt. iun. *conſ.* 61. *num.* 14. Ruland. *conſ.* 1. *num.* 62. *&c. lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 48. *volum.* 5. Ricc. *Collect.* 3681. Sanſelic. *deciſ.* 391. cum alijs pluribus antiquis, & modernis relatis per Altograd. *conſ.* 70. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. vbi tamen in caſu ſuo contrarium firmat ex pacto, & lege deditionis, vt quando aliquis non erat ſubditus, & ſe dedidit cum tali pacto, & conuentione per verba negatiua, nam quoad reſeruata non dicitur exemptus, ſed potius non ſubditus, & ideò non tenetur vltra conuenta, cùm Princeps magis, quàm alij teneatur pacta ſeruare, & vnam ſolam vocem, vnicumque calamum h bere etiam cum ſuis ſubditis, præcipuè ſi veriſimiliter fuerit ab initio de huiuſmodi oneribus ſaltem in genere cogitatum, vt per Altograd. *loc. cit. num.* 9. *& ſeqq. per tot.* Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 38. Feſtaſ. *de Collect. part.* 4. *cap.* 7. Sanſelic. *in. poſt primam partem ſuarum deciſionum*, Prat. *diſcept. forenſ. cap.* 16. Octau. Glorit. *conſ.* 1. *part.* 3. Giouagn. *conſ.* 27. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *cap.* 8. latè Fabric. Pontirol. *in Reſponſa pro Medicinenſibus contra Bononienſes, Forolinij impreſſa de anno* 1664. *inter meas Allegationes diuerſas vol.* 1. *fol.* 172. *& ſeqq.*

Quòd tempore penuriæ teneantur concurrere etiam immunes, & priuilegiati, Surd. *deciſ.* 275. *per tot.*

Quòd immunitas, & exemptio per Ciuitatem recognoſcentem ſuperiorem conceſſa alicui etiam verbis ampliſſimis, & titulo oneroſo ab omnibus oneribus impoſitis, & imponendis, non comprehendat onera, & collectas à ſupremo Principe impoſitas, vel imponendas, tam ea defectu poteſtatis, quàm voluntatis, latè pro Illuſtriſſimo Regimine Bononiæ contra Communitatem Medicinæ in materia datijs ſalis, concludit Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 64 *per tot. vol.* 2.

Rationes autem Medicinenſium contra DD. Bononienſes in dicta cauſa, latè deducit Pontirol. *in Reſponſo ſupra citato*, & facit Menoch. *conſ.* 156. Cæſar. Manent. *conſ.* 84. *&* 85. *lib.* 1.

Priuilegium fori, immunitatis ab oneribus, vel ſimile 24
conceſſum alicui laico, & ſæculari, vel de iure competens Clericis, & Eccleſiæ, an extendatur ad illorum ſeruos, famu-

Digitized by Google

mulos, & colonos, & eos comprehendat, latè Menoch. *de arbitr. caſ.562. per tot.* Theſ. *deciſ.22. & deciſ.116. per tot.* vide *in §. Colonus num.* Sanfelic. *deciſ.336. num.27.* vbi quòd priuilegium fori competens patri extenditur etiam ad filios viuente patre, & ad vxorem viuente marito, & dixi *in §. Clericus num.73.* idem Sanfelic. *in Praxi ſect.25. num.28. &c.* vbi repetit eadem ſcripta.

Priuilegium fori motu proprio Principis ſuperueniens pendente iudicio, an trahatur ad cauſam pendentem, ita vt poſſit forum declinari, iuxta *l. ſi quis poſtea de iud.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.421. num.25. &c.* vbi refert octo opiniones, vide Scaglion. *in Pragmat. Regn. Alleg. deciſ.19. num.4.* Ricc. *Collect. deciſ.* 1634. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.65. num.9.* Franch. *deciſ.544. per tot.* vbi quòd priuilegium ſuperueniens non mutat forum, ſiue ſit conceſſum motu proprio, ſiue ad poſtulationem, quod priuilegium ſuperueniens prodſit etiam quoad lites iam prius cœptas, & pendentes, latè Cabed. *deciſ.24. & 25. per tot. part.1.*

26 Priuilegium electionis fori competens viduis, pupillis, alijſque miſerabilibus perſonis, an, & quando habeat locum, vel non, vide *in §. Perſona num.9. & ſeqq.*

27 Priuilegium fori an, & quando competat Clericis, vel non, quæ requirantur vt illi locus ſit, an poſſit allegari per tertium, ad quem ſpectet cognitio, & declaratio, in quibus carceribus ſint interim pendente diſcuſſione retinendi, & alia ad propoſitum dixi *in §. Clericus num.69. & ſeqq. & in Pract. §. Priuilegio num.26. & 28.* plenè Tho. Valaſc. *allegat.10. cum pluribus ſeqq.* vbi etiam multa de Clericis coniugatis an, & quando gaudeant priuilegio fori, & alijs, vel non.

An autem priuilegiatus ſi fuerit citatus ab incompetenti Iudice, teneatur venire ad allegandum ſuum priuilegium, ita vt non veniendo, vel illud non allegando incurrat in contumaciam, diſtinguendum eſt, ad tradita per Ioan. de Imol. *in l. contumaces, ff. de re iudic.* Mynſign, *ſing. obſeruat. centur.6. obſeru.7.* Gayl. *obſeru.48. num.7. & ſeqq. lib.1.* quos refert, & ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.53. num.12. vol.1.* Valaſc. *allegat.21. per tot.* vbi quando Clericus prouocans ad ordines, vt remittatur ad ſuum ordinarium debeat ſoluere omnes expenſas, *& allegat.24.* vbi qualiter differens allegare exceptionem incompetentiæ ſit condemnandus in expenſis, qui aduerſarium fatigauit, & dixi *in §. Clericus ſub num.58. & ſub num.71.*

28 Priuilegium perſonale non egreditur perſonam priuilegiati, niſi ratione acceſſionis, & familiaritatis, & mortua principali, cui fuit conceſſum, extinguitur in alijs, quibus acceſſoriè competebat, quia quando ratio, propter quam fuit, etiam pluribus, ſed vni principaliter, & alijs acceſſoriè conceſſum, non ineſt eodem modo cuilibet ipſorum, mortuo principali finitur priuilegium quoad aliàs, vt benè probat Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.176. per tot. vol.1.* Sanfelic. *deciſ.21. & 336. num.27.* facit quod dixi ſupra *num.12.*

Quòd priuilegium in dubio præſumatur perſonale, & perſonam, cui eſt conceſſum non egrediatur, nec trahatur ad exemplum, Gail. *obſeru.144. lib.2.* Ricc. *Collect.* 3004.

Quòd imò conceſſio Principis in dubio præſumatur realis, & non perſonalis, etiam in materia iuriſdictionis, niſi ex qualitate perſonæ, & rei aliter ſit dicendum, Maſcard. *de probat. concl.338. per tot.*

29 Priuilegium poſterius vnius, non præiudicat priuilegio alterius anteriori, cùm Princeps numquam cenſeatur iuri tertio quæſito præiudicare, nec poſſit, niſi ex legitima cauſa, quæ debet eſſe publica, & non ſufficit priuata, vt benè probat Sanfelic. *deciſ.68. num.11. & ſeqq.*

30 Priuilegium alicui conceſſum cum clauſula, *prout prædeceſſores tenuerunt, & poſſederunt*, retinet ſuam antiquitatem, & prioritatem temporis, propter dictam clauſulam, quæ cenſetur appoſita ad conſeruationem antiqui priuilegij, Bald. *in l.1. quæſt.4. ff. de rer. diuiſ.* Alexand. *conſ.30. lib.1.* Sanfelic. *deciſ.336. num.41. & in praxi ſect.25. num.40. & ſeqq.*

31 Priuilegium alicui, & ſuis deſcendentibus maſculis, & fœminis conceſſum, non extenditur ad fœminas maritatas, qui mutant ſtatum, & ſequuntur forum viri, ſed quoad fœminas prodeſt tantùm donec ſunt virgines, & viduæ, Iaſ. *in l.1. num.18. ff. de conſtitut. Princip.* Bart. *in l. quoties, C. de priuil. ſcholar. lib.12.* Viu. *commun. opin.640. & 643.* facit quod dixi *in §. Vxor num.2. & 3.*

32 Priuilegia Conclauiſtarum qualiter ſint perpetua, & ad vitam illorum, vt quæ ſint præcipuè circa illorum beneficia, facultatem teſtandi, transferendi penſiones, & huiuſmodi, Rot. *part.17. recent. deciſ.303 & per tot. & deciſ 382. per tot. in eadem cauſa*, vide *in §. Penſio num.17.*

33 Priuilegium fori, de quo dixi *in §. Clericus num.69.* non ſuffragatur, neque prodeſt clerico ordinato ab alio, quàm ſuo Epiſcopo ſine ſaltem eius litteris dimiſſorijs, cùm ſit ipſo iure, & perpetuò ſuſpenſus, & alia plura ad excluſionem dicti priuilegij, ex quo litteræ primæ tonſuræ non erant formiter recognitæ cum citatione partis, nec emanatæ a ſuo Epiſcopo, vel cum eius licentia extra diœceſim, non erat probata delatio habitus, & tonſuræ, nec ſupplere poſſit quaſi poſſeſſio clericatus, officium Prothonotariatus, & huiuſmodi deducta, quæ fuerunt reiecta ad effectum ne gauderet priuilegio fori, & teſtandi conceſſo clericis filijs famil. habentibus dicta requiſita, Rota *part.17. recent. deciſ.304. & 392. per tot. & part.18. tom.1. deciſ.10. per tot. in eadem cauſa.*

Pro defenſione iuriſdictionis ſæcularis, & ad excluſionem prætenſi, & allegati Clericatus ex defectu probationis, & requiſitorum neceſſariorum, plenè Fajard. *Allegat. fiſcal.4. & 5. per tot.* vbi omnibus oppoſitionibus Ordinarij pro Clericatu factis ſatisfacit, vide Carol. Marant. *contr. part.5. reſponſ.69. per tot.* vbi de Clericatu probando, &c. Capyc. Latr. *deciſ.173. num.23. & ſeqq.*

Sed quoad ordinatos ab alieno Epiſcopo ſine litteris dimiſſorijs proprijs Epiſcopi, vt remaneat quidem ſuſpenſi ab exercitio, & executione ordinis, non autem à priuilegijs clericalibus ordinem ipſum collatum validè conſequentibus, reſoluit Rot. *part.18. recent. deciſ.279. num.1.* recedendo in hac parte à priùs deciſis in eadem cauſa, vt ſupra, ac etiam à concluſione quòd ad effectum teſtandi ſint neceſſaria requiſita Concilij in filioſam. Clerico, de quo dixi *in §. Filius num.61. & §. Clericus num.41. & §. Epiſcopus num.23.*

34 Priuilegium fori competens cedenti competit etiam ceſſionario agenti ex perſona, & ad commodum cedentis, ſecus autem ſi ex perſona ſua, & ad proprium commodum, quia tunc tamquam perſonale non tranſit in ceſſionarium, ſed extinguitur in ipſo tranſitu, & mutatione perſonæ, vt colligitur ex traditis per Rot. *part.15. recent. deciſ.76. num.13. & ſeqq. & deciſ.371. in eadem cauſa, & part.18. deciſ.673. num.3. & ſeqq.* & dixi *in §. Ceſſio num.42. & 46.*

Competens autem ceſſionario, illi non ſuffragatur contra debitorem ceſſum, ſed illum conuenire debet ipſius debitoris ceſſi foro, maximè in ceſſione ex titulo lucratiuo ad euitandas fraudes, ſecus autem in ceſſione ex titulo oneroſo, in qua quia ceſſat præſumptio fraudis poteſt ceſſionarius vti ſuo priuilegio, Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.36. num.11. & ſeqq.* & dixi *in §. Ceſſio num.46.*

35 De priuilegijs diuerſis, illorum interpretatione, effectibus, duratione, amiſſione, & huiuſmodi multa habentur penes Berrachin. *in Repert. verb. Priuilegium*, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. verb. Priuilegium*, Caſtil. *de Tertijs decim. cap.36. per tot.* Cancer. *part.3. var. cap.3.* alioſque plures longa manu citatos à Calleton. *Alphab. iurid. verb. Priuilegium*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. part.5. eodem verb. fol.415. &c.* vide *in §. Reſcriptum*, & Ioan. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in Indice generali in fine part.3. verb. Priuilegium.*

§. PROBATIO. XLVII.

1 PRobatio eſt rei dubiè per argumenta oſtenſio, ſiue fides veri legitimis modis, ac temporibus cognitori cauſæ facta; & eſt multiplex, nam alia euidens, alia minus euidens, alia vera, alia artificialis, de quibus, & ſimi-

ſimilibus, latè Farinac. quæſt.36. Menoch. de præſumpt. lib.1. in præfat. & quæſt. ſeqq. ſpecul. Maſcard. & alij relati per Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib.14. tit.17. num.3. & ſeqq. fol.266. Tuſchus littera P. concluſ.764. per tot. Donadeus de renunciat. cap.41. num.1. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.24. num.1. &c. volum.3. benè Sarmient. ſelect. lib.1. cap.1. num.9. Matthæu. Sanz. de re crimin. contron.61. num.33. vbi quòd probatio, quæ per diſcurſum colligitur, non eſt inferior ea, quæ ſenſibus percipitur, &c. Homo enim eruditus (ex Ariſtotel. lib.1. Ethic. cap.1. in princ. & cap.1. & cap.7. circa finem, non quærit æqualem certitudinem in omni materia, & caſu, ſed eam tantùm, quæ proportionatur rei de qua agitur, & in rebus moralibus non eſt quærenda ea certitudo, quæ in mathematicis exigitur, & ideò ad iudicium humanum ſufficit probabilis certitudo, quæ vt in pluribus veritatem attingat, & in paucioribus ad ea deficiat, iuxta D.Thom. 2.2. quæſt.70. art.2. vt benè ratiocinatur Souſa in quæſt. vn. de teſt. ſingul. in cauſ. fidei. poſt Aphoriſm. Inquiſit. num.6. fol. mihi 583.

2 Probatio fit varijs modis, nempè per confeſſionem partis, per teſtes, per inſtrumenta, ſcripturas, libros, præſumptiones, per iuramentum, per euidentiam facti, per famam, per antiqua monumenta, inſcriptiones, ſigillum, fides, ſiue atteſtationes, denunciationes, publicarum perſonarum, indicia indubitata, atteſtationem, ſiue aſſertionem Papæ, vel alterius Principis, Cardinalis, vel alterius magni viri, per varias probationes imperfectas ſimul iunctas, vel per plures enunciatiuas, per prouerbia, legendas Sanctorum, per peritos in arte, & ſimiles modis, de quibus in locis congruentibus huius operis plura dixi, & ſingillatim proſequitur Pac. Iurdan. dict. tit.17. num.74. & ſeqq. ad 372. fol. 271. &c. cum Menoch. Maſcard. Farinac. & alijs ſparſim in locis ordinarijs per eum citatis, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 24. cum pluribus ſeqq. volum.3. Ricc. Collect. 3066. vbi latè de dictis modis probandis, de quibus, & alijs plenè etiam Gibalin. de vniuerſ. negotiat. tom.1. lib.6. cap.3. art.8. per tot. fol. mihi 589. &c. Donad. tractat. de renunciat. cap. 41.

Quòd probationes non ſint anguſtandæ, ſed illis fauendum, nec poſſint per pactum reſtringi, & quando ſecus, Tuſch. litt. P. concl.777. & 778.

Qualiter autem poſſint per ſtatutum reſtringi, vel non, latè idem Tuſchus littera S. concluſ.636. & 637. per tot.

3 Probatio vna ſemiplena licèt in ciuilibus coniungatur cum altera ad faciendam plenam probationem, non tamen ita eſt regulariter in criminalibus, Clar. §. fin. quæſt. 63. verſ. penult. Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt. 40. & 41. per tot. vbi quando plures præſumptiones, vel probationes imperfectæ poſſint iungi ad faciendam probationem perfectam, de quo latè Tuſchus litter. P. concluſ.796. per tot. Martha vot. Piſ. 238. vbi in crimine aſſaſſinij coniunguntur.

Quòd in ciuilibus coniungatur etiam ſi ſit diuerſi generi, ſi omnes tendant ad eumdem finem, Genu. de ſcript. priuat. lib.2. quæſt.1. num.82. fol.84. Altograd. conſ.72. num. 8. lib.1. vbi quòd hoc maximè procedit in cauſis non arduis, & quæ dicantur cauſæ arduæ, vide Suid. deciſ. 12. per tot. vbi quando iungantur probationes, vel non, Mynſing. cent.2. obſeruat.100. & cent.5. obſeruat.33. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.24. num.12. &c. volum.3. Ludouiſ. deciſ. 245. num.1. & ſeqq.

Quòd probationes imperfectæ, vt poſſint coniungi ad faciendam plenam probationem, debeant ſingulæ de per ſe eſſe perfectæ in propria ſpecie, alioquin non releuent, Rot. deciſ. 519. num.7. part.1. Nouiſſ. Pac. Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14. tit.17. num.11. fol.267.

Idem eſt in coniecturis, & præſumptionibus, quæ non poſſunt coniungi, vt currit regula, quæ non proſunt ſingula, ſimul iuncta iuuant, quando ſingulæ de per ſe ſunt imperfectæ, Gabriel. de probat. concluſ.1. num.33. cum alijs per Rot. in Romana filiationis 1. Iulij 1639. coram Carillo num.16. penes Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. tom.2. deciſ.81. Maſcard. de probat. volum.3. concluſ. 1223. per tot. vbi quòd poſſunt coniungi plures præſumptiones ad plenam probationem faciendam, etiam in criminalibus, non tamen pro imponenda pœna ordinaria, ſed tantùm extraordinaria mitiori, ac dummodò omnes tendant ad eumdem finem, & effectum, & ſint ſingulæ legitimæ probatæ.

Quòd etiam in cauſis criminalibus, & capitalibus poſſint interdum arbitrio iudicis coniungi duæ probationes imperfectæ, ad faciendam vnam perfectam, Menoch. de arbitr. conſ.491. vide in §. Indicium num.9. Dian. part.4. tract.7. reſol.30. vbi quid in cauſa hæreſis, Ricc. Collect. 758. & 1114. Peguer. deciſ.17. num.41. &c. Martha vot. Piſ.238. num.8. &c. vbi etiam ad imponendam pœnam ordinariam in crimine aſſaſſinij.

Non tamen coniunguntur ad finem condemnandi pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria mitiori, Franch. deciſ. 538. num. 16. Pac. Iordan. Lucubrat. volum. 3. lib. 14. tit. 17. num. 260. & ſeqq. fol. 283. vbi plura qualis probatio, & ad quem effectum reſultet ex varijs probationum ſpeciebus imperfectis ſimul iunctis, vide in §. Delinquens num.18. Zuff. de legit. proceſſ. lib.1. quæſt. 29. per tot.

Vbi de probationibus imperfectis an poſſint coniungi ad faciendam probationem perfectam, &c. Intellige notata hic, & in §. Indicium num.9. quoad pœnam extraordinariam imponendam, quando rei ſunt præſentes, & in iſtis terminis loquuntur DD. hic, & illic citati, nam ſi ſint contumaces habentur pro confeſſis vigore generalis conſuetudinis, & condemnantur pœna ordinaria delicti, de quo ſunt Inquiſiti, ſi legitima præcedant indicia ad inquiſitionem ſuſtinendam, & legitimæ proceſſerint citationes ad reddendos eos contumaces.

Nec valent adminicula vbi non præcedit aliquis gradus legitimus probationis, qui ſemper requiritur vti ſubſtantia, cui poſſint deſeruire, Gabriel. de prob. concl.1. in princ. Rot. part. 2. recent. deciſ.558. num.3.

Probatio reſultans ex indicijs, & coniecturis poteſt dici manifeſtiſſima, maximè in antiquis, Afflict. deciſ.13. num.23. &c. 4

Quòd in antiquis admittantur præſumptiones, & coniecturales probationes, Menoch. de arbitr. caſ. 115. per tot.

Quòd iuris præſumptiones dicantur liquidiſſimæ probationes, & admittantur in caſibus, vbi aliàs veræ probationes requiruntur, Magon. deciſ. Luc.27. num.33. &c. latè Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.36. 37. & 38. Tuſch. litter. P. concluſ.780. per tot.

Et de probatione præſumptiua, an, & quando admittatur, qualis dicatur præſumptio iuris, & an, & quando plenè probet Sperel. deciſ.27. per tot. Tuſchus litter. P. concluſ.594. & 595. per tot. infr. num.14. & 15.

Qualiter requiratur plena probatio in ciuilibus, & in criminalibus, latè Tuſch. litter. P. concl.788. & 789. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Probatio reſol.3. per tot. vbi qualiter in criminalibus probationes debeant eſſe luce meridiana clariores, quando tales dicantur, & exceptis delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ, Matthæu. Sanz. de re crim. contron.61. num.31. & ſeqq. vbi quòd ex violentiſſima præſumptione poteſt reus condemnari ad pœnam corporalem, & ordinariam.

Probatio indefinita tam per teſtes, quàm per inſtrumenta non æquipollet vniuerſali nec releuat, cùm debeat eſſe neceſſariò concludens, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 337. per tot. cap.650. num 6. &c. Magon. deciſ. Flor.55. num. 40. &c. Maſcard. de probat. volum.3. concluſ. 1199 per tot. Barboſ. de Axiom. iur. Axiom. 123. num.14. Pac. Iordan. Lucub. vol.2. lib.14. tit.18. num.1082. &c. fol. 361. Rota poſt Vrceol. de tranſact. deciſ.72. num.8. vide in §. Diſpoſitio num.28. & §. Teſtis num. Rot. part. 9. recent. deciſ.372. num.53. & deciſ.178. num.2. vbi tamen quòd probatio per teſtes, licèt indefinita, ſi ſit reſtricta ad certum locum confinibus æquipollet vniuerſali, & infert ad totum, ac alia quando verificetur in toto, & Bich. deciſ.184. num. 2. & ſeqq. 5

Quòd probatio debeat eſſe certa, clara, & neceſſariò concludens ad effectum obtinendi per viam actionis, nec ſufficiat præſumptiua, quæ dicitur dubia, cùm habeat poſſibilem veritatem in contrarium, Altograd. conſ.92. num. 49. &c. lib.2.

Qualiter debeat de neceſſitate concludere, latè Tuſch. lit. P. concluſ.765. per tot.

Quòd dubia, & quæ poteſt diuerſimodè intelligi non releuet, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 980. num. 14. &c.

Bar-

Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 191. *num.* 2. *&c.* Duran. *deciſ.* 402. *num.* 21. *& deciſ.* 337. *num.* 38. Tuſch. *littera P. concluſ.* 766. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3333.

Quòd incerta, & generalis non admittatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 705. *num.* 1.

6 Probatio facienda per ſcripturam, vel inſtrumentum, poteſt etiam fieri per teſtes, probata amiſſione ſcripturæ, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 168. *num.* 14. *&c.*

An ſit fortior probatio per teſtes, vel per ſcripturam, an admittatur probatio per teſtes, quando poteſt fieri per ſcripturam, & alia quando non admittatur probatio per teſtes, Toſchus *littera P. concluſ.* 771. *cum duabus ſeqq.*

7 Probatio fundata in publicis inſtrumentis eſt validior, & efficacior illa, quæ fundatur in teſtibus, Caualcr. *deciſ.* 375. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 526. *num.* 46. *&c.* Toſchus *litter. P. concluſ.* 775. *per tot.* vide *in §. Inſtrumentum num.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 18. *num.* 3.

Imò validiorem eſſe probationem quæ fit per teſtes, quam ea, quæ fit per inſtrumenta, communem dicit Menoch. *de arbitr. caſ.* 526. *num.* 18. & ſuadetur quia per teſtes videmus inſtrumenta reprobari, vt dixi *in §. Teſtis num.*

Qualis autem debeat eſſe probatio contra inſtrumentum, & per quos teſtes, Tuſch. *litt. P. concl.* 786.

8 Probatio vna potentior, ex magis veriſimilis, excludit aliam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 873. *num.* 10. *cap.* 948. *num.* 29. *cap.* 957. *num.* 56. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *qu.* 30. *per tot.*

Multa de veriſimilitudine idem Gratian. *cap.* 878. *num.* 15. *cap.* 884. *num.* 32. *cap.* 973. *num.* 56. *cap.* 980. *num.* 12. Montan. *de tut. cap.* 10. *num.* 27. Magon. *deciſ. Floren.* 17. *num.* 10. *&c.*

Quòd probatio concludens à communiter accidentibus ſit attendenda, idem Gratian. *cap.* 967. *numer.* 31. *&c.*

Incongrua, inueriſimilis, & non conformis rationi, ac veritati non eſt attendenda, idem Gratian. *cap.* 909. *num.* 8. *&c.*

Quia quod veriſimile non eſt, falſi ſpecimen habet, pro falſu reputatur, & nulla ratione debet attendi, Menoch. *de arbitr. caſ.* 81. *per tot.*

Inter plures probationes, quæ validior, melior, & efficacior dicatur, benè explicat Menoch. *de arbitr. caſ.* 526. *per tot.* Tuſch. *litter. P. concluſ.* 798. vbi quòd in concurſu plenior præualet, Conciol. *reſol. crim. verb. Probatio reſol.* 1. *per tot.* vbi qualiter in criminalibus probationes rei confundant probationes actoris, accuſatoris, vel fiſci, cùm ſemper ſit fauorabilior defenſio, tamquam excluſiua, vel diminutiua delicti.

Et ex duobus, pulcherrimè præſumptionibus, quæ ſit validior, & poſterior, vel debilior, vt ſit alteri præferenda, vel non, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 472. *per tot.* Altograd. *conſ.* 71. *num.* 17. *&c. lib.* 1. & ſubtiliter ex ratione naturali deducit acutiſſimus Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 561. *& ſeqq. Caſenæ impreſſa de anno* 1645.

Quòd vna probatio non excludat aliam probationem contrariam, quæ poteſt in contrarium probari, Tuſchus *litter. P. concluſ.* 797. *per tot.*

Interdum tamen data paritate confunduntur, & conquaſſantur probationes, Ludouiſ. *deciſ.* 249. *num.* 4. & dixi *in §. Teſtes num.* 36. *in fine.*

9 Probatio, quæ facta non releuat, non eſt admittenda, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 559. *num.* 34. *&c. cap.* 653. *num.* 50. *&c.* vbi quando articuli dicantur obiectiui, & irreleuantes, ac non admittendi, & *in cap.* 803. *num.* 11. vide *in §. Articuli num.* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 782.

10 Probationes quamuis dicantur iudici arbitrariæ, tamen in conflictu teſtium iudex tenetur exprimere, quare magis iſtis, quàm illis adhæſerit, Magon. *deciſ. Flor.* 17. *num.* 9. *&c.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 231. *num.* 23. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 51. *&c. fol.* 270.

Et quando plures teſtes ſunt hincindè examinati, quibus magis adhibenda ſit fides, latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 526. *num.* 19. *& ſeqq. ad* 41. vide *in §. Teſtes num.* 17. Cabal. *d. caſ.* 231. *num.* 21. *& ſeqq.*

Quomodo ſit intelligenda dicta propoſitio, quòd probationes iudici ſint arbitrariæ, Mich. Ferro Manriquez *Quæſt. Vicar.* 86. *part.* 1. vbi quòd arbitrium debet fundari ſuper clara, & nuda veritate tamquam Deo inſpiciente, non in propria voluntate, prouenire ex actis, non attentâ priuata ſcientia iudicis, &c.

11 Probatis extremis, præſumuntur, & dicuntur probata media, Euerard. *loc. ab extremis per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 392. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 36. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 107. *num.* 25. *&c.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 145. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1292.

Non tamen concludenter, ſed præſumptiuè tantùm, nec huiuſmodi probatio iuuat habentem præſumptionem iuris contra ſe, Magon. *deciſ. Luc.* 11. *num.* 29. *vbi Addit.* & vide alios ſupracitatos.

12 Probatio bonæ vocis, & famæ prodeſt in delictis, & cauſis criminalibus ad tollendam contrariam probationem malæ vocis, & famæ, & inditia ex illa reſultantia, Clar. §. *fin. quæſt.* 60. *verſ. frequens etiam*, vide *in §. Fama.*

Quia vna præſumptio tollit aliam, plures deſtruunt vnam, & fortior debiliorem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 967. *num.* 34. *&c.*

Si tamen mala fama fuerit in ſpecie delicti probata, non tollitur per probationem bonæ famæ in genere, Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 193. *& ſeqq.* vbi plura de hac materia.

13 Probatio reſultans ex inſpectione, & euidentia loci, & rei, dicitur qualibet alia probatione validior, & præſtantior, ac ideò priuilegiata, vt excluſis alijs hæc recipi poſſit, & debeat, & superet etiam confeſſionem aduerſarij, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 526. *num.* 5. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor.* 65. *num.* 43. *in fine*, Altograd. *conſ.* 100. *num.* 15 *lib.* 1. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 67. *fol.* 271. Tuſch. *littera P. concluſ.* 776. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2812. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 76. *num.* 13. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 56. Poſth. *de manutent. obſer.* 101. *num.* 1. *&* 5. Rot. *in Romana fideicommiſſi de Caffarellis* 24. *Iunij* 1676. *coram Bourlemont*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 74. *num.* 20. *& part.* 18. *deciſ.* 819. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 101. *per tot.* vbi plura quando locus ſit dictæ probationi, vel non, & quæ requirantur, *& tract. de re integra diſt.* 37. *per tot.* Donad. *tract. de renunciat. c.* 41. *n.* 17. *& ſeqq.* Fontanel. *deciſ.* 381. *&* 382. *per tot.* vbi quod in actu viſitæ poſſunt miniſtrari teſtes, non obſtante publicatione aliorum, & didiſcitis teſtificatis, ac alia obſeruanda.

Quod autem ſi Iudex acceſſit ad locum cum peritis ad cognoſcendum an teſtes potuerint de loco aſſerto videre delinquentem, & periti referant non potuiſſe videre, Iudex autem aſſerat, quòd poterant videre, quibus magis ſit credendum, an peritis, vel Iudici, Fontanel. *deciſ.* 600. *per tot.* vbi per Senatum fuit deciſum potiùs Iudici, quàm peritis ſtandum, & condemnatus reus ad mortem, licèt ipſe dubitet, niſi alia concurrant.

14 Probatio, quæ non percutit tempus, de quo agitur, non releuat, quando tempus eſt de ſubſtantia probationis, Duran. *deciſ.* 337. *num.* 43. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 77. *num.* 13. vide *in §. Tempus num.* *& §. Teſtes n.*

15 Probatio eſt facienda ab eo, contra quem militat naturalis ſtatus rei, & ſic qui habet naturalem ſtatum rei pro ſe, nihil probare tenetur, quia naturalis ſtatus rei transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, Bart. *in l. ſi prius in tertia oppoſit. ff. de oper. nou. nunciat.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 1. *num.* 3. Maſcard. *de probat. vol.* 3 *concluſ.* 1219. *per tot.* vbi qualiter habens præſumptionem naturæ pro ſe transferat onus probandi in aduerſarium, quia naturalia ſunt nobiliora, & priora alijs, quæ arte perficiuntur.

An autem, & quando præſumptio exiſtens pro vno, reijciat onus probandi in aduerſarium, Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 33. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 26. *&c. fol.* 268. Maſcard. *d. concl.* 1219. *per tot. cum pluribus ſeqq.* vbi de præſumptione naturæ, hominis, iuris, & iuris, & de iure.

Qualiter probatio incumbat aſſerenti, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. P. concl.* 768. *per tot.*

Etiam ſi agatur de negatiua, & quando ſecus, idem Tuſchus *loc. cit. concluſ.* 769. *per tot.* vide *in §. Negatiua.*

16 Probatio contraria non admittitur vbi adeſt præſumptio iu-

Digitized by Google

iuris, & de iure, niſi ex confeſſione eius, pro quo ſtat ipſa præſumptio, & ſuper his, quæ ab eius poteſtate pendent, an autem ſufficiat extraiudicialis confeſſio, latè Menoch. *lib.1. qu.60. 61. & 62. per tot.* Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.1222. per tot.* Rota *part.5. diuerſ. deciſ.*101. *num.*6. vide *in §. Poſitio num.* Ricc. *Collect.*1563.

Quia probatio præſumptiua à lege inducta ſatis eſt efficax, & euidens, Tuſch. *litt. P. concl.*780. *ſupra num.*4. Maſcard. *loc. cit.*

17 Probatio per iuramentum admittitur in ijs, quæ in animo conſiſtunt, & quæ ab eo dependent, cùm aliter probari non poſſint, *gloſ. in §. alia inſtit. de act.* Menoch. *de arbitr. caſ.*186. *num.*4. *& caſ.*241. *num.*4. Ricc. *Collect.*2357. Altograd. *conſ.*80. *num.*32. *&c. lib.*1. vbi etiam vult ſtandum eſſe ſimplici dicto, & aſſertioni, vide *in §. Ignorantia n.*

18 Probatio regulariter eſt facienda in termino, aliàs eo elapſo non iuuat, niſi de nouo perueniat ad notitiam, vel agatur ſecundùm æquitatem, & in alijs caſibus, in quibus admittitur etiam poſt terminum, vt per Socin. *reg.*312. Felin. *in c. licet cauſam num.*15. *de probat.* Maſcard. plenè *de probat. vol.3. concl.*1229. *per tot.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.17. num.56. & ſeqq. fol.*270. Tuſch. *littera P. concluſ.*774. Rot. *part.14. recent. deciſ.*497. *n.*6. *&* 7. vbi tamen quod facta in termino poteſt exhiberi etiam illo elapſo, & legitimè impedito non currit terminus, *& part.*18. *deciſ.*454. *per tot.* vbi plura de probatione non admittenda, etiam per poſitiones poſt terminum probatorium elapſum vigore Conſtitutionum Bononiæ.

Item eſt facienda coram iudice competenti, aliàs non releuat, Tuſch. *litt. P. concl.*767.

Scripturæ tamen non autenticæ productæ in termino poſſunt verificari etiam extra terminum, & idem in teſtibus iuratis in termino, & alia, Marthia *vot. Piſ.*141. vide *in §. Teſtis num.*52.

19 Probationes leuiores ſufficiunt in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, quòd verum eſt tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nam etiam in delictis ob difficultatem probandi ſufficit, quòd iudex ex vehementi opinione habeat informationem, & omnia geſta de nocte, præſertim delicta reputantur difficilis probationis, & per conſequens ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ ad probandum, quòd intellige ad effectum imponendi pœnam extraordinariam mitiorem, non autem ordinariam, quæ non imponitur niſi probationes ſint luce meridiana clariores, & ita poſſunt concordari plures opiniones, quæ ad inuicem contrariari videntur, Iaſ. *in l. Prætor num.*21. *ff. de edend.* Conciol. *reſol. crim. verb. Delictum reſol.*11. *per tot.* Rot. *deciſ.* 60. *n.* 7. *inter criminales*, Farinac. *poſt ſua conſilia*, vbi benè Centol. *in Addit. lit. B.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.*17. *num.*591. *& ſeqq. fol.*303. Tuſch. *litter. P. concluſ.*792. *per tot.* vide *in §. Indicium num.*9.

Sicut etiam leuiores ſufficiunt probationes in probanda qualitate, quam in probando facto principali, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.*793. *per tot.*

20 Probatio inter alios facta non præiudicat tertio, & quando ſecus, Tuſchus *lit. P. concl.*784. Bich. *deciſ.*297. *num.*7. vbi quòd percutiens ſtatus rei fidem facit inter omnes, & in omni iudicio, vide *in §. Acta num.*7. *& n.*13.

An facta in cauſa criminali releuet in ciuili, Tuſch. *littera P. concluſ.*790. vide *in §. Acta num.6. & §. Sententia num.*

21 Probatio miraculorum quo pacto fieri poſſit, quot modis miracula contingere poſſint, & quæ requirantur, vt verè miracula dici poſſint, Maſcard. *de probat. volum.2. concl.*1063. *per tot.*

22 Alia plura de probationis remiſſiuè tradit Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Probatio.*

23 De probationibus multa, & varia habentur per Bertachin. *in Repert. verb. Probatio*, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. 2. & 3. ſect.2. verb. Probatio*, & alios plures citatos à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eodem verb. fol.*419. *&c.*

24 Probationes, quæ requirantur in criminalibus ad torquendum, & ad condemnandum, tam de iure communi, quàm ſtatutorum Mantuæ, latè explicat Ant. Gob. *Conſult.* 145. *per tot.*

§. PROCESSVS. XLVIII.

1 PRoceſſus fabricatus contra Clericum coram iudice laico, vel contra laicum coram Eccleſiaſticum extra caſus permiſſus eſt nullus ex defectu iuriſdictionis, nec aliquid releuat coram ſuo iudice competente, Guaz. *ad deff. cap.*5.

23 Procurator non poteſt præiudicare domino ſine ſpeciali mandato, Pariſ. *conſ.* 86. *num.* 17. *& conſ.* 108. *num.* 98. *lib.* 4. intelligendo in committendo, nam in omittendo præiudicat domino, etiam ſine ſpeciali mandato, Surd. *deciſ.* 181. *num.* 16. cum alijs per Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 75. *num.* 4. vide *in §. Confeſſio num.* 29. Bich. *deciſ.* 8. *num.* 20. *& ſeqq. & deciſ.* 259. *num.* 9. vbi quòd confeſſio procuratoris voluntaria, quamuis iudicialis non nocet domino, coacta autem, ideſt præcedente iuſſu, & mandato iudicis emanata nocet, & idem in confeſſione Prælati, plenè de vtroque Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 1. *&* 2. *per tot.*

Quòd confeſſio procuratoris voluntaria poſſit reuocari à principali, etiam non docto de errore, Bich. *deciſ.* 169. *num.* 14.

Quòd informationes procuratorum ſint actus extraiudiciales, & ideò ſiue oretenus, ſiue in ſcriptis ſint, non noceant eorum clientibus, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 64. *num.* 29.

24 Procuratores, & Aduocati qualiter, & ſub quibus pœnis non poſſint ex cauſa litis offendi Romæ, & in toto Statu Eccleſiaſtico, dixi in §. *Aduocatus num.* 22. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Bulla reſolut.* 5. *per tot.*

Et de homicidio patrato in perſonam Procuratoris partis aduerſæ, quæ in lite obtinuerat, vt ex tali æmulatione, etiam de iure communi non poſſit à pœna ordinaria excuſari, latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de de crimin. contr.* 33. *per tot.*

De Conſtitutione Alexandri VI. prohibente ex cauſa litis offendi litigantes in Curia Romana, eorumue Procuratores, Aduocatos, Iudices, Teſtes, Notarios, etiam ſolis minis, Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtit. Epit.* 49. *& Theorem.* 134. *fol.* 194.

Idem procurator veniens de longinquo, vel remotis 25
partibus cum mandato in forma probante præſumitur eſſe ille idem deſcriptus, & nominatur in mandato, ac debet admitti ad recipiendum creditum ſui principalis, licèt aduerſarius opponat de procuratore incognito, & non eſſe illum, de quo in mandato, niſi hoc probet, Viui. *com. opin.* 646.

Procurator ad exigendum tantùm conſtitutus, & non 26
ad lites, neque citari, neque comparere poteſt in iudicio ſub pœna nullitatis actorum, & ſententiæ, & clauſula, *ad agendum*, in mandato incidenter appoſita non operatur, quia hæc, & ſimiles famulantur, & reſtringuntur ad exactionem, ac de ſuperius expreſſa, vel demandata, ne procurator mandati fines excedat, Pen. *deciſ.* 328. *num.* 2. *deciſ.* 374. *part.* 5. *recent. deciſ.* 370. *num.* 3. *& part.* 15. *deciſ.* 75. *num* 6. *& ſeqq.*

Alia plura de procuratoribus remiſſiuè Ægid. de Ca- 27
ſteion. *in Alphab. iur. verb. Procurator.*

De procuratoribus quoad diuerſa plurima per 22. 28
paginas adnotauit Bertachin. *in Repert. verb. Procurator*, non pauca Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *fol.* 2. *verb. Procurator*, Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 14. & alia remiſſiuè (vltra Caſteion.) Com. Auguſt. Fontana *Biblioth. Legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 424. *&c.* vbi indicat multos auctores de procuratoribus tractantes.

Procuratores quando dicantur committere crimen præ- 29
uaricationis, & committentes quomodo puniantur, Aut. Gob. *Conſult.* 108.

§. PRODIGVS. L.

PRodigus dicitur ille, qui nec modum, nec finem ex- 1
penſarum habet, & quaſi procul à regimine; triplex autem conſideratur prodigalitas, nempè rerum, & bonorum, & huic ſuccurritur per interdictionem adminiſtrationis illorum; ſecunda morum, & iſta coercetur per pœnas; tertia famæ, & huic occurritur per priuationem, & inhabilitatem ad honores, quæ poſſit facere prodigus, vt quæ illi ſint interdicta, & alia ad propoſitum, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 397 *& ſeqq. ad* 418. *fol.* 392. latè Sanfelic. *deciſ.* 338. *per tot. cum plena Addit.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1234. *num.* 1 *& ſeqq.* vbi etiam quòd prodigalitas non præſumitur, ſed eſt probanda, & qualiter poſſit probari, Vrceol. *poſtea viſus tract. de tranſact. quæſt.* 36. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quòd probetur per aſſertionem coniunctorum, Montan. *ac tut. cap.* 28. *num.* 29. Maſcard. & Iordan. *loc. cit.*

De alijs tribus prodigorum ſpeciebus, Tuſch. *litter. P. concluſ.* 864.

Quòd prodigus quis dicatur non tantùm reſpectu bonorum, ſed etiam perſonæ, & honoris, vt in muliere luxurioſa, cui ex hac cauſa poteſt dari curator, & bonis interdici, licèt ſecus ſit in maſculo, Vant. *de null. ex defect. inhabilit. ſen mand. num.* 24. Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 411. *per text. in l.* 1. *& l. mulier, ff. de fruct. furioſ.* Specul. *tit. de actore*, §. 1. *num.* 11. *in fine cum ſeqq.* Roland. *conſ.* 86. *num.* 30. *lib.* 2. Paul. Zacch. *Quæſt. Med. Legal. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *num* 59. *&c. fol.* 114.

Quòd etiam in maſculo poſſit conſiderari prodigalitas, ſi luxurioſè viuat, ideſt nimis pretioſis veſtibus, & alijs rebus vtatur præter ſtatum, & conditionem ſuam, & huiuſmodi luxurioſo, diſſipatori, & luſori poſſit interdici adminiſtratio rerum ſuarum, Maſcard. *d. concl.* 1240. *num.* 8. Iordan. *vbi ſupra num.* 415. *&* 416.

Sed quod luxurioſo, & luſori non detur curator, nec prodigus ille dicatur, Sanfelic. *deciſ.* 338. *num.* 42. *& ſeqq.*

Plura notabilia de prodigalitatis abominatione, & pœna, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 380. *num.* 26. 27. *&* 28. Mezent. Carbon. *tract. Gubern. Polit.* & Chriſtin.

lib.5.cap.27. & 28. & remiſſiuè Caſteion. in Alphab.iurid. verb.Prodigus, Caldas Pereyr. tract. de reſtitut. in integr. verb. cum non ob ſimiles per tot. vbi etiam quibus, & ad quos effectus prodigus æquiparetur, vel non.

2 Prodigus debet citari ad videndum ſibi dari curatorem, niſi ſit notoriè talis, & præſumitur huiuſmodi citatio vbi interuenit decretum iudicis, Montan. de tut. cap.28. num. 31. & ſeqq. Caualer. deciſ.263. per tot. Paul.Chriſtin. deciſ. Belgic. 182. num.28. & ſeqq. volum.1. Ricc. Collect. 1757. Viui. comm. opin.655. Card. Tuſch. litter. P. concluſ.865. vbi de modo ſeruando in interdicenda adminiſtratione prodigis, & ſtat. Flor. lib.2. Rub.118. ſecundùm quòd non eſt neceſſaria huiuſmodi citatio.

Quòd interdictio facta prodigo non afficiat ignorantes, niſi fuerit publicata, ne contrahentes cum illo decipiantur, ex quo ante interdictionem poteſt ſe obligare, ac ideò huiuſmodi interdictionem debere publicè per edictum notificari, aliàs non prodeſſe, niſi contrahens de illa ſcientiam habeat, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 163. per tot. vol.1. & deciſ. 182. num.26. dict. volum.1. vide infra num.6. Sanfelic. deciſ.148. per tot. vbi pro validitate obligationis ante factam præconizationem, & latiùs deciſ.338. cum Addit.

3 Prodigus quoad deputandum ſibi curatorem, finiendam curam, alienandum, & conditionem ſuam deteriorandam æquiparatur furioſo, & infanti, in reliquis verò ſibi fauorabilibus æquiparatur pupillo, & ideò non obſtante interdictione poteſt ſibi acquirere, & conditionem ſuam abſque alijs ſolemnitatibus meliorare ad inſtar pupilli, non autem deteriorare, nec ſibi nocere, & ſententiam ad eius fauorem lata valebit, non autem contra abſque interuentu ſui Curatoris, Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. num.19. & ſeqq. Card. Tuſchus litter. P. concluſ. 868 per tot. Sanfelic. deciſ.338. num.10. & ſeqq. Vrceol. de tranſact. quæſt.36. num.18.

Quòd prodigus etiam in iudicijs fruatur beneficijs conceſſis minoribus, & furioſis, Franch. deciſ.588. per tot. Ricc. Collect.1757.

An autem contra prodigum poſſit inſtrumentum liquidari ad effectum exequendi, idem Franch. deciſ.672. per tot. Camil. de Medic. conſ.39. & alij relati per Addit. ad Sanfelic. deciſ.338. verſ. Quæritur.

Quòd contra prodigum, & furioſum non currat præſcriptio, quia gaudent priuilegijs minorum, Viui. comm. opin.660. vbi quòd non habet contradictorem.

4 Prodigus ante interdictam ſibi adminiſtrationem bonorum, & curatoris dationem, poteſt omnia pro arbitratu ſuo gerere, etiam apertè, & palam bona profundendo, & donando, ſi tamen repetiatur læſus facilè venit reſtituendus, etiam ſi non ſit minor, quia ſaltem illi æquiparatur, Montan. de tut. cap.28. num. 43. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 263. num.5. & 6. volum.1. & deciſ.182. num.21. & ſeqq. vol.1. & deciſ.173. vol.3. & ad leg. municip. tit.19 art.29. num.2. &c. latè Sanfelic. deciſ. 338. cum Addit. Viui. comm. opin.653. vbi loquitur de prodigo notorio, & opin.657. Vrceol. de tranſact. qu.36. num. 4. & ſeqq.

Quòd etiam notoriè prodigus ante interdictionem ſibi factam habeat legitimam perſonam pro ſe, & pro alijs in iudicio ſtandi, Vant. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mand. num.23. Gomez var. reſol. tom.2. cap.14. num.30. latè Sanfelic. deciſ. 338. per tot. cum Addit. vbi plura, & an, & quando habeat reſtitutionem in integrum, vel non.

Quòd ante huiuſmodi interdictionem poſſit ſuper bonis ſuis cenſum imponere, ita vt ex capite læſionis non reſtituatur in integrum, poſt verò interdictionem, quæ non poteſt fieri niſi cauſa cognita per iudicis ſententiam, ſicut nec reſtitutio adminiſtrationis, niſi eſſet notorium rediſſe ad bonam frugem (de quo infra) non poſſet cenſum imponere, latè Cene. de Cenſ. quæſt.16. per tot. & vide Sanfelic. deciſ.338. per tot. cum Addit. vbi de alijs contractibus, & iudicijs.

Si tamen prodigus contraheret in vſum manifeſtæ prodigalitatis, veluti mandando ſibi mutuanti pecuniam, quod illam ſoluat meretrici, non valet contractus etiam ante interdictionem, quia alter contrahens delinquit contrahendo, & efficitur poſſeſſor malæ fidei; ſi verò contrahens cum prodigo ſciat quidem illum pecuniam eſſe diſſipaturum ob ſuam prodigalitatem, neſciat tamen in quem vſum ſiue bonum, ſiue malum, ſiue ea negligentia, vel alio defectu, non dicitur contrahere in vſum manifeſtæ prodigalitatis, valet contractus, & efficitur poſſeſſor bonæ fidei, l. ſi verò non remunerandi, §. Adoleſcens, ff. mandat. l. ſi quis cum ſciret, vbi Bart. ff. de vſucap. pro emptore, Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 17. num.403. & 404. vide Bald. conſ.381. lib.5. Tuſchus litter. P. concluſ.864. num.8. Ger. Spin. conſ.11. num.53. & 54. Azor. Inſtit. moral. part.3. lib.6. cap.14. fol. mihi 480. lit. B. & D. Chriſtin. d. deciſ.163. num.6. vol. 1. Sanfelic. deciſ.338. num.38. & 39.

Quòd ſoluens ludendi non dicatur præbere in vſum manifeſtæ prodigalitatis, quia ludendo poteſt vincere, notat ea Bart. Iordan. loc. cit. n.404 in fine, & Sanfelic. deciſ. 338. num.39. Puto tamen iſto caſu ex alio capite non dari actionem per ea, quæ dixi in §. Ludus num.

An donatio prodiga ſit ipſo iure nulla, vide Dian. par.8. tract. 6. reſol.84. per tot.

An autem prodigo competat reſtitutio in integrum pro contractibus ante interdictionem celebratis, contrariæ ſunt opiniones, negatiuam ſuſtinet Iaſ. in l. ſi cui num.12. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Iordan. loc. cit. num.405. Tuſchus litt. P. concluſ.967. num.14. &c. Sanfelic. deciſ. 338. num.17. & 36.

Diſtingue vt per Odd. de reſtit. in integr. part.1. quæſt. 3. art.1. per tot. & quæſt.11. art.4. per tot. Ger. Spin. conſ. 11. num.61. dixi in Pract. §. Prodigi num.5. nempè non competere ex edicto minorum, ſed benè ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa, &c. cum differentia, de qua Odd. art.1. num.4.

Prodigus notorius an poſſit contrahere ante ſibi interdictam adminiſtrationem, ſunt opiniones contrariæ, quæ hoc modo conciliari poſſunt; nam aut prodigalitas probabiliter ignoratur à contrahente cum tali prodigo, & valet contractus ob bonam fidem contrahentis, aut eſt patens, & benè cognita contrahenti cum prodigo, & tunc contractus eſt nullus, vt benè pluribus explicat Eminentiſs. de Luca tract. de contract. diſcurſ.36. & nouiſſimè ſequitur Vrceol. tract. de tranſact. qu.36. n.5. & ſeqq. ad 14. 5

Prodigus poſt interdictam ſibi adminiſtrationem non poteſt condere teſtamentum, nec in eo teſtis adhiberi, nec naturaliter ex contractu obligari, ita vt nec illius fideiuſſor teneatur, Montan. de tut. cap.28. num.36. &c. Maur. de fideiuſſor. part.2. ſect.8. cap.6. & 7. Felic. de Societ. cap.7. num.24. &c. vbi quòd non poteſt ſocietatem inire, Card. Tuſch. lit. P. concluſ.866. & 867. Maſcard. de probat. concl.1234. vol.3 Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. lib.2. tit.1. qu.6. num.61. &c. Vrceol. de tranſact. quæſt.46. num.14. & ſeqq. vbi quòd poſt interdictam adminiſtrationem non poteſt tranſigere, nec alios contractus celebrare.

An poſſit teſtari ſaltem ad pias cauſas, Dian. part.7. tr. 6. reſol.10. vbi refert diuerſas opiniones.

An poſſit ingredi, & profiteri religionem, Tuſchus d. concluſ.867. per tot.

An autem prodigus non obſtante interdictione obligetur, ſi contrahat cum iuramento, ſit ſenſu capax, & aliud extrinſecus non obſtet, videtur affirmare Euerard. loc. à vi, & energ. iuram. num.14. facit Caualer. deciſ. 273. per tot.

Contrarium tamen firmat Montan. de tut. cap.28. num. 38. in fine, Franch. deciſ.672. num.14. Tuſchus lit. P. concl. 864. num.3. &c. concl.968. num.9. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 163. num.9. &c. vol.1. Viui. comm. opin. 659. vide Azor. Inſtit. moral. part.1. lib.11. cap.7. per tot. & præcipuè lit. C. fol.1347. & part.3. lib.6. cap.14. fol.480. lit. B. & C. vide Bart. Bald. Angel. Caſtr. Alex. Iaſ. Rip. Zaſ. & alios in l. ſi cui bonis, ff. de verb. oblig. Fachin. lib.2. concluſ.64. Hurtad. de iuſt. tract. de contract. diſput.1. diffic. 7. Dian. part.8. tract.7. reſol.21. per tot. vbi videtur diſtinguere inter obligationem Religionis, vt iſta teneat, & obligationem iuſtitiæ, & iſta ſit irrita, adde Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib.2. quæſt. 31. vbi quòd prodigi confeſſio poſt interdictionem non valet ſine ſolemnitatibus, etiam ſi ſit iurata, intelligendo in ciuilibus, ſecus in criminalibus, ad Mancin. tract. de confeſſ. cap.7. num. 57. & ſeqq. infr. num.9.

Prodigus, cui ſit interdicta adminiſtratio non poteſt contrahere etiam reſpectu bonorum ſitorum extra Ita- 6

tum

tum, vel territorium iudicis prohibentis, qui huiuſmodi interdictio legitimè facta, & ſeruatis ſeruandis, præconis voce, & die nundinarum extenditur ad bona vbique ſita, & licèt non eſſet verè prodigus, durat donec per appellationem fuerit reuocata, & idem eſt lite pendente ſuper interdictione, cùm interim eius immobilia ſint effecta litigioſa, niſi poſtea reportet ſententiam fauorabilem, Montan. *de tut. cap.* 28. *num.* 39. *& ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 439. *num.* 44. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 173. *num.* 6. *vol.* 3. *& ad leg. munic. tit.* 5. *ar.* 11. *num.* 3.

Si tamen aliquis alterius Prouinciæ, qui interdictionem ignorauit, contraxerit cum prodigo, etiam poſt interdictionem, videtur tutò contraxiſſe, cùm difficile ſit cuilibet ſcire ea, quæ extra Prouinciam geſta ſunt, niſi cum prodigalitate concurrat etiam minor ætas, Fab. *in C. tit. ſi quis ignor. rem minor. eſſe, &c. definit.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 179. *num.* 7. *vol.* 3. vide *ſupra num.* 2.

An autem valeat interdictio facta alicui tanquam prodigo, ſi in effectu, & verè non ſit prodigus, neque furioſus, ſunt contrariæ opiniones; affirmatiua tamen vbi præceſſit cauſæ cognitio videtur magis communis, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mand. num.* 23.

7 Prodigus ſi prudens, & ſagax factus fuerit, ipſo iure deſinit eſſe ſub curatore, & recuperat bonorum ſuorum adminiſtrationem, etiam abſque alia iudicis declaratione, maximè quando per biennium, aut triennium prudens, & ſagax fuerit, Guid. Pap. *deciſ.* 240. cum alijs per Montan. *de tut. cap.* 37. *reg.* 2. *num.* 12. *&c.* Ricc. *Collect.* 1757. Viui. *comm. opin.* 656. Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 868. *num.* 17. *&c.* Caualer. *deciſ.* 273. *num.* 7. *& per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 408. *fol.* 392. intelligendo quando certum manifeſtum, & notorium eſt prodigum ad ſanos mores reuerſum, nam tunc ceſſat ipſo iure interdictio, & non eſt neceſſaria alia iudicis ſententia.

Si verò non ita certum, & notorium ſit, cùm interdictio facta fuerit per decretum iudicis, & cum cauſæ cognitione, debet itidem cognita cauſa per iudicem reuocari, vt concludit Montan. *loc. cit. num.* 15. *&* 16. Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa, verb. Interdictionis num.* 123. *&c. fol. mihi* 158. *inter. reg. diuerſ.* Cenc. de Cenſ. *q.* 16. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 98. *art.* 4. *num.* 51. *&* 52. Paul. Chriſtin. *ad leg. munic. tit.* 19. *art.* 29. *num.* 3.

Quid autem ſi prodigus formiter declaratus teſtetur, vel aliter diſponat prudenter, ſagaciter, & prout quilibet alius faceret, an valeat actus, Galeot. *contr. tom.* 1. *contr.* 4. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi pro validitate, Addit. ad Sanfel. *deciſ.* 338. *verſ. Quid ſi*, dixi *in* §. *Furor num.* 4. vbi plures allegaui in terminis furioſi.

8 Prodigus non petendo infra annum tutorem pupillo, cuius ſuceſſionem ſperat, illam non amittit, cùm excuſetur à delictis conſiſtentibus in omittendo, Montan. *de tut. cap.* 18. *num.* 45. vide *in* §. *Mater num.*

9 Prodigus, cui eſt interdicta bonorum adminiſtratio, licèt contrahendo non obligetur, tamen ſi delinquat, non in omittendo, ſed in committendo, ſicut quilibet alius obligatur ad pœnas pecuniarias, & afflictiua iuxta facti, & perſonarum qualitatem, Clar. §. *fin. qu.* 60. *verſ. vlterius quæro*, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 48. Montan. *de tut. cap.* 28. *num.* 48. Franch. *deciſ.* 461. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 409. *fol.* 293. Angel. *de Maleſic. verb. ſcienter, & doloſè num.* 16. *verſ. quid in prodigo*, Card. Tuſch. *lit. P. concl.* 866. *num.* 12. *&c.* Paul. Zacch. *quæſt. legal. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 6. *num.* 68. *& ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 338. *verſ. Ex delicto*, Viui. *comm. opin* 658.

10 Prodigus ſi ſoluat indebitum, poteſt ipſo iure repetere, abſque beneficio reſtitutionis in integrum, niſi ſoluerit alteri prodigo, vel minori, & pecunia ſit conſumpta, ac idem eſt in ſimilibus, vide Odd. *de reſtit. in integr. qu.* 52 *art.* 10. *per tot. & art.* 13. *num.* 87. *&* 88.

11 De prodigis plura notabilia habentur per Bertacbin. *in Repert. verb. Prodigus*, & alia remiſſiuè per Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Prodigus, Prodigalitas*, & Com. Aug. Fonſan. *Bibliot. leg part.* 5. *eod. verb. fol.* 429.

12 Quòd quamuis quis re vera, & notoriè prodigus exiſtat, tamen ad effectum, vt ei ſit bonis interdictum, requiratur ſententia declaratoria per text. *in l. is, cui bonis, ff. de admin. bon.* Gayl. *obſeru.* 51. *num.* 2 *lib.* 2. Rot. apud Iacob. Balduc. *in obſeru. ad Ramon. deciſ.* 41. *num.* 10.

§. PRODVCTIO. LI.

PRoductio inſtrumentorum, & iurium an ſit facienda 1
coram iudice, vel ſufficiat illam facere coram Notario Actuario, latè Aſin. *in Prax.* §. 22. *cap.* 16. *per tot.* vbi ponit materiam omnium productionum iudicialium, vide *in* §. *Inſtrumentum num.*

Quòd productio iurium debeat eſſe realis, & non ſufficiat verbalis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 981. *num.* 24. *&c. cap.* 1000. *num.* 17. *&c.*

Quando productio dicatur realis, vel verbalis, & quid importet, Caualer. *deciſ.* 542. *num.* 3. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 59. *num.* 15. *& ſeqq.* latè Bich. *deciſ.* 432. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 206. *per tot.* vbi ad effectum tranſportationis actorum in cauſa appellationis, vt tantùm realiter producta ſint tranſportanda.

An ſufficiat facere productionem verbalem in termino ſtatuti, & poſtea realem cum effectu, lapſo termino, vide in §. *Terminus num.*

Quòd productio iurium ſit facienda in termino probatorio, non in vltima die inſtantiæ, aliàs non careat ſuſpicione malitiæ, nec producens euadat condemnationem expenſarum, Magon. *deciſ. Flor.* 90. *num.* 18. *&c. deciſ.* 98. *num.* 2. *&* 7. vide *in* §. *Inſtrumentum num.* *&* §. *Sequeſtrum num.*

Quid ſit productio, quotuplex, qualiter facienda, quid operetur, & alia, Tuſch. *litter. P. concl.* 870. *& ſeqq.*

Productio ſtatutorum non eſt neceſſaria in loco iudicij 2
vbi vigent, ſed benè quando cauſa ad alium deuoluitur, vel vbi agitur de ſtatutis in alio loco exiſtentibus, vel de aliqua reformatione non inſerta in corpore illorum, Aſin. *in prax.* §. 22. *cap.* 17.

Producens inſtrumentum cenſetur approbare omnia 3
in eo contenta, nec poteſt poſtea in aliquo contradicere, quamuis produxerit in parte, & partibus, niſi produxerit ad alium finem diuerſum, vel coactè, vel ad impugnandum, Surd. *deciſ.* 267. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 279. *num.* 21. *&c. cap.* 335. *num.* 9. *cap.* 490. *num.* 40. *cap.* 502. *num.* 7. *cap.* 577. *num.* 11. vbi quòd nec poterit impugnare ea, quæ enunciatiuè, & incidenter continentur, *cap.* 870. *num.* 1. *&c. cap.* 654. *num.* 15. *cap.* 699. *num.* 7. *cap.* 717. *num.* 16. *cap.* 739. *num.* 37. *cap.* 767. *num.* 54. *cap.* 851. *num.* 18. *cap.* 918. *num* 16. latè Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 45. *per tot.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 228. *num.* 15. *& deciſ.* 385. *num.* 1. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 270. *& ſeqq. ad* 280. *fol.* 407. Altograd. *conſ.* 37. *num.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 36. *num.* 3. *lib.* 2. Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 10. *&c.* Tuſch. *litter. P. concl.* 872. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 148. *in fine*, Ricc. *Collect.* 2916. 3511. 3800. in quibus locis plura inuenies, & apud Franciſ. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 3. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 186. *num.* 8. *&c. deciſ.* 253. *num.* 11. *&c. part.* 11. *deciſ.* 151. *num.* 12. *& part.* 17. *deciſ.* 174. *num.* 14. *& ſeqq.*

Quòd videatur approbare tantùm ea, quæ diſpoſitiuè, non autem ea, quæ enunciatiuè tantùm continentur, Magon. *deciſ. Florent.* 10. *num.* 39. *&c.* Menoch. *d. præſumpt.* 45. *num.* 17. *&c.* vbi vide Cacher. *deciſ.* 39. *num.* 8. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 186. *num.* 12. *&c. vol.* 5. vbi etiam quòd producens ſibi non præiudicat, niſi ab Aduerſario acceptata fuerit ſcriptura, Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 3. *num.* 5. *& ſeqq.*

Imò etiam ſeparata, & enunciatiuè contenta in ſcriptura producta videtur producens approbare, ad tradita per Magon. *deciſ. Flor.* 58. *num.* 24. *&c.* Altograd. *conſ.* 14. *num.* 56. *&* 57. *lib.* 2.

Quòd productio ſcripturarum ſimpliciter facta etiam per procuratorem plenè probet contra producentem, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ* 11. *num.* 5. *&c. part.* 12. *deciſ.* 61. *num.* 19. vbi quòd afficit etiam ſucceſſores producentis, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 331. *num.* 11. *& ſeqq. & num.* 20.

Quòd proteſtatio producentis in parte, & partibus, &c. non iuuet ſtante vnitate, & connexitate, maximè in productione actorum, licèt in productione inſtrumentorum admittatur ſecundùm Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.* 10. vbi Addit. remiſſiuè, & vide Menoch. *d. præſumpt.* 45. *num.* 21. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 186. *num.* 14. *& ſeqq.*

Digitized by Google

vbi etiam quid ſi productio facta fuerit à procuratore, *&* *part.13. deciſ.431. num.8.* vbi quòd etiam productio facta per compulſum ſuffragatur non obſtante dicta proteſtatione, quando productio fit per fundamento intentionis, vel ſumus in connexis.

Quòd producens ſcripturam priuatam etiam cum proteſtatione in parte, & partibus videatur in totum eam approbare, & ſibi præiudicet quo ad omnia in ea contenta, Genu. *de ſcript. priuat. lib.1. quæſt.4. num.151. & ſeqq. ad 160. fol.17* plenè Tuſch. *litt. P. concl.872. & 873. per tot.* Rot. *part.13. recent. deciſ.431. num.7.* vbi de libro priuato producto pro fundamento intentionis, & in connexis vt ſupra.

4 Producens tamen ad impugnandum, licèt in aliquo innitatur, non dicitur approbare, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ. 104. num.11.*

Quòd productio facta ad vnum finem non noceat quo ad alium, Bich. *deciſ.259. num.5. &c.*

Et productio facta non in tempore, & ſuſpecta, vel cum dictionibus, *quoddam prætenſum*, non inducit approbationem, cùm huiuſmodi dictiones tendant potiùs ad negandum, quam ad affirmandum, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 472 num.14. 15. & 16.*

Qualiter etiam aduerſarius, contra quem producitur inſtrumentum, vel ſcriptura cenſeatur approbare non opponendo, ita vt generalis oppoſitio non ſufficiat, ſed requiritur ſpecialis, alias per non oppoſitionem inducitur approbatio, Menoch. *lib.2. præſumpt.46. per tot.* vide *in §. Scriptura num.13.* Alexand. *conſ.185. lib.6.* Crauett. *conſ.596.* Tuſch. *littera E. concluſ.398. & litter. P. concluſ.874.* Rota *part.3. recent. deciſ.664. num.2. & 3. & part.11. deciſ.283. num.5. & part.13. deciſ.485. num.6.* Rot. Collect. Vrbin. poſt Michalor. *depoſit. deciſ.82. num.18. & ſeqq. ad 36.* vbi latè hanc concluſionem declarat, & pluribus modis limitat.

Quòd imò oppoſitio generalis, ſiue *generalia contra* contradictionem importet, & acceptationem excludat, Gratian. *deciſ.89. num.5. in Addit.* Poſt. *de manutent. obſeruat. 97. num.22. &c.* Rot. *part.11. recent. deciſ.300. num.13.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.292. num.6.* vbi quòd ſi in termino ad dicendum contra nihil fuit oppoſitum, dicuntur approbata iura producta; ſi verò fuit facta oppoſitio generalis, remanet ſaluum ius opponendi quandocumque in ſpecie contra iura producta, maximè ante ſententiam, ad Mantic. *deciſ. 127. per tot.*

Producens inſtrumentum, vel ſcripturam, non videtur fateri illam eſſe, niſi quatenus de per ſe probet, Bart. *in l. poſt legatum, ff. de his, quibus vt in indig.* Iaſ. *in l.1. §. Editiones, C. de edend.* vbi etiam Alex. Menoch. *lib.2. præſumpt.45. num.13. &c.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.159. num.1.* Gratian. *deciſ.234. num.21. & ſeqq.* Sperel. *deciſ. 29. num.12.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 186. num.14. vol.5.* Rot. *part. 12. recent. deciſ.61. num. 20.* Ludouiſ. *deciſ. 432.* vbi quòd productio ſcripturę informis non pręiudicat producenti, quia productio eatenus nocet, quatenus ſcriptura probata, & facta in vno iudicio non nocet in alio, nec quando eſt facta per compulſum, adde Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.3. per tot.* vbi plenè de producente inſtrumentum, ſcripturam, ſiue teſtes an, & quando videatur fateri omnia in eis contenta, quæ requirantur ad inducendam huiuſmodi confeſſionem, & alia plura ad rem.

Quid in producente capitula, vide *in §. Articuli n.*

Quòd producens inſtrumentum factum à tutore, vel ſimili adminiſtratore, cenſeatur illum acceptare, & approbare pro tali, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.505. num.2.* facit *in §. Confeſſio num.*

5 Producens teſtes, vel inſtrumenta poteſt proteſtari de illis vtendo quatenus verum dicatur, niſi à parte inſtetur, vt ſimpliciter declaret, an velit illis vti, vel non, Afflict. *deciſ.189.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 752. num. 35. &c.* Flaminian. Centul. latè *in Addit. ad deciſ.1. poſt primum volum. conſ. Farinac.* & ipſe Farinac. *quæſt.159. num.67. &c.* Giurb. *conſ. crimin.5. num.6.* Lap. *alleg.119.* Guaz. *deff.28. cap.14.* Bertazol. *conſ. crimin.496.* Faber. *in Cod. lib.9. tit.13. deffinit.12.* vbi qualiter producens teneatur præcisè reſpondere an vti velit, etiam ſi agatur de facto alieno, & recuſans reſpondere habeatur pro negante, ita vt fides non ſit ſcripturis adhibenda, vide in §. *Interrogatoria num.5.* Tuſch. *litter. P. concluſ.876. & 877. per tot.* Ricc. *Collect. 298. & Collect.4162.* vbi quòd in criminalibus non tenetur producens teſtes declarare ſi intendat illis vti ante terminum datum reo ad ſe defendendum, & allegat Laurent. *deciſ. Auen. 50.* Afflict. *deciſ. 189.* Viui. *deciſ.71.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 89. per tot.*

Quòd interrogationi an vti velit inſtrumento pro bono cenſeatur ſufficienter ſatisfactum reſpondendo, quod vti vult pro bono, & vero, donec & quouſque fuerit legitimè certificatus de contrario, & alia ad propoſitum, Burat. *deciſ.532. num.1.* Rot. *part.12. recent. deciſ.291. num.21. & part.13. deciſ.247. num.20. &c.* vbi quòd reſponſio de habendo inſtrumento, pro bono, vero, & reali, donec conſtet de contrario ſufficit, ceſſante ſuſpicione contra inſtrumentum, vide Conciol. *reſolut. crimin. verb. Falſum reſolut.8.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.20. num.358. & ſeqq. fol.413.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap 4. num.75. & ſeqq.* vbi quòd producens inſtrumenta, vel teſtes tenetur parte inſtante declarare, an eis pro bonis, & legalibus vti velit, cui tamen petitioni ſatisfacit proteſtando velle vti donec ſibi conſtet de contrario, vel nolle vti aliqua falſitate, ſecundùm vnam opinionem, licèt ſecundum alios debet iudex parte petente ſtatuere terminum ad deliberandum, & ſimpliciter reſpondendum; quæ opiniones poſſunt concordari, vt prima procedat quando pars dictæ reſponſioni conditionali acquieſcit, vel non aſſignat cauſas falſitatis, ſi verò inſtet ſimpliciter reſponderi, vel det aliquem fumum falſitatis, & iudex ſtatuat terminum ad deliberandum, dicta reſponſio conditionalis non releuat, nec à falſitate vtendo excuſat, quatenus falſitas fuerit detecta, ac ita in praxi ſeruari, & fuiſſe deciſum à Rota, & Signatura Iuſtitiæ, & illum refert, & ſequitur Rot. *part.13. recent. deciſ.247. num.21.* benè Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. l.2. qu.3. n.61. & ſeqq. per tot.* Donad. *tr. de renunc. cap.36. num.46. & ſeqq.* Fontanel. *deciſ. 290. & 291. per tot.* vbi latè de pœna vtentis falſis inſtrumentis, vel teſtibus in cauſa ciuili, ac de interrogationibus, & reſponſionibus ſuper hoc faciendis; licèt oſtendat ſuperfluam eſſe dictam interrogationem, cùm producens ſatis animum ſuum producendo declarauerit circa vſum, & poſſit puniri criminaliter, allegans Surd. *deciſ.263.* & alios.

Si tamen iudex dignoſcat huiuſmodi oppoſitiones, & inſtantias fieri ad calumnioſam dilationem, poteſt illas contemnere, Rot. *part.13. recent. deciſ.335. n.17.*

An poſſit producens replicare, vt requirens declaret in qua parte prætendit falſum, & alia ad rem, Capyc. *deciſ. 79.* Nart. *conſ.635.* cum alijs per Anton. de Ballis *tract. var. lib.3. caſ.12. num.19. & ſeqq. per tot.* Conciol. *d. reſol. 8. per tot.*

6 Producens teſtes non poteſt declarare, quòd vult vti omnibus depoſitionibus, præterquam in tali, & tali parte, cùm illorum dicta non poſſint ſcindi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.749. num.7. &c.*

Poteſt tamen vti clauſula in parte, & partibus, ſed illa non obſtante, poſſunt teſtes reproduci in partibus contrarijs ab aduerſario, Altograd. *conſ. 100. num.29. lib. 1.*

An, & quando producens teſtes præſumatur adeò illorum fidem approbare, vt illos amplius reprobare non poſſit, Maſcard. *de probat. vol.3. concl.1235. per tot.* vide *in §. Teſtis num.28. & ſeqq.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.3. num.23. & ſeqq.*

7 Producens articulum falſum, non examinatis ſuper illo teſtibus, nec probato dolo, nec præcedente declaratione, quod velit eo vti, non committit falſum, Surd. *deciſ. 263. num.1.* & Fontanel. *deciſ.290. num.15. & ſeqq.* vbi contra, vide *in §. Falſum num.*

Quòd vbi producens reſpondit nolle vti, ſibi tantùm, & non fiſco præiudicet, Buſſ. *de indic. ant. tort. num.89.* Ant. de Ballis *tract. var. lib.3. caſ.12. num.33.*

Quando ſine dolo, & ignoranter producitur inſtrumentum, quod poſtea detegitur falſum, eo ſublato tamquam falſo, remanet quoque ſublata tacita confeſſio producentis reſultans ex ipſa productione, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ. 159. num.2.*

Producta in iudicio an, & quando efficiantur communia, & an, & quando producenti ſint reſtituenda, vel non, Tuſch. *litt. P. concl.875. & 878 per tot.*

Quòd ſemel producta in iudicio non poſſint parte re-
lu-

Digitized by Google

luctante reuocari, Guid. Pap. *quæſt.* 243. Peregrin. *deciſ.* 95. *num.* 13.

9 De productione, & eius effectibus, ac de producentibus multa notat Bertachin. *in Repertor. verb. Productio*, & alia Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *cod. verb. fol.* 430. *&c.*

10 Quòd producens inſtrumentum in parte pro ſe facientе, teneatur ei ſtare in alijs contra ſe facientibus, Vela *Diſſert.* 24. *num.* 41. *Diſſert.* 46. *num.* 14. *& Diſſert.* 48. *num.* 30.

An autem producens ſcripturam cenſeatur fateri, & approbare non ſolum ea quæ principaliter, ſed etiam incidenter enarrantur, Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. *conſ.* 24. *num.* 85. *&* 86. Cyriac. *contr.* 576. *num.* 15. *&* 16. *& contr.* 602. *per tot.* vbi quando productio fit ad impugnandum nil nocet producenti, &c. *contr.* 284. *nu.* 80. *& ſeqq.* ac alibi.

§. PROHIBITIO. LII.

1 PRohibitio de aliquem moleſtando intelligitur de iniuſta, & calumnioſa, non autem de iuſta, & iuridica moleſtia, Pariſ. *conſ.* 65. *numer.* 21. *lib.* 2. Pract. Papp. *libell. ad pœn. ex compromiſſo gloſ. occaſione in Addit.* vide *in §. Moleſtia num.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1236. *num.* 111. *& ſeqq.* vbi alia plura de diuerſis prohibitionibus, quomodo intelligantur, & quod prohibitio non præſumitur niſi probetur, & tanquam odioſa reſtringi debet.

2 Prohibitus habere officium intra certum tempus, non prohibetur intra illud eligi ad officium inchoandum poſt dictum tempus, quia ſufficit habilitas de tempore, quo exercebitur, Montan. *de tutel. cap.* 9. *numer.* 24. *verſ. inferunt*, faciunt plura notata per Maſcard. *d. concluſ.* 1236.

3 Prohibens aliquem teſtari, ſeu diſponere in vltima voluntate de bonis ſuis, punitur in duplum, & bona applicantur fiſco, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 235. *num.* 4. Et efficitur indignus hæreditate prohibiti, Rot. *d. part.* 2. *deciſ.* 158. *num.* 1. vide in §. *Teſtator numer.* latè Menoch *de arbitr. caſ.* 395. *per tot.* vbi quatuordecim caſus diſtinguit, & declarat, & quomodo probari poſſit hæc prohibitio teſtandi, Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 6. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 147. *per tot.* Boniſac *de furt.* §. 4. *nu.* 85. Farinac. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 161. *per tot.*

4 Prohibitio alienationis facta hæredi intelligitur etiam facta hæredi hæredis, cùm hæres hæredis dicatur etiam teſtatoris hæres, intelligendo quando non fuit expreſſum proprium nomen ipſius hæredis, nam ſi fuerit expreſſum non comprehendit hæredem hæredis, niſi ante nomen proprium fuerit appoſitum nomen appellatiuum hæredis, vel niſi dictum fuerit quod bona remanere debeant in familia, vel de illa non exire, vel niſi agatur de re, quæ fuerit maiorum ipſius teſtatoris, quia his caſibus non obſtante expreſſione nominis proprij ipſius hæredis, prohibitio tranſiret etiam in hæredem hæredis, Duen. *reg.* 39. Diaz. *reg.* 316. *&* 317. Socein. *reg.* 351. Ger. Spin. *conſ.* 41. *nu.* 4. *&* 13. Tuſch. *lit. P. concl.* 897. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1236. *num.* 77. *& ſeqq.*

Item prohibitio alienationis extra familiam facta hæredi ſub pœna priuationis, non afficit hæredem hæredis, prout nec etiam illum afficit, quando eſt adiecta per dictiones relatiuas, & perſonalitatem denotantes, veluti *infraſcriptos, vel ſupraſcriptos*, & in omnem caſum non extenditur vltra quartam generationem poſt teſtatorem, niſi fuerit dictum quod bona perpetuò tranſire debeant in deſcendentes, quia tunc extenderetur in infinitum, Duen. *d. reg.* 39. *limit.* 2. 3. *&* 4. vide *in §. Alienatio nu.* 2. *& §. Dictio num.* §. *Fideicommiſſum num.* 26. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 227. *vol.* 1. Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 5. Martha *vot. Piſ.* 3. *nu.* 6. *& ſeqq. & vot.* 30. *per tot.* latè Caren. *reſol.* 162. vbi plura quando talis prohibitio non reſtringatur ad quartam generationem, ad intellectum *Nouella* 159. *de reſtit. fideicom.*

An, & quando grauamen impoſitum hæredi reſtringatur ad primum hæredem, vel porrigatur etiam ad vlteriores hæredes, Ger. Spin. *conſ.* 41. *per tot.*

5 Prohibitio alienandi, quando dicatur perſonalis, vel realis, ita vt mortuis illis, quibus nominatim erat facta, non cenſeatur durare, ſed intelligatur permiſſa alienatio, Surd. *deciſ.* 125. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 104. *num.* 15. *&c. cap.* 633. *num.* 26. *cap.* 765. *nu.* 20. *cap.* 770. *nu.* 30. *cap.* 828. *nu.* 45. *cap.* 847. *nu.* 21. *&c.* Tuſch. *litt. P. concl.* 896. *per tot.*

Quòd aliquibus nominatim facta non tranſeat ad alios non nominatos, niſi adſit ratio ampliatiua, videlicet vt bona remaneant perpetuò in agnatione, Magon. *deciſ. Florent.* 109. *num.* 3. Martha *vot. Piſ.* 30. *num.* 5. *& ſeqq.*

Prohibitus alienare quibus modis, vel perſonis dicatur prohibitus, vel non, Tuſch. *littera P. concl.* 898. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 77. *& ſeqq. vol.* 3. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1236. *nu.* 42. *& ſeqq. per tot.* 6

Quòd filijs indicta non afficiat nepotes, cùm non ſit extendenda de perſona ad perſonam, maximè proprijs filiorum nominibus expreſſis, §. *Nos igitur Auth. de reſtitut. fideicom.* Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Martha *vot. Piſ.* 30. *num.* 5. *& ſeqq. & vot.* 222. *num.* 33. Viul. *comm. opin.* 661. Maſcard. *de probat. d. concl.* 1236. *num.* 77. *&* 78. Altograd. *conſ.* 82. *num.* 33. *lib.* 2. Mart. Medic. *deciſ.* 10. *num.* 36. Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 119. 191. *& num.* 192. *Ceſenæ impreſſo de anno* 1645. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 227. *num.* 2. *&c. vol.* 1. vbi tamen limitat, niſi verba prohibitionis eſſent vniuerſalia, & maximè geminata, vel niſi ratio prohibitionis militaret quoque in nepotibus.

Prohibitio alienandi facta à teſtatore ſimpliciter, & ſine cauſa dicitur nuda quando non apparet quorum fauore ſit facta, importat potius conſilium, quàm præceptum, reputatur inefficax, nec inducit aliquod fideicommiſſum, cùm non expreſſa alia cauſa cenſeatur facta fauore hæredis, cui poteſt renunciare, & alienare, latè Petra *de fideicom. quæſt.* 1. Peregrin. *eod. tract. art.* 14. *num.* 13. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 72. *num.* 50. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 280. *per tot. cap.* 765. *num.* 20. *&c. cap.* 847. *num.* 20. *cap.* 917. *per tot.* facit Vrceol. *Conſult. for. cap.* 27. *per tot.* plenè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 685. *per tot.* vide *in §. Fideicommiſſum nu.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 508. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi reijcit plura indumenta, vt remaneat nuda, & fideicommiſſum non inducat, Bich. *deciſ.* 560. Rot. poſt Vrceol. *tract. de tranſact. deciſ.* 14. 15. *&* 16. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 283. *per tot.*

Diceretur tamen veſtita prohibitio ſi fuerit adiecta pœna amiſſionis rei, vel alia pecuniaria, & cenſ[e]bitur facta contemplatione illius, cui pœna venit applicanda, ita vt non poſſit hæres excuſari alienaſſe pro legitima, vel trebellianica quando prohibitio non erat vniuerſalis, ſed particularis, cùm dictas portiones non poſſit deducere de rebus particularibus prohibitis alienari, vel alteri legatis, ſi adſint alia bona, ſicut nec dediſſe in ſolutum pro debito defuncti, quod poterat aliunde ſolui, Gratian. *diſcept. for. cap.* 334. *cap.* 404. *num.* 19. *cap.* 700. *nu.* 23. *&c.* Altograd. *conſ.* 92. *num.* 25. *& ſeqq. lib.* 1. vbi conſiderat ſeptem indumenta dictæ prohibitionis, quæ vide per eum, *& conſ.* 80. *num.* 32. *& ſeqq. & conſ.* 81. *num.* 16. *& ſeqq. lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 685. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 9. *num.* 7. *& ſeqq. vol.* 3. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 163. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi plura quando dicatur nuda, vel veſtita, & fideicommiſſum importet, vel non, Bich. *deciſ.* 560. *per tot.* vbi etiam an dicatur veſtita quando emanauit in odium illegitimorum, ita vt licet non ſit datus ſuſtituturus, competat actio hæredibus ab inteſtato ad reuocandam alienationem contra teſtatoris voluntatem factam, de quo articulo, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 686. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 166. vbi quando importet fideicommiſſum, & alia ad rem.

Valet etiam prohibitio ſine cauſa, quando res prohibita alienari fuit maiorum ſuorum, Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. num.* 29.

Item valet ſtante adiectione pœnæ, & contemplatione perſonarum, ad quas ſit tranſlatio, Magon. *deciſ. Flor.* 16. *num.* 28. *&* 29. *deciſ.* 109. *num.* 1. *&* 2. Capyc. *deciſ.* 1081. vbi quando valeat, vel non prohibitio alienationis facta à teſtatore.

Prohibitus vendere extra familiam, poteſt alijs vendere, quando illi de familia recuſant emere, cùm per ſimplicem prohibitionem, non dicatur teſtator voluiſſe bona omninò conſeruari in familia, vnde dato prius 7

compe-

Digitized by Google

competenti termino illis de familia arbitrio iudicis, ſi recuſent, poterit impunè extraneis vendere, Bart. Iaſ. Socc. & alij *in l. qui Romæ §. coheredes ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. caſ. 37. per tot.*

De prohibitione alienandi, niſi requiſitis quibuſdam perſonis, an ex ea inferri poſſit à contrario ſenſu facultas alienandi præcedentibus huiuſmodi requiſitionibus, & an & quando ex tali prohibitione qualificata dicatur nihilominus reſultare ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, latè Altograd. *conſ. 80. numer. 25. & ſeqq. per tot. lib. 2.*

An prohibita alienatione extra familiam, ſi non ſuperſit niſi vnus ex illa, poſſit ipſe vendere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 930. nu. 40.*

Quòd ſit promiſſa alienatio inter comprehenſos de eadem familia, etiam in remotiores, & quando ex dicta prohibitione reſultet fideicommiſſum, Altograd. *conſ. 80. nu. 50. & ſeqq. lib. 2.* Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. num. 54.* Magon. *deciſ. Flor. 16. nu. 21. & ſeqq.*

Quoad alienandum in remotiores, intellige, niſi ſit datus alius ordo ſuccedendi à teſtatore, & inductum fideicommiſſum, Ger. Spin. *conſ. 7. 37. 38. & 93. num. 40. & ſeqq.*

Plura de prohibitione alienandi ex hominis diſpoſitione in vltima voluntate, & contractu, quid ſignificet prohibere, & alia ad rem, Caldas Pereyra *tract. de reſtitut. in integr. verb. Prohiberi per tot. fol. 469. &c. quæſt. forenſ. cap. 23. per tot.* Hermoſil. *ad Partit. tom. 2. gloſ. 1. fol. 665. &c. leg. 44. fol. 665. &c.*

Quando prohibitio alienationis dicatur nuda, vel veſtita, quid vtraque operetur, alia, latè Io: Torre *de ſucceſs. in Maiorat. & Primogen Ital. part. 2. quæſt. 28. & ſeqq. & part. 3. deciſ. 32.* vbi an prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum in caſu mortis, & alia.

Qualiter prohibitus alienare, cum clauſulis ampliſſimis, alienando cadat à Primogenitura, & ſubſtitutus ſuccedat, qui licet ſit filius alienantis, non præſumitur colluſio ad effectum ne poſſint reuocari alienata, Rot. *in Romana ſeu Albanen. Caſtri nemoris Ven. 21. Iunij* 1686. *coram Emerix*, habetur penes Torre *d. tract. part. 3. deciſ. 72.* & alia plura vide in Indice generali eiuſdem Torre *in verb. Prohibitio.*

Quando ſtante alienationis prohibitione à teſtatore facta poſſit alienatio ſtatim reuocari ad inſtantiam ipſius alienantis, limitando regulam, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, & alia ad rem, benè Cæſar. de Afflicto *contr. iur. cap. 2. per tot.* Andreol. *contr. 342.*

8 Prohibitio teſtandi facta hæredi inducit fideicommiſſum ad fauorem venientium ab inteſtato ipſius teſtatoris fideicommittentis, vt latè probat Marcian. *diſp. forenſ. cap. 33. & 34. per tot. ad intellectum l. qui filium 74. ff. ad Trebell.*

9 Prohibitio alienandi facta ad fauorem filiorum natorum an extendatur ad naſciturus, vide §. *Fideicommiſſum nu.* & §. *Subſtitutio nu.*

10 Prohibitio alienandi facta à teſtatore non ratione temporis, ſed conſenſus aliquorum requiſiti, ceſſat mortuis illis, & inſtitutus poteſt alienare, cùm fideicommiſſum ſit reſtrictiuo ſolum ad bona non alienata. Contrarium tamen ſi vltra expreſſam prohibitionem teſtatoris concurrat tacita legalis ex inductione fideicommiſſi, quæ ſemper obſtabit, & alienationem reddet nullam, firmat Gratian. *diſcept. for. cap. 69. num. 1. &c. cap. 416. per tot. cap. 526. num. 10. &c.* ſequitur pluribus alijs citatis Rot. *part. 9. recent. deciſ. 415. num. 8. & ſeqq.* vide *in §. Alienatio num. 4.*

An alienatione prohibita ad certum tempus, videatur poſt illud permiſſa, hincinde diſputat Magon. *deciſ. Flor. 149. per tot.* vbi tandem concludit non eſſe permiſſam ſtante inductione fideicommiſſi, vltra expreſſam prohibitionem, quia illa ceſſante remanet tacita legalis, & hanc partem pluribus citatis ſequitur Bich. *deciſ. 350. num. 3. & ſeqq.* de quo articulo latè Ger. Spin. *conſ. 20. & 21. per tot.* vbi enumeratis auctoribus hincinde, & rationibus ponderatis, oſtendit magis veram, & communem eſſe opinionem contrariam quam etiam defendit Matt. Medic. *deciſ. 10. per tot.* Tuſch. *litt. P. concluſ. 901. &c.* Ricc. *Collect.* 3549. Rot. *part. 9. & ſeqq.* vbi cum Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 720.* Fachin. *contr. lib. 4. cap. 75.* & alijs pluribus citatis, primam ſuſtinet opinionem ratione prædictæ, & contrarijs reſpondet. Sed poſtremam, & alteram opinionem Matt. Medic. *loc. cit.* & aliorum, adhibita quadam (iudicio meo) verbali diſtinctione ſoſtinet eadem Rot. *part. 14. recent. deciſ. 288. nu. 4. & ſeqq. per tot.*

Vtrum verò dicta prohibitio ad tempus facta includat legitimam, negatiuè reſoluit Staiban. *reſol. 29.* prout refert Matt. Medic. *in Additione ad d. deciſ. 10. num. 3.* vide *in §. Legitima num.*

Prohibitio alienandi, & vendendi non comprehendit alienationem per viam inſtitutionis, & ſubſtitutionis, ſed ſolum per actus inter viuos, Rot. *in Peruſina fideicommiſſi 19. Ianuarij* 1635. coram Dunozet. in nouiſs. *part. 7 deciſ. 8. num. 3. &c.* quia ex ſimplici prohibitione alienationis non cenſetur inductum fideicommiſſum in caſu mortis, Rot. *loc. cit. per tot. & deciſ. 15. numer. 1. & ſeqq. ead. part. 7.* vide latè Surd. *deciſ. 124. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 16. num. 23. & num. 30. deciſ. 72. per tot. & deciſ. Luc. 7. num. 23.* vbi Addit. Rot. *part. 13. recent. deciſ. 175. num. 12. & ſeqq.* vbi quando dicta prohibitio comprehendat non tantùm contractus inter viuos, ſed omnes alios caſus alienationis, etiam per viam vltimæ voluntatis, inſtitutionis, vel legati. 11

Quòd prohibitus alienare ante certam ætatem, non prohibeatur alienare per teſtamentum, Mandel. *conſ. 109. num. 1. & ſeqq.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 12. per tot.*

An prohibitus alienare, poſſit ſibi hæredem inſtituere ſaltem vnum ex proximioribus, & multa quando dicta prohibitio importet fideicommiſſum, vel non, Surd. *deciſ. 124.* Gratian *diſcept. forenſ. cap. 594. numer. 5. &c. cap. 774. num. 15. &c. cap. 776. num. 10. &c.* Magon. *deciſ Flor. 72. per tot.* vbi quando importet fideicommiſſum in caſu mortis, & an poſſit remotior inſtitui, vide *in §. Licentia num.*

Quòd quando prohibitio inducit fideicommiſſum abſolutum reſtituendum poſt mortem, dicatur etiam prohibita ſucceſſio ab inteſtato illorum, qui non ſunt de comprehenſis, Altograd. *conſ. 92. num. 53. & ſeqq. lib. 1.* vbi etiam quando id procedat, licèt non induceret fideicommiſſum poſt mortem, ſed tantùm in caſu alienationis, ita vt etiam iſto caſo cenſeatur prohibita ſucceſſio ab inteſtato; vt quando aliàs fruſtraretur mens, & diſpoſitio teſtatoris, vel quando fuit prohibita alienatio latiſſimè ſumpto alienationis vocabulo, nam tunc etiam cenſeretur prohibita ſucceſſio ab inteſtato, & ſic alienatio legalis; & quando talis prohibitio ſtante fideicommiſſo ex ea reſultante, verificetur in quacunque alienatione tam inter viuos, quam in vltima voluntate, imò, & in alienatione legali per ſucceſſionem ab inteſtato, latè idem Altograd. *conſ. 80. num. 1. & ſeqq. ad 31. & conſ. 81. lib. 2.*

Quòd prohibitus diſponere de bonis ſuis in vltima voluntate, ſi diſponat per donationem inter viuos, videatur donare in fraudem legis, & propterea ſtante fraude corruat donatio, & reuocabilis efficiatur, Alex. *conſ. 55. num. 4. vol. 1.* Crauett. *conſ. 118. nu. 11. & ſeqq.* Peregr. *de iur. fiſc. tit. 8. num. 13.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 398. in fine.*

Prohibitio alienationis iuncta cum ſubſtitutione ſub eodem contextu verborum, continuatiuè, dependenter, acceſſoriè, relatiuè, ſeu illatiuè, & correſpectiuè, regulatur ab ea, & ceſſat illa ceſſante, & deficiente, cùm non inducat nouum fideicommiſſum; ſecùs autem ſi ſit facta principaliter de per ſe per verba ſeparata, in capitulo diuerſo, & non connexo, quia tunc inducit nouum fideicommiſſum ad fauorem omnium vocatorum, latè Gratian. *diſcept. for. cap. 828. per tot.* Caualer. *deciſ. 567. & 481.* Rot. *in Romana fideicommiſſi de Formicenſis 7. Februarij 1635. per tot. in Nouiſs. part. 7. deciſ. 15. coram Merlino, & inter impreſſas eiuſdem Merlini deciſ. 669.* Altograd. *conſ. 92. num. 19. & ſeqq. per tot. lib. 1. conſ. 80. 81. & 82. lib. 2. & conſ. 94. lib. 2.* vbi plura quando ex prohibitione alienationis reſultet nouum fideicommiſſum in caſu mortis ad fauorem omnium de familia, & Galuan. *conſ. 50. per tot.* Martha *vot. Piſ. 3. per tot.* Bich *deciſ. 251. nu. 12. & 13.* vbi quòd dicta prohibitio ſtat acceſſoriè, & famulatur primo fideicommiſſo, nec nouum inducit, præſertim quando eædem perſonæ vtrobique ſunt vocatæ, ſecùs 12

autem

Digitized by Google

autem quando ad rem alienari prohibitam vocantur diuerſæ perſonæ, nam tunc apparet fideicommittentem voluiſſe prohibitionem adijcere independenter à precedenti fideicommiſſo vniuerſali,& particulare inducere ſuper re prohibita alienari, Rot. *part. 19. recent. deciſ.* 356. *per tot.* vbi pro fideicommiſſo ex prohibitione alienationis in oratione ſeparata, & latiùs *deciſ.*410.

Quando prohibitio alienandi importet ſimplex fideicommiſſum etiam poſt mortem grauati, & non conditionale tantùm, in caſu alienationis, & quinam effectus reſultent, Magon. *deciſ. Luc.* 33. *num.* 2. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 228. *num.* 30. *&c. deciſ.* 669. *per tot. deciſ.* 890. *num.* 9. *&c.* Rot.*part.*9.*recent. deciſ.* 83. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 188.

Quando autem dicta prohibitio cenſeatur perſonalis tantum, & veniat conſequutiuè, continuatiuè, & dependenter à ſubſtitutione præcedente, ſiue ſtare dependenter, conſequutiuè,& correſpectiuè ad præcedentes, vel ſubſequentes ſubſtitutiones, ita vt non inducat nouum fideicommiſſum in caſu mortis, latè Altograd. *conſ.*60. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. *conſ.* 79. *nu.*7. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. *vbi num.* 23. declarat Gratian.*d.cap.*828. Ger.Spin. *conſ.*37. Surd.*deciſ.*238. vbi quando prohibitio non inducat fideicommiſſum in caſu mortis, ſed tantùm in caſu alienationis, vide in §. *Fideicommiſſum num.* 12. Viui. *comm. opin.* 662. vbi quòd prohibitio alienandi extra familiam, etiam ex cauſa ſonante in perpetuum, & graduale fideicommiſſum, non inducit fideicommiſſum ſucceſſiuum de vno in alium gradatim, ſed tantùm caſuale in euentum ſcilicet conditionis dictæ contrauentionis, & alienationis,etiamſi teſtator addiderit expreſſam rationem, quia volebat ſemper remanere in maſculos deſcendentes.

13 Prohibitus alienare, quando vltrà prohibitionem fuit inductum aliud fideicommiſſum, & ſic duplex, vnum in caſu alienationis, alterum in caſu mortis iuxta ſuperius notata, ſi contrafecerit alienando remanet tantùm excluſus à fideicommiſſo in caſu alienationis inducto, non autem in caſu mortis, quo adueniente erit admittendus cum alijs vocatis, vt poſt multa, quæ in contrarium adducit, illis ſatisfaciendo, concludit Magon. *deciſ. Flor.* 50. *per tot.*

An contrauentio patris noceat filijs poſt illum vocatis, & alia ad rem, Fontanel. *deciſ.*368.*&* 369.

14 Prohibitio duplex, nempè legis, & hominis fortius ligat, ita vt impediat alienationem in caſu alias permiſſo, Rol. *conſ.* 81. *num.* 6. *lib.* 2. Natt. *conſ.*481. *nu.* 7. Magon. *deciſ. Flor.* 37. *num.* 10. *deciſ.* 149. *num.*20. *&c. deciſ. Luc.* 33. *num.* 18. *vbi Addit. & num.* 23. 25. *&c.* facit quod dixi in §. *Minor num.* Ludouiſ. *deciſ.* 529. *num.* 12. *&c.* latè Cabal. *conſ. deciſ.* 147. *num.* 16. *& ſeqq. lib.* 2. vbi qualiter ſtante duplici prohibitione legis ſcilicet, & hominis, non poſſit prohibitus alienare, vel aliter diſponere ad tempus vitæ ſuæ,licet alias hoc ſit illi permiſſum,ſtante ſola legis prohibitione.

15 Prohibitus alienare fauore filiorum, vel aliorum diſpoſitiuè vocatorum, alienando non poteſt illis præiudicare, ſed eo defuncto poſſunt filij, ſiue alij vocati ex propria perſona alienationem reuocare, vide Magon. *deciſ. Flor.* 16. *num.* 7. 42. *&* 43. latiùs *deciſ.* 138. *per tot. & deciſ.* 91. *num.* 31. *&c.* vbi loquitur in fortioribus terminis, dum vult filio emancipato competere huiuſmodi reuocatoriam, etiam viuente adhuc patre alienante, & contrafacientem, *& deciſ.* 92. *nu.*44. *& ſeqq.*

Quòd filij vocati in caſu alienationis factæ à patre, poſſint etiam illo viuente vrgere, & alienationem reuocare agendo ad fideicommiſſum, ita vt nec patri poſtea quæratur vſusfructus, etiamſi non ſint emancipati ſecundum noua iura, quidquid eſſet de iure digeſtorum, probat Surd. *deciſ.* 242.*per tot.* facit latè Cabal. *conſ.deciſ.*147. *per tot. lib.*2. vbi intelligit ſtante duplici prohibitione legis, & teſtatoris, & benè probat Rot.*part.*17.*recent. deciſ.*166. *nu.*9. *& ſeqq.*

Quòd ſubſtitutus in caſu alienationis admittatur ſtatim non expectata morte alienantis, Rot. *in Romana Primogenitura* 7. *Maij* 1657. coram Dunozetto nu. 19. penes Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 99. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 166. *nu.*9. *& ſeqq.*

16 Prohibitus alienare cenſetur etiam prohibitus pro alijs fideiubere,& tantò magis ſi fuerit expreſsè prohibitus fideiubere, vt dixi in §. *Fideiuſſor num.*

Qualiter etiam cenſeatur prohibitus cenſum imponere, vel aliàs hypothecas conſtituere, ex quibus poſſit ſequi alienatio, ita vt ſtante duplici prohibitione legis, & hominis, non ſuſtineatur actus, etiam durante vita prohibiti, late Cabal. *conſ.deciſ.*147. *per tot. lib.* 2.

Prohibitio expreſſa alienandi impedit dominij translationem in emptorem, eiuſque hæredes, & reddit alienationem nullam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*656. *num.* 34. *&c.* Ricc. *Collect.* 987. Hermoſil. *ad leg.* 67. *gloſ.* 2. *fol.* 867. 17

Intellige in vltimis voluntatibus, nam in contractibus contrarium firmat Magon. *deciſ. Flor.* 102. *num.* 3. *&c.* vbi quòd tantùm aperitur via agendi ad intereſſe contra alienantes, vel eorum hæredes, non autem contra ſingulares ſucceſſores, vide Marcian. *diſput. for. cap.*35.*nu.*22.*& ſeqq.* facit quod dixi *in* §. *Hypotheca num.* *&* §. *Pactum nu.*13. Paul. Chriſtin.*deciſ.Belgic.*80.*nu.*1. *&c. vol.*3. Ricc. *Collect.* 2058.

Prohibitus alienare ſub pœna amiſſionis hæreditatis non priuatur illa, niſi ſequuta ſententia declaratoria, Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*860.*nu.*16.*cap.*863.*n.*22.vide *in* §.*Pœna nu.*4. Rot.*part.*9.*recent.deciſ.* 286.*nu.* 12.*&c.*vbi quòd etiam poteſt excuſari ſtante iuſta cauſa, vel ſaltem colorata, & doli excluſiua, & ſi agatur de pupillo, qui ex facto tutoris non incidit in pœnam. 18

Et huiuſmodi declaratoria debet ſequi viuente eo, qui alienauit, nam non poteſt peti per hæredem, nec contra hæredes, Magon.*deciſ.Flor.*16. *num.* 10. *& ſeqq. per tot. & deciſ.*47. *nu.*14. *&c.*

In omnem caſum non cadit à tota hæreditate, ſed ſolum à re alienata, Gratian. *d. cap.* 860. *numer.* 19. *&c.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 219. Magon. *deciſ. Flor.* 19. *per tot.* vbi poſt multa in contrarium adducta ratione indiuiduitatis rei, vel præcepti ſequitur hanc opinionem, & facit quod dixi *in* §. *Emphyteuſis num.* 46. *verſ. An autem.*

Quòd pœnam nunquam imponatur facienti actum ex neceſſitate famis, vel ſimilis, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 931. *per tot.*

Item excuſatur ſi alienauerit ex cauſa neceſſaria æris alieni, Magon. *deciſ. Flor.* 91. *num.* 14. *& deciſ.* 92. *num.* 27. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 299. vbi quòd alienari poſſunt prohibita à teſtatore pro ſolutione æris alieni hæreditarij, pro reſtauratione corporis hæreditarij, ac quando ex alienatione fideicommiſſum efficitur pinguius; intelligendo ſi non adſit alia bona libera, & conſtet pretium fuiſſe verſum in dictam ſolutionem, & alijs modis per Beltram. *in Addit.*

Vel ex cauſa neceſſaria reparandi alia bona, cùm non dicatur alienatio illa, quæ tendit ad commodum hæreditatis, vel quæ ſit in caſu permiſſo, Magon. *deciſ. Luc* 33. *nu.*8. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 283. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 158. *num.*21. vbi in terminis tranſactionis, ob quam fuit aliquid dimiſſum, quod quamuis talis dimiſſio ſapiat alienationem, tamen ſi fuerit vtilis, vel neceſſaria non cenſetur prohibita, nec incurſa pœna, licet prohibitio ſit ampla.

Item quando alienatio fuit nulla, nullum priuationis producit effectum, intelligendo de nullitate ex defectu formæ, aliàs ſecùs, vide Magon. *deciſ. Flor.* 50. *num.* 29. *& ſeqq.*

Item prohibitus alienare non incidit in pœnam, ſi loco alienatorum alia bona ſubrogauit, vel permutauit, quia res ſubrogata, vel permutata ita ſeruit ſicut à teſtatore relicta, idem Magon.*deciſ.Flor.*16.*nu.*5. *&c.& nu.* 39. vbi vide, & quæ dixi *in* §. *Bona num.*

Item conſentiendo alienationi ab alio factæ non dicitur contrauenire, ſed tantùm fauori ſuo renunciare, & ideò etiam erit admittendus ad reuocationem poſtea ab alijs alienatorum ſine illius conſenſu, ſi erat vocatus à teſtatore, Magon. *deciſ. Flor.* 50. *nu.*37. *&c.*

Quòd conſenſus impediens exiſtentiam conditionis, ſub qua conſentiens vocabatur illi præiudicet, ſecùs autem ſi non impediat, idem Magon. *deciſ.* 102. *num.*7. vide *in* §. *Fideicommiſſum num.*

Prohibitus alienare, ſi alienauerit cum reſeruatione dominij donec pretium ſibi ſoluatur, an interim ſequuta traditione dicatur alienaſſe, & incidiſſe in pœnam amiſſionis, hincinde plura deducit Magon. *deciſ. Flor.* 91. *nu.*2. *& ſeqq. & deciſ.* 92. 19

Et da-

Digitized by Google

Et dato quod cecideter an poſſit nomine filij, & tanquam illius legitimus adminiſtrator reuocare alienationem, cùm filio vel proximiori competat reuocatoria, & non alteri cohæredi inſtituto, Magon. *d. deciſ. 91. nu. 16. & ſeqq. per tot.* vbi videtur affirmatiuè concludere, & latiùs *deciſ. 92. num. 9. & ſeqq.* vbi etiam in primo caſu negatiuè concludit.

20 Prohibitus alienare non obſtante prohibitione, & fideicommiſſo, poteſt validè cedere alteri commoditatem, *§. Nonnulli vbi gloſ. & DD. Inſtit. de vſu, & habit.* Rot. *in Romana de Guidis* 13. *Ianuary* 1631. coram Veroſpio *in Nouiſs. part. 6. deciſ. 5. nu. 17.*

Non tamen poteſt alienare vſumfructum vita ſua durante, nec locare ad vitam ſuam, vel conducentis, nec ad decennium, vel vltra, nec quouſque placuerit ipſis, nec etiam ad minus tempus cum pacto renouandi in aliud tempus, quod excedat decennium, vt benè probat Cabal. *conſ. deciſ. 16. per tot. vol. 2.*

Et prohibitus intelligitur tantùm quoad portionem ſibi obuentam à teſtatore, non autem quoad portiones ſibi per fideicommiſſum à cohæredibus obuentas, Magon. *deciſ. Florent. 16. nu. 4.* vbi vide *nu. 77.* & quòd dixi in *§. Grauatus nu.*

21 Prohibitus à teſtatore alienare, ſi contrafecerit, videtur abſurdum quod poſſit redarguere cohæredem, qui pariter contra præceptum teſtatoris alienauit, ſiue antè, ſiue poſt, cùm tempore motæ actionis reperiantur in eadem naui, & paria delicta mutua compenſatione tollantur, Magon. *deciſ. Flor. 16. nu. 1. 40. & ſeqq.* vbi facit differentiam inter pœnam conuentionalem, & legalem, vel à teſtatore appoſitam, idem Magon. *deciſ. Flor. 47. nu. 8. dec. 50. num. 35.* vbi dicit eſſe verba *text. in l. cum pater §. Libertis ff. de leg. 2.*

22 Prohibita alienari ſub pœna, non veniunt in obligatione omnium bonorum, maximè ſi obligatio tendat ad deſtruendam proprietatem, nec adſit ſpes luitionis, quia in generali obligatione non veniunt illa, quæ quis veriſimiliter non eſſet obligatus, Neguſ. *de pign. part. 2. membr. 3. nu. 69. &c.* Scapuc. de Salutan. *lib. 2. q. 10. num. 2. & 6.* Gratian. *diſcept. for cap. 43. nu. 39. &c.* Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 18. vbi tamen quòd ſi ageretur de ſimplici prohibitione, ſuſtineretur hypotheca ſuper commoditate percipiendi fructus durante vita debitoris, & hæredis grauati, ad Rot. poſt Merlin. *de pign. cap. 5. nu. 4.*

Non etiam veniunt in confiſcatione etiam durante vita prohibiti, Bart. & alij *in l. Imperator ff. de fideicomm. libert.* Viui. *comm. opin.* 665. vbi reprobat Alciat. *contrarium tenentem in conſ.* 211. *tom.* 3. vide *in §. Bannitus num.*

23 Prohibentis melior eſt conditio in pari cauſa, & quando ſecus, Tuſch. *litt. P. concluſ.* 893.

24 Prohibitio habendi publicas, vel priuatas diſputationes de fide Catholica, de qua *in cap. 2. §. Inhibemus de hæret. in 6.* laicos tantùm, & Eccleſiaſticos peritos comprehendit, nec traditur ad diſputationes materiales, quæ non fiunt ad fidei veritatem perſuadendam, ſed exercitij gratia, vel ingenij acuminis oſtentandi inter Chriſti fideles, Nauar. *in Manual. cap. 11. num. 27. verſ. quinto peccat*, Barboſ. *in d. c. 2. nu. 14. in fine*, cum alijs per Bich. *deciſ. 448. num. 11. & 12. habetur inter recent. part. 11. deciſ.* 109. facit quod dixi *in §. Epiſcopus nu. 60. & in §. Laicus num. 11.* vbi an, & quando, ac quibus licitum ſit diſputare de fide, vel non.

25 Prohibere valens delictum, & non impediens, non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, & ob id (alijs tamen concurrentibus adminiculis) poſſit torqueri, Carer. *tit. de indic. §. 18.* Farin. *quæſt. 51. num. 2.* Maſcard. *de probat. concl.* 532. *num.* 98. D. Fului Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. quæſt. 8. num. 129. fol. 227.* dixi *in §. Malum num. 7. & §. Delictum num.*

26 De varijs prohibitionibus, & prohibitis aliquid agere multa notat Bertachin. *in Repertor. verb. Prohibitio, non Pauca*, Thorn *Compend. deciſ. Neap. part. 1. 2. & 3. ſect. 2. eod. verb.* & alia remiſſiuè Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Prohibitio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. part. 5. eod. verb. fol. 434. &c.*

27 Prohibitio alienationis bonorum à teſtatore facta, an & quando valeat etiam quoad fructus illorum, ita vt creditores grauati non poſſint agere contra fructus fideicommiſſi pro illorum ſatisfactione, vide Manſ. *Conſult.* 273. *lib.* 3. vbi contra creditores ſtante expreſſa prohibitione teſtatoris cum cauſa, & ratione, vt conſeruetur dignitas, & ſplendor familiæ, ac idem eſſe quoad animalia in prædijs exiſtentia pro illorum neceſſaria cultura, & vt in locum demortuorum ſubrogentur alia ſucceſſiuè, & conſeruentur, atque eamdem materiam ſatis dubiam, proſequitur idem Auctor *Conſult.* 274. vbi in fine non fuiſſe deciſam teſtatur.

§. PROMISSIO. LIII.

PRomiſſio nuda, vel nudum pactum de donando producit actionem, *l. ſi quis argentum, §. fin. C. de donat.* & hoc ne incautè procedant homines ad donandum ſcientes quòd nihil magis fidei humanæ conuenit quàm promiſſa ſeruare, vel ne decipiantur illi, quibus fit ſimilis promiſſio præſtando medio tempore obſequia promiſſori mori ex obligatione antidotali, facit Gratian. *diſcept. for. cap. 531. num. 65. &c.* Mart. Medic. *exam. 5. nu. 13. & ſeqq.* vbi plenè an, & quomodo promiſſio faciendi differat à facto, Tuſch. *littera P. concl. 21. per tot.* Rot. *par. 14. recent. deciſ. 364. per tot.* vbi quòd promiſſio etiam verbalis donandi intuitu certi matrimonij habetur pro donatione, continet hypothecam, & alia, licèt non fuerit ſtipulatum inſtrumentum iuxta conuentionem, vide *in §. Donatio*, Rot. *part. 14. deciſ.* 448. Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 9. Diſput. 29. ſect.* 10. vbi benè declarat an, & quando promiſſio donandi obligationem inducat, vel non in vtroque foro, Clar. *§. Donatio quæſt. 14. num. 6. & 7.* Cancer. *var. reſol. cap. 7. tit. de pact. num.* 124. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 4. num.* 28. Fachin. *contr. lib. 2. cap. 7. & 8.* Cutel. *de donat. tract. 2. Diſput. 1. ſect. 17. num. 33. & ſeqq.* Ceuall. *comm. contr. comm. quæſt.* 209. Donadeus *tract. de renunciat. cap. 3. nu* 30. vbi plures alios allegat, & plura remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Promiſſio.* 1

Quòd dicta promiſſio donandi ſit idem quòd donatio, & requirat inſinuationem, aliàs non valeat, etiam ſequuta traditione, & debeat eſſe in ſcriptis redacta, vt poſſit inſinuari, idem Gratian. *cap. 877. num. 8. & per tot.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 173. per tot.* vbi qualiter dicta promiſſio habeat vim donationis, & ſi ſit ad pias cauſas non indigeat inſinuatione, nec acceptatione, nec alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs.

Quòd promiſſio conſtituendi dotem, vel donandi habeat eumdem effectum, quem dos ipſa conſtituta, vel donatio, Afflict. *deciſ. 61. numer. 1. &c.* Mart. Medic. *d. Exam. 5. numer. 16. & 22.* vbi infert ad plura ſimilia, facit Rot. *part. 14. recent. deciſ. 363. & deciſ.* 448. vbi quòd fauore dotis, & matrimonij pariat obligationem perfectam, latè Sanfelic. *deciſ.* 99. vbi etiam in feudalibus.

Qualiter promiſſio externa, etiam legitimè acceptata, vel ſimpliciter interna obliget, vel non promittentem in foro conſcientiæ, Dian. *part. 2. tract. 17. reſol. 9. & part. 3. tract. 5. reſolut.* 116. dixi *in §. Donatio num. 65. verſ.* 13. idem Dian. *part. 4. tract. 4. reſol.* 122. vbi ſuſtinet non eſſe peccatum mortale, nec obligatio reſtituendi promiſſionem gratuitam, etiam acceptatam, & in re graui, vbi non aderat animus ſe obligandi, licèt alij contra, vide eumdem Dian. *part. 8. tract. 6. reſolut.* 102. *verſ. notandum, & reſolut.* 108. vbi an promiſſio, vel donatio externa obliget ante acceptationem, vt non poſſit reuocari, *& reſolut.* 107. vbi de promiſſione, vel donatione interna, & in vtraque negatiuè de magis communi concludit ante acceptationem, de quibus omnibus, quid ſit promiſſionis contractus, & alia ad rem, latè Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 9. ſect. 1. & ſeqq. per tot. fol. mihi* 84. *&c.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 3. cap. 1. cum pluribus ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap.* 1.

Promiſſio de renunciando non eſt idem quòd renunciatio, ſed quid diuerſum, nec vim renunciationis habet, Boer. *quæſt. 3. num. 1.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num. 52. in fine*, Mart. Medic. *d. exam. 5 nu* 26. Ricc. *Collect.* 3332. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 28 vbi idem in promiſſione de accollando, de vendendo, de donando, de locando, de cedendo, de legitimando, & de renouando, latè Donadeus *tract. de renunciat. cap. 3. per tot.* vbi 2

pluta

Digitized by Google

plura hincindè an promiſſio renunciandi facta à filia ſit idem quòd renunciatio, & videtur concludere quòd ſaltem ope exceptionis repellatur.

Si tamen talis promiſſio fuerit nulla ob non ſeruatam formam præſcriptam, nihil operatur, & non poteſt filia compelli renunciare, & nihilominus conſequitur quod ſibi fuit promiſſum de iure debitum, Rot. *part. 19. recent. deciſ. 153. per tot.*

Item promittens fideiubere non remanet obligatus, nec conueniri poteſt tamquam fideiuſſor, ſed tantùm ad intereſſe, quod præſtando liberatur, Maur. *de fideiuſſor. part. 1. ſect. 1. cap. 9. num. 15. & part. 2. ſect. 2. cap. 6. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 115. num. 15. &c. cap. 887. num. 27. &c.* Mart. Medic. *d. Exam. 5. numer. 4. & per tot.* vbi infert ad plura ſimilia, vide Franch. *deciſ. 574. per tot. cum Addit.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 69. lib. 1.* vbi ſimpliciter fuit deciſum quòd promiſſio de ſe obligando, vel fideiubendo, obligatione non ſequuta non obligat promittentem, quia ſtipulatio non tenet, niſi vtroque loquente, parte ſcilicèt promittente, & parte cui fit promiſſio acceptante, iuxta *l. 1. §. 1. & 2. ff. de verb. oblig.*

Qualiter autem promittens facere pactum de retrouendendo habeatur, ac ſi verè promiſiſſet reuendere, & poſſit directè ad retrouendendum compelli, Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num. 26. & num. 60.* facit Gratian. *loc. ſup. cit.* Boet. *deciſ. 183. nu. 14.* Fachin. *contr. iur. lib. 2. cap. 7. &* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 88. num. 1. & 2. volum. 3.*

Item qualiter promiſſio de vendendo ſit idem, quòd venditio, ſtante maximè iuramento, idem Gratian. *cap. 553. num. 9. &c. cap. 564. num. 32. cap. 887. num. 30.* Tuſch. *litt. P. concl. 21. per tot. litter. V. concluſ. 43.* Caldas Pereyra *de empt. & vend. cap. 8. per tot.* vbi contra, Barz. *deciſ. Bon. 111.* vbi pariter contra, Io. Bapt. de Luca *tract. de Regal. lib. 2. Diſcurſ. 41.* vbi quòd eſt valdè controuerſa quæſtio.

De promiſſione de ſe obligando, an ſit idem cum obligatione, vel obligationem importet, vt ex illa agi poſſit, latè Andreol. *contr. 112. per tot.*

Et præcipuè traditione ſequuta, Magon. *deciſ. Flor. 33. num. 8. & 9.* vide Cabal. *conſ. 99. per tot. lib. 1.* vbi etiam ſtante guarantigia.

Quæ omiſſa procedunt ratione circuitus inutilis citandi, idem Magon. *deciſ. Flor. 9. num. 15. &c.* vide *in §. Venditio num.*

De hac materia vide plenè Mart. Medic. *Exam. 5. num. 40. & ſeqq. per tot. & deciſ. 12. per tot* Marcian. *diſput. forenſ. cap. 40. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 28.* Cabal. *conſ. 99. lib. 1.* Staiban. *de Intereſſe lib. 2. tit. 9. quæſt. 1. num. 9. &c.* vbi oſtendit maximam eſſe differentiam inter venditionem, & promiſſionem de vendendo, adde Tuſch. *litt. P. concluſ. 21. per tot. & littera V. concluſ. 43. per tot.* Ricc. *Collect. 3332.* Olea *de Ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 6. per tot.* vbi de promiſſione de cedendo, & generaliter de omni promiſſione de aliquid faciendo, vt non habeatur pro facto, inferendo ad plura notabilia; niſi contractus in ſubſtantia nil aliud quam promiſſionem contineat, & nil ſolemne poſt promiſſionem reſtet faciendum; nam ſi contractus nil addat ſupra promiſſionem, nec in modo, nec in accidentalibus, aut ſubſtantialibus, promiſſio faciendi, & factum idem operatur, vt inutilis vitetur circuitus, aliàs ſecus vt ſupra, adde Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt. 59. numer. 21. & ſeqq.* vbi benè diſtinguit inter varias promiſſiones, vt promiſſio de donando, de dote conſtituenda, vel de ſe obligando habeat vicem obligationis de præſenti, ſecus in alijs maximè iuramento deſtitutis, & plenè Donadeus *d. tract. de renunciat. cap. 3. per tot.*

3 Promittens ſe obligare, cùm fiat obnoxius ad factum, non poteſt præcisè ad illud compelli, ſed præſtando intereſſe liberatur, Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num. 41. &c.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 115. num. 15. &c.* vbi quòd imò poteſt conueniri tamquam ſi verè ſe obligaſſet, *& cap. 887. num. 27. & 34.* vbi benè diſtinguit, *& cap. 964. num. 24. &c.* latè Boer. *quæſt. 3. per tot.* vbi de filia, quæ promiſerat renunciare bonis paternis, vide *in §. Obligatio num. 7.* Peregrin. *deciſ. 149. num. 1. &c.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 284. num. 31. &c.* vbi quòd quando eſt in poteſtate promittentis, poteſt præcisè compelli, vel ad intereſſe ad electionem ſtipulatoris, per capturam perſonæ, pignorum, vel indictionem mulctæ, & tantò magis ſtante iuramento. Alia ad hoc propoſitum Rot. *part. 10. recent. deciſ. 66. nu. 5. &c.*

Quòd ſtante iuramento poſſit præcisè ad factum compelli ſi ſit poſſibile, alias ad intereſſe; Gratian. *cap. 915. num. 19. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 323. vol. 1. & deciſ. 324.* vbi an venditor cogatur præcisè tradere, vel præſtando intereſſe liberetur, & refert contrarias opiniones, vide Rot. *d. deciſ. 284. num. 32. &c. part. 9. recent.* vbi etiam *numer. 37.* quòd ſtante impoſſibilitate eſt locus præſtationi intereſſe liquidandi, & taxandi ad ſortem principalem, vel pretium promiſſum, facit Sanfelic. *deciſ. 174. & deciſ. 216.* vbi an poſſit executiuè procedi.

Quòd obligatio ad factum poſſit executioni demandari per captionem pignorum, donec debitor tædio affectus, factum promiſſum adimpleat, Fontanel. *deciſ. 252. numer. 4. &c.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 159. num. 21.*

Promiſſio ſub fide, & verbo nobilium per porrectionem, & tactum palmarum, non dicitur nuda, ſed habet vim iuramenti, & tamquam iurata licèt facta abſenti, cuius vices ſupplet Deus, non poteſt reuocari, & habet omnes effectus iuramenti, excepta tamen pœna periurij, Gratian. *diſcept. for. cap. 722. per tot. cap. 824. nu. 23. &c.* Mart. Medic. *Exam. 17. num. 13. &c.* Altograd. *conſ. 102. num. 24. & 25. lib. 2.* vbi tamen quòd continet tacitam conditionem, niſi actus, de quo agitur nimis grauiter lædat, aliàs poteſt illi contrauenire ſine offenſa bonoris, & verba dati, etiam ipſi Principi, vide *in §. Iuramentum nu. 8. & §. Laudum num.* 4

Promiſſio de releuando indemnem à moleſtijs intelligitur de validis, & efficacibus, non autem de nullis, & inefficacibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 723. num. 6.* 5

Item promiſſio de aliquem non moleſtando, vel inquietando ſub pœna, intelligitur niſi culpa aduerſarij præcedat, Rom. *conſ. 138.* Pract. Papp. *form. lib. l. ad pœnam ex compromiſ. gloſ. occaſione in Addit. verb. Moleſtia.*

Promiſſio indemnitatis facta ſyndico, vel alteri deputato ad denunciandum maleficia, ne illa denunciet, ſed teneat occulta, eſt nulla, nec aliquem effectum, vel actionem producit tamquam de re turpi, Cabal. *reſol. crim. caſ. 115. per tot.* vide *in §. Syndaci num.* 6

Promiſſio facta ob turpem cauſam, etiam cum iuramento, obtenta abſolutione, ſiue habilitatione à iuramento poteſt reſcindi, & tunc dicitur ob turpem cauſam, quando quis pro faciendo eo, ad quod gratis tenebatur, recipit pecuniam, vel promiſſionem, & ideò illam reſtituere tenetur, *gloſ. in l. 4. §. penult. verb. repetè ff. de condit. ob turp. cauſ.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 11. per tot. vol. 3.* vbi plura de condictione ob turpem cauſam, Capyc *deciſ. 95. per tot.* latè Tuſch. *litt. O. concluſ. 39. per tot.* vide *in §. Delinquens num 9. verſ. & ſi vnus, §. Tutela num. 55.* Dian. *part. 8. tract. 6. reſolut. 110.* vbi latè probat in foro externo non dari actionem, neque repetitionem pro re turpiter promiſſa, vel accepta; in foro verò conſcientiæ poſſe retineri, vel deberi turpiter acceptum, vel promiſſum poſt peccatum ratione laboris, & periculi ſuſcepti, cum diſplicentia tamen abſoluta delicti commiſſi, & propoſito ampliùs non committendi, vide *in §. Iudex num. 25. in fine*, latè Fagundez *de inſt. & contract. lib. 3. cap. 6. per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral tract. de reſtit. cap. 7. de turpi lucro per tot. fol. mihi 122. &c.* 7

Promittens fœminæ ratione turpitudinis tenetur etiam in foro conſcientiæ adimplere, & quid ſi pro alio maleficio perpetrando, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 218. num. 6. &c.* vide *in §. Meretrix num. 11. & 12.* Chriſtin. *d. deciſ. 11. volum. 3.* latè Vrceol. *tractat. de tranſact. quæſt. 39. per tot.* Vaſquez *d. cap. 7. Dub. 11. per tot. fol. 136.*

Quòd omnis promiſſio, vel donatio ob turpem cauſam facta, veluti ad peierandum, homicidium committendum, & huiuſmodi ſit nulla ante peccatum, poſt verò illud commiſſum poſſit ſuſtineri iure naturæ, non propter peccatum, ſed propter impenſum laborem, & periculum, cui donatarius in gratiam donantis ſe expoſuit, quòd cùm ſit pretio æſtimabile, eſt aliqua mercede dignum,

Digitized by Google

dignum, Dian. *part.8. tract.6. reſol.* 102. nec datum ſubiacet reſtitutioni, Dian. *loc. cit. reſol.* 110. *per tot.* licèt alij contra vide *in §. Iudex nu.*21. *&c.* Fagundez *loc. cit.* plenè Vaſquez *vbi ſupra*.

Dixi *iure naturæ*, ſecus de iure ciuili, iuxta quod ex re turpi non datur actio, vide *in §. Delinquens nu.9.*

8 Promittens vſuras medio iuramento tenetur illas ſoluere, licet ſolutas poſſit repetere, niſi obtinuerit abſolutionem à vinculo iuramenti ante periurium incurſum, & ſic ante lapſum tempus, quia tunc relaxato iuramento neque ſoluere tenetur, *cap. debitores de iuram.* latè Sperel. *deciſ.* 131. *num.* 43. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.* 22. *num.* 331. *& ſeqq.* vbi docet ſex remedia contra huiuſmodi iuramentum, vide *in §. Debitor num.* *& §. Iuramentum num.*

9 Promittens per errorem cum iuramento illud, quod erat omni iure indebitum, non tenetur ad obſeruantiam iuramenti, cùm deficiat conſenſus, qui non poteſt suppleri per iuramentum, Genu. *tract. de verb. enunciat. lib.*2. *q.*51. *nu.*34. *&c. fol.* 82.

Quòd promittens ſoluere debitum intelligatur de vero, & efficaci, & talis promiſſio relata ad debitum non operetur ſi repetiatur indebitum, Altograd. *conſ.*44. *num.* 23. *&c. lib.* 2.

Item promittens marito ex cauſa dotis ſoluere quantitatem, quam mulieri eſſe debitam putabat, licet non poſſit ſe tueri à marito, qui habet cauſam onerosam, tamen benè poteſt ſe tueri, vel repetere à muliere, quæ habet cauſam lucratiuam, ſi verè nihil, vel in tanta ſumma non erat ei debitum, ſed promiſſio proceſſit ex ignorantia, & cum ſuppoſito debiti, Peregrin. *deciſ.* 93. *per tot.*

10 Promittens cum iuramento ſoluere ſingulis annis aliquam portionem debiti, ſi deficiat in vno termino, videtur poſſe conueniri primæua, & veteri obligatione ad totam ſummam, cùm inciderit in periurium, & ceciderit à commodo contractus, in quo non poterit ampliùs ſe fundare, *l. ſi quis maior C. de tranſact.* Scanarol. *de viſit. Carcer. l.*3. *§. fin. nu.*27. *&c.*

Contrarium tamen ceſſante dolo, qui requiritur ad incurrendam pœnam, *d. l. qui quis maior.* verius eſſe concludit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 19. *per tot.* vide *in §. Diſpoſitio nu.* *& §. Periurium nu.*

Et poteſt eſſe ratio, quia in contractibus nominatis non habet locum pœnitentia, etiam altera parte non obſeruante, nec mora illos reſoluit, quæ ſaltem poteſt purgari, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*90. *nu.*2. *& part.*14. *recent. dec.* 282. *per tot.* vbi plura ad excuſandum debitorem, cùm in pœnalibus, & odioſis ſit capienda interpretatio, per quam debitor minus grauatur.

Et debet pars citari ad videndum declarari moram eſſe commiſſam, vide *in §. Debitor numer.* 3. *& §. Mora num.*

11 Promittens ſoluere in tribus terminis, vel paghis, non expreſſo tempore termini, vel paghæ fiendæ, quò tempore teneatur ſoluere, dic ſecundum Bart. *in l.* 3. *in fine, ff. de ann. leg.* hos tres terminos eſſe de triennio intelligendos, & ſic quilibet terminus de vno anno, vel ſecundum alios de tribus diebus, vel de tribus menſibus, vel hoc totum iudicis arbitrio remitti, ſicut poſt relatas opiniones videtur firmare Menoch. *de arbitr. caſ.* 53. *per tot.*

12 Promittens per metum, & poſtea ceſſante metu ſoluens non poteſt repetere, cùm per ſpontaneam ſolutionem videatur purgatus metus, *l.*2. *C. quod met. cauſ.* niſi iuraſſet, quia tunc videretur potiùs ſoluere cauſa vitandi periurij, Euerard. *loc. à vi iuram. nu.*75. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *nu.*38. *&c.*

13 Promiſſio de non offendendo, vide *in § Cautio nu.*

14 Promiſſio facta ab infirmo medico, vel chirurgo illum curanti eſt valida, & implenda, niſi medicus haberet ſtipendium a Publico, vel daret mala medicamenta, à quibus vt infirmus liberetur aliquid promitteret, Afflict. *deciſ.* 123. vide *in §. Medicus num.*

15 Promiſſio extraiudicialis ſine cauſa, tanquam indiſcreta non valet, poteſt tamen firmari iuramento, niſi iurans ſit perſona ſimplex, prout talis præſumitur minor, mulier, & ruſticus, Euerard. *loc. à vi iuram. num.*64. vide *in §. Obligatio num.*3. *ſupra num.*7. latè Rot. *part.*19. *recent. deciſ.*19. *per tot.*

Non valet etiam vbi conſtat de errore, vel falſa cauſa, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 324 *per tot.* *& cap.* 691. *nu.* 31. *&c.*

16 Promiſſio de faciendo conſentire omnem perſonam, intelligitur de perſona habente ius in re ex cauſa de præterito, & ideò cùm ius contrahendi oriatur poſt contractum, ad illud non extenditur, Tiraquel. *de retract. lignag. §.*1. *gloſ.*9. *num.*34. *&c.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.*66. *num.* 75. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 205. *numer.*5. *&c. cap.* 947. *num.*25.

17 Promiſſio de non mouendo controuerſiam, intelligitur etiam pro iure de futuro, & ſtatim committitur nulla expectata ſententia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 672. *nu.* 16. *&c.*

Facit contra Magon. *deciſ. Luc.*7. *nu.*43. *vbi Addit.* vide *in §. Renunciatio num.*

18 Promiſſio de manutenendo quid ſignificet, vide *in §. Manutentio num.*

19 Promiſſio vna correſpectiua ad alteram, tollitur altera deficiente, vide *in §. Obligatio num.*

20 Promiſſio facta in locatione de illam renouando finito tempore, nullum ius in re tribuit conductori, ſed tantùm actionem ad intereſſe, quòd præſtando promittens liberatur, Alex. *conſ.*68. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num.*46. Matt. Medic. *Exam.* 5. *num.* 18. *&c.* vbi infert ad alia plura.

21 Promiſſio de habitando in certo loco, quid importet, vide *in §. Conditio num.* *& §. Pactum num.*

22 Promiſſio de ſtando ſimplici dicto alterius an ſit valida, Altograd. *conſ.*21. *nu.* 23. *& ſeqq. lib.* 1. vbi diſtinguit, & conciliat opiniones.

23 Promiſſio generalis quando reſtringatur ad præcedentia expreſſa, Altograd. *conſ.*85. *num* 10. *& ſeqq. lib.* 1. vide *in §. Liberatio num.* *& §. Quietatio num.*

24 Promiſſio à pluribus facta ſimpliciter intelligitur pro virili portione, Caualer. *deciſ.* 466. *numer.* 1. vide *in §. Obligatio num.* 11. latè Tuſch. *littera O. concluſ.* 32. *per tot.* Rot. *part.*13. *recent.* *deciſ.*65. *num.* 2. *&* 3. vbi quòd conuentio de rata non poteſt de toto intelligi, cùm verbum ratæ ſit nomen partis, ac intelligatur de æquali portione, & ſic medietate.

25 Promittens factum alienum non obligatur, niſi ſpecificè dicat ſe facturum, & curaturum; obligaretur tamen per iuramentum eo meliori modo, quo poteſt, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. numer.* 26. Ottnot. *Inſtit. de inutil. ſtip. §. Si quis alium*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 756. *numer.* 15. *&c.* vbi quando liberetur factis diligentijs, vide Marant. *diſput.* 7. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 295. vbi Vrſil. ſed contra Afflict. Viui. *comm. opin.*670. Soccin. *regul.* 401. *&* 404. *per tot.* vide *in §. Factum num.* 10. *ſupra num.* 3. Gregor. cum Beltramin. *deciſ.* 241. *per tot.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.* 284. *num.* 35. *& part.* 10. *deciſ.* 43. *num.* 36. *&c.* *& part.* 11. *deciſ.* 150. *per tot.* vbi ſequitur Marant. *loc. cit.* Poſſent. *ſingul.* 321. vbi quòd obligatur ad omnem diligentiam, vt promiſſio adimpleatur.

Quòd obligetur in foro conſcientiæ, & de iure canonico ad faciendum, & curandum, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.*4. *cap.*4. *nu.*7. *&c.* Rot. *d. deciſ.* 43. *nu.* 37. *part.* 10.

Quòd promittens ſe facturum, & curaturum cum effectu, vt alius quid faciat, non obligetur ad impoſſibile, cùm talis obligatio etiam expreſſa non teneat, ſed promiſſio importet, quòd non ſimulatè, ſed verè, & bona fide quantum in ſe erit, & cum omni diligentia poſſibili curabit id fieri, Aret. *conſ.* 142. Capye. *deciſ.* 93. *num.* 7. *&* 8. Viui. *comm. opin.* 670. Francb. *deciſ.* 624. *per tot.* vbi de promittente facere alium ratificare, an teneatur vlterius ad intereſſe, ſi fecit ſuum poſſe, & ille noluit ratificare, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 119. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd promittens ſe facturum, & curaturum dicitur ſuæ obligationi ſatisfeciſſe eo ipſo quòd fecit omnem conatum, & diligentiam, quamuis non ſequatur optata promiſſio, maximè quando non fuit addita clauſula, *ita vt faciendo poſſibilia*, factum alienum promiſiſſe excuſari non poſſit, vel alia ſimilis æquipollens, ex qua deſumatur mens ſe obligandi, etiam non ſecuto effectu, quia tunc non ſufficeret dictæ diligentiæ, ſed opus eſſet effectu, vel ſolutione de proprio, & eadem Rot. *d. part.* 13 *deciſ.* 479. *nu.*9. *& ſeqq.* dixi *in §. Pactum*, Rot. *part.* 14. *deciſ.* 41. *num.*3. *& ſeqq.*

Bich.

Digitized by Google

Bich. *deciſ.* 266. vbi quando promittens valuerit teneri de proprio.

Licèt promiſſio facti alieni ſit ſub pœna, ſi promittens fecerit omne id, quòd poteſt, vt factum promiſſum impleatur, non tenetur ad pœnam, etiam illo non ſequuto, Ferret. *caut.* 43. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 295. vbi Vrſil. Gratian. *diſcept. for. cap.* 726. *nu.* 12. *&c.*

Quòd difficultas in pœna in adimplendo impediat commiſſionem pœnæ, & ſolutionem damni, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 41. *nu.* 6.

Quòd imò iuſtè apponatur huiuſmodi pœna, & poſſit peti, & exigi, & alia, vide per Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.* 4. *cap.* 4. *per tot.*

Et ſi quis promiſerit de iudicio ſiſti, non excuſatur faciendo ſuum poſſe, ſed contra illum fit executio pro iudicato, Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 2. *capit.* 1. *num.* 19.

Quòd promittens factum alienum, etiamſi adhibuerit aliqualem diligentiam, non liberetur, nec ipſe poſſit agere ad implementum, vel executionem obligationis ſibi correſpectiuè factæ propter dictam promiſſionem facti alieni, ſed teneatur ad intereſſe, quia corruente vno ex correſpectiuis, corruit & alterum, Caualer. *deciſ.* 64. *per tot.* vbi loquitur in terminis dotis, & renunciationis correſpectiuè promiſſæ, ſequitur Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 241. *in fine*, Franch. *deciſ.* 624. *per tot.* vide Butar. *& Addent. deciſ.* 64. Marant. *diſput.* 7. *num.* 20. *& ſeqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 34. *& tit.* 35. Gabriel. *de pact. concluſ.* 2. *num.* 9. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 74. *num.* 31. Cyriac. *contr.* 303. *num.* 53. *&c.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 27. *num.* 8. Rot. *part.* 4. *recent. deciſ.* 67. *num.* 3. *&c. part.* 11. *deciſ.* 150. *per tot.* vbi ſtante expreſſa conuentione iurata mariti de faciendo renunciare vxorem, ita vt non poſſit excuſari feciſſe poſſibilia, & impoſſibilia, nec factum alienum promiſiſſe, aliàs de proprio, & ad damna, fuit concluſum, non docto de actuali renunciatione, eſſe relaxandum mandatum contra eum ad factum promiſſum, vt præuia carceratione, & pignorum captione promiſſionem adimpleat, vel intereſſe ſoluat, Bich. *deciſ.* 266. *per tot.* facit latè Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 3. *per tot.* vide *infra num. ſeq. verſ. Cum tamen.*

26 Promittens aliquid facere tenetur ad obſeruantiam, vel ad intereſſe, prout magis placuerit ei, ad cuius fauorem eſt implendum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 924. *num.* 3. facit Sperel. *deciſ.* 107. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 173. *& part.* 13. *deciſ.* 116. *num.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 175. vbi quid ſtante iuramento, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 241.

Nam propter inobſeruantiam ſuccedit intereſſe loco implementi non ſequuti, Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.* Surd. *conſ.* 435. *numer.* 3. Altograd. *conſ.* 1. *num.* 30. *lib.* 2. vbi tamen *num. ſeqq.* quod dictum intereſſe debetur ſub conditione quatenus interſit, & qualiter ſit difficilè illud probare, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 116. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd debet probari cum requiſitis Pauli de Caſtro, vel negligentia tradendi rem fructiferam promiſſam, veluti loca Montium, quo caſu debentur damna, & intereſſe loco fructuum, quos conſecutus fuiſſet creditor, & ad ipſam rationem, abſque alijs requiſitis, & liquidatione.

Quòd imputandum ſit ei, qui ſponte, & facto proprio in neceſſitate, & difficultate, ac adimplendi impotentia ſe poſuit, cùm talis promiſſio fraude, & dolo non careat, benè probat text. *in l. qui bona §. cum inter ff. de damn. infect.* Altograd. *conſ.* 42. *num.* 14. *&* 29. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 624. *numer.* 5. *&c.* vide *in §. Obligatio num.* 7.

Cùm tamen omnis promiſſio, & obligatio intelligatur rebus in eodem ſtatu manentibus, vt dixi *in §. Stipulatio num.* 7. *in fine*, ſi maritus promiſerit correſpectiuè ad dotem receptam, vxorem ſuam non moleſtaturam aliquem, vel renunciaturam eius prætenſionibus, huiuſmodi promiſſio intelligitur durante matrimonio, nam eo diſſoluto per mortem viri, & illa tranſeunte ad ſecunda vota, ſi moleſtiam inferat, (cùm non ratificauerit promiſſionem primi viri) ad nihilum tenentur eius hæredes ex dicta promiſſione, vt benè comprobat Bich. *deciſ.* 5. *per tot. quæ eſt in Rauennaten. Saluiani* 10. *Iuny* 1539.

Et quando cenſeatur dicta promiſſio remiſſa, vel adimpleta, idem Bich. *deciſ.* 603. *num.* 26. *&* 27. dixi *in §. Renunciatio num.* 39.

27 Promiſſio ſimplex de aliquid faciendo, nullo termino adiecto, importat vt ſtatim, vel quàm primum fiat §. *Si incompoſſibilis Inſtit. de inutil. ſtipul. §. Omnis ſtipulatio de verb. obligat.* Bart. *in l. ita ſtipulatus num.* 33. vbi Iaſ. *num.* 21. *ff eodem*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 588. *num.* 30. Sperel. *deciſ.* 107. *numer.* 18. vbi quòd aliàs debetur intereſſe, quidquid ſit pœna, maximè in contractibus vltrò citròque obligatorijs, vide *in §. Obligatio nu.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 103. *num.* 35. *& ſeqq. per tot. volum.* 1.

28 Promittens aliquid facere, vel ſoluere in certo loco, nullo adiecto tempore, intra quod ſolui, vel dari debeat, non ſtatim adſtringi poteſt, ſed tantum temporis arbitrio iudicis indulgendum eſt, quo commodè promiſſio adimpleri valeat, cùm in huiuſmodi ſtipulationibus inſit tempus tacitè ex qualitate facti, & rei promiſſæ, *l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat. & l. interdum ff. eod.* latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 2. *per tot.* vbi quòd iudex tantum tempus concedere debet, quantum viro diligenti ſufficere poſſit pro accedendo ad locum ſolutioni deſtinatum iuxta perſonarum qualitatem ad rationem viginti miliarium regulariter pro qualibet die, iuxta *l.* 1. *ff. ſi quis caut.* vide Chriſtin. *d. deciſ.* 103. *num.* 35. *& ſeqq. volum.* 1.

Sicut etiam promittenti ſine conditione, aliave dilatione aliquid dare, vel facere, tantum temporis indulgendum eſt arbitrio iudicis, intra quod ſolutionem parare poſſit, cùm non debeat creditor ſtatim venire cum ſacco paratus, Menoch. *de arbitr. caſ.* 27. *per tot.*

29 Promittens aliquid facere, vel præſtare contra quamcumque perſonam, etiam ſermone generali, & vniuerſali, non præſumitur promiſiſſe contra ſe ipſum, nec contra ſuos conſanguineos, quia nemo præſumitur velle aliquid dicere, vel facere contra ſe ipſum, niſi promittens obligetur ex legis diſpoſitione, vel quando non poſſet comprehendi alia perſona quàm loquentis, ſiue vbi ſubiecta materia aliud ſuaderet, vel quando eadem eſſet ratio in perſona loquentis, vel in fauorabilibus, vel vbi ex coniecturis aliter conſtaret, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 44. *per tot.* vbi inſert ad plura notabilia, vide *in §. Gabella nu.* facit Altograd. *conſ.* 1. *num.* 45. *&c. lib.* 1. vbi quòd in generali ſermone non comprehenditur perſona loquentis per *l. inquiſitis C. de ſolut. & c. petitio vbi gloſ. de iureiur.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 106. *numer.* 10. *& ſeqq.* Ger. Spin. *conſ.* 13. *num.* 57. *&c.* vbi plura ad limitationem huiuſmodi regulæ Ricc. *Collect.* 4151. vbi illam tribus modis ampliat, vide *in §. Diſpoſitio num.* 34. *& §. Verba nu.* 4. *in fine.*

30 Promittens conducere granum ad aliquem locum in tanto tempore ſub certa pœna, ſi ſibi ſoluatur pretium ad talem rationem, illo non ſoluto, & grano non conducto, non incidit in aliquam pœnam, vel moram, cùm ſemper huiuſmodi promiſſio ſit intelligenda, vt ſibi priùs ſoluatur pretium ad effectum conducendi granum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 1000. *numer.* 25. *&c.* vide *in §. Emptio num.* 51. facit Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 173. *& deciſ.* 471. *num.* 23. *& per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 216. vbi an poſſit executiuè agi contra promittentem, non priùs ſoluto pretio, & alia ad rem, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 230. *per tot.* vbi in terminis pacti de ſoluendo, *volta per volta fatte le conſegne.*

Si quis autem ſimpliciter vendiderit frumentum, & ſit in mora tradendi, tenetur ad intereſſe quanti plurimi, Altograd. *conſ.* 45. *num.* 4. *&c. lib.* 2. vide *in §. Æſtimatio num.* 5. *& §. Mora num.* 9. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 471. vbi qualiter promittens conſignare granum in certo loco, teneatur illud ibidem facere menſurare, & conſignare ſi adſit perſona legitima ad recipiendum, aliàs dicatur in mora, & teneatur ad omnia damna, & intereſſe, etiam quanti plurimi, & rurſus Rot. *in eadem cauſa deciſ.* 489. *per tot. d. part.* 9. Anton. de Balliis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 22. de prohibita venditione frumenti ante menſem Iulij *fol.* 257. vbi plura de contractu, *à pagare, e conſignare*, quis teneatur priùs adimplere, & videtur concludere quòd agere volens teneatur priùs ipſe adimplere ſaltem per depoſitum liberum; de æſtimatione quanti plurimi, & huiuſmodi, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 230. vbi reuocatis præcedentibus deciſionibus reſolutum

Digitized by Google

lutum fuit, nulla damna, nec intereſſe debeti à promiſſoribus frumenti, cùm à parte aduerſa non fuerit adimpletum ſoluendo, vel depoñendo pretium conuentum, & nulla ratio patiatur emptorem potiri fructibus, vel intereſſe pretio non ſoluto.

31 Promittens indemnitatem, tenetur indemnem conſeruare ab omni damno, & ad ſubeundum in ſe iudicium, ac ſtatim eſt obligatus, licèt executio differatur in caſum damni, Maur. *de fideiuſſor. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 17. *in princip.* Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſ. promittens*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 549. *numer.* 1. *& c. ad* 12. vide *in* §. *Fideiuſſor. numer.* *&* §. *Venditio num.*

32 Promittens cum iuramento inter viuos rem ſuam non alienare, ſi poſtea vendat, transfert dominium, quia iuramentum non reddit actum in contrarium ſequutum nullum, ſed facit iurantem periurium, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 32. *in fine*, vide *in* §. *Iuramentum num.* 21. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 1. *quaſt.* 6. *num.* 70. *& c.* Cancer. *var. reſolut. part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 110. *& ſeqq.* Mancin. *de iuram.* 4. *part. quaſt.* 14. *effect.* 22. *nu.* 6. *& c.*

33 Promittens facere ſecurum, non tenetur dare fideiuſſores, ſed tantùm ſe obligare per inſtrumentum, niſi iterato ex interuallo promiſerit, vel plenè, & idoneæ, vel niſi ſit forenſis, & dubitetur de fuga, Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 4. *capit.* 18. Marſil. *eod. tractat. num.* 300. *& c.*

34 Promittens aliquem per viam ſecuram ducere, ſi per inuſitatam ducat, & derobetur, tenetur ad damni refectionem, niſi via inuſitata eſſet magis ſecura, vel niſi promittens, eſſet curſor commiſſus, & ſolitus tranſire non per viam vſitatam, ſed per inuſitatam, vel niſi propter aliquam iuſtam cauſam, puta ob excreſcentiam fluminis, vel ſimilem omiſerit viam vſitatam, vel niſi actum fuerit de tranſeundo per viam inſolitam, Soccin. *reg.* 403. Cæpol. & Bartol. *in leg. in itinere ff. de verb. ſignif.*

35 Promittens totam, vel integram dotem reſtituere, intelligitur retenta portione, & lucro ſibi obueniente ex ſtatuto, aliàs poſſet per conditionem ex lege tamquam indebitum repetere, Afflict. *deciſ.* 499. *num.* 4. Natt. *conſ.* 416. Gratian. *diſcept. for. cap.* 308. *nu.* 7. *& c. c p.* 553 *nu.* 36. *& cap.* 609. *per tot.* hanc partem videtur ſequi Altograd. *conſ.* 32. *nu.* 28. *lib.* 2.

Contrarium quòd imò cenſeatur renunciaſſe lucro dotali per dictas dictiones, *totam, vel integram*, Roland. *de lucr. dot. quaſt.* 39. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quaſt.* 15. *numer.* 230. ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 46. *num.* 19. *cap.* 264. *num.* 13. *& c.* plores alios allegat Altograd. *d. conſ.* 32. *num.* 12. *& c.* nec videtur diſſentire *ſub num.* 28. vide *in* §. *Maritus num.*

36 Promittens rem pupilli ſaluam fore, non poteſt conueniri ante tutorem, cùm videatur promiſiſſe ſub conditione, ſi tutor non ſoluerit, nec tenetur niſi ad id, quod venit in actione directa, nec de geſtis poſt finitam tutelam, niſi ſint dependentia, & connexa, vnde licet tutor teneatur vtili actione pro non adminiſtratis tamquam pro contutore fideiuſſerit, non poterit conueniri dictus promittens, vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 86. *per tot. cap.* 718. *num.* 4. *& c.* Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 114. *& c.* vbi facit contra, ſed vide eumdem ibi *numer.* 122. *&* 125. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 168. *per tot. volum.* 3. vbi alia plura de hac materia.

Quòd non teneatur de geſtis poſt pubertatem pupilli, *l. Lucius Titius* 47. § *Paulus ff. de adminiſtr. tut. l. tutorem* 38. *ff. eod.* Merlin. *deciſ.* 338. *nu.* 12.

Quòd ſi ſint plures, inſolidum teneantur, nec beneficium diuiſionis habeant, *l. vltim. ff. rem pupil. ſalu. for. l. ſi plures ff. de adminiſtr. tut.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 7. *num.* 17. Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 168. *numer.* 7. *& c.*
37 *volum* 3.

Promittens ſoluere, debet ſoluere in pecunia numerata, ſi verò ſimpliciter promiſerit ſatisfacere, poteſt dare pignora, vel fideiuſſores, ità vt dicatur ſatisfacere quomodocumque creditori conſulatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 92. *nu.* 45. *& c. cap.* 130. *nu.* 13. *& c.*

Quòd volente creditore promiſſio de ſoluendo ſit idem
38 quòd ſolutio, idem Gratian. *cap.* 553. *nu.* 9. *& c.*

Promittens ſoluere, quod ab alijs ſoluetur, ſi fiant diuerſa pretia, tenetur ad minimum, cùm interpretatio ſit facienda contra eos, qui ſe fundant in huiuſmodi promiſſione, Guid. Pap. *deciſ.* 252. Natt. *conſil.* 229. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 187. *per tot.* vide *in* §. *Venditio num.* 49.

Quid importet promiſſio ſoluendi prout alij ſoluerunt, Tuſch. *litt. O. concl.* 41.

Promittens ſcuta centum, vel aliam ſummam, intelligitur promiſiſſe de ſcutis currentibus, & vſualibus in loco vbi proferuntur verba, quæ ſunt interpretanda ſecundum communem vſum loquendi illius loci, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 565. *num.* 12. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 76. *per tot.* Surd. *deciſ.* 227. *per tot.* vbi quòd debet attendi valor loci contractus etiam in dote, vide *in* §. *Legatum num.* 39

Promittens ſoluere, vel dare pignora intra aliquod tempus, poteſt præcisè compelli ad ſolutionem, nec auditur volens dare pignora, cùm hoc caſu electio ſit creditoris, ad cuius cautelam videtur appoſita huiuſmodi alternatiua, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 164. *numer.* 16. *& c.* latè Merlin. *deciſ. de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *quaſt.* 125. *per tot.* vbi teſtatur de magis communi opinione, licèt dicat contrarium eſſe fortè de iure verius, & ſibi magis placere, ſequitur Altograd. *conſ.* 37. *numer* 31. *&* 32. *lib.* 1. 40

In contrarium facit idem Gratian. *cap.* 544. *in princ. & deciſ.* 117. *nu.* 2. *& ſeqq. in Addit.*

Quando electio ſit debitoris, latè Magon. *deciſ. Luc.* 16. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 40. *nu.* 8. *& ſeqq. num.* 28. *& c.* vide *in* §. *Electio nu.* 1.

Item promittens ſoluere creditori, vel repræſentare debitorem ad carceres, poteſt præcisè compelli ad ſoluendum, cum hæc non ſit alternatiua rerum, in qua electio eſſet debitoris, ſed perſonarum, & remediorum, in qua electio eſt creditoris, qui licèt ſemel vnam, viam elegerit poteſt ad alienam viam redire, donec remaneat ſatisfactus, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 238. *per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 16. *numer.* 3. vide *in* § *Electio num.* 1.

Si tamen dictum fuerit, quod non facta ſolutione tempore conuento, ex nunc prout ex tunc cenſeatur datum pignus, vel quid aliud in ſolutum iuxta æſtimationem fiendam, commiſſa mora non poteſt agi ad pecuniam, cum per dationem in ſolutum ſit extincta obligatio, & illa contentus eſſe debeat creditor, quidquid aliqui tenuerint dationem inſolutum habere locum tantummodò volente creditore, & non aliter, Surd. *deciſ.* 113. *per tot.*

Promittens deponere aliquam pecuniæ quantitatem, ad effectum reinueſtiendi, ſi non adimpleat tempore conuento tenetur ad intereſſe, vide *in* §. *Intereſſe num.* 41

Promittens aliquid facere, ad nihilum tenetur, nec dicitur negligens, niſi præcedat declaratio voluntatis, & requiſitio illius, ad cuius fauorem promiſit, Gratian. *diſcept. for. cap.* 748. *nu.* 2. *& c.* 42

Quòd promittens aliquid facere cenſeatur promiſiſſe quòd contrarium non faciet, Tuſch. *littera P. concluſ.* 909.

Promittens extinguere cenſum, videtur etiam promiſiſſe ſolutionem fructuum, cùm niſi ſolutis fructibus, non poſſit redimi cenſus, & ideò obligatus ad conſequens, teneatur etiam ad neceſſarium antecedens, & è contra, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 924. *num.* 16. *& c. nu.* 46. *& c.* 43

Promittens vni vendere, ſi is, cui vendi fuit promiſſum interpellatus emere recuſet, poteſt alijs ad libitum vendere, *l. qui Romæ* §. *coheredes, vbi DD. ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 37. *nu.* 1. *& c.* 44

Promittens ſub pœna aliquem tractare vt filium, vel vt fratrem, ſiue aliquam vt vxorem, quid præſtare debeat, ne pœna committatur, & quomodo tractare teneatur huiuſmodi ſtipulatorem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 501. *per tot.* 45

Promiſſio pluries facta quando vna, vel plures dicantur, ita vt multiplicetur debitum, vide *in* §. *Confeſſio num.* 27. Tuſch. *litt. O. concluſ.* 31. *per tot.* 46

Promiſſio facta de ſoluendo omnia debita teſtatoris, intelligitur de debitis legitimis, & eodem modo intelligitur etiam obligatio fideiuſſoris, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 47

Digitized by Google

deciſ. 98. *num.* 19. *&c.* vide *in* §. *Teſtator num.* 3. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 297. *per tot.* vbi quòd emptor, qui per verba vniuerſalia promiſit ſoluere omnia debita venditoris, tenetur tantùm pro rata pretij conuenti, & non vltra, ſed ego intelligo actione perſonali, ſecus in actione reali, niſi poſſit ſe anterioritate aliorum tueri, vt dixi *in* §. *Emptor*.

48 Promiſſio facta per verba generalia, curialia, & adulatoria non inducit aliquam obligationem, & ideò dici ſolet, *Corteſia di bocca aſſai vale, e poco coſta*, niſi fortè eſſet iurata, vel fauore libertatis, ſiue alterius piæ cauſæ, Viui. *comm. opin.* 668. vide *in* §. *Verba num.* 5. vbi plures allegaui.

49 Promittens aliquid ſoluere, intelligitur promiſiſſe quatenus de iure ſoluere teneatur, ſicut etiam aſſumens in ſe aliquod onus, intelligitur quatenus onus ſit legitimè impoſitum, maximè ſi dixerit ſoluere, *à chi s'aſpetta*, quia hæc verba exponuntur cui de iure, & ideò ſi de iure non ſit debitum, ad nihilum tenetur, Surd. *conſ.* 53. *num.* 20. Aflict. *deciſ.* 399. *numer.* 14. Gratian. *deciſ.* 114. *num.* 16. cum alijs per Bich. *deciſ.* 87. *num.* 2. *& ſeqq.*

50 Promittens ſoluere in pluribus locis ſpecificatis, ad generaliter vbique locorum, non poteſt conueniri in loco remotiori expreſſis, ad tradita per Caluin. *de aqui. lib.* 3. *cap.* 231. *per tot.*

51 Promiſſio facta abſenti an obliget ante acceptationem, maximè ſtante iuramento, Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 3. *cap.* 5. *per tot.* & dixi *in* §. *Donatio* vbi plura.

52 De varijs, & diuerſis promiſſionibus, & eorum effectibus habentur multa notabilia per Bertachin. *in Repert. verb. Promiſſio*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *eod. verb.* & alia remiſſiue per Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Promiſſio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb.*

53 De promiſſione de rato, vt obliget ad intereſſe ratificatione non ſequuta, & quando ſecus, Anton. Gob. *Conſult.* 106. *per tot.*

54 Promiſſio, ſiue pollicitatio alteri facta ſine petitione, vel interna cum intentione ſe obligandi, an valeat, & ſit ſeruanda in vtroque foro; de facto alieno, an & quando, vel ad quid obliget, vel non; item de promiſſione ſponſalium ſimplici, vel ſub conditione ſi fuerit virgo, vel ob actum venereum, vel ob aliud maleficium, vel ſine cauſa, vel per verba curialia, & huiuſmodi, quid operentur, vel non in vtroque foro, latè Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Promiſſio per tot.*

55 Promiſſio ſoluendi aliquid in euentum incertum, vulgò nuncupata, *Scommeſſa*, an & quando ſubſiſtat, vel non, tam de iure communi, quam municipali, & ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, vide *in* §. *L[illegible] num.* 10. *& num.* 15. *in his addit.* & faciunt etiam notata *in* §. *Aſſecuratio*.

56 Promiſſio ſine cauſa quomodo poſſit ſuſtineri, dixi *in* §. *Obligatio nu.* 3. 4. *&* 41.

§. PRONOMEN. LIV.

1 PRonomia poſſeſſiua meum, tuum, & ſuum, regulariter ſignificant dominium, vel quaſi, *l. ſuo ff. de leg.* 3. Bart. *in l. quintus ff. de aur. & argent. leg.* vbi addit fallentias, Caldas Pereyr. *tract. de empt. & vend. cap.* 10. *nu.* 1. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 378. *num.* 6. 32. *&* 56. Vela *Differt.* 46. *num.* 3.

Quòd regulariter reſtringant diſpoſitionem ad bona tantum præſentia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 98. *nu.* 4. *cap.* 104. *nu.* 18.

2 De pronominibus poſſeſſorijs, quid ſignificent, plura Bertachin. *in Repert. verb. Pronomina, verb. Meus, & verb. Suus per tot.*

3 Quòd pronomina meum, ſuum, &c. reſtringantur ad tempus præſens, & diſpoſitionis, Surd. *conſ.* 357. *num.* 12. *& ſeqq.* relatis à Cyriac. *contr.* 455. *num.* 25. vide Couar. *pract. quæſt. cap.* 2. *num.* 2. *& ſeqq.* Vela *Differt.* 46. *nu.* 22. *in fine*.

§. PROROGATIO. LV.

PRorogatio iuriſdictionis an admittatur in criminalibus, Clar. §. *fin. quæſt.* 42. vide *in* §. *Iuriſdictio nu.* 7. Viui. *comm. opin.* 672. 1

Quòd ſuppoſitis terminis habilibus, prorogatio iuriſdictionis fieri poſſit non tantùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, & quomodo, Farinac. *quæſt.* 7. *nu.* 4. Boſſ. *tit. de for. compet. nu.* 71. *&* 178. *&c.* Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 23. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 257. *& ſeqq. fol.* 94. Marcian. *Diſput. forenſ. cap.* 96. *per tot.* Tulch. *lit. P. concl.* 925. *& ſeqq.* vbi quid ſit, quotuplex, qualiter fiat, quando dicatur facta, & alia, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap* 13. *num.* 355. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 322. 2449. Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 64. *nu.* 63. *& ſeqq.* vbi de prorogatione iuriſdictionis in cauſa criminali, per non appoſitionem proceſſati, & ratihabitionem ſuperioris, Fontanel. *deciſ.* 375. *&* 376.

Plura de materia prorogationis iuriſdictionis tradit Carleual. *de Iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 8. *per tot. fol. mihi* 213. *&c.* vbi per ſex ſectiones declarat, quid, & quotuplex ſit prorogatio, quænam ſint ad prorogationem neceſſaria, à quibus poſſit fieri prorogatio, quorum iudicum iuriſdictiones poſſint prorogari, quæ cauſæ prorogationem admittant, vel non, & qui ſint prorogationis effectus.

Quòd facta ſemel prorogatione iuriſdictionis per conſenſum in iudicem, non poſſit ampliùs reuocari, & incompetentia allegari, & qualiter huiuſmodi prorogatio poſſit fieri etiam à procuratore, quando mandatum eſt valdè generale, *& cum libera &c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 36. *nu.* 29. *& ſeqq. per tot.*

Prorogatio, ſeu dilatio facta debitori, non prodeſt fideiuſſori; poteſt tamen debitor tamquam procurator in rem ſuam, & legitimus defenſor ex propria perſona comparere ad opponendum de dilatione quando alias redderetur inutilis propter retorquutionem executionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 290. *nu.* 38. *&c. cap.* 12. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *num.* 123. vbi diſtinguit, Marſil. *de fideiuſſ. num.* 275. dixi *in Pract.* §. *Prorogare nu.* 4. 2

Prorogatio termini ad ſoluendum facta debitori, liberat fideiuſſorem, quando terminus erat appoſitus ad finiendam obligationem fideiuſſoris; ſecus autem ſi erat tantùm appoſitus ſolutioni, vel ſi fideiuſſor conſentiat, Add. ad Pract. Papp. *contr. plur. reos debenas, gloſ. ſolutionem*, Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 10. §. 33. *per tot.* Viui. *comm. opin* 673. Marſil. *eod. tract. num.* 89. Gratian. *diſceptat forenſ. cap* 68. *num* 36. *&c.* Theſ. *deciſ.* 125. *per tot.* Merlin *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 31 *per tot.* vide *in* §. *Fideiuſſor num.* 46. §. *Nouatio nu.* 14 *in reſolut. cap.* 30. *num.* 9. *&* 10. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 1. *de fideiuſſor. per tot.* Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 88. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 34. *nu.* 1. *& ſeqq.* 3

Quòd vt plurimum terminus cenſeatur appoſitus ad ſollicitandam executionem, non ad obligationem finiendam niſi aliter appareat de voluntate contrahentium expreſſa, vel tacita ex coniecturis, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib* 14. *tit.* 8 *nu.* 103. *&c. fol.* 155. vbi tradit tres regulas magiſtrales ad id cognoſcendum.

Prorogatio termini debet fieri durante adhuc primo termino, nam eo elapſo non prorogatio, ſed noua diceretur conceſſio, & plura de huiuſmodi prorogationibus, quomodo fiant, & quid operentur, Gabriel. *comm. concl. tit. de dilat. concl.* 2. 3. *&* 4. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *nu.* 93. *& ſeqq. fol.* 154. Rot. *part.* 12. *recent deciſ.* 357. *nu.* 1. *& ſeqq* vbi quòd dum fuit obtenta durante primo termino, non dicitur noua gratia, ſed prioris prorogatio, & factum in termino prorogato perindè eſt ac ſi factum fuiſſet in primo, Coſta *de retrotract. cap.* 8. *caſ.* 29. *per tot* vbi plura quando, & quomodo prorogatio retrotrahatur ad principium actus prorogati. 4

Quòd prorogatio poſſit legitimè obtineri etiam in vltimo momento temporis, & obtenta ſuffragetur, etiam non facta mentione quòd eſſet impoſſibile publicari in primo termino, Rot. *part* 13. *recent. deciſ.* 35. *nu.* 5. *&c.*

Quòd pendente dilatione poſſit dari alia dilatio, quæ incipiat finita prima, Bart. *in l. quandiu col. vlt. in fine*, *ff. de*

ff. de acquir. hered. Soccin. *reg.* 127. *limit.* 16. Gabriel. *comm. concluſ. tit. de dilat. concluſ.* 1. *num.* 24. *limit.* 15. Iordan. *loc. cit. num.* 62. Ricc. *deciſ.* 154. vbi benè declarat, & Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 343. *num.* 32. *&c.* vbi quòd nec etiam opus eſt citatione partis, cùm ei non ſit ius quæſitum ante lapſum temporis.

Quòd litteræ dilatoriæ incipiant currere à die impetrationis, & non præſentationis, Pecch. *de iur. ſiſten. cap.* 45. *n.* 2. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 70. *in fine vol.* 2.

5 Prorogatio magis de facili conceditur, quàm quòd actus de nouo fiat, an inducat nouum actum, vel ſit idem cum prorogato, quòd ſimpliciter facta cenſeatur cum omnibus pactis, & alia de prorogatione inſtantiæ, & iuriſdictionis, latè Tuſch. *littera P. concluſ.* 920. *cum pluribus ſeqq.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 343. *numer.* 30. vbi quòd tempus prorogatum cenſetur vnum, & idem cum termino prorogato.

Quòd prorogatio non ſoleat eſſe longior primo termino, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 418. *num.* 2. vbi concordantes allegat.

Qualiter prorogatio præſumatur facta cum omnibus eiſdem qualitatibus, quibus erat factus primus actus, qui fuit prorogatus, ſiue prorogatio ſit facta incontinenti, ſiue ex interuallo, intelligendo de qualitatibus ex voluntate partium dependentibus, non autem quoad præiudicium tertij, quid in pœnalibus, & alia, Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1240. *per tot.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de dilat. concl.* 2. *per tot.*

6 De diuerſis prorogationibus habentur plura notabilia penès Bertachin. *in Repertor. verb. Prorogatio.*

7 De prorogatione iuriſdictionis, latè Carleual. *de iudic. lib.* 1. *quæſt.* 8. Altimar. *de nullit.* Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 5. alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Iuriſdictio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Prorogatio fol.* 438. *&c.*

§. PROTESTATIO. LVI.

1 PRoteſtatio conſeruat ius proteſtantis, niſi eſſet contraria facto, quia tunc non releuaret, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 515. *num.* 7. *&c. cap.* 730. *num.* 11. *&c. cap.* 962. *num.* 31. *&* 47. *cap.* 980. *num.* 3. *&c.* Tuſch. *litt. P. concluſ.* 938. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 262. *numer.* 10. *&c. vol.* 1. Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 76. *num.* 53. vbi quòd quoties factum contrarium liberum non eſt, ſed coactum, proteſtatio præualet facto contrario.

Plura de proteſtationis virtute, & quando iuuet, vel non, Aluarez Pegas *reſol. for. cap.* 14. *per tot.* Rot. Luc. apud Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. *deciſ.* 42. *numer.* 10. *& ſeqq.*

Quòd contraria facto non releuet, quia quando fit actus contrarius proteſtationi, videtur illi renunciatum, Altograd. *conſ.* 1. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 1. *& conſ.* 9. *num.* 42. *lib.* 2. latè Tuſch. *littera P. concl.* 944. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2594865. 2094. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 27. *nu.* 6. *&c. & part.* 11. *deciſ.* 172. *nu.* 2. Coſta *de fallit. ſcient. & ignor. Diſtinct.* 81. vbi conſiderat an ſit nota parti aduerſæ, vel non, & alia ad rem.

Intellige quando proteſtatio contraria facto fit ad hoc vt tollat factum contrarium, ſecus verò ſi fiat ad tollendam mentem, & præſumptionem ab ipſo facto contrario reſultantem, & quando eſt omninò incompatibilis, aliàs ſecus ſi poſſint ſimul ſtare, adeò vt actus dubius non faciat recedere à proteſtatione, nec quando factum dependet à ſola voluntate proteſtantis, quia in ſui præiudicium attenditur proteſtatio etiam contraria facto, Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 194. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 144. *num.* 46. *&* 47. vide Tuſch. *litter. P. d. concluſ.* 944. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 27. *nu.* 6. *&c.*

Quid, & quotuplex ſit proteſtatio, & alia, latè Tuſch. *lit. P. concl.* 936. *& ſeqq.* & remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Proteſtatio.*

An, & quando inducat attentata, vel non, Tuſch. *litter. P. concluſ.* 943.

2 Proteſtatio ſemper in quolibet actu iudiciali eſt adhibenda, aliàs non cenſetur repetita, quidquid ſit in extraiudicialibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 959. *num.* 22. *&c. cap.* 981. *num.* 41. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 44. *num.* 8. Altograd. *conſ.* 97. *num.* 36. *lib.* 2. Rot. *in Auximana cenſus* 10. *Martij* 1636. *num.* 11. coram Ghiſiletio, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 345. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi quòd quando reſpicit actua futuros, & fuit in contractu emiſſa de conſenſu partis non eſt neceſſaria repetitio, nec tollitur per actus liberè factos ex interuallo.

De proteſtatione inutili, quia incongrua, intempeſtiua, & clandeſtina, Coſta *de re integra Diſtinct.* 62. *per tot. & de retrotract. cap.* 9. *caſ.* 1. vbi quòd proteſtatio non retrotrahitur.

Quando ſit neceſſaria proteſtatio, vel non, Tuſchus *litt. P. concluſ.* 939. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3346.

Quando habeatur pro repetita, vel non, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 942. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1242. *per tot.*

3 Proteſtatio abſque præiudicio actorum, & citationis ad ſententiam nihil operatur ſtante admiſſione nouorum iurium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 959. *nu.* 22. *&c.* vide *in §. Concluſio num.*

4 Proteſtatio non eſt facienda clandeſtinè, ſed cum partis citatione, & in ipſo actu, antequam ſit quæſitum ius parti, Gratian. *cap.* 524. *nu.* 33. *&c.*

Tenet tamen ſemper in præiudicium ipſius proteſtantis, etiam non intimata parti, Rot. *part.* 2. *diuerſ. dec.* 231. *nu.* 3.

Item iuuat proteſtatio, etiam clandeſtina ad probandum metum, quando palam facta illum magis augeret, Rot. *par.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 54. dixi *in §. Metus nu.* 17.

An autem, & quando proteſtatio inducat litis pendentiam, & duret donec fiat actus contrarius, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 265. *nu.* 28. *& ſeqq.*

5 Proteſtatio fieri poteſt etiam diebus feriatis, ſecus tamen ſi fieret ad incitandum vt aliquid expediatur in iudicio, niſi caderet ſub die ſequenti non feriato, Bart. *in l. non ſolum §. morte n.* 58. *ff. de oper. non. nunciat.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 58. *n.* 25. *&c.* vide *in §. Citatio nu.* §. *Feria nu.*

Quòd debeat eſſe expreſſa, & clara, ac benè voluntatem proteſtantis aperiens, aliàs non iuuet, Altograd. *conſ.* 1. *n.* 24. *&* 25. *lib.* 1.

Quòd proteſtatio generalis releuet, quando aduerſarius non contradixit, cùm videatur illi acquieſcere, aliàs ſecus, Tuſch. *littera P. concluſ.* 940.

6 Proteſtatio de impedimento non eſt neceſſaria, ſed ſufficit de illo conſtare, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 591. *in fine*, de quo tamen latè Spetel. *deciſ.* 85. *nu.* 21. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd imò ſit neceſſaria, niſi impedimentum ſit omninò notorium in loco, & de tali notorietate appareat, vide *in §. Impedimentum num.*

7 Proteſtatio non iuuat poteſtatem in his, ad quæ de neceſſitate adſtringitur, niſi interueniat conſenſus aduerſarij, nec in his, quæ à iure ſunt certo modo diſpoſita, Ial. *in §. Fuerat nu.* 106. *Inſtit. de act.*

Quando proteſtationi quis acquieſcat, & ſibi præiudicet, vel non, Tuſch. *litter. P. concl.* 941.

8 Proteſtatio de contrahendo iuxta formam *Bullæ Pij V.* de Cenſibus, ſi ſit verbis ampliſſimis concepta cum clauſula, non aliter, nec alio modo, & quòd ſi quid adſit contra dictam Bullam, habeatur pro non appoſito, præſeruat contractum cenſualem non obſtantibus aliquibus pactis illicitis, quæ tunc reijciuntur, & habentur pro non appoſitis, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 61. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 141. *nu.* 18. *&c. cap.* 751. *nu.* 39. *cap.* 777. *nu.* 8. *&c.* Rot. *in Anagnina vſurarum* 4. *Martij* 1607. coram Manzanedo apud Michalot. *de fratr. part.* 3. *cap. vltim. in fine*, Thomat. *deciſ.* 101. *per tot.* Spetel. *deciſ.* 28. *num.* 36. vbi tamen quòd circa formam non ſuffragatur, nempè ſi cenſus eſſet ſuper re non fructifera, vel pecunia numerata non interueniente.

10 Proteſtatio facta iudici, vel creditori de non fideiubendo, non releuat, ſi poſtea proteſtans fideiubeat, cùm dicatur actui contraria, niſi huiuſmodi proteſtationi expreſsè conſenſerit iudex, vel creditor, Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 4. *c.* 12. Marſil. *eod. tit. nu.* 165. vbi quòd releuat ſi ſtatim, & incontinenti ſequatur fideiuſſio, ſecus ſi ex interuallo, cùm tunc videatur receſſum à proteſtatione.

Quòd poſt repetitas proteſtationes liberè ſoluens, & ſibi aliter cauens, dicatur à præcedentibus proteſtationibus receſſiſſe, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 161. *nu.* 20.

Intellige in proteſtatione ſimplici, non autem in proteſtatione metu veſtita declaratoria voluntatis circa actum futurum, quia tunc ob defectum conſenſus ex ſubſequuta ſolutione non inducitur ratificatio, Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 54. *nu.* 6. vide *in §. Metus nu.* 17.

Prote-

Digitized by Google

10 Proteſtatio an, & quomodo excuſet ab hæreſi, vide *in §. Hæreſis nu.* 18. *verſ. proteſtatio &c.*

Quòd proteſtatio non præſumatur, ſed ſit probanda, nec cenſeatur repetita in actu facto ex interuallo, ac ideò tolli per actum contrarium, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1241. *&* 1242. *per tot.*

11 Proteſtatio facta in inuentario de addendo, & minuendo, operatur vt non deſcribenda in eo habeantur pro non deſcriptis, & deſcriptio erronea non præiudicet, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 142. *num.* 2. vide *in §. Inuentarium num.* 1. Et virtute dictæ proteſtationi poſſunt etiam omiſſa, quandocumque addi ipſi inuentario, quod præſeruatur a nullitate, non conſtito, plenè, vel ex perſpicuis indicijs de fraude, & dolo, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 521. *nu.* 12. *& ſeqq. per tot.*

12 De varijs proteſtationibus, & earum effectibus, & quomodo ſint faciendæ, Bertachin. *in Repert. verb. Proteſtatio*, Aluarez Pegax *reſol.* 14. Pancirol. *lib.* 3. *var. cap* 22. Vela *Differt.* 25. *nu.* 58. *&c.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Proteſtatio*, & Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 440. *&c.*

§. PROVISIO. LVII.

1 PRouiſio hominis regulariter facit ceſſare prouiſionem legis, intelligendu de remedio extraordinario à lege inducto, a quo videtur receſſum per prouiſionem hominis aliàs ſecus, *l. fin.* vbi *gloſ. & DD. C. de pact.* Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 157. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 117. *num.* 9. *&c. cap.* 376. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 96. *nu.* 7. *&c. deciſ.* 149. *num.* 31. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 190. *num.* 39. *&c.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 279 *nu.* 7. *& ſeqq.* Caualer. *deciſ.* 65. *num.* 1. Barbuſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 110. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 136. Bertachio. *in Repert. verb. Prouiſio*, Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 10. *part.* 1. *num.* 51. *& ſeqq.* Gabriel Aluarez *de Axiom. iur. lit. P. num.* 235. *& ſeqq.* Vela *Differt.* 11. *numer.* 11. *poſt princip.* alijque citati à Caſteion. *Alphab. iurid.* & Com. Auguſt. Funtan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Prouiſio fol.* 443. qui agunt etiam de alijs prouiſionibus, vbi quòd regula non procedit, quando prouiſio hominis cum prouiſione legis concurrere poteſt, & melius declarat *Axiom.* 195. *per tot.* Franch. *deciſ.* 155. *num.* 9. optimè Sperel. *deciſ.* 117. *num.* 32. *& ſeqq. ad* 44. vide *in §. Hypotheca num.* latè Tuſch. *lit. P. concl.* 951. *&* 952. *per tot.* Rot *par.* 9. *recent. deciſ.* 415. *nu* 22. *& ſeqq. part* 11. *deciſ.* 146. *num.* 20. *& part.* 16. *deciſ.* 132. *num.* 12. vbi quòd prouiſiu legis intelligitur facta in defectum prouiſionis hominis, & vbi loquitur homo ſilet lex, ſed tamen quando ex diuerſu fonte, & noua radice lex procedit, prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis, etiam ſpecialis, & extraordinariæ, ac loquitur in terminis venditionis, *ſi ſine filijs*, a teſtatore expreſsæ, vt non faciat ceſſare tacitam à lege ſubintellectam.

2 Prouiſio ſtatuti inducentis minorem viginti annis non poſſe alienare ſine certa ſolemnitate, non tollit prouiſionem legis poſt viginti annos, ſed vſque ad vigintiquinque annus erunt ſeruandæ ſolemnitates iuris communis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 376. *num.* 17. vide *in §. Statutum num.* Tuſch. *lit. P. concluſ.* 952. facit Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 40. *num.* 14. *& ſeqq.* vide *in §. Argumentum.*

Quod prouiſio particularis faciat ceſſare vniuerſalem diſpoſitionem Rot. *in Bonon. fideicommiſſi de Ghiſellis ſuper renunciatione, & vſufructu* 4. *Iuly* 1687. coram Caccia apud Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. *deciſ.* 16. *nu.* 13, 14. *&* 20.

3 Prouiſio beneficiorum vacantium debet fieri intra ſemeſtre, & alia, Ricc. *Collect.* 372. ac alibi *in repert. verb. Prouiſio.*

§. PROXIMITAS. LVIII.

1 PRoximiorum, vel proximiorum appellatione (idem enim ſunt, cùm neuter admittat medium) veniunt omnes agnati, & cognati eiuſdem gradus, ac etiam fœminæ, niſi eſſemus in materia, quæ conueniat tantùm maſculis, vel niſi teſtator diſcretiuè egerit de maſculis, & fœminis, vel ſe reſtrinxerit ad maſculos, vel habuerit rationem agnationis, & familiæ conſeruandæ, vt quia vocauerit proximiores de agnatione, vel de familia, vel de domo, vel niſi extaret ſtatutum fœminas excludens, Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appell.* 229. *per tot.* vbi hoc vltimum intelligit dummodò ſimus in caſu ipſius ſtatuti, & ſic ſemper eſſe intelligendum huiuſmodi limitationem in pluribus locis traditam exiſtimo, aliàs non poſſe deſumi coniecturam ab ipſo ſtatuto, Seraph. *deciſ.* 1216. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 664. *nu. &c.* Tuſch. *lit. P. concluſ.* 955. Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 232. *per tot.* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Proximiori.*

Quòd in fideicommiſſo proximioribus relicto comprehendantur etiam fœminæ, ceſſantibus tamen dictis limitationibus, latè Ger. Spin. *conſ.* 72. *&* 73. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 364. *per tot.* Bich. *deciſ.* 546. vbi quòd quando non fuit habita ratio agnationis veniunt etiam fœminæ, & ex quibus excluditur ratio agnationis, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 568. *nu.* 4. *& ſeqq.*

An proximiorum appellatione veniant fœminæ, & deſcendentes ab eis, Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 201. Pariſ. *conſ.* 88. *num.* 13. *lib.* 2. Theſ. *deciſ.* 37. *num.* 4. *&c.* vbi *nu.* 7. *deciſ.* Senatum tenuiſſe negatiuam opinionem, latè Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis Caſena impreſſo de anno* 1645. *nu.* *& ſeqq. ad* 144. vide *in §. Appellatiua nu. & §. Fœmina num.*

Quòd in materia beneficiali, quando ſunt vocati proximiores, cùm non agatur de conſeruanda agnatione, non attendatur an ſint deſcendentes ex maſculo, vel ex fœmina, ſed æqualitas gradus, præſentatio facta à maiori parte patronorum, & ſimilia; an gradus ſint computandi prout de iure ciuili, vel prout de iure canonico, & Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *num.* 32. *& ſeqq. fol.* 417.

An autem proximiorum, vel propinquorum nomine veniant ſpurij, & illegitimi, diſtingue, nam aut in diſpoſitione ſunt appoſita verba iuris, & ciuiliter ſignificantia, veluti de familia, agnatione, domu, caſata, genere, proſapia, ſtirpe, vel ſimilia, & tunc non includuntur, niſi aliter conſtet de mente diſponentis. Aut ſunt appoſita verba naturæ, ſiue naturaliter ſignificantia, veluti coniuncti, cognati, parentes, liberi, deſcendentes, vel ſimilia, & comprehenduntur, niſi agatur de materia iuris, & merè ciuili, vel niſi ſubiecta materia, vel mens diſponentis aliter ſuadeant, latè Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *nu.* 109. *& ſeq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *num.* 39. *& ſeqq. fol.* 418. vide *in §. Filij num.*

Quod appellatione proximiorum de aliqua familia, & agnatione comprehendantur etiam legitimati, latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 85. *nu.* 1. *& ſeqq. per tot.* vide *in §. Legitimatio.*

Proximitas grauantis, & non grauati attenditur in ſucceſſionis, & ſubſtitutionibus quando ſunt vocati proximiores, niſi eſſemus inter deſcendentes à teſtatore, quo caſu donec aliquis ſupereſt de linea grauati ſemper eſt præferendus, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 493. *num.* 12. *&c. num.* 18. refert aliàs Rotam Romanam contrarium tenuiſſe, à qua dicit omnes recentiores receſſiſſe, vide Magon. *deciſ. Flor.* 91. *num.* 18. *& ſeqq. per tot. deciſ.* 92. *num.* 36. *&c deciſ.* 144. *num.* 16. *&c.* Ciar. §. *Teſtamentum q.* 76. Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.* 229. *num.* 5. Theſ. *deciſ.* 64. *per tot.* vbi refert plures opiniones, *& deciſ.* 65. *nu.* 4. Rot. *in Bononien bonorum de Muletis* 17. *Iunij* 1602. penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 21. Caualer. *deciſ.* 465. *per tot.* Gratian. *cap.* 285. *num.* 21. *&c.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſ.* 1. *num.* 12. *&c.* Peregrin. *de fideicom. art.* 20. *per tot.* Rot. *part.* 3. *diuerſ. lib.* 2. *deciſ.* 93. vbi quòd debet attendi proximitas teſtatoris quando in caſu alienationis fuit vocatus proximior, cùm eodem odio, quo teſtator odit alienantem, videatur odiſſe illius deſcendentes, prout dicitur de dilectione, adde latè Rot. *in Romana fideicommiſſi de Curonis* 18. *Iunij* 1631. coram Merlino *inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 520. *per tot. & in Bononien. Fideicommiſſi de Naſcentorijs* 23. *Iunij* 1642. coram Carillo *part.* 9. *recent. deciſ.* 108. *num.* 23. *& ſeqq. & deciſ.* 266. *num.* 4. *&c. d. part.* 9. *& part.* 18. *num.* 1. *deciſ.* 18. *nu.* 2. *&c.* Baltel. *de vlt. volunt. deciſ.* 32. *per tot.* 2

Quòd ſit attendenda proximitas teſtatoris, & non gra-

grauati, Altograd. conſ.65. nu.9. & ſeqq. lib.1. conſ.67. nu.1. vbi refert contrarias opiniones, vide Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 196. vol. 1. vbi loquendo de maioratu, & fideicommiſſo poſt relatas opiniones, concludit attendendam eſſe proximitatem teſtatoris, quando proximiores vltimi defuncti non ſunt de linea ipſius teſtatoris, aliàs ſecus vt ſupra, & deciſ.267. d. vol. 1. num. 1. & ſeqq. & deciſ.43. volum. 4. Facbin. contr. iur. lib. 4. cap. 85. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 10. vide Merlin. deciſ. 520. per tot. Rot. part. 10. recent. deciſ.162. num.7. & ſeqq. & part. 12. deciſ. 297. vbi proximitate teſtatoris attendenda in primogenitura, quando conſtet ſic eſſe de mente inſtituentis, adde Ludouic. Bell. conſ.193. per tot. Ioſeph. de Roſſi Conſult. 2. per tot. vbi plura an, & quando proximitas grauantis, vel grauati ſit attendenda.

Contrarium quòd imò ſit attendenda proximitas reſpectu perſonæ vltimo loco defunctæ, idem Altograd. conſ.47. num.66. & 67. lib. 2. & conſ.92. num. 18. & ſeqq. ad 38. lib. 2. vbi adducit nouem coniecturas denotantes eſſe attendendam proximitatem vltimi defuncti, & non teſtatoris, ex quibus etiam dignoſcitur quando ſit attendenda proximitas teſtatoris, Vrceol. Conſult. Forenſ. cap. 12. num. 7. & 8. 34. & ſeqq. vbi quòd ſit attendenda proximitas vltimi grauati, vide latè Merlin. deciſ.520. per tot. Rot. part. 12. recent. deciſ. 194. Martha vot. Piſ.106. Caldas Pereir. conſ. 27. per tot. & plenè videndus Conſil. Torre tract. de ſucceſs. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 1. cap. 12. per tot. fol. 91. &c. cum pluribus ab eo citatis, & part. 2. quæſt.64. per tot. vbi benè diſtinguit, & declarat pluribus modis iuxta diuerſitatem caſuum, & part. 3. deciſ. 28. quæ eſt Bonon. Primogenituræ Lunæ 23. Ianuarij 1673. coram Rondinino cum alijs ſeqq. & alibi plura de proximitate, & proximioribus, vt in Indice generali eiuſdem Torre in verb. Proximior, & Proximitas. Et an attendenda ſit proximitas primi acquirentis, vel vltimi defuncti in ſucceſſione feudorum, latè etiam Manſ. Conſult. 85. 87. 88. 89. & 90. lib. 1. quæ ſunt diuerſorum Aduocatorum vtraque parte ſcribentium. Quando ſit attendenda proximitas fideicommittentis, vel vltimi grauati, benè Iacob. Balduc. in Obſeruat. ad Ramon. conſ. 16. numer. 107. 109. & ſeqq. vbi in terminis primogenituræ, & maioratus, Rot. part. 15. recent. deciſ. 24. vbi etiam quòd iſtud magis procedit attenta declaratione teſtatoris, qui pariter efficere poteſt ne filius patrem repræſentet, & part. 17. deciſ. 69. numer. 37. & ſeqq. & part. 18. tom. 1. deciſ. 38. num. 2. & tom. 2. deciſ. 414. num. 1. & ſeqq. vbi benè declarat quando ſit attendenda proximitas teſtatoris, vel vltimi defuncti.

Quòd in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, & non grauantis ex receptiori ſententia, vide Fuſar. de ſubſtit. quæſt.481. Rot. in Selectis per Farinac. part. 1. tom. 1. deciſ.460. Altograd. conſ.95. num.22. &c. Tuſch. littera S. concl.838. nu.5. &c. Merlin. d. deciſ. 520. per tot. Peregrin. deciſ.132. vbi intelligit in fideicommiſſis deſcenſiuis vt ſupra, ſecus autem ſi ſit facienda digreſſio ab vna ſpecie perſonarum ad aliam, veluti de maſculis ad fœminas, nam tunc proximitas teſtatoris, & non grauati eſt attendenda, vt ibidem in pulchro, & notabili, ac de facili contingibili caſu decidit pluribus citatis, ſequitur Rot. part. 9. recent. deciſ. 266. num. 5. & deciſ. 458. num. 4. &c. par. 13. deciſ. 469. & part. 17. deciſ. 69. num. 37. & ſeqq. Rot. in Eugubina fideicommiſſi 8. Iunij 1674. & 4. Martij 1675. coram Bourlemont poſt Vrceol. de tranſact. deciſ. 64. & 65. per tot. in quibus latè probatur attendendam eſſe proximitatem non teſtatoris, ſed grauati vltimo loco defuncti in fideicommiſſis, ſiue ab aſcendentibus, ſiue à collateralibus ordinatis, & declarantur Doctores, ac deciſiones contrarium tenentes; & rurſus vt ſupra probat eadem Rot. in Bononien. fideicommiſſi 18. Martij 1675. coram Calatain, 27. Aprilis 1676. coram Emerix, & 16. Iunij 1677. coram Rondinino in eadem cauſa, poſt Vrceol. d. tract. deciſ.69. 70. & 71. vbi loquuntur etiam in fideicommiſſo, & legato particulari, & tranſuerſali, niſi tamen conſter aliter eſſe de mente teſtatoris, adde latè Cabal. conſ. 60. lib. 1. & conſ. 114. per tot. lib. 2. vbi poſt relatas contrarias opiniones, vt ſupra, tranſit cum hac vltima, quam tamen dicit eſſe intelligendam, quando ex vltimo grauato decedente remanent filij, vel deſcendentes, ſecus autem ſi ex eo non remaneant filij, vel deſcendentes, quia hoc ſecundo caſu non tractatur de ſuccedendo vltimo grauato, cuius linea defecit, & à teſtatore fuit vocata alia linea, quæ non ipſi grauato, ſed teſtatori grauanti ſuccedere dicitur, cuius ideò proximitas ſit attendenda, vt ibidem benè declarat num. 16. & ſeqq. & mihi ſummoperè placet, vide Baitel. de vltim. volunt. deciſ. 32. per tot. Rot. part. 19. recent. deciſ. 232. num. 35. & 36. vbi quòd regula de attendenda proximitate grauati non procedit quando ſit tranſitus de vno genere perſonarum ad aliud.

Item in emphyteutica ſucceſſione attenditur proximitas vltimi defuncti, ſi eius deſcendentes ſint de comprehenſis, & non proximitas primi acquirentis, Rot. conſ. 100. num. 16. lib. 1. Altograd. conſ. 13. numer. 16. lib. 1. idem Altograd. conſ.13. nu.52. lib. 2. latè Rot. part. 12. deciſ. 135.

Quando agitur de emphyteuſi renouanda proximioribus an attendatur proximitas primi acquirentis, vel vltimi defuncti, & poſſeſſoria, latè Vrceol. Conſult. 94. per tot. volum. 2. vbi inſerit duas deciſiones Rotæ Romanæ in illa cauſa emanatas, & concluſum fuit pro proximioribus vltimi defuncti, nulla etiam facta diſtinctione agnationis, vel cognationis, vide in §. Emphyteuſis num. 23. 24. & 28.

Quòd in materia beneficiali attendatur proximitas fundatoris, non autem vltimi poſſeſſoris, vel Capellani, quando fuerunt vocati proximiores, & alia, Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 26. num. 30. &c. fol. 417.

Proximitas qualiter probetur, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 694. per tot. vide in §. Conſanguinitas num. 2. & §. Frater num. 3

Quando ſit probanda vna cum qualitate legitimitatis, idem Gratian. cap.869. nu.11. &c. cap.969. nu.1. &c. Peregr. de fideicom. art.43. per tot.

Quòd deſcendentia probari debeat non in genere, ſed diſtinctè per gradus, & ſuper quolibet gradu requiratur enunciatiuæ duorum inſtrumentorum antiquorum, ſi ex illis deducatur, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 288. per tot.

Sufficere tamen in beneficialibus probare deſcendentiam ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & alia ad rem, latè Bich. deciſ. 594. per tot. vide in §. Iuriſpatronatus nu.15.

Quòd probata conſanguinitate in certo, & præciſo gradu præſumatur quis proximior dùm non probatur contrarium, Duran. deciſ.448. nu.8. deciſ.443. nu.2. Altograd. conſ. 6. num.2. lib.2. Barbol. de appellat. verb. ſignif. appell 229. nu. 4. Gratian. deciſ. 89. in Addit. numer. 1. Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Ramundinis 15. Februarij 1536. coram Dunozetto num. 6. penès Paul. Zacch. Quæſt. Medic. legal. tom. 2. deciſ. 72. Rot. part. 9. recent. deciſ. 458. in Appendice, & part. 12. deciſ. 318. num. 1. &c. part. 13. deciſ. 306. num. 3. & deciſ. 513. numer. 1. Caualer. deciſ. 575. num. 7. vbi etiam num. 4. quòd probatur ex inſtrumento diuiſionis inter ſucceſſores teſtatoris, Maſcard. de probat. concluſ. 73. & concluſ. 1245. per tot. vbi latè materiam declarat Tuſch. litt. P. concluſ. 956. & litt. S. concl. 815. num. 5. & concluſ. 838. num. 12. &c. vbi tamen quòd ſi probetur proximiorem vixiſſe, adhuc viuere præſumeretur, & littera V. concluſ. 226. vbi an, & quando quis præſumatur viuere vſque ad centum annos, vel non vltra centum annos.

Proximus non admittitur ad ſucceſſionem, donec proximior adeſt, licèt ſatiſdare vellet de reſtituendo proximiori, quatenus poſtea velit adire, vel adeat; ſufficit enim exiſtentia proximioris licèt non adeuntis, niſi expreſsè repudiet, cùm habeat 30. annos ad adeundum, & interim alius non poſſit admitti, nec opponere contra teſtamentum, quia non habet intereſſe, ſine quo non admittitur exceptio, Gratian. diſcept. for. cap.653. n.34. &c. Magon. dec. Flor. 104. n.1. in fine, & n.9. & dec.105. vel 106. nu.7. dixi in reſol. c.22. n.22. Rot. part.17. recent. deciſ.318. nu.1. & ſeqq. vbi quòd ſi exiſtentia, vel ſuperuenientia proximioris arguatur tantùm ex præſumptione viuendi vſque ad centum annos, admittitur proximus petens cum cautione de reſtituendo proximiori quatenus veniret, Fontanel. deciſ.592. per tot. 4

Et quando proximus propter æqualitatem gradus admittitur cum alijs ad ſucceſſionem, non poteſt petere maiorem partem, quam habiturus eſſe cæteris adeuntibus licèt non adeant, idem Gratian. d. cap. 653. num. 37.

Theſ.

Digitized by Google

Theſ. *deciſ.4. num.8. & per tot.* Duran. *deciſ.448.nu.4. &c.* vbi tamen *num.* 10. quod eſt verum ſi opponatur, vel ſi non detur cautio de reſtituendo alijs cohæredibus quandocumque petentibus, vide Cabal. *conſ. deciſ.* 155. *num.* 1. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. Merlin. *deciſ.* 652. *num.* 17. *&* 18. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 330. *num.* 8. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 283. *num.* 20. dixi *in d. cap.* 22. *num.* 22. *& in hoc opere §. Fideicommiſſum num.* 44. *& §. Hæres nu.* 10. *§. Creditor num.* 60. Olea *de Ceſ. iur. tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 27. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd in indiuiduis poteſt vnus tantùm agere, non tamen exigere partem aliorum, ſed vt deponatur, *vide eum.*

5 Proximior tempore mortis grauati admittitur ad fideicommiſſum, quod tamen vbi conſtat de mente teſtatoris volentis comprehendi etiam naſcituros, debet illis exiſtentibus in eodem gradu poſtea natis communicari, & ſic quando conſtat de voluntate diſponentis, non intereſt quòd ſint nati, vel ſaltem concepti tempore euenientis conditionis, vel purificati fideicommiſſi, aliàs ſecus, cùm regulariter debeant eſſe nati, vel ſaltem concepti tempore aduenientis conditionis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 776. *num.* 16. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 91. *nu.* 4. *&c. deciſ.* 92. *num.* 36. *&c.* Surd. *deciſ.* 230. *nu.* 1. *in fine, & nu.* 13. vide *in §. Appellation num. & §. Fideicommiſſum num.* 31. *&* 32. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 95. *num.* 29. *& ſeqq. per tot. & part.* 19. *deciſ.* 232. *numer.* 32. *& ſeqq.* vbi quòd in fideicommiſſis, etiam in remotiſſimum tempus conceptis ſuccedunt illi tantùm qui nati ſunt, & exiſtunt de tempore purificatæ, & delatæ ſucceſſionis, & poſtea nati, etiamſi proximiores eſſent, non habentur in conſideratione, nec auocant bona à iam admiſſis, licèt remotioribus; niſi aliter conſtet de mente teſtatoris vt ſupra.

6 Proximioribus vocatis ad fideicommiſſum, an primi tantùm, vel alij quoque ſequentes ordine ſucceſſiuo cenſeantur vocati, vide *in §. Fideicommiſſum numer.* 10. Ludouiſ. *cum citat in deciſ.* 464. *numer.* 20. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 346. *quæ eſt in Bononien. Primogenituræ*, coram Bichio *inter eius impreſſas deciſ.* 622. *numer.* 16. *& ſeqq.*

7 Proximiore vocato, ſi adſint duo, quorum vnus reperiatur in tertio gradu cum quarto, alter in ſecundo cum quarto, & ſic ſint diſparis lineæ, & vnus tantùm ſit admittendus, cui debeatur prælatio, & quomodo gradus illo caſu computentur à remotiore, Altograd. *conſ.* 95. *nu.* 1. *& ſeqq.*

8 Proximiores præſumuntur magis dilecti, quàm extranei, & remotiores, & in dubio præferuntur minus dilectis, & extraneis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 648. *num.* 17. *&c.* vbi ampliat ad magis dilectos nondum natos.

Quòd imò maior cadat affectio in poſteros remotiores tamquam per eos vlterius progredi noſtram propagationem, & diuturnitatem videamus, Soccin. iun. *conſ.* 169. *nu.* 13. *&* 126. *nu.* 54. *lib.* 1. Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis Ceſenæ impreſſo de anno* 1645. *nu.* 96. dixi *in reſol. cap.* 40. *nu.* 11. Alex. *conſ.* 53. *nu.* 21. *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 73. *nu.* 6. *verſ. ſequitur*, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 366. *nu.* 10. *&c.* vbi quòd ideò ſi teſtator excluſit filios, vel eos odio habuit, non cenſetur excluſiſſe, nec odiſſe nepotes, qui poſſunt ex propria venire perſona.

Sed contra vide Magon. *dec. Flor.* 13. *n.* 18. *&c.*

9 Proximus qualiter ſit diligendus, an poſſit ei malum deſiderari, quibus modis lædatur, an ſit defendendus ab iniuria, vel à peccato cum correctione fraterna, & alia de charitate erga proximum remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iuridic. verb. Proximus*, & dixi *in §. Inimicitia num.* 8.

10 De proximitate, proximo, & proximioribus aliqua notant Bertachin. *in Repert. verb. Proximus*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. 3 *& ſect.* 2. *verb. Proximior*, Caſtil. *contr. tom.* 5. *cap.* 67. 84. *&c.* cæterique relati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Proximitas fol.* 445.

11 Proximiorum appellatione, an veniant tam maſculi, quàm fœminæ, & an fideicommiſſum proximioribus relictum cenſeatur repetitum quoad proximiores ſucceſſiuos, & alia ad rem, Manſ. *Conſult.* 412. *lib.* 5. de quo vltimo dubio vide per me notata cum pluribus citatis *in §. Fideicommiſſum nu.* 10. & facit idem Manſ. *Conſult.* 453. *cum pluribus ſeqq. lib.* 5.

§. PVBERTAS. LIX.

PVbertas à pube dicitur, & pubes eſt lanugo, quæ maribus vt plurimum decimoquarto anno, aut decimoquinto, (non enim pubeſcendi terminus eſt vnus in omnibus) fœminis autem duodecimo anno, aut tardius, circa pudenda oriri ſolet; & pubertas dicitur illud vitæ ſpacium, in quo primùm pube in pudendis, alijſue corporis partibus erumpente, primum ad generandum aptus fit homo; ac pubes dicitur etiam pars illa, in qua pili emergunt in infima ventris regione poſita, & ſub qua veſica ſuam poſituram habet, prout tradunt Anatomici, & quod pertinet ad Legiſtas Cagnol. *in l. impuberibus ff. de reg. iur.* Calepin. *in diction. verb. Pubes*, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *nu.* 1. *&c.* 1

Pubertas eſt triplex nempè plenam in decimoquarto in maſculis, & duodecimo anno in fœminis; plenior in 17. quoad maſculos, & 15. quoad fœminas; & pleniſſima quoad omnes in decimooctauo, *gloſ. in l. arrogato ff. de adopt. & emancip.* Nicaſ. *in §. Minorem n.* 4. *Inſtit. de adopt.* quamuis alij vſque ad 25. annum protrahi voluerint, Abb. *in cap. tuæ nu.* 2. *de deſponſ. impub.* Hoſtienſ. *in ſum. lib.* 4. *num.* 3 *eod. tit. & de frig. & malef. nu.* 13. Paul. Zacch. *d. quæſt.* 6. *nu.* 66. *&c.* vbi videtur concludere, quòd quemadmodum non eſt in omnibus vnus, idemque pubeſcendi terminus, ſic neque pubertatem finiendi, ac vt plurimum extendi ad 25. annum, habito reſpectu ad perfectam animi, corporiſuè conſtitutionem, vel ad vigeſimum, ſi ad perfectam generandi virtutem inſpiciamus, cùm tunc aptiſſimus homo ad generandum reputetur. 2

Quando incipiat pubertas tam in maſculis, quàm in fœminis, quare priùs in fœminis, an id verum ſit ex experientia; quòd infallibile pubertatis ſignum ſit concipere, & generare poſſe, quòd contingit quando maſculus ſemen emittit, & fœmina primum menſtrua experitur, vel inſignis, ac ſubita, vel quaſi ſubitanea corporis mutatio, cùm adueniente pubertate, magnæ fiant in corporibus mutationes, tùm circa membra, tùm circa mores, ſanitatem, vel morbum; quòd ad probandam pubertatem hodiè honeſtatis cauſa non fiat, (prout olim erat in vſu) corporum inſpectio, & alia non ſpernenda, tradit Paul. Zacch. *d. tract. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 6. *nu.* 25. *& ſeqq. per tot.* Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Pubertas.*

Quòd in matrimonijs contrahendis pubertas attendatur ex potentia generandi, & non ſimpliciter coeundi, quæ præcedere ſolet pubertatem, Abb. *in cap. à nobis de deſponſ. impub. nu.* 3. *& in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. nu.* 18. idem Paul. Zacch. *d. lib. tit.* 1. *quæſt.* 4. *in fine, & per tot.* vbi plura.

Pubes poteſt teſtificari de his, quæ vidit in pupillari ætate, dùm tamen fuerit proximus pubertati, ideſt exceſſerit decimum annum cum dimidio, & ſint talia, quæ ipſe potuerit intelligere, *gloſ. & DD. in l. ad teſtium §. conditionem ff. de teſt.* Clar. *§. fin. quæſt.* 24. *verſ. vtrùm quandoque*, Viuius *comm. opin.* 964. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 153. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1246. *per tot.* vide *in §. Pupillus nu.* 19. *& §. Teſtis n.* 78. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 75. *nu.* 9. *&c. part.* 13. *deciſ.* 293. *nu.* 7. *& ſeqq.* Puſſent. *ſing.* 313. *&* 314. *per tot.*

Pubertas quomodo æſtimetur, & alimenta relicta vſque ad pubertatem, quouſque debeantur, Gomez *lib.* 1. *var. cap.* 5. *num.* 28. Cuiac. *de ſponſal. impub. cap* 3. & Larrea *deciſ.* 3. *num.* 3. alijſque relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Pubertas*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 446. 3

Quis autem dicatur proximus pubertati, variæ ſunt opiniones, magis tamen communis inter Iuriſperitos eſt, dici in maribus ab anno decimo cum dimidio completo vſque ad annum decimumquartum, & in fœminis ab anno nono cum dimidio completo vſque ad duodecimum annum, vel ſecundum alios arbitrio iudicis remitti, ad tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 57. *num.* 20. *& ſeqq. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 141. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 2. Farinac. *quæſt.* 91. *numer.* 4. *& ſeqq.* Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 104. *num.* 37. *& ſeqq.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 12. *& ſeqq. per tot.* vbi in fine aſſerit benè cautum fore iudici in hac parte ſi medicum vna adhibeat ad iudicandum, vide quæ dixi *in*

§. *Ætas num.* §. *Minor 5. verſ. in criminalibus*, Dian. *part. 11. tract. 7. reſol. 39.* vbi poſt relatas dictas opiniones videtur adhærere, quòd proximus pubertati dicatur ille, qui per ſex menſes diſtat a plena pubertate; quod de æquitate maximè in criminalibus probat etiam Caluin. *tract. de æquit. lib. 3. cap. 251.*

4 Pubes id eſt maior quatuordecim annis poteſt condere teſtamentum, non tamen poteſt tutorem ſuum, vel curatorem inſtituere, vt dixi *in §. Inſtitutio num. 17.* vbi contrarium verius quoad tutorem, vel curatorem, *& §. Teſtamentum num. 15.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 19. art. 24. per tot.*

Quòd poſſit condere teſtamentum, *l. qua ætate ff. de teſtam. & qui teſtam. fac. poſſ.* Paul. Zacch. *vbi ſupra quæſt. 6. num 14.*

Intellige de maſculo, nam fœmina dicitur pubes anno duodecimo, & in tali ætate poteſt teſtari, *d. l. qua ætate*, & Rot. *part. 13. recent. decis. 441. nu. 19. & ſeqq.*

An autem puberi prohibito teſtari ex forma ſtatuti vſque ad vigeſimum quintum annum, poſſit ſaltem pupillariter ſubſtitui, vel vti prodigo, ſeu furioſo, cùm huiuſmodi ſubſtitutio pupillaris dicatur teſtamentum ipſius pupilli, Bart. *in l. ex facto ff. de vulg. & pupill.* vide *in §. Subſtitutio num. 12.*

Et an impubes doli capax poſſit teſtari ad pias cauſas, Dian. *part. 7. tract. 6. reſolut. 7.* vbi negatiuè concludit quamuis etiam pro affirmatiua adducat Bonac. *diſput. 3. q. vlt. punct. 5. nu. 2.*

5 Puberes (intelligendo de prima pubertate) quamuis habeant integrum ferè rationis vſum, non tamen illum habent perfectum, ſed adhuc rudem, & imperfectum, ac ideò non poſſunt omnia ſuo arbitrio gerere, ſed opus habent curatore, quia aliàs omnia ſine prudentia agunt, nimis à paſſionibus vincuntur, & in voluptuoſa potius quàm vtilia impetu quodam propè irrationali feruntur, ita vt ab illis vix ratione aliqua retrahi poſſint, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib. 1. tit. 1. q. 6. num. 85. & ſeqq.* vide *in §. Pupillus nu.* *& §. Minor num.*

6 Puberes, imò etiam proximi pubertati ſunt doli capaces, & in illis cadit omne delictum, præter adulterium quoad vltimos, *l. pupillum ff. de reg. iur.* Zabarel. *de homicid. in cap. Furioſus num. 7.* Iaſ. *in l. 1. ff. de acquir. hæredit. §. Adipiſcimur nu. 18.* Paul. Zacch. *vbi ſupra quæſt. 4. num. 19. &c.*

Quando autem dicantur proximi pubertati, Viui. *comm. opin. 674.* vbi poſt relatas opiniones concludit arbitrio iudicis remitti, Cabal. *conſ. decis. 141.* vbi qualiter obligentur iuramento.

Quomodo autem ratione minoris ætatis pœna ſit temperanda, vide *in §. Ætas nu.* *& §. Minor nu.*

7 Pueri an ſtatim poſt vſum rationis obligentur præceptis Eccleſiæ, vel cenſuris, & pœnis, an ſint capaces extremæ vnctionis, ſi non ſint capaces Euchariſtiæ, ſed tantùm pœnitentiæ, & alia, Dian. *part. 3. tract. 6. reſol. 87. & ſeqq. part. 10. tract. 12. reſol. 37.*

Item an tempore, quo ſunt capaces Sacramenti pœnitentiæ, ſint etiam capaces Euchariſtiæ, idem Dian. *dict. part. 3. in Addit. reſolut. 19.* vbi refert contrarias opiniones.

Quòd poſt ſeptennium præſumantur habere vſum rationis, & quid in dubio, Dian. *part. 4. tractat. 3. reſol. 52. & 53.*

An ante annos pubertatis incidant in excommunicationem perpetrando aliquid, pro quo ſit impoſita huiuſmodi pœna, idem Dian. *part. 5. tract. 9. reſol. 46.* vbi refert diuerſas opiniones, & videtur negatiuam ſequi ſaltem ante decimum annum, *& part. 10. tract. 12. reſol. 36. verſ. puta tamen*, vbi vſque ad decimumquartum, vel ad minus duodecimum annum.

An ſummus Pontifex poſſit præbere facultatem vt Euchariſtia miniſtretur infantibus, ante vſum rationis, quid de confirmatione, & huiuſmodi, Dian. *part. 8. tract. 1. reſol. 45. & 46.*

Quòd impuberes doli capaces poſſint admitti ad iuramentum, & obligentur iuramento, ſecus autem ſi non ſint doli capaces, latè Cabal. *conſ. decis. 141. per tot. lib. 2.* vide *in §. Pupillus nu. 13. & §. Minor nu. 6. &c.*

§. PVBLICATIO. LX.

PVblicatio teſtium non eſt de ſubſtantia iudicij, debet 1
tamen fieri ſi petatur, aliàs poteſt appellari à denegata publicatione, licèt iudicium non reddatur nullum, Maranþ. *part. 6. act. 11.* Pract. Papp. *for. publicat. teſt. per tot.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 33.* vbi limitat niſi teſtes eſſent coram alio examinati, quia tunc cùm nec ipſi iudici ſit notus proceſſus erit neceſſaria publicatio, Farinac. *quæſt. 75. nu. 5. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1248. fol. 371.* vbi etiam an teſtes non publicati probent, & firmant regulam negatiuam, quam multis modis ampliant, & limitant Sanfelic. *in Praxi ſect. 57.* Thom. Triuiſ. *decis. 53. & 54 per tot. lib. 1.* vbi quòd denegatio publicationis teſtium, vel repulſæ non reddunt ſententiam nullam, quia non ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij, ſed tantùm de ordine iuſtitiæ, qui omiſſus non inducit nullitatem, ſed facit locum appellationi.

Quod licèt publicatio proceſſus in ciuilibus non ſit de ſubſtantia, tamen in criminalibus quoad informatiuum factum ad offenſam ſit omninò neceſſaria, & omiſſa vitiet proceſſum, Clar. *§. fin. quæſt. 48. in princip. & 35. cap. 2. nu. 4.* vide Farinac. & Iordan. *vbi ſupra*, Tuſchus *litter. P. concluſ. 800. per tot. & concl. 965. & 966. per tot.* D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 5. nu. 1. & ſeqq.* vbi *num. 5.* dicit contrarium eſſe verius, quòd ſcilicet omiſſio publicationis nec proceſſum, nec ſententiam reddat nullam, cùm non ſit de ſubſtantia, ſed tantùm de iuſtitia: Sed aduertendum, quòd Guaz. & alij ab eo citati contrarium tenent in criminalibus, & quatenus pro eo faciant loquuntur de ſtylo, vel in ciuilibus iuxta prædicta, vel pro eius opinione ſaluanda dic, quòd loquitur de publicatione proceſſus defenſiui, quæ nullatenus eſt neceſſaria, cùm depoſitiones ſint ſemper notæ iudici, & fiſco, & non de publicatione proceſſus offenſiui, quæ eſt omninò neceſſaria pro defenſione inquiſiti, vt tenent alij citati, vide Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 2. quæſt. 75.* vbi adducit varias diſtinctiones, per quas non ſemper videtur neceſſaria publicatio proceſſus, etiam offenſiui.

Publicatio proceſſus non eſt facienda, nec decernenda copia, niſi prius repetitis, vel confrontatis teſtibus ipſo reo citato, vel habitis pro repetitis, cùm aliàs teſtes examinati ex officio non probent, niſi repetantur citata parte ad videndum illos iurare, vel habeantur pro repetitis; non eſſet tamen neceſſaria huiuſmodi repetitio, vbi reus confitetur crimen, Clar. *§. fin. quæſt. 45. verſ. cæterum ſi, & quæſt. 49. verſ. item*, Fului. Maioran. *in Opopr. lib. 2. c. 3. nu. 49. & ſeqq. & cap. 5. nu. 1. &c.* vide *in §. Repetitio nu. 1. & in Pract. in Præfat. nu. 6. & ſeqq.* 2

Publicatio proceſſus informatiui contra plures imputatos de eodem delicto, quorum alij reperiantur carcerati, & alij contumaces, eſt differenda donec ſeruato ordine contra contumaces deueniatur ad condemnationem, & poſtea fit quoad præſentes, ne abſentes inſtruantur de indicijs abſque eo, quod compareant, Clar. *§. fin. quæſt. 49. verſ. ſed pone*, Cabal. *reſolut. crim. caſ. 75. numer. 11.* Guaz. *deff. 22. cap. 1. num. 8.* Tuſchus *lit. P. concluſ. 800. nu. 11. &c.* 3

Et ita de ſtylo ſeruato in Statibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, vt dixi *in Pract. § Contumaci n. 20.*

Quamuis de iure videatur contrarium ſentire Boſſ. *tit. de delict. nu. 46. & tit de ſent. nu. 85.*

Publicatio proceſſus, vel teſtium ſimplex an impediat aliorum teſtium, vel inſtrumentorum, vel poſitionum productionem, & alia, Peregrin. *decis. 126. per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 57.* D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 5. numer. 6. & ſeqq. per tot. fol. 162.* & dixi *in §. Teſtes numer. 5.* vbi plura, & plures allegaui. 4

De publicatione bonorum dixi *in §. Confiſcatio.* 5

De publicatione legum neceſſaria, vt obligent, dixi *in §. Lex nu.* De iſtis, & alijs publicationibus plura tradunt Bertachin. *in Repert. verb. Publicatio*, Thoro *Compend. dec. Neap. part. 3 ſect. 2. eod. verb.* Com. Aug. Fontan. *Bibliot. leg. part 5. verb. Publicatio fol. 448.* vbi indicat plures Auctores de illis tractantes. 6

§. PV-

Digitized by Google

§. PVNITIO. LXI.

1 PVnitus in foro ſæculari pro delicto mixti fori, non poteſt iterum puniri in foro Eccleſiaſtico, quando pœnæ ſunt eædem, & omnes tendunt ad publicam vindictam, & quid ſi prius fuerit punitus in foro Eccleſiaſtico, vide Marant. *cum Addit.* Foller. *part.4. diſtinct.1.num.27.* Clar. §. *fin. quaſt.57. verſ. penult.* Afflict. *deciſ.*219. Guaz. *deff.35. cap.11. per tot.*

Quòd punitus ſemel pœna condigna pro aliquo delicto, non poſſit amplius puniri, ne de eodem delicto ſæpiùs queratur, quando iudices ſunt omnes ſub eodem Dominio, ſecus ſi eſſent ſub diuerſis Præſidibus, vide Clar. *d. quaſt.57. verſ. dictum eſt*, Guaz. *d. cap.* 11. Cabal. *reſolut. crim. caſ.162. num.18. &c.* vide in §. *Condemnatio num...* §. *Pœna num...*

De punitione quando ſit neceſſaria, & de eius effectibus, vel quando poſſit omitti, aliqua tradunt Bertachin. *in Repertor. verb. Puniri*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.5. eod. verb.*

§. PVPILLVS. LXII.

1 PVpillus quis dicitur vſque ad quatuordecim annos, & abindè ſupra vſque ad 25. dicitur minor, Gloſs. *in cap. ex ea de elect. & elect. pot.* cum alijs per Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. legal. lib.1. tit. 1. quaſt.4. num. 12. &c.* intellige in maſculo, nam in fœmina vſque ſolum ad duodecimum annum completum dicitur eſſe in pupillari ætate, text. *in* §. 1. *Inſtit. quib. mod. tut. finit.* vide in §. *Pubertas num.* 1. Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Pupillus*, vbi plura de pupillis remiſſiuè.

2 Pupillus maior ſeptennio, licèt minor vndecim annis, & ſic proximus infantiæ, & non pubertati, poteſt ſibi alios obligare, & ſic ſibi acquirere etiam ſine tutore; ſi ipſum autem ad aliorum fauorem minimè obligare poteſt ſine auctoritate tutoris, *l. pupillus* 189. *ff. de reg. iur.* Maur. *de fideiuſſ. part.2. ſect.8. cap.13. num. 7. &c.* vbi *num.* 4. quòd ſi ſit infans, nec obligari, nec alios obligare poteſt, §. *Pupillus Inſtit. de inutil. ſtipul.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.122. num.15. &c.*

Meliorem enim ſuam conditionem facere poteſt ſine tutore, non autem deteriorem, latè Montan. *de tut. cap.* 30. *num.69. &c.* vbi infert ad plura.

An poſſit acquirere poſſeſſionem ſine, vel cum tutoris auctoritate, & alia, Viui. *comm. opin.677.*

Quando verò pupillus dicatur proximus infantiæ, vel pubertati, latè Menoch. *de arbitr. caſ.57. n.10. & ſeqq. per tot.* vbi poſt relatas plures opiniones videtur firmare eſſe in iudicis arbitrio, iuxta perſonarum, actuum, & regionum qualitates, vide in §. *Infantia num...* §. *Minor nu* 5. *verſ. in Criminalibus*, & §. *Pubertas num.3. verſ. Quis autem*, Caluin. *de aquit. lib.3. cap.251. per tot.*

An autem pupillus, vel minor contrahendo ſine ſolemnitatibus obligetur ſaltem naturaliter, & in foro conſcientiæ, Dian. *part.3. tract.5. reſol.44.*

3 Pupillus contrahendo ſine tutore, nec quidem naturaliter obligatur, niſi fiat locupletior, maximè ſi ſit infans, vel proximus infantiæ, & ſi aliquid ad eum peruenit, licèt non teneatur actione ex contractu, tenetur conditione ſine cauſa, vel ad exhibendum; ex qua naturali obligatione datur in pupillum vtilis actio, licèt aliàs non detur, ſi verò ſit maior quatuordecim annis, & minor 25. nec habeat curatorem, naturaliter, & ciuiliter obligatur, ſed ſi illum habeat, naturaliter tantùm adſtringitur, ad tradita per Montan. *de tut. cap.30. num.99. & ſeqq.* vide in §. *Minor num.23. &c.* Ludouiſ. *deciſ.*164.

Quòd vbi pupillus excedit infantilem ætatem, debeat ipſe interuenire contractui cum auctoritate tutoris, non autem ſolus tutor pro eo contrahere, *l. potuit C. de iur. delib.* Caſtr. *in l. neque tutores num.5. C. de procurat.* cum alijs per Rot. *part. 10. recent. deciſ.128. num. 13. & deciſ. 179. num.11. &c. deciſ.187. num.15. & ſeqq.* vbi refert contrarias opiniones, & oſtendit eſſe adeò controuerſam quæſtionem, vt huiuſmodi nullitas non ſit admittenda in poſſeſſorio, ſed reſeruanda ad merita, vide Rot. *part. 11. recent. deciſ.39. num.6. & ſeqq.* vbi tamen quòd etiam minor abſens obligatur ex contractu curatoris ex cauſa neceſſaria geſto, *& part.13. deciſ.368. vel 370. in Rauennat. releuationis num.10. &c.* vbi quòd ſemper eſt neceſſaria præſentia, & conſenſus adulti poſt 14. annos, quidquid controuerſum ſit in pupillo vſque ad dictam ætatem, *& deciſ. 446. num.12. d. part.13.* vbi quòd vigore Statuti Bononiæ requiritur præſentia pupilli, Rot. *part. 16. recent. deciſ.105. num. 3. & ſeqq.* vbi quòd poſt infantiam debet interuenire contractui cum tutore, & idem probat Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quaſt.14. num. 15. & 16.*

Quòd maior infante debeat interuenire contractui, & inſtrumento, abſolutè firmat Rot. *par. 14. recent. deciſ. 56. num. 16.* ſed vide *deciſ. 122. num. 14. &c. d. part.* vbi quòd altera opinio maiori innititur rationi, vel ſaltem hæc exceptio debet in petitorio iudicio diſcuti, *& part. 18. deciſ. 253. num. 10. & ſeqq.* vbi quidquid ſit controuerſa opinio, tamen ſi neceſſarius, atque vtilis fuerit contractus pupillo ſuſtinetur abſque eius interuentu, & alia plura pro ſuſtinenda alienatione à matre tutrice facta, etiam non adimpletis ſolemnitatibus tutelæ, pro diſſoluendo ære alieno pupilli ſub vſuris, &c.

Quòd pupillus, qui ſine tutore aliquid vendidit, non teneatur emptori fidem ſeruare, ſi tamen velit rem ſuam recuperare, non debet pretium lucrari, quatenus eſt factus locupletior, idem Montan. *d. cap.30. n.97.* Quòd obligetur pupillus etiam ſine ſolemnitatibus, vbi conſtat de verſione in eius vtilitatem, cùm non debeat locupletari cum aliena iactura, Ludouiſ. *deciſ.31. num.9. & per tot.*

Et ſi emerit non poteſt rem conſequi, niſi ſoluto pretio, nam illo agente, alteri interim conceditur retentio, Montan. *vbi ſupra num.167.* vide in §. *Contractus num...* & §. *Minor num...*

Pupillus qualiter poſſit cum auctoritate tutoris adire 3
hæreditatem ſibi delatam, vel eam tranſmittere ad hæredes, & quòd ſi fuerit læſus ex aditione, reſtituatur in integrum, Marant. *in l. ſi poteſt n.146. &c. ff. de acquir. hæredit.* Montan. *de tut. cap.30. num.107. & ſeqq. ad* 134. vide in §. *Hæreditas num...* §. *Tranſmiſſio*, & §. *Tutela num...*

Quòd poſſit cum auctoritate tutoris pro alijs fideiubere, videtur tenere, licèt obſcurè, & implicitè, Maur. *de fideiuſ. part.2. ſect.8. cap.13. num.12. &c.*

An poſſit donare, vide in §. *Minor num...*

Pupillus non præſumitur tacitè ſocietatem cum fratri- 5
bus contrahere, imò nec eam expreſsè inire poteſt, ita vt nec cum illo contrahentes obligentur, quia licet fauore pupilli poſſit aliàs contractus claudicare, tamen non ſic eſt in ſocietate ſecundùm magis communem opinionem, quid autem agendum circa quæſita inter huiuſmodi fratres, Felic. *de ſociet. cap. 3. num. 10. & per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap. 547. num. 3. &c.* Michalor. *de Fratrib. part.2. cap. 15. per tot.* Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 134. *& ſeqq. ad* 143. Viui. *commun. opin.* 677. vbi etiam qualiter non poſſit teſtari, niſi de licentia Principis, & alia plura pupillis prohibita, vide in §. *Princeps num.* 11.

Pupillus non poteſt cum ſuo tutore ſocietatem inire, ſi 6
tamē haberet plures tutores in ſolidum, poſſet cum auctoritate vnius cum altero contrahere, vel cum extraneo tacitè ſciendo, & patiendo fieri actus ſociales, vel expreſsè dummodò ſit ſuper bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſint, puta mobilibus, & pecunia, niſi eſſet deſtinata ad emptionem ſtabilium, cùm tunc fauore pupilli habeatur pro re immobili, & non poſſit de illa ſocietas inire ſine decreto, latè Felic. *de ſociet. cap.4. per tot.* Michalor. *de fratrib. part. 2. cap. 15. per tot.* vbi in aliquibus recedit ab opinione Felic. adde Corn. *conſ.1. per tot. lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 360. per tot.* Montan. *de tut. cap. 30. num. 44. & n. 136. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 1. per tot.* vide in §. *Societas. num...* &. §. *Tutela num...*

Pupillus non poteſt contrahere cum tutore ipſo auctore, etiam in præſentia amicorum, & iudicis, niſi ex magna cauſa, vel niſi altero tutore auctorizante, vel niſi veniret in executionem contractus cum patre celebrati, vel niſi poſtea factus maior approbauerit, vel niſi agatur de illius commodo, ſiue de exequenda voluntate teſtatoris, vel vbi agitur vt ipſe ſibi obliget tutorem, vel vbi contrahit palam, & bona fide, dummodo tamen interueniat auctoritas contutoris, & aliæ ſolemnitates, vel niſi ſimus in tutore nobili, qui palam, per interpoſitam perſonam, ſe ipſo auctorante contrahat, quia in illo ceſſat præſumptio fraudis, latè Montan. *de tut. cap.30. num.57. & ſeqq. ad 96.* vide in §. *Tutela num...* & §. *Nobilitas num...*

8 Pupillus quicquid auctore tutore gerit, valide agit, & obligatur, licet alter contrahens non audiat, vel ſit abſens, dummodò ſit iuſtus tutor, & valide datus, ac interueniat in ipſo actu, non ex interuallo, & expreſſis verbis auctoritatem præſtet, intelligendo in actibus expreſſis, nam in tacitis tacita ſufficit, ſicut in iudicijs ſufficit præſentia ſine contradictione, & ſufficit ſi incontinenti præſtetur, vel etiam ex poſt facto vbi agitur de commodo pupilli, vel vbi vtraque pars poſt actum petit confirmationem, latè Montan. *de tut. cap.*30. *num.*1. *& ſeqq. ad* 57.

9 Pupillus non tenetur dotare matrem, *arg. l. cum plures §. cum tutor ff. de admin. tut.* vbi enumerantur plures perſonæ, quas pupillus tenetur dotare, & non fit mentio de matre, ergo, facit Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *nu.* 160. *&* 162.

10 Pupillus mutuans pecuniam pro re emenda qualiter ſit priuilegiatus, vide in §. *Emptio num*... §. *Hypotheca nu*... *&* §. *Mutuum num*...

11 Pupillus regulariter tenetur ſtare locationi per tutorem factæ, niſi per dolum, aut fraudem locaſſet viliori pretio, ſiue in longiùs tempus, quam debuiſſet, Surd. *deciſ.* 299. *per tot.*

Obligatur etiam pupillus, & conueniri poteſt ex contractu tutoris, idem Surd. *deciſ.* 297. Montan. *de tut. cap.* 31. *effect.*5. *per tot. & effect.*6. *per tot.* vide in §. *Executio num*... §. *Sententia num*... *&* §. *Tutela num*...

Sicut è contra pupillus ex contractu tutoris habet vtilem actionem etiam ſine ceſſione, maximè ſi illius nomine fuerit interpoſita ſtipulatio, & idem eſt in minore habente curatorem, Montan. *de tut. cap.*31. *effect.* 4. *per tot.*

12 Pupillus liberans vnum ex tutoribus, repellitur ab alijs exceptione cedendarum, niſi eſſemus in tutore doloſo, etiam in omittendo, cui non competit beneficium cedendarum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*409. *nu.*14. *&* 15. vide in §. *Creditor num*... §. *Liberatio num*... *&* §. *Tutela num.*55.

Quòd pupillus agens cum vno ex tutoribus, vel tranſigens, ſibi non præiudicet quoad alios, niſi in totum fuerit ſatisfactus, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 71. *&c.* latiùs ibidem *num.*124. *& ſeqq.*

13 Pupillus non obligatur per iuramentum, licet obligetur minor, Montan. *de tut. cap.* 37. *reg.* 2. *num.* 79. vide in §. *Iuramentum num.*54. *&* §. *Minor nu.*6. *&c.* Viui. *comm. opin.*676. vbi qualiter obligetur per iuramentum ſi ſit doli capax, *& opin.*677. *n.*9. Cabal. *conſ. deciſ.*141. *per tot. lib.*2.

An diſpoſitio *Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* locum habeat in contractibus iuratis pupillorum doli capacium, & ſic an pupilli capaces doli obligentur iuramento, vide Fachin. *contr. iur. lib.* 3. *cap.*12. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*125. *num.* 3. *& ſeqq. vol.* 2. vbi referunt contrarias opiniones, & negatiuam videtur amplecti, affirmatiuam verò Viui. *d. comm. opin.* 676. *&* 677. *num.* 9. & Cabal. *d. conſ.*141. *per tot.*

14 Pupillus non poteſt arrogari ab aliquo, niſi arrogator ſatiſdet de reſtituendo omnia bona impuberis, illis, ad quos ab inteſtato peruentura eſſent, ſi decedat intra pupillarem ætatem, *l. non aliter cum ſeqq. ff. de adopt. §. cum autem Inſtit. eod.* Maur. *de fideiuſſ. part.*1. *ſect.*3. *cap.*33. *alias* 43.

17 Pupillus penes quem educari debeat, reſidet in arbitrio iudicis, qui debet matrem in huiuſmodi educatione cæteris præferre, niſi turpiter viuat, vel aliter ſit moribus corrupta, ſiue niſi ſit aliter vtilis pupillo, vel niſi mater tranſiret ad ſecunda vota, vel adeſſet ſuſpicio eſſe tranſituram; An autem poſſit educari pupilla penes eius ſponſum, an penes fratrem, vel patruum, vel in monaſterio, & alia tradit Menoch. *de arbitr. caſ.*168. *per tot.* vbi admonet iudicem, vt in hac re ſe tanquam pupilli patrem gerat, Carol. Tap. *deciſ.*51. *per tot.* vbi an penes vitricum Ramon. *conſ.*4. *cum Annot. Iacob. Balduc.* vide latè Tuſch. *litt. P. concl.*977. dixi in §. *Mater num.*9. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*160 *vol.*3. Surd. *de aliment. tit.*4. *quæſt.*13. *per tot.* Ricc. *Collect.*455. 1214. 1940. 3515. 3868. Peregr. *deciſ. Pat.*28. Sanfelic. *deciſ.*205. *&* 206. *per tot.* Nouar. *in Pagm. Regn. Neap. Collect.*79. *num.*4. *& ſeqq.* Martha *vot. Piſ.*236. vbi quòd filius minor triennio debet penes matrem educari, ſi ex aliqua cauſa coniuges ſimul habitare non poſſint, Caluin. *de æquit. lib.*1. *cap.*14. vbi quòd matri debetur educatio filiæ, etiam ex illegitimo coitu procreatæ, niſi apertè conſtet improbis moribus adhuc eſſe deditam.

Quòd poſſit educari etiam penes vitricum bonæ conditionis, & famæ, maximè ſi mater nullam ſperet ſucceſſionem, & ceſſet omni timor tortis, Curt. iun. *conſ.*94. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Pupillus fol.*55. *col.*2.

Quæ animaduertere debeat iudex, & non deferre lacrymis maternis, latè Montan. *de tut. cap.*32. *reg.*9. *num.* 230. *& ſeqq. ad* 262. *tot. tit. ff. & C. vbi pupil. educ.* Franch. *deciſ.*350. Carol. Tap. *deciſ.*51. cum alijs, quos refert, & ſequitur Rot. *in Romana, ſeu Tudertina educationis* 14. *April.* 1636. *coram Pirouano per tot.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.*73. latè Matt. Medic. *Exam.* 38. *& deciſ.*61. *&* 62. *per tot. cum Addit.* vbi inſerit duo conſilia deciſiua per eum in hac materia edita, Merlin. *deciſ.*812. *per tot. quæ eſt in eadem cauſa Romana, ſeu Tudertina educationis ſub die* 3. *Iunij* 1639. vbi in parte reformatur prima deciſio, & benè declaratur quando educatio ſit concedenda matri, vel alijs conſanguineis ſubſtitutis, quid ſi repugnet votum patris, vel potius pupilli ſint ponendi in Collegio, vel monaſterio ſi ſint fœminæ, Sanfelic. *deciſ.* 205. *&* 206. *per tot.* vbi quando educatio non ſit concedenda patri, nec matri, & alia ad rem, Cabed. *deciſ.*99. *per tot.* vbi an ſint educandi penes patrem, qui illis nouercam ſuperinduxit, vel penes auum, & alia ad rem, vbi, & penes quos educari debeant pupilli, vel pupillæ, Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.*1. 2. *&* 3. *ſect.*2. *verb. Pupillus.*

Pupillus, & infans poſſunt citari ad legitimè comparendum, Iaſ. *in l.*2. *num.*11. *ff. de in ius voc.* 16

Contrarium quoad pupillum, & infantem, licèt minor poſſit dicto modo citari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 479. *num.*28. Montan. *de tut. cap.*14. *num.* 12. vbi quòd minor ſeptennio non poteſt citari, ſed debet citari tutor, & illo deficiente proximiores agnati, vide in §. *Curator num.*12. §. *Infantia num*... *&* §. *Minor num.*1.

Quòd ſi pupillus non habeat tutorem, requirendi ſint cognati, vel affines, ſeu mater, & ſi qui alij fortè reperiantur, quos veriſimile ſit pupilli defenſionem non omiſſuros, *l. hæc autem ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*720. *num.*21. Montan. *de tut. d. cap.* 14. *num.*11. *in fine, & cap.*17. *num.* 1. *&* 9.

Mater tamen inceſtuoſa non poteſt eſſe tutrix, & non eſt citanda, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.*175. *num.* 23.

Quòd pupillus maior ſeptennio poſſit in iudicio conueniri contra illius perſonam acta, dirigendo, & cogatur reſpondere cum auctoritate tutoris, vel curatoris ſi illum habeat, alias poſſit ſemel citari ad legitimè comparendum, & intelligatur citatus, vt ſibi curatorem petat, & eo non comparente, nec curatorem petente, poſſit illi etiam inuito per iudicem dari; ſi verò fuerit abſens, vel minor ſeptennio, erit iudicium dirigendum contra perſonam tutoris, vel curatoris ſi adſit, alias deputari debebit à iudice, Vant. *de nullit. tit. Qualiter ſent. poſſ. a nullit. deff. n.* 85. Gratian. *deciſ.* 73. *num.* 18. *& ſeqq. per tot.* Card. Tuſch. *litt. C. concl.*252. vide Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 50. *n.*1. *& ſeqq. & deciſ.*159. *num.*12. *& ſeqq.*

Quòd pupillus non poſſit interpellari, nec in mora conſtitui ſine tutore, Montan. *de tut. cap.* 30. *n.* 106. vbi etiam quòd non ſoluit, nec reſtituit ſine tutore, & ſi ſoluit poteſt repetere, Cabal. *conſ. deciſ.* 145. *num.* 18. *& per tot. lib.* 2. vbi quòd ideò non tenetur ad cambia à patre contracta, & poſt illius mortem decurſa, cùm per mortem, & mutationem ſtatus extinctum fuerit mandatum mercatori datum de cambiando.

Quòd non poſſit eſſe in iudicio, ſiue ciuili, ſiue criminali ſine tutore, alias ſententia ſit nulla, niſi ſit pro pupillo, latè Montan. *de tut. cap.*30. *num.* 143. *& ſeqq. ad* 160. *& cap.*32. *reg.*9. *num.*60. *& ſeqq. ad* 96. Vant. *de nullit. vbi ſupra num.*81. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.*677. vide in §. *Minor num.*1. *&* §. *Sententia num.* 11.

Quòd admittatur, ſi ſit maior ſeptennio ad præſtandum votum, & ad præſentandum in iure patronatu, quando electio ſibi competit iure proprio, & non iure Collegij, Sanfelic. *deciſ.* 176. *per tot.*

Pupillus qualiter tanquam perſona miſerabilis habeat electionem fori, etiam ſi alias ſit diues, vide in §. *Perſona num.* 9. *& ſeqq.* 17

Ceſſat tamen dictum priuilegium ſi conueniatur ex contractu paterno, nam non poteſt declinare forum paternum, Franch. *deciſ.*553. *&* 234. Sicut etiam ſi ſit in poteſtate aui, idem Franch. *deciſ.*671. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Pupillus fol.* 55. *col.* 1. *&* 2. dixi in §. *Perſona num.*16.

Popil-

Digitized by Google

18 Pupillus, an, & quando poſſit pro debito ciuili carcerari, vel non, vide in §. *Minor num.* . . & in reſol. *cap.* 52. *num.* 21. *&c.*

19 Pupillus nullo pacto admittitur ad ferendum teſtimonium, quia quicquid videt ignorat, & eſt ac ſi cæcus teſtificaretur de coloribus, & hoc in ciuilibus iudicijs, nam in criminalibus etiam pubes ante viginti annos completos non admittitur, niſi pro præſumptione facienda, & in ſubſidium, vel in læſa maieſtate, vt benè declarat Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 149. *& ſeqq. ad* 157. latè Farinac. *quæſt.* 58. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 623. *& fol.* 331. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1246. *per tot.* vide in §. *Minor num.* 6. §. *Iuramentum num.* 53. §. *Pubertas num.* 3. & in Pract. §. *Pupilli num.* 10. vbi qualiter, & ad quem effectum admittantur etiam pueri ad faciendum teſtimonium in criminalibus, & adſtipulatur, Poſſent. *ſing.* 313. *per tot.*

Effectus tamen maior poteſt teſtificari de his, quæ vidit, vel audiuit in pupillari ætate, dummodò tunc etiam fuerit ſaltem pubertati proximus, qui dicitur ſi ſit ſaltem decem annorum, niſi lex de eo tempore certam ætatem ſpecificè requirat, gloſ. *in l. teſtium fides* §. *Lege Iulia verb. impubes*, vbi etiam Bart. *num.* 2. *ff. de teſt.* Aret. §. *Teſtes num.* 4. *Inſtit. de teſtam.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 220. *n.* 7. *& part.* 10. *recent. deciſ.* 75. *num.* 9. *&c. part.* 13. *deciſ.* 293. *num.* 7. *&c.* Poſſent. *ſing.* 314. vbi quòd poteſt teſtificari de geſtis dum erat minor.

20 Pupillus, qui poteſt indemnitatem conſequi à tutore, non debet in integrum reſtitui, niſi in ſubſidium, cùm reſtitutio ſit remedium ſubſidiarium, *l. properandum* 13. §. *vlt. C. de iud.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 129. *volum.* 2. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 32. vbi quòd ſi culpa tutoris interceſſit, eſt in electione minoris, an contra tutorem, vel emptorem experiri velit.

21 Pupillus qualiter poſſit ſibi eligere domicilium in aliquo loco ſine tutoris auctoritate, Azor. *in Sum. C. vbi per tut.* Aret. *in* §. *Sed hoc iure num.* 2. *Inſtit. de Attil. tut.* Bart. *in l.* 1. *num.* 7. *ff. de tut. & curat. dat.* Rot. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *deciſ.* 12. *num.* 40. vide in §. *Domicilium num.* . . *&* §. *Tutor num.* 40.

22 Pupillus ex dolo tutoris, vel de euictione conuentus pro re à tutore alienata, an ipſe teneatur, & condemnandus ſit, vel liberetur cedendo actiones contra tutorem, Olea plures referens *tract. de ceſſ. iur. tit.* 5. *quæſt.* 11. vbi poſt plura concludit, pupillum in eo, quod ad eum ex facto, & dolo tutoris peruenit, teneri; ſi verò vltrà id, quod conſequutus fuit conueniatur, cedendo actiones ſuas contra tutorem liberari, vide in §. *Tutela num.* 27. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 309. *num.* 15. *&* 16. vbi quòd non tenetur de dolo, & culpa tutoris, niſi quatenus ſit factus locupletior, Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 15. *per tot.*

De pupillis plura notat Bertachin. *in Repert. verb. Pupillus*, & alia nouiſſimè Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Pupillus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 453. 23

§. PVTEVS. LXIII.

PVteus exiſtens inter domum feudatariam, & domum propriam domini directi, debet vtrique ſeruire, ſi aqua tam vni, quàm alteri ſufficiat, alias dominus præfertur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 992. *num.* 4. 1

Si ſit pluribus communis qualiter communibus expenſis reficiendus, & purgandus ſit, Guid. Pap. *deciſ.* 444. Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 47. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 14. *art.* 47. Hermoſil. *in l.* 18. *gloſ.* 3. *tit.* 5. *part.* 5.

Puteus qualiter poſſit fieri, & fodi propè fundum vicini, nullo relicto ſpatio, vide in §. *Vicinus num.* 9. Hermoſil. *loc. cit.* vbi quòd non poteſt aperiri, ſi noceat vicino, vel fonti publico, refert Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Puteus.*

Puteus, ſiue fons publicus non poteſt vſurpari in vſum priuatum, niſi fuerit præſcriptus tempore, cuius initij memoria non extet, nec ab eo aquam deriuare ſine Principis licentia, nec in eo etiam priuatn immundiciem proijcere, & alia, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 83. *vol.* 5. vide in §. *Aqua.* 3

Plura de puteis, & fontibus mundandis, & manutenendis, quorum expenſis, & alia, Conciol. & Romag. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 25. Alia de puteis Stephan. Daoyz. *in ſuo Indice*, Bertachin. *in Repert. verb. Puteus*, Pacicbel. *tract. de Puteo*, & alij citati à Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 456. Reliqua vide in §. *Aqua.* 4

Finis Libri Decimiquarti.

MAR-

MARCI ANTONII SABELLI I·V·D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS QVINTVS.

De littera Q.

§. QVALITAS. I.

1 QVálitas requiſita à ſtatuto eſt probanda vt eius vigore detur actio, Natt. *conſ.* 254. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 484. *nu.* 1. *&* 27. *cap.* 543. *in princip. cap.* 566. *num.* 18. *cap.* 607. *num.* 1. 16. *&* 23. *cap.* 744. *num.* 20. *cap.* 745. *num.* 56. *cap.* 752. *num.* 6. *cap.* 976. *num.* 3. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1248. *num.* 9. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.* 112. *lib.* 2. vbi in materia ſucceſſionis, Magon. *deciſ. Flor.* 40. *num.* 1. *& deciſ.* 27. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi an ſufficiat probatio præſumptiua, Ricc. *Collect.* 2879. Peregrin. *deciſ.* 112. *n.* 14. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 169. *nu.* 21. *&c.* Conciol. *reſol. crim. verb. Pœna reſol.* 6. vbi quòd pœna impoſita per ſtatutum requirens certam qualitatem non habet locum niſi probata illa qualitate, *& verb. Qualitas reſolut. vnic. per tot.* vbi idem ſi plures requirantur qualitates, vt omnes probari debeant, *infrà num.* 22.

Quòd qualitas requiſita in actu, debeat ineſſe de tempore actus, nec ſuffragetur etiam ſi poſteà ſuperueniat, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 7. *num.* 10. *& ſeqq. per tot.* vbi in terminis ſtatutorum Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, *& deciſ.* 173. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quid, & quotuplex ſit qualitas, Tuſch. *litt Q. concl.* 2. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1248. *per tot.* vbi plura notabilia.

Quando qualitas diuerſa reddat actum principalem diuerſum, Tuſch. *loc. cit. concl.* 3.

2 Qualitas tribuens iuriſdictionem debet ante omnia probari, *l.* 2. §. *Sed ſi dubitetur ff. de iud. l. ſi quis aliena ff. eod. l.* 1. §. *ait prætor. ff. ne quid in flum. pub.* Farinac. *conſ.* 37. 76. *&* 89. Sperel. *deciſ.* 101. *nu.* 13. *&* 21. *& deciſ.* 149. *num.* 3. Conciol. *reſol. crim. verb. Qualitas reſol. vnic. n.* 3. Raynald. *rer. crim. proœm.* §. 11. *num.* 23. *fol.* 54. vbi poſt plures citatos concludit ſufficere allegationem qualitatis iuriſdictionem tribuentis in libello, cùm hoc tamen quòd ſi poſtmodum formato proceſſu dicta qualitas non remanet ſaltem ſemiplenè probata, cauſa ſit ad iudicem ſuum remittenda, idem probat pluribus citatis Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Qualitas*.

Et licet ad tribuendum iuriſdictionis exercitium ſufficiat in libello deduci qualitatem iuriſdictionem tribuentem, etiam ſi adhuc de veritate ipſius poſſit dubitari, tamen ſi à principio ad impediendam iuriſdictionem qualitas huiuſmodi ex aduerſo negetur, debet ſaltem tunc ſummariè, & poſteà plenè probari, Alex. *conſ.* 1. *num.* 8. *lib.* 5. Farinac. *q.* 8. *n.* 86. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 9. *num.* 79. *&* 80. *fol.* 80. latè Tuſch. *litt. Q. concl.* 18. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 297. Franch. *deciſ.* 177. Noguerol. *allegat.* 31. *n.* 12. *& ſeqq.* vbi diſtinguit, vide in §. *Index n.* 3. *in fine*.

A quo autem debeat probari huiuſmodi qualitas tribuens, vel auferens iuriſdictionem, Tuſch. *lit. Q. concl.* 19. *per tot.*

3 Qualitas vna reſpiciens plura determinabilia, debet omnia æqualiter determinare, niſi repugnet naturæ determinabilium, *l. nam hoc iure, & l. huius ff. de vulg.* Natt. *conſ.* 14. *n.* 19. Rot. *p.* 2. *diuerſ. deciſ.* 213. *n.* 5. Gratian. *diſcept. for. cap.* 752. *n.* 27. *& cap* 940. *n.* 23. vide in §. *Diſpoſitio n...*

4 Qualitas iuncta verbo debet de neceſſitate verificari de tempore verbi actu, & non habitu tantùm, Gratian. *diſcept. for. cap.* 800. *n.* 11. *&c.* Tuſch. *lit. Q. concl.* 9. Peregr. *deciſ.* 112. *n.* 14. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 129. *n.* 3. *&c. & part.* 17. *recent. deciſ.* 169. *n.* 22.

Niſi haberet tractum ſucceſſiuum, quia tunc verificari poteſt ſecundum aliud tempus, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 213. *num.* 4.

Quòd qualitas adiecta verbo, debeat intelligi ſecundùm tempus eiuſdem verbi, Altogr. *conſ.* 89. *n.* 54. *lib.* 2. Caualer. *deciſ.* 196. *n.* 3. *deciſ.* 231. *n.* 1. Sperel. *deciſ.* 166. *n.* 9. *& ſeqq. & deciſ.* 167. *n.* 28. *&c.* vide Tuſch. *litt. Q. concl.* 8. *&* 9. *per tot* Vrceol. *conſult. for. cap.* 57. *n.* 23. *&c. volum.* 2. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 75. *n.* 3. *&c.*

Quòd qualitas operetur declarationem animi, Tuſch. *lit. Q. concl.* 5.

Qualitates nullæ ſunt non entium, cùm non ens non cadat in ſenſum, & de non ente non fiat ſenſatio, *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* Magon. *deciſ. Flor.* 54. *num.* 24. *&* 25. Tuſch. *lit. Q. concl.* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 387. *num.* 1. 5

Quòd non poſſit qualitas intelligi, vel probari extra ſubſtantiam, & ſubiectum, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 281. *num.* 15. Ludouiſ. *deciſ.* 381. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto, & ſubſtantia, & ad cognitionem qualitatis debet præcedere cognitio ſubſtantiæ, quia ſecundùm Philoſophum, primò quæritur quid ſit, & poſtea quale ſit, nec poteſt dici probata qualitas, ſi prius non fuit probata ſubſtantia, idem Ludouiſ. *deciſ.* 387. *n.* 1. plenè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1248. Caſtejon. *in Alphab. iurid. verb. Qualitas*, vbi quòd non poteſt ſtare ſine ſubiecto, neque a ſubiecto ſeparari, & alia remiſſiuè de more.

Qualitas adiecta diſpoſitioni reponit eam in diuerſam ſpeciem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 936. *nu.* 24. vide Tuſch. *lit. Q. concl.* 3. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 607. *n.* 6. *&c.* 6

Qualitates plures copulatiuè requiſitæ, debent omnes probari, & aliqua deficiente non habet locum diſpoſitio, Gratian. *diſcept. for. cap.* 901. *n.* 19. *cap.* 973. *n.* 20. *&c.*

Qualitas temporis fundatiua intentionis alicuius, debet ab eo probari, Magon. *deciſ. Luc.* 31. *num.* 29. *vbi Addit. an probari poſſit per teſtes ſingulares*, vide in §. *Tempus num...*

Quòd quando qualitas eſt de ſubſtantia debet exprimi, & plenè probari, Tuſch. *litt. Q. concl.* 16. *&* 17. *per tot.* vbi à quo debeat probari.

Qualitas poſita in vno ſtatuto, non videtur repetita in alio, niſi vnum veniat conſequutiuè ad alterum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 490. *n.* 17. Magon. *deciſ. Flor.* 105. *vel* 106. *n.* 12. *& ſeqq. per tot. & deciſ. Luc.* 15. *n.* 16. *&c.* 9

An, & quando qualitas adiecta in vna parte legis, vel ſtatuti præſumatur repetita in alijs partibus ſequentibus, vide Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 7. *per tot.* plenè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1265. Tuſch. *litt. R. concl.* 186. *& ſeqq.* vbi quando, & ex quibus inducatur repetitio, vel non, Vrceol. *Conſult. for. cap.* 79. *vol.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 370. *n.* 14. *& ſeqq.* vbi quòd ſtante diuerſitate graduum, & perſonarum maſculinitatis repetitio fieri non debet.

An autem limitatio, ſiue exceptio in fine poſita referatur ad omnia præcedentia, & totam diſpoſitionem qualificet, ſiue potius ad proxima tantùm, latè Merlin. *dec.* 654. vbi in terminis ſtatuti Bonon. *lib.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſtato*, oſtendit referri ad totam principalem diſpoſitionem, quicquid contrarium aſtruat Monterent. *ad ſtat. verb. Exceptis*, cuius interpretationem, tollerari non poſſe demonſtrat, ac illum vti ineptam, & iniquam, iterum in eadem, & alia cauſa reſpuit ſtando in deciſis, Rot. penes eundem Merlin. *deciſ.* 581. vide in §. *Clauſula num.* 49. §. *Conditio num.* 22. *in fine*, §. *Repetitio num...*

Digitized by Google

10 Qualitas poſita in donatione an cenſeatur repetita quoad ſubſtitutos ipſi donatario, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.554. num.13. & ſeqq.*

Quòd qualitas, ſiue conditio adiecta inſtitutioni, non cenſeatur regulariter repetita in ſubſtitutione, præſertim ſi ſit perſonalis, & alicui nominatim adiecta; quæ regula fallit in Primogenitura pro decore familiæ, & conſeruatione agnationis inſtituta, in qua ex præſumpta mente teſtatoris qualitas vni adiecta, cenſetur in alijs reperta, maximè vbi militat eadem ratio, latè Rot. *in Romana Primogenitura 7. Maij* 1657. coram Dunozetto penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.2. deciſ.99.* vide in §. *Conditio num...* Rot. *part.12. recent. deciſ.* 346. vbi fuit confirmata dicta deciſio, Battel. *de vlt. volunt. deciſ.2. n.* 306. *& ſeqq.* vbi latè de qualitate appoſita, in vna teſtamenti parte, an cenſeatur repetita in alia.

11 Qualitas legitimitatis expreſſa in vno gradu ſubſtitutionis, non cenſetur regulariter repetita in alio, Socin. iun. *conſ.67.num.22.lib.3.* Peregrin. *de fideicommiſ. art.16. num.90.* Vrceol. *Conſult. for. cap.57. num.36.& ſeqq. vol.2.* Rot. *part.14. recent. deciſ.175. num. 2. & ſeqq. per tot.* vbi quòd qualitas in vlteriori ſubſtitutione non expreſſa, cenſetur à teſtatore conſultò omiſſa, & alia pro non repetitione.

Niſi tamen ſint poſiti in conditione illimet filij, qui cum dicta qualitate fuerant diſpoſitiuè vocati, quia vbi agitur de eiſdem perſonis præſumitur repetitio qualitatis, prout etiam quando in alijs ſubſtitutionibus eandem qualitatem appoſuit teſtator; cùm vna pars teſtamenti alteram declaret, Rot. *in Romana fideicommiſſi de Arronijs* 23. *Iunij* 1642. coram Bichio *num.22. &c.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.2. deciſ.82. per tot. & part. 9. recent. deciſ.*105. Vrceol. *d. cap.57. nu. 34. &c.* Rot. *part. 9. recent. deciſ.52. n.2. &c.* vbi quando qualitas requiſita in prima ſubſtitutione videatur repetita in ſequenti.

Ceſſat tamen repetitio, quando ſubſtitutio eſt facta in oratione ſeparata, & quando agitur de diuerſis perſonis, etiam ſtante copula, *&*, quæ continuat, & non repetit Rot. *part.14. recent. deciſ.172. n.3. & ſeqq.*

12 Qualitas maſculinitatis appoſita, & requiſita in expreſsè vocatis, non cenſetur repetita quoad poſitos in conditione, maximè in materia fideicommiſſi inducendi, aut extendendi, nec vbi conſiderari poteſt aliqua diuerſitatis ratio, nec vbi agitur de filijs diuerſarum perſonarum, nec quando orationes ſunt prorſus diuerſæ, & ſeparatæ, vt rectæ à ſuis particularibus verbis, Altograd. *conſ. 83. num. 74. & ſeqq. ad 82. lib.2.* Ricc. *Collect.* 3457. Rot. *part. 14. recent. deciſ.30. num.11. & ſeqq. & deciſ.123. num.22.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.403. num. 23. &c.* Rot. *d. part. 14. deciſ.462. num.21. &c.* vbi quòd quando agitur de diſpoſitione facta fauore agnationis cenſetur qualitas reperta, niſi ſequatur aliquod abſurdum, quia tunc excluditur repetitio, ad Fuſar. *loc. cit.*

Plura de qualitate maſculinitatis quando intelligatur repetita, & fœminæ quando cenſeantur vocatæ in defectu maſculorum, Caten. *reſol.237.*

13 Qualitas maſculinitatis adiecta in vna parte alternatiuæ, videtur repetita in alia, maximè ſi ſit in eadem oratione, quod intellige in dubio, & niſi alternatiua ſtet inter diuerſa, quia tunc potius ampliat, imo regulariter huiuſmodi qualitas non cenſetur repetita, maximè in materia odioſa inducendi fideicommiſſum ad fauorem extranei, & excludendi perſonas magis dilectas, nec in conditionalibus, nec vbi ſumus in diuerſis orationibus, nec vbi adeſt diuerſitas perſonarum, nec quando teſtator expreſſit vbi voluit intelligere de maſculis, nec quando poteſt aliqua diuerſitatis ratio conſiderari, nec quando diſpoſitio fuit facta alia ratione quam agnationis, & in alijs caſibus, vt benè probat Altograd. *conſ. 96. num. 31. & ſeqq. ad 50. lib.2.* vide latè Tuſch. *litt. R. concl.* 187. *num. 84. & ſeqq.* Rot. *part.14. recent. deciſ.211. per tot.* vbi quòd non admittitur repetitio dictæ qualitatis, ſtante diuerſitate perſonarum, & graduum, etiam in eadem oratione, quando agitur de perſonis, quæ ſimul concurrere non poſſunt, quia tunc oratio licet vnica diuiditur in plures, & quot ſunt perſonæ, & dictio, *maſculis*, non qualificat totam orationem, ſed ſolum illam partem, cui eſt appoſita.

Quòd qualitas maſculinitatis expreſſa in vna parte teſtamenti, non videatur repetita in alijs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 939. num. 32.* Marcian. *diſput. for. 48. per tot.* vbi plura hinc indè, Ricc. *Collect.*3457. Buratt. *deciſ.271. num.19.* Ludouiſ. *deciſ.514 & 533.* cum Beltram. latè Rot. *part.15. recent. deciſ.397. & 398.* vbi quòd qualitas maſculinitatis expreſſa in Primogenituræ conſtitutione, cenſetur repetita in ſequentibus ſubſtitutionibus præcipuè ſi ſuit habita ratio agnationis, *& part.18. deciſ 166. n.4. & ſeqq.* vbi quando expreſſa in vno gradu ſubſtitutionis cenſeatur repetita in alio, vel non, *& deciſ.638. num.5.* vbi quòd ceſſat repetitio, quando agitur de diuerſa, & ſeparata ſubſtitutione, & de diuerſis perſonis.

Qualitas adiecta vni diſpoſitioni, cenſetur repetita in altera loco illius ſubrogata, vide Bald. *conſ.139. lib. 5. conſ. 58. lib.2.* Magon. *deciſ. Flor. 35. num.28. deciſ.84. num. 9. & ſeqq.* Menoch. *lib.4. præſumpt.174.* Gratian. *diſcept. for. cap.808. per tot.* vbi loquitur in emphyteuſis. 14

Qualitas adiecta vni diſpoſitioni, quando videatur repetita in ſubſequenti, vide Gratian. *diſcept. forenſ.cap.940. num. 19. & per tot. cap. 962. num. 52. &c.* Menoch. *lib.4. præſumpt.176. 177. per tot.* Altograd. *conſ. 54. num. 18. & ſeqq. lib.1.* Marcian. *diſput. for. per tot.* 15

Quando ſolum ad proximè præcedentia referatur, Magon. *deciſ. Flor.47. num.11. &c.*

Quando præcedentia declarent ſequentia, vel è contra declarentur à ſequentibus, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ. 125. num.38.*

An qualitas poſita in clauſula vltima à præcedentibus ſeparata, referatur ad omnia, vel ad vnum tantùm, Menoch. *lib.4. præſumpt.181. per tot.*

Qualitas adiecta vni legato, non videtur repetita in alio idem perſonæ facto, non obſtantibus dictionibus repetitiuis, quando ſumus in diuerſitate rerum legatarum ſeparatim in oratione perfecta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.937. num.4. & per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 84. per tot. & deciſ. 146. num. 3. &c.* Menoch. *lib.4. præſumpt.180. per tot.* vide in §. *Dictio num...* 16

Ex quibus autem cognoſcatur diuerſitas, vel vnitas orationis, benè Altograd. *conſ.54. num.15. & ſeqq. lib.1.*

Quòd qualitas præcedens non videatur repetita in legato ſequente, quando redderetur inutile, vel quando minus continet, Magon. *d. deciſ. 84. num. 10. & 11.* Menoch. *de præſumpt.180.* vide in §. *Conditio num...*

Qualitas expreſſa in teſtamento, cenſetur repetita in codicillis, niſi noua qualitas in eis ſit appoſita, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.100. num.8.* vide in §. *Codicillus.* 17

Qualitas non cenſetur repetita ex tribus, nempè ſtante aduerſatiua, ratione diuerſitatis, & oratione ſeparata, ſicuti ex magiſtrali doctrina Bald. *conſ.58. lib. 2.* notat Magon. *deciſ. Flor.84. num.5.* Gozadin. *conſ.104. num.5.* Rot. *part.14. recent. deciſ.172. num. 3. & ſeqq.* vbi etiam quòd ceſſat repetitio, quando mutantur perſonæ, *& deciſ.332. per tot.* 18

Repetitionem non habere locum quoad ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantùm quoad qualitates, & conditiones, nec etiam quoad iſtas vbi agitur de materia odioſa, vel de pluribus diſpoſitionibus ſeparatis, & de ſe perfectis inter diuerſas perſonas, vel quando alias vnaquæque diſpoſitio poteſt ſine repetitione ſortiri ſuum effectum, benè probat Pooſirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 178. *& ſeqq. ad 187. Caſenæ impreſſo de anno* 1645. vide in §. *Repetitio num.2.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1265. per tot.* vbi quòd regulariter repetitio non præſumitur, debet euitari quantum poteſt, & quando ſecus, & ſit præſumenda.

Qualitas, vel conditio adiecta in diſpoſitione ſequenti, non ſubintelligitur in præcedenti, quia repetitio non fit in præcedenti diſpoſitione de qualitate adiecta in ſequenti, maximè quando orationes ſunt diuerſæ, & ſeparatæ; ſi tamen oratio ſiue præcedens, ſiue ſubſequens ſit aliquo modo imperfecta, poteſt ſuppleri ex alia oratione perfecta ſibi coniuncta, quia licet præcedentia magis influant in ſequentia, quam è contra, non ob id excluditur quin etiam præcedentia interdum à ſequentibus ſuppleantur, quando præcedentia ſunt dubia, & incerta, ſequentia autem clara, & certa, Altograd. *conſ.75. nu. 10. & nu. 30. & ſeqq. lib.5.* vbi etiam *n.35.* quòd tantò magis fit repetitio, & ſuppletio in præcedenti diſpoſitione, quando alias corrueret, vel quando ita ſuadet mens teſtatoris, vel quando adeſt identitas rationis, vide in §. *Diſpoſitio n...* 19

Quòd autem non fiat repetitio qualitatis ab vna oratione ad aliam, quando ſunt orationes de ſe perfectæ, & ſeparatæ, vel vbi adeſt diuerſitas rationis, etiam ſi adeſſet

Digitized by Google

ſer aliqua dictio repetitiua, idem Altograd. *conſ.76. n. 24. & ſeqq. lib.2.*

20 Qualitas requiſita à teſtatore in eo, qui eidem ſuccedere debet, & probanda ab eo, qui vult admitti ad ſucceſſionem, Altograd. *conſ.77. num.19. &c. lib.* 1. Et idem eſt in qualitate requiſita à ſtatuto, & ſi plures qualitates requirantur, omnes ſint probandæ ab eo; qui vult admitti ad ſucceſſionem, & fœminas excludere, Cabal. *conſil. deciſ.* 112. *per tot. lib.2.*

Niſi ſit a iure reprobata, prout qualitas cælibatus, quæ tandem ratione prout conditio, ſi non nupſerit, reijcitur, cùm ſit matrimonij quodammodo impeditiua, niſi eſſet reſtricta ad tempus mortis teſtatoris, late idem Altograd. *d. conſ.77. num.*18. vide in §. *Conditio num...*

Sufficit ſemel illam verificari de tempore acquiſitionis, nec eſt curandum de perſeuerantia, Altograd. *d. conſ. 77. num.*36. *&* 37. *lib.2.*

Non tamen poteſt inſtitutus admitti, niſi præſtita cautione Mutiana adimplendi voluntatem teſtatoris, quando habet tractum ſucceſſiuum, Rot. *in Romana Primogenituræ 7. Maij* 1657. coram Dunozetto *num.* 14. penes Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. legal. tom.2. deciſ.99.*

Quando autem admittatur inſtitutus non habens qualitatem à teſtatore requiſitam de tempore delatæ ſucceſſionis, ſi adſit ſpes, vel poſſibilitas, vt illa ſuperueniat, pulchrè Rot. *part.14. recent. deciſ.43. per tot.* vbi quòd admittitur quando qualitas non eſt adiecta per viam conditionis, ſed per viam modi, & latiùs *part.15. deciſ.*103. vbi poſt multa hincinde, fuit confirmata dicta prima deciſio in eadem cauſa emanata.

21 Qualitas, quod teſtis ſit bonæ conditionis, vocis, & famæ requiſita in materia, *l. Scripturas C. qui pot. in pign. hab.* eſt probanda à creditore in ſcriptura priuata trino teſte munita ſe fundante, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*391. *num.*28. *&c.cap.*537. *per tot. cum Addit. in fine tomi.*

Quòd regulariter qualitas probatæ, & integræ opinionis requiſita in teſte ſit articulanda, & probanda, idem Gratian. *cap.*789. *num.*12. *&c.* Menoch. *lib.5. præſumpt.* 1. *num.*35. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1248. *num.*12. *& ſeqq.*

Et generaliter de qualitate probanda, quando eſt fundamentum intentionis, idem Gratian. *cap.* 748. *num.* 16. *&c.* latè Tuſch. *litt. Q. concl.* 16. *&* 17. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.3. concl.*1247. *&* 1248.

Quòd qualitas bonæ conditionis, & famæ requiſita à ſtatuto debeat probari, Magon. *deciſ. Luc.*27. *num.*17. *vbi num.*37. intelligit quando loquitur ſuperlatiuè, vel comparatiuè, ſecùs ſi poſitiuè tantùm, quòd probant etiam Altograd. *conſ.*55. *num.*55. *lib.*1. Gratian. *deciſ.*38. *num.* 5. *&* 6. Farinac. *de teſt. quaſt.*62. *num.*6. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.*14. *tit.*18. *num.* 14. *& ſeqq. fol.*305.

Huiuſmodi tamen qualitas teſtis licet in multis caſibus neceſſaria, ſi deficiat, vel non ſit probata, poteſt pluribus modis ſuppleri, nempè vel ex maiori numero teſtium, vel ex adminiculis, & præſumptionibus, vel ex magna legalitate, & probitate conteſtis, vel ex difficultate probationum, vt benè declarat Farinac. *d. quaſt.*62. *num.*309. *&* 335. *& ſeqq.* ac alibi ſecundum Iordan. *loc. cit. num.* 19. *& ſeqq.*

Quod præſumatur niſi contrarium appareat, Viui. *comm. opin.* 941. *num.* 7. & dixi in §. *Teſtes num.* 26. *& num.*47.

22 Qualitas aggrauans delictum poteſt ante ſententiam addi in accuſatione, vel inquiſitione, & ſuper illa fieri condemnatio, præcedentibus tamen legitimis citationibus, vel ſeruatis alias de iure ſeruandis, Cabal. *reſol. crim. caſ.*56. *& caſ.*173. *n.*11. Guaz. *deff.3.cap.*5. Conciol. *reſol. crim. verb. Accuſatio reſol.*8. *&* 9. vbi quòd ſi non ſit probata qualitas adiecta non poteſt ſequi condemnatio, limitat tamen ſtantibus clauſulis ſalutaribus, vel ſi reus fateatur delictum, & quod ſi qualitas non ſit deducta, ſed probata poteſt etiam ſuper ea ferri ſententia, vt ſupra.

Quid ſi qualitas diuerſificat delictum, & pœnam, vel augens dumtaxat pœnam deducatur poſt latam ſententiam abſolutoriam, vel condemnatoriam, an poſſit, & debeat ſuper illa de nouo procedi, & iterùm inquiri, dic quòd ſic in qualitate diuerſificante delictum, ſecùs autem in qualitate pœnam tantùm augente, Farinac. *quaſt.4.n.4.* cum alijs noniſſimè relatis per Rayoald. *Syntax. rer. crim. cap.1.* §.1. *ad* 7. *num.*163. *& ſeqq. fol.*99.

Quòd qualitas aggrauans operetur multa, & quæ, Tuſch. *lit. Q. concl.*4.

23 Qualitas adiecta confeſſioni delicti, an, & quando ſit ab allegante probanda, vt illum releuet, vide in §. *Confeſſio num.*60. *&c.*

24 Qualem quis ſe, vel alium facit pro fundamento ſuæ intentionis, ſiue agendo, ſiue excipiendo, talem eſſe probare debet, niſi habeat præſumptionem naturalem pro ſe, vel ſit notorium, intelligendo quando pars opponit, & alijs modis, vt declarat Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.*1247. *per tot. & concl.*1248. *num.*85. *&c.* facit quod dixi in §. *Legitimatio num.*20.

25 Qualitas licet regulariter ſit probanda ab eo, qui ſe fundat in illa, tamen ſecùs eſt in qualitate naturali, & quæ naturaliter intereſt, ſine nobiſcum naſcitur, nam iſta ſemper adeſſe præſumitur; & poſita qualitate, ex illa multa præſumuntur, veluti ex qualite perſonæ præſumitur pro, vel contra perſonam, ex qualitate rei præſumitur quid ſit actum inter contrahentes, ex qualitate rei legatæ voluntas teſtatoris, ex qualitate furantis, & derubati furtum magnum, vel paruum, & huiuſmodi, vt benè declarat Maſcard. *d. concl.*1248. *n.*86. *& ſeqq. per tot.*

26 Qualitas requiſita in præſentato ad beneficium qualiter ſit probanda, & alia ad rem, vide in §. *Iuriſpatronatus n.*24. *& ſeqq.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 172. *& deciſ.*346. *in eadem cauſa, & part.*18. *deciſ.*335. 457. *&* 464. vbi de qualitate Sacerdotij.

27 Qualitates multæ ſunt occultæ in rebus naturalibus, ita vt temerarium, & ridiculum reputetur omnium, quæ in eis fiunt, vel contigunt, cauſas ad manifeſtas qualitates reuocare; an autem dentur qualitates occultæ, & agentes à tota ſubſtantia, de origine dictarum qualitatum occultarum, & illarum differentia, benè Claud. Bonner. *in Epitom. Sennerti fol. mihi* 95. *& ſeqq. & fol.* 896. *& ſeqq.* vbi alia plura de moribus occultis, ſiue occultarum qualitatum, eorum ſignis, curatione, &c.

28 Alia de diuerſis qualitatibus, & earum effectibus notat Bertachin. *in Repert. verb. Qualitas*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.3. ſect.2. verb. Qualitas*, & plura remiſſiue Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Qualitas*, & Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eodem verb. fol.* 458. *&c.* Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. in varijs locis, vt in Indice generali in fine p.3. verb. Qualitas*, vbi multa de qualitate maſculinitatis, & generaliter quando qualitas cenſeatur repetita, vel non, de qua magiſtraliter Rot. *in Senogallien. fideicommiſſi 28. Ianuarij* 1678. *coram Bourlemont, impreſſa per Iacob. Balduc. in Obſeruat. ad Ramon. conſ. deciſ.3. per tot.*

§. QVANTITAS. II.

1 QVantitas alia eſt continua, vt fundus, alia diſcreta, vt pecunia, & ſimilia, qualiter vtraque poſſit probari, & alia, Bart. *in tract. de teſt. verſ. Quantitas*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.*14. *tit.* 17. *num.* 548. *& ſeqq. fol.*301.

2 Quantitas, ſiue ſumma maior quando contineat minorem, vel non, & quando plures ſummæ ſimul debeant cumulari, vel non, & ad quos effectus, vide Tuſch. *litt. S. concl.*885. *&* 886. *per tot.* Ceuallos *commun. quaſt.* 60. *& quaſt.*382.

3 Quantitas vna ſola, an plures præſumantur, quando in duabus ſcripturis, vel in vna ſit mentio eiuſdem ſummæ, dic quod inter viuos eadem quantitas cenſetur vbi concurrit eadem cauſa, arbitrio tamen iudicis conſiderata qualitate perſonarum debitoris, & creditoris, breuitate, vel longitudine temporis inter vnam, & aliam ſcripturam, vel promiſſionem, vt latè explicat Maſcard. *de probat. vol.3. concl.*1249. *n.*1. *& ſeqq. ad* 41. & dixi plures allegando in §. *Confeſſio n.*27. *&* 28.

4 Quantitas ſæpiùs in teſtamento relicta, non niſi ſemel debetur, cùm eadem ſemper repetita cenſeatur, niſi aliter appareat de mente teſtatoris, vt quia variauit circa modum legandi, vel non ab vno, ſed à diuerſis hæredibus, legauit, vel non vni, ſed pluribus legauit, cùm declarationibus tamen, de quibus plenè Maſcard. *de probat. vol.3. d. concl.*1249. *num.*41. *& ſeqq. per tot.*

Quòd quantitas diuerſa pecuniæ in teſtamento, & codicillis debeatur vtraque, ſi ſub eadem cauſa non ſit le-

gata

Digitized by Google

gata, Vrſil. *deciſ.* 198. *num.* 3. refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Quantitas.*

5 Quantitas rerum furto ſubtractarum, item expenſarum, & damnorum in lite paſſorum, item expenſarum funeralium, item fructuum perceptorum, & huiuſmodi qualiter probetur iuramento, vel alijs modis, idem Maſcard. *concl.* 1250. *per tot.* vide in §. *Damnum num.* 12. & §. *Furnum num.* 7. & alibi opportunè.

6 De quotitate, varia notat Bertachin. *in Repert. verb. Quantitas*, & remiſſiuè Caſteion. *Alphab. iurid. eodem verb.* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 460.

§. QVARTA. III.

1 QVarta, ſiue portio canonica eſt duplex, alia Epiſcopalis, alia Parochialis, & inter huiuſmodi quartam ſunt plures differentiæ, nam Epiſcopalis debetur ab Eccleſia legataria, & non eſt ſoluenda de legatis, quæ ad perpetuum cultum diuinum, vel promiſſis celebrandis relinquuntur; Parochialis verò petitur ab hærede, & debetur etiam ratione huiuſmodi legatorum perpetuum cultum diuinum reſpicientium, ſeu quomodolibet alias relictorum, Capyc. *deciſ.* 23. *per tot.* vbi tamen quòd ſi Ciuitas vnicam habeat parochiam, ſicque Eccleſia maior, & Cathedralis ſuſtineat onera parochialia, Epiſcopus debet habere quartam de omnibus legatis, non tanquam quartam Epiſcopalem, ſed tanquam quartam parochialem, illamque poteſt contra hæredes per captionem pignorum vindicare, vel exigere cautionem ſi agatur de legatis non ſtatim, ſed ad certum aliquod tempus a teſtatore ordinatum præſtandis, facit Caual. *deciſ.* 247. *per tot.*

Quòd debeatur Epiſcopo de omnibus legatis Eccleſiæ factis, nec compenſetur cum legato idem Epiſcopo per teſtatorem facto, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 109. *n.* 56. Diaz. *reg.* 137. Syluestr. *in Summ. verb. Canonica portio* §. 4. vbi nouem modis limitant.

Quando debeatur Epiſcopo, & ex quibus latè Tuſch. *litt. Q. concl.* 21. *per tot.* Ludouic. Bell. *conſil.* 99. *per tot.* vbi quid ſit, quo iure inducta, quanta ſit, & an ob omni onera libera.

De quarta decimali debita Epiſcopo ab omnibus Eccleſijs, & Parochis ſuæ Diœceſis decimas percipientibus, dixi in §. *Epiſcopus num.* 63.

2 Quarta parochialis debetur Eccleſiæ parochiali, non ſolùm de candelis, & alijs funeralibus, ſed etiam de omnibus bonis cuiuſcumque qualitatis relictis Eccleſiæ Sepulturæ pro anima defuncti, Diaz. *reg.* 223. Syluestr. *in Summ. verb Canonica portio verſ. Nono quæritur*, vbi quindecim modis limitat, & declarat Ricc. *Collect.* 4082. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 263. *num.* 1. *&c.*

Plura de funeralium emolumentis Parocho debitis, Merlin. *deciſ.* 480. *per tot.* Ricc. *d. Collect.* 4082. Rot. *p.* 11. *recent. deciſ.* 348. *per tot.* dixi in §. *Hoſpitale n.* 5.

Quòd quarta parochialis canonica debeatur parochiæ, in qua quis habitabat, & recipiebat ſacramenta, licet elegerit ſepulturam in alia Eccleſia de relictis ipſi Eccleſiæ, in qua ſepelitur, *Clem. dudum de ſepult.* Concil. Trid. *ſeſs.* 25. *cap.* 13. Gratian. *diſcept. for. cap.* 94. *num* 75. *&c.* Caualer. *deciſ.* 101. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 19. latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 501. *per tot.* vbi oſtendit non ſuffragari priuilegia conceſſa Ordini Prædicatorum, *&* *part.* 14. *deciſ.* 223. *per tot.* vbi de alijs ſimilibus priuilegijs non ſuffragantibus, *& part.* 15. *deciſ.* 263. *per tot.* vbi de priuilegijs conceſſis Eccleſijs Fratrum Minorum Obſeruantiæ, vt ſint exempti à dicta quarta parochiali, vigore plurium Conſtitutionum Summorum Pontificum.

Nec huiuſmodi quarta compenſatur cum legato Parochiæ facto, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 109. *nu.* 56. vbi etiam allegat contrarium tenentes.

Dicta quarta non eſt ſoluenda, quando quis elegit ſepulturam in Eccleſia Fratrum Ordinis Mendicantium, propter confirmationem priuilegiorum eiuſdem ordinis factam à B. Pio V. annu 1560. ad tradita per Gratian. *d. cap.* 94. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 107. vbi quòd Religio Franciſcana præcipuè de Obſeruantia habet ampla priuilegia non ſoluendi dictam quartam, & ita fuit deciſum, non obſtante etiam tranſactione, quia non potuit præiudicare priuilegijs toti ordini conceſſis, vide in §. *Sepultura num.* 6. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 263. vbi plenè de dictis priuilegijs Religionis Franciſcanæ de Obſeruantia, Caren. *reſol.* 245. vbi plura de priuilegijs Regularium ſuper quarta funeralium, Samuel. *de Sepult. tract.* 1. *diſput.* 4. *per tot. fol.* 94. vide in §. *Parochus n.* 7.

De quarta funerali de exequijs Sereniſſimæ Reginæ Hiſpaniarum, ac cuiuſcumque Principis, & illuſtris perſonæ extra patriam celebratis ſoluenda, latè Queſad. Pilo *contr. forenſ. cap.* 41. *per tot.* Alia dixi in §. *Parochus.*

Quòd oblationes, quæ fiunt in Eccleſia ſuper defunctorum ſepulcra, & propter officia quæuis Eccleſiaſtica Parochis debeantur, pluribus citatis Mendo *de Ordin. Milit. Diſquiſit.* 10. *n.* 37. *fol. mihi* 291. vbi tamen quòd in vnaquaque Eccleſia ſua eſt conſuetudo ſuper portione ſpectante ad Beneficiarios, Capellanos, & Sacriſtam.

Si tamen huiuſmodi priuilegia communicarentur alteri Religioni, communicatio non præiudicaret parochiæ, Caualer. *deciſ.* 101. *num.* 3.

Quomodo autem, & quare dicta quarta debeatur Rectori, latè Gratian. *cap.* 399. *per tot. & cap.* 925. *per tot.* vbi quòd ſupra relatum priuilegium competit etiam Ordini Fratrum Prædicatorum, & de portione indumentorum, ac aliorum, quæ cum cadauere deferuntur, quæ ſpectant pro medietate ad Parochum, vnà cũ medietate ceræ iuxtà *Extrauag.* 1. *de priuil.* plurimum tamen in hoc valeret obſeruantia, & conſuetudo eſſet ſeruanda, vide Rot. *p.* 13. *recent. deciſ.* 501. vbi quòd dicta priuilegia non ſuffragantur, & quare, maximè ſtante conſuetudine, & obſeruantia contraria, *& p.* 14. *deciſ.* 223. vbi de ſimilibus priuilegij non attendendis, & quare, *& part.* 17. *deciſ.* 197.

Plura de huiuſmodi quarta funerum quanta ſit, quo iure debeatur, qualiter poſſit exigi de facto, à quibus ſit ſoluenda, vel non, cui parochiæ ex pluribus debeatur, de quibus legatis, an poſſit præſcribi, an compenſari, & alia, latè Tuſch. *litt. Q. concluſ.* 22. *& ſeqq. ad* 31. facit quod dixi in §. *Sepultura per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 18. *per tot.* vbi mortuo Epiſcopo, an quarta funeralis debeatur Capitulo Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, ſiue potius Curato, in cuius parochia deceſſit Epiſcopus, & a quo recepit Sacramenta, & poſt plura hinc inde dicit iudicatum fuiſſe pro dicto Capitulo.

Quòd quarta funeralium debeatur Eccleſiæ Parochiali, & non Cathedrali, niſi Cathedralis ſit in quaſi poſſeſſione per 40. annos, vel niſi ſibi eam reſeruauerit in erectione parochialis in ſignum ſubiectionis, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 376. *per tot.* latè Caren. *reſol.* 80. *per tot.* Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 456.

3 Quarta debita vxori inopi ex diſpoſitione *Auth. præterea C. vnde vir. & vx.* non venit in confiſcatione bonorum ob delictum mariti, Gratian. *diſcept forenſ. cap.* 120. *num.* 35. *&c.* vbi plenè circa dictam *Auth. præterea*, & dixi in §. *Vxor num.* 20. & aliqua, idem Gratian. *cap.* 132. *n.* 37. *&c.* Ricc. *Collect.* 4.

An Quarta vxori debita veniat in confiſcatione bonorum mariti, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 232. *num.* 38. *& ſeqq.* Batard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *num.* 89. Maſtrill. *de confiſc. bonor. quæſt.* 31. *num.* 29. *&c.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 12. *& ſeqq.* & alios plures ab iſtis citatos, qui tenent non confiſcari, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine.

Quòd compenſetur cum legato eidem vxori per virum facto, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 109. *num.* 34.

Quòd non exigatur niſi deducto ære alieno, vel integraliter exacta obliget vxorem ad reſpondendum pro rata creditoribus mariti, Coſta *de ratione rata quæſt.* 84. *per tot.* & alia de quarta debita vxori inopi, & indotatæ in bonis viri locupletis prædefuncti, idem Coſta *tract. de re integra Diſtinct.* 106. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 347. *per tot.* vbi quòd non debetur quando fuit illi renunciatum, prout renunciari poteſt, nec quando mulier ex ſua dote, & propria induſtria commodè viuere poteſt, nec quando fuit à marito pingui legato honorata, & alia, vide in §. *Vxor num.* 20.

4 De quarta, quam detrahit hæres grauatus, an poſſit prohiberi, & alia remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Quarta*, & ego dixi in §. *Legitima*, §. *Trebellianica, & alibi.*

5 De diuerſis quartis, quarum in iure fit mentio plura notat Bertachin. *Repert. verb. Quarta*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *ſect.* 2. *eodem verb.* Com. Auguſt.

Digitized by Google

guſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Quarta fol.* 461. *&c.* vbi indicat Auctores de dictis quartis tractantes, &c.

6 Quartæ legitimæ, & trebellianicæ, an & quando poſſint ſimul ambæ detrahi, vel vna tantùm à filio grauato, latè Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.* 2. *quaſt.* 25. *&* 26. & dixi ego in §. *Filius nu.* 47. *& num.* 102. *in Addit.*

§. QVASI POSSESSIO. IV.

1 QVaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus, puta exigendi cenſum, penſionem, liuellum, & ſimilia, an acquiratur per vnicum actum ad effectum manutentionis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 113. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 103. *& ſeqq. fol.* 172. Bich. *deciſ.* 589. *n.* 2. vbi quòd ſic, vide in §. *Dominus n.* 15. latè Tuſch. *litt. Q. concl.* 34. Ricc. *Collect.* 1454. 3992. 3996. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 110. vbi de quaſi poſſeſſione exigendi decimas, *& deciſ.* 277. vbi de quaſi poſſeſſione exigendi legatum annuum, quæ acquiritur per vnicum actum, & tantò magis per plures, latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 45. *per tot.* vbi de quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, *& p.* 16. *deciſ.* 198. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd acquiritur ex vnica ſolutione, licèt non integra pro tota penſione, ſed tantùm pro parte, Carol. Rot. *in Floriley. concl.* 40. *per tot.* vbi de quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, & quòd ideò lite pendente ſuper reſciſſione contractu currunt interim fructus.

Quoad decimas, vide in §. *Decimæ*.

Quòd acquiratur ex vnico actu, quando ex illo conſtituitur vltimus ſtatus concurrente ſcientia, & patientia aduerſarij, & quando huiuſmodi ſcientia, & patientia non ſit de neceſſitate probanda in ſummariſſimo iudicio manutentionis, & alia, Altograd. *conſ.* 97. *num.* 27. *& ſeqq. lib.* 2. vbi etiam an ſufficiat præſumpta ſcientia, & an poſſeſſio precaria ſit manutenibilis, & an facultatiua, & iure familiaritatis acquiſita.

Quòd quaſi poſſeſſio in incorporalibus acquiritur per multiplicitatem actuum, & an, & quando requiratur ſcientia, & patientia partis aduerſæ, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 208. *per tot. & part.* 13. *deciſ.* 333. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi quòd ad effectum manutentionis actus debent eſſe facti in ſtatu pacifico, & non litigioſi, cum bona fide, ac cum ſcientia, & acquieſcientia partis aduerſæ, alias non acquiritur quaſi poſſeſſio manutenibilis, vide in §. *Manutentio num.* 21.

Plura de quaſi poſſeſſione iurium incorporalium quomodo acquiratur, amittatur, quos effectus operetur, & alia ad rem, Peregr. *tract. var. lib.* 3. *tit. de poſſ. & propr. num.* 48. *& ſeqq.*

Quòd ex vnica ſolutione, etiam non integri termini, ſed partis illius acquiratur quaſi poſſeſſio manutenibilis, non obſtante ſententia in petitorio, quando fuit per appellationem ſuſpenſa, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 97. *per tot.* vbi in terminis exactionis fructuum recompenſatiuorum, & in terminis penſionis *part.* 14. *deciſ.* 18. *per tot.*

Qualiter acquirantr iſta quaſi poſſeſſio, & quid vbi cadere poteſt ius familiaritatis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 160. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 45. vbi plura qualiter, & ex quibus acquiratur ad effectum manutentionis in exactione penſionis.

Requiritur quòd exactiones fuerint factæ cum ſcientia, & patientia aduerſariorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 614. *num.* 14. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 161. *per tot.* vbi etiam quòd talis ſcientia probari poteſt arbitrio iudicis ex actuum multiplicitate, perſonarum qualitate, vicinitate, alijſque circumſtantijs, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 295. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi in alijs terminis idem concludit *infra num.* 6.

Quotuplex ſit poſſeſſio, & in quibus cadat, vel non, Tuſch. *litt. Q. concl.* 32.

Quomodo probetur quaſi poſſeſſio, per quot actus inducatur, qualiter impugnetur, & alia, latè Franciſ. Maria Pecch. *tract. de Aquaduct. lib.* 1. *cap.* 6. *q.* 9. *per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 43. *n.* 29. *& ſeqq. inf. n.* 7.

2 Quaſi poſſeſſio exigendi non acquiritur per compenſationem, ſed requiritur vera, & actualis ſolutio per numerationem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 728. *num.* 10. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 121. *fol.* 173. Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 344. *num.* 33. *&c.* vbi in terminis contrapoſitionis partitarum, quæ habet vim compenſationis, & non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, vide in §. *Compenſatio n.* 9.

Item non acquiritur per confeſſionem de recepto, niſi concurrant adminicula veræ ſolutionis, nec quando confeſſio non eſſet de tota ſumma, ſed tantùm de aliqua parte, niſi ſit facta ſimpliciter ſolutio partis animo agnoſcendi totum debitum, Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 81. *fol.* 178. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 344. vide in §. *Penſio n.* 7. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *deciſ.* 431. Bich. *deciſ.* 19. *&* 214.

Sufficit tamen vnica ſolutio, vt quis dicatur in quaſi poſſeſſione exigendi, & ſit manutenendus, etiam contra ſucceſſorem ſoluentis, quia ex mutatione rei, non debet mutari ius actoris, Ricc. *Collect.* 3011. Peregrin. *deciſ.* 115. *num.* 4. vbi quòd poſſeſſio exigendi actiuè, & paſſiuè hinc indè tranſit ab auctore in ſucceſſorem etiam ſingularem, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 155. *n.* 1. *& part.* 10. *deciſ.* 45. *per tot.*

Quod quaſi poſſeſſio anteceſſoris ſuffragetur ſucceſſori, etiam ad effectum manutentionis in iure viſitandi, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 150. *num.* 2. *&c.* vide in §. *Patronus nu.* 2. *&* 12. §. *Poſſeſſio num.* 18. Ludouiſ. *deciſ.* 438. Guid. Pap. *deciſ.* 629. cum alijs per Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 212. *n.* 3. *deciſ.* 333. *n.* 2. *&c. part.* 2. *deciſ.* 113. *n.* 5. *& part.* 14. *deciſ.* 18. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 313. *per tot.* Bich. *deciſ.* 37. *per tot. & deciſ.* 120. vbi de quaſi poſſeſſione exigendi decimas acquiſita Eccleſiæ ex facto prædeceſſoris, vt ſuffragetur ſucceſſori nomine ipſius Eccleſiæ manutentionem petenti, Bich. *deciſ.* 236. *num.* 5. vbi de quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, quæ ſuffragatur contra ſucceſſorem, quia ius metimur ex perſona actoris, non obſtante prætenſa nullitate, quæ in petitorio eſt reſeruanda; & in terminis cenſus quæſita à cedente ſuffragetur ceſſionario, idem Bich. *deciſ.* 589.

Quaſi poſſeſſiu vſusfructus, vel alterius ſeruitutis, ad 3
cuius vſum non requiratur aliquod opus fieri in re ſeruiente, quando conſtat de animo, & cauſa poſſidendi, & de ſcientia, ac patientia aduerſarij, acquiritur per ſolum ingreſſum in fundum abſque vllo exercitio, & receptione fructuum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 615. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 270. vbi de iure percipiendi aquas manutenibili etiam ex vnico actu.

An autem acquiratur in facultatiuis, vide in §. *Manutentio num.* 12.

Quòd acquiratur poſſeſſio vniuerſalis per vnum actum particularem, quando cauſa vtentis eſt vniuerſalis, quia magis attenditur cauſa actus, quam ipſius exercitium, Rot. *part.* 2. *Diuerſ. deciſ.* 139. *num.* 12. *Rot. in Barchinonen. Iuriſdictionis* 27. *Iunij* 1674. *coram Taia*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 68. *num.* 4. *& ſeqq.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 54. *num.* 28. *& ſeqq. lib.* 2. vbi quando non procedat de ſimilibus ad ſimilia, ſed dicatur tantùm præſcriptum quantum poſſeſſum, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 242. *num.* 15. vbi in materia præcedentiæ, & ad effectum manutentionis.

Quòd quaſi poſſeſſio præſentandi acquiratur per vnicum actum effectuatum, poſſit probari per teſtes, cùm ſcripturam non requirat, concurrente etiam bona fide, quæ eſt neceſſaria in huiuſmodi acquiſitione, Rot. *p.* 10. *recent. deciſ.* 252. *per tot.* Thom. Triuiſ. *d. deciſ* 54. *nu.* 16. *& ſeqq.* vbi qualiter, & quando bona fides præſumatur, & quatenus adeſſet mala fides, quæſtio cadit, & eſt diſcutienda inter collatores in petitorio, & non inter prouiſos, vide in §. *Iuſpatronatus*, *&* §. *Patronus*, Rot. *p.* 18. *recent. deciſ.* 74. *per tot.* vbi qualiter iſta quaſi poſſeſſio præſentandi acquiratur per vnicum actum conſtituentem vltimum ſtatum, non conſtito legitimè de præcedenti ſtatu contrario, vide in §. *Status*, Rot. *d. p.* 18. *deciſ.* 315.

Quaſi poſſeſſio immemorabilis præſentandi ex qui- 4
bus probetur, & quid ſi adſit perſona, in qua cadat ſuſpicio vſurpationis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 597. *num.* 11. *&c.* vide in §. *Iuſpatronatus num.* 19. §. *Conſuetudo nu.* 14. §. *Præſcriptio num.* 34. *&* §. *Patronum num.* 2. *&* 12. Tuſch. *litt. Q. concl.* 35. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1216. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 283. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi in alijs terminis, & latè Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 417. vbi qualiter acquiratur iſta quaſi poſſeſſio præſentandi, an tranſeat ad hæredes, & alia, Bich.

deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 419. *num.* 6. vbi quòd quaſi poſſeſſio præſentandi, non tranſit in hæredes iuxta opinionem, quam ſequitur Rota, reprobato Lambertino contrarium tenente, vide in §. *Patronus num.* 2. *&* 12.

Plura de quaſi poſſeſſione præſentandi ſubuertenda, ac ſubmouenda, vbi legitimè non conſtat de acquiſitione iuriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione, cùm aliàs omne beneficium in ſui origine præſumatur de iure libellum, Salgad. *tract. de Benef. &c. poſt Labyrint. credit. part.* 4. *in fine*.

Ex quibus autem perdatur, vel conſeruetur, idem Tuſch. *litt. Q. concl.* 37. *per tot.*

5 Quaſi poſſeſſio iurium incorporalium amittitur ex ſcientia, & patientia, ſiue non contradictione niſi talia ſint incorporalia, in quibus aliquid corporale attingatur, vt in libertate eundi ad molendinum, in ſeruitutibus itineris, & ſimilibus, quæ adhærent ſolo, vt latè, & ſubtiliter declarat Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 70. *per tot.* facit Merlin. *deciſ.* 242. *num.* 8. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 302. *num.* 22. *&c.* vbi quòd requiritur ſcientia, & patientia in incorporalibus, an Prælatus poſſit per eam Eccleſiæ præiudicare, & alia.

Quòd in incorporalibus ad amittendam quaſi poſſeſſionem ſemel acquiſitam requiratur petitio, denegatio ſolutionis, & acquieſcentia potentis, & iſta ſint ab allegante probanda, cùm ſufficiat penſionario ſemel exegiſſe ad effectum ſuæ manutentionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 113. *nu.* 21. *&c.* Mantic. *deciſ.* 172. *nu.* 5. Burat. *deciſ.* 823. *n.* 5. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 45. *n.* 10. *& ſeqq.* vide in §. *Penſio n.* 8. *verſ. Quod exiſtens*, Rot. *d. part.* 10. *deciſ.* 333. *n.* 5. *&c.* vbi in terminis decimarum, *& part.* 11. *deciſ.* 242. *n.* 8. *&c.* Bich. *deciſ.* 589. *n.* 6. vbi in terminis cenſus, quia in incorporalibus ſemel quæſita, cenſetur ſemper animo retenta, niſi vt ſupra probetur amiſſa, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 271. vbi in terminis decimarum.

An, & quando amittatur quaſi poſſeſſio exigendi penſionem per ſententiam ad fauorem Titularis latam, abſque alia executione, vel non, latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 119. *per tot. & deciſ.* 203. *per tot.* Buratt. *deciſ.* 604. vbi de executione facta à lege, vel ab homine, & alia.

Si tamen fuerit interpoſita appellatio, debet penſionarius manuteneri in exactione, donec fuerit pronunciatum in petitorio, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 18. *n.* 5. *& ſeqq.*

An, & quando amittatur quaſi poſſeſſio per eum, qui diu non eſt vſus ſeruitutis, cuius iam ſemel quaſi poſſeſſionem acquiſiuit, quid ſi fuerit expulſus, & non egerit pro illius recuperatione, & alia, latè Franciſc. Maria Pecch. *in tract. de Aquaduct. lib.* 1. *cap.* 6. *q.* 10. *& ſeqq.*

6 Quaſi poſſeſſio regulariter non acquiritur ſine ſcientia, & patientia aduerſarij, quæ tamen concluſio limitatur non procedere ſtante titulo; vel ſi non conſtet de dominio, vel poſſeſſione dicti Aduerſarij; vel ſi agatur de reducendo rem ad priſtinum ſtatum, velut ſi agatur de præſcribenda libertate aduerſus ſeruitutem; vel ſi agatur in ſummariſſimo iudicio manutentionis; & in caſibus, in quibus eſt neceſſaria dicta ſcientia, & patientia, illa ſufficienter probatur ex multiplicitate actuum, diuturnitate temporis, & vicinitate, vt benè probat Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 249. *num.* 7. *& ſeqq. adde ſupra num.* 1. *& in* §. *Præſcriptio num.* 23. *&* §. *Manutentio num.* 21.

7 Quaſi poſſeſſio exigendi ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione aduerſarij emanata in petitione reſtitutionis pecuniarum ſolutarum, & acquiritur ex ſolutione etiam facta in vim mandati executiui, ſiue iuſti, ſiue iniuſti, niſi ſoluens in actu primæ ſolutionis proteſtetur ſoluere, metu mandati, quæ proteſtatio ſemel ab initio facta cenſetur repetita in ſequentibus ſolutionibus, cùm duret eadem cauſa metus, & debet reſpicere diſſenſum in ſolutione, non autem repetionem à tertio, pro quo ſoluit; & dicta manutentio non impeditur per ſententiam latam in petitorio, quando ab ea fuit appellatum, Ludouic. cum Beltram. *deciſ.* 365. *per tot.*

Quòd quaſi poſſeſſio non acquiratur ex ſolutione facta metu mandati, & cenſuræ, Caputaq. *deciſ.* 330. *part.* 2. *num.* 4. *& deciſ.* 331. Put. *deciſ.* 281. *lib.* 2. vide Rot. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 196. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 113. Nec ex ſuſceptione termini ad ſoluendum Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 90. vbi plura.

8 Quaſi poſſeſſio exigendi fructus cenſus quæſita etiam per vnicum actum, à cedente transfertur in ceſſionarium, illique prodeſt ad effectum manutentionis, quia in incorporalibus ceſſio habet vim traditionis, Bich. *deciſ.* 589. *num.* 1. *& ſeqq.* & latè in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 299. vbi quicquid ſecus ſit in corporalibus, & quod etiam ſolutio facta à principali debitore conſtituit creditorem in quaſi poſſeſſione exigendi, etiam contra fideiuſſorem, quia factum principalis nocet fideiuſſori, & alia ad rem, vide in §. *Poſſeſſio num.* 17.

Suffragatur etiam contra tertium poſſeſſorem rei cenſuatæ, quia ius metiendum eſt ex perſona actoris, & non rei conuenti, ac ideò quælibet mutatio perſonæ, non tollit quaſi poſſeſſionem actoris, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 388. *per tot. & part.* 18. *deciſ.* 208. *per tot. & deciſ.* 403. *per tot. & deciſ.* 581. *per tot.*

Confeſſio tamen de recepto reſultans ſolummodò ex ſcriptura facta abſente illo, qui dicitur ſoluiſſe non ſuffragatur pro manutentione, quæ ideò denegatur Monaſterio, & ſimilibus dictam quaſi poſſeſſionem probare volentibus ex ſuis libris, niſi cum illis concurrant etiam teſtes, vel aliæ probationes, Burat. *deciſ.* 156. *num.* 1. *cum Addit. num.* 14. Royas *deciſ.* 343. *num.* 16. Genu. *de ſcript. priuat. tit. de lib. Monaſt. cap.* 1. *&* 2. Ricc. *Collect.* 3680. *verſ. nec pariter*, Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 18. *num.* 3. *& ſeqq.*

De dictione, *quaſi*, & eius ſignificatione, ac de quaſi poſſeſſione nonnulla notat Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 462. 9

§. QVERELA. V.

QVerela inofficioſi teſtamenti competit fratri aduerſus teſtamentum fratris turpi perſona hærede inſtituta, aliàs ſecus, *l. Papinianus* §. *Si quis*, *&* §. *Meminiſſe ff. de inoff. teſt.* Addit. ad Pract. Papp. *libell. hæredit. ex teſtam. gloſ. ac etiam realiter verb. Querela*, Diaz. *reg.* 364. Ricc. *Collect.* 169. vide in §. *Frater num.*.. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 169. *vol.* 2. vbi qualiter competat deſcendentibus, aſcendentibus, & fratribus germanis turpi perſona inſtituta, ſit præparatoria petitionis hæreditatis, atque cauſam teſtati reducat ad cauſam inteſtati, Mart. *vot. Piſ.* 211. *num.* 10. *& ſeqq.* 1

Querela inofficioſi teſtamenti eſt ſubſidiaria, nec competit niſi deficiente quolibet alio remedio conſequendæ legitimæ, §. *tam autem Inſtit. de inoffic. teſtam.* Addit. ad Pract. Pap. *vt ſupra*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 247. *num.* 50. *&c.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 107.

Competit tantùm ei, qui obtinet primum gradum ſucceſſionis, *l. pater filium*, vbi Bart. *ff. de inoff. teſtam.* Pract. Papp. *loc. ſupra cit. num.* 27.

Item non competit ei, qui aliquid accepit ex eadem voluntate, quam vellet impugnare, ſecus ſi ex diuerſa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 249. *per tot.* Donad. *tract. de renunciat. cap.* 40. *per tot.* vbi plura qualiter filius exhæredatus recipiens legatum ſibi à patre factum cenſeatur renunciare querelæ inofficioſi teſtamenti, & alia ad rem.

Querela inofficioſi teſtamenti durat quinquennio, nec eſt ſublata per remedium petendi ſupplementum legitimę, Pract. Papp. *loc. ſupra cit. in fine*, Ludouiſ. *deciſ.* 337. *num.* 13. *& deciſ.* 489. *num.* 4. *& ſeqq.* Mart. *vot. Piſ.* 211. *num.* 18. *&* 19. vbi quòd iſtud procedit agendo, nam excipiendo ſemper poteſt opponi, quia temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad percipiendum. 3

Quòd imò per actionem agendi ad ſupplementum, quæ durat 30. annis ſit extincta querela inofficioſi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 247. *num.* 71. *cap.* 726. *num.* 40. *&c.* vide in §. *Legitima num.* 36.

Quòd ceſſet querela tam inofficioſi teſtamenti, quàm donationis, quando filio volenti agere fuit aliquid relictum, quia tunc datur ſolum actio ad ſupplementum, ex *l. omnimodo C. de inoffic. teſt.* Gratian. *d. cap.* 247. *num.* 64. *&c. & d. cap.* 729. *num.* 11. *&c. ad* 28.

Querela inofficioſi teſtamenti tranſmittitur ad hæredes illius, cui competebat, etiam non præparata, neque lite conteſtata, *l. ſi quis filium C. de inoffic. teſtam.* Gratian. *d. cap.* 247. *num.* 49. Diaz. *reg.* 365. *per tot.* facit Magon. *deciſ. Flor.* 76. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi de ſimilibus querelis an tranſeant ad hæredes, Tuſch. *litt. Q. concl.* 39. Coſta *de re integra Diſtinct.* 83. *per tot.* 4

Plura de querela inofficioſi teſtamenti qualiter ſit proponen-

Digitized by Google

ponenda, infra quaotum tempus, quando competat, vel non, latè Tuſch. *litt. I. concl.* 169. *cum tribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 169. 170. *per tot. vol.* 2. plenè Caldas Pereyra *tract. ſiue relect. ad tit. Inſtit. de inoffic. teſtam. per tot.*

5 Querela inofficioſæ donationis competit filijs quando pater donando non reſeruat illis legitimam de iure debitam, qualiter competat, & alia, DD. *in l.* 1. *C. de inoff. donat.* Tuſch. *litt. Q. concl.* 41. *per tot.* vide in §. *Donatio n...* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 170. *per tot. vol.* 2. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 108. *per tot.*

6 Querela inofficioſæ dotis competit filijs ob immoderatam dotem in præiudicium illorum legitimæ conſtitutam, Tuſch. *litt. Q. concl.* 42. vide in §. *Dos*, Ricc. *Collect.* 180. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 207. *&* 318. vbi fuit declarata dos inofficioſa vltra legitimam, & reducta, atque taxata ad minorem quantitatem, vt ſalua eſſet legitima aliorum filiorum, & dignitas patris ne mendicare cogeretur, conceſſa eidem patri, & eius hæredibus manutentione aduerſus ſubhaſtationem bonorum ex dicta cauſa nulliter, & iniuſtè per iudicem factam, vt ibidem *deciſ.* 206. *&* 319. *per tot.*

7 De querelis inofficioſitatis, ac de alijs querelis, & accuſationibus plura notat Bertachin. *in Repert. verb. Querela*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 463. vbi indicat Auctores dictas materias tractantes; & de querelis criminalibus pro delictis, dixi in §. *Accuſatio*.

§. QVIETATIO. VI.

1 QVietatio generalis recipit limitationem, quam diſponens adiecit, & refertur ſolum ad ea, quæ ſunt nominata, & ſpecialiter demandata, ac reſtringitur per rationem iuxta ſuam cauſam, & ſubiectam materiam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 737. *num.* 11. *& ſeqq. ad* 18. vide in §. *Diſpoſitio num.* 27. §. *Genus num.* 1. *&* §. *Liberatio num.* 1. *& ſeqq.* §. *Renunciatio num...* plenè Vrceol. *conſult. for. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 257. *&* 2369. vbi plura, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 351.

Quòd quietatio generalis in dubio ſit referenda tantùm ad ſpecificata, Nat. *conſ.* 546. & ad illa, de quibus actum fuit inter contrahentes, cùm vt plurimum dicatur captioſa, ex qua quis decipi poteſt, & ideò per interpretationem prudentum ſit frangenda, & moderanda, Bart. & Iaſ. *in l. Aquiliana ff. de tranſact.* Magon. *deciſ. Luc.* 9. *num.* 34. *&c.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 351.

Quando poſſit referri etiam ad alia præter ſpecificata, Ger. Spin. *conſ.* 18. *num.* 19. *& ſeqq.* vide in §. *Tranſactio num.* 8. plenè Vrceol. *Conſult.* 99. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 143. vbi quando referatur etiam ad debita futura habentia tamen cauſam de præſenti.

Quietantia plenè probat ſolutionem, quia per imma- 2
ginarias ſatisfactiones fieri non ſolet, vt dixit Rot. *in Romana Pecuniaria Luna* 27. *Iunij* 1633. coram Panzirolo *num.* 6. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 227. Ricc. *Collect.* 2510.

Quietantia facta, *per reſto, & ſaldo*, an, & quando 3
omnia comprehendat, vel non, ſi inter partes erant diuerſa, & diſtincta computa, vide in §. *Solutio num.* 20.

Quietatio generalis de ſui natura trahitur ad omnia, 4
maximè ſi ſit iuramento firmata; quæ tamen concluſio non procedit quoad ea, quæ vindicari poſſunt, neque ſtante dolo, ſiue præterito, ſiue futuro, neque quoad incognita, & ignorata, neque quoad fideicommiſſum generale, nec quoad feudum, vel emphyteuſim, nec quoad iura de futuro, nec quoad legatum dotis, ſed dicta quietatio generalis reſtringi debet ad ſpecificata, vt latè explicat Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1252. *per tot.*

Quietatio generalis non eſt expectanda, ad Theſſ. 5
deciſ. 74. Surd. *deciſ.* 217. *num.* 10. & non extenditur ad obligationes conditionales, nec ad debita diuerſa, atque extorta ex falſa cauſa, non impedit quominus poſſit agi ex primo inſtrumento, Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Quietatio fol.* 59. *col.* 1.

De quietationibus, ſiue quietantijs plura notat Ber- 6
tachin. *in Repertor. verb. Quietatio*, aliqua Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *eod. verb.* & alia remiſſiuè Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eodem verb. fol.* 463.

Finis Libri Decimiquinti.

Digitized by Google

NOVISSIMÆ ADDITIONES

Ad hunc Tertium Tomum

SVMMÆ SABELLÆ,

Diuerſorum Iuris Procerum Allegationes, & Deciſiones continentes;

PER GVIDVM ANTONIVM SABELLVM I.C.

Et in Sacra atque Illuſtriſsima D.Stephani Sereniſsimi Magni Etruriæ Ducis Religione Equitem.

Recollectæ, atque Argumentis, & Summarijs ornatæ.

In quibus nonnullæ Quæſtiones confirmantes plures huius Summæ Concluſiones, agitantur.

CAPVT I.

Legitima qualiter nepotibus ſit debita ex bonis Aui materni, vnà cum fructibus, purè, & ſine onere; quid in eam imputandum, an dos eorum matri tradita, an debita, etiam remiſſa, an legata conditionalia, & huiuſmodi.

CAPVT II.

Legitima an ſit quota bonorum, vel hæreditatis; an iudicium ſit ſummarium, & legitimario detur immiſſio pro ſumma certa à teſtatore relicta reiectis imputationibus ab eo ordinaris, & non attentis exceptionibus hæredis turbidis, ſed illi reſeruatis.

CAPVT III. & IV.

De eadem materia
De eadem materia } per coortaria diſcuſſa.

CAPVT V.

Solutum à patre, vel Auo pro filijs, vel nepotibus, an in eorum legitimam ſit imputandum, quid in dote data neptibus, quas fratres tenebantur dotare? fructus legitimæ, quando, & à quo tempore debeantur, & ad quam ſummam taxentur.

CAPVT VI.

Legitimarij qualiter, & quare ſint manutenendi in poſſeſſione adepta, & immittendi pro reliquo reiectis exceptionibus, &c.

CAPVT VII.

Legitima à patre relicta cum onere, an eo reiecto poſſit peti actione ex teſtamento, vel ſit petenda condictione ex lege cum liquidatione ſtatus hæreditarij, an iudicium ſit executiuum, & alia.

CAPVT VIII.

De eadem materia latiùs explicata.

CAPVT IX.

Legitima aſcendentibus debita quanta ſit, an tertia totius ſubſtantiæ, vel tertia portionis debitæ ab inteſtato, &c.

CAPVT X.

Delinquens an dicatur conuictus ex depoſitionibus trium teſtium ſociorum itineris, vel in itinere occiſi, ad pœnam ordinariam. Minor ætas de tempore delicti, an excuſet ab executione ſententiæ contumacialis capto bannito, &c.

CAPVT XI.

Officialis à plurimis vindicatur imputationibus cum reſeruatione iurium pro iniuria, calumnia, expenſis, & damnis; atque præſcriptionis delictorum materia in terminis Legis Municipalis Florentię plenè diſcuritur.

CAPVT XII.

Falſitas litteræ Cambij detecta, ex quibus probetur ad effectum criminaliter procedendi, & puniendi, vel tollendi fidem ſcripturæ. Suſpicio falſitatis qualiter in ciuilibus habeatur pro falſitate, & alia ad rem.

CAPVT XIII.

De delictis atrociſſimis: De teſtibus, & eorum repetitione: De nullitate Proceſſu manu Iudicis ſcripti, & alijs, &c.

CAPVT XIV.

Mandatum ad occidendum ex quibus probetur: Corpus delicti quomodo conſtare debeat in mandato: Quæ indicia requirantur ad ſpecialem Inquiſitionem tranſmittendam: De dicto ſocij criminis quando, & qualem probationem faciat, & alijs.

CAPVT XV.

Corpus delicti quomodo probetur in crimine Pæderaſtiæ: Dictum ſtuprati quale indicium faciat, & alia ad rem exponit Excellentiſſimus D. Bernardinus Renzolius.

ARGVMENTVM GENERALE.

AVCTOR Summæ multa, & ferè omnia ſummatim de more in legitimæ notauit, vel ſaltem tetigit in hoc Tertio Volumine §. Legitima per tot. & alibi opportunè; at quia fuit poſteà vnus ex Iudicibus Reuiſionis cauſæ grauiſſimæ DD. de Berzighellis propè 50. annos Florentiæ agitatæ ſuper debita eiſdem abſque vllo onere etiam reciproci fideicommiſſi legitima, in bonis Aui materni, cum fructibus à die obitus teſtatoris, reiectis pluribus ex aduerſo prætenſis imputationibus, etiam ab ipſo teſtatore ordinatis, & alijs exceptionibus; emanatiſque ſuperindè varijs Aduocatorum Allegationibus, & Doctiſſimorum Auditorum deciſionibus, ex quibus de optimo illorum iure apparere exiſtimauit, eaſdem hic, cum moderna Deciſione Rotæ Romanæ ſuper computatione legitimæ aſcendentibus debitæ, & tribus deciſionibus Criminalibus, ad publicam vtilitatem imprimi curauit, cùm ſint materiæ frequentiſſimæ, & melius quàm alibi explicatæ ſuper articulis controuerſis, prout in ſeqq. Argumentis, & Summarijs.

ALMÆ ROTÆ FLORENTINÆ
DECISIONES

In celebri cauſa Florentina legitimæ inter DD. Claudium, & Conſortes de Berzighellis, & RR. Capitulum Cathedralis, & alia Loca Pia Ciuitatis Collis.

Die 2. Septembris 1678. & Die 28. Iunij 1680.

Sententia Supremi Magiſtratus inter DD. de Berzighellis, & VV. tria loca Pia Collis.

De die 2. Septembris 1678.

Sereniſſimus Magnus Dux Etruriæ, & pro S. C. S. Illuſtriſſimi DD. Locumtenens, & Conſiliarij in Republica Florentina.

VIſa relatione eorum Illuſtriſs. Magiſtratui facta per DD. Auditores Vrceolum, Argentum, Farſettum, Angelum, Venturinum, & Maggium, in Cauſa eiſdem ad referendum commiſſa, inter D. Claudium de Berzighellis, & D. Decanum Franciſcum eius fratrem, & deinde DD. eius Nepotes, & heredes Cammillum, & Ioannem Nicolaum de Berzighellis Actores ex parte vna, & D. Franciſcum, D. Iacobi de Vſimbardis primo loco Reum conuentum, & poſt eius mortem RR. DD. Canonicos Cathedralis Collenſis, RR. Moniales Monaſterij Sancti Petri, & Hoſpitalarium Hoſpitalis dicta Ciuitatis Reos ex altera parte, mm. & nn. quibus in actis, &c.

Audito D. Terentio Fantonio Procuratore dictorum DD. de Berzighellis petente approbationem dicta Relationis.

Viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, &c. ſeruatis &c.

Deliberauerunt, & deliberando dictam relationem approbauerunt, & confirmauerunt, decretando prout in ea in omnibus, & per omnia, & mandauerunt partibus prædictis illius obſeruantiam, ſub eorum indignationis, & arbitrij pœna, Mandantes, &c.

Cuius relationis tenor eſt qui ſequitur, videlicet.

ILLVSTRISSIMI DOMINI,

IN Cauſa vertente indeciſa coram Illuſtriſſimo, & Supremo Magiſtratu inter

Dominos Claudium quondam Domini Cammilli Berzighelli, ac D. Decanum Franciſcum eius fratrem, & loco huius profeſſum per Dominos eius nepotes, & hæredes Cammillum, & Ioannem Nicolaum de Berzighellis Actores ex parte vna, &

D. Franciſcum Domini Iacobi Vſimbardi Equitem S. Stephani primo loco Reum conuentum, & propterea poſt eius mortem per RR. DD. Canonicos Cathedralis Eccleſiæ Collenſis, Reuerendas Moniales Monaſterij Sancti Petri, & Hoſpitalarium Hoſpitalis dictæ Ciuitatis Reos ex altera, prout habetur in actis, ad quæ omnino habeatur relatio.

Viſis commiſſionibus factis pluries, atque pluries diuerſis DD. Auditoribus, & demum poſtremo loco nobis ex Decretis eorum Magiſtratus, vltimo vigente, vt in actis, &c.

Viſis petitionibus dictorum Actorum: Exceptionibus, & Reſponſionibus Conuentorum, & ſe defendentium, diuerſis temporibus exhibitis.

Viſo Teſtamento D. Claudij Franciſci Vſimbardi de die 18. Octobris 1638. ex rogitu Domini Matthæi Neronij Ciuis, & Notarij Florentini.

Viſis contradictionibus, replicationibus, duplicationibus, & reſponſionibus omnibus in dicta Cauſa per dictas partes hincinde factis.

Viſo Inſtrumento confeſſionis dotis Dominæ Virginiæ Filiæ dicti Domini Claudij Vſimbardi facta per Dominum Cammillum q. Ioannis de Berzighellis Anno ab Incarnatione 1608. die decima menſis Decembris ex Inſtrumento rogato per Ser Lactantium q. Ioan. Mariæ Lombardi Piſanum Notar. publicum Florentinum, prout in eo.

Viſis Iurium productionibus, ac Iuribus productis hincinde diuerſis temporibus in hac cauſa, ac Teſtibus examinatis, & publicatis.

Et demum in facto viſis integris Proceſſibus, & omnibus in facto videndis, & conſideratis conſiderandis.

Partibus, & earum Procuratoribus in facto auditis pluries, atque pluries.

Viſis Iurium allegationibus doctiſſimorum Iuriſconſultorum hincinde nobis præſentatis, illiſque matura diſcuſſis.

Auditis oretenus Excellentiſs. dictarum Partium Aduocatis iterùm, atque iterùm, & toties quoties voluerint audiri.

Viſis, ac maturè conſideratis Statutis, tam ciuitatis Florentiæ, & Piſarum, quàm Collis, illis, & quolibet eorum maturè perpenſis.

Denique viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, tam in facto, quàm iure, & tenore Decreti 26. Auguſti 1678.

Chriſti Saluatoris Nomine, & Auxilio Inuocato, accedentes pro modo ad punctum prætenſæ imputationis dotis dictæ Dominæ Virginiæ Vſimbardæ, & conſequentibus ad eamdem dotem, donationis, & legati, vt infrà.

Dicimus, referimus, &c. Partes Dominationum Veſtrarum Illuſtriſſimarum fore, & eſſe in ſententiando, & decretando prout infrà, videlicet.

Chriſti Nomine Inuocato: Dicimus, pronunciamus, & ſententiamus, quia declaramus in legitimam præfatis Dominis de Berzighellis debitam *non fuiſſe, nec eſſe imputandam ſummam ſcutorum, ſeu ducatorum ſeptem mille in dotem dictæ Dominæ Virginiæ eorum Matri à dicto Domino Claudio Vſimbardi datam, nec aliam ſummam ſcutorum duodecim mille quingentorum pariter dictæ Dominæ Virginiæ à præfato Domino Claudio donatam, non obſtante ordinatione eiuſdem Domini Claudij in dicto eius Teſtamento de dictis duabus ſummis imputandis: Prout etiam non fuiſſe, nec eſſe imputandum legatum Prædij Marignollæ, & Domus Florentiæ cum omnibus pertinentijs, & mobilibus, ac alijs declaratis, & comprehenſis ſub dicto legato, vt in dicto Teſtamento dicti Domini Claudij, ad quod &c. Eiſdem DD. de Berzighellis à prædicto Domino Claudio relictum.* Sed præfatam legitimam eiſdem Dominis de Berzighellis debitam fuiſſe, & deberi liberam, & immunem à dictis imputationibus *exaduerſo prætenſis, vnà cum fructibus, iuxta liquidationem, & taxationem faciendam, tam reſpectu temporis, quàm quantitatis, ſalua nobis facultate per aliam noſtram ſententiam decidendi, declarandi, & ſententiandi ſuper cæteris imputationibus, ſeu compenſationibus, & alijs omnibus, ac ſingulis hincinde deductis, prætenſis, & petitis, & ſuper liquidatione, & taxatione dictorum fructuum, & ambas partes iuſtis de cauſis, &c. Ab expenſis abſolui, &c. Et ita, &c. Et omni alio, &c.*

Ex Ædibus Rotalibus hac die 31. Auguſti 1678.

DD. VV. Illuſtriſſimarum

Deditiſſimi

Ioſeph Vrceolus Prætor.
Io: Argentus Rotæ Auditor.
Coſmus Farſettus Rotæ Auditor.
Franciſcus Venturinius Auditor.
Petrus Matthæus Maggius Auditor.

Die 2. Septembris 1678.

Sereniſſimus Magnus Dux Etruriæ, & pro S. C. S. Illuſtriſſimi DD. Locumtenens, & Conſiliarij in Republica Florentina.

VIſa Sententia lata hac die per eorum Supremum Magiſtratum ad relationem Dominorum Auditorum Vrceoli, Argenti, Farſetti, Angeli, Venturini, & Maggi, inter Dominum Claudium, & Dominos Cammillum, & Ioannem Nicolaum de Berzighellis mm. & nn. quibus in actis ex parte vna, & Reuerend. DD. Canonicos Cathedralis Eccleſiæ Collenſis, & Reuerendas Moniales Monaſterij Sancti Petri, & Hoſpitalarium Hoſpitalis dictæ Ciuitatis, vnà cum omnibus in ea contentis, &c.

Audito D. Terentio de Fantonibus petente, nomine dictorum Dominorum de Berzighellis executionem dictæ Sententiæ, & quidquid, &c. Seruatis, &c.

Deliberauerunt, & deliberando, dictis Dominis de Berzighellis, dederunt, & conceſſerunt executionem dictæ Sententiæ ſecundum formam, & tenorem eiuſdem. Mandantes, &c.

C A P.

ARGVMENTVM.

LEgitima Nepotibus ex filia præmortua, intrantibus ex proprijs perſonis, & ab Auo in Teſtamento relicta, debetur vnà cum fructibus, & quidem purè, & abſque onere.

In dictam Legitimam an imputanda ſit dos, quæ olim eorum Matri fuit ab eodem Auo conſtituta, & ad eos peruenerat vti hæredes Matris.

Et an imputetur id quod Teſtatori debeatur à Patre prædictorum Nepotum. Et quid ſi creditum prædictum, quod Teſtator habebat contra Generum, fuiſſet donatum, atque ceſſum eidem filiæ dum viuebat.

Et an in d. Legitimam veniat imputandum legatum conditionale præfatis Nepotibus factum in eademmet diſpoſitione, in qua eis Legitimam reliquit, & taxauit.

SVMMARIVM.

1 *AVus maternus nepotibus ex filia prædefuncta legitimam relinquere tenetur.*
2 *Legitima deſcendentibus omni iure debetur.*
3 *Iudex litibus diuturnis finem imponere debet.*
4 *An quis ſit fideicommiſſarius vniuerſalis, vel particularis, ex mente Teſtatoris, & ex coniecturis deſumitur.*
5 *Dato vniuerſali fideicommiſſario, alij tales inſolidum eſſe non poſſunt, ad inſtar heredis.*
6 *Appellatione bonorum, cum dictione vniuerſali,* omnium, *bona omnia mobilia, immobilia, iura, & actiones actiuè, & paſſiuè ſub iure quodam vniuerſali comprehenduntur.*
7 *Verbum* lego, *conſideratur in diſcernenda ſubſtitutione obliqua à directa, non an ſubſtitutio ſit vniuerſalis, vel particularis.*
8 *Subſtitutio an ſit vniuerſalis, vel particularis, non à verbo, ſed à qualitate rei, de qua diſponitur an ſit quid vniuerſale, vel particulare, cognoſcitur.*
9 *Sicut fideicommiſſa vniuerſalia vniuerſalibus, ſic particularia particularibus ſunt exæquata.*
10 *Subſtitutio dicitur vniuerſalis, etiamſi tota hereditas inter plures per quotas fuerit à Teſtatore diſtributa.*
11 *Compatibile eſt, quod quis vniuerſaliter per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus, & alter in rebus certis particularibus legatis ſit honoratus.*
12 *Bona non dicuntur, niſi ære alieno deducto, quod quomodo intelligatur in ſubſtitutione facta in bonis, & n.13. 14. 15. 16.*
17 *Legata in hereditate Teſtatoris, & ad titulum heredis, ſaltem ante legatarij agnitionem, remanent, licet ab vniuerſali inſtitutione eſſent excepta.*
18 *Dictio,* ideſt, *non ſemper ſtat demonſtratiuè, ſed aliquando limitat.*
19 *Indefinita ab homine prolata æquipollent vniuerſalibus, non ex proprietate verborum, ſed ex benigna interpretatione, & num.20.*
21 *Quando quis particularis, vel vniuerſalis ſucceſſor dicatur, vt locus ſit iuri accreſcendi.*
22 *Iura ſepulchri hereditarij non tranſeunt ad fideicommiſſarium vniuerſalem, vel particularem.*
23 *Differt ſepulchrum à iure ſepulchri, & à iure inferendi mortuum in ſepulchrum, & in quo hæc differant inter ſe, & num.24. 27. & 34.*
25 *Proprietas ſepulchri eſt quid religioſum, & in nullius bonis.*
26 *Vt ſepulchrum ſit quid religioſum debet interuenire licentia Epiſcopi, vel alterius ſuperioris Eccleſiaſtici in eius conſtructione de iure Canonico, quicquid ſit de iure Ciuili.*
28 *Ius ſepulchri aut eſt familiare, aut hereditarium.*
29 *Ius ſepulchri familiare tranſit in fideicommiſſarium, ſi ſit de familia Teſtatoris, quamuis non ſit heres.*
30 *Ius ſepulchri familiare non tranſit in heredem, qui non ſit de familia Teſtatoris.*
31 *Ius ſepulchri hereditarium remanet apud heredem, nec tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem, niſi Teſtator aliud diſponat, cum legari poſſit, & num.32.*
33 *Ius ſepulchri hereditarij eſt ius quoddam honorificum religioſum, non reſpiciens commodum pecuniarium, & adhæret Perſonæ heredis, itaut ab ea euelli non poſſit.*
35 *Ius inferendi mortuum in ſepulchrum poteſt acquiri, & transferri ab eo, qui habet ius ſepulchri, in aliquem, quamuis non ſit heres, nec de familia Teſtatoris, & poteſt donari, & legari, & hoc reſpectu poteſt etiam in fideicommiſſarium ex diſpoſitione Teſtatoris tranſire.*
36 *Ius inferendi mortuum in ſepulchrum differt à iure ſepulchri, vti commoditas, ſeu vtilitas vſusfructus à Iure vſusfructus, & qui hoc ius habet alijs illud concedere poteſt, & num.37.*
38 *Qui habet ius ſepulchri ſi decedat nullo relicto herede, vel de familia, tale ius conſolidatur in Eccleſiam in qua ſepulchrum eſt conſtructum, quæ alteri ius ſimile, vel inferendi mortuum in dictum ſepulchrum concedere poteſt, & num.39.*
40 *Non implicat contradictionem, quod fideicommiſſarius particularis ſit prohibitus alienare, & cognomen, & arma Teſtatoris aſſumere.*
41 *Teſtator de rebus ſuis ad libitum diſponere poteſt, & eius voluntas habenda eſt pro lege.*
42 *Auus tenetur nepotibus ex filia primam cauſam ſucceſſionis habentibus legitimam relinquere liberam à quacumque imputatione, ſeu onere extrinſeco, niſi quatenus de Iure imputatio, & onus imponi poſſit.*
43 *Dos matris prædefunctæ non imputatur in legitimam debitam nepotibus in bonis Aui ſecundum Baldum, ſed contrà num.44. diſtinguitur num.45.*
46 *Si Pater patiatur, vt ſtipuletur dotem filia reddi, eidem filiæ dicitur donata, nec imputatur in legitimam nepotum, ampliatur num.47.*
48 *Donatio facta à Patre pro dote filiæ irreuocabiliter, acquiritur etiam abſenti.*
49 *Actio dotis ſtipulata pro filia ſoluto matrimonio eſt ſolius filiæ ad eius heredes tranſitoria.*
50 *Conſenſus Patris in patiendo, vt dos ſtipuletur pro filia, poteſt elici etiam ex eius epiſtolis, quamuis poſtea ſcriptis, & num.51.*
52 *Ex Patris ſola voluntate pendet, dotem profectitiam reddere aduentitiam, & de imputabili reddere non imputabilem.*
53 *Et ſufficit voluntas tacita ex ſcientia, patientia, & permiſſione reſultans, & num.60.*
54 *Debitoris principaliter intereſt, habere confeſſione de recepto, quando ſoluit.*
55 *Homines non ſunt ſoliti ſoluere ſine cautionibus de recepto benè ſtipulatis.*
56 *Habens copiam Inſtrumenti apud ſe, præſumitur contentorum in eo habere ſcientiam, coniuncta maximè ſanguinis neceſſitudine, & facti qualitate ad ſe ſpectantis.*
57 *Ex longa taciturnitate præſumitur ſcientia, & conſenſus, cum facilè actus potuiſſet impugnari.*
58 *Ex factis, & etiam ex non factis poteſt probari alicuius conſenſus.*
59 *Tam verba, quàm facta demonſtrant voluntatem alicuius, qualis ab initio fuerit.*
61 *Poſt ius quæſitum ex donatione irreuocabili filiæ, & nepotibus Pater, & Auus reſpectiuè non poteſt in teſtamento eis præiudicare.*
62 *Debet attendi pars inſtrumenti, quæ reſpicit ſubſtantiam illius, non quæ reſpicit executionem.*
63 *Pars executiua Inſtrumenti quæ ſit.*
64 *Ex Statuto Florentinæ lib.2. rubr.129. filij ſuccedunt in dotem Matris prædefunctæ titulo vniuerſali.*
65 *Filij ſuccedentes in dotem maternam, vti ſucceſſores vniuerſales, non imputant eam in legitimam eis debitam in bonis Aui.*
66 *Ex Statuto Florentino d. rubr.129. dos filiæ prædefunctæ ante maritum, nullo caſu redire poteſt ad Patrem.*

67 Declaratur ſtatutum Florent. dict. rubr. 129. in verbis illis Succedant matri ſuæ titulo vniuerſali.
68 Filij in dotem matris prædefunctæ ſuccedunt vti heredes vniuerſales ex ſtatuto Florentino, quod ampliatur etiam in extradotalia, num. 69.
70 Contrarietas ſcribentium ſuper interpretatione ſtatuti antiqui Florentini ad concordiam redacta ex ſtatuto nouo.
71 In Statuto nouo Florentino non fuerunt reſecata verba, quod filij ſuccedant matri titulo vniuerſali.
72 Hereditaria ſucceſſio eſt verè, & propria vniuerſalis.
73 In Statuto Florentino verba, titulo vniuerſali, accipiuntur in eo ſenſu, quo legitimam iure hereditario ad filios pertinere dicimus.
74 Tota dos matris dicitur filiorum legitima à dicto ſtatuto à triente, vel ſemiſſe aucta ad integram dotem.
75 Hæc legitima ſic aucta eſt magis debita, & potentior, quam legitima iuris communis.
76 Succeſſio vniuerſalis in dotem debetur filijs, qui eam non aditam tranſmittunt, vti tranſmittunt legitimam.
77 Non valet conſequentia, Dos non tranſmittitur, ergo filij non ſuccedunt titulo hereditario, cum bene, inuicem poſſint conuenire.
78 Ex dicto Statuto Florentino rubr. 129. ſi non adſunt filij, maritus ſuccedit in dotem titulo vniuerſali, quoad illum à dicto ſtatuto nouiter introducto, qui differt à ſucceſſione filiorum, & num. 479.
80 Quamuis dos matris filijs iure hereditario debeatur ex dicto ſtatuto, tamen cum hæc dos ſit loco legitimæ, poterat ſtatutum prohibere in vita, & in morte de ea diſponere, vt plenius filijs eſſet conſultum.
81 Ex dicto ſtatuto dos matris non redit ad Patrem, ſed dicitur aduentitia, & non profectitia.
82 Ex conſuetudine Martini dos matris prædefunctæ ſpectat ad filios non iure hæreditario, ſed ex quadam æquitate à Patre dicta conſuetudo eam auocat, & dat filijs, qui Auo potius, quam matri ſuccedunt.
83 Piſani ad ciuilitatem Florentinam admiſſi ſubſtinentes onera, & honores in ciuitate Florentiæ veri ciues Florentini ſunt, & frui poſſunt ſtatutis Florentini in ſucceſſionibus.
84 Subditi in ciuitate dominanti non dicuntur forenſes.
85 In ſucceſſionibus, quoad nomina debitorum, attenduntur ſtatuta originalia perſonæ defunctæ.
86 Nomina debitorum de quo loco eſſe dicantur.
87 In ſuccedendo, ſtatuta illius loci, in quo bona ſunt ſita, maximè ſi concurrat vtraque ſubiectio, attendenda ſunt.
88 Promittens ſoluere Piſis, vel Florentiæ poteſt ad electionem creditoris ibi conueniri ſi eſt Florentinus Ciuis, & num. 89.
90 Nomina debitorum dicuntur eſſe de loco, vbi poſſunt de facto, vel de iure exigi ex opinione magis recepta.
91 Pro acquirenda naturali, & vera Ciuilitate ſufficit, quod aliquis ſit natus ex ciue effecto etiam ex Priuilegio, & fortius ſi Pater firmaſſet domicilium, & n. 92. 94.
93 Per Baptiſmum quis efficitur ciuis loci, in quo baptizatur.
94 Animus Domicilium firmandi, & acquirendi ex quibus dignoſcatur, & num. 95.
96 Non eſt incompatibile, quod duarum Ciuitatum quis Ciuis ſit.
97 Ciuis ex priuilegio ſi onera, & honores ſubſtineat dicitur verè Ciuis, & ſic filij nati ex eo, quamuis Priuilegium ſit reſtrictum ad ſuperuinentes.
98 Mulier nupta in loco viri dicitur Ciuis illius loci, contra num. 99. diſtinguitur num. 100.
101 Mulier Ciuis Ciuitatis Dominantis nupta in Ciuitate ſubdita, non dicitur ſuppoſita legibus Ciuitatis ſubditæ.
102 Differt lucrum Dotale mariti à ſucceſſione filiorum in dote Matris.
103 Nepotes ſuccedentes cum materteris dicuntur ſuccedere in locum eorum matris, & ideò imputant dotem illius in legitimam debitam in bonis aui; Contra num. 106. & 108.
104 Nepotes in bonis aui ſuccedunt ex Perſona propria, quamuis repræſentent matrem, & eius locum ſubintrent.
105 Ex perſona propria, & ex proprio Iure dimetienda eſt ſucceſſio nepotum in hæreditatem Aui ex lege illis debitam.
107 Quamuis mater, ſi vixiſſet, imputaſſet dotem in legitimam ſuam, non tamen imputant nepotes, qui eam capiunt ex ſubſtantia Matris.
109 Quotieſcumque nepotes capiunt dotem vti heredes matris, vel ex ſtipulatione, aut alio modo, concurrant, vel non concurrant cum matertera, non imputant dotem in legitimam ſibi debitam in bonis Aui, & ſic conciliantur opiniones Bart. & Bald.
110 In legitimam filiorum ea tantum imputantur, quæ de Parentum tempore mortis immediate capiuntur.
111 Nepotes non ſibi imputant in legitimam donata inter viuos validè ab Auo eorum matri, quia in hæc ſuccedunt vti heredes matris.
112 Regula generalis traditur, quod ea quæ capiunt filij à matre vti eius heredes non ſibi imputant in legitimam debitam in bonis Aui.
113 Matrimonium non liberat à Patria poteſtate filium, & num. 115.
114 Donatio facta à Patre filio in poteſtate non ſubſiſtit, maximè ſi filius ſit abſens, & ſine inſinuatione, declaratur n. 116. 117. 118. 119. 120. & 122.
121 Iuramentum generaliter præſtitum plures defectus ſanare poteſt.
123 Ex ſtipulatione Notarij pro Donatario non acquiritur Ius irreuocabile ante ratificationem, quia Donatarius poteſt eam repudiare, ſed tamen donans pœnitere non poteſt, nam quoad eum donatio eſt perfecta, maximè ſtante clauſula conſtituti, & promiſſione iurata donantis de non reuocando, & num. 124.
125 In donatione non oneroſa ſufficit ratificatio tacita deducta ex ſcientia donatarij.
126 Scientia præſumitur ex Coniecturis, vti ex ſanguinis coniunctione, & alijs n. 127. 128. & 129.
130 Donatio facta ſi ſit per Nuntium, vel Epiſtolam, neceſſe eſt, vt Epiſtola, vel Nuntius ſpecialis ſit.
131 Donatio ſemel perfecta non poteſt Teſtator mandare, vt imputetur in legitimam filiorum, & quando hoc ſit verum, num. 132.
133 Pater poteſt donationem facere hac contemplatione, vt filius eam imputet in legitimam, & quod etiam imputent nepotes.
134 Donatio facta à Patre imputatur, ſi ſit in magna ſumma, & æquiualens legitimæ, vel ſi inter filios reſultaret inæqualitas, & num. 135. declaratur num. 136. 137. 138. 139. 140. 147. 148. 149. 150. 151. 152. & 153.
142 Quæ dicatur pura, mera, & ſimplex donatio.
143 Viuente Patre, filio nulla debetur legitima.
144 In legitima calculanda ſolum tempus mortis Patris attenditur, & quando hoc ſit verum, num. 145.
146 Renuntiatio legitimæ ſine iuramento non ſubſiſtit.
154 Donatio facta à Patre imputatur in legitimam, quando inter filios reſultaret magna inæqualitas; declaratur num. 155. 156. 157. 158. & 159.
160 Menoch. conſ. 153. & D. Vrceol. conſult. 85. declarantur.
161 Imputatio propriè cadit in ſucceſſionem filiorum in legitimam, non autem in ſucceſſionem ad vniuerſam hereditatem, in quo habet locum collatio ad ſeruandam æqualitatem.
162 Collatio longe origine, natura, forma, & vſu differt ab imputatione.
163 Imputatio non eſt terminus habilis pro ſeruanda æqualitate, ſed non imputatio.
164 Pro ſeruanda æqualitate in legitima eſt proditum remedium inofficioſæ donationis, vel quod res donata in cumulum hereditatis computentur, vt æſtimetur legitima, & ſoluatur de bonis extra donationem, ſi ſufficiant, & num. 165.
166 Imputatio in legitimam, & computatio in cumulum hereditatis pro detrahenda legitima aliquando promiſcuè ſumuntur, & fraterniʒant, & num. 167. 168.
169 Querela inofficioſæ donationis, ſicuti inofficioſi Teſtamen-

Digitized by Google

menti poteſt ſolum deduci à filijs, non à tertio.

170 Filia ſimpliciter excluſa à ſtatute vti extranea conſideratur, nec illi debetur legitima.

171 Quando non debetur legitima, non habet locum imputatio in eam, & n. 172.

173 Non valet conſequentia, imputat mater, ergo debent imputare etiam filij, & n. 174.

175 Materia imputationis dotis æquiparatur cum materia imputationis donationis inter viuos quoad nepotes.

177 Aliud eſt ſtipulari pro aliquo ex filijs, aliud pro aliquo ex heredibus.

177 Reprobatur Andreol. contr. 5. & Menoch. conſ. 153. & declaratur, in quo caſu eorum opinio locum habere poſſit, & num. 178.

179 Donator poſt donationem factam, quando eſt dubia, declarare, ſecus ſi eſt clara, ſimplex, & pura, quia tunc eſſet ſupplere, & alterare, & n. 180.

181 Teſtator, ſi facit duo legata vnum purum, & alterum conditionale, vtrumque præſtari voluiſſe dicitur, primum ſtatim, ſecundum purificata conditione.

182 Quod eſt verum, etiam ſi legatum ſit factum pro legitima, & vtrumque eſſet purum, & n. 183.

184 Ex diuerſitate temporis tituli, & rei arguitur diuerſa ſubſtantia legatorum, vt vnum in aliud non confundatur.

185 Quod eo magis eſt verum in filio, ne melioris conditionis ſit, quam extraneus.

186 Legatum conditionale quando in legitimam ſit imputandum ſecundùm gloſ. in l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoff. Teſtam. & alios latè declaratur, & n. 187. 188. 189. 202. 203. & 204.

190 Pater tenetur filium, vel alium deſcendentem primam cauſam ſucceſſionis habentem heredem inſtituere nominatim, vel exheredare, alias teſtamentum ex præteritione eſt nullum.

191 Satis tamen olim erat Patri relinquere filio quartam partem ſuorum bonorum, ſed integram, ſine onere, & dilatione, alias filius Teſtamentum de inofficioſo redarguere poterat, & petere bonorum poſſeſſionem contra Tabulas, quod ſeruatum fuit vſque ad tempora Zenonis Imperatoris, & num. 192.

193 Ad excludendam querelam inofficioſi Teſtamenti Zeno Imper. ſtatuit, vt filius donationem propter nuptias, & filia dotem in legitimam imputaret in l. quoniam nouella C. de inoff. teſtam.

194 Debet tamen Pater illos in d. donatione, vel dote, vel in alia parte heredes inſtituere.

195 Et ſufficit, ſi in legitima eos inſtituat, nam cenſentur inſtituti in d. donatione, vel dote.

196 Legitima eſt nomen Iuris.

197 Iuſtinianus Imperator in l. omnimodo, & l. ſeq. C. de inoffic. Teſtam. ſtatuit, vt ſi Pater filio minus quarta relinquat, ſit locus ſupplemento, non querela inofficioſi.

198 In ſupplementum voluit Iuſtinianus imputari non ſolum dotem, & donationem propter nuptias, ſed & alia ex Patris pecunia empta, legata, & alia relicta, & ſi non ſufficerent, ſupplendum eſſe de reſiduo bonorum Patris.

199 Voluit etiam, ſupplementum deberi de ſubſtantia Patris, non de bonis aduentitijs filiorum, & remote onere fideicomm.

200 Legitimam etiam deberi ſine onere, & dilatione, & quod filijs relinquatur honorabili titulo inſtitutionis, & num. 201.

205 Non eſt quærendum de imputatione in legitimam, niſi quando ageretur de ſupplemento, ad ſubſtinendum Teſtamentum debite, non quando legitima peteretur ex diſpoſitione Teſtatoris.

206 Quando integra legitima relinquitur, adhuc eſt locus imputationi, ſed declaratur hæc propoſitio num. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 314. 215. & 216. vbi latè declaratur quando fiat imputatio in legitimam.

217 Quando legitima dicatur debita filijs ex diſpoſitione teſtatoris, & petı actione ex Teſtamento, & n. 218. 219.

220 Expenditur text. in l. quoniam in pr..ribus, C. de inoffic. Teſtam.

221 Et in l. Seius, & Augerius, ff. ad l. Falcid.

222 Declarat text. in l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoffic. Teſtament. & nu. 230. & 236. additur Barry de ſucceſſ. lib. 10. tit. 3. num. 4.

223 Onus in legitima appoſitum vitiatur, ſed non vitiatur diſpoſitionis ſubſtantia.

224 Onus in legitima remouetur non contra voluntatem Patris, ſicuti & ſupplementum datur à lege non contra eius voluntatem, ſed diſtinguitur, n. 225.

226 Argumentum à ſupplemento ad reiectionem oneris valet, & è contra, cum vtroque modo legitima dicatur diminuta.

227 Pro legitima relicta datur actio Perſonalis ex Teſtamento, & hypotheca legalis.

228 Teſtatorem aliter non fuiſſe legaturum allegans debet probare.

229 Refertur d. D. Auguſtini relatum c. vlt. 17. q. 4.

231 Vt aliquid in legitimam poſſit imputari, tria requiruntur, res, cauſa, & tempus.

232 Non poteſt fieri imputatio de re, quæ nondum debita erat, quia imputatio debet fieri de eo, quod eſt quæſitum.

233 Legitima exacta non recipit imputationem.

234 Refertur diſtinctio Bartoli in l. in quartam n. 14. ff. ad leg. Falcid. & conſ. 134. lib. 1. & aliorum, quod aut legatum conditionale relictum fuit ab hærede, aut à legatario, impugnatur num. 235. 236. & 237. ſed recipitur num. 238.

239 Legitima à die obitus Teſtatoris ab eius ſubſtantia à lege intelligitur ſeparata, & filijs acquiſita.

240 Ea omnia, quæ poſt tempus mortis Teſtatoris filio quæruntur, non imputantur in legitimam, quia conſiderantur vti aduentitia.

241 Ponderatur ratio diſtinctionis Bartoli, quare legata conditionalia ab hærede filio relicta imputentur, non relicta à legatario, & n. 242. 243. 244. & latè diſcurritur in caſu præſenti, & num. 245.

246 Quando legatum dicatur ab hærede, & quando à legatario, ſeu fideicommiſſario relictum, & quid in dubio, & num. 247.

248 Sub vniuerſali ſubſtitutione comprehenditur etiam legatum particulare præſtandum à ſubſtituto vniuerſali conditione purificata.

249 Exceptio firmat regulam in non exceptis.

250 Spes quando ſit imputabilis, & quomodo poſſit æſtimari, vendi, cedi, & alienari, & num. 251. 252. 253. 254. 255. & 258.

255 In his, quæ pendent à Contractibus competit Ius de præſenti, ſecus in his, quæ pendent ab vltimis voluntatibus, & num. 256..

259 Legitima eſt Ius vniuerſalem, & quota bonorum, & recipit augmentum ex fructibus.

260 Et ideo debetur cum fructibus, & n. 261.

262 Etiam contra Piam Cauſam, quamuis fructus bona fide conſumpti ſint.

FLORENTINA LEGITIMÆ.

Die 2. Septembris 1678.

IN hac cauſa ſatis ardua, diu, longè, lateque diſcurſa, & per annos 35. & vltra protracta, in qua pro vtraque parte grauiſſimis Iuriſconſulti, tum Florentini, tum exteri ſcripſerunt, quam pro DD. de Berzighellis Actoribus patrocinatus fuit D. Terrentius Fantonius I. C. Ciuis, & Cauſidicus Florentinus, vir ſanè eruditus, doctrina, integritate, & facundia nemini ſecundus, & in qua pro locis piis poſt obitum D. Franciſci Pierucci, qui dum vixit ſtrenuè eam defendit, interuenit D. Antonius Zagrius I. C. ex Ciuitate S. Sepulchri, ſcientia, rectitudine, & eloquentia clarus, non negabant re vera in abſtracto, prout nec negare, niſi iniuria, poterant, informantes olim pro D. Priore Franciſco de Vſimbardis Teſtamento hærede quoniam Dom. Claudij de Vſimbardis, & eo defuncto, pro locis Pijs Collis eidem hæredi ſubſtitutis, contra quæ iudicium fuit proſequutum, DD. Franciſco, & Claudio de Berzighellis in bonis dict. q. Dom. Claudij Auis materni legitimam deberi, tum quia eis, vti ſuis Nepotibus ex Domina Virginia filia prædefuncta, illam dictus Dom. Claudius titulo honorabili inſtitutionis re- 1

liquerat, prout tenebatur, *leg. ſed & conditione, §. Nepotes, ff. de hered. inſtit. Auth. ſi defuncto, C. de ſuis, & legit.*
2 *hered.* tum etiam quia ſic omni Iure diuino, & humano diſpoſitum reperitur, filijs nempè, & alijs deſcendentibus primam habentibus cauſam ſucceſſionis in bonis Parentum, aliorumque aſcendentium ſaltem legitimam à Iure ciuili olim ad quartam bonorum limitatam, nunc ad trientem, vel ſemiſſem iuxta numerum filiorum auctam, debitam eſſe, *cap. cum eſſes, & cap. Raynaldus de Teſtam. leg. cum ratio, ff. de bon. damnat. l. 2. C. qui admitti, §. 1. Auth. de Triente & ſemiſſ. §. qui igitur. Auth. de hered. ab inteſt. & Auth. nouiſſ. C. de inoff. teſtam.* Totis tamen viribus, & acerrimè in concreto contendebant, eamdem legitimam non deberi, quia in eam eſſent imputanda ea omnia, quæ dictus D. Claudius in d. Teſtamento mandauerat, nempè ſummam ſcutorum 7000. pro dote d. D. Virginiæ Matris DD. de Berzighellis, & filiæ dict. D. Claudij ab eodem ſolutam, item ſummam ſcut. 12500. eidem Dominæ Virginiæ pariter à dicto Domino Claudio inter viuos donatam, & alia credita, quæ dictus D. Teſtator cum dd. eius Nepotibus habebat, quorum aliqua tamen potiùs ad quamdam compenſationem, quam ad legalem imputationem ſe referebant.

Addiderunt inſuper dd. Informantes pro dd. locis Pijs in dictam legitimam, tametſi à Teſtatore expreſsè legatam, vltra prædicta, eſſe imputandum aliud legatum Prædij Marignollæ & Domus Florentiæ cum ſuis mobilibus annexis, eiſdem Nepotibus à præfato eorum Auo ſub conditione, quatenus dictus Prior Franciſcus, & alij ſubſtituti de Vſimbardis defeciſſent, relictum, quod & dicti DD. de Berzighellis iam de anno 1657. purificata conditione conſecuti fuerant.

Inſuper, cùm diu Iudicium ſubſtinuiſſent, in calculo ferendæ ſententiæ, ijdem pro dd. locis Pijs informantes oppoſuerunt, perperam iudicium contra ea fuiſſe proſecutum, cùm per ſimplex legatum particulare, non per vniuerſale fideicommiſſum ad bona d. Dom. Claudij fuiſſent vocata, & propterea Iudicium prædictum contra ea, vti contra perſonas non legitimas, cum in vniuerſales Fideicommiſſarios, quos alios eſſe dicebant, eſſet dirigendum, proſecutum, nullum, & inualidum fuiſſe.

At nos huic longiſſimæ, & grauiſſimæ liti debitum finem, Deo fauente, tamdem imponere volentes, vt tene-
3 bamur *ad text. in leg. quidam exiſtimauerunt in fin. ff. ſi cert. pet. leg. terminato, C. de fruct. & litt. exp.* Neuizzan. *conſ. 5. num. 35.* Surd. *conſ. 271. num. 15.* pro illius faciliori diſcuſſione, & reſolutione eam in infraſcriptos principales articulos, alijs ad alias inſpectione reſeruatis, diſſecuimus.

Primus, vt præiudicialis ante alios diſcuſſus, fuit. An dicta loca pia verè per vniuerſale fideicommiſſum, an autem per legatum particulare fuiſſent à teſtatore vocata, & per conſequens Iudicium contra ea proſecutum validum fuiſſet.

Secundus, reſoluto, quod per fideicommiſſum vniuerſale eſſent ſubſtituta, ad merita cauſæ progredientes, fuit. An in legitimam à dd. DD. de Berzighellis petitam eſſet imputanda dicta dos ſcut. 7000. olim à dicto Teſtatore DD. Virginiæ filiæ prædefunctæ, & dd. DD. de Berzighellis matri tradita.

Tertius, An id d. legitimam eſſet imputanda dicta donatio ſcutorum 12500. a dicto D. Claudio d. D. Virginiæ inter vivos, & irreuocabiliter facta, prout hæc duo dictus Dom. Claudius Teſtator, vt eſſent imputanda, mandauerat.

Quartus, An in dictam legitimam eſſet etiam imputandum legatum præfatum conditionale Prædij Marignollæ, Domus Florentiæ, & mobilium, in caſu deficientiæ totius familiæ de Vſimbardis, à prædicto Teſtatore dd. DD. de Berzighellis relictum, quod & ipſi purificata conditione ob defectum d. familiæ iam receperant.

Quibus omnibus perferuidè, & maturè excuſſis, ex quorum diſcuſſione veritas magis emicuit, nedum in ſentiendo, quod præfata loca pia eſſent per vniuerſale fideicommiſſum vocata, & pro Iudicij validitate concordes fuimus, ſed etiam d. dotem, donationem, & legatum prædictum conditionale non eſſe in præfatam legitimam imputanda, eadem concordia iudicauimus, & ita pro noſtro voto SVPREMO MAGISTRATVI reſpondimus, ad ſic ſentiendum moti.

Articulus Primus.

PRætendebant Informantes pro locis Pijs Collis ad legatum particulare tantum ea fuiſſe a D. Claudio Teſtatore vocata, fideicommiſſarios vero vniuerſales, poſt de-
ficientiam familiæ de Vſimbardis, fuiſſe ſubſtitutos filios 4
primogenitos D. Vincentij de Bardis, & alios poſt eos, quod perſuadere nobis conabantur ex eo, quod, an quis vniuerſalis, vel particularis ſit fideicommiſſarius, cum ex mente Teſtatoris, ac coniecturis dependeat, ex Pariſ. *conſ. 43. num. 47. & 83. lib. 3. & alijs ab eis alleg.* multas pro particulari vocatione locorum Piorum hic concurrere aſſerebant, vocationem, ſcilicet, factam per verbum *lego* nominatim de quolibet ex dd. locis Pijs; Item ſubſtitutionem factam filiorum d. Dom. Vincentij de Bardis cum verbis vniuerſitatem denotantibus, in bonis nempè comprehenſis ſub villa Ruſciani *hereditatis* dict. Teſtatoris; Item, quòd in caſum non adimplementi conditionum impoſitarum, eius *hereditas*, ideſt, Villa Ruſciani, eius bona, & Prioratus deuoluerentur ad alios ſubſtitutos; Item quod in defectum dd. DD. de Bardis ſubſtituebat in Prioratu, Iuriſpatrona-
tu, in dict. villa, ſuis annexis, & bonis *ſua hereditatis* 5
DD. de Barzighellis, ex quibus inferebant, dato vniuerſali fideicommiſſario, alios in ſolidum, ad inſtar duorum hæredum, eſſe non poſſe, *leg. quod contra 184. §. vni duo*, vbi Gloſſ. & Cagnol. *ff. de reg. Iur. leg. interdum, §. ſi duos, ff. de hered. inſtit.* & proindè ſemetipſa non aliter, quam ſimplicium legatariorum perſonas ſubſtinere. Prædicta corroborabant, tum ex prohibitione alienationis dd. de Bardis facta, tum ex onere aſſumendi cognomen familiæ de Vſimbardis, ex Pariſ. *dict. conſ. 43. num. 55.* Bellon. *de iur. accreſc. cap. 7. qu. 4. num. 26. 75. & 82.* & Ioſeph de Roſa *conſult. 33. num. 5.* tum denique, quia D. Ioannes de Bardis Primogenitus dict. Dom. Vincentij in Sepulchro d. D. Claudij, & aliorum de Vſimbardis exiſtente in Eccleſia S. Trinitatis fuit humatus, quod cum hæreditarium eſſe aſſererent, magnum præbebat argumentum, quod etiam d. D. Ioannes vniuerſalis ſucceſſor Dom. Claudij fuiſſet.

At nos vnanimi conſenſu contrarium opinati fuimus, loca Pia, nempè, per vniuerſale fideicommiſſum, non per particulare legatum, non obſtantibus conſiderationibus exaduerſo ponderatis, fuiſſe ſubſtituta, & per conſequens Iudicium poſt mortem D. Prioris Franciſci de Vſimbardis contra ea validè, & legitimè fuiſſe proſecutum.

Nam cùm d. D. Claudius in caſum finitæ ſuæ Agnationis de Vſimbardis, omnium bonorum ſuorum tres quotas æquales fieri iuſſiſſet, quas ſingulas cuilibet ex dd. locis Pijs legauit, proculdubio exiſtimauimus hanc ſubſtitutionem fuiſſe vniuerſalem omnium bonorum, quorum
appellatione, & eo magis dictione *omnium* appoſita, in ſi- 6
mili materia bona omnia mobilia, immobilia, Iura, & actiones actiuè, & paſſiuè, uti ſub iure quodam vniuerſali comprehendi, in iure compertum eſt ex *Text. in leg. quoties, §. bonorum, ff. de vſufruct.* Bart. *in leg. ſi quis ſeruum, §. fin. num. 2. ff. de legat. 2. & in leg. nam quod §. non omnis, ff. ad Trebell.* vbi Alex. *num. 4.* Molin. *de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 10. num. 5.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 5. num. 26. & art. 34. ſub num. 18.* P. Molin. *de Iuſtit. & Iur. diſp. 155. num. 9. & diſp. 640. num. 2.* Boer. *deciſ. 145. num. 8.*

Nec obicem faciebat, quod in præfata diſpoſitione Teſtator vſus fuiſſet verbo, & titulo legati, quia non propterea ab hac opinione recedendum iudicauimus, cùm
verbum *lego* poſſet eſſe conſiderabile in diſcernenda di- 7
ſpoſitione obliqua à directa, non autem in cognoſcendo, an vniuerſalis, vel particularis ſit, quæ non à verbo, ſed à qualitate rei, de qua diſponitur, an ſit
quid vniuerſale, vel particulare dijudicator, *leg. cogi, §. ge-* 8
neraliter, ff. ad Trebell. & tot. tit. Inſtit. de fideicommiſſ. heredit. & de ſing. reb. per fideicommiſſ. relict. Bart. *in dict. §. fin. num. 2. verſ. ego autem*, Peregrin. *dict. art. 5. num. 28. & dict. art. 34. num. 18. & 19.* Molin. *dict. cap. 10. num. 8. & 9.* P. Molin. *dict. diſput. 155. num. 9.* Lop. *in comment. ad leg. Taur. 21. num. 17.* optimè Bellon. *de Iur. accreſc. cap. 7.*

qu. 4.

Digitized by Google

quæſt.4.num.28. & q.14.num.51. verſ.nec eſt. Et non minus
fideicommiſſa vniuerſalia vniuerſalibus legatis, quam par-
9 ticularia particularibus exequuta eſſe, certum eſt ex do-
ctrina Bart.communiter recepta in l.1.ff.de legat. 1. Man-
tic. de coniect.vlt.vol. lib.7.cap.2. num.4.
10 Et præfatam conclusionem veram agnouimus, nedum ſi
vni tantum bonorum vniuerſitas eſſet legata, ſed etiamſi à
Teſtatore inter plures per quotas fuiſſet eodem titulo lega-
ti diſtributa, vt in præſenti facti ſpecie, in qua tertia bo-
norum omnium pars cuique ex dd.locis Pijs legata fuit, ex
Pariſ. in d.conſ.43. num.61. lib.3. Molin. eod.cap.10.num.9.
verſ.tunc, Peregrin. d.art.5. num.28. verſ.limitando, Barz.
deciſ.5.num.45.
Et licet Teſtator à dicta vniuerſalitate excepiſſet Villam
Ruſciani cum eiuſdem bonis, & annexis, de qua poſteà
in eodem Teſtamento ad fauorem DD. de Bardis vna cum
Prioratu diſpoſuit, non tamen obſtaculum faciebat, cum
hæc diſpoſitio in re certa, & particulari facta vniuerſali
ſubſtitutioni de omnibus bonis derogare non potuiſſet,
cùm benè ſe hæc invicem compatiantur, quod quis vni-
uerſaliter per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus, & nihilomi-
11 nus alter particularibus legatis in rebus certis ſit honora-
tus, ex text. in l.fin.C.ad Trebell. Bart. in l. Centurio q.4.
in fin. vbi Alex. num.96. verſ.item circa ff. de vulg. & pupill.
Bald. in l.ſi quis ita 74. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. conſ. 54.
num.47. lib.3. Peregrin. de fideicommiſſ. art.4. num.21. &
d.art.5. num.31. verſ.ſi autem, Boer. d. deciſ. 145. num.8.
Alciat. conſ.146. num.1. lib.9. Molin. d.diſput.640. num.1.
verſ. quod ergo, Cyriac. controuerſ.498. num.51.& 52.Surd.
conſ.265.num.28.
Nec applicabilis caſui præſenti erat diſtinctio, quod cum
bona non dicantur, niſi ære alieno deducto, ideò aliud
12 ſit, ſi Teſtator diſponat de bonis, aliud ſi de hæreditate,
cum & debita hæc comprehendat; Conſiderabilis nam-
13 que eſſet talis diſtinctio in legato quotæ bonorum, vel
quotæ hæreditatis, alio remanente hærede vniuerſali in
reſiduo, nam ſi quota bonorum legetur, cùm reſiduum
14 apud hæredem, & eius ſucceſſores remanere debeat, ſub
ea æs alienum non comprebenditur, ad text. in l.ſi quis
bonorum 23. l.non amplius, §.fin. ff.de legat. 1 ſecus ſi
quota hæreditatis, quia tunc æs alienum ad legatarium
15 pro rata hæreditaria ſpectat, gloſ. in l.mulier 22. §.fin. in
verb. retinebitur in fin. ff. ad Trebellian. At in legato
16 omnium bonorum, vt eſt præſens, hæc diſtinctio non
applicatur, cùm idem ſit, ac ſi hæreditas tota, vt dixi-
mus, relinqueretur, cum ſub eo etiam actiones paſſiuæ
per acceſſionem, & concomitantiam, vti quæ totum
reſpiciunt Patrimonium, comprehenſæ dicantur ex d.
leg.cogi, §.idem quæritur vbi gloſſ. in verb. minutionem,
ff. ad Trebell. Bart. in dict. §.fin. num.2. & 3. & in dict.
§. non omnis, vbi Alex. num.4. Alciat. dict. conſ. 146.
num.1. & 2.Peregrin. dict. art.5. num. 26. & 28. Molin.
dict. cap.10. num.56. & ſeq. & P. Molin. dict. diſput.640.
num.3.
Et quamuis etiam Teſtator in particulari legato facto
in Villa, & Bonis Ruſciani eiſdem DD. de Bardis dixiſſet,
ea bona ſuæ eſſe hæreditatis, & deinde in caſum contra-
uentionis conditionibus appoſitis ſuam hæreditatem; ideſt,
Villam Ruſciani ad alios deuolui iuſſiſſet, & paulò infe-
riùs eiſdem DD. de Bardis in dicta Villa, ſuis annexis,
& bonis ſuæ hæreditatis DD. de Berzighellis ſubſtituiſſet,
non tamen rectè hinc poterat deduci, præfatos DD. de
Bardis vniuerſales fideicommiſſarios fuiſſe, cùm non
malè Teſtator Villam, & Bona Ruſciani ſuæ hæredita-
tis eſſe appellauerit, cùm bona alteri etiam titulo particu-
17 lari legata in hæreditate Teſtatoris, & ad titulum hæ-
redis, ſaltem ante legatarij agnitionem, remanere,
quamvis ab vniuerſali inſtitutione fuiſſent excepta, di-
cantur Peregrin. conſ.45. num.8. & ſeq. lib.3. & de fi-
deicommiſſ. art. 7. num. 46. Surd. dict.conſ.265. num.28.
licet diſputabilis ſit quæſtio, An ab hærede, vel ab
vniuerſali fideicommiſſario dicantur relicta, de qua
per Bart. in leg. Marcellus ad Trebell. Peregrin. dict.
art.4. num. 20. & ſeq. & deciſ. 99. num.4. & Fuſar. de
ſubſtit. q.521.
Præterquamquod quando eius hæreditatem ad alios
ob contrauentionem deuolui Teſtator iuſſit, poſt ſuam
hæreditatem, ſtatim addidit, ideſt, Villam Ruſciani,
18 ſua bona, & Prioratum, quæ dictio, ideſt, poſita poſt
hæreditatem non ſtat demonſtratiuè, ſed ex ea ſecundum
ſpeciem adiectam, illa verba, ſuam hæreditatem,
Teſtator voluit limitare, Cephal. conſ. 372. num.18.
Menoch. conſ. 1041. num.7. verſ.4. Monac. deciſ.Luc 13.
num.8. & 9. & in puncto Bellon. Iun. conſ. 56. num.5.
& ſeq.
Et quamvis Teſtator in ſubſtitutione facta dd. DD. de
Bardis de filiis D.Camilli de Berzighellis eos in d.Priora-
tu, Iuriſpatronatu, & in d. Villa, eius annexis, & bo-
nis ſuæ hæreditatis ſubſtituiſſet, non indè inferri pote-
rat eoſdem DD. de Bardis, & de Berzighellis vniuerſa-
les fideicommiſſarios fuiſſe, nam cum prius omnia eius
bona Teſtator locis Pijs, cuilibet tertiam partem (Villa
Ruſciani, & omnibus Prædiis, & pertinentiis, Beſtia-
minibus, & mobilibus cuiuſcumque ſpeciei exceptis)
legaſſet, prædicta verba indefinita, & bonis ſuæ hære-
ditatis, in dicta ſubſtitutione appoſita, non ad omnia
bona, de quibus anteà diſpoſuerat, ſed ad ea tantum di-
ctæ Villæ annexa referenda erant; quamuis enim regu-
lariter indefinita ab homine prolata vniuerſalibus æqui-
pollcant, non tamen id accidit ex proprietate verbo- 19
rum, ſed ex benigna interpretatione, & ex coniectu-
ris, identitate rationis, vel ſubiecta materia hoc iudice-
tur, ſed ſi diuerſa ratio, & Teſtamenti contextus aliud,
vt in caſu præſenti, ſuadeat, tunc indefinita vniuerſa-
libus non æquipollent, ſed diſpoſitionem reſtringunt 20
Bart. in leg.ſi pluribus, ff. de legat.2. & in leg. omnes populi,
num.57. ff. de iuſt. & iur. Dec. in l.1. num.12. de reg. Iur.
Menoch. conſ. 97. num. 155. Cancer. var. reſolut. lib.1.
cap. 13. num. 5. & 9. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit.7.
num. 11. & Peregrin. de fideicommiſſ. art.7. num. 55.
& 56.
Quæ verò ex Ioann. Anton. Bellon. de Iur. accreſc.
cap.7. quæſt. 4. num. 26. & 75. & 82. allegabantur, ad
rem facere nobis viſa non fuerunt, cùm ibi agatur de
materia ſatis diuerſa, an inſtitutio, ſcilicet, vel ſubſti-
tutio in re particulari facta, nullo alio dato hærede vni-
uerſali, trahatur ad vniuerſalem inſtitutionem, vel ſub-
ſtitutionem, ad hoc, vt locum habeat Ius accreſcendi,
& ibi Bellon. dict. q.4. diverſimodè diſtinguit, quibus
etiam adſtipulatur nouiſſimè Battell. deciſ.81. à num.28.
& ſeq. Non autem, an quis per verba obliqua, vel com- 21
munia in re certa ſubſtitutus, dato hærede, vel ſubſti-
tuto vniuerſali, qui adiuit, quæ eſt materia noſtræ quæ-
ſtionis, ſit ipſe vniuerſalis, vel particularis ſucceſſor,
quinimò ad materiam, quam pertractat, pro indu-
bitato idem Bellon. ibi num. 24. & 48. & ſeq. tradit,
talem non poſſe dici, niſi particularem ſucceſſorem, &
Ius accreſcendi ſibi non competere ex text. in dict. leg.
cogi, §.& generaliter, ff. ad Trebell. Imol. in leg.1. §. ſi
ex fundo verſ.5. ff. de hæred. Inſtit. Battel. dict. deciſ.81.
num.28.
Nec præfatam noſtram reſolutionem labefactare pote-
rat, quod D.Ioannes de Bardis primogenitus D.Vincentij
in Prædio Ruſciani ſubſtitutus in Sepulchrum hæredita-
rium, vt aſſerebatur, Dominorum de Vſimbardis fuerit
poſt mortem immiſſus.
Quia eſto, quod ſepulchrum prædictum fuiſſet hæ-
reditarium, cùm tamen indubitatum ſit, ipſum D. Ioan-
nem non hæredem vniuerſalem, ſed legatarium, &
ad ſummum fideicommiſſarium fuiſſe ſcriptum, nulla
poterat bona ſequi conſequentia, quod, ex quo in
ſepulchro hæreditario Dominorum de Vſimbardis fue- 22
rit ſepultus, ergo etiam fideicommiſſarius fuerit vniuer-
ſalis, cum in talem, ſiue vniuerſalis, ſiue particula-
ris fuerit, Iura ſepulchri hæreditarij tranſire regulariter
non poſſint, leg.quia peruide, & leg. ſi Patroni, §.qui fidei-
commiſſariam verſ. nec ignoro, vbi gloſſ. ff. ad Trebell. Et
ſi fuit in d. Sepulchro humatus, hoc accidere potuit, non
ex iure particulari, quod ex vi ſucceſſionis potuiſſet
habere, ſed fortè ex particulari conceſſione ſibi à DD.
de Vſimbardis, vel in eorum defectum, ab Eccleſia
facta.
Et ut plenius pro huius obiectus reſolutione mate-
riam perſtringamus, magnam differentiam interce-
dere cognouimus inter Sepulchrum, Ius ſepulchri, & 23
Ius inferendi mortuum in ſepulchrum; Sepulchrum
enim eſt illa camera viſibilis, in qua defunctorum
corpora conduntur, & de hoc ſuperfluum eſt diſputa- 24
re, an in aliquem ſucceſſorem tranſeat, cùm nec etiam
in dominio conſtructoris ſit, huius etenim proprietas 25

eſt quid religioſum, & in nullius bonis eſſe dicitur, ſed ad
Eccleſiam, in qua eſt conſtructum, de iure canonico, ſi li-
centia Epiſcopi, vel alicuius ſuperioris Eccleſiaſtici in con-
ſtructione præceſſerit, pertinet, cum alias eodem iure, quid-
26 quid ſit de Ciuili, hodie ſepulchra religioſa non fiant §. *nul-
lus, vbi ſcrib. omnes Inſt. de rer. diuiſ. l. quamquam ff. de aqua
pluu. arc. l. ſi ſepulchrum, & l. Iacum C. de relig. & ſumpt.* Aſin.
in l. 6. num. 2. ff. eod. Molin. *de Primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 25.
num. 35. 41. & ſeq.* Salgad. *in labyr. cred. part. 3. cap. 5. num. 47.*
27 Ius autem ſepulchri eſt illa facultas, quam ſepulchri con-
ſtructor poſt illius ædificationem retinet, proprios mortuos
ſepeliendi, & prohibendi ne alij ſepeliantur, & ſuper hoc
diſputant Doctores, an in fideicommiſſarium vniuerſalem
28 cum reliquis bonis tranſeat, & diſtinguunt; Aut hoc ius
ſepulchri eſt familiare, aut hæreditarium (nam in has duas
ſpecies diſtinguuntur *l. familiaria cum l. ſeq. ff. de relig. &
ſumpt. fun.*) ſi eſt familiare, & fideicommiſſarius ſit de fa-
29 milia Teſtatoris, tranſit in ipſum, vti tranſiret in quemli-
bet alium, qui ſit de familia illius, qui illud conſtruxit,
quamuis non eſſet ius hæres, non tamen tranſiret in illum
30 hæredem, qui non eſſet de familia *d. l. familiaria cum l. ſeq.
l. Ius ſepulchri ff. & C. de relig. & ſumpt. fun. l. monumentum,*
vbi Salic. *C. de legat.* Aſin. *in d. l. 2. ff. eod. tit.* quamuis con-
trarium dixerit Dulph. *de Sepult. cap. 2. ſub num. 3.*

31 Si verò ſepulchrum eſt hæreditarium, & tunc hoc ius re-
manet apud hæredem, nec cum hæreditatis reſtitutione
tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem, niſi Teſtator
aliud expreſsè diſpoſuerit, cum hoc ius legari poſſit, vt in-
32 fra dicemus *d. l. monumenta C. de legat.* & hæc eſt com-
munis & receptiſſima opinio, vt per Intrigliol. *de ſubſtit.
cent. 3. quæſt. 74. num. 55.* Aſin. *in d. l. 6. §. ſed in vtroque num. 4.
& 5.* Peregrin. *de fideicomm. art. 6. num. 38.* Molin. *d. cap. 25.
num. 41.* Franc. *ad l. & quis §. plerique num. 94. ff. de relig. &
33 ſumpt.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 219. num. 2. & quæſt. 635.* Et ra-
tio, cur ius ſepulchri hæreditarij non tranſeat in fideicom-
miſſarium vniuerſalem, ea redditur, quia eſt ius quoddam
honorificum religioſum, quod commodum pecuniarum
non reſpicit, & ita hæredis perſonæ adhæret, vt ab ea euelli
non poſſit, vt per Aſin. *in d. §. ſed in vtroque num. 4. & 5.*
Peregrin. *d. num. 38.* Gomez. *var. reſol. part. 1. cap. 5. num. 29.
verſ. nec obſtat,* Rot. poſt Farinac. *de vlt. vol. deciſ. 66. num. 27.*
Ciarlin. *controu. forenſ. cap. 1. num. 43. & 56.* Et licet Docto-
res aliquando ſepulchrum, & ius ſepulchri confundant,
hoc tamen abuſiuè faciunt, cum re vera ſatis inter ſe diffe-
34 rant, vt ſupra diximus, Molin. *d. cap. 25. num. 36.* Ius verò in-
ferendi mortuum in ſepulchrum eſt illud ius, quod aliquis
35 non hæres, nec de familia acquirit ab illo, qui habet ius ſe-
pulchri, & hoc ius legari, donari, & alienari poteſt, & hoc
reſpectu poteſt etiam in fideicommiſſarium vniuerſalem,
vel particularem ex diſpoſitione expreſſa Teſtatoris tranſi-
re, *d. l. monumenta,* vbi Salic. *C. de legat.* Aſin. *in d. l. 6. in princ.
& d. §. ſed in vtroque ff. de relig. & ſumpt. fun.* Molin. *d.
cap. 25. n. 35. & 41.* latè Salgad. *in labyr. eod. d. cap. 5. num. 47.
36 48. & ſeq.* Et hoc ius inferendi mortuum in ſepulchrum diſ-
fert à iure ſepulchri, vti commoditas, ſeu vtilitas vſusfru-
ctus à iure vſusfructus, & ille, qui hoc ius habet, alijs con-
37 cedere non poteſt, ſic Molin. *d. cap. 25. num. 35. 36. & ſeq.*

Et qui hoc iure ſepulchri fruitur, ſi decedat nullo relicto
38 hærede, vel familia deficiat, tale ius de Iure Canonico con-
ſolidatur in Eccleſia, in qua ſepulchrum eſt conſtructum,
quæ alteri ius ſimile, vel ius ſeppeliendi mortuum in dicto
39 ſepulchro concedere poteſt, Ric. *in prax. for. Eccl. part. 4. re-
ſolut. 278. & 294. num. 44.*

Ex quibus euidenter cognoſcitur, quod ſi d. D. Ioannes
fuit in ſepulchro hæreditario DD. de Vſimbardis ſepultus,
cum hoc fieri non potuerit ex iure proprio ipſius, ſed ex fa-
cultate ſibi alio conceſſa, nulla potuerit, vt diximus, deſumi
bona conſequentia, quod fuerit vniuerſalis fideicommiſſa-
rius ipſe, vel alij poſt eum ſubſtituti.

Onus quoque aſſumptionis cognominis, & inſignium
Teſtatoris vnà cum prohibitione alienationis facta ſubſti-
tutis de Bardis huic noſtræ reſolutioni obeſſe non poterat,
40 nullam namque implicat contradictionem, quod legatarius
particularis quis ſit ad fauorem aliorum fideicommiſſo ſin-
gulari grauatus cum prohibitione alienationis, & nihilo-
minus, maximè ratione pinguis beneficij ſibi relicti, in co-
gnomen, & arma Teſtatoris aſſumendo ſit oneratus, *l. hoc
iure §. fin. ff. de donat. l. facta §. ſi verè ff. ad Treb. & notant
DD. in auth. hoc amplius C. de fideicomm.* Molin. *de primog.
lib. 2. cap. 14. num. 15. 16. & 18.* & Aluarad. *de coniect. ment.
def. lib. 2. cap. 1. num. 26. 27. & ſeq.* Cùm Teſtator de rebus 41
ſuis ad libitum diſponere valeat, cuius diſpoſitio pro lege
habenda eſt *§. diſponat auth. de nupt.*

Et tunc aliquod argumentum pro vniuerſali ſubſtitutio-
ne hæc præbere poſſent, ſi cum alij eſſent coniuncta, & nul-
lius alius vniuerſalis ſubſtitutus datus eſſet, vt ſupponunt
Pariſ. *d. conſ. 43. num. 47. & 83. & alij ex aduerſo allegati,*
ſecus quando ex verbis perſpicuis Teſtatoris cognoſci po-
teſt ille, quem voluit fideicommiſſarium eſſe vniuerſalem,
vt in caſu noſtro, tunc etenim hæc argumenta ceſſare cer-
tum eſt.

Articulus Secundus.

Reſoluto primo articulo cum reiectione exceptionis in-
ualiditatis Iudicij, prout oppoſita fuerat, ad ſecundi
merita cauſæ reſpicientis deciſionem progreſſi fuimus; An
ſcilicet dos ſcutorum 7000. ſeu verius ſcutorum 6818. à d.
D. Claudio Teſtatore Virginiæ prædefunctæ filiæ data in le-
gitimam præfatorum eius nepotum, prout ipſe in Teſta-
mento ordinauerat, eſſet imputanda.

In quo articulo parui fecimus Teſtatoris ordinationem,
tam de hac dote, quàm de Donatione, vt in ſequenti arti-
culo, imputanda ſuppoſuimus namque pro conſtanti, eum-
dem Auum ita legitimam dd. Nepotibus ex filia primam 42
cauſam ſucceſſionis habentibus relinquere fuiſse obliga-
tum, vt etiam eam liberam, & exemptam à quacumque
imputatione, ſeu onere extrinſeco, niſi quatenus de iure
imputatio, & onus imponi potuiſset, ijdem conſequi de- 43
buiſsent, cum in poteſtate Parentum non ſit, hac via indi-
recta filios legitima fraudare, & ius alias eiſdem quæſitum
auferre, *l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus ff. de inoff. teſtam.*
Caſtr. *conſ. 145. num. 2. lib. 1.* Theſaur. *deciſ. 237. num. 12. in
fin.* Giouagnon. *conſ. 92. num. 21. lib. 1.* Surd. *conſ. 75. num. 11.
& conſ. 206. num. 7. & 56.* Caren. *reſol. 195. num. 10.* Barz. *de-
ciſ. 86. num. 19. & 20.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 37.
num. 26.* Raden. *conſ. 75. num. 34. & 35.* Ganim. *deciſ. 34.
num. 9.* Beltram. in adnot. ad Ludouiſ. *deciſ. 15. & deciſ. 56.*
Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 13. num. 41. in add.* Suar. *ad
l. quoniam in prior. limit. 13.*

Et ideò totam difficultatem reduximus ad Iuris Com-
munis diſpoſitionem, diſcutiendo; An hæc dos, etiam ſi
Auus non mandaſset, de Iure in Nepotum legitimam eſset
imputanda; Ardua ſanè quæſtio, quæ olim inter duo præci-
pua iuris prudentiæ lumina Bartolum ſcilicet, & Baldum
fuit acriter exagitata hic nāq; in *l. illam C. de Collat.* nō eſſe
imputandā contendebat, aſſerens ex Martini Conſuetudine
vbique recepta dotem matris prædefunctæ non ad Patrem
dotantem iure reuerſionis, ſed ad filios vti Genitricis hæ-
redes tranſire debere, quam, cum capiant ex matris ſub-
ſtantia, propterea in legitimam ex bonis Aui eiſdem debi-
tam de iure non eſſe imputandam dicebat, quam opinio-
nem ſequuti fuerunt Angel. Salic. & Dec. *in d. l. illam C. de
Collat.* Pic. *in l. in quartam num. 226. & 230. ff. ad l. falc.* Corn.
conſ. 116. num. 14. & ſeq. & alij per multi relati à Fiu-
mag. *in d. l. in quartam num. 223. verſ. quamobrem,* ille 44
verò dotem quidem matris ad filios tranſire concedebat,
ſed non tamquam ad matris hæredes, cum ea, vti filiafa-
milias, in profectitijs non habeat hæredem, ſed tamquam à
Patre, ad quem redire debeat ex *l. dos à Patre C. de Iur. Dot.*
ex d. conſuetudine auocatam, & Nepotibus applicatam, &
propterea cum ex bonis Aui illam conſequantur, eis in eo-
rum legitimam eſſe imputandam concludebat, & hæc Bar-
toli opinio creditoribus calculis fuit recepta, & approbata,
ſic Bart. *in l. poſt dotem num. 33. ff. ſol. matr. & in l. in quartam
num. 12.* vbi Rip. *num. 191.* Pic. *num. 231.* Fiumag. *num. 417.
ff. ad l. falc.* idem Bart. *conſ. 190. per tot. lib. 1.* Caſtrenſ. *conſ.
109. num. 3. lib. 1.* Capr. *conſ. 53. num. 6.* Giouagnon. *d. conſ. 92.
num. 6. & per tot.* & apud eum Rot. Bonon. *per tot.* Alciat.
conſ. 116. num. 5. lib. 1. Ludouic. de Bel. *conſ. 153. num. 154. per
tot.* Boſs. *de Dot. cap. 3. num. 205. & ſeq. & num. 215. in fin.* Mi-
chalot. *de fratr. part. 1. cap. 40.* Caren. *reſol. 69. num. 18. & ſeq.*
Merlin. *deciſ. 433. à num. 7. & ſeq.* Coccin. *deciſ. 111. num. 12.*
& Duran. *deciſ. 231. num. 7. & ſeq.*

Sed cum huius arduæ quæſtionis deciſio tota pendeat à
veritate rationis, ſuper qua ſe fundant ſupradictæ diſſiden-
tes ſententiæ, nempè, an dos ad filios vti matris hæredes,
vel vti ab Auo ex Martinæ conſuetudine auocata, & filijs
applicata deferatur, ideò ex receptiſſimis Doctorum opinio- 45
nibus tertia ſuccedit inter inuicem contrarias ſententias;

Quod

Quod ſcilicet in caſibus, in quibus dos ad filios, vti ma-
tris hæredes defertur, quibus in caſibus dos vti filiæ, pe-
culium aduentitium conſideratur, locum ſibi vindicet Bal-
di opinio, ſecus verò quando mater filios in dote hæredes
non habeat, tunc etenim, cum dos vti profectitia ad Pa-
trem ſit reuerſura, omninò recipienda ſit Bartoli opinio
pro imputatione, cum illam filij capiant non ex matris, ſed
ex Aui ſubſtantia, *l.ſcimus §.repletionem C. de inoff. Teſtam.*
ſic ex eod. Bart. *in d. l. poſt dotem num.*25. *& d.conſ.*190. do-
cuerunt Caſtr. *conſil.*29. *num.*5. *& d.conſ.*109. *lib.*1. *& in d.l.
in quartam num.* 232. Patiſ. *conſ.* 60. *num.* 46. *lib.* 2. Surd. *d.
conſ.*206. *num.* 18. 19. *& ſeq.* Maluaſ. *conſ.* 114. *num.*26. Gio-
uagn. *d.conſ.*92. *num.*11. 12. *& ſeq.* & Rot. Bonon. poſt eum
num. 34. Ludouic. de Bel. *conſ.*21. *num.* 6. *& conſ.*22. *num.*1.
Cancer. *var. reſol. part.*1. *de legit. num.* 33. *&* 62. Merlin. *d.
quæſt.*13. *num.*17. Tondut. *reſol. ciuil.* 110. *num.* 12. *par.*1. *&
reſol.* 186. *num.* 5. *par.* 2. Donat. Ant. de Marin. *reſol.* 251.
*num.*1. *lib.*1. Cancer. *d. reſol.*69. *num.*18. *& reſol.*225. *num.*47.
& quicquid dixerit Barboſ. *in d. l. poſt dotem num.*51. *&* 52.
& poſt eum Boſſ. *de Dot. d. cap.*3. *num.* 115. *in fin.* Hanc di-
ſtinctionem, vti veram & communem, ex qua Bartoli, &
Baldi conciliatur ſententiæ, ſequta fuit Rot. Rom. apud
Duran. *d.deciſ.*231. *num.* 13. *& ſeq. & deciſ.* 311. *num.*7. *&
plur. ſeqq. part.*11. *recent.* Theſaur. *d.deciſ.*237. *num.*12. *vbi
add.* dicit, ab hac in iudicando non eſſe recedendum,
Raden. *conſ.*75. *num.*18. & alij quos allegant de Luc. *de Dot.
diſc.*34. *num.*12. *& diſc.* 154. *num.* 57. ac Torre *de pact. fut.
ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 178. *& ſeq.* Quare & ab hac nos
quoque non recedere exiſtimauimus.

In præſenti itaque facti ſpecie dotem prædictam ad eoſ-
dem DD. de Berzighellis Virginiæ filios, vti Matris ab inte-
ſtato hæredes, fuiſſe delatam, & proptereà nec eſſe impu-
tandam, ex duobus præcipuè fundamentis euidenter con-
ſtabat.

Primum quorum erat, quia cum D. Claudius Pater
Virginiæ, & pro ea D. Camillo Marito dotem prædictam
46 dediſſet, paſſus fuit, vt eius reſtitutio ex ſtipulatione Nota-
rij inſolidum filiæ, non ſibi promitteretur, qua ſtante ſti-
pulatione, cum filiæ donata à Patre dos diceretur ex *Text.
in l. Pomponius Philadelphus ff. fam. erciſc.* & in caſu ſoluti
matrimonij in eam actio pro reſtitutione fuiſſet conſolida-
ta, & vti aduentitia in bonis filiæ fuiſſet, ad eius filios per
conſequens, non ex Martini conſuetudine, ſed ex matris
acquiſitione, mediante prædicta ſtipulatione, vti hæredes
illius fuit delata, & ſic cum filij dotem, non ex ſubſtantia
Aui, cum ab ea iam fuerit omninò ſegregata, ſed vti Matris
hæreditatem habuiſſent, nullus imputationi in legitimam
in bonis Aui ſibi debitam locus erat, vt concludunt com-
muniter Doctores, Rip. *in d. l. in quartum num.* 193. *&* 94.
vbi Fiumagiol. *num.*420. *& ſeq.* Pic. *num.*221. *& alij paſſim ff.
ad l.falc.* Corneus *conſ.*190. *num.*4. *lib.*2. Theſ. *d.deciſ.*237.
*num.*12. Surd. *d.conſ.*206. *num.*19. *& ſeq.* Boſſ. *de Dot. d.cap.*3.
num. 200. Raden. *d. conſ.* 75. *num.* 18. Maluaſ. *d. conſ.* 114.
*num.*1. Craſſ. *in §.legitima quæſt.*23. *num.*5. *&* 11. Merlin. *d.
quæſt.*13. *num.*19. *& ſeq.* Mangil. *de imput. quæſt.*18. *num.*23.
Andreol. *controu.*4. *num.*2. *&* 3. Duran. *d.deciſ.*231. *num.*15.
47 quam concluſionem veriſſimam agnouimus, etiamſi No-
tarius, vt diximus, pro filia abſente Patre tamen ſaltem
tacitè conſenſum præſtante, fuiſſet ſtipulatus, quia cum ex
dotis peculiari priuilegio datio ex cauſa ipſius facta irreuo-
48 cabiliter etiam abſenti acquiratur *l.vnic. §.accedit vbi DD.
C. de rei vxor. act.* Mangil. *d.quæſt.*18. *n.*23. talis dos vti à Pa-
tre donata, ex quo permiſit, actionem pro eius recupera-
tione ſoluto matrimonio ſibi cum filia communiter com-
petentem, in ſolam filiam transferri, proprium filiæ, vt di-
ximus, effectum fuit Patrimonium, in quo ſolius filiæ erat
49 actio pro reſtitutione ad hæredes tranſitoria, Theſaur. *d.
deciſ.*237. *d.num.*12. *verſ.prædicta,* Mangil. *d.num.*23. Craſſ.
d.quæſt. 23. *num.* 31. Merlin. *d. quæſt.* 13. *num.* 20. Raden. *d.
conſ.* 75. *num.* 13. *& ſeq. &* 18. *in fin.* Duran. *d. deciſ.* 231.
num. 15. *&* 16.

Nec Patris conſenſum dictæ ſtipulationi defuiſſe, dubi-
50 tauimus, nam ex epiſtola ab eo poſt ſolutæ dotis Inſtrumen-
tum ad d. D. Virginiam tranſmiſſa euidenter eliciebatur,
in qua nedum optimam ſcientiam prædicti Inſtrumenti, in
quo D. Camillus vir dotem a Claudio ſocero recepiſſe con-
feſſus fuerat, & vbi Dotis promiſſio Virginiæ abſenti à No-
tario fuerat ſtipulata, habuiſſe conſtabat ibi, *circa la voſtra
dote egli* (ſcilicet maritus) *ne fece gia la confeſſione per pub-
blico Inſtrumento, e ſta bene,* ſed etiam dictam dotem ad fi-
liam, tamquam proprium eius Patrimonium, pertinere
declarauit, ibi, *douete ſupporre, che non la potete mettere in
chiaro, e ſicuro fino a che viue, ſe non volete fare contra di
lui il piato d'inopia con perdita di reputazione, e ſe voi ſopra-
uiuerete a lui potrete ripeſcare la voſtra dote, quale al ſicuro
non trouerete ne beni, che li ſono reſtati, potrete bene per il vo-
ſtro ripieno andare contra li beni venduti;* quæ verba ſic in-
culcata indubitabile præbebant argumentum dotem præ-
dictam verè fuiſſe ipſis filiæ aduentitiam, & proprium Pa-
trimonium, & vti de tali, actionum exercitium in caſum
ſoluti Matrimonij, vel aſſecurationis ad ipſam tantum fi-
liam pertinuiſſe, vt ex Bald. *nouell.* & alijs in terminis ferè
præcìſis tradidit Rot. Rom. apud Torr. *de pact. fut. ſucceſſ.
deciſ.*16. *num.*16. Surd. *in fortioribus d. conſ.*206. *num.*27. &
Ludouic. de Bel. *conſ.*154. *num.*14. *verſ. & præter.*

Et licet talis declaratio facta fuiſſet a Patre, non in ipſa 51
ſtipulatione, in qua de eius præſentia non conſtat, ſed poſt
eam ex interuallo, ſatis tamen ex ea demoſtrabatur inten-
tionem fuiſſe, dotem prædictam propriam filiæ eſſe debere,
& cum Patris conſenſum eidem à notario fuiſſe reſtitutio-
nem ſtipulatam, cum ab eiuſdem Patris ſola voluntate pen-
deret, dotem profectitiam reddere aduentitiam, Rot. *d.
deciſ.*16. *num.*16. ſicut, quod alias eſſet imputabile, reddere 52
non imputabile, Mangil. *de imput. quæſt.*14. *num.*52. *&* 53. *&
quæſt.*48. *num.*27. Ludouiſ. *deciſ.*568. *num.*3. Merlin. *de legit.
lib.*2. *tit.*2. *quæſt.*1. *num.*24. Raden. *d.conſ.*75. *num.*26. Et pro
hoc ſufficiſſet, ſi interueniſſet Patris voluntas, etiam tacita,
ex eius ſcientia, patientia, & permiſſione reſultans, Cuman.
*conſ.*10. *num.*4. *in fin. & conſ.*87. *num.*2. Caſtr. *conſ.*11. *num.*1.
*verſ. idem ſi actio lib.*2. Merlin. *d. quæſt.*13. *num.* 16. Boſſ. *d.* 53
*cap.*3. *num.*200. Fiumagiol. *in d.l. in quartam num.*421. & ibi
Pic. *num.*221. *verſ.iſta,* Maluaſ. *d. conſ.*114. *num.*26. Raden.
*conſ.*75. *num.*13. Duran. *d.deciſ.*231. *num.*14. *&* 15. Et peni-
tus inueriſimile exiſtimauimus, quod & ſi illum præſentem
Inſtrumento fuiſſe non conſtaret, eius conſenſus tamen,
nec etiam tacitus, vt exaduerſo dicebatur, non interueniſ-
ſet, cùm potius nobis viſum fuerit, omnia cum eius ſcien-
tia, & voluntate in dicto Inſtrumento confeſſionis dotis
geſta fuiſſe, cum ageretur de quietantia dotis magnæ, &
notabilis quantitatis ab eo ſolutæ, cuius principaliter inte- 54
rerat eam habere, cum ipſe eſſet illius debitor, nec homi-
nes ſoliti ſint ſine cautionibus de recepto ſibi beneuiſis, &
rectè ſtipulatis ſoluere, Rimin. Iun. *conſ.*489. *num.*9. Coſt. *de* 55
*retrotr. cap.*8. *caſ.*14. *num.*11. Mart. Med. *exam.*53. *num.*33.
poſt *reſol.*34. *num.*21. *& reſol.*50. *num.*16. Rot. poſt Zacch. *de
ſociet. offic. deciſ.*24. *in fin.* & apud Pen. *deciſ.*575. *num.*19.

Quod & comprobabatur, nam idem D. Claudius non
ſolum notitiam dicti Inſtrumenti confeſſionis dotis, ſed
& illiuſmet Inſtrumenti publici exemplar apud ſe habe-
bat, vt tam in dicta Epiſtola, quàm in ſuo Teſtamento 56
faſſus fuit, quare & veriſimilem ſcientiam omnium in
eo contentorum habuiſſe præſumi poterat ex Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap.* 118. *num.* 11. *&* 12. *cum alijs per eum
alleg.* & Rot. *deciſ.* 342. *num.* 5. *part.* 5. *recent.* Coniun-
cta maximè ſanguinis arctiſſima neceſſitudine, quali-
tate facti peculiaris ad ſe ſpectantis, & alijs de quibus Rot.
apud Merlin. *de pign. deciſ.*50. *num.*43. *&* 44. Merend. *lib.*22.
*controu. cap.*29. *num.*43. *&* 44. & latius *lib.*24. *cap.*11. *à nu.*1.
& ſeq. Et cùm diù viuente dicta D. Virginia filia, ac etiam 57
ea defuncta tacuiſſet, eo magis corroborabatur allegata
veriſimilitudo, quòd cum eius ſcientia, & conſenſu præ-
fata promiſſio ad fauorem filiæ facta fuiſſet, nam illam fa-
cilè impugnaſſet, ſi eo ignorante, vel inuito, Notarius
pro filia tantum ſtipulatus fuiſſet *l.fin. C. de his, quæ à non
Dom.* Buratt. *deciſ.*229. *num.*6. Nec eſt nouum in iure, non 58
minùs ex non factis, quam ex factis voluntatem & con-
ſenſum alicujus poſſe deprehendi, Crauet. *conſ.*91. *nu.*10.
Menoch. *conſ.*313. *num.*5. Magon. *deciſ. Flor.*3. *n.*18. Rot.
*deciſ.*647. *num.*3. *part.*4. *diuerſ.* poſt Zacch. *de obligat. Cam.
deciſ.* 189. *num.*22. *& ſeq.* & poſt Merlin. *de pignor. d. de-
ciſ.*50. *num.*36. ac Merend. *controu. cap.*23. *num.*9. *&* 10. Et 59
tam verba, quàm facta voluntatem, qualis fuerit ab ini-
tio, oſtendere Rot. *d.deciſ.*50. *n.*38. *& ſeqq.* Surd. *d.conſ.*206.
*num.*27. & in hac materia, quamvis Patri præiudicialis,
eius conſenſum explicitum non eſſe neceſſarium, ſed ſuf-
ficere tacitum, & implicitum deductum etiam à patientia 60
& permiſſione Patris, ſatis ex Cuman. Caſtr. Duran. & alijs
ſupra deduximus, quibus addimus Merlin. *eod. tract. de le-
git. lib.*2. *tit.*2. *quæſt.*20. *num.*13.

Et quamuis Pater deinde in Teſtamento, mandando

dotem

dotem Virginiæ in nepotum legitimam imputari, tacitè
declaraſſe videtur d.ſtipulationem pro filia voluiſſe impu-
gnare, hoc tamen non afficiebat, quia cùm illæ ab ipſa
ſtipulatione fuiſſet ex titulo donationis ab initio ius quæſi-
tum, & poſt eam filius, non erat in Patris poteſtate, hoc
ius quoquomodo auferre, vt ex Pic. Berengar. Bolognet.
Maiſin. & alijs huic obiectui ſolidè reſpondet Raden.
d.conſ.75.num.34 verſ.vt enim.

Minus obſtabat, quod hæc promiſſio dotem reſtituen-
di non legeretur facta Virginiæ, ſed imperſonaliter, &
non in verbis promiſſorijs, ſed executiuis, nempè, in re-
ſtitutione, Virginia fuiſſet tantùm nominata, ex traditis
à Tondut. *reſolut. Ciuil.*186. *num.*11. *& ſeq.part.*2. Quia,
vt perſpicuè ex Inſtrumenti tenore conſtabat, promiſſio,
& ſtipulatio à Notario facta fuit D.Virginiæ abſenti dotem
reſtituendi, quæ pars ſub uno periodo contenta non reſpicit
62 illius executionem, ſed ſubſtantiam ſtipulationis, quæ in
dotis reſtitutione conſiſtit, vndè, vel datiuum *Virginiæ* re-
feratur ad verbum *promiſit*, vel ad verba *reddere*, *& reſti-
tuere*, parum importabat, cùm hæc omnia ſubſtantiam ip-
ſius pacti, & promiſſionis reſpiciebant, vt ſic in ſimili ſen-
ſu hæc verba receperunt, Bald. *conſ.* 476. *num.*2. *&* 3. *lib.* 1-
63 & poſt alios Surd. *d.conſ.*206. *num.*26. Et pars executiua In-
ſtrumenti illa eſt, quæ poſt perfectam, & abſolutam obliga-
tionem, & diſpoſitionem ſubiungitur per nouum perio-
dum, & per ſeparatas clauſulas nouæ orationis inchoati-
uas, obſeruantiam, & executionem præcedentis diſpoſitio-
nis reſpicientes, vt ex Oſaſch. Laderch. Dec. Rot. & alijs
tradit Curel. *alleg.* 1. *ſub num.* 36. *&* 44. *poſt* 2. *tom. de don.
cont. matr.*

64 Alterum, & ſolidiſſimum huius noſtræ reſolutionis fun-
damentum poſuimus *in ſtat. Flor. lib.* 2. *rub.* 129. ex quo in
defunctæ mulieris dotem non Pater, ſed filij titulo vniuer-
ſali matri ſuæ ſuccedunt, quare, cùm ad hanc ſucceſſio-
nem filij ex lege municipali vocentur vti matris ſucceſſores
vniuerſales, remanebat inconcuſſa noſtra reſolutio, quod
dd. DD. de Berzighellis dotem maternam in legitimam in
bonis auitis ſibi debitam imputare non tenerentur, cùm
65 eam ex matris, per neceſſarium antecedens, oon ex Aui
ſubſtantia cepiſſent, Rip. *in l. in quartam num.* 194. *ff. ad l.
falc.* & ibi Fiumagiol. *num.*419. Anchar. *conſ.*50. *num.*1. *&* 2.
verſ. ſed in caſu, & conſ. 315. *num.* 3. *verſ. Ego hanc*, Dec.
*conſ.*386. *num.*7. *verſ. vltimo.* Beret. *conſ.*26. *num.*11. Phanucc.
*de lucr. dot. gloſ.*11. *num.*7. *&* 8. Ruin. *conſ.*148. *num.*8. *lib.*5.
Mangil. *de imput. d.quæſt.*18. *num.*34. Giouagnoo. *d.conſ.*92.
num. 14. & Rot. Bon. poſt eum *num.* 22. Merlin. *de legit. d.
quæſt.*13. *num.*31. Duran. *deciſ.*231. *num.* 17. *&* 18. Theſaur.
*d. dec.ſ.*237. *num.*12. *verſ. & idem erit.*

66 Et eò magis prædicta reſolutio corroborabatur, cùm ex
eodem ſtatuto prædefunctæ filiæ dos nullo caſu ad Patrem
reuerti poſſit, nam ſi remanent filij, dos tota ad filios perti-
net, ſi verò filij non extent, tunc maritus eam totam lucra-
tur, quo caſu cum Pater omninò excludatur, meritò filia
in dote non Patrem, ſed filios habet hæredes, ſic Beret. *d.
conſ.* 26. *num.* 11. & poſt multos quos allegat, Merlin. *d.
quæſt.* 13. *num.* 31.

Et quod filij ſuperuiuentes dotem maternam ex d. ſtatu-
to vti eius hæredes vniuerſales conſequantur, probatur ex
67 illis ſtatuti verbis; *ſuccedant matri ſuæ titulo vniuerſali*, quæ
ad filios relata hæreditariam matris ſucceſſionem demon-
ſtrant, quidquid eſſet, ſi alijs verbis ad matrem directus vo-
carentur, ex Caſtr. *in l. ſi cum dotem num.* 11. *ff. ſolut. matr. &
conſ.*441. *num.*4. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 16. *num.* 16. *& per tot.
vol.*2. Theſ. *deciſ.*34. *num.*2. Dec. *d.conſ.*386. *ſub num.*6. *verſ.
venio ad ſecundum*, Caſanat. *conſ.*45. *num.*5. Mart. Med. *de-
ciſ.*48. *num.*10. Monach. *deciſ. Flor.* 16. *num.*6. Rot. *deciſ.*653.
*num.*6. *&* 7. *part.*2. *recent.* & add. ad Ludouiſ. *deciſ.* 498. &
68 ſuper ſtatuto Florentino, quod filij in dotem matris vti eius
hæredes ſuccedant, conſuluerunt idem Caſtr. *conſ.*82. *num.*2.
*& per tot. lib.*1. Angel. *conſ.*81. *ſub num.*2. *verſ. contrariam*,
& poſt eum Franc. Albergot. Nicol. Rabat. & Donat. Aldi-
gher. *conſ.* 62. *&* 83. quos etiam referunt, & ſequuntur,
Monac. *d.deciſ.*16. *ſub n.*6. Tuſch. *litt.S. concl.*515. *n.*1. *&* 2.
& Rot. noſtra *lib. mot.*46. *à c.* 567. Et hanc Caſtrenſis diſtin-
ctionem communem eſſe teſtatur Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*
1. *quæſt.*24. *num.*17. *vbi etiam in addit. & tit.*2. *quæſt.*12. *n.*5.
& poſt eum D. de Luca *de Dot. diſcurſ.* 101. *num.*5. *& diſc.*
105. *num.*3. *&* 4. Et hac fortiſſima ratione in noſtro propoſi-
to vtitur, & in ea ſe maximè fundat Rot. apud Duran. *d.
deciſ.* 231. *num.* 17. *&* 18.

Et quod ex prædicto ſtatuto in dote matris filij ſint hære-
des, vlterius confirmabatur, quia etiam in extradotalia eo-
dem titulo hæreditario matri ſuccedere dicuntur, ergo 69
etiam in dotalia idem dicendum eſt, cum hæc omnia vti
vnicum Patrimonium à ſtatuto conſiderentur, *l. Iuris peri-
tos §. cum oriundus ff. de excuſ. tut. & l. eum qui ff. de vſucap.*
Angel. *conſ.*83. *num.*2. *verſ. pro hac parte*, & ſic in propoſito
arguit Rot. noſtra *d. lib. mot.* 46. *à cap.* 567. *in fin. verſ.
ſuadetur.*

Et quamuis contra d. interpretationem multa fuerint op-
poſita ex his, quæ ſcripſerunt Surd. *conſ.*81. *num.*6. *& per tot.*
Rauden. *deciſ.*19. *num.* 8. *& ſeq. & alij ex aduerſo alleg.* hæc
tamen erant in alijs terminis, ſuper quibus ijdem Docto- 70
res, & nonnulli à nobis ſupra relati diſputauerunt, nempè
in caſu, an mater poſſet non obſtante d. ſtatuto de dote te-
ſtari, vel an filij tranſmitterent matris hæreditatem non adi-
tam; aliqui namque voluerunt, nec matrem potuiſſe de
dote teſtari, oec dari traſnuſſionem, & ex his inferebatur,
ad filios dotem maternam pertinuiſſe, non ex matris vo-
luntate ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed ex ſtatuti bene-
ficio, nec hanc ſucceſſionem eſſe hæreditariam, cùm hæ-
reditas non adita oon tranſmittatur; Et has quæſtiones de-
duxerunt Iuris Conſulti Florentini in terminis ſtatuti anti-
qui ſatis obſcuri, ſuper quo, an mater potuiſſet de dote te-
ſtari, dummodò filijs legitima relinqueretur, conſuluit
Caſtr. *d. conſ.* 82. *num.*2. qui affirmatiuè pro matre reſoluit,
& ſic per ferè omnes Italiæ Doctores ſuper Teſtamento D.
Corradi de Gianfigliazzis fuiſſe conſultum dicit, & ſuper
alio caſu, an dos à filijs non adita tranſmittatur ad eorum
hæredes, pro non tranſmiſſione conſuluerunt Ang. *d. conſ.*
81. Franc. Alberg. & Donat. Aldigher. *conſ.*82. *&* 83. quare
meritò ex ſtatuto nouo, & reformato, quo vtimur, fuerunt
tales quæſtiones reſecatæ, & diſpoſitum fuit, filios tranſ-
mittere dotem non aditam ad eorum hæredes, etiam extra-
neos, & matrem de ea non poſſe diſponere, vt teſtantur Sal-
uet. Gloſſator antiquus ſuper d. ſtatuto, & Caſtr. *in d. l. ſi cum
dotem num.* 11. *& in fin. ff. ſolut. matr.*

Sed, vt cognoſcatur nihilominus, quod intentio refor-
matorum in d. nouo ſtatuto fuit, euellere tantum dubita-
tiones, quæ ſuper ſtatuto veteri circa dictas controuerſias 71
ortæ erant, & non alterare aliam diſpoſitionem, quod,
quamuis mater non poſſet diſponere de dote eamque filij
licet non aditam tranſinitterent, eſſent tamen hæredes, &
ſucceſſores vniuerſales, intactam reliquerunt illam parti-
culam, *quod filij in dote matri ſuæ ſuccederent iure vniuerſa-
li*, quæ vniuerſalis ſucceſſio matri ſuæ aliam inferre non po-
terat, niſi hæreditariam, quæ verè, & propriè vniuerſalis 72
eſt, eam accipiendo non in eo ſenſu, vt ad filios matris hæ-
reditas transferretur, quoad iura actiua, & paſſiua, ſed eo
modo, quo legitimam ad filios ſpectare iure hæreditario 73
dicimus, Cuc. *de legit. in verbo legitima eſt autem num.* 41.
fol. mihi 69. Peregrin. *art.*36. *num.*60. Altograd. *conſ.*91. *n.*78.
*lib.*1. Merlin. *de legit. lib.*5. *tit.*1. *quæſt.* 1. *num.*8. & Saluet. *ſu-
per d. ſtat.* Cùm vere hoc caſu tota dos dicatur filiorum le-
gitima, quam in bonis matris habere debent à triente, vel 74
ſemiſſe ad totam dotem aucta, tradita à Caſtr. *d. conſ.* 440.
*num.*4. *lib.*1. *& conſ.*468. *num.*3. *vol.*2. Fulgoſ. *conſ.*42. *num.*2.
verſ. nam per illum, Menoch. *conſ.*456. *num.*27. Cabal. *conſ.*
64. *num.*4. *& ſeq. vol.*2. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.*3. *quæſt.*65.
*num.*16. Mart. Med. *deciſ.*48. *num.*12. Hodiern. *ad l. hac edict.
C. de ſecund. nupt. quæſt.*22. *num.*8. De Luca *d. diſc.* 101. *n.* 6.
*& diſc.*105. *num.*5. Merlin. *d. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.* 24. *num.* 12.
Rot. poſt eum *dec.ſ.* 167. *num.*9. *deciſ.* 178. *num.*3. 6. *& ſeq.*
Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.*4. *gloſ.*4. *num.*1. *& per tot.* quæ
& magis debita, & potentior eſt, quam legitima Iuris
communis Cabal. *conſ.* 64. *num.*4. 5. *lib.*2. Giurb. *ad d. con-* 75
*ſuet. cap.*6. *gloſ.*9. *num.*4.

Et ſtantibus præmiſſis penitus eliminabantur omnes op-
poſitiones, quæ pro diuerſa prædicti ſtatuti intelligentia ex
parte locorum piorum dabantur.

Prima quarum erat, quod, ex quo ad extraneos hæredes
filiorum dos tranſmittebatur, non poſſent filij titulo vniuer-
ſali hæreditario ſuccedere, cùm hæreditas non adita non
tranſmittatur; Quia cùm dictus titulus vniuerſali repute- 76
tur hæreditarius in eo ſenſu, vt filij dotem capiant iure le-
gitimæ ſibi in bonis matris debitæ, nil erat, quod dictam
tranſmiſſionem poſſet impedire, cùm legitima regulariter
ad quoſcumque hæredes tranſmiſſibilis ſit, vt per DD. *in l.
poſthum.* vbi Dec. *num.* 6. Iaſon. *num.*23. *& reliqui C. de bon.
poſ. contr. tabul.* Mareſcot. *var. reſol. lib.*2. *cap.*105. *num.*47.

latè

latè Noal. *de tranſmiſſ. caſ.*10. *per tot.* Merlin. *de legit.lib.* 5.
*tit.*1. *quæſt.*1. *num.*7. & eſt concluſio inconcuſſa.
77 Vltrà quod non eſt bona conſequentia, dos tranſmitti-
tur, ergo filij non ſuccedunt titulo hæreditario, cùm non
ſit inuicem incompatibile, & benè ſtare poſſit, quod quis
ex aliqua Iuris diſpoſitione tranſmittat hæreditatem non
agnitam, & ſucceſſio nihilominus ſit hæreditaria, vt patet
in l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit. l. vnic. C. de his qui ant.
apert. tab. l. cum antiquioribus C. de Iur. delib. vbi hære-
ditates, licet non agnitæ, tamen aliquando tranſmit-
tuntur.
Secunda remouebatur oppoſitio, quod ex quo Maritus
ad Dotem vxoris vocatur à ſtatuto cum eodem verbo,
Succedat, ſicuti hæc ſucceſſio mariti eſt lucrum particula-
78 re ex ſtatuti beneficio, ſic & illa filiorum eſſe debeat; Quia
verius eſt, in hanc dotem, quamuis ſit lucrum à ſtatuto
debitum, ſuccedere maritum titulo vniuerſali, quando filij
non extant, qui titulus tamen quoad maritum eſt nouus à
ſtatuto introductus, & ſatis diuerſus à ſucceſſione filiorum,
79 qui de iure communi matris hæredes ab inteſtato eſſe de-
bent, & ſic in hoc eſt differentia inter ſucceſſionem mari-
ti, & filiorum, nec ab vna ad aliam inferri poteſt, ita re-
ſpondet Caſtr. *d. conſ.*82. *num.* 2. *lib.* 1.
Tertiò reſoluebatur obiectio illa, quod ex quo filij ex
ſtatuti beneficio, & contra matris voluntatem dotem con-
ſequerentur, talis ſucceſſio non vniuerſalis hæreditaria, ſed
particularis ex legis beneficio in locum conſuetudinis Mar-
80 tini ſubrogata eſſet cenſenda; Quia cùm d. dos eſſet legiti-
ma debita filijs ita aucta à ſtatuto, vt ſupra diximus, nulla
poterat conſiderari implicatio cùm prohibitione ſtatutaria
matri facta de eam tam in vita, quàm in morte alienando,
cùm etiam videamus à iure Parentibus vetitum eſſe filijs in
legitima præiudicare, vt reſpondit Saluet. *Gloſſator ſuper d.*
ſtatuto, & certè poterat ſtatutum maius vinculum addere,
vt plenius filijs ex eius, quam ex iuris communis diſpoſi-
tione eſſet conſultum, prohibendo, ne mater in actibus
etiam inter viuos, poſſet de dote diſponere, ad inſtar Pa-
tris adrogantis, qui per contractum, vel per vltimam vo-
luntatem filiorum adrogatorum legitimæ præiudicium in-
ferre nequit, *l. ſi adrogator §. ſed an impuberi ff. de adopt.* Caſtr.
*d. conſ.*441. *num.*3. *& conſ.*82. *num.*2. *in fin. lib.*2. Soccin. *conſ.*
48. *num.* 1. *& conſ.*93. *num.*13. *& ſeq. vol.* 1. plenè Cabal. *d.*
*conſ.*64. *num.*4. *& ſeq. vol.*2.
Et pro prædictorum omnium confirmatione, ad exclu-
ſionem cuiuſcumque interpretationis ad d. ſtatutum ex
Martini conſuetudine propoſitæ, ponderabantur illa ver-
ba, *ſuccedant matri ſuæ*, & ſic, quod in dotem, tamquam
81 de ſubſtantia materna, filij, non Pater, ſint ſucceſſores, &
ita dos non profectitia, ſed aduentitia eſſet, quia, vt ſupra
etiam diximus, dos à Patre profecta de iure communi ſo-
luto matrimonio per mortem filiæ, ad Patrem pertinet,
titulo non ſucceſſionis, ſed reuerſionis, ratione peculij ad
Patrem ſpectantis, quæ poſteà à conſuetudine Martini à
Patre auocatur, & filijs non vti matris ſucceſſoribus, vel
82 hæredibus, vt malè putauit Bald. ſed ex quadam æquitate,
vt filijs, applicatur, in qua potius auo, quam matri ſucce-
dunt, vt per Rot. *deciſ.*248. *num.*14. *part.*4. *recent.* Coccin. *d.*
*deciſ.*311. *num.*12. & Duran. *d. deciſ.*231. *num.*16. *&* 19. &
alios ſupra laudatos.
Firmata hac ſtatuti interpretatione, vlterius progredie-
bantur informantes pro Locis pijs, obijcientes, quod, poſi-
ta pro vera præfata interpretatione, adhuc dd. DD. de Ber-
zighellis præfato ſtatuto frui non poſſent, tum quia foren-
ſes, tum quia D. Virginia mater non Florentina, ſed Col-
lenſis eſſet, tum denique quia eadem D. Virginia obijſſet
Piſis, in cuius ſucceſſione propterea non Florentina, ſed
Collenſia, vti originis, vel Piſana, vti Domicilij, ſtatuta
eſſent attendenda, quæ talem ſucceſſionem hæreditariam
filijs in dotem non tribuunt.
Sed facilè prima obiectio remouebatur, quia DD. de Ber-
zighellis tametſi Piſis nati, cùm tamen eſſent ad Ciuitatem
Florentinam ab anno 1480. & citra aſciti, & in hac vrbe
83 onera, & honores ſubſtineant, vt in actis probatum fuit,
non poterant forenſes appellari, ſed veri Ciues Florentini,
& ſtatutis Florentinis etiam in ſucceſſionibus frui poſſunt,
vt per Angel. *in ſubſcript. ad Conſil.* Soccin. 302. *verſ. Primi*
*namque lib.*2. Pariſ. *conſ.* 71. *num.*1. *& per tot. lib.* 1. Soccin.
Iun. *conſ.*18. *num.*8. *& ſeq. & conſ.*72. *num.*3.4. *lib.*3. Tuſch.
*concl.*678. *num.*10. *& concl.* 402. *num.*73. *&* 74. *litt.F.* & ſic
cenſuit in ſimilibus caſibus Rot. noſtra *lib. mot.*25. *à* 216. *&*
*à c.*507. *& lib.*49. *à c.*677. Præterquam quod, etiamſi Piſani
tantummodò origine eſſent, in Ciuitate tamen Dominan- 84
te, de cuius Territorio eſt Ciuitas Piſarum, forenſes dici
nequeunt, ſed verè ſubditi, vt per Corn. *conſ.*151. *num.*6. *in*
*fin. lib.*3.
Secunda pariter obiectio reſoluebatur, cùm D. Virginia
verè origine Florentina foret, cum Florentiæ nata eſſet, vt
plenè probatum fuit, & cum eius hæreditas, quæ erat in
dote, conſiſteret in nomine, quod babebat cum eius viro,
ex Maluaſ. *d. conſ.*123. *num.*16. Peregr. *conſ.*90. *num.*29. *lib.*1.
*& conſ.*6. *num.*6. *lib.*5. in illius ſucceſſione attendi debebant 85
ſtatuta Florentina, vti originaria, & propria ipſius defun-
ctæ, vt fusè probarunt Alex. *conſ.*141. *num.*17. *&* 20. *vol.* 7.
Bero. *quæſt.* 109. *num.* 4. Soccin. Iun. *conſ.* 12. *num.* 4. *lib.* 3.
Decian. *conſ.*71. *num.*9. *&* 13. *vol.*2. Tuſch. *concl.*402. *num.*72.
73. *litt.F. & d. concl.*678. *num.*18. Put. *deciſ.*29. *num.*14. *lib.*2.
Criuel. *deciſ.*123. *num.*20. Peregrin. *d. conſ.*90. *num.*29. *lib.*1.
Maluaſ. *d. conſ.*123. *num.*19. Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*
18. *num.*69. *verſ. primus eſt*, & pluries Rot. noſtra, vt apud
Magon. *deciſ.*107. *num.*12. *verſ. & licet in fin.* & poſt Conſil.
Fachin. 87. *lib.*2. *verſ. decimo tertio, & lib. mot.*46. *à c.*567. *in*
princ. & verſ. ſed quidquid.
Et quamuis valdè inter Doctores diſceptetur, an iura, & 86
nomina debitorum dicantur eſſe de loco originis Credito-
ris, vel debitoris, de qua quæſtione latè egerunt Peregrin.
*d. conſ.*90. *num.*29. Merlin. *deciſ.*828. *num.*14. *& ſeq.* Michalor.
*de fratr. part.*3. *cap.*7. *à num.*31. Bellon. *de Iur. accreſc. tom.*3.
*cap.*10. *quæſt.*2. *num.*138. *& ſeq.* Raden. *conſ.*3. *num.*22. Et in
hoc noſtro Auditorio aliàs recepta fuerit opinio, quod de
loco Creditoris eſſe dicantur, vti quæ eius oſſibus inhæ-
reant, & proindè ſtatutum defuncti creditoris, in ſucce-
dendo, ſit attendendum, ex illa ſatis trita concluſione, quod 87
in ſuccedendo, ſtatuta illius loci, vbi bona ſita ſunt, maximè
ſi vtraque ſubiectio bonorum, & Perſonarum concurrat,
debeant ſeruari, vt per Magon. *d. deciſ.*107. *num.*12. *verſ.*
Idemque, Rot. noſtra *relat. poſt d. conſ.*8. Fachin. *verſ. decimo-*
tertio, & d. lib. mot. 46. *à c.*567. *& alibi paſſim*, & Tuſch. *d.*
concl. 402. *num.*72. omnis tamen amaritudo remouebatur,
quia cùm D. Camillus Maritus in Contractu Piſis de dotis
confeſſione facto promiſiſſet illam reſtituere non ſolum Pi- 88
ſis, ſed & Florentiæ, vbi erat in electione creditoris illum
conuenire, quem locum nedum ex d. conuentione, ſed
etiam, quia Ciuis Florentinus erat, declinare non poterat,
& ipſamet D. Virginia etiam origine, vt diximus, Florenti-
na foret, proculdubio de Ciuitate Florentiæ d. debitoris no-
men dici debebat, tum quia hic Florentiæ ratio potentior, 89
& plura vincula concurrebant, Soccin. *conſ.* 101. *num.* 6.
*verſ. ſecundo lib.*1. de Luca *de ſucceſſ. ab Inteſt. diſc.*19. *n.*14.
& duplex aderat ſubiectio, bonorum nempè, & perſona-
rum ſuccedentium, Merlin. *d. deciſ.*828. *num.*17. Tum etiam
quia nomina debitorum, ex magis recepta opinione, nec
de creditoris, nec de debitoris loco, ſed vbi de iure, & de 90
facto exigi poſſunt, eſſe dicuntur, Honded. *conſ.*13. *num.*23.
*& ſeq. lib.*1. Franc. *deciſ.*93. *num.*7. Merlin. *d. deciſ.*828. *n.*16.
Peregrin. *d. conſ.* 90. *num.* 29. Raden. *d. conſ.* 3. *num.* 22.
Bellon. *d. quæſt.* 2. *num.* 140. & Burat. *deciſ.* 188. *num.* 1.
& ſeqq.
Et quod D. Virginia Florentina eſſet, euidenter conſta-
bat, quia orta erat ex Patre, qui olim in Ciuitate Collis na-
tus, diu ante ipſius filiæ natiuitatem ex Principis ampliſſi-
mo Priuilegio ab inferiori, & ſubdita Ciuitate ad ſuperio-
rem, & Dominantem vrbem translatus, Ciuis Florentinus, 91
vnà cum Parente, & fratribus, effectus fuerat, quod pro
acquirenda vera, & naturali ciuilitate pro filijs naſcituris
ſufficiens erat, Soccin. *conſ.*288. *a num.*5. *& ſeq. lib.*2. Soccin.
Iun. *conſ.*12. *num.*13. *&* 14. *lib.*3. Brun. *ad ſtat. fœm. excluſ.*
*art.*8. *num.*132. *in fin.* Tuſch. *d. concl.*402. *num.*72. *&* 73. & eo
fortiùs, quia vltra priuilegium adeptum, vnà cum prædd. 92
Fratribus hic Florentiæ Domicilium firmauerat, Seſſe *dec.*
*Aragon.*90. *num.*2. *part.*1. Barboſ. latè *in l. heres abſens §. pro-*
*inde, in art. de for. nat. orig. num.*49.54.57. *& ſeq. ff. de Iudic.*
Vndè ex Patre in hac Florentiæ Ciuitate concepta, & nata
d. D. Virginia, proculdubio Ciuis Florentina reputanda, &
habenda erat, Bart. *in l. filios num.*4. *C. de mun. & orig.* Me-
noch. *de præſ. lib.*6. *præſumpt.*30. *num.*13. *& de arbitr. caſ.*86.
*num.*7. Honded. *conſ.*5. *num.*5. *lib.*1. Afflict. *deciſ.*384. *num.*4.
Maſcard. *de probat. concluſ.*1146. *num.*1. *& ſeqq.* Andr. col. *con-*
*trou.*239. *num.*46. Carleual. *de Iudic. diſp.*2. *num.*92. *& ſeq. &*
*num.*116. Cald. *poſt tract. de reſtit. in integr. conſ.*1. *num.*6. *&*
ſeq. Merlin. *deciſ.* 797. *num.* 21. Accedente Sacro Baptiſmo 93
pariter

Digitized by Google

pariter in hac Ciuitate ſuſcepto, cùm per huiuſmodi ſacra-
mentum, quaſi per nouam natiuitatem, quis illius loci, in
quo illud ſuſcipit, Ciuis efficiatur, Gratian. diſcept. forenſ.
cap.75.num.16. Carleual. d.diſput.2.num.111. Nouar.in Col-
lect.ſuper conſt. Regn.collect.115.num.14. Ricciul.de Neophit.
cap.8.num.39.Buratt deciſ.253. num.13.
Et quod dictus D. Claudius Pater, & alij eius fratres,
vltrà Ciuilitatis priuilegium acquiſitum, ex cauſa illius
etiam Florentiæ Domicilium firmaſſent, plenè probabatur,
tum ex officijs & muneribus publicis, vnà cum onerum
94 ſubſtentatione ab anno 1582. quo Ciuilitatem acquiſiue-
runt, per eos obitis, vt ex libris Tractarum, & Decimarum
publicis conſtabat, quæ non niſi à Ciuibus Florentinis ha-
bitantibus, & onera ſubſtinentibus exerceri debent, Spec.
in tit. de citat. §. t. in princ. Laderch. conſ.52. n.6. & conſ.74.
num.18. Menoch. conſ.603. nu.16. verſ. & in ſpecie, Cephal.
conſ.246.num.15.Rimin.Iun.conſ.353. num.172.Mart. vot.5.
num. 6. & 7. Tum exemptione multorum bonorum immo-
bilium, & præcipuè Domus conſpicuæ, in qua nedum ipſi
DD. Fratres continuò cohabitarunt, ſed etiam omnes alios
de Familia Vſimbardorum ad aſſiduè habitandum graua-
tunt, vt ex Inſtrumento donationis inter eos initæ ſub die
95 1.Decembris 1598.apparet,ac ex ſepulchri in Eccleſia S.Tri-
nitatis conſtructione, quæ omnia animum in Ciuitate Flo-
rentiæ perpetuò habitandi in ipſis Fratribus fuiſſe demon-
ſtrabant, Bart.in l. placet num. 3. ff. ad municip. & in l. vnic.
num.1. & 2. C. vbi pet.tut. Alb. conſ.572.num.15. Gail. pract.
obſeru.lib.2.cap.35. num.7. Menoch. de arbitr. caſ.86.num.7.
& lib.6.præſumpt.42.num.14. Surd.conſ.346.num.4.Maſcard.
de probat. concluſ.1146.num.16. Merlin. deciſ.193. num.3.&
ſeq.Buratt. deciſ.244. num.8. & ibi adnot.num.10.& 11.Et li-
cet etiam in Ciuitate Collis, & eius Territorio Domum
apertum, & multa bona paterna retinuiſſent, & etiam alia
quæſiuiſſent, necnon ad officia illius Ciuitatis fuiſſent ex-
tracti, quæ tamen non conſtat, an de facto exercuerint,
96 non ideò hæc officiebant Florentinæ Ciuilitati, cùm non
ſit incompatibile, quod duarum Ciuitatum, loci originis
nempè, & Domicilij, quis ſit Ciuis, l. Labeo, & l. aſſumptio
§. Iuris Prudentibus, & l. eius qui §. Celſus ff. ad municip. Me-
noch. conſ.329. num.38. Adnot. ad Buratt. deciſ.811. num.7.
Carleual. de Iudic. d. diſp. 2. num. 85. Mart. vot. 27. num. 1.
Duran. deciſ. 31. num.2.
Nec obicem faciebat, quod ex diplomate Priuilegij Ci-
uilitas à Sereniſſimo Principe ad dd.fratres, & eorum filios
maſculos tantum legatur reſtricta; Quia Ciuis ex priuile-
gio, ſi vltrà illud bona acquirat, habitationem habeat, one-
ra & honores ſubſtineat, non eſt amplius cenſendus Ciuis
97 ex Priuilegio, ſed verus Ciuis, cùm etiam ſine illo, ſi habi-
ter, onera, & honores ſufferat, ciuilitatem acquirere dica-
tur, ex Raden. & alijs per eum citatis conſ. 91. num. 2. verſ.
rurſus, & ideò quamuis dictum Priuilegium eſſet ad ſolos
maſculos, tunc forte ſuperuiuentes, reſtrictum, non tamen
D. Virginia poſt d. Priuilegium nata ex vero Ciue Florenti-
no, Florentina origine eſſe deſinebat, cum Pater Ciuilita-
tem, qua fruitur, naturaliter in filios transferat, & eam
filij ex natiuitate, vti originalem, acquirant, ex Bald. in l.2.
num.5. verſ.item nota, & ibi Caſtr. num.3. C.de libert.& eor.
liber. Menoch. conſ.677. num.6.
Tertia quoque oppoſitio, quod d.D.Virginia Piſis nupta,
98 & in Domicilium viri translata, & ibi defuncta origina-
riam Ciuilitatem amiſiſſe dici poſſet, & Piſanam acquiſi-
uiſſem, ex Bart. in l.fin. §. reſcripſerunt num.4. ff. ad municip.
Rouit. deciſ.75. num.7.& 8. & alijs, qui poterant allegari,&
proindè in eius Dotis ſucceſſione ſtatuta Piſana, quæ eam
hæreditariam non faciunt, eſſent attendenda ex l. exigere
99 dotem ff. de Iudic. obſtare non poterat; Pluribus namque
modis reſoluebatur hæc obiectio, nedum quia non eſt in
iure abſolutè recepta propoſitio illa, quòd mulier nupta do-
micilium viri acquirat, & propriam originem amittat,cùm
100 vera tantummodò ſit in illis, quæ maritalia obſequia, vel
iudicialia reſpiciunt, in his etenim ſubijcitur, legibus do-
micilijs viri, in reliquis autem originis propriæ conſtitutio-
nibus eſt obnoxia, vt per Caſtr. conſ. 89. num. 3. lib.2. idem
Bart.in d.§.reſcripſerunt num.5.Becc.conſ.149.num.26. & 27.
Alb.conſ.23.num.10.& 11.Magon.d. deciſ.107. num.11. Bar-
boſ. in d. art. de for. origin. num. 41. Franc. deciſ.416. num.2.
& 4.& deciſ.546. num.9. 20. 29. & ſeq. Cyriac. controu.292.
num. 33. & ſeq. Carleual. de Iudic. d.diſp.2. num.65. Morot.
reſponſ. 53. num. 20. Merlin. dicta deciſ. 828. num. 14. Sed
etiam, quia ſequenda non eſſet ſuprad. concluſio, quando
etiam ſimpliciter eſſet vera, in caſu illius mulieris, vt eſt
præſens, quæ Ciuitatis Dominantis Ciuis originaria in ci- 101
uitate ſubdita nubit, hæc enim nullo pacto legibus ipſius
Ciuitatis ſubditæ ſubiecta efficitur, latè in terminis Soccin.
d.conſ.288.à num.5.& plur.ſeq. Soccin.Iun. d.conſ.12. num.3.
4.& 5.lib.3.Brun. d.art.8. num.132. Gallia ad conſuet. Alex.
in præfat. num. 33. & ſeq. & num. 81. Tuſch. d. concl. 402.
num.2.Mart.vot.5.num.5.Caualcan.deciſ.42. num.44. part.1.
Magon. d. deciſ. 107. num. 12. & Rot. noſtra lib. mot. 46. à
c. 567. & poſt Fach. conſ.87. lib. 2. in fin. verſ. nec habuimus.
Vltrà quod valdè differt lucrum Dotale Mariti, vel reſtitu- 102
tio dotis ipſi mulieri, vel Patri debita, à ſucceſſione in do-
tem, quæ filijs, vt matris hæredibus defertur, in illis etenim
ſeruari debent ſtatuta loci viri,iuxta Text.in d.l. exigere do-
tem,& latè Piſon.var.reſolut.lib.1.cap.1.num.5.& ſeq. In hac
verò ſeruanda ſunt ſtatuta originis vxoris defunctæ, ſi in il-
lius loco adſint bona dotalia, vt firmauit eadem Rot. apud
Magon. d. deciſ. 107. num.11. verſ. nec obſtat, & num. ſeq.
& in d. lib. mot. 46. à c. 567. Bero. conſ. 155. num. 41. & ſeq.
lib. 2.
Suas obiectiones indefeſsè proſequentes pro dd. Locis
pijs Informantes pro prætenſa imputatione dotis maternæ
in legitimam nepotum in bonis Aui debitam, vlterius di-
cebant, quod cùm ipſi nepotes concurrerent cum D.Lucre- 103
tia matertera, quo caſu ex recepta opinione filij matrem
repræſentant, & eius locum ſubintrant, deberent dotem
maternam ſibi in legitimam imputare, ſicut imputaſſet eo-
rum mater, ſi vixiſſet, ex l. quoniam nouella C. de inoff. Te-
ſtam. Rip. in d.l.in quartam num. 198. ff. ad l. falc. Menoch.
conſ.153. num.23. Merlin. de legit. d.quæſt.13.num.24.
Quandoquidem verius, eſt nepotes in ſucceſſione Aui, 104
quamuis matris locum ſubintrent, non ex matris perſona
ſuccedere,ſed ex propria, nec valere conſequentiam, repræ-
ſentant matrem, ergò veniunt ex perſona matris, & pro-
ptereà ex propria perſona, & ex Iure proprio ſucceſſionem
nepotum in bonis Aui eſſe metiendam, cum eam à lege ha-
beant, dixerunt Anchar. conſ.50. num.2. & conſ.315. num.2.
Bald. conſ.342. ſub num.3. lib.2. Alex. conſ. 4. num. 13. lib. 4.
Schenard. conſ.54.num.9.& 10.lib.1. Surd.conſ.133. num.25.
latè Robl.de repræſ.lib.1.cap.11.à num.4.& ſeq. Decian. conſ. 105
1.num.351.& ſeq.& conſ.7. num.78. lib.1. Cancer. var.reſol.
lib. 1. cap. 5. num. 10. & ſeq. Bellon. de Iur. accreſc. tom. 3.
cap.9.quæſt.1. num.15.16. & 17.& quæſt.11. num.20. & ſeq.&
num.102. Rot.Rom.relat.poſt Torr. de pact.fut.ſucc. deciſ.4.
num. 24.
Cùm itaque ex propria perſona,ſecundum veriorem, & 106
receptiorem ſententiam, nepotes Auo ſuccedant, hinc ſe-
quitur, quod cum ipſis iure proprio debeatur legitima in
bonis Aui, non teneantur, etiamſi cum matertera concur-
rant, dotem maternam ſibi, vt hæredibus illius debitam, in
legitimam imputare, quamuis enim mater, ſi vixiſſet, eam 107
imputaſſet, non tamen imputare debent nepotes, quia ma-
ter imputat,quia dotem habet de ſubſtantia patris,l.quoniam
nouella C.de inoff.Teſtam. Nepotes verò non imputant,quia
dotem capiunt ex ſubſtantia matris, & vt eius hæredes, ſic
Ancharan.d.conſ.50.num.2.Tob.Non.conſ.49.num.20.& 21.
Maluaſ.d.conſ.124. num.23. & ſeq. Surd. d.conſ.206.num.17.
& 37. Add.ad Theſ. d.deciſ.237. litt.O. Alciat. conſ.66. n.6.
in fin.lib.9.Mangil.de imput.quæſt.18.ſub num.20.Rot.Bonon.
diuerſ. deciſ. 1. num. 18. & 20. repetita apud Giouagnon. d.
conſ.92. vbi idem Giouagnon. num. 15. 16. & 18. Duran. d.
deciſ.231.num.24.& 25. Merlin. de legit. d.lib.2. tit.2. quæſt.
13. num.25. in addit. Torre de pact. fut. ſucceſſ. lib.2. cap.24.
num. 175.
Et hanc concluſionem eò fortius locum habere iudicaui- 108
mus, quia non verſabamur præciſè in caſu concurſus nepo-
tum cum matertera, à qua prætenderent nepotes auocare
legitimam, ſed in caſu, in quo potius nepotes concurſum
habebant in Aui ſucceſſione cum extraneis, à quibus eo-
rum legitimam petebant, & in caſu,in quo ad prædictorum
extraneorum fauorem impinguabatur hæreditas, abſque
eò, quod legitima materteræ poſſet augeri, vel minui, vndè
quidquid in hoc conſuluerit Ludouic. de Bel. conſ.153. à
num. 7. qui loquitur etiam, quando filij matris non erant
hæredes,hanc opinionem in excludenda imputatione ſecta-
ti fuimus,verius iudicantes, ex hoc prætenſo concurſu cum
matertera nullum fieri debere præiudicium legitimæ nepo-
tum,quam & ſecuti fuerunt,Bald. conſ.342. num.2. verſ. ego
in hoc lib.2.Corn.conſ.190.num.2.in fin.& num.3.lib.2 Gabr.
conſ. 58. in princ. lib.1. Angel. Aret. conſ. 90. num.18. & 19.
Tuſch.

Tuſch. concluſ. 205. num. 59. 65. & 113. litt. L. Theſaur. d. deciſ. 237. num. 15. in fin. & Boſſ. de dot. cap. 3. num. 212.

Et ſic in hoc articulo tam acriter, vt vidimus, diſputato
hanc propoſitionem vti veriſſimam firmauimus, quòd
109 quotieſcumque nepotes, vel ex ſtipulatione, vel ſtatuti be-
neficio, vel alio iure in dotem maternam, vti hæredes vni-
uerſales ſuccedunt, prout in præſenti facti ſpecie eos ſuc-
ceſſiſſe comprobauimus, concurrant, vel non concurrant
cum matertera, ſemper hoc præcipuum habent, quod ma-
tris dotem in legitimam ſibi in bonis Aui debitam imputa-
re minimè teneantur, ſed vtrumque conſequantur, & ita
in hoc caſu, nullum inter Bart. & Bald. adeſſe diſcrimen
tradiderunt Caſtr. in l. illam, vbi Dec. num. 16. C. de Collat.
Soccin. in l. in quartam num. 140. vbi Alex. num. 26. & alij
communiter ff. ad l. falc. idem Alex. conſ. 24. num. 4. in fin.
lib. 1. Anchar. d. conſ. 315. Craſſ. in §. legitima quaſt. 23. num. 6.
in fin. Maluaſ. d. conſ. 114. num. 26. & poſt Corn. Bertrand.
Curt. Iun. Nicol. de Vbald. Pariſ. Port. & alios, Ludouic. de
Bel. conſ. 21. num. 8. 9. & ſeq. & conſ. 22. num. 1. Bellon. de Iur.
accreſc. part. 3. cap. 9. quaſt. 11. à num. 100. & plurib. ſeqq. vbi
latè, & Merlin. de Legit. d. quaſt. 13. num. 25.

Articulus Tertius.

PRæcedenti huius cauſæ ſecundo articulo ad fauorem DD. de Berzighellis pariter reſoluto, deuenimus ad diſcuſſionem Tertij, in quo à Locis pijs prætendebatur in dictorum DD. de Berzighellis legitimam eſſe imputandam, vt diximus, ſummam ſcutorum 12500. d. D. Virginiæ irreuocabiliter, & cum Iuramento inter viuos à d. D. Claudio Patre donatam, quo non minùs, quàm ſuperiori, diligentiſſimè excuſſo, vnanimi conſenſu firmauimus, præfatam imputationem nullatenus eſſe admittendam, ex eodem fundamento, quo in dote ſenſimus; quòd, ſcilicet, cum talis donatio fuiſſet d. Virginiæ irreuocabiliter acquiſita, in eam dicti DD. de Berzighellis ab inteſtato, vti matris hæredes vniuerſales, ſucceſſerint, & cum bona donata ſemel aui ſubſtantiam fuiſſent egreſſa, & matris Patrimonium
effecta, non erat amplius locus prætenſæ imputationi,
110 etiamſi ipſe Auus in Teſtamento deindè imputari mandaſ-
ſet, cum ea tantum imputentur, quæ de parentum ſubſtan-
tia tempore mortis immediatè capiuntur, vt ſæpè dixi-
mus; Et ſicut dos matris ſtipulata reddi filiæ non imputa-
tur nepotibus in legitimam, quia ex tali ſtipulatione præ-
ſumitur Pater voluiſſe tacitè donare filiæ, vt ſupra reſolui-
mus, eadem, & fortiori ratione dicendum eſt, quan-
111 do Pater expreſsè filiæ donat, quia tunc ea, vti extranea,
& donatio tamquam aduentitia conſideratur, in qua fi-
lios ab inteſtato hæredes habet, ſic Cuman. conſ. 10.
num. 4. verſ. ſed quia; Et hæc eſt concluſio recepta circa
112 res imputandas à nepotibus, quod ea omnia, quæ capiunt
vti matris hæredes, licet ab Auo profecta, non imputent
in legitimam in bonis aui ſibi competentem, tamquam ab eius patrimonio euulſa, ex Bart. in d. l. poſt dotem num. 32. ff. ſolut. matr. Bald. in l. quoniam nouella C. de inoff. teſtam. Angel. in d. l. in quartam, vbi Alex. num. 26. Rip. num. 193. Pic. num. 239. & Maſſin. num. 413. Caſtr. conſ. 29. num. 6. lib. 1. Turret. conſ. 98. num. 4. & ſeq. & num. 37. lib. 1. Raden. d. conſ. 75. num. 7. Andreol. contr. 14. num. 21. & 22. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 62. Seraphin. deciſ. 568. num. 13. Tondut. part. 2. reſol. ciuil. cap. 144. num. 2. & 3. Et ita magna cum ratione etiam reſoluimus, quia nec D. Virginia mater eam in ſuam legitimam imputaſſet, ſi Patri ſuperuixiſſet, ex Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quaſt. 29. num. 7. vt infrà latiùs agemus.

Sed, ad eneruandam hanc firmiſſimam propoſitionem, multa ex parte Locorum Piorum objiciebantur, quæ tamen, vti non magni ponderis, à nobis reiecta fuerunt.

Primò namque dicebant, quod talis donatio nulla fuiſſet
113 à principio, quia cum eſſet inter Patrem, & filiam in po-
teſtate, à qua matrimonium eam non liberauit, non ob-
114 ſtante Stat. Piſano rub. 40. lib. 3. ex Franc. deciſ. 546. num. 18.
& ſeq. ſubſiſtere non poterat, eò maximè, quia facta fuerat filiæ abſenti, & inſinuatione carebat, ex quibus defectibus iuramentum eam conualidare non poterat, cum ex eo plures defectus non valeant ſanari, & ideò vti nulla erat, ac ſi facta non fuiſſet, & bona donata numquam de Patrimonio donantis exijſſent.

Sed talis oppoſitio noſtram reſolutionem labefactare
non poterat, nam quamuis d. D. Virginia, licet nupta,
in Sacris Paternis remanſiſſet, Alex. conſ. 133. num. 33. in
fin. lib. 4. Bartol. conſ. 76. per tot. lib. 1. Cutel. de donat. 115
cont. matr. tract. 1. diſc. 3. part. 1. num. 20. & inter ipſam
propterea, & Patrem donatio regulariter de iure ſubſiſte-
re non potuiſſet, niſi morte eſſet confirmata, adhuc ta- 116
men, quia iuramento roborata erat, talis donatio à
principio valida fuit, & eſt concluſio ſatis trita, & vul-
garis, ſic in proprijs terminis Rip. in d. l. in quartam num. 151. & 161. in fin. Pic. num. 188. Maſſin. num. 413. Bolognet. num. 325. Fiumagiol. num. 378. & 392. Tob. Non. d. conſ. 49. num. 13. Gal. de except. ſucceſſ. except. 4. ſeu 3. num. 153. & ſeq. Barry. de ſucceſſ. lib. 16. tit. de legit. ſub num. 23. verſ. item iuratam, Cucc. de legit. in verbo, ex ſubſtantia, num. 20. in fin. Giouagnon. conſ. 83. num. 60. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 127. Raden. d. conſ. 75. num. 4. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 11. num. 3. & cap. 37. num. 3. Robl. de repræſent. lib. 2. cap. 23. num. 42. Magon. deciſ. Flor. 18. num. 1. Merlin. de legit. d. tit. 2. quaſt. 29. num. 27. & 28. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. part. 2. num. 57. Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 194. num. 4. & plur. ſeqq.

Quam concluſionem veriſſimam reputauimus, etiam
ſi filia Patri donanti prædeceſſiſſet, nam nihilominus va- 117
lidam donationem à ſuo principio eſſe, cum non eſſet opus mortem donatoris expectare, cum ab illa non pendeat, tradiderunt Fontanel. d. gloſ. 7. part. 2. num. 62. Surd. deciſ. 111. vbi Hodiern. num. 1. & in addit. ad deciſ. 154. num. 16. Theſaur. deciſ. 32. num. 16. Viuius deciſ. 421. num. 79. & 13. qui latè reprobat Dec. conſ. 695. & Menoch. conſ. 4. contrarium ſentientes, Franc. deciſ. 59. num. 3. Robl. d. cap. 23. num. 45.

Et licet pro validitate donationis requiratur donatarij
acceptatio, vel ſaltem præſentia, aut quod nuncius, vel
epiſtola ſpecialiter interueniat ex traditis à DD. per illum 118
Text. in l. abſenti ff. de donat. hoc tamen limitatur, ſi pro abſente Notarius, vti publica perſona acceptet, & ſtipuletur, vt accidit in caſu præſentis donationis, tunc etenim donatio à principio ſubſiſtit, & valida eſt, præcipuè, ſi ſanguine coniuncto ſit facta, & eſt receptiſſima Doctorum declaratio, qui tantummodò diſputant, an abſenti
requiratur reuocabiliter, & an, vt ex parte donantis ſit 119
irreuocabilis, neceſſaria ſit donatarij ratificatio, vt per Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 8. num. 36. & ſeq. Surd. d. deciſ. 111. num. 5. & 6. & ibi latè Hodiern. num. 1. & ſeq. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 6. num. 4. 5. & 9. Theſaur. deciſ. 70. num. 5. & 9. Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 20. num. 6. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 8. num. 4. Amat. var. reſol. part. 1. reſol. 30. num. 6. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 2. num. 67. & ibi nouiſs. add. Beltram. ad Ludouiſ. deciſ. 97. num. 8. & 9. Rot. deciſ. 12. part. 1. deciſ. 369. num. 3. deciſ. 488. num. 6. part. 2. recent. & deciſ. 683. num. 4. part. 1. diuerſ. & poſt Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 184. num. 7. & 8. & latè Merlin. deciſ. 692. à num. 78.

Nec obſtare huic donationi poterat defectus inſinua-
tionis, vt ex aduerſo objiciebatur, quia cum eidem inſi- 120
nuationi fuiſſet cum ſpeciali Iuramento renunciatum, eſt, ac ſi inſinuatio interueniſſet, cum ex veriori Doctorum opinione ſatis fuiſſet, etiam iuramentum generale ſuper contentis in Inſtrumento, ex quo donatio ſine inſinuatione conualidata remanſiſſet, Menoch. conſ. 1. num. 377. qui de magis communi opinione teſtatur Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 8. num. 5. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 73. num. 3. Peregrin. deciſ. 91. num. 7. Ludouiſ. deciſ. 391. num. 5. Mantic. deciſ. 166. num. 17. Burart. deciſ. 47. num. 3. & ibi add. num. 11. deciſ. 76. num. 11. & 12. & deciſ. 924. vbi pariter addit. num. 18.

Nec magni extimauimus oppoſitionem, quam informantes pro Locis pijs afferebant, quod ex quo d. donatio facta fuiſſet à Patre filiæ in poteſtate ſua conſtitutæ abſenti, Nuncio, vel epiſtola non interueniente, & ſine inſinuatione, quamuis iurata, non tamen ſubſiſteret, cum iuramentum plures defectus contractus ſanare nequeat, ex punctuali doctrina Menoch. conſ. 84. num. 48. & aliorum pro eorum parte allegatorum, quos & citat Sabel. var. reſol. cap. 5. num. 21.

Nam

Digitized by Google

Nam quoad defectum præſentiæ D. Virginiæ Donata-
riæ, cum pro ea interueniſſet notarius, vt ſuprà vidimus,
nulla ex parte poterat eſſe inualida, quo vero ad nullita-
tes ex Patria poteſtate, & inſinuationis defectu reſultan-
tes, quando iuramentum fuit præſtitum generaliter ſu-
per omnibus in inſtrumento contentis, vt in caſu no-
ſtro, dicant quidquid velin· Menoch. Sabell. & alij al-
121 leg. Verius, & receptius eſt, ex eo plures defectus in
contractu ſanari, & hanc eſſe communem Doctorum
opinionem, vt ex Bart. *in auth. Sacram. Puberum num.* 14.
& 16. & ibi Caſtr. *num.* 10. Iaſon. *num.* 46. Seraphin.
de priuil. Iuram. priuil. 83. *num.* 49. *verſ. Doctores*,
& poſt Dec. Ruin. Crauett. Curt. Berro, Soccin. &
alios tradit in puncto Rot. omninò videnda *deciſ.* 346.
num. 10. *part.* 4. *diuerſ.* quæ eſt Seraphin. *repetita in
eius impreſſ. deciſ.* 1184. quibus addo D. Mart. Medic.
deciſ. 29. *& ibi in addit.* & Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 174.
num. 17. Et opinio aliorum ex aduerſo citatorum poſſet
eſſe vera, quando ſimplex, & non generale interponere-
tur iuramentum, vt diſtinguit Seraphin. *d. num.* 49. *verſ.
Doctores*.

Sed gratis ſuper hac propoſitione dd. Informantes con-
tendere perſpeximus, cùm non vnicum ſit Iuramentum
in Inſtrumento appoſitum, vt ſupponebatur, ſed du-
plex adſit, vnum nempè ſuper inſinuatione, & eius re-
nunciatione, ex quo eam ſuppleri ſupra probauimus, al-
terum verò ſuper reliquis in d. Inſtrumento donationis
contentis interpoſitum, quod tametſi non fuiſſet ita gene-
122 rale, vt eſt, adhuc ſecundum Doctores etiam exaduerſu
allegatos donationem validam reddidiſſet, licet filiæ fami-
lias à Patre facta fuiſſet, ex ſupra citatis, & Bich. *deciſ.*
207. *num.* 24. *&* 26. *deciſ.* 225. *num.* 7. & Rot. *d. deciſ.* 247.
num. 8. *&* 9.

Illa quoque propoſitio pariter exaduerſo oppoſita, quod
ex quo donatio prædicta non fuiſſet à d. Virginia ratifica-
ta, quamuis pro ea Notarius fuiſſet ſtipulatus, potuiſſet à
Patre donante reuocari, prout reuocata prætendebatur,
ex quo in legitimam nepotum eſſe imputandam mandaue-
rat, ſubſiſtere non poterat, quandoquidem receptum
123 ſit, quod licet per notarij ſtipulationem antè ratificatio-
nem non acquiratur ius irreuocabile, hæc tamen acqui-
ſitio intelligitur reſpectu donatarij, qui poteſt eam repu-
diare, & reſpectu dominij, quod in illum ante accepta-
tionem non transfertur, quo verò ad donantem, vt pœ-
nitere, & à donatione recedere non valeat, & quoad
actiones perſonales receptiſſima eſt opinio, quod perfe-
cta ſit donatio, etiam ante ratificationem, vt per Surd.
deciſ. 111. *num.* 8. Ladercb. *conſ.* 75. *num.* 3. Cancer.
var. reſol. part. 1. *cap.* 8. *num.* 44. Merlin. *deciſ.* 35.
num. 5. *&* 12. add. ad Ludouiſ. *deciſ.* 97. *num.* 8. Ho-
diern. ad Surd. *deciſ.* 154. *num.* 17. Cenſal. ad Peregrin.
de fid. art. 51. *verſ. ſecundus*, *fol. mihi* 516. latè Rot.
deciſ. 683. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ.* & poſt Zacch. *de oblig.
Camer. deciſ.* 194. *num.* 7. *&* 8. quæ declarat aliam Ro-
tæ deciſionem *part.* 1. *recent. deciſ.* 12. Et eò magis re-
cipienda erat hæc concluſio in caſu noſtro, cùm in dona-
tione, de qua agitur, legatur adiecta clauſula conſtitu-
ti, & donator cum Iuramento promiſiſſet, eam ſemper
124 attendere, obſeruare, & non reuocare, ex qua irreuo-
cabilis penitus ex parte donantis reddita fuit, vt per Ho-
diern. & Cenſal. *ſupra citatos*, & Rot. *d. deciſ.* 194.
num. 11. *& ſeq.*

Sed hæc omnia pariter diſputare erat ſuperfluum, cùm
adſit d. D. Virginiæ ratificatio de anno 1629. longè antè
Teſtamentum d. Claudij facta, quæ, cùm agatur de
donatione non oneroſa, ſatis erat tacita, elicita ex ſo-
125 la ipſius D. Virginiæ ſcientia, ex qua ſcientia, cùm ver-
ſemur in donatione lucratiua, vt diximus, quæ natura-
liter delectabilis, & appetibilis eſt, præſumitur donatio
ratificata, Surd. *d. deciſ.* 111. *num.* 11. & ibi Hodiern.
alios referens Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.* 50 *num.* 25.
& d. deciſ. 347. *num.* 8. apud Zacch. *de oblig. Camer. de-
ciſ.* 189. *num.* 15. *& deciſ.* 271. *num.* 4. latiſſimè Gizza-
rel. *deciſ.* 51. *per tot.*

Et perfectam ſcientiam præfatæ donationis d. D. Virgi-
126 niam habuiſſe, ſatis probabatur, tum ex arctiſſima ſan-
guinis coniunctione inter donantem, & ipſam donata-
riam intercedente, ex Surd. *d. deciſ.* 111. *num.* 13. Rot.
d. deciſ. 189. *num.* 23. *cum alijs ibi alleg.* tum ex d. epiſto-
127 la reſponſoria eiuſdem D. Claudij die 17. Iulij 1629. ad d.
Virginiam filiam tranſmiſſa, in qua eidem D. Virginiæ
motiuum præfatæ donationis ſciſcitanti reſpondet, nar-
rando cauſam, ex qua ad donandum motus fuerat, ibi,
*vi dirò, perche feci queſta donazione, mi ſcriſſe alli gior-
ni paſſati, che vi trouai in grado pericoloſiſſimo di morte;
onde non volſi che queſti crediti*, *&c.* cum alijs ſubſequen-
tibus, & in fine eiuſdem Epiſtolæ dicit, ſe prædicta ſcri-
pſiſſe reſpondendo alteri Epiſtolæ eiuſdem D. Virginiæ,
quod inconuincibile argumentum præbebat, quod iam
d. D. Virginia ſciuiſſet, donationem ſibi factam, dum
à donante cauſam ipſius quæſiuit, & ipſe reſpondit, pro-
ut interrogationi conueniens erat *§. præterea inſt. de inut.
ſtip. l.* 1. *§. ſi quis ff. de verb. oblig.* Surd. *conſ.* 281.
num. 27. tum denique ex magna ipſius ſcientiæ veriſimi-
litudine, nam cùm d. D. Claudius donationem ſummæ
tam notabilis feciſſet, vt poſſet Virginia bona mariti 128
obærati ex crediti donatis contra poſteriores defen-
dere, vt ipſe dicit in præfatis literis, probabile
etiam, & veriſimile erat, eamdem donatariæ noti-
ficaſſe, ex qua veriſimilitudine pro ratificanda dona- 129
tione ſcientiam probari, tradit Surd. *deciſ.* 111. *num.*
14. & Rot. latè poſt Zacch. *d. deciſ.* 189. *num.* 23.
& 24.

Nec huic noſtræ facti ſpeciei applicabilia erant oppoſita
conſilia Cephal. 272. *num.* 88. & Lader. 101. *num.* 3. Nam
loquuntur in epiſtola neceſsaria ad donationem perficien-
dam, quæ alias nulla eſset, cùm illius præſentatio per 130
nuncium ſpecialem neceſsaria ſit, *l. ſi donatio per epiſto-
lam*, vbi *gloſ.* Moz. *de donat. de ſubſt. don. num.* 23. *per
tot.* Nos autem verſamur in actu, & ſtipulatione, quoad
promittentem iam perfecta, & agimus de probanda ſcien-
tia illius, pro qua fuit ſtipulatum à notario, vt ex ea eli-
ciatur ratificatio, quæ ex ſolis coniecturis, & præſum-
ptionibus iuſtificari poteſt, vt ex Surd. Rot. Gizzarell. Ho-
diern. & alijs ſupra laudatis ſatis probauimus.

Et ex præmiſſis etiam per conſequens reſoluebatur alia
obiectio fundata in reuocatione donationis ex mandata 131
imputatione reſultante, ex Seraphin. *deciſ.* 850. *num.* 2. 3.
& 4. quia, cùm ex parte donantis donatio iam eſset per-
fecta, & irreuocabilis, ipſe nec pœnitere, nec eam re-
uocare poterat, & eò magis ſtante ratificatione, ante
prætenſam imputationem mandatam, à dicta Virginia fa-
cta, *ex l. perfecta C. de donat. quæ ſub mod.* Gomez. *ad l.
Taur.* 29. *num.* 27. Parlad. *quot. diff.* 150. *§.* 2. *num.* 4. De-
cher. *lib.* 1. *diſſert.* 4. *num.* 26. Raden. *conſ.* 75. *num.* 34.
verſ. vt enim, & ſupra latè ex Rot. Surd. & alijs deduxi-
mus, & tunc reuocari potuiſset donatio ex imputatione
poſteà à Teſtatore ordinata, ſi donatio fuiſset de ſui natu- 132
ra reuocabilis, nam ex quo donans poterat eam expreſsè
in totum reuocare, eò magis poterat illa modificare eam
conuertendo in cauſam imputationis, vt per Rip. *in l. in
quartam num.* 39. *ff. ad l. falcid.*

Vlteriùs proſequebantur Informantes pro locis pijs, &
non minus eruditè, quam ſubtiliter dicebant, quod
etiamſi donatio prædicta fuiſset valida, cùm tamen fuiſ-
ſet à Patre facta hac contemplatione, vt eam filia in legiti-
mam imputaret, & cum ipſa Patri prædeceſſiſset, & Pa- 133
ter, & reſpectiuè Auus non teneantur niſi ad vnam legi-
timam, meritò talis donatio ad Nepotes perueniens, ſicuti
matri, ſic etiam eis in legitimam eſset imputanda, ne
Auus duplici onere grauaretur, ex Andreol. *contr.* 5.
num. 16. *&* 17. Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 3. *diffinit.* 18. & Eugen.
conſ. 98. *num.* 8.

Et quod in filiæ legitimam ex Patris voluntate eſset d.
donatio imputanda, ex eo deducebant, tum quia erat
in magna ſumma, & æquiualens legitimæ, immò eam 134
excedens, *ex Text. in l. cum quo §. fin. ff. ad l. falc. & l.
ſi non mortis ff. de inoff. Teſtam.* Tum etiam quia ex hoc
magna inæqualitas inter filios Teſtatoris reſultaſset, ſi non
fuiſset imputanda, vt Teſtator etiam deindè mandaue- 135
rat, ex *l. illud vbi ſcrib. C. de collat.* & de vtroque ca-
ſu Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 29. *num.* 48. *&*
50. Barry *de ſucceſſ. lib.* 16. *tit.* 6. *ſub num.* 23. Pere-
grin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 128. Bertrand. Becc.
Mangil. Thomaſ. & alij, ex parte dd. Informantium
allegati, quibus addo Merlin. *eod. tract. lib.* 5. *tit.* 5. *quæſt.* 1.
num. 8. 9. *&* 10. *in addit.* & Rot. coram Corad. *ibi ab eo
citat.*

Sed nec oppoſitio prædicta obicem noſtræ reſolutioni
facere poterat, quia vltrà quod in iure veriſſimum eſt,
non

Digitized by Google

non valere conſequentiam; donatio eſt imputanda à ma-
tre in legitimam, ergo etiam nepotes eam in eamdem
portionem ſibi debitam imputare debent prædefuncta
matre; Adhuc illa prima propoſitio, quod titulo puræ,
& ſimplicis donationis inter viuos à Patre filio datum
æquiualens legitimæ, vel excedens, habito reſpectu
ad tempus donationis, præſumatur ea intentione
136 datum, vt filio imputetur in legitimam, alia con-
iectura legali, & veriſimili non concurrente, aut
non eſt recipienda, vti abſolutè non vera, vel ſal-
tem cum aliqua caſuum diſtinctione poſſet admitti.

Quod non ſit recipienda vti abſolutè non vera,
ea ratione conuincitur, quia cùm, an hæc imputatio
137 debuiſſet fieri, dependiſſet à Patris voluntate, iuxtà
Text. in l. ſi non mortis ff. de inoff. Teſtamen. & commu-
nes regulas à DD. traditas, de quibus Raden. conſil.
75. num. 3. & ſeq. ſatis declarauit Pater noluiſſe do-
nationem imputari in legitimam filiæ, dum expreſ-
ſit ſe titulo meræ, & puræ ſimplicis donationis irre-
138 uocabilis inter viuos dare, hæc enim expreſſio, cùm
Pater etiam viuens in legitima dicatur quaſi debitor,
omnem donandi neceſſitatem excluſit, dum purè di-
xit ſe velle donare, pura enim, & mera liberalitas
139 non diceretur, ſi hoc animo eſſet data, vt eſſet im-
putanda in d. debitum aliquando ſoluendum, & cùm
Pater ad hanc donationem faciendam, non ex natu-
rali ratione, ſed ex propria, & mera voluntate fue-
140 rit motus, meritò nulli imputationi ſubiacere debe-
bat, Text. eſt expreſſus, & irrefragibilis in l. fin. C.
de emancip. lib. ibi, Et legitima Iura omnimodo habe-
re, & ſi non ſpecialiter hoc ſibi ſeruauerit, & pecu-
lium donare, vel alias res liberalitatis titulo in eos
transferre, vbi etiam Bald. & in l. ſi quando §. & ge-
neraliter, à contrario ſenſu, C. de inoff. Teſtamen.
qui indiſtinctè abſque vlla reſtrictione, an res dona-
tæ æquiualeant legitimæ, vel non, loquuntur Rip.
in l. in quartam num. 146. & ibi Torniel. num. 24. &
Cæſar. Fiumag. num. 296. ad l. Falc. Soccin. conſil.
93. num. 21. & plur. ſeq. lib. 1. & conſil. 18. num. 11.
& conſil. 19. num. 2. quod eſt, Ioan. Bapt. à S. Seuer.
lib. 4. Cucc. de legit. in verbo ex ſubſtantia num. 25. Bar-
rand. eod. tract. art. 12. num. 10. Vaſq. de ſucceſſ. creat.
tom. 1. lib. 3. §. 30. part. 2. num. 254. verſ. tamen, Couar.
in cap. Raynald. §. 2. num. 12. verſ. præfata, de Teſtam.
Laurent. deciſ. 56. ſub num. 1. Fab. Cod. lib. 6. tit. 4. diff. 4.
Cutel. de donat. contr. matr. tom. 1. diſc. 2. part. 10. nu. 13.
& num. 14. Parlador. quot. differ. 150. §. 2. num. 1. Surd.
deciſ. 119. num. 32. Raden. conſil. 75. num. 7. & num. 16.
& reprobato Bertrand. & Becc. hanc vti communem
tuetur, & ſequitur Anel. Amat. conſil. 75. à num. 1. &
plurib. ſeqq.

Et licet Peregrin. de fideicommiſſ. d. art. 36. num. 128.
quem ſequitur Merlin. d. quæſt. 29. num. 49. dixerit, ſi-
141 mul concurrere poſſe, quod Pater det filio legitimam,
& vtatur liberalitate ex ſolutione anticipata, ad quam
tunc temporis non tenebatur, attamen poſito, quod
poſſet conſiderari, vt in hoc actu inſit aliqua liberalitas,
coniuncta tamen cùm aliqua dandi neceſſitate, num-
142 quam poterit appellari pura, mera, & ſimplex donatio
ex Text. in l. ſed ſi vir. 32. §. ſi vir. in verſic. quod vir vxo-
ri ff. de donat. inter vir. & vxor. Morquech. de diuiſ.
part. 2. cap. 3. num. 10. cùm hæc propriè ſit illa, quæ nul-
lam aliam cauſam habet admixtam, quàm liberalita-
tis voluntariæ, l. 1. & l. Aquilius ff. de donat. Bereng. in
l. in quartam art. 3. num. 78. in fin. ad l. Falc. Criuel. de-
ciſ. 139. num. 5. Ponr. conſil. 25. num. 11. lib. 1. Cucc. dict.
tract. de legitim. in verbo ex ſubſtantia num. 25. verſ. vnde,
Barrand. dict. art. 12. verſ. hæ autem, Crauett. conſ. 114.
num. 17. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 19. diffinit. 30. & poſt Corn.
Tiraq. Menoch. Caroch. Fontanel. & alios Cutel. d. part.
14. num. 14. 15. & num. 16. Et ſi Pater voluiſſet liberalita-
te vti in ſolum ſoluendo anticipatè filio debitum neceſſa-
rium legitimæ, eidem hoc facillimum, imò neceſſarium
fuiſſet exprimere, iuxta notata in l. ſi non mortis ff. de inof.
Teſtam. l. illud §. ad hæc in fin. C. de Collat. & l. ſi quando
§. generaliter C. de inoff. Teſtam. & Rot. apud Ludouiſ.
deciſ. 568. num. 4.

Et quod talis donatio, licet legitimæ correſpondens,
vel eam excedens in filij legitimam imputari non debeat,
vlterius ſuadebatur, tum quia facta fuerat tempore in- 143
congruo, cùm viuente Patre nulla debeatur legitima,
l. 1. §. ſi impuberi Cod. de collat. Fiumagiol. in d. l. in quar-
tam num. 396. verſ. in quam partem, Rot. apud Ludouiſ.
dict. deciſ. 568. num. 5. Cancer. d. cap. 3. num. 23. lib. 1. var.
reſolut. Tum etiam quia cùm hæc donatio fuiſſet irreuo-
cabilis, vt diximus, ſtatim bona donata à donantis Pa-
trimonio fuerunt euulſa, Caſtr. conſil. 29. num. 6. lib. 1.
vndè fruſtrà diſputabatur, an in legitimam forent impu-
tanda, cùm mortis tempore, quod ſolum attenditur,
l. cum quæritur C. de inoff. Teſtam. in Patris ſubſtantia am-
plius non fuiſſent, Caſtr. dict. num. 6. Fiumagiol. in dict.
l. in quartam d. num. 396. in fin. Petr. Gregor. Syntagm.
Iur. vniuerſ. lib. 44. cap. 5. num. 48. in fin. Cuiac. ad l. vnic.
§. accedit C. de rei vxor. act. Vaſq. de ſucceſſ. creat. d. 30.
part. 2. num. 261. verſ. adde, Barry de ſucceſſ. d. lib. 16. cap.
6. num. 23. verſ. qui tenent, Amat. d. conſil. 75. num. 9. verſ.
Accedit.

Et quamuis ex Peregr. Barry, & alijs exaduerſo di- 144
catur, inſpectanda hac æqualitate bonorum donato-
rum, an ſint legitimæ correſpondentia, vt in eam
ſint imputanda, attendi debere tempus donationis,
hæc tamen propoſitio, quoad hunc effectum, non
eſt ſimpliciter vera, nec à dd. authoribus hoc tradi-
tur pro regula, ſed figurant cauſa exempli, vt facit
etiam I. C. in l. cum quo §. fin. Et ſolummodo tempus 145
donationis poſſet conſiderari, quando Pater habita
ratione ſuæ ſubſtantiæ, numeri filiorum, legitimam
æquiualentem tradidiſſet vni ex eis, ad effectum,
vt eam acceptando cum renunciatione iurata, vel
æquipollenti promiſſione, excluderetur à legitimæ
ſupplemento tempore mortis, ſi bona Patris augeren-
tur: Iurata, inquam, quia ſine iuramento ſimplex re-
nunciatio, vel promiſſio non ſubſiſteret ad Text. in l. 146
ſi quando §. illud C. de inoff. Teſtamen. Peregrin. de fidei-
commiſſ. d. art. 36. num. 17. & ibi latè Cenſal. in obſeru.
Cutel. d. diſc. 2. part. 14. num. 16. & 17. Merlin. de legit.
lib. 3. tit. 3. quæſt. 4. & lib. 5. tit. 3. quæſt. 7. num. 36.
Cancer. d. cap. 3. num. 23. 24. & num. 25. cum alijs alleg.
à Ioann. de Tor. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 20. per tot.
quibus addimus eruditiſſimum D. Collegam noſtrum
Vrceol. in eius perdocto tract. de tranſact. quæſt. 18. à nu. 16.
per tot.

At ſi concedamus, præfatam propoſitionem, quod do-
nata à Patre inter viuos æquiualentia legitimæ in eam
ſint imputanda, poſſe eſſe veram, recipi tamen non po-
terit ita ſimpliciter, ſed cum caſuum diſtinctione, ex qui-
bus etiam iura, & Doctores diſſidentes inuicem conci-
liarentur.

Primus caſus erit, quando Pater titulo donationis
inter viuos, vel nullo expreſſo titulo dat irreuocabi-
liter filio tantam ſuorum bonorum partem, quæ per
omnia legitimæ correſpondeat, nec minor ſit, vel ſi 147
Pater habens in bonis ter mille det filio vnico mille,
iuxta exemplum, quod affert I. C. in d. l. cum quo §. fin.
ff. ad l. Falc. & tunc, quicquid in iſtu etiam caſu mul-
ti diſtinguat inter dationem titulo donationis, & ſim-
plicem traditionem, nullo expreſſo titulo, ſecundum
variam interpretationem Text in dict. §. final. vt in hoc
habeat locum imputatio, non in primo caſu, inter
quos ſunt Rip. Soccin. Couar. & Cucc. ſupra alleg.
Adhuc, ex quantitate præciſa rerum donatarum in
omnibus legitimæ correſpondenti, deſumi poſſet, vt
conſiderat Cucc. d. num. 24. in fin. & num. 25. verſic. &
his, valida coniectura, quod Pater voluerit præueni- 148
re tempus ſoluendi hoc naturale debitum, & poſſet
fortè procedere allegata propoſitio, & in hac facti ſpe-
cie eſt Text. in dict. §. fin. in dict. l. ſi non mortis ff. de inoff.
Teſtament. & in l. 3. §. ſi non mortis ff. de bon. liber. & in
hoc caſu loquuntur Bart. in l. 1. §. ſi Parens in 1. oppoſ. ff.
ſi quis à Patr. fuerit manum. Imol. in d. §. final. Rip.
in dict. l. in quartam num. 38. verſic. placet, vbi dicit,
quod non ſine miſterio I. C. in dict. §. fin. computauit va-
lorem hæreditatis, & portionem datam, quam ſequi-
tur Cucc. dict. num. 24. iuncto num. 25. & idem Rip. inf.
num. 145. & 146. & vbi Fiumagiol. num. 369. Alexand.
in l. illud num. 5. verſic. limita tamen, & num. 6. C. de
collat. Soccin. dict. conſil. 18. num. 11. & conſil. 19. num. 2.
& ſeq. lib. 4. Couar. in dict. cap. Raynald. in §. 2. num. 12.

Anel.

12. Anel. Amat. d. conſ. 75. num. 5. verſ. Bertrandus, & in his terminis, ſi benè ponderentur, loquuntur Batty de ſucceſſ. d. tit. 6. num. 23. verſ. quartus, qui diſtinguit hunc caſum ab alio ſupra num. 13. de quo nos infra dicemus, Peregr. d. art. 36. num. 128. Mangil. de imput. referens Peregrinum, quæſt. 45. num. 46. & Merlin. d. quæſt. 29. num. 48. & in hoc caſu loquitur Rot. coram Corrad. allegata à Merlin. quæ eſt deciſ. 116. num. 28. poſt Merlin. de Pignor.

Secundus, quando Pater dat filio aliquam bonorum quantitatem, quæ legitimæ portioni non correſpon-
149 deat, ſed minor, vel maior ſit, & tunc, Aut facit hoc titulo meræ, puræ, & ſimplicis donationis inter viuos, & hoc caſu, quia nec ex quantitate bonorum donatorum legitimæ non correſpondentium, nec ex contractus qualitate, quæ repugnat, poteſt deſumi vlla coniectura
150 voluntatis Paternæ, vt voluerit hanc portionem in legitimam imputari, ſed potius, vt voluerit liberalitatem in filium exercere, & tunc haberet locum diſpoſitio Text. in l. ſi quando §. & generaliter C. de inoff. teſtament. l. fin. C. de emancip. liber. l. illud §. ad hæc in fin. Cod. de collat. vbi abſque vlla diſtinctione dicitur, donata inter viuos filijs non eſſe in legitimam imputanda, niſi aliud donator expreſſerit iuxta Text. in l. ſi non mortis ff. de inoff. Teſtament. Rip. in dict. l. in quartam numer. 45. Soccin. dict. conſ. 93. num. 21. 22. & ſeqq. & dict. conſ. 18. num 11. Alexand. conſ. 8. num. 2. volum. 2. & in d. l. illud num. 5. Surd. conſ. 75. numer. 5. & deciſ. 119. numer. 31. Seraphin. deciſ. 568. numer. 3. & 4. Rot. poſt Merlin. de legit. deciſ. 158. numer. 13. & 14. Beltram. ad Ludouiſ. in adnot. deciſ. 168. numer. 13. Raden. dict. conſ. 75. numer. 7. & reprobata opinione Bertrandi in multis conſilijs tamquam erronea, quem ſequuntur Bec. conſ. 29. ſub numer. 2. verſ. & ſine æquet lib. 1. & Ludouic. del Bel. conſ. 19. ſub numer. 14. verſ. nec etiam, hanc ſententiam, vti communem ſequitur Amat. d. conſ. 75. numer. 1. & ſeq. & numer. 6. prout etiam in hanc corruit Cucc. dict. tractat. de legit. in verbo ex ſubſtantia numer. 24. & 25. in fin. Vbi dicit hanc eſſe opinionem tutiorem. Aut Pater ſine tituli expreſſione hanc quantitatem filio ſimplici-
151 ter tradit inter viuos, & tunc cùm donatio non præſumatur, l. cum de indebito ff. de ſolut. alia deſumitur præſumptio, vt Pater noluerit in filium hanc liberalitatem exercere, ſed, aut dat irreuocabiliter, & tunc videtur præuenire voluiſſe tempus in dando legitimam filio, ac eius portionem, Fiumag. in dict. l. in quartam numer. 444. & ſeq. Raden. dict. conſ. 75. numer. 6. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 20. numer. 25. verſ. quando, & lib. 5. tit. 2. quæſt. 1. numer. 1. & 9. in addit. & quæſt. 7. numer. 14. & 15. Cutel. d. part. 10. numer. 30. Parlador. d. differ. 150. §. 2. numer. 1. Batty de ſucceſſ. lib. 16. tit. 6. ſub numer. 13. Seraphin. d. deciſ. 568. num. 4. & Rot. poſt Merlin. de legit. dict. deciſ. 158. numer. 13. Cucc. d. numer. 24. in fin. & hic eſt caſus deciſus à Rot. coram Corrad. d. deciſ. 110. poſt Merlin. de Pignor. licet
152 obiter numer. 28. loquatur de donatione; Aut dat reuocabiliter, & tunc videtur data filio in peculium, non immutata apud ſe ipſum dominij cauſa, ita ut ſi donatio non reuocetur, in filiorum legitimam ſit imputanda, l. filium quem habentem vbi ſcrib. C. famil. erciſc. Fiumag. d. l. in quartam numer. 447. Honded. conſ. 58. numer. 28. & 25. lib. 1. Batty d. numer. 13. verſ. ergo, Merlin. dict. lib. 2. tit. 2. quæſt. 26. num. 1. d. quæſt. 1. numer. 8. & 9. & d. quæſt. 7. numer. 14. & 15. & Rot. poſt eum deciſ. 53. num. 12. Menoch. lib. 3. præſ. 30. num. 26. Lup. ad l. Taur. 25. num. 7.

Tertius denique caſus erit, quando Pater donat fi-
153 lio cauſa mortis, etiamſi non expectata morte viuus tradat, & hoc caſu donatum in legitimam filio imputabitur, & habebit locum diſpoſitio Text. in l. ſi vero §. ſed ſi mortis, & §. cæterum ff. de bon. liber. quem ſic egregiè interpretatur Io: Baptiſt. à S. Seuerin. inter conſ. Soccin. ſen. conſ. 19. numer. 4. & per tot. lib. 4. & latè Corn. conſ. 164. nu. 4. & ſeq. lib. 2.

Ex præmiſſis itaque patet, quod ſiue attendamus illam opinionem, quæ receptior videtur, quod donatum inter viuos titulo meræ, puræ, & ſimplicis donationis inter viuos, abſque vlla diſtinctione, in legitimam filiorum non imputetur, ſiue attendamus ſupra allegatam diſtinctionem, cùm verſemur in ſecundo membro illius, cùm hæc donatio præcisè non æquiualeat legitimæ portioni, ſeu trienti filiæ debito, ſemper verum erit, quod talis donatio in legitimam d. D. Virginiæ non eſſet imputanda, & eò magis attenta qualitate bonorum donatorum, quæ erant credita, cùm marito obærato, & exactu difficillima, in quibus nec legitima à Patre poterat aſſignari, nec à filia erant in hanc cauſam recipienda, quod eò magis confert ad dignoſcendum, talem non fuiſſe tunc temporis mentem Patris donantis, vt in legitimam imputarentur, vt tradidit Fiumag. in d. l. in quartam num. 384.

Affinis, & cohærens præmiſſæ erat alia coniectura pro imputatione d. donationis deducta ex maxima, & immoderata inæqualitate, quæ orta fuiſſet inter fi-
lios d. D. Claudij, ſi bona donata non fuiſſet impu- 154
tanda in legitimam d. D. Virginiæ, nam eadem donationem, & legitimam habuiſſet, D. verò Lucretia ſolum legitimam ex Menoch. conſ. 153. numer. 16. 17. allegante Bald. in l. illud num. 2. C. de Collat. Fabian. de Mont. in auth. nouiſſima num. 93. C. de inoff. teſt. Ancharan. conſ. 365. nu. 9. quem ſequitur Merlin. d. quæſt. 29. nu. 30. & ſeq. Cutel. de donat. contr. matr. d. diſc. 2. part. 20. num. 4. quibus adduntur Tondut. lib. 1. reſol. ciu. cap. 35. num. 13. & doctus D. noſter Collega Vrceol. lib. 2. Conſult. for. 85. per tot. & Rot. poſt eum allegata.

Sed hæc altera coniectura pariter nec ſubſiſtere in caſu noſtro viſa fuit, quandoquidem, quando etiam hæc inæqualitas immodica, & immenſa reſultaſſet, vt dicebatur, adhuc talis coniectura locum
habere potuiſſet in dubio, ſcilicet ſi clarè, & lucidè 155
non conſtitiſſet, Patrem voluiſſe filiæ ſimpliciter, & purè donare, tunc etenim illa debuiſſet capi coniectura, vt, ne magna inæqualitas inter filios reſultaret, donationis cauſa eſſet excluſa, vt ſupra in prima coniectura diximus, & per conſequens fieri debuiſſet imputatio, vt ex Bart. Butr. Barbat. Dec. & Crauet. firmauit Menoch. lib. 3. præſ. 30. numer. 12. Magon. deciſ. Luc. 84. num. 31. Andreol. contr. 5. numer. 11. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 2. numer. 9. Et cum hoc fundamento hanc propoſitionem ſequitur Rot. deciſ. 679. numer. 14. & 15. part. 4. & deciſ. 54. numer. 16. & deciſ. 521. part. 5. recent. relata etiam à D. de Luca de legit. diſc. 24. numer. 8. quod & admiſit D. Aduocatus Locorum Piorum in vltimis allegationibus verſ. ſuccedit; At in præſenti caſu clarè, & apertè conſtat, Patrem filiæ voluiſſe ſimpliciter, purè, & merè inter viuos donare, ex quibus verbis non erat in dubium refricanda eius voluntas,
& per conſequens non erat dubitandum, quin eſſet 156
excluſa imputatio, Menoch. d. præſ. 30. numer. 2. & ſupra diximus, etiamſi magna inæqualitas inter filias reſultaſſet, cùm Pater, dummodo ex donatione vni ex filijs facta aliorum legitima non minuatur, poſſit in-
ter viuos, non ſecus quam in morte, inæqualiter in- 157
ter filios diſponere, & magis in vnum, quam in alterum liberalitatem exercere, Auth. de triente, & ſemiſſ. in l. parentibus Cod. de inoff. Teſtament. Alciat. conſ. 8. numer. 12. lib. 2. Menoch. conſ. 272. numer. 12. Burſat. conſ. 179. numer. 75. lib. 2. Honded. conſ. 88. num. 14. & 15. Cyriac. contr. 312. numer. 5. & 6. Mantic. de Coniect. lib. 6. tit. 2. numer. 15. Criuel. deciſ. 139. numer. 21. & Rot. Rom. coram Calat. deciſ. 67. numer. 19. relata poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. quæ ab alijs deciſionibus antcrioribus receſſit, quæ ſunt illæ exaduerſo pro Locis Pijs allegatæ, & regiſtratæ apud D. Vrceol. d. Conſult. 85. ſola namque ratio æqualitatis ſeruandæ non eſt ſufficiens coniectura ad ſuadendum, quod donatio pura, & mera, & ſimplex à Patre facta contra horum verborum proprietatem in filij legitimam imputetur, & contra Text. expreſſos in l. ſi quando §. & generaliter Cod. de inoff. teſtament. l. illud §. ad hæc Cod. de collat. l. fin. Cod. de emancip. lib. & l. ſi non mortis ff. eod. tit. de inoff. teſtam. nam alias difficillimè daretur caſus,
in quo, Patre donante purè, & ſimpliciter alteri ex filijs, 158
quæ verba, vt diximus, omnem neceſſitatem donandi, & per conſequens dandi legitimam excludunt, non daretur imputatio, niſi Pater expreſsè diceret velle donata imputari, cùm alias imputatio in donatione
regulariter ſit excluſa, niſi Pater in limine ipſius do- 159

natio-

nationis hoc dicat *d. l. ſi non mortis in d. §. ad hac, & d. l. ſi*
quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſtam.
Et pleræque doctrinæ exaduerſo allegatæ, vti Menoch.
*conſ.*153. & D. Vrceol. *conſult.*85. & Rot. poſt eum in
allegatis deciſionibus, quamuis & hæ fuerint reuocatæ,
vt diximus, non ſe fundauerunt ſimpliciter in donationis
160 conjectura æquiualentis legitimæ, nec propter æqualita-
tem inter filios ſeruandam, ſed in alijs ex ipſo contractu
donationis, & alijs extrinſecis circumſtantijs, cùm aliàs
illa concluſio elicita ex Bald. *in dict. l. illud num.*2. Fab.
de Mont. *in auth. nouiſſima num.*93. & Ancaran. *conſ.*365.
*num.*9. quam refert Merlin. *dict. quæſt.*29. *num.*50. valdè
dubitabilis ſit, & contraria talem imputationem, pro
æqualitate ſeruanda, denegans, vti melioribus rationi-
bus fulcita, ſit communis, prout teſtantur, & eam ſe-
quuntur Rip. *in dict. l. in quartam num.*150. Iaſon. *in dict.*
l. illud col. fin. vbi Corn. *C. de collat.* Craſſ. *§. legitima*
*quæſt.*22. *num.*5. Barry *de ſucceſſ. dict. tit.*6. *num.*23. *in fin.*
Lup. *ad l. Taur.*25. *num.*39. Claud. Battand. *de legit. art.*
12. *num.*25. Rot. poſt Torr. *dict. deciſ.*67. *num.*19. quæ
anteriores relatas poſt D. Vrceol. vt diximus reuocauit, &
contra Merlin. hanc ſequitur Michalor. *de fratr. part.*1.
*cap.*17. *num.*13.
161 Et hæc ſecunda opinio communis euidenti ratione
probatur, quia cùm tractatur de hac æqualitate ſeruanda
ex imputatione donationis, præſupponunt Doctores,
agi, vt inquit Peregr. *de fideic. art.*37. *num.*4. *in fin.* de
concurſu filiorum ad legitimam, in quam propriè ca-
dit terminus imputationis, non autem de concurſu ad
vniuerſam hæreditatem, quia in hac, pro ſeruanda æqua-
litate inter fratres, vt per eumdem Peregr. *dict. num.*4.
in fin. fuit introductum beneficium collationis, etiam
extra emancipatos, *l. vt liberis, & l. illud, C. de Collat.*
quod vt ait Bald. *in dict. l. illud num.*1. origine, natu-
162 ra, forma, & vſu longè differt ab imputatione; Sed
quando ex donatione immenſa filij aliàs poſſent inæquali-
ter cum donatario conſequi legitimam, non eſt proditum
remedium imputationis, vt ex Iaſon. *in dict. l. illud*, in-
quit Lup. *in dict. l.*25. *Taur. num.*39. *verſ. ſecundus*, aſ-
ſerens hunc terminum imputationis non eſſe adaptabi-
163 lem pro hac æqualitate ſeruanda, & rectè, quia eſſet hoc
contra Text. expreſſos in *dict. l. ſi quando, §. & genera-*
liter, & dict. l. illud, §. ad hac, quamuis benè eſſet ada-
ptabilis terminus negatiuus non imputationis, vt in
caſu Ruin. *conſ.*133. *num.*19. *lib.*2. quem ſequitur Pere-
grin. *de fideicomm. art.*36 *num.*123. ſed aliud remedium
à iure datum fuit, ſcilicet, quod ſi donatio vni ex filijs
facta ita ſit excedens, vel legitimam aliorum in totum,
164 vel in partem abſorbeat, ipſa donatio, vt inofficioſa,
truncaretur pro concurrenti quantitate legitimæ, quæ
alijs filijs competijſſet, ſi donatio non fuiſſet facta,
*Auth. vnde ſi Parens, C. de inoff. teſtam. l.*1. *l. ſi to-*
tas, & l. ſi liqueat, C. de inoff. donat. Suarez *in dict.*
*l. quoniam in prioribus in eiuſd. ſub num.*16. *verſ. ſed ad-*
huc, ſi verò non ſit inofficioſa, ideſt, quando vltrà do-
165 nationem tot bona Paterna remanſiſſent, quæ eſſent
ſufficientia pro legitima, & tunc detraheretur integra
legitima, non habito reſpectu ad quantitatem bonorum,
quæ in hæreditate Paterna remanſerunt, ſed vnà cum
eis etiam calculabuntur bona donata, vt ex hoc toto cor-
pore æſtimetur quantitas legitimæ, detrahenda tamen
ex bonis extra donationem remanſis, ad hoc, vt inquit
Imperator, æqualitas quantum ſit poſſibile inter filios
ſeruetur, *Auth. de immenſ. donat. in princip.* Lup. *dict.*
*num.*39. *verſ. ſecundus*, Vaſquez *de ſucceſſ. dict. §.*40. *par.*
2. *num.*261. *in fin. verſ. limita*, Gulielm. de Bened. *in*
cap. Raynutius in 3. *part. in tract. de legitim. num.*1. *&*
11. & ſic hanc inæqualitatem conſiderare videtur Fabian.
de Mont. *in dict. auth. nouiſſima num.*93. *&* 94. *verſ. ter-*
tiò, & infra, dum computationem in calculum legiti-
mæ, & imputationem in legitima accipit promiſcuè,
166 ad inſtar collationis, propter æqualitatem ſeruandam,
allegans *l. vt liberis, & l. illud, C. de collat. & dict. au-*
th. de immenſ. donat. hi termini namque, vt inquit Surd.
*conſ.*427. *in princip.* inter ſe fraternizant, quamuis quoad
167 obligationem Patris augendam inter ſe differant, vt con-
ſiderant Bellon. *de Iur. accreſc. cap.*9. *quæſt.*48. *num.*33.
& ſeq. & Mangil. *de imput. quæſt.*1. *num.*2. *&* 3. & de
hac imputatione, ſeu computatione agunt Tond. *in ex ad-*

*verſ. allegat. cap.*35. *num.*8. *& ſeq. & num.*23. *lib.*1. *reſol.*
ciuil. Criuel. *deciſ.*97. *num.*6. 15. *&* 16. Fontanell. *de pact.*
*nupt. clauſ.*5. *gloſ.*8. *part.*2. *num.*2. *& ſeq.* Theſaur. *deciſ.*
32. *ſub num.*10. qui dicit ſimilem donationem, vt æqua- 168
litas ſeruetur, in concurſu ad ſucceſſionem vniuerſalis
hæreditatis, vel eſſe conferendam, vel eſſe vſque ad legi-
timam reuocandam, Mangil. *de imput. quæſt.*14. *num.*54.
& 55. Surd. *conſ.*473. *num.*5. Stoch. *deciſ. Brab.*109. *num.*
2. Cutel. *de donat. contr. Matr. tract.*2. *diſcept.*1. *Special.*
2. *num.*36. *&* 44. Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*1. *quæſt.*21. &
Rot. poſt eum *deciſ.*64. *num.*2. *&* 4. *deciſ.*86. *num.*4. *&* 5.
& poſt D. Vrceol. *de tranſ. deciſ.*75. *num.*2. *&* 3 de
Luc. *de dot. diſc.*166. *num.*4. vbi etiam dotes in vita
à Patre datas in calculum pro legitima imputari dicit
ex Rot. ibi allegata; Et hoc inofficioſitatis donationis,
ſeu computationis beneficium deducere potuiſſet tantùm
D. Lucretia altera filia, ſi ex tali donatione facta D. Vir-
giniæ ſe grauatam exiſtimaſſet, vt conſiderat Gulıel. de
Bened. *d. part.*3. *num.*1. *de legit.* non autem loca Pia, tum
quia ſunt tertij oppoſitores, tum etiam quia hoc fuit
introductum ſolum fauorem filiorum, ad ſimilitudinem
inofficioſi Teſtamenti querelæ, non autem aliorum, qui-
bus legitima non debetur, ex *Gloſ. in d. l. ſcimus in ver-*
bo ipſo iure, C. de inoff. Teſtam. Suar. *in d. l. quoniam in*
*prioribus in eiuſdem. dict. num.*16. *in fin.* Fontanell. *dict.*
*clauſ.*5. *gloſ.*8. *part.*2. *num.*27. & Boſſ. *de dot. cap.*14. *num.*
20. *&* 31.
Et licèt ex præmiſſis ſatis, ſuperque conſtitiſſet, tem- 169
pore donationis nullum adfuiſſe in Patre animum impu-
tandi donata in legitimam D. Virginiæ, adhuc vlterius,
ex abundanti nobis non diſplicuit alia ponderatio, quod
cùm donatio prædicta fuiſſet facta anno 1629. tempore,
quo d. Dominæ Virginiæ donatariè, præcipuè cùm iam
fuiſſet dotata, & nupta, vti ex exiſtentia agnatorum ex
Statut. Florent. *lib.*2. *rubr.*130. & ex reformatione anni 170
1620. ſimpliciter excluſæ nulla debebatur legitima ex Do-
ctrina Caſtr. communiter recepta in *l. Titia certum, §.*
*Titio Genero num.*8. *verſ. ego plures, ff. de cond. & de-*
monſtr. quia vt extranea conſideratur, nec etiam poterat
conſiderari vlla imputatio, cùm Pater tunc temporis, ſi
Inteſtatus, vel teſtatus, inſtitutis tamen agnatis à ſtatu-
to vocatis, obijſſet, nullam legitimam d. D. Virginiæ re-
linquere fuiſſet obligatus ex Alex. *in l. Gallus, §. & quid ſit* 171
*tantum ſub num.*16. *verſ. ſus plures, ff. de lib. & poſthum.*
Pic. *in l. in quartam num.*186. *verſ. limita iſtam*, & ibi Be-
reng. *art.*3. *num.*70. *verſ. intellige ſecundò, ff. ad l. Falcid.*
quos refert, & ſequitur Raden. *conſ.*75. *num.*26. *& mul-*
tis ſeqq.
Et licèt contra Redenaſcum pugnet Caren. *reſolut.*215.
*num.*60. *& ſeq.* attamen rationes Carenæ feriunt caſum
dotis, quæ alias, etiam ſecluſa Patris intentione, eſſet
à filia ac ſucceſſionem redintegrata conferenda ex ſola
legis diſpoſitione, vt filij ſint æquales, *dict. l. vt liberis,*
& l. illud, & tot. tit. C. de collat. & allegant Manent.
*conſ.*14. *qui à num.*6. *& per tot.* de hac dotis collatione
ex legis miniſterio debita tractat, at nos agimus in mate- 172
ria ſatis diuerſa, nempè in donatione ſimplici regulariter
non imputabili in legitimam, *l. ſi quando, §. & generali-*
ter, C. de inoff. teſtam. & alijs ſupra alleg. & diſputatur,
an tempore, quo facta fuit, intentio Patris concurrere ve-
riſimiliter potuiſſet, vt imputaretur, quo tempore cum
d. D. Virginia, vt diximus, ſecundùm prædictum ſtatutum
fuiſſet excluſa a legitima, non poteſt dici d. D. Claudium
voluiſſe eam imputare in id, ad quod nullo iure teneba-
tur, Rot. apud Ludouiſ. *deciſ.*568. *num.*5. Raden. *dict.*
*conſ.*75. *num.*31.
Sed eſto demum, quod præfata donatio fuiſſet in legi-
timam d. Dominæ Virginiæ (ſi Patri ſuperuixiſſet) im-
putanda, quid inde? fortè ne valebit conſequentia, ergo
etiam, ea prædefuncta, imputari debebat in legitimam
debitam Nepotibus in bonis Aui? minimè; quia ſi im-
putaſſet mater, vt ſuprà diximus de dote, hoc feciſſet,
quia cœpiſſet ex ſubſtantia Patris, quæ ratio ceſſabat in ne-
potibus, quia cùm donatio fuerit irreuocabiliter, & per-
fectè matri quæſita, non debebant imputare nepotes eam
in legitimam in bonis Aui, quia hanc donationem
ſumpſerunt, vti hæredes ex ſubſtantia Matris, & licet ip-
ſi matrem repræſentent, non tamen ex Perſona Matris,
ſed ex propria Auo ſuccedebant, & hæc eſt receptior, &

communior opinio, vt per Anchar. *conſ.*50.*num.*2. Bald.
*conſ.*342.*ſub num.*3.*lib.*2. Thob. Non. *conſ.*49.*num.*20.21.
Maluaſ. *conſ.*124.*num.*23. Surd. *conſ.*133.*num.*25. *& conſ.*
209.*num.*17.*&* 37. Schenard. *conſ.*59.*num.*9.*&* 10.*lib.*1.
Bellon. *de Iur. accreſc. tom.*3.*cap.*9.*quæſt.*11.*num.*20. Se-
raphin. *dec.*586.*num.*13. Robl. *de repræſent. lib.*1.*cap.*11.
*num.*4.*& ſeq.* Cancer. *var. reſol. lib.*1.*cap.*3.*num.*62. Do-
nat. Anton. de Marin. *cap.*251.*num.*2. Duran. *deciſ.*231.
*num.*7. & Toodut. *lib.*2.*reſol. ciuil. cap.*144.*num.*2.*&* 3.
& laté, inquam, ſuprà diximus in ſecundo articulo in ma-
175 teria imputationis dotis, quæ in hac materia cum donatio-
ne æquiparatur, vt tradunt Seraphin. Cancer. & Tondut.
locis citatis.

Et præmiſſa eò maximè procedebant, cùm donatio, de
qua agitur, non fuerit à notario ſtipulata pro D. Virgi-
nia, & filijs æquè principaliter, ſed pro D. Virginia,
& eius hæredibus, & ſucceſſoribus, ex qua ſtipulatione,
iuxta receptam diſtinctionem, indubitatum reddebatur
dd. DD. de Berzighellis dictam donationem cœpiſſe
176 non ex beneficio Aui, nec ex eius ſubſtantia, cùm irreuo-
cabiliter iam ex eius Patrimonio exierit, & de ſubſtantia,
& Patrimonio matris fuerit effecta, ſed à matre, cuius
ſunt hæredes, & ſic in caſu noſtro ceſſabat illa quæſtio;
An donatio acceptata à Notario pro aliquo, & filijs, de
qua per Decian. *conſ.*607.*num.*10. & Donat. Anton.
de Marin. *reſolut.*82.*per tot.* & præcipuè *ſub num.*27.
intelligatur pro filijs vti filijs, vel vti hæredibus, quia
cùm hic ſola hæredum fuiſſet facta mentio, & eſſemus in
materia indifferenti, quæ non magis poſſit conuenire
filijs, quàm alijs extraneis, ceſſabat omnis diſputatio,
ex latè traditis à Surdo *deciſ.*322.*num.*21.*& ſeq.* Mart.
*conſ.*72.*num.*9.*&* 10. Peregrin. *de fideicom. art.*31.*num.*
15. Ludouic. de Bel. *conſ.*43.*num.*8.*& conſ.*44.*num.*1.
*& conſ.*209.*num.*19. Tondut. *dict. reſolut.*144.*num.*3. 5.
& ſeq. Rot. poſt Torr. *de pact. fut. ſucceſſ. deciſ.*146.
*num.*3.

Hinc patet, maximè verò tramite aberraſſe Andreol.
177 *controu.*5. qui ſequutus Menoch. *conſ.*153.*num.*18. auſus
fuit ſobſtinere donationem filiæ factam in legitimam Ne-
potum, in bonis Aui debitam, fore imputandam, quan-
doquidem opinio, quam ſequutus fuit Menoch. eſt com-
muniter improbata, cùm Nepotes donationem conſequn-
ti non fuerint tanquam profectitiam ab Auo, ſed vti Ad-
uentitia à Matris hæreditate, & per conſequens in d. legi-
178 timam non imputabilem: Et de opinione Andreol. &
Menoch. fortè poſſet haberi ratio in caſu, in quo filia
habita donatione à Patre, eius hæreditati cum iuramen-
to renunciaſſet, & filij matris eſſent hæredes, tunc ete-
nim poſſet diſquiri; An, ex quo mater habuit à Patre
donationem in legitimam imputabilem, ipſa Patri præ-
defuncta, Nepotes poſſint, vltrà matris hæreditatem,
petere etiam ab Auo legitimam, vel an teneantur ſta-
re renunciationi iuratæ matris, de qua quæſtione dif-
ferunt Fab. *in C. lib.*2.*tit.*3.*diſtinct.*18. & Eugen. *conſ.*
98.*num.*8.*lib.*1.*ex aduerſo alleg.* de qua etiam multa apud
Merlin. *de legit. lib.*2.*tit.*2.*quæſt.*13. & alios relatos à
Torre *de pact. fut. ſucceſſ. lib.*2.*cap.*24.*a num.*34.*&*
& plur. ſeqq. & in hoc caſu poſſet conſiderari ratio de du-
plici legitima, de qua per Angel. *in l. in quartam*, Menoch.
& Andreol. *locis citatis*, prout conſiderat Fab. *in d. dif-
fin.*18.*verſ. & conſequenter*, *& in allegat. num.*8. de qua
quæſtione, vti à caſu præſenti aliena, fruſtratorium fuit
diſputare.

Nec præmiſſis officiebat diſpoſitio D. Claudij, qui man-
dauit d. donationem in nepotum legitimam eſſe imputan-
dam, quaſi declaraſſet donationem fuiſſe à ſe hac inten-
179 tione factam, quod etiam ex interuallo facere potuiſſet, ad
Bart. *in l. non ſolum*, *§. morte*, *ff. de non. oper. nunc.* Ruin.
*conſ.*149.*num.*14.*vol.*3.*& ſim.*

Nam hanc declarationem Auus facere quidem potuiſſet
in donatione dubia, non autem quando præceſſit donatio
clara, ſimplex, & pura, nam tunc licèt ab initio hoc po-
tuiſſet facere, quia donator in donationis limine poteſt ap-
ponere quaſcumque conditiones ſibi beneuiſas, dummodo
poſſibiles, ex interuallo tamen hoc facere eidem licitum
non erat, nam tunc non eſſet declarare, ſed ſupplere,
& donationis à principio puræ, & ſimplicis ſubſtantiam
180 euertere, ſequeretur enim, quod illa non ſimplex, ſed
ob cauſam eſſet, & quod donatum fuerat filiæ ſimpliciter,
diceretur donatum nepotibus, & in eorum legitimam
imputabile eſſet, quod omninò prohibetur, *l. poſt donatio-
nem*, *C. de donat.* Merlin. *de legit. lib.*2.*tit.*2.*qu.*25.*ſub
num.*6.*in addit. & quæſt.*29.*num.*47.*& d. tit.*2.*quæſt.*13.
*num.*41.*verſ. vltimus*, Rot. poſt eum *deciſ.*158.*num.*17.*&*
18. Caren. *reſolut.*215.*num.*17. & latiſſimè alios referens
Raden. *d. conſ.*75.*num.*34.

Et ſic ex prædictis rationibus, contrarijs oppoſitis non
obſtantibus, concordi voto decidimus, præfatam dona-
tionem in legitimam dd. DD. de Berzighellis non eſſe im-
putandam.

Quartus Articulus.

ABſoluto tertio articulo huius cauſæ, proceſſimus ad
diſcuſſionem quarti; An legatum prædij Marignol-
læ, & Domus Florentiæ cum mobilibus dictis DD. de
Berzighellis in caſu, quo linea Inſtitutorum, & ſubſtitu-
torum DD. de Vſimbardis defeciſſet, à teſtatore relictum, 181
vt in dicto eius Teſtamento, eſſet eiſdem in dictam eo-
rum legitimam imputandum, & pariter reſolutum fuit,
non debere imputari; Nam cùm Teſtator expreſsè, & le-
gitimam prædictam in quantitate ſcutorum 26000. cum
dictis oneribus imputationum, & deindè ſeparatim præ-
dictum legatum, ſub dicta conditione defectus lineæ DD.
de Vſimbardis, dd. ſuis Nepotibus reliquiſſet, vtrumque
primum, ſcilicet dd. oneribus reiectis, à principio poſt
Teſtatoris obitum, alterum verò, conditionis purificatæ
adueniente caſu, præſtandum erat, *l. Titia* 85. vbi Bart.
Caſtr. Alex. & Imol. *ad l. Falcid.* idem Bart. *in l. centum
num.*1.*in fin. ff. de adimen. legat. in l. plenè*, *§. ſi eadem num.*
2.*l. huiuſmodi*. *§. cum Pater ſub num.*2.*de legat.*1.*& in l.
ſi pluribus*, *§. ſi ita num.*2.*de legat.*2. Bald. *conſ.*237.*num.*
1.*in fin. conſ.*239.*num.*1.*verſ.*4.*lib.*1.*& conſ.*349.*num.*2.
*lib.*4. Zabarel. *conſ.*51.*num.*2. Mart. *de ſucceſſ. legal. part.*
4.*quæſt.*18.*art.*12.*num.*179. Rot. *deciſ.*246.*num.*4.*&* 5.
*part.*2.*recent.* Et in puncto legati facti pro legitima, vti 182
ex diſpoſitione Teſtatoris, non ex ſolius legis prouiden-
tia debita, & alterius legati à primo diſtincti, vt vtrum-
que debeatur, nec vnum in aliud imputetur, Rip. *in l.
in quartam num.*154.*in fin. ff. ad l. Falcid.* Corn. *conſ.*
200.*num.*11.*lib.*3. Gabr. *conſ.*109.*num.*12.*&* 13.*lib.*1.
Surd. *de alim. tit.*9.*quæſt.*34.*num.*6. 14.*& ſeq.* Raden. *conſ.*
9.*num.*41. Caren. *reſol.*165.*num.*32. Merlin. *de legit. lib.*
2.*tit.*2.*quæſt.*1.*num.*25.*qu.*2.*num.*7.*quæſt.*8.*num.*9.*&* 25.
*& quæſt.*20.*num.*20. Barry *de ſucceſſ. lib.*16.*tit.*6.*num.*9.
Carualla *de vna, & altera quart. part.*4.*cap.*1.*num.*25.*in
fin.* Mantic. *deciſ.*342.*num.*3. Merlin. *deciſ.*248.*num.*6. &
reprobata *deciſ.* Bich. 81. firmauit ead. Rot. apud Merlin. *de
legit. deciſ.*132.*num.*3.*& ſeq. & deciſ.*134.*num.*25. quæ ſunt
apud eumdem Bich. *impreſſa deciſ.*137.*&* 168. coram Ot-
thob. *deciſ.*73.*per tot.* & poſt D. Vrceol. *de tranſact. deciſ.*
75.*num.*21.

Quæ inta, cùm in fortioribus terminis loquantur, quan-
do, ſcilicet, legitima, & legatum eodem tempore eſſet 183
præſtandum, eò magis habebant locum in caſu noſtro, in
quo legitima puræ in quantitate, & iure inſtitutionis, le-
gatum verò ſub conditione caſuali, in certa ſpecie, & titu-
lo legati fuit relictum, ex qua diuerſitate temporis, tituli,
& rei arguitur etiam diuerſitas ſubſtantiæ legatorum, vt 184
vnum in aliud non confundatur, Bart. *in l.*2.*§. Mela*, *ff.
de dot. præl.* Bald. *d. conſ.*349.*ſub num.*2.*verſ. item mihi lib.*
4.*& conſ.*140.*num.*1.*verſ. in contrarium lib.*5. Zabarell. *d.
conſ.*61.*num.*2.*verſ. ad quartum in fin. & num.*3. Alciat.
*conſ.*143.*num.*1.*lib.*9. Cranett. *conſ.*681.*num.*9. Rot. *d. dec.*
75.*num.*20. nam aliàs ſi vnum in alterum eſſet imputan-
dum, deterioris conditionis eſſet filius, quàm extraneus,
cui ſi duo fierent legata ſic diuerſa, ambo deberentur, nec
vnum ab altero abſorberetur, vt optimè conſiderauit Man-
tic. *deciſ.*343.*num.*3.*in fin.*

Et licèt Informantes pro locis Pijs acerrimè conten-
derent, quod ex quo dictum legatum, tametſi condi- 186
tionale, fuiſſet ab hærede, non à legatario relictum, fo-
ret pro quantitate legitimæ in eam imputandum iuxta di-
ſtinctionem, quam ex Gloſ. *in l. ſcimus*, *§. replicationem
in verbo ex ſubſtitutione*, *C. de inoff. Teſtam.* tradit Bart.
*in l. in quartam num.*14.*ff. ad l. Falcid. & conſ.*34.
*in fin. lib.*1. quam communem eſſe dixit Alexand. *conſ.*
179.*num.*4.*lib.*5. & eam ſequuntur Peregr. *de fideicom.*
art.

Digitized by Google

*art.*36. *num.*118. *&* 119. Bellon. iun. *conſ.*85. *num.*47. *&*
49. *& de iure accreſc. cap.*9. *quæſt.*48. *num.*59. *& ſeq.* &
Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*2. *quæſt.*1. *num.*21. *qui alios alle-*
gant. Adhuc tamen hæc obiectio à ſupradicta reſolutio-
187 ne nos retrahere non potuit, cùm de d. diſtinctione foret
agendum, quando tractaretur de legitima ex ſola legis pro-
uidentia debita, & de ea ſupplenda, nam in eo caſu in-
trarent termini imputationis, iuxta præfatam diſtinctio-
nem, ſecus quando ex diſpoſitione Teſtatoris, qui eam
188 expreſsè in ſumma, & quantitate certa legaſſet, tunc ete-
nim nulla conſideratur imputatio, vt docuit Caſtr. *conſ.*
145. *num.*1. *verſ. ſi vero lib.*1. & poſt eum Surd. *conſ.*206.
*num.*9. ſed cùm Teſtator non tantùm legitimam, ſed &
189 legatum reliquiſſet, vtrumque debitum eſſet, nec vnum
legatum ab alio abſorberi deberet ex *dict. Text. in l. Ti-*
tia vbi ſcrib. ad l. Falcid. Corn. *dict. conſ.* 200. *num.*10.
*verſ. accedat lib.*3. Surd. *de aliment. dict. quæſt.*34. *num.*
5. *& ſeq.* Mangil. *de imput. quæſt.*48. *num.*30. *&* 31. Mer-
lin. *de legitim. dict. quæſt.*1. *num.*25. *& quæſt.*20. *num.*20.
Rota poſt eum *dict. deciſ.*132. *num.*3. *& deciſ.*134. *num.*
24. *& ſeq.*

Verùm quia ex parte locorum Piorum valdè ſuper hac
diſtinctione inſiſtebatur, ad hanc obiectionem euellan-
dam, hanc materiam ab auo repetentes, dicebamus, ex
certiſſimis Iuris Ciuilis regulis, Patrem filium, vel ne-
190 potem, qui primum locum ſucceſſionis obtineat, vel no-
minatim inſtituere, vel exhæredare debere, quod ſi neu-
trum faciat, eius Teſtamentum ex filij præteritione nul-
lum eſt, ſat eidem tamen olim fuiſſet, quartam ſuorum
bonorum tempore mortis poſſeſſorum eis relinquere, quæ
191 quarta, cùm ſic à lege fuiſſet determinata, legitimæ ap-
pellationem obtinuit: Hæc tamen quarta olim integra,
ſine onere, & dilatione relinquenda erat, aliàs Teſta-
mentum quidem erat validum, quia filius non erat præte-
ritus, ſed ab ipſo filio querela inofficioſi reſcindi, & bo-
norum poſſeſſio contra Tabulas peti poterat, *l. Papinia-*
nus, *§. quarta*, *& §. vnde*, *l. quis*, *ff. de inoff. teſtam. vbi*
ſcrib. omnes, *l. ex facto*, *§. Lucius*, *ff. de vulg. & pup. l. ita*
tamen, *§. qui rogatus*, *ff. ad Treb. l. cum Patr. C. de inſtit.*
& ſubſtit. l. quoniam nouella, *l. omnimodo*, *& l. quoniam*
in prioribus, *C. de inoff. teſtam.* Rub. Alex. *de inoff. teſtam.*
*cap.*3. *num.*4. Suar. *in l. quoniam in prioribus in princ. num.*1.
16. *&* 17. Bereng. *ad l. in quartam ſub num.*189. *verſ. exi-*
*ſtimo cap.*1.

Ex hæc vſque ad Zenonis Imperatoris tempora fuerunt
192 ſeruata, cùm ipſe hanc Iuris aſperitatem aliqualiter mi-
tigare cupiens, in *d. l. quoniam nouella*, *C. de inoff. teſtam.*
ſtatuit, vt ſi Pater viuens filio donationem propter nuptias,
vel filiæ dotem dediſſet, eam filius, vel filia in legitimam,
193 ad excludendam inofficioſi querelam, imputare deberet,
quia cùm Pater affectione naturali compulſus id feciſſet,
hoc egiſſe dicebatur, non vt donare voluerit, ſed vt præ-
ueniret tempus in dando legitimam, & ſub illa tacita
conditione, vt pro inſtitutione, & legitima inſeruire de-
beret, vt per Bald. & alios *in d. l. quoniam nouella*, Fab.
de Mont. *in auth. nouiſſima num.*99. *C. de inoff. teſtam.*
Ruin. *in l. in quartam num.*44. vbi Pic. *num.*182. Bereng.
*art.*3. *num.*67. Rip. *num.*148. & alios ibi Cyriac. *contr.*
263. *num.*20. *&* 21. Peregrin. *de fideicom. artic.*36. *num.*
136. Hinc ſuccedit, quod & ſi Pater filium, vel filiam,
194 quibus talem donationem, vel dotem dederit, præterire
non poſſit, ſed eos inſtituere debeat, cùm ex *dict. l. quo-*
niam nouella, hæc inſtitutionis ſolemnitas non fuerit ſu-
blata, Bart. *in dict. l. in quartam num.*10. & ibi Pic. *num.*
180. attamen ſufficit, ſi eos inſtituat in donatione, vel
dote prædicta ex *gloſ. communiter recepta in l.*3. *§. ſed vtrum*
in verbo Patrimonium, *ff. de minor. in dict. l. quoniam no-*
nella in fin. quam ibi ſequuntur Salicet. Iaſ. & Bart. *in d.*
*l. in quartam num.*10. vbi Pic. *num.*180. Fiumagiol. *num.*
372. latiſſimè Mangil. *de imput. quæſt.*15. *num.*12. *& ſeq.*
& per tot. Redenaſc. *conſ.*75. *num.*25. *verſ. quandoquidem*,
& Peregr. *d. art.*36. *num.*135. *& conſ.*79. *ſub num.*3. *lib.*1.
prout etiam ſi Pater filiam in legitimam inſtitueret, cenſe-
195 retur inſtituta in illa dote, quàm eidem viuens tradidiſſet,
& ſic in filio reſpectu donationis propter nuptias, & cùm
196 legitima ſit nomen Iuris, nil aliud filia, vel filius conſe-
queretur, niſi illam portionem legitimæ, quæ dotem,
vel donationem datam excederet, Mangil. *eodem tract.*
*quæſt.*14. *num.*31. Merlin. *dict. quæſt.*20. *num.*23. & Pe-
regrin. *dict. artic.*36. *num.*135. *&* 136.

Poſt Zenonem ſuperuenit Imperator Iuſtinianus, qui
& ipſe hunc Iuris antiqui rigorem, ex quo multæ Teſtato-
rum diſpoſitiones ſubuertabantur, moderare, & tamen
Teſtatoribus, & filijs conſulere volens, duas edidit con-
ſtitutiones in *l. omnimodo*, *& l. ſeq. C. eod. tit.* in quibus
decreuit, vt ſi filijs non ingratis à Patre minus quarta 197
portione tam in teſtamento in ſcriptis, quàm in nuncupa-
tiuo, titulo etiam legati, vel fideicommiſſi relinquere-
tur, nullo modo poſſint filij paternum reſcindere Teſta-
mentum, niſi eſſent omninò præteriti, ſed ſolummodò
ſupplementum d. quartæ portionis ſine mora, & ipſo Iu-
re ipſis debitum, petere poſſint, in quod tamen ſupplemen- 198
tum, nedum dotem, vel donationem propter nuptias, iux-
ta *Text. in d. l. quoniam nouella*, ſed & alia ex pecunia pa-
terna pro filio empta, quinimò & legata, & alia eiſdem à
Patre relicta imputari mandauit, & ſi iſta integram le-
gitimam non complerent, ex reſiduo bonorum Patris iſtud
ſupplementum extrahi voluit, vt in *d. l. omnimodo*, *§. im-*
putari, & in alia conſtitutione, quæ fuit vltima Codicis in
hac materia, quam pariter poſt prædictas edidit *in l. ſcimus*,
§. repletionem, *& §. cum autem*, *C. eod. tit.* iuſſit repletio- 199
nem legitimæ fieri ipſo Iure ex ſubſtantia Patris, non ex
alijs bonis filiorum aduentitijs, & remoto etiam onere fi-
deicommiſſi, vt in *d. §. cum autem*.

Et quia pro ſubſtinendis teſtamentis hæc prouiſio in
dict. l. omnimodo, facta ſufficiens non erat, promulgauit 200
aliam conſtitutionem in *l. quoniam in prioribus*, *C. eodem*
tit. de inoff. in qua ſtatuit, vt ſicut in *d. l. omnimodo*, pro
confirmando paterno Teſtamento, filijs in minus legiti-
ma inſtitutis decreuerat, eam vſque ad integram portio-
nem eſſe ſupplendam, & loco ſupplementi imputandam
dotem, donationem propter nuptias, legata, & alia, ſic in
dict. l. quoniam in prioribus, pro eodem effectu, ſi legiti-
ma cum onere, dilatione, vel conditione fuiſſet relicta,
ne Teſtamentum inofficioſum redargueretur, ipſo Iure
tale onus, vel dilationem voluit eſſe reiectam, ac ſi à prin-
cipio purè, & ſtatim fuiſſet legata. Et quia æquum non
erat, vt filij honorabili Inſtitutionis titulo carerent, nouel-
lam edidit conſtitutionem in *Auth vt cum de appellat. §.*
aliud quoque, in qua corrigendo diſpoſitionem *l. omnimodo*, 201
ex qua Patris Teſtamentum ſuſtinebatur, etiamſi ſolo
legati, vel fideicommiſſi titulo filij fuiſſent inſigniti, dum-
modo non omninò præteriti, mandauit non aliàs validum
fore Teſtamentum Paternum, niſi filij honorabili titulo
inſtitutionis fuiſſent vocati, decreuit tamen, vt ſatis eſſet
eos, etiam in minima parte, inſtituere, & deinde ſupple-
mentum vſque ad trientem, vel ſemiſſam iuxta numerum
filiorum, quod loco quadrantis ſubrogauerat, ex doti-
bus, donationibus, legatis, & alijs, vt ſupra, conſequi
deberent.

Ex præmiſſis itaque cùm liquido cognoſceretur, ex
quibus fontibus orta, & ad quid imputatio in legitimam 202
à legibus inducta fuiſſet, caſui noſtro per conſequens
non adaptabilis viſa fuit ſupradicta diſtinctio, nam
ſiue ab hærede legatum conditionale recepiſſent dd. Ne-
potes, ſiue à legatarijs, ſeu fideicommiſſarijs, cùm iam
Teſtamentum d. Claudij ex legitima integra (eum di-
cti DD. de Berzighellis ſupplementum aliquod non
petijſſent) in certa quantitate expreſsè ab eo relicta, 203
validum foret, nec ex querela inofficioſi, vel alia ex
cauſa, etiam de Iure antiquo, reſcindi potuiſſet, ceſſa-
bat omne ſupplementum, cùm non adeſſet quid eſſe re-
plendum, & per conſequens ceſſabat prætenſa imputatio
legatorum in legitimam relicta, Caſtr. *dict. conſ.*145. *ſub*
*num.*1. & in puncto Corn. *dict. conſ.*200. *num.*11. *lib.*2. &
poſt eum Rot. apud Otthobon. *d. deciſ.*73. *num.*19. de qua
imputationem quæri poſſet, ſi dd. DD. de Berzighellis ſup-
plementum eiuſdem, ſi non integram eſſe dicerent, præ-
tendere vellent, & hæc eſt irrefragabilis concluſio, vt non
aliter de imputatione in legitimam quærendum ſit, niſi 204
quando ageretur de ſupplemento legitimæ ad ſubſtinen-
dum Paternum Teſtamentum ex prouiſione legis debi-
tæ, non quando legitima peteretur ex diſpoſitione Te-
ſtatoris actione ex Teſtamento, Caſtr. *in l. ſi cum dotem*,
*§. ſi Pater ſub num.*6. *ff. ſolut. matr.* Pic. *in d. l. in quartam*
*num.*180. Surd. *conſ.*206. *num.*9. Mangil. *de imput. in præ-*
*fat. ſub num.*6. *& quæſt.*33. *num.*10. Gabr. *conſ.*109. *num.*
11. *in fin. lib.*1. Merlin. *de legit. d. tit.*2. *qu.*1. *num.*4. *&* 14.

Parlador. *quotid. different.* 149. *num.* 5. *&* 6. Barry *de*
*ſucceſſ. lib.*26. *tit.*6. *num.*9. *verſ. denique*, Carual. *de vna*
*& alter quart. part.*4. *cap.*1. *num.*27. Rota *dict. deciſ.*
132. *num.*6. *& deciſ.* 134. *num.* 26. & optimè etiam
Otthobon. *dict. deciſ.*73. *num.*12. *& ſeq. & num.*19. &
Hermoſil. ad Greg. Lop. *l.*3. *tit.*4. *part* 5. *gloſ.*3. *num.*5.

Et quamuis conſtanter pro ſubſtinendo, quod allega-
ta Bartoli diſtinctio eſſet caſui præſenti adaptabilis, repli-
caretur, quando etiam integra legitima relinquitur, im-
putationi ex alijs à Teſtatore filio datis locum eſſe ex Man-
206 gil. *de imp. quæſt.*14. *num.*47. & Merl. *d. quæſt.*20. *num.*18.
Hanc tamen replicationem, vti in terminis ſatis æquinocis
fundatam, ex infraſcriptis indubitatis concluſionibus,
207 iuxta ſuos caſus, à præmiſſis Iuris Ciuilis principijs elici-
tis, diſtinguendo reiecimus.

Quia, aut Pater in Teſtamento aliquid filio Iure
inſtitutionis non reliquit, & tunc de nulla imputatio-
208 ne eſt quærendum, cùm nec quæri poſſit de legitima,
vel ſupplemento, cùm Teſtamentum ex præteritionis
vitio ſit nullum, & filius totam hæreditatem conſequa-
tur ab inteſtato, *Auth. vt cum de appellat.* §. *aliud quo-*
que, Pic. *in d. l. in quartam num.*180. & eſt propoſitio in-
dubitata.

Aut Pater in legitima, vel integra legitima filium in-
ſtituit, & tunc, aut filius, vel filia donationem propter
209 nuptias; vel dotem, aut militiam ex Paterna pecunia
emptam, aut ſimili à Patre viuente habuit, & hæc in di-
ctam legitimam in teſtamento relictam imputantur, ex ea
ratione, quia inter viuus ſub titulo dotis, vel donationis
propter nuptias data, præſumuntur à Patre filijs aſſignata
in compenſationem debiti neceſſarij, præueniendo tempus
210 dandi legitimam, & ſub illa tacita conditione, vt pro le-
gitima in Inſtitutione inſeruirent, & in eam imputentur,
vt ſuprà diximus, & in hoc caſu loquuntur Mangil. *d.*
*quæſt.*14. *num.*47. Merlin. *dict. quæſt.*20. *num.*20. & alij ab
eis relati, quod & haberet locum in ſimpliciter datis fi-
lio, vel filiæ à Patre viuente, quia ad dictum effectum
cenſerentur data, vt per Merlin. *dict. quæſt.*20. *ſub num.*
211 25. *verſ. quando*, niſi tamen Pater extraneum hæredem
vniuerſalem inſtituiſſet, quia tunc validiſſimè poſſet du-
bitari, an dos, donatio propter nuptias, vel alia, vt ſu-
pra, in legitimam relictam imputarentur, cùm pro non
imputatione ſit æquior opinio, quam tenuerunt Berengar.
*in d. l. in quartam art.*3. *num.*68. *in fin.* Craſſ. *in* §. *legitima*
*quæſt.*23. *num.*5. *in fin.* & Merlin. *d. quæſt.*20. *num.* 19. *&*
25. ex ea ratione, quod Pater noluerit eam dotem, vel
donationem in legitimam imputari, ſed vtramque deberi
pro compenſanda iniuria filio facta, dum eum extraneo
poſtpoſuit.

Aut filia, vel filius dotem, vel donationem propter
212 nuptias habuit à Patre, & in Teſtamento dictam dotem,
aut donationem iam datam rurſus Pater, vel ſi non
illam, aliud legatum relinquat, & deinde in eodem Te-
ſtamento pariter filius, vel filia in legitima ab eo ſit inſti-
tuta, & cùm Teſtamentum ex integra legitima relicta,
etiam attento iure antiquo, ſit validum, nec reſcindi
poſſit ex querela inofficioſi, non eſt agendum nec de
ſupplemento, cùm non ſit quid ſit ſupplendum, nec de
213 imputatione loco ipſius ſubrogata, cùm Teſtamentum
querelæ non ſubiaceat, vt per Caſtr. *d. conſ.*145. *num.*1.
verſ. ſi verò, & Surd. *d. conſ.*206. *num* 9. ſed quia vtrum-
que legatum fuit, vtrumque debetur, vt eſt caſus præſens,
ſicuti deberentur extraneo, cui duo ſimilia legata fierent
214 ex Bart. Bald. & Rot. *ſupra cit.* & ex Mantic. *d. deciſ.*342.
*num.*3. Merlin. *d. quæſt.*20. *num.*20. & Merlin. *d. deciſ.*248.
*num.*6. *&* 7.

Aut Pater in aliquo, minus tamen legitima, filium in-
ſtituit, & tunc cum ſupplemento vſque ad congruam re-
pletionem opus ſit, in illud imputantur nedum ea, quæ
inter viuos à Patre data ſunt ex obligatione naturali, vel
dos, donatio propter nuptias, & ſimilia, vel etiam data
ſimpliciter, vt diximus, ſed etiam alia quæcumque, quæ
215 Iudicio ſupremo Patris habuit ex fideicommiſſis, vel le-
gatis, tum puris, tum conditionalibus ad *Text. in l. om-*
nimodo, *C. eod. tit.* & hic intrat illa diſtinctio inter lega-
tum, ſeu ſubſtitutionem relictam ab hærede, ſeu à legata-
rio, quam ex *Gloſ. in d.* §. *repletionem*, ſecij Bart. *in d. l.*
*in quartam num.*10. *&* 14. *& in conſil.*34. *in fin. lib.*1. quæ
exaduerſo fuit oppoſita; dixi hæc imputari in ſupplemen-
tum legitimæ, quia in illud, quod fuit relictum, non ſit
imputatio, cùm hoc iam debitum ſit ex Teſtatoris proui-
dentia ex Merlin. *d. quæſt.*20. *num.*36. *verſic. quando in ad-* 216
dit. & Cranett. *conſ.*686. *ſub num.*4. & ſupra, ex alijs ſatis
hoc comprobauimus.

Nec ſubſtineri poterat alia oppoſitio, quod ſatis in
caſu noſtro conſtaret, legitimam fuiſſe nepotibus debi-
tam ex ſola legis prouidentia, cùm illius præſtationi
non aſtitiſſet voluntas Teſtatoris, dum nepotes imputa-
tiones ab eo mandatas facere recuſarunt, quaſi ſine 217
dicto onere imputationum Auus dictam legitimam non
legaſſet.

Quia licèt nepotes dictas Imputationes iuxta Teſtato-
ris mandatum facere noluiſſent, non tamen hinc reſultare
poterat, quod legitima in ſumma expreſſa non diceretur
debita ex voluntate Aui, & actione ex Teſtamento pe- 218
ti potuiſſet, nam cùm onus imputationum de Iure non
debitarum, tamquam extrinſecum, ipſo iure fuiſſet re-
iectum ex legis miniſterio potius, quam ex declaratione
nepotum, ipſo remoto, remanebat tamen ſubſtantia
inſtitutionis in legitima à lege purificatæ, cùm aliàs, ſi
remoto onere, debuiſſet etiam remoueri voluntas Te-
ſtatoris, in inſtituendo nepotes in legitima, Teſtamen-
tum ſine ea, tamquam nepotibus præteritis nullum reman-
ſiſſet, & ſic illud remedium remotionis oneris à legitima,
quod à lege fuit introductum, vt contra rigorem Iuris
ciuilis Teſtamentum reſcindi non poſſit, contrarium effe-
ctum produxiſſet, quod ratio non patitur, *l. nulla*, *ff.* 219
de legibus, *& l. non eo minus*, *C. de Procur.* quod & optimè
probatur.

Primò ex *d. l. quoniam in prioribus*, vbi Imperator vo-
luit, omne onus, & omnem dilationem à legitima ipſo Iu- 220
re remoueri, & eam deberi puram, eo modo, quo vo-
luerat deberi integram ex *l. omnimodo*, & hoc, ne ex le-
gitima cum onere relicta Teſtamentum inofficioſum
redderetur, vt benè ex Caſtr. *in l. ſi Pater*, *C. de Inſti-*
tut. & ſubſtitut. in l. filius, *& d. l. quoniam in prioribus num.*
1. declarant Altograd. *conſ.*18. *num.*14. 15. *lib.*2. & Surr.
*in d. l. quoniam in prioribus in princ. num.*16. *&* 18. *& ſeq.*
*& limit.*9. *num.* 1. cùm aliàs ſine Teſtamento legitima non
conſideretur, cùm ab inteſtato tota filijs debeatur hæ-
reditas.

Secundò ex *l. Seius*, *& Augerius*. *ff. ad l. falcid.* vbi
ſi hæres ſit inſtitutus, ſi falcidiam non detraxerit, remota 221
conditione, tamquam in fraudem appoſita, ex Teſtamen-
to purè hæreditatem, ac ſi dicta conditio in Teſtamento
deſcripta non fuiſſet, adire poteſt, quem Textum etiam in
legitimam locum habere dixerunt, Rim. iun. *conſ.*510. *n.*
22. 28. *&* 29. Mart. *de ſucceſſ. legal. part.*1. *quæſt.*25. *art.*
10. *num.*9. & Hodiern. *in l. hac ædictali quæſt.*19. *num.*
10. *& ſeqq. C. de ſec. nupt.* cui conſimilis eſt *Text. in l. Pa-*
ter dotem, *ff. eod. tit. & in l. reprehendenda. C. de Inſtitut.*
& ſubſtit.

Tertiò ex *l. ſcimus*, §. *cum autem*, *C. eod. tit. de inoff.*
Teſtam. vbi inſtituto extraneo, & filio tantùm vniuerſali- 222
ter ſubſtituto, filius quidem contra mandatum Patris ex-
trahit ſuam legitimam ab initio ſine onere, & tamen Te-
ſtamentum ſubſtinetur, quia filius, adueniente die,
vel conditione, ex ſubſtitutione vniuerſali reſiduum hæ-
reditatis, vt pater diſpoſuerat, conſequitur, ſimilis eſt tex.
ſecundùm Bart. interpretationem communiter receptam
in *l. ſi Pater*, *C. de ſubſt. & inſt. ſub cond.* ex quibus eui-
denter cognoſcitur, quod licèt remoueatur onus, vel con-
ditio à legitima ex legis miniſterio, non tamen legitima de-
ſinit haberi ex voluntate, & diſpoſitione Patris, nam vt di-
cit Berengar. *in d. l. in quartam num.*279. onus in legitima
appoſitum vitiatur, ſed non vitiatur diſpoſitio, quæ valida 223
remanet, & quod remoto grauamine, ſalua tamen rema-
neat ſubſtantia legati, tradidit Mantic. *de tacit. lib.*12. *tit.*
13. *num.*66.

Hoc etiam addimus, quòd licet onus in legitima,
ex beneficio legis remoueatur, non tamen hæc remotio
fieri dicitur contra voluntatem, & diſpoſitionem Pa-
tris, quia ſicut cùm Pater minus legitima filio relinquit, 224
lex ipſa ex præſumpta Patris voluntate eam replet, qua-
ſi minus ſcriptum, quàm dictum ſit, & propterea
ex veriori opinione filius ex prouiſione legis actione 225
perſonali ex Teſtamento ſupplementum petere valeat,
& pro eo bona Patris hypothecata habet, quod probat
text.

text. in dict. l. ſcimus, ibi, *ipſo iure ineſſe eandem repletionem*, necnon Bart. *in l. ex facto*, *ff. de vulg. & Pupill. & in l. humanitatis*, *C. de imp. & alijs ſub.* Dec. *in l. fin. num.24. C. de edict. diu. Hadr.* Cephal. *conſ.95. num. 9. lib.1.* Cucch. *de legitim. in princip. verſ. ſed an ita num. 8. fol. mihi* 10. Fab. *de error. pragm. decad.14. error.* 8. *num.1. & ſeq.* Vaſq. *lib.3. contr. Illuſtriſ. cap.*106. *num.4.* Seſſe *deciſ.26. num.57. & deciſ.270. num.1. in fin.* Amat. *conſ.39. num.34. 35. & ſeq.* & reprobato Giouagn. *conſ.2.*
226 *num.4. & 5. lib.2.* diſtinguendo firmauit Merlin. *de Pignor. & hypoth. lib.3. quaeſt.14. num.133. & quaeſt.97. num.9. in fin.* ita & de oneris reiectione quoque dicendum eſt, vt ſcilicet hoc onus, ex præſumpta mente Teſtatoris à lege reijciatur, quaſi quod Teſtator ignorans, vel immemor illud appoſuiſſet, vt ſic alijs relatis dixit idem Merlin. *dict. quaeſt.14. num.152. & dict. quaeſt.97. num.9. in fin.* quod ar-
227 gumentum à ſupplemento in quantitate ad oneris remotionem in legitima, & è contra, validum eſſe profitentur, Corn. *conſ.290. num.3. in fin. lib.3.* Suarez *in dict. l. quoniam in prioribus ampliat.* 10. *num.* 8. & Caſtill. *lib. 5. controu. cap.107. num.37. & ſeq.* cum vtroque modo legitima dicatur diminutè relicta, vt notatur in *d. l. quoniam in prioribus in princip.* Caſtr. & Iaſon. *in d. l. omnimodo in princ.* & Altograd. *d. conſ.18. num.14.*

Quamobrem, ſi à reiectione oneris non repugnat mens Teſtatoris, eo magis, eo remoto, firma remanebit diſpoſitio eiuſdem in inſtituendo filium in legitima, &
228 ſicuti ex veriori negari non poteſt, pro legitima ſic purificata, dari actionem perſonalem ex Teſtamento, & bona Teſtatoris pro ea eſſe hypothecata, vt reſoluit Merlin. *dict. quaeſt.14. num.152. & dict. quaeſt.97. num.9. in fin.* ſic & eam ex diſpoſitione, & miniſterio Teſtatoris, non ex ſola prouidentia legis eſſe debitam, præſupponendum neceſſariò eſt, cùm alioquin tales actiones eidem non competerent, vt benè conſiderauit Rota *d. deciſ.134. num.6. 7. & 8.* poſt Merlin. *de legitim.*

Nec ſuffragabatur, quod diceretur legatum conditionale fuiſſe à Teſtatore nepotibus factum, quaſi in compenſationem oneris appoſiti in legitima, cum aliter fortè non eſſet legaturus, prout eſt veriſimile. Quia Auum non fuiſſe legaturum, niſi potens onus in legitima appoſitum
229 acceptaſſent, vltrà quod dictorum locorum Piorum erat probare ex Galgan. cum alijs ab eo relatis *de con ir. & demonſtrat. part.2. cap.6. quaeſt.1. num.49.* & ſi in compenſationem poſſet dici factum, potius in compenſationem iniuriæ in dictos DD. de Berzighellis illatæ, dum Auus contra naturalem rationem extraneos hæredes inſtituerat, contra D. Auguſtini aureum, in non conſulendo,
230 conſilium de quo in *cap. vlt. 17. quaeſt.4.* & latè per Ricc. *deciſ.213. num.6. & ſeq. part.2.* factum poſſet dici, vt in ſimili caſu conſiderauit Rot. apud Merlin. *dict. deciſ.134. num.27.* quod ſatis eſt veriſimile, nepotibus commiſerando. Adhuc reſoluitur obiectio ex *Text. ſatis claro in dict. l. ſcimus, §. cum autem. C. de inoff. Teſtam.* vbi filius ab
231 initio legitimam conſequitur, reiecto onere eidem a Patre impoſito, & nihilominus, licet mandatum Patris non ſeruaſſet, conſequitur ſuo tempore fideicommiſſum conditionale, vel in diem, ad quod fuerat poſt extraneum hæredem, à Patre ſubſtitutus, & ita præfatum Textum, ſicut eſt litteralis, intellexerunt Bereng. *in d. l. in quartam num.279. & art.3. num.116.* Suarez *ad dict. l. quoniam in prioribus ampliat.1. num.5. & ampl.6.* Duran. *de condit. impoſſib. part.3. cap.3. num 30. & ſeq.* Molin. *de Primog. Hiſp. lib.2. cap.1. num.29.* latè Caſtill. *lib.5. contr. cap.64. à num.40. & plur. ſeqq.*

Et ex prædictis licèt ſatis, ſuperque fundata fuiſſet, etiam in hoc quarto articulo, noſtra reſolutio ad fauorem DD. de Berzighellis, vt quia eis vtrumque ſeparatim, ideſt legitima ſtatim, & in quantitate, & legatum Marignollæ, & Domus Florentiæ in ſpecie, & ſub conditione a Teſtatore fuiſſet relictum, ita & vtrumque debeetur, & ſuperuacaneum, imò omninò improprium, & abſurdum foret quærere, an eſſet de imputatione eiuſdem legati conditionalis in legitimam, attenta allegata Bartoli diſtinctione, quæ communiter recepta dicebatur, ratio habenda; Adhuc, ne in aliquo deficeremus, de hac etiam quærere voluimus, & ea diligentiſſimè diſcuſſa, & diù cum Partium Aduocatis, & inter nos ventilata, nihilominus omnes vnanimi voto reſoluimus, etiam hac quæſtione attenta, præfatum legatum conditionale, nunc ex defecta agnatione DD. de Vſimbardis, purificatum, in legitimam dicti DD. de Berzighellis non fuiſſe imputandum.

Et pro hac noſtra reſolutione primò, & principaliter conſiderauimus, vt aliquid in legitimam poſſit imputari,
ſecundùm receptas concluſiones, tria requiri, rem, cau- 232
ſam, & tempus, rem vt ſit in ſubſtantia Patris, cauſam vt ex Teſtatoris Iudicio, & non caſu capiatur, tempus, vt recipi debeat de tempore mortis Patris, vt rectè poſt alios explicat Bellon. *de Iur. accreſc. cap.9. quaeſt.48. ſub num.1. & ſeq.* & reaſſumpſit *conſ.85. num.13.*

Quapropter dicebamus, quod etiamſi in caſu præſenti concurreret res, quia hoc legatum eſſet de bonis, & ſubſtantia Teſtatoris, & concurrere poſſet etiam cauſa, quia nepotes illud conſequuti fuiſſent ex Iudicio Aui (licèt potius caſu, ex purificata conditione caſuali, dicendum eſſet.) Attamen Tertium temporis requiſitum omninò deficiebat, quia dicti nepotes dictum legatum non perceperunt, nec percipere potuerunt tempore mortis Aui, cùm tunc illa conditio deficientiæ agnationis de Vſimbardis, ſub qua erant vocati, purificata non fuiſſet, & ideò cum dictum legatum non fuiſſet debitum tempore, quo detracta a lege ipſo iure fuerat legitima, nulla ratio patiebatur, vt eſſet facienda imputatio de his rebus, quæ ad-
huc debitæ nepotibus non erant, cùm ad hoc, vt fiat im- 233
putatio de aliquo, illud quæſitum eſſe debeat, Fiumagiol. *in dict. l. in quartam num.375. verſ. & iure in fin.* & legiti-
ma exacta non recipiat imputationem *l.1. & 2. ff. de com-* 234
penſ. Bald. *in d. l. ſcimus num 5. C. de inoff. teſtam.* Alex. *in l. quod de Bonis, §. quod Auus, ff. ad l. falcid.* Peregr. *d. art.36. num.112. & 113.* Mangil. *de imput. quaeſt.48. num. 22. & ſeq.* & Merlin. *de legit. lib.2. tit.2. quaeſt.1. num.1. 13. & 18. in fin.*

Nec obicem facere poterat allegata diſtinctio Bartoli *in* 235
d. l. in quartam num 14. ff. ad l. falcid. & conſ.34. lib.1. quam communiter eſſe receptam, tradidit Alexand. *conſil. 197. num.4. & 5. lib.5.* eamque ſequuntur Mangil. *d. quaeſt. 48. num.24.* Peregr. *art.36. num.118.* Merlin. *d. quaeſt.1. n. 21.* & Bellon. *præd. quaeſt.58. num.59. & ſeq. & conſ.85. n. 49.* Barry *de ſucceſſ. lib.16. tit.6. ſub num.11.* vt ſi legatum conditionale ab hærede filio relictum ſit, ſublata conditione illud conſequatur, vti purè a principio relictum, & per conſequens ſit in legitimam imputabile, ſecus ſi à legatario.

Quia contra d. Bartoli diſtinctione fortè melius ſenſit
Bald. *in dict. §. repletionem*, qui indiſtinctè voluit, vt filius, 236
vel capiat ab hærede, vel a legatario, non teneatur in legitimam legatum conditionalem, vel in diem imputare, & licet Bellon. *dict. quaeſt.48.* ſtuduerit has Bartoli, & Baldi opiniones conciliare, vt hæc attendatur in ſubſtituto alteri filio, & vltrà portionem, quam ab inteſtato eſſet habiturus, dummodò non repudiet, illa verò in ſubſtituto hæredi extraneo; Attamen Baldi opinionem vti menti, & verbis *Text. in dict. §. repletionem*, qui indefinitè, & indiſtinctè diſponit, repletionem ex ſubſtitutionibus fieri non poſſe, magis congruam ſequuntur Angel. & Salicet. *in d. §. repletionem*, Rip. *in d. l. in quartam num.218. in fin.* Fabian. de Mont. *in d. auth. nouiſſima num.111.* Conr. *in addit. marg. ad d. §. repletionem*, Gaſp. Manz. *de legit. quaeſt.39. num.6. & 7.* Bald. poſt D. Vrceol. *dicta deciſ.75. num.20.*
& 21. & Carual. *de vna, & altera quart. part.4. cap.1. num.* 237
27. verſ. ſed merito, & num.44. in fin. 45. & 49. qui expendit *Text. toties repetitum in l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoff. teſtam.* in quo eſt caſus de filio hæredi extraneo in vniuerſali hæreditate ſubſtituto, qui à principio dettahit integram legitimam, & deinde, purificata conditione, vel adueniente die, fideicommiſſum conſequitur, & ſic vtrumque habet, & inde, arguendo de toto ad partem, infert ad caſum imputationis in legitimam, vt ſi filius complementum petat, illud non detrahat, nec à legato, nec à fideicommiſſo particulari ſub conditione relicto, ſed ab vniuerſa hæreditate temporis obitus Teſtatoris, & quando conditio, vel dies aduenerit, legatum, vel fideicommiſſum etiam recepturus, & dicti Text. inductio, ad præfatam propoſitionem confirmandam, corroboratur ex interpretatione, quàm illi dedit Guid. Pap. vt filius legitimam conſequatur ab initio ex vulgari in compendioſa contenta, vt ibi eſt caſus huius ſubſtitutionis, & ſic
ex iudicio, & miniſterio Teſtatoris, & reſiduum hære- 238
ditatis ex fideicommiſſaria, purificata conditione, vt per

Digitized by Google

eumdem Guid. Pap. *deciſ.456. num.2.* & ibi Ferret. in ad-
not Bone', ad eumdem Guid. Pap. *deciſ.425.* Berengar. *in
d.l. in quartam art.3. num.116. verſ. ex qua*, quam repro-
bato Decio ſequitur Peregr. *de fideicomm. d. art.36. num.
64.* hanc concluſionem, quod indiſtinctè legata conditio-
nalia in legitimam non ſint imputanda, alijs acutiſſimis
rationibus confirmauit D. Aloyſius Manſius I. C. Lu-
cenſis præclariſſimus, qui & in hoc articulo doctè ſatis de
more ſcripſit, in quam & plerique noſtrum inclina-
bant.

Sed ſalua veritate huius concluſionis, & attenta etiam
239 Bart. allegata diſtinctione, adhuc vnanimiter dicebamus,
ſecundum eam non fuiſſe dictum legatum conditionale
in legitimam imputandum, quia verſabamur in caſu
ſubſtitutionis, ſeu legati particularis ſub conditione
non ab hærede, ſed à fideicommiſſarijs vniuerſalibus,
nempè à locis Pijs præſtandi, in quo nedum vigent illæ
rationes, quæ conſiderantur, quando filius à legatario
particulari capere debet, ſed & validiores, quia cum
& ipſa loca Pia fuiſſent in diem incertum hæredi ſcri-
pto, & toti agnationi de Vſimbardis ſubſtituta, & hæ-
res adijſſet, prædictum legatum dicta loca Pia præſtare
non poterant, niſi poſtquam ad eorum fauorem eueniſ-
240 ſet caſus ſubſtitutionis vniuerſalis fideicommiſſariæ, ad
quam erant vocata, & per conſequens cum fuiſſet im-
poſſibile, vt dictum legatum de tempore obitus Teſta-
toris ſolui potuiſſet, cùm adhuc tempus reſtitutionis fi-
deicommiſſi non adueniſſet, erat quoque impoſſibile,
vt imputandum eſſet in legitimam, quæ iam à die obi-
241 tus teſtatoris ex legis beneficio cum repletione integrè
à defuncti ſubſtantia fuerat ſeparata, & nepotibus ac-
quiſita, Rip. *dict. leg. in quartam num.138.* Peregrin. *d.
art.36. num.119.* Merlin. *dict. lib.2. tit.2. quæſt.1. num.15.
16. 22. & 23.* Capyc. Latr. *conſult. 25. num.6. & ſeqq.*
Carual. *dict. cap.1. num.28. 29. 42. & 45.* & ſic in hoc vi-
get illa inconcuſſa concluſio, quod ea omnia, quæ poſt
tempus mortis teſtatoris filio quæruntur, etiamſi ex Pa-
tris ſubſtantia, & eius iudicio deferantur, imputabilia
non ſint, & tamquam aduentitia cenſeantur, ex *Text.
in dict. §. repletionem*, Torniel. *in dict. l. in quartam num.
122.* vbi Soccin. iunior. *num.147.* Fiumag. *num 375. &
381.* Pic. *num. 205.* Bereng. *artic.5. num. 95.* Vaſqu. *de
ſucceſſ. creat. §.10 num.371. & ſeq.* Peregrin. *dict. art.36.
num 116. & 117.* Merlin. *d. quæſt.1. num.15. & 16.* & Car-
ual. *d. num.27.*

242 Et hic ponderabamus, rationem diſtinctionis Barto-
li, ex qua legata conditionalia, ab hærede filio relicta, in
eiuſdem filij legitimam ſunt imputanda, fundari, quia
vt ſæpè diximus, cum plena legitima ab hærede ſta-
tim, & ſine mora, vt iam ab hæreditate tempore mortis
Patris ipſo iure ſeparata, præſtanda ſit, neceſſe eſt, vt
omnis conditio, & dilatio remoueatur, etiam ab illa re,
quæ pro eiuſdem integræ legitimæ ſolutione ex diſpoſi-
tione legis, pro ſuſtinendo teſtamento Paterno, deſer-
uire debet, vt eſt illud legatum pariter filio ab hærede
præſtandum, Duran. *deciſ.76. ſub num.60. & 63.* Bellon.
iun. *conſil.85. num.1.* & ob id eum tam legitima, quàm
legatum (non immutata relicti ſubſtantia, cùm vel pu-
rè, vel conditionaliter, ab eodem hærede præſtandum
ſit) purum remaneat, ſit imputatio, cùm ſic concurrant
ea tria requiſita, quæ ſunt neceſſaria, vt ſupra diximus.
At in relictis à legatario, ſeu fideicommiſſario etiam pu-
243 ro (ſi tamen hæres adierit, & legatum ſeu fideicommiſ-
ſum viuente Teſtatore ex eorum præcedentia caducatum
non ſit, vt conſiderauit Carual. *dict. cap.1. num.44.*) &
fortiùs à conditionali, cui ſtatim ab hærede legatum, vel
fideicommiſſum præſtandum non ſit, ſed ſolùm aduenien-
te die, vel conditione, vt in præſenti caſu, alia & diuerſa
ratio conſideratur, hic namque, cùm ab hærede recipere
debeat, & per conſequens, eùm ad præſtandam legiti-
244 mam tempore obitus teſtatoris, quo præſtanda eſt, nulla
actione, nec in ſubſidium à filio conueniri poſſit cum
legatum, vel fideicommiſſum ſub conditione relictum,
nec ei præſtitum, nec delatum fuerit, impoſſibile etiam
redditur, quod filio ab eo relictum, maximè ſi & hoc
conditionale, vel in diem ſit, imputetur in legitimam,
quæ diuerſo tempore præſtanda erat, vt diximus, nec hæc
conditio remoueri poterat, niſi cum totali alteratione, &
245 immutatione ſubſtantiæ diſpoſitiuonis Teſtatoris, nam vt
imputatio fieret, quod præcipuè conſiderabamus in caſu
noſtro, nedum erat remouenda conditio à legato nepo-
tibus præſtando, ſed vel eſſet remouenda conditio etiam
à fideicommiſſo vniuerſali reſtituendo locis Pijs, vel ip-
ſa loca Pia, ante reſtitutum fideicommiſſum, ad præ-
ſtandum legatum compelli potuiſſent, vel tandem ipſe
hæres, licèt ad legatum conditionale præſtandum non
grauatus, adhuc omni conditione remota, ad illud ab
initio nepotibus prædictis dandum compelli potuiſſet, &
ſic Nepotes, qui à ſubſtitutis capere deberent, recipe-
rent ab inſtituto, ſecunda ſubſtitutio fieret prima, & 246
quod ſub conditione fuit legatum, purè præſtandum eſ-
ſet, confundendo, & alterando, etiam in ſubſtantia,
mentem, voluntatem, ac diſpoſitionem Teſtatoris, quod
abſurdiſſimum, & maximè incongruum eſſet, vt con-
ſiderarunt Oldrad. *conſ.171. num.12. & 13.* Albet. *in d.
l. quoniam nouella num.2. C. de inoff. Teſtam.* Eman. à
Coſt. *in cap. ſi Pater in verbo eidem part.1. num.55. de
Teſtam.* Suar. *in d. l. quoniam in prioribus limit.9.* Vaſqu.
de ſucceſſ. creat. §.10. num.376. & Fiumag. *in d. l. in quar-
tam num.383.*

Nec attenta Bartoli ſupradicta diſtinctione, vrgebat
obiectus, quod legatum conditionale, de quo agitur, 247
fuiſſet ab hærede relictum, non à fideicommiſſario, & in
dubio etiam, ſi eſſet præſumendum ex *Text. in l. ſi ſeruus
legatus, §. Margaritam, ff. de legat.1. l. pete, ff. de legat.2.*
Menoch. *lib.4. præſ.131. num.11.* & Fuſar. *de ſubſt. qu.521.
num.2.* qui contra Surd. & Peregrin. teſtatur hanc eſſe
communem opinionem.

Reſpondebatur enim, & primò, obiectam propoſitio- 248
nem poſſe eſſe veram, ſi legatum eſſet purum, & ſimplex
principio, fideicommiſſum verò vniuerſale eſſet ſub con-
ditione, vel in diem, Crauett. *conſ.16. ſub num.1. verſ.
ſed dubitatio*, Mantic. *de coniect. lib.8. titul.2. num.8.* &
Fuſar. *dict. quæſt.521. num.5.* ſecus ſi tam legatum, quàm
fideicommiſſum ſit conditionale, & ſub eadem conditio-
ne relictum, nam tunc, ſicuti quando vtrumque eſt pu-
rum, legatum præſumitur à fideicommiſſario relictum ex
Text. in l. fin. C. ad Trebell. vbi Gloſ. & Bald. Peregr.
de fideicommiſſ. artic.4. ſub num.21. ſic quando amborum
conditio eſt eodem tempore purificata, cum puri, & pu-
rificati idem ſit iudicium, *l. fin. §.1.* vbi Aretin. *ff. de ver-
bor. oblig.*

Secundò & fortiùs reſpondebatur, quia Teſtator poſt
defectam agnationem de Vſimbardis, ſubſtituit in omni- 249
bus eius bonis dicta loca Pia Collis, ibi, *di tutti li beni
al Signor Teſtatore ſpettanti*, quare ſub dicta vniuerſali
ſubſtitutione etiam dictum legatum particulare compre-
henſum remanebat, & per conſequens non ab hærede,
ſed à dictis locis Pijs, quibus fuerat ex voluntate Teſta-
toris eum vniuerſali hæreditate reſtitutum, præſtandum
erat ex Text. *in dict. l. fin. C. ad Trebell.* Bart. *in l. Mar-
cellus num.3. vbi alij ſcrib. ff. eodem tit.* Crauett. *d. conſ.
16. num.1.* Ruin. *conſ.52. num.3. lib.2.* Peregrin. *d. art.4.
ſub num.21.* Fuſar. *dict. quæſt.521. num.17.* & Manent. *deciſ.
5. num.55.*

Et quod dictum legatum conditionale ſub dicta vniuer-
ſali omnium bonorum ſubſtitutione fuiſſet comprehen-
ſum, confirmabatur ex illa exceptuatione, quam Teſtator
fecerat de Bonis Villæ Ruſciani, quæ operabatur, vt ſicu-
ti hæc in dicta ſubſtitutione erant excepta, ſic reliqua alia
forent comprehenſa, cùm exceptio firmet regulam in non 250
exceptis, iuxtà *Text. cum concord. in l. quæſitum, §. deniq.
ff. de fund. inſtr. & eſt regula ſatis nota.*

Alia etiam prætenſio locorum Piorum, quod ſi di-
ctum legatum conditionale non potuiſſet in legitimam 151
imputari, iuxtà valorem de tempore, quo fuit purifica-
tum, imputandus tamen eſſet valor illius ſpei, quæ de
tempore detractionis legitimæ erat precio æſtimabilis,
cùm talis ſpes vendi, cedi, & alienari poſſit, eamque le-
gatarij haberent ex bonis, & Iudicio Teſtatoris ex Rot.
apud Ludouiſ. *deciſ.568. num.9.* Merlin. *de legit. lib.2. tit.
1. quæſt.1. num.1. in addit.* nobis penitus inſubſiſtens viſa
fuit, nam hæc propoſitio eſt contra ſupradictas commu-
nes, & recepta Doctorum traditiones, ex quibus ſi ne-
potes non debebant imputare in eorum legitimam lega-
ta conditionalia, tantò minus ſpem illa conſequendi im-
putare tenebantur, cùm hæc ſpes non fuerit de ſubſtan-
tia, & bonis Teſtatoris, vt neceſſe erat, ad hoc, vt eſ-
ſet imputabilis in legitimam, iuxta *Text. in l. omnimodo*, 252
l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoff. Teſtam. & in hoc
ſen-

Digitized by Google

ſenſu hanc propoſitionem accipiunt Ladetch. conſ. 115.
ſub num.6. & 7. Giutb. ad Conſuet. Meſſan. cap.1. gloſ.3.
num.60. in fin. Merlin. dict. quæſt.1. num.1. in addit. &
alij, qui poſſent allegari, & in puncto, quod ſpes ſubſti-
tutionis conditionalis in legitimam non imputetur, tradi-
dit Ruin. in dict. l. in quartam num.62. in fin. & pro de-
trahenda etiam falcidia, à qua valet argumentum ad le-
253 gitimam, vt notum eſt ex Barboſ. arg.46. num.2. nul-
lam fieri debere æſtimationem legatorum conditionalium,
firmauit Caſtr. in l. falcidia, ff. ad l. falcid. quem ſe-
quitur Roland. conſ.29. num.19. & 20. lib.4. & ſi ſpes
fideicommiſſi conditionalis eſſet in legitimam imputabi-
lis, ſequeretur, vt filius ſub conditione fratribus, vel
254 alijs ſubſtitutus numquam integram, ſed ſemper à dicta
ſpe diminutam, detraheret legitimam, contra Text. ex-
preſſ. in ſæpè repetita, l. ſcimus, §. Cum autem, C. de
inoff. Teſtam.

Et ad aliam propoſitionem, quod fideicommiſſa, &
legata conditionalia, ſeu eorum ſpes poſſet pretio æſtima-
ri, & ideò poſſet cedi, vendi, & alienari, dicebamus ex
255 abundanti, eam eſſe veram, ſi hæc legata, ſeu fideicom-
miſſa procederent ex contractibus inter viuos, iuxta
Text. in l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. vt diſtin-
xit gloſ. in l. ſubſtitutio 42. in fin. ff. de acquir. rer. dom.
ſecus ſi ex vltima voluntate, & ratio inter vtrumque
eſt, quia ad conditionalia, quæ dependent ex Contra-
256 ctibus, competit ius de præſenti, quamuis exercitium
actionum ſit de futuro, quod dicitur de bonis noſtris, &
ad hæredes tranſmittitur, non autem ad illa, quæ de-
pendent ab vltima voluntate, quia ius ad ea non compe-
tit, niſi purificata conditione, iuxta Text. in dict. l. ſub-
ſtitutio, qua pendente, ſi legatarius, vel fideicommiſſa-
257 rius præcedat, legata vt caducata non tranſmittuntur,
nec hæres grauatus tenetur illa præſtare, & tamquam
exiſtentia ſub conditione, maximè poſt longiſſimum
temporis tractum purificabili, nullam propter eorum
ſpem recipiunt æſtimationem, Oſaſch. deciſ.179. num.
12. Hodiern. in l. hac adictali quæſt.34. num.16. 19. &
20. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt.35. num.53. verſ. quia,
Rot. deciſ.292. num.24. deciſ.320. num.23. dec.323. num.
5. part. 6. recent. & deciſ. 37. num.11. poſt Cenſal Vel
258 ad ſummum eſſent alienabilia, ſi ſub conditione orien-
te ex die incerto, vti poſt mortem alicuius, vel ſub di-
latione, non quando caſu, & fortuna eſſent iuxtà di-
ſtinctionem notabilem, quam ex alijs tradidit Torr. de
pact. futur. ſucceſſ. lib.1. cap.23. à num.24. & ſeq. vel tan-
dem, quando ageretur de remittendis fideicommiſſis,
259 vel legatis conditionabilibus, ſecus ſi de eis vendendis, vel
alio modo alienandis, vt per Odd. de fideicom. quæſt.1. art.
6. num.97. & ſeq.

Confutatis itaque omnibus obiectionibus pro locis Pijs
à Præſtantiſſimis, & Eruditiſſimis eorum Aduocatis,
qui hanc arduam cauſam ſtrenuè defenderunt, oppoſitis,
inter quos interuenit acutiſſimi Iudicij vir D. Gherar-
dus de Gherardinis Sereniſſimæ VICTORIÆ Ma-
gnæ Etruriæ Ducis Auditor meritiſſimus, & magni no-
minis I.C. pro dictis DD. de Berzighellis non minus do-
ctrina, quàm integritate conſpicuo D. Raphaele Rillio
eorum Aduocato, vnà cum alijs doctiſſimis viris, cauſam
patrocinante, etiam in hoc quarto articulo reſoluimus
ad fauorem DD. de Berzighellis. Et Illuſtriſſimo ſupre-
mo Magiſtratui tandem vnanimes reſpondimus, in legiti-
mam eiſdem DD. de Berzighellis debitam non eſſe im-
putandam dotem dictæ Dominæ Virginiæ Matris, nec do-
natione ſcutorum 12500. eidem Virginiæ à D. Claudio Pa-
tre factam, prout nec etiam prædictum legatum conditio-
nale, ſed præfatam legitimam eiſdem deberi liberam, &
ſine onere dictarum imputationum, vnà cum fructibus,
vt in noſtro voto latius conſtat: Diximus, cum fructibus,
quia cùm legitima ius vniuerſale, & quota bonorum ſit, 260
ex fructibus argumentum recipi, argum. Text. in l. item
veniunt, §. fructus, ff. de petit. hæred. Batt. in l. ex fa-
cto, ff. de hæred. inſtitut. Socin. conſ.57. num.40. lib.4. Pe-
regrin. de fideicom. art.36. num.69. & 89. Surd. conſ.128.
num.4. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.4. Gloſ.4. num. 261
20. & ideò cum fructibus debetur, vt per Giurb. ibi
num.13. latè Merlin. dict. quæſt. 1. num.3. 4. & per tot.
quibus vltrà prædicta, & allegata in manuſcriptis addi-
mus, Bald. conſ.222. num.2. lib.4. qui dicit, legitimam
numquam eſſe debere ſine fructu, Lup. ad l. curabit num.
163. C. de act. empt. Leotard. de vſur. quæſt.18. num.19.
& 21. Cenſal. ad Peregr. de fideicom. art.36. obſeru.21. fol.
mihi 380. Raden. conſ.21. num 6. Anel. Amat. conſil.39.
num.30. & per tot. Decian. conſ.79. à num.22. vol.2. Lu-
douic. de Bel. conſ.196. num.7. & 8. Andreol. contr.315.
num.3. & 4. part.5. Font. deciſ.92. num.12. Criuel. de-
ciſ.98. num.2. Duran. deciſ.76. num.56. part.1. Burat. de-
ciſ.165. num.6. Rota apud Melium de alim. dec.100. num. 262
11. & 12. etiam ſi ageretur contra Piam cauſam, & fru-
ctus eſſent bona fide conſumpti, Rot. apud Pacific. de
Salu. deciſ.186. num.2. & 3. cùm fauorabilior in legitima
ſit cauſa filiorum, quam Eccleſiæ, vel alterius Piæ cauſæ,
quod comprobat Rot. ibi ex dicto D. Auguſtini, cùm exem-
plo D. Gregorij, vt in eius Epiſtola 33. & Burat. deciſ.475.
num.2. & eſt concluſio indubitata; Sed ad quam ſummam,
& a quo tempore deberentur, reſeruauimus particulariter
videndum, vnà cum deciſione aliorum cauſæ articulorum
hincindè, iuxtà petitiones, & inſtantias partium ſuo lo-
co, & tempore facienda, & ambas partes, propter articu-
lorum, & quæſtionum grauitatem, ab expenſis abſolui-
mus, ad Text. in l. properandum, §. ſin autem, vbi ſcrib.
C. de iudic.

Et ita, &c.

Ioannes Argentus Rota Aud. & Prætor.
Ioſeph Vrceolus Rot. Aud.
Coſmus Farſettus Rota Aud. Cauſa Relator, &c.
Petrus de Angelis Rot. Aud.
Franciſcus Venturinus Iudex Delegatus.
Petrus Matthæus Magius Aud. Delegatus.

SECVNDA SENTENTIA

De die 28. Iunij 1680.

Sereniſſimus Magnus Dux Etruriæ, & pro S.C.S. Illuſtriſſimi DD. Locumtenens,
& Conſiliarij in Republica Florentina.

Viſa relationem eorum Illuſtriſ. Magiſtratui facta per Dominos Auditores Argentum, Orceolum, Farſettum, Venturinum, Angelum, & Magium, in Cauſa, ſeu reliquis Cauſa, & cauſarum vertentium, coram Supremo Magiſtratu inter D. Claudium de Berzighellis, & litis Conſortes, vt in actis ex vna, & Capitulum DD. Canonicorum, Hoſpitale S. Laurentij, & Moniſterium S. Petri Ciuitatis Collis, modis & nominibus quibus in actis ex parte altera, vnà cum omnibus in ea contentis, &c.

Audito D. Terentio de Fantonibus Procuratore dictorum DD. de Berzighellis, inſtante pro publicatione, & approbatione dicta Relationis.

Viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, &c. ſeruatis &c. & obtento partito, &c.

Deliberauerunt, & deliberando dictam relationem approbauerunt, & confirmauerunt, decretando prout in ea in omnibus, & per omnia, non ſolùm in partibus in quibus dd. DD. ſex Relatores conueniunt, ſed etiam in parte vbi conueniunt quatuor Relatores tantum, idest Argentus, Orceolus, Farſettus, & Venturinus, & mandauerunt partibus prædictis illius obſeruantiam, ſub eorum indignationis, & arbitrij pœna, mandantes, &c.

Cuius relationis tenor eſt qui ſequitur, videlicet.

ILLVSTRISSIMI DOMINI.

IN Cauſa ſeu reliquijs cauſæ, & cauſarum vertentium coram Supremo eorum Tribunali inter D. Claudium de Berzighellis, & litis conſortes, vt in actis ex vna, & Capitulum DD. Canonicorum, Hoſpitale S. Laurentij, & Monaſterium S. Petri Ciuitatis Collis parte ex altera.

Viſa deciſione per Magiſtratum Veſtrum Illuſtriſſimum iuxta aliam relationem noſtram facta, vt in Decreto late ſub die ſecunda Septembris 1678. tenoris prout in ea.

Viſis commiſſionibus nobis factis per Magiſtratum veſtrum Illuſtriſſimum, prout continetur in decretis editis ſub infraſcriptis diebus videlicet 25. Octobris 1678. 3. Octobris 1679. 12. Aprilis 1680. ſeu &c.

Viſis pluribus ſcripturis in actis eorum Cancellaria exhibitis, cum pluribus iurium productionibus per dicta Loca Pia ſub diuerſis diebus, videlicet ſub die 12. & 17. Decemb. 1679. & ſub die 15. & 16. 1680. ſeu &c.

Viſis contradictionibus factis per dictos DD. de Berzighellis, & in actis exhibitis ſub die 22. Februarij 1679. & 20. Maij 1680. tenoris, &c. & cum productionibus prout in eis.

Viſis omnibus videndis; Partibus, & eorum Aduocatis, & Procuratoribus reſpectiuè auditis, tam oretenus, quam in ſcriptis pluries, atque pluries, &c.

Et demum conſideratis conſiderandis, &c.

Dicimus, referimus partes Magiſtratus eorum Illuſtriſſimi, fore, & eſſe decidendi, iudicandi, & diffinitiuè Sententiandi, modo, & forma ſequenti, videlicet.

CHRISTI NOMINE inuocato &c. Dicimus, pronunciamus, & ſententiamus, quia proſequendo deciſionem capitum, & aliarum prætenſionum nobis reſeruatorum, vt in noſtra ſententia die 2. Septembris 1678. & Articuli prætenſa immiſſionis, ſeu exequutionis inter DD. Claudium, & alios de Berzighellis, & Ven. loca Pia Collis, declaramus in legitimam DD. de Berzighellis eſſe imputandas infraſcriptas ſummas, ideſt ſummam ſcutorum 868. pro negocio Riparbella, necnon aliam ſummam ſcutorum 136. 3. 10. ſolutam D. Ruberto de Capponis, item ſummam ſcutorum 1805. 3. 14. pro Dotibus, & expenſis factis à D. Claudio de Vſimbardis in monacando DD. Mariam, & Lucretiam de Berzighellis, vt in actis &c. Quibus imputationibus factis pro reſiduo dictæ legitimæ, vſque ad quantitatem ſcutorum viginti ſex millium, quod eſt ſcutorum 23189. 6. 16. ſaluo &c. Declaremus eſſe conſumandam executionem aliàs ad fauorem dd. DD. de Berzighellis à Magiſtratu noſtro conceſſam per immiſſionem in poſſeſſionem bonorum immobilium olim à d. q. D Claudio de Vſimbardis, & nunc à dd. locis Pijs poſſeſſorum, & pro prædictis omne mandatum cuique Nuncio concedimus, & relaxamus.

Item procedendo ad liquidationem fructuum reſidui præfatæ legitimæ vt ſupra declaramus, & dictos fructus liquidamus modo infraſcripto, &c.

Primo quoad prædia, & bona ſtabilia, exceptis infraſcriptis locis Montium à d. q. D. Claudio tempore eius mortis poſſeſſa eoſdem fructus liquidamus, ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno à die obitus dicti D. Claudij, vſque ad integram ſatisfactionem capitalis dictæ legitimæ.

Secundo quoad fructus locorum montium pariter vt ſupra poſſeſſorum, eos liquidamus ad rationem, ad quam quolibet anno reddiderunt, tam ante quam poſt reductionem dictorum montium à dicta die pariter obitus d. D. Claudij vſque ad dietam ſatisfactionem præfatæ legitimæ.

Tertio quoad pecunias, & alia bona mobilia, & credita d. D. Claudij reſeruamus iura dd. DD. de Berzighellis pro probando intereſſe paſſum, tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis iuxta liquidationem ſeruatis ſeruandis faciendam à die mota litis per dd. DD. de Berzighellis pro dicta legitima, vſque ad dictam eius ſatisfactionem.

Quoad intereſſe, & fructus, vt ſuprà liquidatos declaramus infraſcripto modo eſſe ſoluendos, nam decurſos, à die dicti obitus d. D. Claudij, & mota litis reſpectiuè, vſque ad mortem d. q. D. Prioris Franciſci de Vſimbardis, declaramus eſſe ſoluendos à Venerabili Monaſterio Monialium S. Petri Ciuitatis Collis, vti herede cum beneficio Inuentarij d. q. D. Prioris Franciſci, quatenus tamen ſuppetant vires hereditariæ, & quoad fructus decurſos à die obitus d. D. Prioris Franciſci, vſque ad integram ſatisfactionem dictæ legitimæ, vt ſupra declaramus eſſe ſoluendos à dicto Monaſterio pro tertia parte, & pro alijs duabus tertijs partibus à dd. RR. Capitulo Ciuitatis Collis, & Venerabilis Hoſpitalis S. Laurentij eiuſdem Ciuitatis æqualiter; Pro quibus fructibus vt ſupra liquidatis executionem, & mandatum quolibet executiuum magis opportunum contra dicta loca Pia ſuper dictis bonis tamen, & alijs à d. q. D. Priore Franciſco poſſeſſis, ſeu in eius hæreditate relictis conſumandum reſpectiuè concedimus, & relaxamus.

In quos tamen fructus, primò & deinde in capitale dictæ legitimæ declaramus eſſe compenſandos ſcutos 590. ſolutos à d. D. Priore Franciſco dd. de Berzighellis, iuxtà decretum Magiſtratus noſtris die 2. Decembris 1645. ſeu &c. & quicquid aliud à d. Domino Priore, & dd. Locis Pijs, prædictis de Berzighellis ſolutum fuiſſe probabitur.

Quæ verò ad Dotem Dominæ Mariæ de Griſonibus vxoris d. q. D. Claudij prædefunctæ à dictis de Berzighellis prætenſam, & alia hincindè petita ambas partes abſoluimus, & liberamus.

Reſeruamus tamen ſaluis, & non obſtantibus prædictis, nobis facultatem decidendi ſuper alijs prætenſionibus, & exceptionibus à dd. Locis Pijs propoſitis reſpicientibus aſſertam diminutionem patrimonij d. D. Claudij de Vſimbardis, & prætenſam ſeparationem bonorum, de quibus in actis &c. citatis citandis, auditis audiendis, & ſeruatis ſeruandis prout iuris fuerit decidendi; Et vſque ad præfatam deciſionem declaramus, bona prædicta ſuper quibus præfata exequutiones conſumata fuiſſent, remanere debere apud præfatos DD. de Berzighellis affecta, & hypotecata ad fauorem dd. Locorum Piorum, inhibentes dd. de Berzighellis eorum diſtractionem, & alienationem, &c.

Et ambas partes iuſti &c. ab expenſis abſoluimus &c. & ita &c. non ſolum &c. ſed & omni &c. Ex Ædibus Rotalibus hac die 26. Iunij 1680.

DD. VV. Illuſtriſſimarum

Deditiſſimi

Io: Argentus Rotæ Auditor.
Ioſeph Vrceolus Rotæ Auditor.
Coſmus Farſettus Rotæ Auditor.
Franciſcus Venturinius Rotæ Auditor.

Nos infraſcripti ſuper articulo tantùm petita per DD. de Berzighellis immiſſionis ſiue executionis ſuper bonis olim à d. q. D. Claudio de Vſimbardis, & nunc à Venerabilibus locis Pijs poſſeſſis, referimus partes eſſe DD. VV. Illuſtriſſimarum, ſententiare, vt infrà, videlicet.

DEI NOMINE repetito, dicimus, decernimus, & declaramus fore, & eſſe procedendum ad vlteriora ſuper deciſione exceptionum propoſitarum olim à D. Priore Franciſco de Vſimbardis, & modo proſecutarum à Venerabilibus locis Pijs retardata immiſſione, ſiue executione prædicta, & ita &c. omni &c. in reliquis verò concordamus &c.

DD. VV. Illuſtriſſimarum

Deditiſſimis

Petrus de Angelis Rotæ Auditor.
Petrus Matthæus Maggius Auditor.

Adi

Adi 28. *Giugno* 1680.

Il Sereniſs. Granduca di Toſcana, e per S. A. S. l'Illuſtriſs. SS. L. T. e Conſiglieri nella Republica Fiorentina.

VEduta la Sentenza data dal Magiſtrato loro Illuſtriſſimo queſta mattina à relazione de' SS. Auditori Argenti, Orceoli, Venturini, Angeli, Farſerti, e Maggi infra il Sig. Claudio Berzighelli, e Conſorti di lite ne nomi da vna parte, & il Capitolo de Canonici, Spedale di S. Lorenzo, e Monaſtero di S. Pietro della Città di Colle dall' altra; con quanto in detta relazione ſi contiene, alla quale &c.

Sentito M. Terenzio Fantoni Procuratore di detti SS. Berzighelli, che domandaua concederſi l'eſecuzione della detta Sentenza, e per eſecuzione ordinaſi à qualunque de loro Donzelli, che dia il poſſeſſo de beni à dd. SS. ſuoi Principali, con quel più che volſe rappreſentare, e domandare, & conſid. &c. ſeruat. &c. & ott. &c.

Deliberorno, e deliberando al d. Sig. Claudio Berzighelli, e Conſorti di lite, dettero, e conceſſero l'eſecutione di detta Sentenza à forma della medeſima; Et per eſecuzione della detta Sentenza, commeſſero, & ordinorono à qualunque de loro Donzelli, che dieno, e mettino in poſſeſſo de Beni che in detta Sentenza, in conformità della medeſima, con fare intorno à ciò quanto è ſolito farſi in ſimili dazioni di Poſſeſſo, e del ſeguito ne faccia rapporta appreſſo gl' atti della loro Cancellaria, e tutto &c. mand. &c.

Mattio Caterini primo Coadiutore.

Cap. I I.

ARGVMENTVM.

REiecta per rem iudicatam imputatione à Teſtatore iniuncta legitimario, an huic detur in bonis hæreditatis immiſſio pro legitima ei in ſumma certa in d. Teſtamento relicta.

An legitima ſit bonorum, vel hæreditatis quota.

An hæredis exceptiones turbidæ concernentes ſeparationem bonorum retardent immiſſionem legitimario, vel potius ſint reſeruandæ hæredi.

An hoc Iudicium ſit ſummarium.

SVMMARIVM.

1 *MVtua partium prætenſiones, atque exceptiones.*

2 *Legitime iudicium eſt ſummarium & num. 6. intelligo vt in d. num. 6. legitima ſine mora præſtanda eſt, & num. 59. & 62.*

3 *Sententia quæ declarauit liberam deberi legitimam, & immunem ab imputationibus, intelligitur condemnaſſe debitorem legitimæ ad illam liberè præſtandam.*

Sententia, ex qua quis declaratur debitor, operatur quod iſte cenſeatur condemnatus ad ſoluendum, cum etiam in materia ſententia antecedens qui vult, cenſetur velle conſequens neceſſarium.

4 *Sententia executio ſi iam fuerit conceſſa, nec aliud remaneat, quàm declaratio ſummæ, pro qua dicta executio perfici debuiſſet, poteſt fieri huiuſmodi declaratio ſummariè, & extra ordinem, quia pars ipſius executionis dicitur.*

5 *Cauſa coram ſupremo magiſtratu, qui Principem repræſentat, omnes ſunt ſummariæ.*

7 *Iudicium quod ſit ordinarium, & ſimul ſummariè veniat tractandum, non eſt inconueniens.*

8 *Etiam in iudicijs ſummarijs non eſt prohibitum libellum offerre, litem conteſtari, & ſententiam diffinitiuam pronunciare.*

9 *Filius, cui certa legitima in ſpecie, vel quantitate cum onere extrinſeco imputationis rei de iure non imputandæ, vel à legibus improbato à Parentibus relinquitur, non poteſt illud onus reijcere, & legitimam alio iure petere.*

10 *Exceptio ſeparationis Patrimoniorum, ſi eſt facilis digeſtionis, vtrum admittatur ad retardandam executionem ſententia lata ad fauorem legitimæ filij, & num. 13. 14. & 15.*

Dicitur tamen altiſſimæ indaginis, & num. 65.

11 *Filius reijciens onus impoſitum à Patre in legitima, hoc facit contra voluntatem Patris, & num. 29. intellige vt num. 30. 44. cum ſeqq.*

12 *Neque valet poſt oneris reiectionem petere legitimam in ea quantitate, vel ſpecie à Teſtatore eidem relicta, ſed ſolum ei debetur illa quota, quæ reſultabit ex ſtatus hæreditarij liquidatione: contrarium num. 25. Intellige, num. 34. & ſeqq.*

16 *Pater aliquid certum filio pro legitima relinquens, ſicut ei facere licet, ſi aliquam conditionem, modum, dilationem, vel onus extrinſecum adijciat, pro non ſcriptis, ſeu adiectis habentur, ac ſi purè relictum eſſet, adeout ijs reiectis poſſit filius ſpeciem, vel quantitatem ei relictam petere, & num. 26. imò datur ei actio ex Teſtamento, num. 27. competitque ei etiam hypotheca, & num 28.*

17 *Pater ſi aliquid certum filio pro legitima relinquat, minus tamen in quantitate debita, ſeu cum aliquo onere, & filius ſimpliciter acceptet, non per hoc ſibi præiudicat, quin poſſit poſtea impoſitum onus rijcere ac ſupplementum petere.*

18 *Filius à Patre in certis rebus hæres inſtitutus cum onere à lege reiecto, ſi res relictæ legitimam non æquant, ſupplementum poſtulare non prohibetur.*

19 *Quod quidem ſupplementum ſupponit præcedentem acquiſitionem dominij.*

20 *Filius poteſt relictum ei à Patre conſequi ad computum ſuæ legitimæ reijciendo onus à patre ſuper re relicta impoſitum.*

21 *Quod amplia in quocumque onere, & num. 33.*

22 *Legata particulari, ſeu inſtitutioni vniuerſali adiecta à Teſtatore conditio impoſſibilis, de iure habetur pro non ſcripta, & res legata, ſeu hæreditas debetur ac ſi purè eſſet relicta etiam fauore extranei.*

Conditio quæ imponitur à Patre ſuper legitima filij, cum à lege non approbetur, dicitur impoſſibilis de iure, non ex parte rei, ſed ex priuilegio perſonæ, & cauſæ.

23 *De iure antiquo Teſtamentum Patris in quo legitima integra, tam in quantitate, quàm in onere non fuiſſet titulo inſtitutionis filio relicta, corruebat. Iuſtinianus autem Imperator ad ſubſtinendum Teſtamentum hoc abrogauit, tribuendo tamen filio actionem petendi ſupplementum ſi minus legitima relictum fuiſſet, atque reijciendo quodcumque onus, dilationem, modum, ſeu conditionem, quæ legitimæ adiecta fuiſſet.*

24 *Onus ipſum à patre impoſitum in legitima vitiatur, non inſtitutio particularis facta in legitima.*

31 *Valet argumentum à conditionibus impedientibus matrimonium ad conditiones impedientes libertatem legitimæ.*

32 *Idem operatur fictio in caſu ficto, ac veritas in caſu vero.*

37 *Fi-*

Digitized by Google

37 Filius inſtitutus etiam in ſola legitima tenetur ſtare aſſertioni, & declarationi facta per teſtatorem ſuper legitima quantitate.

38 Filius aſſerens legitimam ſibi relictam non eſſe integram petendo ſupplementum, tenetur probare, & liquidare ſtatum hereditatis paterna, quia legitima à patre relicta præſumitur integra.

39 Legitima eſt quota ſingulorum bonorum patris, deducto ipſo iure are alieno.

40 Pater poteſt pro menſura quota debita filio pro legitima quantitatem aliquam ex ſuis bonis per filium percipiendam arbitrari; & affertur ratio.

41 Legitimam eſſe portionem debitam ab inteſtato in triente, vel in ſemiſſe, quomodo intelligendum.

42 Vtile per inutile non vitiatur quando onus, vel conditio per teſtatorem appoſita à iure reprobatur, ſed reijcitur onus, firmo remanente relicto.

43 Præcipuè ſi onus fuit impoſitum, non per viam modi, nec conditionis, ſed per viam fideicommiſſi.

44 Giouagnon. conſ. 2. à n. 4. lib. 2. reprobatur: Et in quo caſu procedere valeant, num. 53.

45 Argumentum a ſupplemento legitima ad reuocationem oneris quod legitima apponitur, quomodo procedat.

46 Supplementum legitima reſpectu quantitatis ſupplenda (eſto quod fiat contra voluntatem Teſtatoris) tamen reſpectu reiectionis oneris dicitur iuxta illius voluntatem, atque petitur actione ex Teſtamento, licet oneri de aliud plus non petendo filius non acquieſcat.

47 Filio pro legato legitima competit hypotheca, quamuis onus illi adiunctum ipſe reijciat.

48 Non eſt attendendum quid à conſulentibus in eorum conſilijs ad fauorem Clientis fuit Conſultum, ſed quod fuit ſuper cauſis aſſumptis iudicatum.

49 Supplementum legitima filio non debetur ex diſpoſitione Teſtatoris, ſed contra eius voluntatem, & petitur conditione ex lege. Contra, quod peti poſſit actione ex Teſtamento, & quidem ex diſpoſitione, & voluntate Teſtatoris, num. 51.

50 Pro ſupplemento legitima iuxta opinionem Rota Romana non competit hypotheca, ſed ſolum conditio ex lege.

52 Sola pars legitime legata ad effectum illam petendi integram habetur, ac ſi tota legitima legata eſſet, quaſi quod minus ſcriptum, quam dictum eſſet.

53 Legitima ſupplementum, quando pater certam rem legauit, & prohibuit plus petere, debetur contra Teſtamentum patris, nec competit hypotheca, ſecus ſi non expreſsè prohibuit.

54 Altograd. conſ. 84. n. 135. lib. 1. explicatur.

55 R. P. D. de Luca de legit. diſcurſ. 29. nu. 10. in quo caſu loquatur.

Contra illius ibidem ſcripta Rot. Rom. iudicauit. num. 57.

56 Conditiones, dilationes, & onera extrinſeca in legitima appoſita, dicuntur mere qualitates accidentales.

57 Filius quando dicatur grauatus in legitima, & cum quibus oneribus, & de differentia inter vnum, & alterum onus.

60 Legitima filio ſine dilatione eſt preſtanda, adeò quod Hæres illam dare differens vſque ad Sententiam, tenetur ſoluere illam in duplum.

61 Heres pendente termino ad conficiendum inuentarium non poteſt à legatarijs compelli ad praſtandum legatum. Poteſt tamen cogi ad praſtandam legitimam, quæ fauorabiliter eſt quocumque alio legato etiam Pio, num. 62.

63 Dos imputatur in legitimam.

64 Filij in legitimam debent eſſe æquales.

66 Oppoſitiones ad originem reuocare, refutare eſt.

67 Legitima non detrahitur ab eo, qui ab inteſtato ſuccedere nequit.

68 Exceptio requirens altiorem indaginem debet ad merita reſeruari.

69 Ab excipiendo repellitur impugnans factum, quod contra alios ſubſtinere, & tueri debet.

70 Text. in l. fin. C. de fideicomm. an hic habeat locum.

71 Hodie conſtat, hodiè agatur:

72 Ob quæſtionem ſuper fideicommiſſo non debet fieri retardatio legitima.

73 Exceptiones an requirant altiorem indaginem, hoc Iudicis arbitrio relinquitur.

74 Iudex in arbitrarijs redargui non poteſt, eiuſque iudicio ſtandum eſt, alias numquam eſſet arbitriorum, & litium finis.

75 Ius, cùm certum ſit, ex librorum reuolutione facillimè poteſt decidi, intellige, vt n. ſeq.

77 Teſtes examinati, & poſiti ad partes dicuntur extrà acta.

78 Teſtes examinati æquiparantur inſtrumentis.

79 Inſtrumenta, quæ exceptiones etiam coloratas patiantur, dicuntur requirere altiorem indaginem. Ita pariter procedit in teſtibus, num. 80.

81 Exceptiones dicuntur requirere altiorem indaginem ſi ſint in facto, & iure dubia, quo caſu non dicitur oriri queſtio iuris, ſed mixta, hoc eſt facti, & iuris.

82 Ex facto certo, non ex incerto, ius metitur.

83 Exceptio conſiſtens in articulo iuris, quod debeat ſtatim decidi, nec reſeruari valeat, procedit, quando ius eſt clarum.

84 Et quando pro exceptione ſtaret DD. communis opinio, ſecus è contra, quia tunc dubietas iuris æquiparatur dubietati facti, ita vt diceretur requirere altiorem indaginem.

85 Exceptiones omnes ſilent in eo, qui fundamentum non habet.

86 Exceptio fideicommiſſi, quando agitur de liquidanda quantitate, & valore bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ad effectum detractionis legitima, vel de liquidandis perſonis ad fideicommiſſum vocatis, requirit altiorem indaginem, nec admittitur in cauſis ſummarijs.

87 Exceptio in iure conſiſtens, an dicatur obſcura, & continere dubietatem, atque requirere altiorem indaginem reponitur in arbitrio Iudicis.

88 Dubietas, nihil refert, an inſurgat ex probatione Actoris, vel potius ex replicatione Rei, quia ſemper dicitur requirere altiorem indaginem.

89 Replicatio facit, quod exceptio dicatur altioris indaginis, quando tamen illud, quod continetur in replicatione, eſt de intentione Rei.

90 Reus tenetur proponere ſuas exceptiones clarè, & apertè, & quidem non continentes repugnantiam, implicationem, vel incompatibilitatem, & numer. 91.

92 Non poteſt ſimul ſtare, quod quis decedat teſtatus, & inteſtatus.

93 Sententia intelligitur ſemper lata prout de iure ferri debebat.

94 Exceptiones habentes profundam indaginem, non poſſunt retardare expeditionem petitionis Actoris, ſi clarè de ea liquet, ſed ſunt reſeruanda ad opportuniorem reſolutionem iuxta communem praxim.

95 Exceptio dicitur altioris indaginis filijs deſuper pendeat.

96 Iudiciorum connexitas ſcindi non poteſt, cùm de eadem re nonniſi ſemel cognoſci debet, non autem pluries.

97 Sententia lata ſuper validitate teſtamenti, non ſolum nocet hæredibus, ſed etiam alijs, qui intereſſi prætendere poſſint.

98 Patiens diſcuti ſuper exceptionibus reſpicientibus dominium, ſeu merita cauſa, ſibi preiudicat in iudicio ſummario per ipſum intentato, ſecus è contra.

99 Hæres tenetur ſoluere integram quantitatem legitima illi relictam, ſi inuentarium non confecerit, & hoc quamuis Hæreditas non ſit ſatis ad ſatisfaciendum.

100 Legitima debetur filio cum fructibus, qui pars legitima dicuntur, atque fructibus augetur, & pari paſſu fructus cum ea procedunt.

101 Fructuum liquidatio fieri poteſt per numerationem anno-

annorum ex compute aritmetice, quod enim ex calculo poteſt liquidari liquidum ſatis dicitur.

102 *Fructus legitimæ ſunt reſtituendi ab illo, qui eos percepit.*

103 *Pendente queſtione fideicommiſſi, ſeu detractionum, legitimam interim filius conſequi debet.*

104 *Quæ autem cautela ſuper exceptionibus propoſitis contra legitimam adhiberi poſsit pro ſecuritate excipientis.*

FLORENTINA LEGITIMÆ

De Berxigbellis.

Die 26. Iunij 1680.

LAta ſub die 2. Septembris 1678. ab Illuſtriſſimo Magiſtratu ſupremo, de voto Rotæ, Sententia, in qua declaratum fuit in legitimam DD. de Berzighellis debitam non eſſe imputandam dotem maternam, nec donationem D. Virginiæ matri factam; nec legatum conditionale Prædij Marignollæ, & Domus Florentiæ, ſed eam deberi liberam à dictis imputationibus, vnà cum fructibus, reſeruata deciſione ſuper reliquis imputationibus, & alijs hinc inde petitis, & ſuper liquidatione dictorum fructuum: Petierunt DD. de Berzighellis, & obtinuerunt à dicto ſupremo Magiſtratu dictæ ſententiæ executionem, ſuper cuius tamen executionis ſententiæ mandato & conſummatione cum commiſſione petita, an eſſet perficienda propter Piorum locorum oppoſitiones dubitatum fuit, quare præfatis non deciſis reſeruatis nobis pro relatione à dicto Magiſtratu commiſſis, firmo tamen remanente decreto conceſſionis executionis, fuit nobis quoque commiſſus articulus petitæ immiſſionis in poſſeſſionem pro prædictæ executionis conſummatione.

Reſolutæ fuerunt concordi voto non minus, quam antecedentes, reliquæ petitæ imputationes, ſed ad fauorem locorum Piorum Collis, prout etiam fuerunt eadem concordia liquidati fructus dictæ legitimæ, tam quoad tempus, quàm quoad quantitatem, & à nonnullis alijs prætenſionibus hinc indè partes abſolutæ ex rationibus, quæ in noſtris motiuis propediem ab his ſeorſim edendis apparebunt, ſed quoad executionem petitam perficiendam ſatis controuerſum fuit ex multis, quæ ad hanc executionem impediendam proponebant loca Pia.

1 In primis vti baſem fundamentalem ſuarum exceptionum præmittebant concluſionem, quam receptiſſimam, & inconcuſſam exiſtimabant: Nempè, quod ſi pater filio quid certum pro legitima cum aliquo tamen onere extrinſeco relinquat, ſi filius præfatum onus non acceptet, ſed reijciat, illud relictum ſibi nullatenus debeatur, nec ex teſtamento peti poſſit, ſed illam tantum legitimam, quæ de iure naturæ ex liquidatione facienda patrimonij Teſtatoris in quantitate de iure debita, conditione ex lege, vel officio iudicis petere valeat.

Hoc deindè iacto fundmento, inferebant, vt cognoſceretur qualis, & quanta eſſe deberet legitima DD. de Berxighellis, qui onera imputationum à teſtatore impoſita reijcerant, ad liquidationem dicti patrimonij eſſe recurrenda prætendebant.

Primò, ex bonis d. D. Claudij eſſe ſeparanda bona omnia, quæ idem D. Claudius Teſtator conſecutus fuerat ex hæreditate q. D. Franciſci q. D. Fuluij de Vſimbardis, quæ ad ſeſemet ſpectare aſſerebant, vti ex fideicommiſſo, & diſpoſitione D. Franciſci, quam licet informem executioni (vti ipſi dicebant) demandare dictus D. Claudius promiſerat, quod apparere dicebant ex eiuſdem D. Claudij Teſtamento, ex quibuſdam teſtibus anno 1653. examinatis ad inſtantiam D. Prioris Franciſci hæredis d. D. Claudij, & ex alijs præſumptionibus: Hanc tamen exceptionem proponebant modo quodam ſatis ſubtili, & inſolito, & diuerſo ab illo, quo dictus D. Prior eam popoſuerat, nam nec dictum teſtamentum informe, nec fideicommiſſa in eo inſtituta approbare volebant, ſed hæc impugnabant, ſolummodò in dicta ſeparatione, vt DD. Berzighellos à legitima excluderent, inſiſtebant, nulla aliorum cognitione adhibita.

Secundò, pariter dicebat à patrimonio D. Claudij eſſe ſeparanda bona contenta in quadam conuentione inter D. Fratres de Vſimbardis anno 1598. inita, in qua poſt defectam Vſimbardorum agnationem ad quoddam fideicommiſſum in dictis bonis factum ſubſtituta erant eadem loca Pia, & hæc erat exceptio eorum propria.

Tertiò, prætendebant à cumulo dicti patrimonij, pro
calculanda d. legitima eſſe ſegreganda bona Collis, ſtante 2
ſtatuto eiuſdem Ciuitatis fœminarum excluſino propter
agnatos vſque in quartum gradum Canonicum, intra
quem, dicebant loca Pia fuiſſe d. D. Priorem hæredem à D. Claudio inſtitutum, cùm legitima ſit metienda ab inteſtata defuncti ſucceſſione iuxta communes regulas.

E contra dicebant DD. Berzighelli, quod cum eorum legitima à D. Claudio Auo ſibi relicta in ſumma ſcutorum 26000. vt in eius Teſtamento litteraliter legebatur, iam foret ex imputationibus, tam in prima, quàm in hac noſtra Sententia declaratis purificata, prout etiam cum iam eſſent liquidati fructus eiuſdem legitimæ, non poſſet de iure executio, pro ea portione, quæ purificata, clara, ac ab oneribus exempta remanebat, propter dictas oppoſitiones retardari, quas oppoſitiones, nec veras in facto, nec in iure ſubſiſtentes eſſe aiebant: Et in omnem caſum cum altiſſimam requirerent perſcrutationem, & indaginem non poterant nec de iure, nec de æquitate legitimæ, quæ multò magis priuilegiata eſt, quam ſint legata Pia, conſecutionem remorari, ſed ad alterius temporis diſcuſſionem eſſe reſeruandas, & hoc ideò, quia verſabamur in iudicio ſummario, & in materia legitimæ, cuius cauſa ſummaria eſt, & in ea exceptiones profundam indaginem requirentes non admittuntur.

Quod hoc iudicium ex diuerſis cauſis eſſet ſummarium, & præcipuè quia agebatur de materia legitimæ,
ſatis certum reddebatur, tum quia legitima ſine mora
præſtanda eſt, *l. quoniam in prioribus*, *l. ſi quis in ſuo*, *&*
l. ſcimus §. cum autem ff. de inoff. teſtam. Pic. *in l. in quartam num.* 161. ibi Bereng. *art.* 3. *num.* 48. *ff. ad l. falc.*
Celſ. Hug. *conſ.* 50. *per tot.* Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 19. *diff.*
24. *ſub num.* 4. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 15. *num.* 75. *verſ.*
3. & Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 5. *quæſt.* 9. *num.* 1. Tum
etiam quia cùm in noſtra ſententia diei 2. Septembris
1678. fuiſſet declaratum, legitimam præfatam DD. de
Berxighellis debitam fuiſſe, & eſſe liberam, & immu- 3
nem à prætenſis imputationibus vnà cum fructibus, ex
bis verbis condemnata loca Pia dicebantur, ad præfatam
legitimam liberam, vnà cum fructibus præſtandam, Soccin. *conſ.* 134. *ſub num.* 3. *lib.* 1. Crauett. *conſ.* 79. *num.*
4. Magon. *deciſ. Flor.* 3. *num.* 19. *& deciſ.* 33. *num.* 13.
Scain. *deciſ. Bonon.* 23. *num* 19. *& ſeq.* Simon. de Præt. *de*
interpr. vlt. vol. lib. 5 *interpr.* 3. *dub.* 1. *num.* 92. *fol. mihi*
569. & cum præfatæ ſententiæ executio fuiſſet à ſupremo
Magiſtratu conceſſa, & nil aliud remaneret, niſi declara- 4
tio ſummæ, pro quo dicta executio perfici debuiſſet, fieri hæc declaratio poterat ſummariè, & extra ordinem,
cum executionis ipſius pars fuerit, vt ex alijs firmauit
Salgad. *de Reg. Protect. part.* 4. *cap.* 10. *à num.* 64. *& ſeq.*
Tum denique quia cauſa agebatur coram ſupremo Magiſtratu, coram quo, vti Principem repræſentante,
omnes cauſæ ſummariæ ſunt, vt dixit Monac. *deciſ.* 5
Florent. 52. *num.* 3.

Et licet Bald. *in d. l. ſi quis in ſuo*, quem ſequitur ibi Iaſ. 6
per illum Textum dixerit cauſam legitimæ eſſe ordinariam, hoc tamen intelligi debet ad differentiam executiuæ,
cùm alias rectè ſe compatiantur, quod Iudicium ſit ordi- 7
narium, & ſummariè tractetur Caſtr. *conſ.* 34. *num.* 26.
lib. 3. Celſ. Hug. *d. conſ.* 50. *num.* 7. Peregr. *conſ.* 106. *num.*
3. *lib.* 3. & Merlin. *d. quæſt.* 9. *num.* 5. *&* 6.

Quibus nec officiebat, quod DD. de Berzighellis per
viam libelli ordinarij Iudicium incohaſſent, cùm etiam
in ſummarijs prohibitum non ſit libellum offerre, litem 8
conteſtari, & ſententiam diffinitiuam ferre Bart. *in extraoagant. ad reprimendum num.* 2. 3. Natt. *in Clem. ſæpe §.*
quæ omnia num. 8. *& ſeq. de verb. ſignif.* Celſ. Hug. *d. conſ.*
50. *num.* 5. 6. & Merlin. *d. quæſt.* 9. *num.* 5.

Circa ſecundam, & tertiam exceptionem licet fuiſſet
grauis diſputatio; Validior tamen controuerſia redacta
fuit, Primò ad concluſionem illam à locis Pijs propoſitam, quod filius, cui certa legitima in ſpecie, vel quan-
titate cum onere extrinſeco imputationis rei de iure non 9
imputandæ, vel alio à legibus improbato, fuerit à pa-
renti-

Digitized by Google

rentibus relicta, non poſſit illud onus reijcere, & pete-
re dictam legitimam ſibi ex paterno teſtamento iure
inſtitutionis particulariter legatam, ſed ex quo contra-
uenit paterno mandato in non acquieſcendo oneri iniun-
cto, cadat à re particulariter relicta, & pro obtinenda
eius legitima, eidem ſit neceſſarium recurrere ad liqui-
dationem ſtatus hæreditarij, & petere illam legitimam
quam ſibi de iure communi ex dicta liquidatione de-
beri conſtaret; ſecundò, ſine veri præiudicio, ſuppo-
ſita dicta concluſione pro vera, & legali, An exce-
ptio in ſpecie ſeparationis bonorum q. D. Franciſci q.
Fuluij de Vſimbardis à patrimonio D. Claudij, & aliæ op-
poſitæ, ad præfatam exceptionem remouendam, forent
admittendæ.

In hac graui diſceptatione interuenientes pro locis Pijs
dicebant, d. concluſionem eſſe veram, & receptiſſimam,
& exceptionem præfatam ſeparationis patrimoniorum
10 eſſe facillimæ digeſtionis, & proinde in hoc iudicio tam-
etſi ſummario, potuiſſe ad executionem prædictam retar-
dandam opponi, cùm iam à Priore Franciſco q. Iacobi
hærede D. Claudij fuiſſet oppoſita, ſuper ea teſtes exami-
nati, commiſſa bonorum æſtimatio, de ea cognitum,
& in ſententia pro deciſione reſeruata, cuius proſecutione
loca Pia vti, nec quidquam aliud in facto deducere inten-
debant.

11 Quod dicta concluſio foret receptiſſima, & commu-
niter approbata dicebant, quia cùm filius reijcit à pa
tre onus impoſitum in legitima, hoc facit contra volunta-
tem patris, vt admittere videntur Merlin. *de legit. lib.* 2.
quæſt. 5. *num.* 2. *& alij*. Ergo illa legitima in quantitate,
vel certa ſpecie ſibi relicta, tamquam ex paterna volunta-
te, quæ eſt indiuidua, amplius non debetur, ſed illa tan-
12 tum quota, quæ reſultat ex liquidatione ſtatus hæredita-
rij, & vt de iure communi ſtatutum eſt, & pro hoc alle-
gabantur Giouagnon. *conſ.* 2. *à num.* 4. *lib.* 2. Altograd.
conſ. 84. *num.* 153. *lib.* 1. & D. de Luca *de legit. diſc.* 26.
num. 10.

. Quod exceptio prædicta ſeparationis bonorum foret
facillimæ digeſtionis, arbitrabantur ex eo, quod factum
iam in proceſſu inter Dominos de Berzighellis, & D.
Priorem Franciſcum fabricato eſſet firmatum, & Loca
Pia alias probationes nolle facere proteſtati fuerint, & ſo-
13 lus iuris articulus ex eo reſultans decidendus remaneret,
qui propterea faciliter ex librorum reuolutione decidi po-
terat, cùm ius certum ſit, ex Bald. *in l. Ancillæ num.* 2. *C.
de furt. & ſimil.* & ideò ad hanc reſolutionem, ſuſpenſa
executione, deueniendum erat, cum hæc exceptio, vt
diximus fuiſſet propoſita à d. D. Priore contra DD. de
Berzighellis, à Locis Pijs proſequuta, & vnà cum alijs
pro deciſione à dicta ſententia die 2. Septembris reſer-
uata.

14 At nos in diuerſam iuimus opinionem, nempe hæc om-
nia dubioſiſſima in facto, & in iure eſſe, prolixam ſatis, &
altiſſimam requirere diſquiſitionem, & propterea non
poſſe mandatum, & conſumationem executionis iam à
Magiſtratu ſupremo conceſſæ pro ſumma legitimæ iam
purificata, & certa, & fructuum cum ea debitorum, pari-
ter liquidatorum, remorari, ſed has oppoſitiones, vti ſatis
dubias, longas, & ambiguas ad commodiorem tracta-
tionem, & diſcuſſionem eſſe reſeruandas, vt in noſtro
voto.

Nam quod attinet ad illam concluſionem, quæ pro baſi
fundamentali harum exceptionum liquidationis ſtatus
hæreditarij D. Claudij Teſtatoris, & prætenſæ ſeparatio-
nis patrimoniorum à Locis Pijs afferebatur, quamuis ab
eorum patronis ſolida, inconcuſſa, & communiter rece-
15 pta appellaretur, eam tamen eo modo, quo opponeba-
tur nec communem, nec receptam, ſed labilem, &
contra iuris notiſſimas in hac materia propoſitiones, &
proinde ſcabroſiſſimam, & ſatis ambiguam, & peri-
culoſam eſſe cognouimus, cùm eſſe videretur contra
textus expreſſos, contra legum rationem, & contra
approbatas Doctorum traditiones, & Tribunalium
receptas opiniones, quod vltra aliàs latè deducta
probatur.

Contra textus expreſſos enim eſſe videbatur, nempe
contra vulgatum in *d. l. quoniam in Prioribus C. de inoff.
Teſtam.* in quo ex recepta interpretatione ſi Pater aliquid
16 certum filio pro legitima relinquat, prout hoc facere poſſe,
indubitatum eſt ex *§. hæc autem Auth. vt cum de appell. &
cap. cum pater de Teſtam. in* 6. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.*
2. *quæſt.* 20. & aliquam conditionem, modum, dilatio-
nem, vel onus extrinſecum edijciat, hæc omnia pro non
adiectis, & pro non ſcriptis ipſo iure habentur, & relictum
vti purum debetur, qui *Text.* ſic à DD. ſumatur, & eſt
interpretatio à nemine impugnata, vt per Bartol. Bald.
Salic. Caſtr. Iaſ. & alios ibi, & præcipuè Suar. *in euident.
in princ. & num.* 17. latè Fachin. *conſ.* 27. *à num.* 8. *& mul-
tis ſeqq. lib.* 1. *& lib.* 12. *contr. cap.* 7.

Eſt contra *Text. in l. ſi quando §. & generaliter C. eod.
tit.* in quo ad correctionem iuris antiqui, de quo propter
Rot. *deciſ.* 206. *num.* 5. *part.* 1. *rec.* ſtatuitur, quod ſi pa-
ter filio aliquid certum, minus tamen in quantitate, vel 17
cum onere pro legitima relinquat, & filius ſimpliciter reli-
ctum acceptet, non intelligitur ſibi præiudicaſſe, quin
poſſit ex interuallo onus appoſitum reijcere, & vltra id
quod fuit relictum, etiam ſupplementum petere, vt per
Scrib. omnes *in d. §. & generaliter*, Suar. *in d. l. quoniam
in prioribus ampliat.* 9. & ibi Vaſq. *num.* 251. *& lib.* 3. *de
ſucceſſ. reſol. ad d. §. & generaliter num.* 1. Merlin. *de legit.
lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 1. 2. 3. *tit.* 3. *quæſt.* 3. latè Caſtill.
quotid. reſol. lib. 5. *cap.* 107. *à num.* 54. *& ſeq. & cap.* 64.
num. 66. Rot. *d. deciſ.* 206. *num.* 6.

Item eſt contra *Text. in d. §. hæc autem verſ. certum Auth.*
vt cùm de appellatione in quo dicitur quod ſi filij fuerint a 18
patre hæredes in certis rebus, quæ legitimam non æqua-
rent nominati hoc onere a lege reiecto, valeant ſupple-
mentum petere ex *l. omnimodo, & l. ſcimus C. de inoff.
Teſtam.* quod ſupplementum cùm non poſſit conſiderari,
niſi ſuppoſita acquiſitione primordialis relicti, quod ſup-
pleri mandatur, iuxta practicam communiter receptam
Bart. *conſ.* 17. *lib.* 1. Crauett. *conſ.* 312. *ſub num.* 4. Vaſq. 19
in d. §. & generaliter num. 10. *in fine*, Merlin. *de legit. lib.*
3. *quæſt.* 2 *num.* 12. *tit.* 3. *& lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 7. 8.
& quæſt. 9. *num.* 3. 4. meritò dicendum etiam eſt, non
prohiberi filium onere contra patris mandatum reiecto, 20
id, quod ſibi relictum fuit, conſequi ad computum ſuæ
legitimæ, vt docent Bald. & Salic. *in d. § & generaliter*,
Ruin. *conſ.* 56. *num.* 8. *& conſ.* 60. *num.* 4. *lib.* 2. Mantic.
de Coniect. lib. 8. *tit.* 2. *num.* 19. Fachin. *d. conſ.* 27. *num.*
5. Peregrin. *de fideic. art.* 36. *nu.* 94. *& conſ.* 67. *num.* 16. *lib.*
1. Mart. Med. *deciſ.* 6. *num.* 19. Fab. *in C. d. lib* 3. *tit.* 19.
diffin. 10. *&* 15. Corn. *conſ.* 148 *ſub num.* 1. *lib.* 4. Stoch.
dec. Brab. 35. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 10. *num.*
4. & Rot. poſt eum *deciſ.* 75. *num.* 1. *et ſeq.* Bary. *de ſuc-
ceſſ. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 16. Quod & in quocumque alio
onere locum habere tradit Vaſq. *in d. l. quoniam in priori-* 21
bus num. 286.

Demum eſt contra *Text. in l. reprehendende C. de inſt.
et ſubſtit. l. Seius, et Augerius ff ad l. falc. l. obtinuit, l. ſed
ſi hoc § fin. ff. de cond. et demonſtr.* cum alijs concordanti-
bus, vbi ſi legatum particulare, vel inſtitutio vniuerſalis 22
fiat etiam de extraneo ſub conditione de iure impoſſibili,
prout eſſe illam, quæ ſuper legitima filij à iure non appro-
bata a patre imponitur, non ex parte rei, ſed ex priuile-
gio perſonæ, & cauſæ, tradunt Oldrad. *conſ.* 142. *num.* 8
Galganet. *de condit. & demonſtr. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. Can-
cer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 22. *num.* 156. *& ſeq.* Vaſq. *ad
d. l. quoniam in prioribus num.* 171. vel quia contra ius na-
turale, vt per Oldrad. & Galganet. ibi, vel quia in frau-
dem legis *d. l. Seius, & Augerius*, Rot. *d. deciſ.* 206.
num. 3. Moriſc. apud Andr. *contr.* 250. *num.* 23. conditio
illa habetur pro non ſcripta, & remiſſa de iure ciuili, &
res ipſa particularis legata, vel vniuerſa hæreditas debetur
ex Teſtamento; ac ſi purè eſſet relicta, Bartol. *in l.* 1. *ſub
num.* 11. *ff. de cond. inſt.* Duran. *de cond. & mod. impoſ.
part.* 2. *cap.* 1. *num.* 40. 53. *et ſeq.* Sud. *conſ.* 218. *num.* 18.
cum alijs adductis à Torre *de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *tit.* 13.
num. 133.

Contra legum rationem videtur eſſe allegata concluſio,
quia non alia ratione motus fuit, vt alibi diximus, Impe-
rator *in l. omnimodo, et in d. l. quoniam in prioribus C. de
inoff. Teſtam.* ad conſtituendum, vt legitimæ integrè
non relictæ ſupplementum deberetur, & omnis conditio,
modus, dilatio, & quodlibet onus in ea appoſitum habe-
rentur pro non ſcriptis, niſi pro ſubſtinendo teſtamento
paterno ſine filiorum detrimento: nam teſtamentum pa-
tris de iure antiquo, vt hoc reperimus, ſi legitima inte-
gra, tam in quantitate, quàm in onere non fuiſſet titu-
lo inſtitutionis relicta, corruebat, vt innuit ibi Iuſti-
nianus

nianus in d. l. omnimodò et in d. l. quoniam in prioribus,
quod & repetit in l. ſcimus in princ. & in §. cum autem C.
eod. tit. & tradunt Caſtr. in d. l. quoniam in prioribus num.
246. Molin. de inſt. & iur. diſp. 177. num. 1. & alij, quod
alibi allegauimus. Et propterea inferunt DD. quod hodiè
ſi à patre onus aliquod in legitima apponatur, vitiatur
onus, ſed non vitiatur inſtitutio particularis facta in legi-
24 tima, vt latè per Peregrin. de fideicomm. art. 36. à num. 63.
& ſeqq. Merlin. qui plurimos citat. de legit. lib. 3. tit. 2.
quæſt. 2. in princ. & per tot. Quare ſi verum eſſet, quod fi-
lius conditionem, vel onus extrinſecum à legitima con-
tra paternum præceptum reijciendo, non obſtante quod
hoc ſibi ex beneficio legis concedatur, caderet à relicto ſi-
bi à patre facto, ſequeretur neceſſariò, quod filius ex ea-
25 dem patris voluntate, quæ exaduerſo indiuidua dicitur,
non haberetur pro inſtituto, & per conſequens paternum
teſtamentum corrueret contra rationem, & diſpoſitionem
legum prædictarum, & ſic tantum beneficium ab Impera-
tore introductum vacuum remaneret ex his, quæ tra-
dunt Caſtr. in d. §. & generaliter ſub num. 3. verſ. ſed quid
ſi, dixit Bary de ſucceſſ. lib. 16. tit. 10. num. 7. in fin. Ga-
bt. conſ. 137. num. 42. lib. 2. Surd. deciſ. 21. num. 10. verſ.
ad tertium, quod quam ſit inconueniens nemo eſt qui
iudicare non poſſit, vndè vt tanta euitetur abſurditas,
concludendum eſt, filium, quamuis reijciat onus à le-
gitima, quia id facit lege concedente, poſſe nihilominus
conſequi, tamquam purum, totum id, quod ſibi
pro legitima fuit relictum, vt præfatæ leges diſponunt,
iuxta receptiſſimam earumdem legum interpretatio-
nem.

Contra Doctorum quoque, & Tribunalium approba-
tiſſimas opiniones eſſe videtur dicta concluſio, nam
26 ſi filio in ſpecie certa, vel quantitate legitima relinqua-
tur cùm aliqua conditione, dilatione, vel alio onere
extrinſeco, quod, his reiectis, poſſit idem filius ſpe-
ciem, vel quantitatem ſibi relictam petere, pro indubi-
tato, vltra ſcribentes omnes in d. l. quoniam in Prioribus,
& in ſpecie, Caſtr. num. 9. & Salyc. num. 9. in fin. & d.
l. ſcimus §. cum autem, firmant Bald. conſ. 342. num. 1. 2.
lib. 2. Ancharan. conſ. 128. per tot. Caſtr. in conſ. 73. ſub
num. 2. verſ. his non obſtantibus lib. 1. Ruin. conſ. 56. num.
8. & conſ. 60. num. 4. lib. 2. Gabr. conſ. 106. lib. 1. Capr.
conſ. 73. num. 7. Laderch. conſ. 28. ſub num. 6. Simon. de
Præt. de interpr. vlt. vol. lib. 5. dub. 3. num. 117. & ſeq.
Cyriac. controuer. 645. numer. 7. Craſſ. in §. legitima
quæſt. 41. numer. 3. Bary d. lib. 16. tit. 10. num. 11. Gal-
uan. conſ. 7. numer. 1. & 3. & ſeq. & conſ. 31. à numer. 13.
& ſeq. Houded. conſ. 53. numer. 24. lib. 2. Vaſqu. in l.
quoniam in prioribus §. 10. numer. 214. & ſeq. & num. 16.
Fachin. conſ. 27. à numer. 8. 9. 14. 25. lib. 1. Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 731. num. 5. & ſeq. Caualc. deciſ. 17.
numer. 30. 32. & ſeq. part. 4. Barz. deciſ. 86. per tot. Ma-
ſtrill. deciſ. 78. Buratt. deciſ. 115. numer. 5. & ſeq. & Peu-
ting. deciſ. 502. numer. 6. 7. & alij multi, qui poſſent al-
legari, qui hanc concluſionem pro certa, & indubitata
ſupponunt, nec eam in dubium reſtricant: Et quod pro
27 ea conſequenda, reiecto onere, detur actio ex teſtamen-
to contra hæredem tradit Salyc. in d. §. cum autem numer.
10. vbi inferiùs plenè confirmat, & poſt eum addo Vaſq.
in d. §. 10. num. 214. verſ. vnde; Et quod eidem filio etiam
28 competat hypothecaria, prout pro plena executione
diſpoſitionis teſtatoris ex diſpoſitione l. 1. C. Com. de le-
gat. datur legatarijs, pariter firmant Gratian. d. cap. 731.
num. 5. Buratt. d. deciſ. 115. numer. 5. 6. & 12. Peu-
ting. d. deciſ. 502. num. 6. 7. Maſtrill. d. deciſ. 78. num. 8.
Merlin. de pign. lib. 3. quæſt. 14. numer. 134. & 152. Et
29 quod licet impoſſibilis conditio à Teſtatore legato, vel in-
ſtitutioni adiecta pro non ſcripta habeatur, & dicatur
reijci contra voluntatem teſtatoris, vt ait Dur. de con-
dit. impoſ. part. 2. cap. 3. numer. 1. & 2. Nihilominus, ea
30 reiecta, & actio perſonalis ex teſtamento, rei vendica-
tio, & hypothecaria, beneficium l. fin. C. de edict. Diu.
Hadr. & aliæ actiones, quæ ex teſtamentis oriuntur,
dentur honoratis, tradunt Bart. in d. l. 1 numer. 11. de
cond. inſtitut. Alex. in l. 1. §. Lex falcidia ſub numer. 9. &
in fin. ff. ad leg. falc. Ruin. in l. 1. ſub numer. 99. ff. de le-
gat. 1. Duran. d. cap. 3. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 11.
tit. 13. numer. 66. & 74. Menoch. de adipiſc. remed. 4.
num. 150. & ſeq. Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 9. art. 11. num.
3. et ſeq. et num. 42. et 44. Merlin. d. quæſt. 14. num. 151.
et ſeq. et quæſt. 97. num. 9. in fin. Eman. Acoſta in l. cum ta-
le §. ſi arbitratu, ampliat. 1. ſub num. 2. et ſeq. ff. de cond.
qui inconuincibili ratione hoc confirmat, qui licet agat de
conditionibus impedientibus libertatem matrimonij, ta-
men ab his benè arguitur ad conditiones impedientes li- 31
bertatem legitimæ, vt facit Ruin. in l. filius fam. §. Diui
num. 60. ff. de leg. 1. & ſic de alijs ſimilibus dicendum eſt,
cum eadem ſit ratio.

Et iure quidem, quia ſi filius inſtitutus purè in legiti-
ma, vel legatarius cui relictum eſſet purè legatum, poſ-
ſet reſpectiuè prædictis actionibus conſequi, quod ſibi
relictum eſt d. l. 1. C. comm. de legat. & nemo de hoc du-
bitat, idem eſſe debet, quando relictum factum eſſet
ſub onere, vel conditione, quæ ex legis fictione habe- 32
tur pro non ſcripta, cùm fictio legis, & rei veritas
æquiparentur, & idem præſtet fictio in caſu ficto,
quod veritas in caſu verò, vt optimè in propoſito tradunt
Fachin. controu. iur. lib. 12. cap. 7. Duran. cap. 1. 22. &
46. & Acoſta in d. §. ſi arbitratu d. ampliat. 1. ſub
num. 2.

Diximus, poſſe filium, reiecto onere, legatum parti-
culare in certis rebus, vel pecunia factum petere, quia
eſt in eius libera voluntate hoc facere (niſi aliter Iudici
videatur) cùm hoc ad ſui fauorem fuerit inductum, non 33
tamen, ſi nolit, teſtamentum corruet, ſed illo valido
remanente poſſet filius pecuniam, vel aliam rem certam
tamquam ſibi damnoſam reſpuere, & petere legitimam
in alijs corporibus hæreditarijs arbitrio Iudicis, iuxta il-
lam quantitatem, quæ ex ſtatus hæreditarij liquidatione
reſultaret, vt per Vaſqu. in d. l. quoniam in prioribus
num. 526. & Fab. in C. d. lib. 3. tit. 19. diff. 9. & infra di-
cemus.

Prout etiam ſi hæres diceret legitimam relictam fore
exceſſiuam, & onus ſuſtineri poſſe in exceſſu, non
negamus poſſe ab eo, ad quem ſpectat, pro hoc digno- 34
ſcendo, deueniri ad ſtatus hæreditarij liquidationem,
non tamen, vt corruat legatum, ſi filius onus repudiet,
vt exaduerſo prætenditur, ſed vt illo firmo remanen-
te, extra legitimæ metam onus ſubſiſtat, iuxta text. in
d. l. ſcimus §. cum autem, Salyc. in d. l. quoniam in priori-
bus num. 6. in fin. Peregrin. de fideicomm. d. art. 36. num.
63. Purpur. conſ. 380. num. 1. verſ. cum ergo lib. 1. Rot.
deciſ. 200. num. 6. verſ. ſed quidquid part. 1. recent. Caual-
can. d. deciſ. 17. num. 30. & ſeq. part. 4. & Rot. poſt Mer-
lin. de legit. deciſ. 89. num. 5. quod, an in caſu præſenti
poſſet ab hæredibus ſubſtitutis obtineri, permaximè
poſſet dubitari, cùm verſemur in legitima ſic tanti ſecun-
dum legalem quantitatem ab ipſo teſtatore, vt aſſe-
ruit, taxata, & alteri ex filiabus ab hærede ſoluta, nec
vllo modo petatur, vel relictum ſit ſupplementum, qui-
bus caſibus nec poſſet habere locum, quod dicit Ferret. 35
in addit. ad Guid Pap. deciſ. 93. ſequens Fab. in C. lib.
3. tit. 19. deffin. 12. & 34. & de error. pragmat. decad. 15.
error. 1. nam vltra quod Faber. d. error. 1. contra pra-
gmaticos, ideſt contra communem interpretum opinio-
nem ſe loqui ipſemet aſſerit, de qua communi opinione
teſtantur Vaſqu. d. §. 10. num. 224. Craſſ. in §. legitima
quæſt. 38. num. 23. Bary de ſucceſſ. lib. 16. tit. 10. num. 5.
& contra text. in d. l. quoniam in prioribus; Nec vult Fa-
ber. vt filius repellatur à legato legitimæ, ſed quod
illam teneatur recipere cum onere appoſito, quaſi quod
legitima præſumatur exceſſiua, & onus in exceſſu rectè
appoſitum, vt in d. error. 1. num. 4. & error. 2. per tot.
quod propterea etiam extra dictos caſus attendendum
non eſſet, niſi legitima verè exceſſiua appareret, &
pater notam cautelam adijceret, filium ſcilicet tali le-
gitima debere eſſe contentum cum dicto onere, alias
eſſe in ſola legitima inſtitutum, Arias de Meſa var. lib.
2. cap. 8. numer. 22. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 7.
quæſt. 8. num. 9. & quæſt. 10. num. 16. & 17. & Rot. d.
deciſ. 206. num. 4. part. 1. recent. Galuan. conſ. 7. num. 15.
Adhuc ipſemet Faber. eius opinionem limitat, quando
legitima eſſet æſtimanda, vt in d. diffin. 34. verſ. quam-
uis, vndè tantò magis quando eſſet æſtimata ab ipſo te-
ſtatore, quod & tradit Merend. lib. 22. controu. cap. 50.
num. 9. ſumus in hærede, & ſubſtitutis vniuerſalibus,
qui hæreditatem ſine beneficio inuentarij acceptauerunt,
& propterea (quidquid ſit in filijs in ſola legitima inſti-
tutis)

tutis) regulariter non poſſunt teſtatotis factum, & aſſer-
37 tionem impugnare, qui legitimam filiæ, & nepotum in
tanta ſumma declarauit, cui aſſertioni propterea tam-
quam iuſtæ ſemper ſtandum eſt, ex Bald. *conſ.* 89. *num.*
3. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 47. *ſub num.* 16. *verſ. ſucceſſiue lib.* 1.
Fuſar. *conſ.* 158. *à num.* 17. *& ſeq.* Matth. Berlicb. *pract.*
concluſ. part. 3. *concluſ.* 13. *numer.* 25. Tuſcb. *litt. L. con-*
cluſ. 188. *numer.* 42. Rot. *deciſ.* 67. *numer.* 3. *verſ. cum*
ex aſſertione, & deciſ. 163. *num.* 4. *part.* 5. *recent.* Caren.
reſolut. 124. *ſub num.* 5. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 2.
numer. 239. *&* 346. Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 104.
numer. 7. Buratt. *d. deciſ.* 115. addo Hod. ad Surd. *deciſ.*
130. *num.* 2.

Sicuti, ſi filius legitimam à patre relictam integram
38 non eſſe aſſereret, & propterea vt ea ſibi suppleretur pe-
teret, ad ipſum, ex eadem ratione, quod legitima à
patre relicta præſumatur integra, ſtatum hæreditatis pa-
ternæ probandi, & liquidandi onus pertineret ex dicta
practica Bartoli communiter, vt diximus recepta *conſ.*
17. *lib.* 1. Merlin. *d. lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 2. *in fin. in ad-*
dit. Bich. *deciſ.* 94. *num.* 4. *& ſeq. deciſ.* 136. *numer.* 6. *de-*
ciſ. 139. *num.* 4. *&* 6. *deciſ.* 414. *num.* 40. Fab. *d. tit.* 19.
diffin. 15.

Et licet legitima ſit quota ſingula bona patris, deducto
ære alieno, reſecans ipſo iure ex legis miniſterio *Auth.*
nouiſſima, & l. ſcimus in princ. C. de inoff. teſtam. l. linea
39 26. *ff. ad l. Falcid.* Surd. *conſ.* 128. *num.* 3. non tamen ex
hoc prohibetur pater quinimò laudatur, ſi pro menſura
ipſius quotæ quantitatem aliquam ex ſuis bonis à filio
percipiendam, & in eam compenſandam ipſemet arbitre-
tur, non enim parum grauaminis filio infertur, cùm
eius legitimam in iudicio ex ſtatu hæreditario liquidare
tenetur, quod nonniſi ſine magnis impenſis, & dila-
tionibus fit, vt rectè conſiderarunt Fab. *in C. d. tit.* 19.
diffin. 9. *num.* 4. *in fin. & diffin.* 29. *num.* 3. & Franch. *de-*
ciſ. 575. *num.* 3. 4. *&* 5. cum grauatus etiam diceretur ex
40 eo tantum, quod pro eius acquiſitione illam petere eſſet
obligatus, Surd. *conſ.* 128. *num.* 3. Mantic. *de coniect.*
lib. 7 *tit.* 8. *num.* 10.

Et ad hoc facit, quod quando dicimus legitimam eſſe
trientem, vel ſemiſſem illius, quod quis habiturus eſſet
ab inteſtato, & ſic eum denominemus per nomen iuris
41 vniuerſalis, hoc tamen intelligimus ratione quotæ de-
monſtrandæ, non ratione quotæ exigendæ, & propte-
reà quoad hoc idem eſt, ſi in legato quantitas aliqua
pro legitima exprimatur per nomina numeralia, ac ſi
per nomina quantitatiua, quando certa eſt ex parte
rei exiſtentia bonorum, ex quibus ſit exigenda, vt per
Salyc. *in l.* 2. *num* 27. *in fin. verſ. & ideo C. de noxal.* Soc-
cin *conſ.* 150. *num.* 28. *in fin. verſ. poſtremo lib.* 1. Pacian.
conſ. 5. *numer.* 59. 60 *&* 61. Rot. poſt Melium *de alim.*
deciſ. 99. *numer.* 9. *& ſeq.* Quæ verò dicebantur de
indiuiduitate voluntatis teſtatoris vera non eſſe videban-
tur, quando conditio, vel onus eſſet à iure reproba-
tum, quia tunc vtile per inutile non vitiatur, & reij-
42 citur onus, firmo in cæteris remanente relicto *d. l. quo-*
niam in prioribus vbi gloſſ. d. §. cum autem, Merlin. *d.*
lib. 3. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *numer.* 1. Duran. *de cond. part.* 2. *cap.*
3. *num.* 2. & eò magis in caſu noſtro, in quo onus fuit im-
43 poſitum non per viam modi, nec conditionis, quæ ſub-
ſtantiaret inſtitutionem in legitima, ſed per viam
fideicommiſſi, vt egregiè docuit Ruin. *conſ.* 60. *ſub num.*
5. *lib.* 2.

Nec præmiſſis obſtare poſt doctrina Giouagnon. *allegat.*
conſ. 2. *à num.* 4. *lib.* 2. qui probare, & ſubſtinere conten-
dit legitimam, à qua ex diſpoſitione legis onus dilationis
44 reijcitur, non deberi ex teſtatoris diſpoſitione, & pro-
pterea hypothecariam non competere, nam ipſe ſine
lege, ratione legali, & authoritate loquitur, & ſolum-
modò ſuam opinionem confirmat arguendo à ſupple-
mento in quantitate, quod, ſcilicet, ſicut illud de-
betur conditione ex lege contra voluntatem teſtatoris,
ſic & deberi dicatur legatum, à quo onus reijcitur,
nam huiuſmodi arguendi modus ſubſtineri non poteſt,
cùm à ſupplemento in quantitate, ad ſupplementum
ex reiectione oneris argui quidem poſſit, quod, ſcili-
cet, ſicut ſupplementum quantitatis fit ſecundum, vel
45 contra voluntatem teſtatoris, ſic & ſupplementum ex
reiectione oneris eodem modo fiat, cùm hæc duo ſup-
plementa parificentur, & propter eumdem finem ex mini-
ſterio legis ipſo iure fuerint ordinata ex *text. in d. l. quoniam* 46
in prioribus, & ſupra diximus, & ſic arguunt Ruin.
conſ. 27. *num.* 17. *lib.* 3. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus*
ampl. 10. *ſub num.* 8. *&* 29. *in fin. verſ. ſed ſi hoc &c.* Corn.
conſ. 290. *num.* 3. *in fin. lib.* 3. Caſtill. *quotid. contrau. lib.*
5. *cap.* 107. *num.* 37. *& ſeq.* non autem validè argui poteſt
à ſupplemento ad id, quod vel ex quantitate, vel
ex reiectione oneris ſuppletum remanet, nam ex appro-
bata Doctorum opinione, poſito ſine veri præiudicio,
quod ſupplementum illud fiat contra voluntatem teſta-
toris, hoc tamen petitur iuxta eius voluntatem, &
actione ex teſtamento, licet filius oneri ſibi iniuncto
de plus non petendo non acquieſcat, Vaſqu. *in d. l. quo-*
niam in prioribus num. 516. *& plur. ſeqq.* Fuſar. *conſ.* 89.
num. 13. *verſ. & quamuis, & per tot.* Fab. *d. tit.* 19. *diff.* 10.
& 15. Bich. *d. deciſ.* 414. *num.* 29. *& ſupra*, & alias latè 47
probauimus, & propterea inſubſiſtens videtur eſſe
eius illatio, quod pro tali legitima legata, onere
reiecto, non detur hypothecaria, cùm contrarium ve-
riſſimum ſit ex Buratt. *d. deciſ.* 115. *num.* 5. *& ſeq. et*
num. 12. Peutinger. *deciſ.* 502. *num.* 6. 7. Maſtrill. *d. de-*
ciſ. 78. *num.* 8. & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 731. *num.*
5. *et ſeq. et alijs ſupra citatis.* Et cum Giouagnonus con- 48
ſuluiſſet ad clientis commodum in cauſa hic Florentiæ
agitata, videndum eſſet, quid fuerit à Sereniſſimo Prin-
cipe, qui cauſam aſſumpſit, iudicatum, non quid ab eo
fuerit conſultum.

Præterquamquod propoſitio illa Giouagnoni, quod ſup- 49
plementum legitimæ filio non debeatur ex diſpoſitione
teſtatoris, ſed contra eius voluntatem, & petatur condi-
tione ex lege *gloſſ. in d. l. omnimodo C. de inoff. teſtam. &*
alijs quos refert, multas, & inſolubiles patitur difficulta-
tes, ex quibus, quidquid ſit de opinione, quam de ſtylo
tenet Rot. de qua apud Merlin. *de legit. deciſ.* 130. *num.* 2.
eamque indiſcuſſo negotio videntur ſequi Rauden. *conſ.* 50
21. *num.* 11. *& alij ab eo alleg.* melius, & ſecurius dicitur,
contrariam opinionem eſſe veriorem, nempè legitimæ
ſupplementum filio deberi ex beneficio quidem legis, ſed
originaliter ex diſpoſitione, & voluntate teſtatoris, & pe-
ti poſſe actione ex teſtamento ex verbis rotundis *text. in* 51
d. l. ſcimus in princ. ibi: *Si pater minorem debita portio-*
nem filio ſuo reliquiſſet, omnimodo, et ſi non adijciatur
viri boni arbitratu repleri, filio attamen ipſo iure ineſſe
eamdem repletionem, & ſic quod ex legis prouidentia ex
ſola parte, integra legitima habetur pro legata, & minus 52
ſcriptum, quam dictum ſit, & hanc, vltra alios alibi al-
legatos, ſequuntur Caſtr. *ibi num.* 2. Dec. *conſ.* 235. *ſub*
num. 6. *verſ. non obſtant*, Rubr. Alex. *conſ.* 156. *num.* 2 *&* 15.
Seſſe *deciſ.* 270. *num.* 2 *part.* 3. & vti veriſſimam latiſſi-
mè tuentur Hodiern. *in d. l. hac aediktali quæſt.* 8. *per tot.*
Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 3. *ſub num.* 26. 27. *&* 18.
Fab. *in C. d. tit* 19. *diff.* 10. Roſa *conſult.* 29. *num.* 44. *&*
45. Amat. *conſ.* 39. *num.* 34. 35. *&* 36. Merlin. *de legit.*
lib. 3. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *ſub num.* 2. Galuan. *conſ* 6. *ſub num.*
13. *& conſ.* 7. *num.* 2. *verſ. cæterum*, Bellon. *de iur. accre-* 53
ſc. cap. 9. *quæſt.* 45. *num.* 39. 49. 50 *&* 58. *& ſeq.* Et vix ſub-
ſtineri tantum illa propoſitio poſſet cum illa diſtinctione,
quam reprobato in ſpecie Giouagnon. *d. conſ.* 2. tradit
idem Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 133. quam ſe-
cuti fuerunt etiam Put. *deciſ.* 9. *num.* 2. *& deciſ.* 14. *num.*
15. *lib.* 2. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 17. *num.* 173. *&*
ſeq. & Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 13. *num.* 74. qui alios
referunt.

Altograd. *quoque obiecto conſ.* 84. *num.* 135. *lib.* 1. obſta-
re non poſſe videtur, cùm potius ipſe contrarium fir- 54
met ibi in fine & ſuper priori dicto fundamentum non
facit, dum dicit, reijci potius onus à legitima ex benefi-
cio, & operatione legis, quam ex impugnatione filij,
quaſi quod eidem legitimam liberam petenti nil imputari
poſſit, ſi onus impugnet, cùm ex hoc teſtamentum po-
tius conualidetur, quam oppugnetur ex *d. l. quoniam in*
prioribus C. eod. tit. de inoff. teſtam. Salicet. *in d. l. omnimo-*
do num. 4. & ibi Iaſ. *num.* 5. Pariſ. *conſ.* 43. *num.* 33. *lib.* 3.
Boer. *deciſ.* 201. *num.* 6.

D. verò de Luca *d. diſc.* 26. *num.* 10. *de legit.* impugnan-
do duas Rotæ deciſiones contra eius Clientem latas, tra-
ctat, an pro legitima legata detur beneficium, *l. fin. C.*
de edict. Diu. Hadr. vel hypothecaria, & ex diſtinctione,
quam

Digitized by Google

quam ipſe affert, & nos ſupra deduximus, concludit oon
dari, quando filius, impugnando voluntatem patris, lè-
gitimam in pecunia, in fructibus, vel in prædijs fortè
non fructiferis ſibi relictam nollet acceptare, nam tunc,
firmo manente teſtamento etiam de iure antiquo, illam
habere debet, prout ſibi de iure communi debetur arbitrio
Iudicis in alijs corporibus hæreditarijs, prout tradunt
etiam Fab. *in C. de tit.* 19. *diffin.* 9. & Vaſq. *in d. l. quoniam
in prioribus num.* 526. meritò hoc caſu tales actiones ſibi
non competunt, ſed officium Iudicis, vel conditio ex
lege, & ſic impugnare factum defuncti ibi intelligi debet,
quando filius impugnat, & reijcit ſubſtantiam relicti,
ideſt ipſammet rem legatam, noo quando impugnat con-
56 ditiones, dilationes, & onera extrinſeca in legitima
appoſita, quæ meræ qualitates accidentales eſſe dicun-
tur, Altograd. *conſ.* 77. *num.* 28. 29. 30. *lib.* 1. Et ſi hæc
euaneſcunt, non dicitur tamen euaneſcere ſubſtantia lega-
ti, vt dixerunt Mantic. *d. tit.* 13. *num.* 66. & alij ſupra
laudati.

Et hanc D. de Luca ſententiam in d. caſu eſſe recipien-
dam ipſemet ex dilemmate, quod affert, ſe declarat,
cùm in ſuo caſu pecunia pro legitima relicta ex fructibus
quorumdam prædiorum intra quadriennium ſoluenda,
remoto dilationis onere; fuerit ab initio oblata, & à ne-
potibus reiecta, qui caſus nil commune habet cum no-
ſtro ſatis diuerſo, in quo ſolummodò de onere extrinſeco
indebitatum imputationum remouendo agebatur, firma
remanente legitima in quantitate relicta, quam nepotes
approbabant: Et ſi D. de Luca opinio etiam ad hunc ca-
ſum eſſet trahenda, eſſet contra alias allegatas deciſiones
Burat. 115. Peuting. 502. & Maſtrill. 78. & alias DD.
authoritates ſupra relatas, quæ pro legitima cum onere
relicta, hoc ipſo iure à lege reiecto, concedunt filijs hy-
pothecariam immiſſionem, & alias actiones, ac ſi eſſet
purè relicta, prout contra d. D. de Luca opinionem fecit
57 Rot. prædicta coram Emerix *in dd. duabus deciſionibus*.
Vndè D. de Luca authoritas, non ita profusè, ſed cum
grano ſalis, & iuxta terminos habiles eſſet recipienda, &
non aliàs, prout & nos ſupra in *verſ. diximus, &c.* proba-
uimus, & infra proximè dicemus.

Et ex præmiſſis eoijcere facilè poſſumus, filium in
legitima duobus modis poſſe dici grauatum, vno modo,
quando eidem legitima relinquitur ſub aliqua conditione,
58 vel onere extrinſeco, & hoc caſu hæc omnia à lege ipſo
iure ſubducuntur, quia de iure antiquo ex his teſtamen-
tum rumpi poterat, & hoc tantum caſu diſpoſitionem
legis quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. locum habere
tradunt Vaſqu. ibi *num.* 127. Fachin. *conſ.* 25. *num.* 11.
lib. 1. vbi latè, cùm ex horum appoſitione eodem iure
legitima non integra diceretur relicta, ex Bertazol. *conſ.
crimi.* 81. *num.* 9. *in fin.* Honded. *conſ.* 53. *num.* 27. *lib.* 2.
Suar. *in l. quoniam in prioribus ampl.* 1. *ſub num.* 2. firma
remanente inſtitutione in legitima, nec pater, vel Iu-
dex poſſunt compellere filium ad hoc onus agnoſcendum,
& vt dicatur agnitum, expreſſa filij acceptatio eſſe debet,
etiam in onere, ex *text. in d. §. & generaliter*, *vbi Gloſ. &
ſcrib. omnes*, & ſi nolit onus acceptare, ſemper remanet
ſibi ſalua legitima relicta, vti pura, cùm d. onus pro
non addito habeatur ex *d. l. quoniam in prioribus*.

Altero quando legitima filio à patre relinquitur in pe-
cunia, vſufructu, vel alia re particulari, quod, quia
ex his relictis olim teſtamentum non irritabatur, pater
iuſta ex cauſa facere, & Iudex filium compellere poteſt
ad parendum voluntati patris, nam hoc caſu etiam fi-
lius dicitur grauatus, quia contra eius volontatem, &
diſpoſitionem *d. l. ſcimus §. repletionem*, quæ mandat,
vt legitimæ quota de ſobſtantia paterna, ideſt, de ſtabi-
libus, & corporibus fructiferis, vt nonoulli explicant
(quamuis, & hoc oppugnetur a Fab. *de error. pragm.
decad.* 15. *error.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 11. *nu.*
21. *& ſeq.*) & de qualibet re hæreditaria pleno Iure de-
trahatur, tenetur illam rem particularem, pecuniam,
vel vſufructum accipere, hoc caſu tamen etiam ſi pater,
vel Iudex filium non compellat ad Iudicium Paternum
agnoſcendum, ex ſola, & ſimplici filij acceptatione onus
dicitur agnitum, Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 31. *num.*
21. quod ſi nolit, tunc quia, vt ſupra diximus, ceſſat
diſpoſitio *d. l. quoniam in prioribus*, Vaſqu. *ibi num.* 258.
verſ. tenendo, cum pater contra officium pietatis, nec
olim feciſſe diceretur, quia legitima, ſi aliàs ſit integra in
quantitate, ex his diminuta dici non poterat, aliam legi-
timam petere nequit, niſi illam, quæ Iudicis arbitrio ex
corporibus hæreditarijs de iure debetur, vt per Fab. *d.
tit.* 19. *diff.* 9. & Vaſqu. *in d. l. quoniam in prioribus num.*
256. & ibi Suar. *ampl.* 11. & ita hanc diſtinctionem agno-
ſcere etiam videntur Caſtr. *in d. §. & generaliter ſub num.*
3. *verſ. item quid, ſi pater, & in l. quod de bonis §. fideicom-
miſſum num.* 2. *ff. ad l. Falcid.* Mantic. *de coniect. lib.* 2. *tit.*
2. *ſub num.* 19. & alij, quos refert Arias de Mena *var. reſol.
lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 22.

Ex præmiſſis igitur tam amplè exaratis, non tamen,
vt quæſtionem diffiniremus, facillimè dignoſci poterit,
concluſionem illam fundamentalem, quod, ſi filius nolit
onus extrinſecum à patre in legitima in re certa relicta ap-
poſitum agnoſcere, non poſſit relictum obtinere, ſed tan-
tum illam legitimam, quæ ex liquidatione ſtatus hære-
ditarij arbitrio Iudicis ſibi debetur, ſuper qua Loca Pia
viam ſternebant ad reliquas exceptinnes ſeparationis
bonorum opponendas, non eſſe certam, & claram,
vt ex parte dd. Locorum Piorum ſupponebatur, ſed po-
tius duram, difficilem, & ſcabroſam, & dignam, vt
ſuper illa firmanda (ſaltem vt à dd. Locis Pijs firmaba-
tur) à partibus melior, & maturior conſideratio ad-
hiberetur.

Nec minùs nodoſæ, difficiles, & ambiguæ erant ſub-
ſequentes exceptiones pro ſeparatione patrimoniorum,
& bonorum, vt ſupra diximus, oppoſitæ, vt infra
conſtabit, quas propterea vt longiſſimam, & profundiſ-
ſimam diſquiſitionem, tam in facto, quàm io iure re-
quirentes, iudicauimus non potuiſſe retardare execu-
tionem, ſeu conſumationem executionis ſententiæ, iam 59
à Supremo Magiſtratu conceſſæ pro legitima DD. de Ber-
zighellis pro ſumma io noſtris relationibus iam plenè ex
onerum remotione liquidata, quæ propterea ſine maio-
ri procraſtinatione, & mora præſtanda erat, nec per
illiquidas, ac incertas exceptinnes, & hæredum ſubſti-
tutorum ambages, vt æquum erat, retardari debebat, ex
text. in d. l. quoniam in prioribus, ibi, *vt ſi conditionibus
quibuſdam, vel dilationibus, aut aliqua diſpoſitione mo-
ram, vel modum, vel aliud grauamen introducente: in
l. ſi quis in ſuo*, ibi, *non ſtatim, & ſine contentioſo pro-
poſito, vel vlla mora eam reſtituerit: & in l. ſcimus §.
cum autem*, ibi, *ſancimus itaque quartæ partis reſtitutio-
nem, iam nunc celebrari non expectata nec morte hære-
dis, nec temporis internallo, C. de inoff. teſtam.* addo
text. in d. l. omnimodo C. eod. tit. ibi, *ſine grauami-
ne, & mora exigere debere*, ideſt, per viam iuris, &
in iudicio extorquere, Coſt. *remed. ſubſid.* 37. *illat.* 2.
num. 5. & Barry *de ſucceſſ. d. lib.* 16. *tit.* 13. *num.*
19. *in fin.* Merlin. *lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 5. *in
addit. & quæſt.* 9. & in puncto Fab. *in C. d. tit.* 19. *diffin.*
24. *& num.* 29. *num.* 3. *lib.* 6. *tit.* 11. *diff.* 1. imò Imperator
adeò fuit ſolicitus, vt legitima ſine dilatione eſſet filijs 60
præſtanda, vt hæredibus eam vſque ad ſeotentiam dare
differentibus, pœnam illam duplicatam ſoluendi impo-
ſuerit, vt in *d. l. ſi quis in ſuo*, vbi Scrib. omnes Pere-
grin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 70. Barry *d. tit.* 13. *num.*
18. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 698. *num.* 6. 7. & Merlin.
d. quæſt. 9. *num.* 6. qoi ex hac ratione etiam dixit, quod 61
licet hæres non poſſit pendente termino ad conficiendum
inuentarium à legatarijs compelli, ad præſtandum lega-
tum ex *l. ſcimus §. donec C. de iur. delib.* poterit tamen 62
compelli à filio, ad ſibi præſtandam legitimam, quæ fauo-
rabilior quoque eſt quocumque legato etiam Pio, vt per
Merlin. ibi, quod tamen intra d. terminum ſine mora, &
dilatinne ſolui debet, *cap. nos autem in fin. de teſtam. &
& l. nulli, vbi gloſ. in verbo cunctatione C. de Epiſc. &
Cler.* Anton. *de Regimin. Eccleſ. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 10.
num. 9.

Quod prædicta legitima in ea portione, pro qua immiſ-
ſionem conceſſimus, foret certa, & liquida, euidenter
conſtabat.

Primò, ex teſtamento D. Claodij, qui tam D. Lucretiæ,
quàm DD. de Berzighellis legitimam reliquerat in ſumma
ſcutorum 26000. ſic ab eo declarata, habita ratione, vt
ipſe dixit, ad eius bona libera.

Secundò, quia iam erat facta declaratio ſuper imputa-
tionibus impoſitis à teſtatore, nam aliquibus reiectis,
&

Digitized by Google

& alijs admiſſis, legitima, vt ſupra relicta remanſerat in ſumma ſcutorum 23189. 6. 16. vt in noſtra ſententia.

Tertiò, quia in tanta ſumma ſcutorum 26000. computata tamen dote ſcutorum 6000. vt erat de iure imputanda
63 ex *l. quoniam nouella*, *C. de inoff. teſtam.* eadem legitima ab hærede fuit ſoluta dictæ D. Lucretiæ alteri filiæ in bonis hæreditarijs, prout diſpoſuerat teſtator: Vndè & eadem ſumma debita dici debebat DD. de Berzighellis, cum filij
64 in legitima debeant eſſe æquales, *Authent. nouiſſima*, *C. eod. tit.* Caualer. *deciſ.* 256. *num.* 3. Redenaſc. *conſ.* 21. *numer.* 15.

Quartò, quia etiam ex actis, & notula bonorum hæreditariorum D. Claudij deſcripta à D. Priore Franciſco in ſolutione Gabellæ, & ex alijs circumſtantijs, & conſiderationibus ſatis conſtabat, hanc ſummam ſcutorum 26000. non eſſe veriſimiliter exceſſiuam, ſed iuſtam, & congruam.

Quod è conuerſo præfatæ exceptiones ſeparationis bonorum exaduerſo pro Locis Pijs oppoſitæ, forent illiquidæ, ſcabroſæ, difficiles, & altiſſimam in facto, & in iure requirentes indaginem, & quod non poſſent intra illud
65 tempus, vt docet Bart. *in l. ſi à quo num.* 2. 3. *ff. vt poſſ. legat. nom.* intra quod poterat cognoſci de petita immiſſione, vel aliud tempus niſi longiſſimum, vt nos arbitrati fuimus, reſolui, patebat nedum ex iuribus, & rationibus infraſcriptis, ſed & præcipuè ex facti ſerie, quam breuiter, quod attinet ad prædictas exceptiones, ex actis, & ſcripturis nobis præſentatis hic præmittendam duximus, iuxta illud vulgatum, oppoſitiones ad originem reuocaſſe refutaſſe eſt.

Cùm hæc lis de anno 1643. incepta ſuper hac legitima inter DD. de Berzighellis, & Priorem Franciſcum hæredem inſtitutum à D. Claudio penderet, D. Lucretia altera D. Teſtatoris filia, quæ iam ſuam legitimam in ſummam ſcutorum 26000. computata dote, vt diximus, re-
66 ceperat, prætendens eam non eſſe integram, iudicium mouit contra d. D. Priorem pro ſupplemento, & pro liquidando, vt opus erat, ſtatu hæreditario præfati D. Claudij, petijt, & contradicente d. D. Priore obtinuit de anno 1652. decretum pro extimandis bonis hæreditarijs, inter quæ etiam prætendebat eſſe connumeranda bona contenta in donatione, ſeu conuentione anni 1598. vti libera ob caducatum fideicommiſſum ſuper eis impoſitum, & dict. Decretum obtinuit, non æſtimatis tamen bonis maioratuum, & fideicommiſſorum, quæ d. D. Prior prætendebat, & hoc fuit etiam DD. de Berzighellis notificatum, licet ad actualem æſtimationem numquam fuiſſet deuentum, & ab hæredibus dictæ D. Lucretiæ rurſus æſtimatio fuiſſet petita, & Periti electi cum citatione dd. DD. de Berzighellis contumaciam.

Interim dictus D. Prior tam contra d. D. Lucretiam, quàm contra dd. DD. de Berzighellis prætendit, quod in firmando ſtatu hæreditario prædicto, non eſſent in ponenda bona remanſa in hæreditate q. d. Franciſci q. Fuluij de Vſimbardis, à quibus nullam legitimam, nec ſupplementum reſpectiuè, iam ad fauorem d. D. Lucretiæ, quam dd. DD. de Berzighellis poſſe detrahi dicebat, cum ad eorum reſtitutionem d. D. Claudius à præfato D. Franciſco foret grauatus, & pro hoc grauamine probando produxit quandam minutam, in qua teſtamentum d. D. Franciſci contentum eſſe aſſerebat, licet non publicatum, in qua legebatur hæres vniuerſalis inſtitutus d. D. Claudius, & poſt eius mortem ſubſtituti D. Alexander, & d. D. Prior, & alij de Vſimbardis ordine, vt in ea &c. & illis pariter omnibus defunctis, erant ſubſtituta Loca Pia prædicta Collis in bonis tamen proprijs d. D. Franciſci Ciuitatis, & territorij Collis tantùm, in alijs verò Florentiæ, & vbiuis poſitis ſubſtituti vniuerſaliter erant filij, & deſcendentes q. D. Vincentij de Bardis, & D. Magdalenæ d. D. Franciſci ſororis, tam maſculi, quàm fœminæ, modo, & ordine, vt in dicta minuta.

Produxit quoque d. D. Prior nonnullos articulos continentes probationem identitatis, & recognitionis dictæ minutæ, & promiſſionis cuiuſdam, vt dicebat, factæ à D. Claudio d. D. Franciſco de exequenda dicta eius voluntate, & ſuper illis nonnullos teſtes nominauit.

Prædictis contradixit d. D. Lucretia, fuit tamen à ſupremo Magiſtratu decretum, vt dd. teſtes examinarentur, ſaluis exceptionibus, & ſaluo iure non admittendorum, & quod ponerentur ad partes, pro faciendis ijs conſiderationibus, quæ de iure fieri poſſent, prout fuerunt dd. teſtes examinati, & nil aliud ab anno 1653. ad annum 1657. à d. D. Priore in hac materia actum fuiſſe reperitur.

Eodem D. Priore de dicto anno 1658. defuncto, qui ſuum hæredem vniuerſalem Monaſterium prædictum Sancti Petri inſtituerat, & defecta agnatione de Vſimbardis, Loca Pia prædicta ex ſubſtitutione vniuerſali facta à d. D. Claudio in eius teſtamento ſucceſſerunt, & exceptis quibuſdam legatis factis à d. D. Claudio, & nonnullis bonis Romæ exiſtentibus, omnia alia bona d. D. Claudij, tam hic Florentiæ, quàm Senis, & in harum ciuitatum territorijs exiſtentia, non minus, quàm bona Collis ex teſtamento d. D. Claudij apprehenderunt.

Cauſa à d. D. Lucretia, & ab eius hæredibus pro dicto ſupplemento, & à DD. de Berzighellis pro eorum legitima fuit contra dd. Loca Pia proſecuta, & ab eis exceptum fuit inter alia dd. DD. de Berzighellis cecidiſſe à commodo legatorum, cum impugnaſſent teſtamentum defuncti, & in omnem caſum, eſſe ab hæreditate D. Claudij detrahenda quædam bona fideicommiſſaria ad ſe ſe ſpectantia ex dicta conuentione anni 1598. cuius inſtrumentum in authentica forma vna cum alijs iuribus produxerunt. Non tamen conſtat ipſa expreſsè declaraſſe, velle proſequi dictam ſeparationem Bonorum à d. D. Priore petitam, neque hoc in actis expreſsè legitur, ſed tantum producta, & reproducta iura, & exceptiones ad eorum fauorem facientes videntur.

In cauſa tamen à dd. DD. de *Berzighellis* contra dd. Loca Pia Collis progreſſum fuit vſque ad annum 1676. cum D. Prior Vincentius filius q. D. Io: de Bardis, & nepos præfatæ D. Magdalenæ, & alij DD. de Albergottis conſortes, vti intereſſe prætendentes in hæreditate d. q. D. Franciſci q. Fuluij, ad quam dicebant, ex dicto teſtamento D. Franciſci ex d. minuta reſultante eſſe vocatos, & vt volentes iudicio, & actis factis à d. D. Priore, prætenderunt bona omnia hæreditaria q. D. Franciſci prædicti, præterquam bona Collis ex dicta minuta producta, & ex teſtibus examinatis ad ſe ſe pertinere, & proindè impugnantes re vera teſtamentum D. Claudij, tam Loca Pia à bonis Florentiæ, Senarum, & aliorum alibi poſitorum, præterquam à bonis Collis, quàm dd. de Berzighellis à petita legitima, vt non poſſet ſolui in bonis d. D. Franciſci excludere prætenderunt, prout vti tertij admiſſi in cauſa fuerunt, non retardata expeditione cauſæ inter dd. de Berzighellis, & Loca Pia.

Verùm quia ſatis intererat etiam *Excellentiſſimi D.* Mareſchalli Bardi de Bardis Magalottis, quoad Commendam, & prædium Ruſciani, quod ex teſtamento d. D. Claudij ad ſe, & dd. eius Fratres, & ſucceſſores vti deſcendentes à d. D. Vincentio Seniori de Bardis, in defectum filiorum d. D. Prioris Vincentij Iunioris, pertinere prætendebat teſtamentum D. Claudij ſubſtinere eo modo, quod factum fuerat, cupiens, vt cauſa, non niſi ipſo audito reſolueretur, obtinuit à Sereniſſimo Principe mandatum, vt in hac cauſa non procederetur, niſi ipſo audito, prout huiuſmodi mandatum ex viuæ vocis S. C. S. oraculo ex relatione Illuſtriſſimi D. Auditoris Franciſci Venturini ad Rotam fuit delatum, & ſic in cauſa à dd Vincentio de Bardis, & Albergottis mota, fuit ſupreſſum, & deuentum ad expeditionem cauſæ inter dd. de Berzighellis, & Loca Pia, vt fuerat decretum, & in mandatis habueramus.

Intereà Loca Pia, ad hoc vt dd. de Berzighellis quidquid D. Claudius mancauerat, in legitimam eorum eſſet imputandum, ſub obſcuro verborum inuolucro abſque alia maiori declaratione produxerunt partitas extractas à decima DD. Laurentij, Claudij, & Fuluij de Vſimbardis, ſubſcriptas à D. Venturino Cancellario, cum quadam fide d. Venturini, & ſpolium bonorum remanſorum in hæreditate D. Franciſci à quoddam Simone Blondo putiſta ſubſcriptum.

Sæpè,

Digitized by Google

Sæpè, & ſæpiùs auditis partibus, fuit tandem quoad tres præcipuas imputationes expedita cauſa ad fauorem dd. de Berzighellis, vt conſtat ex ſententia Supremi Magiſtratus ex concordi noſtra relatione lata ſub die 2. Septembris 1678. qui Supremus Magiſtratus etiam executionem ipſius ſententiæ petitam conceſſit, ad cuius conſummationem per immiſſionem ex pignore Iudiciali dictorum de Berzighellis deuenire prætendentes, ex contradictione locorum Piorum fuerunt reiecti, & ſic articulus huius petitæ immiſſionis, firma remanente conceſſa executione, fuit à Supremo Magiſtratu pro relatione ſub die 3. Octobris 1679. Rotæ commiſſus, prout iam anteà die 25. Octobris 1678. cum facultate in vna, vel pluribus vicibus referendi commiſſæ fuerunt reliquæ imputationes, liquidationes, & alia hinc inde petita, & in dicta Sententia die 2. Septembris 1678. reſeruata.

Pendente diſcuſſione ſuper his imputationibus, & alijs reſeruatis, Loca Pia ſub die 12. Decembris 1679. coram d. Magiſtratu comparuerunt, & dixerunt bona per ipſos poſſeſſa fuiſſe hæreditaria q. D. Franciſci q. Fuluij de Vſimbardis, & ab ipſo eiſdem fuiſſe relicta ex actis, & iuſtificationibus iam deductis, & ex dd. bonis legitimam iam prætenſam detrahi non poſſe, eò magis cum eadem, vel pleraque eſſent ſuppoſita conuentionali fideicommiſſo ad eorum fauorem facto de anno 1598. à dictorum de Vſimbardis: Inſuper inſteterunt declarari dd. de Berzighellis non competijſſe, nec competere ius, & actionem ſuper dd. Bonis pro dicta legitima, ſeu ſupplemento, vti prouenientibus à d. D. Franciſco, qui dictum D. Claudium ad fauorem ipſorum Locorum Piorum grauauerat, & fieri etiam quamcumque declarationem, & patrimoniorum ſeparationem, & prout melius fuerit de iure, & prout latiùs in dicta ſcriptura exhibita ſub die 12. Decembris 1679.

Prætenderunt etiam dicta Loca Pia ex ſcripturis productis die...... Maij 1680. ab hæreditate D. Claudij pro computatione, & calculatione legitimæ eſſe detrahenda bona Collis propria d. D. Claudij, à quibus ſtante ſtatuto Collis fœminarum excluſiuo propter Agnatos intra quartum gradum Canonicum, intra quem prætendebant fuiſſe d. D. Priorem hæredem inſtitutum, legitima tamquam portio debita ab inteſtato deduci non poterat, vt
67 ipſi dicebant, ex concluſione illa ſatis nota, quod legitima non detrahatur ab illo, qui ab inteſtato ſuccedere nequit.

Obiicerunt præmiſſis dictorum DD. de Berxighellis, & inſteterunt non retardari declarationem imputationum, & aliarum prætenſionum reſeruatarum, vti etiam liquidationem fructuum legitimæ, & quoad oppoſita à locis Pijs dixerunt, non eſſe attendenda, ad impediendam conſecutionem eorum legitimæ, & executionis conſummationem pro ſumma liquidata, quam inſtanter ſibi relaxari petierunt.

Ex hac breui facti narratione, ſuperfluis omiſſis, abſque magno labore, & negocio cuilibet conſtare poterit, an oppoſitæ exceptiones ſeparationis bonorum patrimonij D. Claudij à Bonis D. Franciſci, & bonorum ſubiectorum fideicommiſſo conſtituto de anno 1598. & aliorum bonorum Collis ita claræ, faciles, liquidæ, vel in breui liquidandæ fuerint, vt à locis Pijs prætendebatur, vt potuiſſent impedire legitimæ iam liquidatæ præſtationem, & executionem per petitam immiſſionem.

Nam vltrà excuſſionem primæ concluſionis, quod filius non poſſit reiecto onere agnoſcere legitimam ſibi à patre in certa quantitate relictam, ſed eidem opus ſit petere illam, quæ ſibi de iure communi debetur, quæ quot pariatur inextricabiles difficultates ex ſupra deductis apparet, & propterea eum ex arbitrio noſtro iuris dubij, & perplexi eſſet, tamquam altiorem indaginem requirens, & multis ambagibus innodata, digna non erat, vt iuxta aliàs allegata petitam executionis perfectionem ſuſpenderet, ſed ad commodius tempus tractanda reijceretur, ex Bald. *in l. poſtquam num. 5. Cod. de pact.* Hond. *conſ. 17. num. 5. lib. 2.* Capyc. *deciſ. 10. num. 19.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. 33. num. 1. & conſ. 20. num. 3.* Giurb.
68 *deciſ. 21. ſub num. 1.* latè alios referens Paz. *de tenut. cap. 38. numer. 4. & 5. & num. 26.* aliæ quoque non minores tam in facto, quàm in iure continebant difficultates, vt infrà.

Primò, enim in his exceptionibus tractandis ſe offerebat diſcutiendus articulus, an d. D. Prior Franciſcus hæres inſtitutus, & dictorum Loca Pia vniuerſaliter a d. D. Claudio ſubſtituta, quæ non minus, ac dictus D. Prior, hæreditatem ſine beneficio inuentarij adierunt, potuerint, vt à D. Lucretia fuit oppoſitum præfatum D. Claudium teſtatorem de mendacio, vel errore arguere, qui in eius teſtamento dixerat, D. Franciſcum q. Fuluij ab inteſtato deceſſiſſe, eiuſque bona ad ſe libera pertinuiſſe, & ad ea habito reſpectu, declarauit legitimam in dict. ſummam ſcutorum 26000. Et quatenus etiam Loca Pia ſine inuentarij beneficio, non tenerentur factum defuncti ſeruare vltrà vires hæreditarias, tamen diſcutiendum erat, quæ, & quales eſſent iſtæ vires hæreditariæ, quæ cùm inuentarium non fuiſſet confectum, per teſtes, & alia documenta plenè, & concludenter erant probandæ.

Secundò, diſcutiendum erat, an Loca Pia hanc ſeparationem bonorum à D. Priore propoſitam, quæ alio modo fieri non poterat, niſi impugnato teſtamento D. Claudij ex d. minuta apparente, coniunctis teſtium depoſitionibus potuerint, maximè poſt conceſſam executionem, & pendente articulo ſuper petita immiſſione, proſequi, præcipuè cum hoc eorum non intereſſe videretur, nam dictorum Loca Pia, aut in hac exceptione (ſic dictante Iuſtitia) non obtinebant, aut obtinebant: ſi non obtinebant, iam conſtitiſſet fruſtra fuiſſe oppoſitam, ſi verò obtinebant, cum in d. minuta D. Claudius fuiſſet grauatus ad reſtituendum per particulare fideicommiſſum Locis Pijs bona Collis tantùm, & dd. de Bardis vniuerſalibus ſubſtitutis alia omnia vbiuis poſita, & Loca Pia ex teſtamento D. Claudij bona eius omnia vbicumque ſita, tam eius propria, quam d. D. Franciſci hæreditaria occupaſſent, & ad præſens occupent, ad dd. omnia bona, exceptis bonis Collis, ex ipſamet eorum exceptione reſtituendum, & fortè vnà cum fructibus, prædictis dd. de Bardis ſubſtitutis fuiſſent obligata, & ſic nimis ſuperque triſtis fuiſſet victoria, niſi dicamus ab excipiendo potuiſſe re- 69
pelli, cum impugnarent factum, quod contra alios ſuſtinere, ac tueri debuiſſent, *l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. l. alius, ff. de ſeru. & acqu. l. vendicantem, ff. de de euict. cum ſimil.*

Tertiò, quando D. Franciſcus, nec teſtatus, nec inteſtatus deceſſiſſet, ſed D. Claudius promiſiſſet exequi eius voluntatem in dicta minuta contentam, validè diſcutiendum erat: An ex dd. teſtibus ad partes poſitis, & admiſſis ſaluis partium exceptionibus, & ex eorum depoſitionibus concludenter probatæ remanſiſſent identitas præfatæ minutæ, & promiſſio d. D. Claudij in ordine ad dictam minutam; Et an d. D. Claudius fiducialiter foret grauatus, & an eſſet probata fiducia, vel locum 70
haberet diſpoſitio, *text. in l. fin. C. de fideicomm.* in caſu noſtro, in quo non proceditur per viam iuramenti præſtandi hæredi grauato; Et ſi dictus D. Claudius grauatus non eſſet ex teſtamento, ſed ex propria promiſſione, an illa promiſſio ab eo fieri potuiſſet in præiudicium legitimæ filiorum, quæ videbatur voluntaria, cum dictus D. Franciſcus iam ad teſtandum, & diſponendum inhabilis de facto redditus fuiſſet, & ipſe D. Claudius, vti proximior ab inteſtato, futurus erat hæres, & ad eum neceſſariò hæreditas d. D. Franciſci deferebatur.

Quartò, ex quo Loca Pia per eorum interuenientes dicebant ſe, non quærere, an minutæ veritas, vel identitas eſſet probata, quam potius reprobabant, ſed ſolum, an D. Claudius foret generaliter grauatus ad aliquibus reſtituendum, ita vt bona D. Franciſci in eius patrimonio non eſſe deberent; perquirendum neceſſariò nihilominus erat, quæ eſſent iſtæ perſonæ, quibus D. Claudius reſtituere foret grauatus, nec hæc perſonarum liquidatio prætermitti poterat, cum eſſet correlatiua, ita vt dato illo, qui ſit obligatus dare, neceſſariò dari debet, qui ſit obligatus recipere, nam alias, non extantibus, quibus reſtituendum ſit, bona ſunt libera apud hæredem, & de eius patrimonio proprio eſſe dicuntur, vel ſimul commixta per additionem, & non de patrimonio defuncti.

Quintò, quando hæc omnia ad fauorem locorum Pio-

rum fuiſſent reſoluta; non ſatis erat, ſed cum ageretur de firmando ſtatu hæreditario D. Claudij ſeiuncto à patrimonio D. Franciſci, vlterius perquirendum erat, quæ, & qualia forent bona hæreditaria D. Claudij, & quæ, & qualia forent bona hæreditaria D. Franciſci, cum nominatione, & probatione præfatorum bonorum; Inſuper, vt cognoſceretur, an legitima à D. Claudio relicta foret exceſſiua, vlterius probandum erat valor dictorum bonorum; inſuper diſcutiendum erat cuius ponderis forent iura ſuper his deducta, & hoc præcipuè fieri debebat, quia ſi D. Claudius fuiſſet fideicommiſſo vniuerſali grauatus, detrahere potuiſſet Trebellianicam, quæ in eius patrimonio erat connumeranda.

Sexto, cùm dictus D. Prior Vincentius Iunior, & alij dd. litis conſortes fuiſſent pro eorum intereſſe in ſubſtinendo teſtamento D. Franciſci ex d. minuta, vt prætendebatur, reſultante, vel ex promiſſione D. Claudij, tam ad excludendos dd. Beraighellos à conſecutione legitimæ in bonis d. D. Franciſci, quàm ad excludenda loca Pia à bonis prædictis, præterquam à bonis Collis, vti tertij iam admiſſi, & è contra pro ſubſtinendo teſtamento D. Claudij, & oppugnanda d. minuta, ex mandato Sereniſſimi Principis foret audiendus Excellentiſſimus D. Mareſchallus de Bardis Magalottis, abſque dubio, dum de his meritis tractabatur, prædicti omnes dd. videbantur citandi, & audiendi, nec ſeorſim de hac exceptione, quæ erat principalis intentio deducta à d. D. Priore, & alijs conſortibus, erat agendum, cùm iam ipſi ad cauſam fuiſſent, vt diximus, admiſſi.

Septimò, cùm ageretur de iuſtificando ſtatu hæreditario D. Claudij, videbantur citandi, & audiendi, nedum præfatus Excellentiſſimus D. Mareſchallus, ſed etiam omnes alij in teſtamento nominati, & legatarij omnes, & præcipuè hæredes D. Lucretiæ de Bonſignoris, quæ iam legitimam ſcutorum 26000. computata dote, receperat, vt ſibi legata fuerat, cum valde ea firmatione huius ſtatus hæreditarij potuiſſent lædi.

Octauò, vltra prædicta pro iuſtificatione d. ſtatus hæreditarij D. Claudij pro detrahenda d. legitima, reſoluenda erat quæſtio iam pendens; An fideicommiſſum conditionale factum anno 1598. foret caducatum, vt prætendebatur à præfatis hæredibus D. Lucretiæ, nam ſi caducatum fuiſſet, dicta bona erant numeranda in d. patrimonio vti libera, & ſi caducatum non fuiſſet, perquirendum erat, quæ, & qualia fuiſſent bona in d. conuentione contenta, quæ à patrimonio D. Claudij forent detrahenda, & an eſſet ad perfectam probationem attendenda ſecunda notula dictorum bonorum data, à dicto D. Priore Franciſco Magiſtratui Gabellæ cum eorum æſtimatione a Gabella facta ad præiudicium dictorum de Berzighellis, & hæredum dictæ Dominæ Lucretiæ, quæ iam declarauerat nolle dictæ notulæ, & æſtimationi acquieſcere.

Nonò, quatenus dicta notula, & æſtimatio foret attendenda, pro firmando dicto ſtatu, & ad effectum detrahendi legitimam in dicta ſumma, hoc non erat ſufficiens pro locis Pijs, ſed vlterius erat perquirendum, an pro impinguanda legitima filiorum in cumulo hæreditatis d. D. Claudij forent calculanda. Primò, ſumma ſcutorum 30000. anno 1636. purè, voluntariè, & irreuocabiliter pro inſtitutione Prioratus, & Commendæ à d. D. Claudio donata ad fauorem d. D. Prioris Franciſci, de qua ex Inſtrumento publico plenè conſtabat in actis. Secundò, ſumma ſcutorum 12500. donata à d. D. Claudio Virginiæ filiæ, de qua pariter conſtabat per Inſtrumentum in actis. Tertiò prędium pro legitima aſſignatum Dominæ Lucretiæ valoris ſcutorum 20000. & fortè pluris, vt in Teſtamento D. Claudij, quod in d. notula Gabellæ non erat deſcriptum. Quartò, illa rata bonorum ad d. D. Claudium ſpectantium in dict. fideicommiſſo conuentionali contenta, ſtante præcipuè, quod d. D. Claudius, & fratres in dicto Inſtrumento, de quo in actis, dixiſſent, legitimam filijs debitam in alijs bonis proprijs poſſe detrahi, quaſi quod ex hac expreſſione noluerint præiudicium afferre legitimæ filiorum. Quintò, legata tam pia, quàm prophana, tam à dicto D. Claudio facta, vt in eius teſtamento, quàm à DD. Laurentio, & Fuluio, de quibus tantum conſtabat ex dicta notula Gabellæ data. Septimò, credita ſcutorum 3000. incirca, quæ declarauimus eſſe imputanda in legitimam dictorum de Berzighellis tamquam debita hæreditati dicti D. Claudij.

Decimò, quando procedendum fuiſſet ad diſputationem articuli, an ex quo fœminæ ſtantibus agnatis intra quartum gradum Canonicum ſunt à ſucceſſione excluſæ ex ſtatuto Collis, in calculanda legitima prætendebatur non eſſe connumeranda bona Collis, ſtatim ſe offerebat diſcutienda quæſtio in facto, an d. D. Prior Franciſcus foret intra prædictum quartum gradum Canonicum Agnatus d. D. Claudio, & an probationes ſuper hoc deductæ forent ſufficientes pro probanda hac legitima agnatione. Inſuper diſcutiendum erat, an prædictum ſtatutum locum habeat conditio teſtamento, præcipuè, cùm filiæ ex eo non ſint prohibitæ capere, quod ſibi fuerit à patre relictum, an comprehendat forenſes à territorio Collis, vti ſunt dd. de Berzighellis, & an comprehendat ciues Florentinos, vti pariter (vt conſtat ex actis) ſunt præfati dd. Beraighelli: ſed nec hoc ſatis erat, ſed probanda erant, quæ, & qualia fuiſſent bona Collis, tam libera D. Franciſci, quàm D. Claudij, & eorum valor etiam æſtimandus erat.

Ex prædictis omnibus itaque, quæ neceſſariò tam in facto, quàm in iure pro legitimè liquidando ſtatu hæreditario d. Domini Claudij diſcutienda erant, rectiſſimè, & diſcretiſſimè arbitrati fuimus, prædictas exceptiones ſeparationis bonorum, & præcipuè illam, in qua agebatur de ſeparando patrimonio D. Claudij a patrimonio D. Franciſci q. Fuluij, quam voluiſſe proſequi dd. Loca Pia dicebant, altiſſimam, & longiſſimam requirere perquiſitionem, & indaginem, nec ita facilè, & breui tem- 71
pore potuiſſe de eis cognoſci, vt iuxta *text. in dicta l. ſi is à quo, ff. vt in poſſ. legat.* potuiſſet dici, hodie conſtat, hodie agatur, & vt ex earum diſcuſſione poſſet retardari 72
præſtatio legitimæ iam liquidæ, iuxta opinionem *Fab. d. tit. 19. diff. 29. & d. tit. 11. diff. 1.* & aliorum Iurium ſupra relatorum.

Ad dignoſcendum etenim, quæ exceptiones in cauſis ſummarijs, & celeris expeditionis, prout hanc cauſam eſſe, vnanimiter concordabamus, ſtatim decidendæ, vel differendæ ſint, non eſt (quidquid aliqui dixerint) prodita certa regula, ſed tantum prudentis Iudicis arbitrio committitur, qui penſatis facti qualitatibus, & circumſtantijs, & an indigeant extrinſeca probatione, prout delibatis iuris articulis, qui diſcutiendi emergunt, rectè iudicabit, an poſſint tales exceptiones admitti, decidi, vel ſuſpendi, & ad commodiorem tractationem differri, ſic Gloſ. & Bartol. *in d. l. ſi is à quo num.* 2. 3. Natt. *in Clementina ſæpè, §. quæ omnia numer.* 9. 10. *de verbor. ſignificat.* Abb. *in cap. veniens* 2. *num.* 11. *de teſtib.* Soccin. *conſ.* 59. *numer.* 2. *lib.* 3. Crauett. *conſ.* 156. *numer.* 17. Menoch. *de arbitrar. caſuum* 20. *num.* 3. *& de recuper. remed.* 1. *numer.* 260. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 170. *num.* 4. Rota *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 57. *numer.* 3. Paz. *de tenut. cap.* 38. *num.* 26. Giurb. *deciſ.* 21. *num.* 34. Poſt. *de manut. obſeru.* 42. *num.* 73. *& ſeq.* Carleual. *de Iudic. tit.* 2. *diſput.* 5. *num.* 21. cuius Iudicio propterea ſtandum eſt, cùm non poſſit in arbitrarijs à ratione regularis reprehendi, 74
cum aliàs numquam eſſet arbitriorum, & litium finis, Crauet. *conſ.* 78. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. caſ.* 70. *numer.* 7. *& ſeq. & caſ.* 90. *per tot.* Rot. Lucenſ. *diuerſ. deciſ.* 71. *verſ. poſſet*, Bara. *deciſ.* 23. *num.* 7. 8. Fontan. *deciſ.* 75. *nu.* 10. 11.

Nec ad inclinandum noſtrum arbitrium, in non reſeruando dictas exceptiones, nos mouere potuerunt conſiderationes pro parte Locorum Piorum adhibitæ.

Non ea, quod exceptiones ex actis iam factis apparerent, & loca Pia aliàs probationes nolle facere declaraſſent, & ideò cum nil aliud remaneret, niſi Iuris articulos, quod ius, cum certum ſit, ex librorum reuolutione facillimè poterat decidi, Bald. *in l. ancilla num.* 2. *C. de furt.* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 53. *num.* 4. Argel. *cum alijs ab eo alleg. de acq. poſſeſſ. qu.* 2. *nu.* 130.

Quia hæc concluſio fortè foret adaptabilis, ſuppoſito facto claro, notorio, & indubitato, quod ex actis plenè appareret, ita vt nil aliud remaneret diſcutiendum, niſi meri iuris articulus, quod ex dicto facto poſſet oriri, ſic firmant Argel. *cum alijs ab eo alleg. d. qu.* 2. *num.* 130. 145. *ibi, ſuppoſita certitudine facti, quam in præſenti arti-*

Digitized by Google

articulo ſupponimus, Maſtrill. *dec.* 217. *nu.* 6. 8. *& ſeq.* Car-
leual. *de Iudic. d. tit.* 2. *diſp.* 5. *n.* 5. *verſ. confirmatur*, Amat.
reſo.ut. 63. *num.* 11. *& ſeq.* quæ facti certitudo valdè dubia
eſt in caſu præſenti. Primò, quia teſtes examinati tam
ſuper minuta D. Franciſci, quàm ſuper promiſſione D.
Claudij, & poſiti ad partes, ideſt extra acta ex tradit. à
Cyriac. *controu.* 89. *num.* 18. 19. multas vlterius tam in di-
cto, quàm in examine, & perſona pati poſſent exceptio-
nes, vt ex eorum lectura, & oppoſitionibus conſtat, &
cùm teſtes examinati æquiparentur inſtrumentis, *l. in
exercendis*, *C. de fid. inſtr. cap. cum Io: extrauagant. eod.
tit.* ſicut inſtrumenta, quæ exceptiones etiam coloratas
79 patiuntur, altiorem requirere dicuntur indaginem, Fe-
lin. *in cap. ſignificauerunt num.* 4. *de teſtib.* Crauett. *con.* 299.
num. 8. Surd. *conſ.* 252. *num.* 19. 20. Contard. *ad l. vnic. lim.*
9. *ſub num.* 29. *Cod. ſi de mom.* Argel. *d. qu.* 2. *num* 192. *&
de legit. contrad. qu.* 2. *num.* 88. 89. ſic & de teſtibus dicen-
80 dum eſt, Argel. *ibid. d. quæſt.* 2. *num.* 239. *& plur. ſeq.* ita vt
81 non ſimpliciter iuris quæſtio, ſed mixta facti, & iuris
quæſtio dici deberet, Giurb. *dicta deciſ.* 21. *numer.* 1.
& 3. Maſtrill. *dicta deciſ.* 217. *ſub num.* 17. & Amat.
d. reſolut. 63. *num.* 11. 12. Secundò, quia in caſu noſtro,
non ſatis erat ex teſtibus, & alijs adminiculis, &
præſumptionibus decidere articulum, an ex dicta minuta
d. D Franciſcus poſſet dici teſtatus, vel inteſtatus de-
ceſſiſſe, vel an conſtaret de promiſſione D. Claudij, vt
prætendebatur, ſed cùm principalis intentio D. Prioris
Franciſci fuiſſet ſeparare patrimonium D. Claudij ab hæ-
reditate D. Franciſci, tam ad effectum, vt cognoſcere-
tur, an legitima à D. Claudio taxata in ſumma ſcutorum
26000. foret congrua, vel exceſſiua, quàm ad effectum,
vt dictas D. Prior poſſet, non ex teſtamento D. Claudij,
ſed ex diſpoſitione D. Franciſci eiuſdem D. Franciſci bona
obtinere, & ſic etiam de probando ſtatu hæreditario, tam
d. D. Franciſci, quàm D. Claudij: Vlteriùs quoad vtrum-
que effectum procedendum erat, & probandum, quæ,
& qualia bona fuiſſent remanſa in D. Claudij, & quæ in
hæreditate D. Franciſci, & eorum valor, maximè quia
ſi D. Claudius fuiſſet ex teſtamento D. Franciſci ex dicta
minuta reſultante vniuerſaliter grauatus, Trebellianicam
detrahere potuiſſet, & eam in ſuo patrimonio connume-
rare, pro quibus probandis cùm inuentarium, non fuiſſet
à D. Claudio hærede d. D. Franciſci, nec a d. Priore, &
locis Pijs hæredibus D. Claudij confectum, ad teſtes, &
alia documenta recurrendum erat, ſuper quibus cum nul-
li teſtes in actis fuiſſent examinati, & alia documenta in
proceſſu, & actis producta, multas in caſu præſenti pro re-
darguendo D. Claudio, & in præiudicium DD. de Berzi-
ghellis, & aliorum, pati potuiſſent exceptiones, non
poterat dici factum certum, & inuariabile ex actis con-
ſtare, ſuper quo ius certum oriri poſſet, ex facto enim
82 certo ius metimur, non ex incerto, Anchar. *conſ.* 254.
num. 3. *verſ. quomodo autem*, Argel. *d. qu.* 2. *nu.* 143. *& ſeq.*
& alij ſupra relati.

Vltrà quod non eſt ſimpliciter vera illa concluſio, quod
exceptio conſiſtens in articulo iuris debeat ſtatim decidi,
nec poſſit reſeruari, ſed tunc locum haberet, quando ius
eſſet clarum, vt exemplificat Maſtrill. *d. deciſ.* 217. *nu.* 18.
vel pro exceptione ſtaret communis opinio, ſecus ſi ius
83 probabiliter dubium, vel obſcurum apud Doctores eſſet,
nec pro parte contraria adeſſet communis opinio, quia
tunc dubietas iuris æquiparatur dubietati facti, & altio-
rem dicitur indaginem requirere, Surd. *d. conſ.* 252. *nu-
mer.* 11. Menoch. *conſ.* 162. *num.* 34. *& conſ.* 568. *num.* 2.
Pacific. de Saluian. *cap.* 2. *inſpect.* 2. *num.* 89. Cyriac. *con-
trou.* 185. *num.* 13. *& ſeq.* Poſt. *d. obſeruat.* 42. *num* 72. Car-
leual. *d. diſput.* 5. *num.* 16. *&* 17. vbi tamen redarguit Iudi-
ces, Redenaſc. *conſ.* 18. *num.* 25. 26. 27. Argel. *de acquir.
poſſeſſ. d. qu.* 2. *num.* 154 *& ſeq. & de legit. contrad. quæſt.* 10.
num. 281. vt propriè accidit in caſu noſtro maximè ſuper
84 illa quæſtione, an filius cui in certa quantitate, vel ſpe-
cie fuit relicta legitima à patre cum onere extrinſeco, poſ-
ſit reiecto onere obtinere relictum, vel debeat legitimam
illam petere in quota, prout ſibi debetur de iure commu-
ni arbitrio Iudicis, ſuper quo Loca Pia conſtituerunt
baſim, pro dictis earum exceptionibus ſeparationis bo-
norum firmandis; Nam dicta quæſtio, vel deberet ex
reuolutione librorum, & ex ſupra deductis decidi con-
85 tra Loca Pia, & ſic ſilerent omnes exceptiones, nec Lo-
ca Pia eſſent grauata, *cap. cum Paulus* 1. *quæſt.* 1. vel ſal-
tem ex Iuribus, Doctoribus, & Argumentis, quæ con-
tra Loca Pia militant, reddebatur ita dubia, & obſcura,
vt meritò hunc articulum incontinenti poſſe decidi non
dici deberet, ſed omninò reſeruabilis eſſet, quod & de
alijs iuris quæſtionibus, quæ in hiſce exceptionibus diſcu-
tiendis emergunt, dicendum erat, quas ſupra indicaui- 86
mus; Et in ſpecie, quod exceptio fideicommiſſi, de quo
ſit quæſtio, vel quando agitur de liquidanda quantitate,
& valore bonorum fideicommiſſariorum pro detractione
legitimæ, vel de liquidandis perſonis ad fideicommiſſum
vocatis, dicatur requirere altiorem indaginem, & non
ſit admittenda in cauſis ſummarijs, dixit Rot. poſt Merlin.
de legit. deciſ. 11. *num.* 1. *& deciſ.* 18. *num.* 11. *& ſeq.* Buratt.
deciſ. 738. *num.* 8. *& ſeq.* & Merlin. *d. tract. lib.* 5. *tit.* 4.
quæſt. 3. *num.* 5. *in fin. in addit.* Et quod, an exceptio in iu- 87
re conſiſtens poſſit dici obſcura, & dubitabilis, itaut di-
catur altiorem indaginem requirere, arbitrio prudentis
Iudicis ſit tandem commiſſum, tradunt Paz. *de tenut. d.
cap.* 38. *num.* 25. 26. Surd. *conſ.* 252. *num.* 14. Poſt. *d. obſer-
uat.* 42. *num.* 72. qui alios allegant, & Carleual. *d. diſput.*
5. *nu.* 21.

Pariter nec alia conſideratio ex parte Locorum Pio-
rum allata, quod hæ exceptiones redderentur turbidæ ex
replicationibus DD. de Berzighellis, & præcipuè ex ſum-
mis, de quibus in calculando valore patrimonij D. Clau-
dij eſſet ratio habenda, prout ſupra fuerunt dedu-
ctæ, ex quibus propterea non potuiſſet turbida reddi
illa reſultans ex detractione bonorum fideicommiſſi an-
ni 1598.

Nam contrarium verius eſſe, ex replicatione, ſcilicet 88
actoris, reddi turbidam exceptionem rei, itaut dicatur
altiorem indaginem requirere, tradunt Brun. *conſ.* 1. *num.*
13. *& ſeq.* & ibi Campeg. *conſ. ſeq. num.* 10. Roland. *conſ.* 1.
num. 67. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 252. *nu.* 17. *& ſeq.* & ſine dubio,
quando replicatio eſſet de intentione rei, vt in caſu no-
ſtro, in quo agebatur de liquidando ſtatu hæreditario
D. Claudij, ad effectum cognoſcendi, an legitima in
ſumma prædicta relicta eſſet exceſſiua, ex qua propterea
non ſat erat detrahere, quæ non erant de eius patrimo-
nio, vt prætendebant loca Pia, ſed pro calculando ve-
ro, & legitimo ſtatu erant etiam, vt dicebant DD. de
Berzighellis, addenda illa, quæ de iure pinguiorem legi-
timam reddere poterant, quare cùm replicatio hoc con-
cerneret, obſcuram reddebat exceptionem rei, ex Rot.
deciſ. 18. *num.* 14. 15. poſt Merlin. *de legit.* Poſt. *reſol.* 28. 89
nu. 84. & Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 2. *num.* 339. *&* 346.

Prout nec negotium facere poterat, quod, cum hæ
exceptiones fuiſſet, vt dicebant Loca Pia, oppoſitæ an-
te primam ſententiam diei 2. Septembris 1678. intelligi de-
berent, cum alijs pro deciſione reſeruatæ, & proindè ſa-
tis æquum fuiſſet, vt deciderentur, antequam con-
cederetur executio, prout in d. ſententia dictum
fuerat.

Quia vltra quod non ſatis conſtat, an illa ſepara-
tionis bonorum vigore minutæ teſtamenti q. D. Franci-
ſci, vel promiſſionis D. Claudij fuiſſet à Locis Pijs ante
dictam Sententiam oppoſita, vel proſecuta, nam licet
eadem Loca Pia produxiſſent notulam, ſeu ſpolium bono-
rum D. Franciſci prædicti, & partitas extractas à Decimis
q. DD. Laurentij, Claudij, & Fuluij, non tamen decla-
rauerunt proſequi iudicium inchoatum à D. Priore pro
ſeparatione bonorum occaſione dictæ minutæ, vel pro-
miſſionis D. Claudij, ſed ea produxerunt cum proteſta-
tione, quatenus non eſſent contraria eorum intentioni,
cum clauſula, *& non aliter &c.* & prædicta, ſatis com-
prehendebatur, eſſe contraria eorum intentioni, quia cum
ipſa fuiſſent vniuerſaliter ſubſtituta à D. Claudio, & in
huius ſubſtitutionis executionem omnia bona etiam
Florentiæ, & Senatum occupaſſent, ſatis teſtamento
D. Claudij, quod defendere debuiſſent, *l. frater à fra-
tre*, *C. de cond. indeb.* & ſibimet ipſis, & eorum inten-
tioni aduerſabantur, dum hanc ſeparationem, & diſtin-
ctionem bonorum facere prætendebant, cùm aliàs D.
Claudius nec potuiſſet eadem Loca Pia vniuerſaliter in 90
bonis ab eis occupatis ſubſtituere, vt patet ad ſenſum,
& tamen certum eſt reum ſuas exceptiones non ſolum
claré, & apertè teneri proponere, ex Bart. *in l.* 1. *nu.* 7. *ff. de
excep.* & Alex. *conſ.* 29. *num.* 30. *lib.* 7. ſed etiam ita, vt

Digitized by Google

In ſe repugnantiam, implicationem, vel incompatibilita-
tem non contineant, vt per DD. *in l. nemo prohibetur, ff.*
de except. vt accidiſſet in caſu præſenti, nam pro Locis
Pijs D. Franciſcus inteſtatus, contra verò DD. Berzighel-
92 los teſtatus deceſſiſſet, quæ cauſæ ſimul concurrere non
poſſunt, *l. ius noſtrum*, vbi Dec. Mayn. Cagnol. & alij
de reg. iur. & de alia ſeparationis bonorum Collis, indu-
bitatum eſt non fuiſſe ante d. ſententiam oppoſitum.
Adhuc remouetur omnis ſcrupulus, quia ſententia, quæ
iura, & prætenſiones partium decidendas reſeruauit, in-
93 telligi debet, quatenus ſine præiudicio iudicij ſummarij
legitimæ potuiſſent decidi, cum ſententia ſemper lata
intelligatur, prout de iure ferri debebat, *l. Herennius, ff.*
de euict. l. miles, §. decem, ff. de re Iudic. Bartol. *in l. ſi*
fundus, §. in vendicatione, ff. de pign. Crauett. *conſ.* 188.
numer. 8. Rot. Bonon. *diuerſ. deciſ.* 121. *num.* 58. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 698. *num.* 21. Poſt. *reſol.* 57. *num.* 9. *& ad*
eumdem de ſubhaſt. deciſ. 122. *num.* 13. Bich. *deciſ.* 534.
num. 13. *deciſ.* 583. *num.* 9. *& deciſ.* 634. *num.* 41. & eo ma-
gis, quia prima Sententia diei 2. Septembris 1678. non
reſeruat prætenſiones decidendas ſimul, & ſemel, & an-
tequam concederetur executio, ſed indefinitè reſeruauit
prætenſionem partium decidendas per aliam ſententiam,
quam cum in vna, vel pluribus vicibus ex commiſſione
diei 3. Octobris 1678. nobis iniuncta ferre potuiſſemus,
nulli ex partibus iniuriam fecimus, dum prætenſiones re-
ſolutioni promptas decidimus, illiquidas verò, ac al-
tiſſimam diſquiſitionem requirentes reſeruauimus, non
retardata liquidarum executione, & præcipuè, cùm ex-
ceptiones oppoſitæ ſeparationis bonorum, in quibus tot
probationes, & inſpectiones tam facti, quàm iuris erant
neceſſariæ, & quæ non ſolum fuerunt oppoſitæ ad impe-
diendam DD. Berzighellis legitimæ conſecutionem, ſed
vt dilucidarentur etiam fideicommiſſa oppoſita ad fauo-
rem tam D. Prioris, vt apparet ex eius ſcriptura in actis
ſub die 10. Decembris 1652. quàm Locorum Piorum,
vt pariter ex eorum inſtantia ſub die 12. Decembris 1679.
conſtat, potius mutuæ petitiones dici debuiſſent, quæ
ordinariam cognitionem requirebant, & exaduerſo oppo-
ſitæ, cum profundiorem indaginem haberent, non po-
94 terant retardare expeditionem earum, quæ liquidæ pro
actore erant, ſed ad opportuniorem reſolutionem, vt pra-
xis communis docet, erant reſeruandæ, Rom. *conſ.* 323.
num. 5. Argel. *de acquir. poſſ. d. quæſt.* 2. *nu.* 300. plenè Giurb.
deciſ. 74. *num.* 5. *per tot.*

Quod & corroborabatur, nam in excuſſione ſepara-
tionis bonorum ex minuta teſtamentaria D. Franciſci
erant neceſſariò vocandi D. Prior Vincentius, & alij con-
ſortes in cauſa admiſſi, & audiendi erant D. Mareſchallus
Magalottus, & alij intereſſe habentes, & in ſeparatione
bonorum fideicommiſſi conuentionalis anni 1598. erant
vocandi hæredes q. D. Lucretiæ, inter quos & Loca
95 Pia lis pendet, etiam ad fauorem DD. de Berzighellis ſu-
per caducatione eiuſdem fideicommiſſi, quæ litis penden-
tia, prout etiam natura Iudicij plenarij, in quo tractan-
da erant iura dd. DD. Prioris Vincentij, & conſortum,
operebatur, vt hæ exceptiones altam indaginem requi-
rere dicerentur, & ad aliam reſolutionem eſſent reſeruan-
dæ ex iuribus ſupradictis, & ex Rot. *deciſ.* 686. *num.* 2. *in*
fin. par. 2. *recent.* Poſt. *de manut. obſeruat.* 42. *nu.* 71. & Ar-
gel. *de acq. poſſ. qu.* 2. *num.* 304.

Quæ exceptiones, vti iam, vt diximus, in iudicium
à d. D. Priore Vincentio, & conſortibus contra DD. de Ber-
zighellis, & Loca Pia, & inter hæc, & hæredes q. D. Lu-
cretiæ, in qua & DD. Berzighelli intereſſe habebant, de-
ductæ, non poterant ſeorſim inter Loca Pia, & DD. Ber-
96 zighellos tantum, ſupradictis non citatis, diſcuti, nec
reſolui, quia hoc non patiebatur Iudiciorum connexitas,
quæ ſcindi non poteſt, vt docet communis praxis, ex
qua de eadem re nonniſi ſemel, non pluries cognoſci de-
bet, *l. licet, §. fin. ff. naut. caup. l. ſi eus, §. iiſdem, ff. de ac-*
cuſat. & eò magis, quia ſententia ſuper teſtamento D.
Franciſci, an fuerit validum, vel an bona, de quibus
agebatur, eſſent prætenſis fideicommiſſis ſuppoſita, vel
97 libera, inter has partes ferenda, tamquam ſuper ſtatu
magnum præiudicium ſupradictis non citatis afferre
potuiſſet, ex latè traditis ab Anel. Amat. *conſ.* 76. *per tot.*
Cancer. *var. reſol. par.* 2. *cap.* 16. *num.* 48. Salgad. *in laby-*
rint. credit. par. 1. *cap.* 23. *num.* 31. Peregrin. *conſ.* 52. *nu.* 13.
lib. 3. *& de fideicomm. art.* 53. *num.* 39. vbi latè Cenſal. Me-
noch. *conſ.* 421. *nu.* 62.

Quod autem dd. DD. de Berzighellis paſſi fuerint has
exceptiones admitti, & ſuper his diſputari, tantum
abeſt, quod hoc ſit verum, cùm potius contrarium con-
ſtet, tum ex actis factis à q. D. Priore Franciſco contra
D. Lucretiam, cum qua in hoc DD. de Berzighellis erant
conſortes, quæ acerrimè ſe oppoſuit, & proinde fuerunt
articuli D. Prioris ſupradicti admiſſi ſine præiudicio iu-
rium partium, & teſtes poſiti ad partes, tum ex actis fa-
ctis inter Loca Pia, & DD. Berzighellos, qui pariter ta-
libus exceptionibus nec expreſsè, nec tacitè, vt etiam
nobis ex eorum informationibus oretenus factis notiſſi-
mum eſt, conſenſum præſtiterunt: Vndè, cùm non
adſit talis patientia, ceſſat & oppoſitio prædicta, Ruin.
conſ. 127. *nu.* 19. *lib.* 5. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *n.* 682.
Giouagnon. *conſ.* 8. *num.* 97. *lib.* 1. cum alijs allegatis à Poſt.
de manut. obſeru. 42. *nu.* 141.

Exceptionibus itaque Locorum Piorum non obſtanti-
bus, ſed illis ad opportuniorem diſcuſſionem reſeruatis,
Illuſtriſſimo Supremo Magiſtratui reſpondimus, pro di-
cta legitima, vt ſupra, liquidata in bonis q. D. Claudij
de Vtimbardis, & bonis hæreditarijs reſpectiuè d. q. D. Prio-
ris Franciſci hæredis inſtituti, & à dd. Locis Pijs poſſeſſis,
vt in noſtro voto, non eſſe executionis conſummationem
per petitam immiſſionem, in vim etiam pignoris iudicia-
lis, retardandam, ſed concedendam, prout conceſſimus
contra eadem Loca Pia, quæ non minus, ac Prior Fran- 99
ciſcus hæreditatem, quam ipſa fideicommiſſum vniuer-
ſale adierant ſine beneficio inuentarij, vt caſus diſtinguen-
do docuit in praxi, Cucc. *de legit. in verbo ex ſubſtantia*
ſub nu. 30. *verſ. quintus fol. mihi* 128. vti etiam pro fructi-
bus eiuſdem legitimæ à nobis liquidatis, in quibus d. loca
Pia fuerant in d. Sententia diei 2. Septembris 1678. con-
demnata, cùm legitima ſine ipſis conſiderari nequeat,
cum pars ipſius ſint, vti quæ tamquam ius vniuerſale ex
fructibus augeatur, & à pari cum ea procedant ex *gloſ. in*
l. in fideicommiſſariam 18. *ff. ad Trebell.* communi Docto-
rum calculo recepta, Bald. *conſ.* 222. *num.* 1. *lib.* 4. Alex.
conſ. 69. *num.* 3. *lib.* 1. Peti. *de fideicomm. qu.* 15. *num.* 32. Pe-
regrin. *eod. tract. art.* 36. *num.* 69. latè Anel. Amat. *conſ.* 38.
& conſ. 39. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 1. *num.* 3.
& ſeq.

Pro quibus fructibus, ſub prætextu incertitudinis ſum-
mæ, non erat d. executio deneganda, cùm iam fuerint
in d. noſtro voto tam quoad tempus, quàm quoad ſum-
mam annuam liquidati, & ex declarationibus in d. noſtro
voto, & ex notula bonorum remanſorum in hæreditate
d. Claudij pro Gabella ſoluenda à d. D. Priore Franciſco
data, quæ contra ipſum, & dd. Loca Pia plenè probabat,
& ex alijs in actis apparentibus eorum quantitas per Cal-
culum Arithmeticum antè bonorum ſubhaſtationem fa-
cillimè ſciri potuiſſet, ex quo proptereà liquidi diceban-
tur, ex Caſtr. *in l.* 2. *num.* 13. *C. de Iur. emphyt.* Oſaſch.
deciſ. 129. *num.* 10. *& ſeq.* Cornaz. *deciſ.* 2. *ſub nu.* 2. Caua-
ler. *deciſ.* 312. *in fin.* Rot. *deciſ.* 576. *nu.* 3. *par.* 5. *recent.* &
poſt Mell. *de alim. deciſ.* 98. *num.* 8. Merlin. *de pign. lib.* 5.
qu. 77. *num.* 42.

Pro quibus fructibus à die mortis D. Claudij, quæ fuit
die 9. Decembris 1638. quoadvſque d. D. Prior Franciſcus
vixit, contra monaſterium Sancti Petri vel eius hæredem
beneficiatum, quatenus tamen bona hæreditaria ſuppete-
rent, executionem conceſſimus, in reliquis à morte d.
D. Prioris, quæ accidit anno 1658. die 9. Iunij, vſque ad
actualem ſatisfactionem legitimæ, contra tria Loca Pia
pro æquali rata executionem relaxauimus, cum fructus
ſint reſtituendi ab illo, qui eos percepit, Rot. poſt Mer-
lin. *de legit. dec.* 80. *in princip. nu.* 5.

Non tamen, concedendo executionem in bonis hære-
ditarijs tam d. D. Claudij, quàm d. D. Prioris à Locis Pijs
poſſeſſis, intendimus præiudicium dd. DD. de Berzighellis
inferre, quin poſſent etiam ſuper alijs bonis eorum iura
pro d. legitima competentia, & contra quoſcumque, prout
de iure ſibi magis licitum eſſet, exequi, & experiri.

Et licet de iuris rigore dicta executio, cùm ageretur
de exceptionibus fideicommiſſorum detractiones reſpi-
cientibus, debuiſſet, illis non obſtantibus, liberè con-
cedi ex Fab. *in C. lib.* 6. *tit.* 11. *diff.* 1. adhuc tamen iuſtis de
cauſis declarauimus, bona vigore d. executionis capienda
hypo-

hypothecata dictis Locis Pijs remanere debere, quoad vſque dd. exceptiones reſeruatæ non forent deciſæ, ſequentes in hoc authoritatem Senatus Tholoſani apud Maynard. *deciſ.55.ſub n.2.lib.5.* quam etiam retulit Barry *de ſucceſſ.lib.16.tit.3.n.2. verſ.alteram*, qui in caſu huic affini hoc prouiſionali decreto vſus fuit.

Ab hoc tamen noſtro voto io articulo tantùm prædictæ executionis, & reſeruationis exceptiorum oppoſitarum à D. Priore Franciſco (in reliquis concordantes) diſceſſerunt Eroditiſſimi DD. Petrus de Angelis, & Petrus Matthæus Maggios Collegæ noſtri præſtantiſſimi, qui exiſtimarunt, articulos, & exceptiones oppoſitas à Locis Pijs eſſe facillimæ digeſtionis, & propterea eſſe procedendum ad vlteriora ſuper deciſione dd. exceptionum propoſitarum olim à D. Priore Franciſco de Vſimbardis, & modo proſecutarum à Venerabilibus Locis Pijs, retardata executione ſeu immiſſione prædicta, ſed an iure, ex præmiſſis quiſque videat.

Et ita &c.

Io. Argentus Rota Auditor.
Ioſeph Vrceolus Rota Auditor.
Coſmus Farſettus Rota Auditor, cauſa Relator &c.
Franciſcus Venturinus Auditor.

Cap. III.

A R G V M E N T V M.

Sententia in Iudicatum tranſacta, per quam extat declaratum, non fuiſſe locum imputationi à Teſtatore ordinatæ non obſtante, quando adhuc legitimatio denegetur immiſſio pro legitima, quamuis in quantitate certa relicta.

Quando legitima dicatur quota bonorum, vel hæreditatis, & quando legitimæ iudicium non dicatur ſummarium, ſed ordinarium.

Exceptiones ſuper bonorum ſeparatione, & aliæ, ſed conſtantes in iure, quando legitimatio retardent immiſſionem.

S V M M A R I V M.

1 *FActi ſeries.*
2 *Legitima, non debetur niſi deducto ære alieno.*
3 *Legitima ſecundum veriorem ſententiam, eſt quota bonorum.*
4 *Contrarium, vt ſit quota hæreditatis.*
5 *Intellige, vt ſit quota hæreditatis in caſibus, in quibus non agitur de concurſu creditorum defuncti, & de ære alieno deducendo, ſecus è conuerſo, quo in caſu legitima ſemper eſt quota bonorum, non hæreditatis.*
6 *Præſertim ſi alius eſt inſtitutus hæres.*
6 *Atque etiam, quando adſunt bona ſubiecta oneri reſtitutionis, in quibus fieri non valeat legitimæ detractio, tunc enim agitur de legitima, non tanquam de quota bonorum, & num. 8. Præcipuè ſi legitimarius petijt ſibi aſſignari legitimam deductis oneribus, & debitis nu. 13. Alias deſuper ferenda Sententia non eſſet conformis petitioni, num. 16.*
9 *Quando legitima eſt quota bonorum non poteſt filius eam conſequi, niſi prius liquidatis liquidandis.*
10 *Quia quota bonorum nequit cognoſci ſeu æſtimari, niſi deducto ære alieno, cum bona noſtra non dicantur, niſi ea, quæ remanent ſoluto debito, & per conſequens etiam deductis omnibus bonis, quæ defunctus poſſidebat cum onere, & obligatione reſtituendi, numer. 15.*
11 *Filio eſſe conſignandam legitimam, præſtita per eum cautione de ſoluendo ære alieno. Contrarium, numer. 12.*
13 *Dictio,* liberè, *importat libertatem, quoad omnia ſine vllo onere, & ſine aliqua obligatione.*
17 *Legitima debetur filio ſine onere; Et ſtatim mortuo patre, abſque vlla mora, num. 18. nam ſi filius cogeretur expectare debitorum ſolutionem, diceretur grauari in tempore, num. 19.*
20 *Intellige de illa mora, & onere proueniente ex facto hominis, non ex facto legis. Lex enim mandat legitimam non deberi, niſi deducto ære alieno, & nu. ſeq.*
21 *Grauamen non conſideratur in eo, quo ſibi non debetur.*
22 *De legitima non eſt querendum, ſi æs alienum ſuperet bonorum defuncti valorem.*
23 *Exceptio deductionis æris alieni, ſicuti bonorum reſtitutioni ſubiectorum, dicitur exceptio, quæ ex natura ineſt petitioni, & iudicio legitimæ.*
24 *l. ſcimus in princ. & §. cum etiam, C. de inoff. teſtam. & l. quoniam in prioribus, C. eodem loquuntur de oneribus, & mora, prouenientibus ab extrinſeco, ex dato, & facto hominis.*
25 *Proceditur via ordinaria, & ſecundum ordinem Iudiciorum petitione legitimæ, quæ à filio fit, eiuſdemque Iudicium ordinarium eſt, & num. 27.*
Nam licet legitima ſuccedat loco Alimentorum.
Et in alimentis proceditur de plano dieque feriata.
26 *Secus tamen eſt in legitima.*
27 *Fabri Doctrinarum antinomia, in quibus terminis loquatur, num. 47. eiuſdem doctrinæ intelligentia, num. 48. & ſeqq.*
28 *In iudicijs ordinarijs omnes exceptiones admittuntur, atque veniunt cognoſcendæ, licet requirant altiorem indaginem.*
29 *In Iudicijs verò ſummarijs, & executiuis. Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur.*
30 *Legata de iure habent hypothecam.*
31 *Pro legatis competit via executiua iuxta Stat. Flor. lib. 2. rub. 31. diſpoſit.*
32 *Immò etiam de iure communi, & ſecundum opinionem Rotæ Rom.*
33 *Petens in iudicio ſibi decerni legitimam in ſumma certa, non dicitur agere remedio aliquo ſummario immiſſionis, ſed tantum via ordinaria.*
34 *Vt filius poſſit frui remedijs à iure conceſſis pro legitima ipſi relicta, debet illam petere eo modo, quo à teſtatore fuit relicta, alias ſecus.*
35 *Merlin. de Pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 14. volens, quod filio agenti ad ſupplementum legitimæ, quia pater minorem quantitatem profitetur filio pro ſupplemento, competere hypothecam, eſt contra communem, & num. 47. quo in caſu procedat, num. 36. & ſeqq.*
37 *Beneficium hypothecæ ſolum à iure concedi pro pleniori, & celebriori executione vltimarum voluntatum defunctorum.*
39 *l. qua nuper 31. l. quoniam in prioribus 32. & l. omnimodo, diſpoſitio, in quibus terminis locum ſibi vindicet, & nu. ſeqq.*
Supplementum legitimæ filius habere dicitur ex Iudicio teſtatoris, eod. nu. 39.
Intellige, quod hoc verum ſit per quandam fictionem, & illo dumtaxat caſu, in quo non reſiſtat expreſſa defuncti voluntas, ſecus è conuerſo, vt nu. 40. & ſeqq.
41 *Lex declarat mentem teſtatoris, quod cenſeatur minus ſcriptum, quam dictum.*
42 *Fingere contra veritatem in iure non admittitur.*
43 *Diſpoſitio text. in l. cum Auus, ff. de cond. & demonſtr. & in l. cum acutiſſimi, & in l. generaliter §. cum autem, C. de inſt. & ſubſtit. non habet locum, quando conſtat de contraria mente teſtatoris nedum expreſſa; ſed etiam ex coniecturis, & præſumptionibus elicita.*
44 *Diſpoſitio, l. ſi vnquam, Cod. de reuoc. donat. quando non procedat.*
45 *Sext. in l. ſi mater 3. Cod. de reuocat. donat. diſpoſitio quando non intret.*
47 *Hodierna in l. hac edictali, Fontanell. de pact. nupt. impugnantur, & nu. 47.*
48 *Rot. deciſ. 363. par. 12. & deciſ. 301. num. 2. deciſ. 427. par. 13.*

par. 13. recentior. in quibus terminis loquantur.

49 *Exceptiones, quæ iam ſunt probatæ, non dicuntur requirere altiorem indaginem, & admittendæ veniunt, licet alias de earum natura, non eſſent recipiendæ, & num. 50.*

51 *Exceptio fundata in articulo iuris dicitur certa, nec requirit altiorem indaginem. In ea procedit regula hodie conſtat, hodie agatur, & iudex tenetur ſuper ea pronunciare, nu. 52. amplia etiam ſi eſſet iuris dubij, num. 53. maximè quando cauſa tractatur coram Tribunalibus Supremis, nu. 54.*

55 *Exceptio, quæ non debebat admitti, ſed pars paſſa fuit ſuper ea probari, admitti, & cognoſci, nec contra dixit, venit attendenda, cum in Iudicialibus patientia habeatur pro conſenſu.*

56 *Tertius oppoſitor, veniens ad cauſam facit ſuperſedere in expeditione prima cauſæ inter primos litigantes. Contrarium verius, num. 57. maximè, quando tertius non poſſidet. Prima tamen opinio procedit ſi in decreto admiſſionis, admiſſio facta fuit ſine impedimento progreſſus in expeditione cauſæ inter primos litigantes, num. 59.*

60 *Tertius, admiſſus ad cauſam ſimpliciter ad effectum audiendi, non eſt de neceſſe citandus in prolatione ſententiæ. Amplia vt num. 91.*

61 *Vbi in verbis non eſt ambiguitas, non datur voluntatis quæſtio.*

62 *Verbum,* mancaſſero, *poſitum in ſubſtitutione, ex proprietate ſermonis, tam caſum non exiſtentium, quàm caſum exiſtentium, & poſtea deficientium comprehendit. Sicuti*

63 *Subſtitutio facta ei, qui naſcetur, ex veriſimili mente diſponentis, comprehendit etiam caſum, quo natus non ſit.*

64 *Subſtitutio compendioſa, ex quibus verbis reſultare dicatur.*

65 *Subſtitutus per vulgarem, caducato primo gradu ſubſtitutionis, ſubintrat in illius locum, ac ſi immediatè eſſet ſubſtitutus hæredi priuato; præſertim ſi exindè caducaretur. Subſtitutio piæ cauſæ num. 66. fortius accedente declaratione diſponentis, cui ſtandum eſt, quamuis ex internallo facta, quatenus verba eſſent dubia, num. 77.*

68 *Legitima non debetur ex bonis ſuppoſitis fideicommiſſo reciproco, & correſpectiuo, abſque vlla ſuſpicione fraudis purificato, in fratre obtinente ex oneroſa, & reciproca conuentione.*

69 *Legitima non debetur, nec detrahetur ex fideicommiſſo particulari, niſi in caſu, quo alia bona prorſus deficiant.*

FLORENTINA IMMISSIONIS,

Siue executionis legitimæ.

Die 26. Iunij 1680.

DOmini de Berzighellis, cauſa introducta coram Magiſtratu Supremo huius ciuitatis, contra olim D. Priorem Franciſcum de Vſimbardis, tanquam hæredem olim D. Claudij eiuſdem familiæ, vſque ſub die 5. Decembris 1643. & poſtea proſequuta, contra venerabilia Loca Pia ciuitatis Collis, petierunt declarari, eiſdem fuiſſe, ac eſſe
1 debitam legitimam in bonis dicti D. Claudij eorum Aui Materni in ſumma ſcutorum 26. mila liberam, & immunem ab omnibus imputationibus in teſtamento per D. Claudium ordinatis, & propterea condemnari D. Priorem Franciſcum, præfati D. Claudij hæredem, ad dandam, & ſoluendam legitimam prædictam, vnà cum fructibus à die mortis.

Pro parte eiuſdem D. Prioris Franciſci, & poſt eius obitum dd. Locorum Piorum fuit primo loco, oppoſitum in eamdem legitimam, fore ac eſſe imputanda omnia, quæ D. Claudius de Vſimbardis, in eius teſtamento mandauerat, & quatenus præfati DD. de Berzighellis, eius diſpoſitionem, iniuria tamen impugnarent fuit inſtitutum in pretenſæ legitimæ liquidatione, ac æſtimatione, foré, ac eſſe detrahenda, ex patrimonio D. Claudij, non ſolum bona omnia, quæ de anno 1598. & 1604. reſpectiuè à DD. Laurentio, Claudio, Fuluio, & Reuerendiſſimis DD. Epiſcopis Petro, & Vſimbardo de Vſimbardis, ſuppoſita erant fideicommiſſo per eos inſtituto, & per mortem præfati D. Claudij, ad fauorem dicti Prioris Franciſci, & poſtea dd. Locorum Piorum purificato iuxta inſtrumentum tranſactionis, & apocam priuatam inter dd. de Vſimbardis confectam, atque vſque ſub die 13. Nouembris 1604. cum eodem inſtrumento in actis exibitam. Verùm etiam deducenda eſſe bona omnia, quæ poſt mortem D. Franciſci de Vſimbardis, ab eius hæreditate peruenerunt in eumdem D. Claudium illius patruum, qui tempore mortis fuerat obligatus ea reſtituere dicto D. Priori, necnon pariter detrahenda eſſe bona exiſtentia in territorio Collenſi, à quibus DD. de Berzighellis (ſecundum cenſuram ſtatutorum eiuſdem ciuitatis) remanebant excluſi, propter exiſtentiam dd. D. Priori Franciſci agnati, & ab eodem D. Claudio, vt ſupra hæredes inſtituti.

Fabricato ſuper prædictis pro vtraque parte proceſſu, nobiſque cauſa cum facultate referendi, vna, vel pluribus vicibus per Supremum Magiſtratum commiſſa, placuit primo loco diſcutere, ſuper maiori parte imputationum prædictarum, in quo quidem articulo prodijt relatio, & ad eiuſdem relationis normam Sententia dd. DD. de Berzighellis fauorabilis, pro excluſione ſcilicet earumdem imputationum.

Subinde recommiſſa nobis per eumdem Magiſtratum cauſa prædicta in cæteris imputationibus, & articulis reſeruatis, ac alijs per vtramque partem deductis, fuit tandem ea parte DD. de Berzighellis inſtitutum pro immiſſione, in poſſeſſionem bonorum remanſorum in hæreditate dicti q. D. Claudij pro petita ſumma ſcutorum viginſeimilla, & fructibus hucuſque decurſis à die mortis d. D. Claudij. Verùm quia pro parte dd. Locorum Piorum opponebatur prius procedendum eſſe ad liquidationem eiuſdem legitimæ, & per conſequens antea cognoſcendum de fideicommiſſorum, aliarumque detractionum, vt ſupra oppoſitarum, iure, quæ æris alieni loco ſunt propoſito articulo cauſaque diſcuſſa, nos infraſcripti, ab alijs præſtantiſſimis Collegiis diſſentientes, retulimus fore, ac eſſe procedendum ad vlteriora ſuper deciſione exceptionum propoſitarum, olim à D. Priore Franciſco de Vſimbardis, & modo proſequutarum à Venerabilibus Locis Pijs, retardata immiſſione, ſiuè executione prædicta, ad ſic referendum moti.

Quia legitima, non debetur, niſi deducto ære alieno, 2
l. Papinianus, §. quartam, ff. de inoff. teſtam. Hector. Felicius *in alleg. 38. num. 1.* Franc. Prat. *diſcept. 14. num. 34. lib. 1.* Benedict. Capra *conſ. 68. num. 4.* Marr. *de ſucceſſ. legal. par. 1. quæſt. 25. art. 9. num. 1.* Franciſcus Cenſal. ad Peregrin. *art. 36. verſ. 11. obſeruo mihi fol. 231.* Antonin. Amat. *variar. reſol. lib. 1. reſol. 39. num. 167. & ſeqq.* Arias de Meſa *reſol. variar. lib. 3. cap. 37. num. 10. in fin. & cap. 49. num. 26.* Surd. *deciſ. 333. num. 14. & conſ. 248. num. 17.* Baldaſſ. Thomaſ. *in append. 2. ad primam decadem de legit. numer. 15. fol. mihi 230. tit. 2.* latè cum multis Borellus *in ſumm. Dec. tit. 16. de legitim. ſub num. 44.* R. P. de Luca *diſc. 29. num. 2.*

Et ratio eſt, quia legitima, ſecundum veriorem ſen- 3
tentiam, eſt quota bonorum, Bartol. *in l. ex facto, ff. de hæredib. inſtituend.* Craſſ. *in §. legitima quæſt. 1. num. 2.* Hector. Felic. *alleg. 38. num. 3.* Prat. *diſcept. 14. num. 31. & ſeqq. vſque ad num. 37. lib. 1.* Paſcal. *de virib. patriæ poteſtatis par. 2. cap. 4. num. 11. fol. mihi 145.* R. P. de Luca *de legitima diſcurſ. 26. num. 8. & diſc. 29. num. 2.* Marr. *de ſucceſſ. legal. par. 1. qu. 25. art. 9. num. 1.* Surd. *conſ. 248. num. 7.* Borell. *in ſumm. deciſ. tit. 16. de legitima num. 42.*

Non quota hæreditatis, vt voluere Salycet. *in auth. no-* 4
niſſ. quæſt. 12. num. 17. verſ. item pro hac parte, Imola *in cap. Raynut. in princ. in deſin. de teſtamentis,* Vaſquius *de ſucceſſ. creation. §. 20. par. 2. lib. 2. numer. 211.* Fachin. *lib. 2. Controuerſ. cap. 4. verſ. ſed iſtis non obſtantibus,* cum alijs adductis per Merlin. *de legitima lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 3.*
quia horum opinio eſt in intelligenda, in caſibus in qui- 5
bus non agitur de concurſu creditorum defuncti, & de ære alieno deducendo, nam quoad creditores, & æs alienum ſemper legitima, eſt quota bonorum, & non quota hæreditatis, vt voluere illi DD. nam hoc optimè declarat cum multis Borell. *in ſumm. deciſ. d. tit. 16. de legitima nu. 43.* Bellon. *de iur. accreſc. c. 9. quæſt. 24. nu. 72.* Mer-
lin. *de legitima lib. 1. quæſt. 2. tit. 1. num. 4.* maximè quando 6
alius

Digitized by Google

aliuseſt inſtitutus hæres, Giouagnon. reſp. 9. num. 13. lib. 2.
Bellon. de iur. accreſc. d. cap. 9. quæſt. 24. num. 87. & proinde
cùm in caſu noſtro controuerſia ſit ſuper deductione
7 plurium bonorum, quæ dicuntur ſubiecta, oneri reſti-
tuendi, & in quibus, ſi talia eſſent, non foret facienda
legitimæ detractio, ex traditis per Fabrum in lib. 3. eod. tit.
19. de inoff. teſtam. defin. 9. in princ. & in defin. 24. ante
8 medium, vtique diſcutrendum eſt, de legitima non vt de
quota hæreditatis, ſed vt de quota bonorum, Hector. Felic.
alleg. 38. num. 3. & in quibus terminis filius non poteſt con-
ſequi legitimam, niſi prius liquidatis liquidandis, vt docet
9 Alex. conſ. 134. num. 1. lib. 4. quem ſequitur Merlin. de legi-
tima lib. 5. tit. 3. quæſt. 12. num. 1. & ratio eſt manifeſta,
quia cùm de quota bonorum agatur, hæc æſtimari, & co-
gnoſci non poteſt, niſi deducto ære alieno, nam bona
non dicuntur niſi illa, quæ eſt ſolutum æs alienum, rema-
10 nent Harpreckt. lib. 2. inſtit. tit. de Falcid. §. cum autem n. 1.
& 2. cum concord. & hinc videmus, non eſſe tutam opinio-
11 nem illorum, qui tenuerunt filio legitimam eſſe præſtan-
dam præuia cautione, ſiue fideiuſſione de ſoluendo ære
12 alieno, inter quos fuere Paul. de Monte Pico, Cuccus, &
Ripa, ſed benè reiectam à Felicio alleg. 38. in princ. & ſeqq.
& ſignanter num. 11. 12. vbi reprobat Picum dictæ opinio-
nis anteſignanum, necnon Cuccum, & Ripam, qui eam-
dem amplexi fuere, cum Felicio concordant Surd. conſ.
248. num. 24. Franciſcus Cenſal. ad Peregr. art. 36. ſub verſ.
vndecimo obſeruo fol. mihi 231. Maſtrill. dec. 64. nu. 17. Bo-
rell. in ſumma dec. tit. 16. de legitima num. 103. & ſeqq. vol. 3.
fol. 348.

Et ſanè ſine dubio procedit prima noſtra concluſio, quan-
do legitimatij, petierunt ſibi aſſignari legitimam deductis
13 oneribus, & debitis, Hector Felic. d. Alleg. 38. num. 1.
verſ. inſuper. Et licet iſta petitio explicitè non le-
gatur facta à DD. de Berzighellis in hoc noſtro caſu, ni-
hilominus inficiari non poteſt, quin ſaltem talis implicitè
ſubintelligatur, dum ſub die 5. Decembris 1643. expoſito
teſtamento D. Claudij in eorum petitione, inſteterunt de-
clarari, eiſdem deberi legitimam in bonis eiuſdem Domi-
ni Claudij in ſumma ſcutorum 26. mila, vnà cum fructi-
bus à die obitus illius liberè, & ſine vlla imputatione, &
compenſatione, & condemnari, ac condemnatum aſtrin-
gi Dominum Priorem Franciſcum Vſimbardi, ad dan-
dum, & eidem ſoluendum, & reſtituendum legitimam
prædictam vnà cum fructibus, vt ſupra in proc. à cap. 19.
nam hæc petitio, cùm non ſit quotæ hæreditatis, ſed cer-
tæ ſummæ ſcutorum ventiſeimila, cum dictione liberè,
14 quæ importat libertatem, quoad omnia, ſine vllo onere,
& ſine aliqua obligatione, latè Barboſ. de diction. 190. per to-
tam, & ſignanter nu. 3. & nu. 15. vtique habenda eſt, vt pe-
titio quotæ bonorum, & ſic deducto omni ære alieno, &
15 per conſequens omnibus bonis, quæ D. Claudius poſſide-
bat, cum onere, & obligatione reſtituendi, ad tradita
ſupra per Fab. d. lib. 3. Cod. tit. 19. de inoff. teſtam. defin. 6. in
princ. et defin. 24. ante medium. Alias ſententia, quæ da-
16 retur non præcedentibus dictis liquidationibus, & ſepara-
tionibus, non diceretur conformis petitioni, prout de iu-
re eſſe debet, vt in punctualibus terminis obſeruat Hector.
Felic. allegat. 38. num. 2.

17 Nec huic opinioni aduerſatur, quod legitima filio debe-
tur ſine onere ad text. in l. quoniam in prioribus 32. Cod. de
inoff. teſtam. cum concord. Giouagnon. in reſponſ. 42. nu. 41.
18 & 80. lib. 1. & ſtatim mortuo patre abſque vlla mora, l. ſci-
mus in princ. & in §. cum etiam, C. de inoff. teſtam. & ibi-
19 dem Perez nu. 41. quod non ſequeretur ſi filius cogeretur
expectare debitorum ſolutionem, ſiue æris alieni deductio-
nem, nam quodammodo grauaretur in tempore, Franc.
dec. 127. num. 9.

Quia reſpondetur aduertendo prędicta procedere, quan-
do ageretur, de mora ſiue onere proueniente à facto ho-
20 minis, non verò, quando onus ſiue mora ortum habet à
facto legis, quæ mandat legitima iam, non deberi niſi de-
ducto ære alieno, d. l. Papinian. §. quartam, ff. de inoff.
teſtam. quam reſponſionem optimè probat Hector Felic.
d. alleg. 38 num. 16. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat.
7. in fin. num. 11. & Gabriel. in conſ. 139. nu. 13. lib. 2.

Præterquamquod grauamen in expectatione conſiderari
21 non poteſt, vel quia ſtante ære alieno, filio adhuc nihil de-
betur, & grauamen in eo, quod ſibi non debetur, non
conſideratur, Felic. d. alleg. 38. num. 14. verſ. reſpondetur,
maximè ſi æs alienum ſuperare potuiſſet bonorum defuncti
valorem, quia tunc de legitima ſecundum Baldi ſenten- 22
tiam, non eſſet tractandum, idem Hector. Felic. d. alleg. 38.
num. 15.

Vel quia huiuſmodi exceptio deductionis æris alieni, &
ita bonorum reſtitutioni ſubiectorum eſt exceptio, quæ 23
ex natura ineſt petitioni, & iudicio legitimæ, ad tex. in d. l.
Papin. §. quartum, ff. de inoff. teſtam. & hinc ſequitur, quod
non poſſit haberi, vt inductiua oneris, & moræ, ad effe-
ctum vt inſtent termini, l. ſcimus in princ. et in §. cum
etiam, C. de inoff. teſtam. et l. quoniam in prioribus 32. C. eo- 24
dem, loquentium de oneribus, & mora, prouenientibus
ab extrinſeco, ex dato, & facto hominis, Felic. d. alleg. 38.
num. 16.

Et ideò non ſine ratione, Bald. ponderatis verbis text.
in l. ſi quis in ſuo 33. ibi iudiciorum ſtrepitu num. 5. C. de inoff.
teſtam. notandum dixit, quod ſi filius petat legitimam, 25
procedi debet via ordinaria, & ſecundum ordinem iudi-
ciorum, quia ſi dicimus, quod legitima ſuccedit loco ali-
mentorum, & in alimentis proceditur de plano die feria-
ta, vt in l. 2. de ferijs, tamen ſecus eſt in legitima, ſunt 26
verba Baldi, cuius theoricam ſequuntur, & amplectun-
tur Franciſc. Praro obſeru. 47. num. 105. Surd. de alim. tit. 9.
quæſt. 2. num. 4. Cordub. de Lara l. ſi quis ad liberos, §. idem
index ſub num. 20. in fin. ff. de liberis agnoſcendis fol. mihi 73.
Caſtill. de alim. lib. 8. cap. 17. ſub num. 3. prope princ. Fran-
ciſcus Cenſal. ad Peregrin. art. 36. verſ. 10. obſerue fol. mi-
hi 231. Fontanell. de pact. nuptialib. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 1.
nu. 114. fol. mihi 114. vol. 2. vbi reſtatur, Celſum Vgonem,
prætendentem cauſam legitimæ, eſſe ſummariam in conſ.
50. ſuccubuiſſe.

Si igitur iudicium legitimæ eſt iudicium ordinarium 27
opinio Fabri in defin. 24. tit. 19. de inoff. teſtam. lib. 3. Codi-
cis, volentis, exceptionem fideicommiſſorum in iudicio
legitimæ admittendam eſſe, ſi in promptu, de eadem
conſtet, non ſecus, & contraria alteri opinioni, pariter
per ipſum firmatæ in def. 6. eiuſdem libri, & tit. vbi dicit pla-
cuiſſe, in ciuilem eſſe petitionem, præterea quod legiti-
ma, non hæreditatis, ſed bonorum quota ſit, ob id quod 28
non niſi deducto ære alieno debeatur, non erit omnino
tuta, dum in Iudicijs ordinarijs, omnes exceptiones ad-
mittuntur, & cognoſcendæ veniunt, licet altiorem re-
quirant indaginem, Poſtius reſol. 141. num. 32. ad differen-
tiam Iudiciorum ſummariorum, & executiuorum, in
quibus exceptiones altam indaginem requirentes, non 29
admittuntur, Scapuccin. de Saluian. interdicto lib. 2. quæſt. 1.
num. 1. Carleual. de Iudicijs tit. 3. diſput. 13. num. 4. Rot. poſt
Zach. de obligat. Camer. dec. 253. num. 5.

Nec viſum fuit obſtare, quod in caſu noſtro legitima
in ſumma ſcutorum 26. mila DD. Berzighellis fuerit per
D. Claudium in teſtamento legata, quapropter, nedum 30
potuerint agere remedio Saluiani, propter hypothecam,
de iure legatis tributum ad text. in l. prima, C. communia
de legatis, & in §. ſed ſi olim quidem inſtitution. de legatis,
Caſtill. de alim. lib. 8. cap. 66. num. 12.

Verùm etiam via executiua, tum ad formam ſtatuto- 31
tum rubr. 31. ſecundi voluminis, tum iuris communis diſpo-
ſitione, ſi libet amplecti ſententiam Angeli in §. illud nu. 57. 32
Auth. de hered. & falcid. quam ſecuti fuere plures relati à
Ludouic. deciſion. Peruſin. 23. num. 9. & à Merlin. Pignat.
controu. 2. lib. 2. num. 7. contra Alexandrum in l. ſi cum do-
tem, §. eo autem tempore num. 60. verſ. 4. limit. ff. ſol. ma-
trim. in cuius opinione vltra Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ.
rem. 4. num. 649. verſ. etiam hoc intellige, & alios relatos à
Merlin. d. controu. 2. reſidet Rot. Rom. vt teſtatur R. P. de
Luca de leg. diſc. 6. ſub num. 6.

Quia DD. de Berzighellis, non egerunt via executiua,
vt vnanimi voto, & nemine diſcrepante, fuit inter nos
reſolutum.

Nec minus remedio aliquo ſummario immiſſionis, ſed
tantum via ordinaria, petendo, eiſdem decerni legitimam 33
in ſumma certa ſcutorum 26. mila vnà cum fructibus &c.
Quaproter non benè adaptati poſſunt termini ſupradicti,
vt optimè diſtinguendo obſeruat Rot. Rom. dec. 301. nu. 8.
par. 13. recent.

Vltrà quod ad effectum, vt DD. de Berzighellis vti,
fruiſque potuiſſent remedij à iure conceſſis legatis, vlti- 34
miſque Defunctorum voluntatibus, fuiſſet neceſſarium,
quod petijſſent legitimam eo modo, & forma, quibus
fuit à D. Claudio in teſtamento relicta, vt in punctualibus
terminis declarant Giouagnon. reſp. 2. lib. 2. num. 2. & 3.

R. P. de Luca *de legitima diſcurſ. 26. ſub num. 10.* & comprobat Rota, ſecundum magis communem *in d. deciſ. 316. num. 11. par. 13. rec.*

Nec amaritudinem facit Merlin. *in tract. de Pignorib. & hypothecis lib. 3. tit. 1. quaſt. 14.* qui diſputando quæſtionem an filio agenti ad ſupplementum legitimæ, quia pater mi-
35 norem quantitatem profitetur filio pro ſupplemento, competere hypothecam, vel quia illius opinio ſit contra communem, vt ipſe fatetur *in d. lib. 3. tit. 1. qu. 14 ſub nu. 149. & melius lib. 5. tit. 4. quaſt. 2. num. 3. in tract. de legitima*, & probant Soccin. *in l. 11. ex toto nu. 3. ff. de legat. 1.* Alexand. *in l. moribus 2. num. 55. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Bartol. *in conſ. 14. verſ. nec obſtat vol. 1.* Corn. *in conſ. 52. ſub num. 4. lib. 4.* Marta *de ſucceſſ. legali par. 1. quaſt. 25. art. 9. num. 12.* Peregrin. *de fideicomm. art. 36. ſub num. 82. verſ. in ſupplemento autem*, & latiùs *ſub nu. 151.* Fontanell. *de pact. Nuptialib. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 2. ſub num. 54. propè finem, vol. 2. fol. mihi 112.* Rota Auenionen. apud Hieronym. à Laur. *deciſ. 52. in fin.* Rot. Rom. apud Puteum *deciſ. 137. per tot. par. 2.* & poſt Pacificum de Salvano *interdicto dec. 60. nu. 5. & ſeqq.* repetita poſt Merlin. *de legitima deciſ. 11. & in par. 13. recent. deciſ. 316. & ſeqq.* Caſtill. *de alim. cap. 66. nu. 12. verſ. ſed an. lib. 8.*

Vel quia procedit eo dumtaxat caſu, quo pater relinquat filio minorem ſummam, putans forſan patrimonium non eſſe, maioris ſubſtantiæ, nec capax maioris taxatio-
36 nis, ita & taliter quod ſi ſcire potuiſſet maiorem habere ſubſtantiam, maiorem portionem filio reliquiſſet, & in iſtis terminis loquitur ipſe Merlin. quando teſtatur pro ſupplemento legitimæ filio competere hypothecam, ex quo tunc ſupplementum videatur deberi ex tacita patris voluntate, vt in *lib. 3. tit. 1. quaſt. 14. de hypothec. num. 134. & 135. & tit. 3. quaſt. 98. num. 9.*

At quando filius, impugnato patris teſtatoris iudicio, petit ſupplementum legitimæ, non ſolum quia pater minorem reliquerit quantitatem, ſed inſuper prohibuerit, ne plus peteret, tunc Merlin. negat competere filio hypo-
37 thecam, pro ſupplemento. Et ratio eſt, quia conſtat manifeſtè de contraria patris voluntate, quapropter, non intrat beneficium hypothecæ ſolum à iure conceſſum, pro pleniori, & vberiori exequutionem vltimarum defunctorum voluntatum ad *text. expreſſum, in §. ſed olim quidem 2. inſtit. de legatis*, & optimè probant Giouagnon. *d. reſp. 2. lib. 2. num. 2. & 3.* Merlin. *de Pignorib. d. lib. 3. tit. 3. qu. 98. nu. 9.*

Et hic eſt caſus noſter cum D. Claudius in ſuo teſtamento non ſimpliciter reliquerit DD. de Berzighellis nepotibus ex filia legitimam in ſumma ſcutorum 26. mila, ſed inſuper mandauerit plura, per eoſdem fore imputanda, ita quod ſolum conſequi deberent, quod deficeret ad complementum dictæ ſummæ ſcutorum 26. mila factis dictis imputationibus ex illis verbis, ibi, *nella quale volſe imputarſi loro &c.* & ibi, *e pe e dichiarò detto Sig. Teſtatore per detta legitima come ſopra conſeguita, non doverſi loro altro, che quello reſtaſſe al compimento di ducati 26. mila.* Et proindè tantum abeſt, quod Merlin. faueat DD. de Berzighellis
38 ad effectum hypothecæ, & aliorum priuilegiorum, à iure conceſſis legatis, & vltimis defunctorum voluntatibus, quod imò pro hac noſtra ſententia tantum in caſu præſenti allegari meretur.

39 Nec quidquam operari valent *text. in l. quæ nuper 31. in l. quoniam in prioribus 32. in l. ſcimus 36. & in l. omnimodo 39. C. de inoff. teſtam.* per quæ iura dicitur ſuppleri indictum, & diſpoſitio teſtatoris proinde ac ſi filius in tota legitima fuiſſet inſtitutus, Bald. *in l. hac edictali, C. de ſecund. Nuptijs num. 8. & 9. & in l. 1. num. 10. Cod. de inoff. dotib.* & proinde ſequatur, quod ſupplementum filius habere dicatur ex iudicio, & diſpoſitione patris teſtatoris, vt voluerunt Bellon. *de iure accreſcend. cap. 9. qu. 45. à num. 44. vſque ad nu. 50.* Intrigliol. *deciſ. 45. ſub nu. 12.* Rot. Auenion. apud Hieronym. à Laur. *deciſ. 52. ſub num. 5. verſ. verumtamen*, Burell. *in ſumma deciſ. tit. 16. de legitima ſub num. 49. fol. 347. tom. 3.*

40 Quia hoc verùm eſt per quandam fictionem, & illo dumtaxat caſu, quo non reſiſtat expreſſa defuncti voluntas, vt optimè diſtinguendo declarat Bellon. *in d. cap. 9. quaſt. 45. ſub num. 55. verſ. plane*, vbi hæc verba habet planè ſi is qui minus legitima reliquit filio, iuſſerit, vt ſit tacitus, & contentus, nec quidquam vlterius petere poſſet, tunc quia repugnat voluntas teſtatoris, ideò licèt filius, non obſtante tali prohibitione conſequatur ſupplementum, non tamen dicere poſſumus, id eum conſequi ex eius iudicio, & diſpoſitione, ſed potius ex ſimplicis, & mera diſpoſitione legis.

Quandoquidem tali caſu non poteſt lex fingere, quod 41
pater voluerit filio ſupplementum deberi, vel declarando, vel interpretando patris mentem, dum talis legis interpretatio ſolum operari poſſit effectum in caſibus dubijs, & quando non conſtat de expreſſa mente in contrarium, nam tunc lex ſupplendo, vel declarando tacitam mentem teſtatoris, operari poteſt, quod cenſeatur, minus ſcriptum, & plus dictum, vt in terminis *l. cum Auus, ff. de condit. & demonſtrationib. l. cum acceptiſſimi, Cod. de fideicomm. l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. & in l. ſi mater 3. C. de inoff. teſtam.* & in terminis noſtris Trentacinq. *lib. 3. tit. de matrim. reſol. 5. ſub num. 34. & ſub verſ. cum prædicta non ſubſiſtant propè finem.*

Non verò in contrario caſu, quia eſſet fingere contra 42
veritatem, quod in iure non admittitur, *textus eſt expreſſus in §. minorem natu 4. inſt. de adopt. lib. 1.*

Et hinc videmus diſpoſitionem *l. cum Auus de cond. &* 43
demonſtr. cum acutiſſimi de fideicomm. & l. Generaliter, §. cum autem, C. de inſt. & ſubſtit. non ſibi vindicare locum, quando conſtat de *contr. mente teſtat.* nedum expreſſa, ſed etiam tacita, ex coniecturis, & præſumptionibus elicita, vt latè probat Fuſar. *de ſubſtit. qu. 393. nu. 108. fol. 420.* R. P. de Luca *de fideicomm. diſc. 74. nu. 2.*

Quemadmodum non intrare terminos *l. ſi vnquam,* 44
C. de reuocat. donat. ſi ex circumſtantijs apparere poſſit, etiam filijs ſuſceptis patre fuiſſe donaturum, vt latè videre eſt apud Tondut. *reſol. ciuil. cap. 54. per tot.*

Nec etiam effectum operari, *text. in d. l. mater 3. C. de* 45
inoff. teſtam. quando veriſimiliter credi poteſt matrem filium præterire voluiſſe, vt ex eodem contextu, *& ibid. ex Gloſ. patet.*

Et proinde, parum aut nihil eſt extimanda opinio ho- 46
diernæ in *l. hac edictali, C. de ſecund. Nuptijs quaſt. 8. ſub num. 28.* volentis etiam in caſu, quo conſtet de contraria mente teſtatoris, ſupplementum legitimæ deberi ex iudicio teſtatoris, vt ſub *verſic. tamen eius impugnatio &c.* & Fontanell. *de pact. Nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 4. num. 31. vol. 2. pag. 129.*

Quia aduerſatur *rationibus, & iuribus ſupradictis*, & eſt 47
contra communem, vt ſupra probauimus, & confirmant Caſtrenſ. *in l. omnimodo num. 5. in fin. Cod. eod.* Corneus *in conſ. 52. ſub num. 4. vol. 4.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de Matrim. reſol. 5. ſub num. 34. verſ. ex prædictis fol. mihi 345* loquentes in terminis, in quibus pater filijs reliquit legitimam in minori ſumma cum prohibitione non plus petendi.

At quando amplectenda foret ſententia Fabri *in d. def.* 48
24. tit. 19 de inoff. teſtam. lib. 3. Codicis, Et verſaremur in legitima debita ex teſtamento, & in quibus terminis loquuntur Faber. *in lib. 6. C. tit. 11. de iur. deliber. def. 1.* Rot. *deciſ. 363. p. 12. rec. dec 301. num. 2. & in deciſ. 427. par. 13. recent.* adhuc pronunciandum erat, vt nos retulimus, quia ſuper exceptionibus prædictis, iamdiu compilatus, & abſolutus erat proceſſus, & nihil aliud deſiderabatur, præter Iudicis ſententiam, in quo caſu exceptiones, non dicuntur requirere altiorem indaginem, vt in terminis
iudicij manutentionis probat Poſthius *de manutenend. ob-* 49
ſeruat. 42. numer. 142. & in terminis obligationis cameralis Andreol. *controuerſ. 42. num. 31.* & admittendæ veniunt,
licet alias de earum natura non forent recipiendæ, Ridol- 50
phin. *in praxi iudiciaria par. 1. cap. 8 num. 225.* & ratio eſt, quia, vbi nulla facti quæſtio eſt, ſed iuris tantum, ex communi ſententia, exceptio nullo modo dicitur altam indaginem requirere, ſed de ea incontinenti liquere, opti-
me Arg. *de acquir. poſſ. quaſt. 2. art. 4. num. 28. & ſeqq.* Gra- 51
tian. *diſcept. for. cap 692. num. 36.* Capyc. Latro *conſult. 77. numer. 23. lib. 2.* & propterea iudex ſtatim tenetur ſuper
eadem pronunciare, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 740.* 52
numer. 48. Menoch. *de arb. iud. lib. 1. quaſt. 53. num. 5. & 6.* vbi idem admittit, etiamſi exceptio eſſet iuris dubij, re-
ſpondendo contrarijs, quem ſequitur Salgad. *de reg. protect.* 53
par. 2. cap. 18. num. 50. & ſeqq. & cum multis probat Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 2. diſput. 5. num. 15. 17.* cuius ſententiam aliàs, & amplexa fuit Rota noſtra *coram ſub Auditor. ſecundarum appellationum in Piſana Immiſſio 17. Decembris 1679. lib. mot. 129. in cauſa inter DD. de Moraccis, & Ros-*

Digitized by Google

& Roncionibus Nobiles Piſanos ſub §. præterea ſatis eſt.
54 Quæ concluſio multò magis procedit, quando cauſa
tractatur coram Tribunalibus ſupremis, vt optimè aduertit
Laderch. *in conſ.* 123. *ſub num.* 5. vbi hæc verba habet:
*Quia coram ampliſſimo hoc Senatu, qui vicem Cæſaris fungi-
tur, & in quo ſunt viri Doctiſſimi, & iuris peritiſſimi, non
facile admiſerim, quod eſſent reſeruanda iuris dubij exceptio-
nes, quidquid eſſet in inferioribus Tribunalibus, ſunt enim illi
in iure ciuili noſtro adeo verſati, vt poſſint omni tempore, om-
nem iuris perplexi ambiguitatem diſſoluere*; & ita quoque
dixit Rota noſtra *in d. lib. mot.* 129. *ſub §. ſed quidquid ſit.*
55 Vltra quod exceptio deductionis bonorum remanſorum in
hæreditate D. Franciſci de Vſimbardis, olim Clerici Came-
ræ Apoſtolicæ, fuit deducta à D. Priore Franciſco ſub die 20.
Decembris 1652. & ſuper eadem fuerunt admiſſi, & exa-
minati teſtes, vſque de anno 1653. & 1664. ſequuta morte
D. Prioris Franciſci ſuper eadem inſtituerunt Loca Pia Col-
lis, atque bona prædicta peruenere, inſuper addentes fore,
& eſſe quoque deducenda omnia alia bona comprehenſa in
tranſactione inter DD. de Vſimbardis vti ſubiecta oneri fi-
deicommiſſi vſque de anno 1598. & confirmati anno 1604.
producentes ad prædictum effectum cuncta documenta ne-
ceſſaria cum patientia, & quieſcentia DD. de Berzighellis,
& ſine vlla particulari proteſtatione, quod operatur, vt ho-
die non ſit ampliùs quærendum an exceptio requirat necne
altam indaginem, ſed Iudex eamdem cognoſcere debet, &
ſuper eadem pronunciare, vt optimè probat Scapuccin. de
Saluiano *interdicto l.* 2. *q.* 2. hiſce verbis: *ſi exceptio fuit pro-
poſita, & pars paſſa fuit ſuper ea probari, & admitti capitu-
la, & teſtes examinari abſque particulari proteſtatione, &
contradictione, ſeu alia reſeruatione certè talis exceptio pro-
deſſe videtur, & de ea Iudex rationem ponet in prolatione ſen-
tentiæ, atque ſi legitima foret ex quo in iudicialibus patientia
habetur pro conſenſu &c.* & plura, & iura adducendo, & au-
ctoritates, quibus addimus Saluſtium Tiberium *prax. lib.*
1. *c.* 14. *ſub n.* 3. Rot. *in dec.* 191. *ſub n.* 2. *p.* 2. *rec. & noſtram
in lib. mot.* 129. *verſ. præterea quando*, Conciol. *alleg.* 23. *n.* 21.
Poſt. *de manutenend. obſeru.* 42. *n.* 141. nec retardare poterat
cognitionem ſuper dictis exceptionibus admiſſio facta ad
cauſam Domini Prioris Vincentij de Vſimbardis ſub die 27.
Ianuarij 1676. tanquam tertij, habentis omninò ius ſepa-
ratum à primis partibus colligantibus.

Quia licet in pluribus terminis iuris communis contro-
uerſa ſit quæſtio, an ſuperſedendum ſit ſuper expeditione
primæ cauſæ inter primos collitigantes, & in qua aliqui af-
56 firmatiuam profitentur, vt apud Rouitum in *dec.* 1. quæ in
hac materia habetur pro magiſtrali *n.* 12. aliqui verò nega-
tiuam, vt ibidem *n.* 12. *verſ. alij verò &c.* & quorum opinio-
57 nem præualuiſſe teſtatur idem Rouitus loco ſupradicto, &
comprobant Tondutus *de præuentione p.* 2. *c.* 12. *n.* 25. vbi de
veriori, & Rota coram Coccin. *dec.* 254. *n.* 2. maximè quan-
do tertius non poſſidet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 1000. *n.*
6. *verſ. præterea*; attamen in caſu noſtro, res eſt prorſus ſi-
58 ne difficultate, dum in decreto admiſſionis, admiſſio facta
59 legitur ſine vllo impedimento progreſſus in expeditione
cauſæ inter primas partes vertentis.

Nec alterationem recipere potuit ab intereſſe D. de Ma-
galottis, & ſuper quo ſuperſedendum erat, quia hoc nihil
commune habet cum exceptionibus propoſitis à locis Pijs,
dum inſimul ſtare poterat, quod bonum ius fouerunt loca
Pia ſuper prædictis exceptionibus, & quod adhuc illæſum
ius Domini de Magalottis remaneret.

60 Prætetquamquod ſententia lata inter primas prædictas
partes, non poterat aliquod præparare præiudicium Domi-
no de Magalottis ad cauſam admiſſionis ſimpliciter, ad ef-
fectum audiendi, & quidem neceſſe citandus non erat, per
ea, quæ in fortioribus terminis tradit Rota *in dec.* 1680. *n.*
1. & 6. coram Coccino.

Maximè ſuper exceptione vſque à principio propoſita, &
reſpiciente bona comprehenſa in tranſactione inita inter
61 Fratres de Vſimbardis anno 1598. atque approbata 1604. ſu-
per quibus nullum ius DD. de Magalottis, & Bardis habere
poterant, & immiſſionem pro legitima ſuper illis concedi
non poſſe addebat vnus ex Dominis, tanquam ea, quæ Clau-
dij non erant, ſed debita Venerabilibus Locis Pijs, & fidei-
commiſſo conuentionali in prædicto contractu adeò eui-
denter, & liberaliter conſtituto, vt nos verſari affirmaret in
terminis *vulg. l. ille, aut ille, §. cum in verbis ff. de legat.
tertio.*

Minimè obſtante, quod cum ſubſtitutio relata fuerit ad
caſum extinctionis lineæ maſculinæ filiorum dictorum fra-
trum de Vſimbardis, hæc cum non inchoauerit dum vlti-
mus decedens fuit ipſemet Claudius vnus ex tranſigentibus
deficiente ſubſtitutionis caſu apud Claudium bona reman-
ſerit libera, nam & verba, & mentem repugnare luce cla-
rius apparet ibi. *E ſe in alcun tempo mancaſſero i figliuoli, e
deſcendenti Maſchi di tutti i detti Signori Contrahenti,
di ſorte, che veniſſe aſſolutamente eſtinta la linea, e deſcen-
denza loro maſculina, allora, & in quel caſo, e non altrimen-
ti, volſero, diſpoſero, e conuennero, che in tutti i ſopranomi-
nati beni all'vltimo deſcendente ſucceda &c.* dum verba *man-
caſſero* ex propria ſermonis cenſura vtrumque caſum exi- 62
ſtentium, & non exiſtentium, ac poſtea deficientium filio-
rum comprehendat ad text. *in l.* 2. *ff. de Præſcript. verb. l.* 1.
§. cum triplici, & §. ſin autem C. de caduc. tollend. Rot. *dec.*
12. *n.* 10. *& ſeq. p.* 10. *recent.* & mentem contrahentium ex
identitate rationis idem, in vtroque caſu voluiſſe per cen-
tum virale iudicium iam definitum apparet apud Mant. *de* 63
coniect. lib. 11. *tit.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* ac latè probat Laderch. *conſ.*
72. *n.* 2. *& ſeq.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 64. *num.* 1. & 2. Rot. apud
Burattum *dec.* 379. *n.* 2. *& ibi adden. ac dec.* 12. *n.* 11. *p.* 10.
recent.

Quinimò cùm nullo inducto graduali fideicommiſſo 64
agatur de ſubſtitutione compendioſa, clariſſimè reſultante
ex propoſitis tranſactionis verbis, *o ſe in alcun tempo man-
caſſero &c. ſucceda &c.* receptiſſimum eſt in illa contineri
vulgarem, non ſolum reſpectu primi vocati, ſed etiam ſe-
quentium ſubſtitutorum, quæ vulgaris in fideicommiſſo
nuncupatur, per quam gradu aliquo caducato ſequens ad- 65
mittitur iuxta theoric. Bart. *in l. quamdiu ff. de acquir. hered.*
Peregr. *de fideicomm. art.* 15. *n.* 1. *& ſeqq.* Otthobon. *deciſ.*
113. *n.* 1. *& dec.* 254. *n.* 7. & 8. Bich. *dec.* 17. *n.* 11. *& dec.* 27.
n. 5. de Luca *de fideicomm. diſc.* 107. *num.* 4. & Rot. *dec.* 163.
n. 6. *p.* 16. *recent. & dec.* 324. *n.* 5. *p.* 17. *recent.* maximè cùm
alias caducaretur ſubſtitutio Piæ cauſæ, vt conſiderat de 66
Luca *de fideicomm. diſc.* 91. *n.* 7. 10. ac Rot. *dec.* 149. *n.* 6. & 19.
p. 7. *& d.* 12. *n.* 5. *p.* 10. necnon declaratio Claudij vnus ex tran- 67
ſigentibus in ſuo Teſtamento ad euidentiam huius vocatio-
nis acceſſerit, vt placuit Rotæ *dec.* 402. *n.* 31. *p.* 9. apud Ot-
thobon. *dec.* 195. *n.* 17.

Nec obſtat, quod ſaltem in portione Claudij DD. de Ber-
zighellis debebatur legitima, cùm enim agatur de fideicom- 68
miſſo reciproco, & correſpectiuo abſque vlla penitus ſuſpi-
cione fraudis purificato in fratre obtinente, ex oneroſa, &
reciproca conuentione planè, vel de iſtis non debetur legiti-
ma, vt doctè firmat de Luca *de legat. diſc.* 9. *per tot.* vel in-
controuertibiliter dum ſumus in particularis fideicommiſ-
ſo bonorum, in tranſactionibus prædictis deſcriptorum
cum expreſſa declaratione in eadem tranſactione facta,
quod ſufficientia remanebant bona pro filiorum legitima,
indubitatum eſt detractionem hanc fieri non poſſe in bonis
particulari fideicommiſſo ſubiectis, ac immiſſionem pro le-
gitima in illis concedi non poſſe niſi in ſubſidium de Luc. 69
de fideicomm. diſc. 129. *n.* 5. Merlin. *de legitima lib.* 2. *tit.* 1.
q. 9. *num.* 9. Rota coram Dunoz. *dec.* 846. *n.* 35. 36. *& dec*
207. *num.* 9. *p.* 16. *recent.*

Ex quibus cùm clariſſimè modo conſtet bona prædicta
nec Claudij fuiſſe, nec petitæ legitimè ſubiecta, ſed virtute
fideicommiſſi in dicta tranſactione conſtituti debita Eccle-
ſijs Ciuitatis Collis pijſque operibus addicta, & nullam
pro huiuſmodi Declaratione requiri moram, dum DD. de
Magalottis, & Bardis citari non debebant in re penitus ab
eorum intereſſe ſeparata, modò etiam iure agendum pro eo-
rum ſeparatione docebat ipſamet decantata à Patrocinan-
tibus DD. de Berzighellis *definitio* 24. Fabri *de inoff. teſtam.
&c.*

Petrus de Angelis R. Aud.
Petrus Matthæus Magius Aud.

CAP.

Cap. IV.

Confutatio Motiuorum contra DD. Claudium, & Conſortes de Berzighellis à duobus ex DD. Rota Florentina Auditoribus ab alijs quatuor diſſentientibus in Cauſa Florentina legitima editorum die 26. Iunij 1680.

ARGVMENTVM.

LEgitimæ Iudicium quomodo dicatur ſummarium, & ad quem effectum. Executio quando non denegetur legitimario non obſtantibus exceptionibus licet in Iure conſiſtentibus, & dictæ exceptiones, quoad hunc effectum, quando æquiparentur exceptionibus facti, adeò vt non admittantur in Iudicio petitioni legitimæ, ſed reſeruandæ veniat ad ordinarium, & impugnatur deciſio contraria.

SVMMARIVM.

1 *LEgitima cauſa an ſit ſummaria, vel potius ordinaria, & n. 3. 6. 11. 15.*

2 *Legitima prius detrahitur, etiam ſi heres vellet prius deducere æs alienum, quod nonniſi cum longo temporis interuallo detrahi poſſit, præſtita tamen per filium cautione de reſtituendo, quicquid vltra portionem debitam conſecutus eſſet.*

4 *Verbum*, exigere, *propriè ſignificat per viam Iuris, & in Iudicio extorquere.*

5 *Clauſula*, ſine mora, *quid importet in Iudicijs.*

7 *Summarietas Iudiciorum quot modis, & qualiter conſideretur, & n. ſeqq.*

8 *Dotis cauſa eſt ſummaria, & celerem requirit expeditionem, tamen eſt ordinaria quoad probationes, quia in ea plenaria, & perfecta requiruntur.*

9 *Differentia inter Iudicium ſummarium, & ordinarium.*

12 *In alimentorum futurorum cauſa ſemiplena, & minus concludentes requiruntur probationes, & in ea proceditur non ſolum ſummariè, & celeriter, ſed etiam de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & nu. 13. quibus Clauſulis ſimul iunctis ſufficientes ſunt imperfecta probationes, imo proceditur ſine ordine Iudicij non obſtantibus ferijs in vtilitatem hominum conceſſis, & n. 14. 15.*

16 *Actiones, & exceptiones quando in Iudicijs pari paſſu ambulent.*

17 *Legitima an ſit quota bonorum, vel hereditatis, maximè quando agitur de ſupplemento illius condictione ex lege debito, & in quo ſenſu, & n. 18. & ſeqq.*

22 *Giouagnon. conſ. 2. n. 3. 4. reijcitur.*

23 *A ſupplementu à Teſtatore relicto, ad legitimam à Teſtatore legatam an valeat argumentum.*

23 *Hypothecaria an competat pro legitima non legata, & an pro illius ſupplemento non legatu, & de differentia, quando legitima relinquitur cum onere, & quando relinquitur non integra, & n. 25. ad 28.*

26 *In legitimam imputabilia non ſunt niſi ea, quæ ex iudicio defuncti à filio capiuntur.*

27 *Vtile legatum legitima non vitiatur ex inutili oneris adiectione.*

29 *Rota deciſ. 316. num. 12. 13. par. 13. recent. declaratur.*

30 *Pro legatu legitima an detur via executiua.*

31 *Hypothecaria, & remed. l. fin. C. de edict. diu. Hadr. toll. quando pro legitima non competat.*

32 *Supplementum eſt additamentum legitima non integrè relicta, ipſo iure à lege factum.*

33 *Imputationem qui allegat faciendam, fatetur ſe adhuc totum debere, ſed vt minus mox debeat, velle fieri imputationem, licet imputatio de per ſe conſiderata fiat de re iam habita, & n. 34.*

35 *Voluntas Teſtatoris an ſit diuiſibilis, & n. ſeq.*

36 *Onus, conditio, vel dilatio legitimam minuens habentur pro non appoſita, ſed tamen relictum validum remanet, & debetur.*

37 *Legitima ſi fuerit in minori quantitate relicta ſuppletur per adiectionem quantitatis.*

Idem ſi fuerit relicta cum onere filijs præiudiciali, quod legitimam minuere faciat, quia tunc ſuppletur per ſubductionem oneris, quæ oneris remotio appellatur etiam ſupplementum ex conditione, vel oneris ſubductione.

40 *Liquidatio ſtatus hereditarij pro ſupplementu legitima, quando non ſit neceſſaria.*

41 *Supplementum legitima an dicatur deberi contra voluntatem Teſtatoris condictione ex lege.*

42 *Exceptiones deducta in cauſa ſummaria, quando ſint reſeruabiles.*

43 *Confeſſio Teſtatoris dicentis tantam eſſe legitimam præiudicat heredi non conficienti Inuentarium, qui de errore, ſeu mendacio eam arguere non valet.*

44 *Teſtes ſi ſint admiſſi, ſaluis partium exceptionibus, & poſiti ad partes antequam vna ex partibus, vti poſſit depoſitionibus eorum debet inſtare, vt illa ponantur in actis, quod quidem agendum eſt citata, & audita parte, & per Iudicis decretum, quibus in actis poſitis Pars aduerſa audiri debet ſuper proprijs exceptionibus circa dictorum Teſtium reprobationem, & num. 45.*

46 *Pro decernenda legitima quantitate, quæ veniant diſcutienda, & conſideranda.*

47 *Ex facto certo ius oritur, non ex incerto, & quando dicatur quæſtio facti non iuris, & n. 48.*

49 *Quæſtiones orientes ſuper facto, nempè an fuerit plenè, & concludenter probatum necne, dicuntur non iuris, ſed facti, quamuis in his diſcutiendis aliquis iuris articulus emergeret, adhuc dicerentur facti quæſtiones, vel mixta, quæ facti quæſtionibus æquiparantur; Contraria procedunt, quando ex actis, & proceſſu reſultaret factum certum, & indubitata probatio, nu. 50. ſecus ſi ſuper facto dubitari poſſet, imo ſufficeret dubitatio eſſet, quæ deduceretur ex negatione partis aduerſa, & n. 51.*

52 *Indagatio voluntatis, quando ad iuris non ad facti quæſtionem attineat, & n. 53.*

54 *Diſpoſitio Text. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis ff. de legat. 2. quando non procedat, & n. 58.*

55 *Verbum*, mancaſſero, *ſeu deficerent, quid importet in vltimis voluntatibus, & quid in contractibus.*

56 *Verba in contractibus ſtrictiſſimè ſunt intelligenda, & vt minus obligent.*

57 *Donationes ſemper in fauorem donantium ſunt interpretanda.*

59 *Propoſitio illa, fideicommiſſum extare, vel non extare, eſſe quæſtionem iuris, quomodo intelligenda.*

60 *Exceptiones iuris quando executionem non retardent, ſed ſint reſeruanda, & æquiparentur quæſtionibus facti, & n. 61. 62.*

63 *Sententia ſuper ſtatu quando non citatos afficere poſſit.*

64 *Admiſſus ad cauſam quando expeditionem retardare nequeat, ſi tamen ſententia eum lædere valeat, debet audiri, & n. 65.*

66 *Nemo debet in litibus defatigari, ita vt poſt longa litigia incipiendum veniat nouum iudicium.*

67 *Ad effectum impinguendi legitimam bona donata quando connumerentur.*

68 *Fabri Doctrina commendatur.*

ADSIT DEVS.

LIcet plenè ex deciſione quatuor ex DD. Auditoribus Rotæ Florentinæ remanſerint reſoluta fundamenta, ſuper quibus eorum diſſenſionem pro locis Pijs Collis firmarunt duo alij ex eis, vt ferè nil aliud pro DD. de Berzighellis ſit ſupplendum: Nihilominus vt muneri iniuncto ſatisfaciam, & Iuſtitiæ, ac veritati deſeruiam, hæc pauca in eorum confutationem ſubnectere deliberaui.

Impugnant in primis dd. DD. duo Auditores concluſionem illam à dd. quatuor DD. Auditoribus firmatam, quod

cauſa

cauſa legitimæ ſit ſummaria, & ceteris expeditionis, & con-
tra Textus expreſſos, Petram, Celſum Hugonem, Fa-
1 brum, & Merlinum concludunt eam ſummariam non eſſe,
ſed ordinariam; Et hinc inferunt, in ea omnes ex-
ceptiones oppoſitas, etiam altiorem indaginem requi-
rentes, vt in ordinarijs, eſſe tractandas, & nil aliud al-
legant, quam verba, & authoritatem Baldi, & aliorum,
qui pro contraria, vt ipſi arbitrantur, eorum ſententiam
tenuerunt.

Sed hæc eorum opinio, vti parum æqua eo modo, vt
ipſi eam capiunt, ſic, & iniuſta videtur; ſed verior, &
binignior eſt illa, quam ſecundum alium ſenſum tenuit
dicta Rot. Florenc. per dd. quatuor Auditores repræſen-
tatam, fundata etenim hæc eſt nedum in authoritate le-
gum, & grauiſſimorum Iuris Conſultorum ad ipſa in di-
cta deciſione relatorum, ſed & in rationibus ſolidiſſimis ab
eis allatis, & licet Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1.
par. 2. num.* 114. per diſcurſum dixerit, Celſum Hugonem
in dicta cauſa ſuccubuiſſe, & ſe ipſum hæc vidiſſe ex actis
illius cauſæ; Attamen magis credendum eſt ipſi Celſo Hu-
goni, qui *dicto conſ.* 50. *num. 7. verſ. & certè &c.* teſtatur
dictam cauſam legitimæ, de qua agebatur, fuiſſe ſumma-
riè, ac per breues dilationes expeditam, & ſic deciſum.
Cuius opinionem propterea ſequuti fuerunt Petr. *de fideic.
q.15.n.75. verſ. & certio &c.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.4.q.9.*
quibus additus fuit Fab. *in C. lib.3. tit.19. diffin.24. & l.6. tit.11
diffin.1.* & Fabri ſententiã etiam probarunt Barry *de ſucceſſ.
lib.19. tit.13. n.19. in fin.* & Conſal. ad Peregrin. *de fideic. art.
36. obſeru.* 15. *verſ. ſed quoad fol.* 358. quibus adijcere
2 poſſumus omnes illos, qui voluerunt legitimæ præſtatio-
nem non eſſe retardandam, etiam ſi hæres vellet prius æs
alienum detrahere, quod nonniſi magno cum temporis in-
teruallo detrahi poſſet, præſtita per filium cautione de re-
ſtituendo quicquid plus congrua portione conſecutus fuiſ-
ſet, quos refert Merlin. *d. q. 9.* quibus addo Mayn. *dec.55.
lib. 5.* Barty *d. lib. 16. tit. 3. n.2.* quod alia ratione non pro-
barunt, niſi quia exiſtimarunt, legitimam ſine mora, &
dilatione eſſe præſtandam.

Sed quid egemus argumentis, & Doctorum authorita-
tibus ad probandam hanc veritatem, dum habemus Tex-
3 tum clariſſimum, & ineuitabilem *in l. omnimodo C. de inoff.
teſtam.* Vbi Imperator ſtatuit, legitimæ ſupplementum
(quod pars ipſius legitimæ eſt, imò legitimæ complemen-
tum ex tradit. à Crauett. *conſ.* 312. *num. 4. & ſcribentibus
omnib. in l. ſcimus §. repletionem C. eod.*) filium ſine vllo
grauamine, vel mora exigere poſſe, ponderando prius il-
lud verbum, *exigere*, quod propriè ſignificat per viam iu-
4 ris, & in iudicio extorquere, Text. & Gloſ. *in l. fideicom-
miſſa §. ſi rem in verbo exegerat ff. de leg. 3.* Ale. *in l. ver-
bum exacta num. 3. ff. de verb. ſignif.* Cagnol. *in l. bona fi-
des num. 8. ff. de reg. iur.* Cuman. *conſ. 24. ſub num. 3. verſ.
ſi verè &c.* Simon. de Pret. *conſ. 54. num.* 16. Coſt. *remed.
ſubſid. 37. illat. 2. num. 5.* & deinde alia verba, *ſine mora*,
5 ex quibus, quicquid ſit de opinione eorum, qui putarunt
ex illis cauſam reddi executiuam, indubitatum eſt tamen
reddi breuis expeditionis, & ſummariam ex Text. *in l. Præ-
ſens C. locat.* vbi Bald. Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.* 111. *nu.
10. & ſeq.* Bich. *dec. 526. num.* 24. quæ reſpectu executiuæ
6 dicitur ordinaria, non plenariè, ſed ſummariè tractanda,
vt per Bich. *ibi n.25. 27.* Coler. *de Proceſſ. execut. par. 2. c. 1.
ſub n.23. in fin.* ex quo textu luce clarius definitur, legitimæ
Iudicium celeriter, & ſine mora eſſe expediendum, & non
per ordinarias dilationes eſſe tractandum, ne diù filius le-
gitima carere cogatur, vt etiam ponderauit Argel. *de legit.
contrad. q. 13. n. 43. & 44.* cum quo Textu concordant aliæ
leges, idest, *l. quoniam in prioribus, l. ſi quando, l. ſcimus §.
cum autem C. eod. tit.*

7 Sed ad remouenda æquiuoca animaduertendum eſt,
Rotam Florentinam dixiſſe, legitimæ Iudicium eſſe ſum-
marium in eo ſenſu, vt celeris tantùm expeditionis eſſe
deberet, nec per exceptiones difficiles, & intricatas poſſet
retardari, non autem vt in eo etiam imperfectæ probatio-
nes eſſent admittendæ, nam ex diſtinctione in praxi re-
cepta duplici modo Iudiciorum ſummarietas conſidera-
tur. Vno nedum quando celeritatem deſiderant, ſed &
in eius ſufficiant præſumptiuæ, & imperfectæ probatio-
nes, altero quando celeriter, & amputatis procraſtina-
tionibus, & dilationibus ordinarijs debeant quidem ex-
pediri, ſed tamen in eis probationes plenariæ, & conclu-
dentes deſiderantur, ſic edocent Spec. *de iuriſd. omn.
iudic. §. poſtremò num.* 18. Bart. *in extrauaganti ad repri-
mendum in verbo ſummariè num. 6. & in l. ſi quis à liberis §.
ſi quis ſub num. 3. ff. de lib. agn.* Pacian. *de prob. lib. 2. cap.
6. num.* 16. Celſ. Hug. *d. conſ. 50. num.* 7. Benint. *deciſ.
85. num.* 4. Luc Pet. *in prax. lib. 4. cap. 1. num.* 2. Gail.
lib. 1. obſeru. 106. num. 3. Coler. *de alim. lib. 3. cap. 8.
num.* 2. Peregr. *conſ. 106. num. 3. lib.* 3. Bich. *d. dec. 526.
num.* 25. ſic videmus in dote, cuius cauſa ſummaria eſt, 8
quia celerem requirit expeditionem, & tamen eſt ordi-
naria quoad probationes, quia in ea plenariæ, & perfectæ
requiruntur, Bald. *Nouell. de dot. par. 9. Priuil. 12. verſ.
non tamen*, Celſ. Hugo *d. conſ. 50. num.* 7. Peregr. *d. conſ.
106. nu.* 2. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 8. gloſſ. vn. par.
vnic. n. 14. & 18.*

Nam verè generalis eſt, & communiter recepta diſtin-
ctio inter ordinarium, & ſummarium Iudicium, quod in
ſummarijs non requirantur ſolemnitates Iuris Ciuilis, vti
formalis libellus, litis conteſtatio, necnon etiam in hu-
iuſmodi Iudicijs probationum dilationes ſtatuuntur bre-
uiores, exceptiones dilatoriæ, & fruſtratoriæ non admit-
tuntur; quæ verò ſunt de Iure gentium, nempè qualis 9
qualis petitio, citatio, probationes legitimæ, & plenæ
neceſſariò exiguntur, iuxta tradita à Marant. *par. 4. diſt. 9.
num. 9. 10. 12.* quam ſequitur Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap.
53. num.* 11. & ante etiam *cap. 4. num.* 3. 4. Iſta enim co-
gnitio dicitur tantùm ſummaria ratione ordinis proceden- 10
di, non tamen propter huiuſmodi ſummarietatem mitti de-
bent probationes legitimæ, & plenæ, vt poſt *D.D. in l. 1. ff.
ſol. matr.* & alios tradit Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 8. Gloſ.
vnic. par. vnic. n.* 17.

Et ſtante hac diſtinctione inuicem conuenire poſſunt 11
hæ, quæ videntur Doctorum diuerſæ ſententiæ, nam
illa Baldi, & ſequacium, qui volunt cauſam legitimæ eſſe
ordinariam, vera eſſe poterit, nedum reſpectu executiuæ,
vt dixit Rot. Flor. *verſ. & licet*, Coler. *d. cap. 1. ſub num.* 63.
& Bich. *d. dec. 526. num. 25. & 27.* ſed etiam quoad proba-
tiones, quæ in legitimæ Iudicio requiruntur plenæ, per-
fectæ, & concludentes, vt in Iudicijs plenarijs, & ſic hæc
differt à cauſa alimentorum futurorum, in qua ſemiplenæ,
& minus concludentes ſufficiunt, Mart. *de Clauſ. part. 1.
clauſ. 180. ſub num. 10. in fin.* Coler. *de Alim. d. cap. 1.* 12
num. 5. 8. lib. 3. & hoc, quia in ea proceditur, non ſolum
ſummariè, & celeriter, ſed etiam de plano, & ſine ſtre- 13
pitu, & figura Iudicij, vt per Vaſq. *in l. ſi quis in ſuo num.
7. C. eod. tit. de inoff. Teſtam.* ex quibus clauſulis ſimul iun-
ctis ſufficiunt imperfectæ probationes, proceditur ſine Iu-
dicij ordine, & non obſtant feriæ in vtilitatem hominum 14
conceſſæ, *ex lib. 1. & 2. ff. de fer.* Felin. *in cap. olim num.
5. de accuſ.* Bart. *in d. verb. ſummariè num. 6. in fin. & in
verbo de plano num.* 3. Natt. *in clem. ſæpe in princ. gloſ. 1. n.
31. & in Gloſ. feriarum, & gloſ. neceſſitatem num. 3. & ſeq.
de verb. ſignif.* Barboſ. *clauſ.* 176. *num.* 10. Oſaſch. *deciſ. 1.
num. 9. 12. & ſeq.* Tuſch. *litt. l. Concluſ.* 888. *num. 1. & con-
cluſ.* 890. *num.* 22. Cini verò opinio, Celſ. Hug. & aliorum, 15
qui dicunt legitimæ cauſam eſſe ſummariam vera ſit, quoad
celerem eius expeditionem, in qua quamuis libellus poſſit
offerri, lis conteſtari, ſententiam diffinitiua ferri, & in ea
non procedatur pendentibus ferijs, non tamen deſinere
debet eſſe ſummaria in hoc, quod in ea dilationes debeant
magis breues dari, quam in ordinarijs plenarijs, nec ex-
ceptiones altam indaginem requirentes admittantur,
quando de illis alio tempore poſſit cognoſci, vt per Bart.
in d. verb. ſummariè num. 2. 5. 6. & ſeq. Natt. *in d. clem.
ſæpe §. quia omnia in verb. circa primam in gloſ. num. 14. &
num. 15. & ſeq. fol.* 322. Mart. *d. Clauſ. 180. n.* 10. Peregr.
d. conſ. 106. num. 2. 3. lib. 3. & alios ſupra relatos, & ſic
etiam concordabitur *Text. in d. l. ſi quis in ſuo*, quod in le-
gitimæ iudicio requirit ordinem, & ſtrepitum iudiciorum,
cum *Text. in d. l. omnimodo*, & alijs legibus diſponentibus,
quod legitimam poſſit filius ſine mora, & dilatione exi-
gere, nam quamuis ſtrepitu Iudiciorum detur, vt in
iudicijs ordinarijs, non tamen prohibetur, vt celeri-
ter, & breuibus dilationibus in ea procedatur, vt per
Bart. vbi ſupra, Celſ. Hug. *d. conſ. 50. n. 5. & 6.* & alios
ſupra relatos.

Nec hinc inferatur, quod ſi probationes plenæ in
legitimæ cauſa, vti quoad hoc ordinaria, recipi de-
beant, & ſic etiam recipi debeant exceptiones altam
indaginem requirentes, quando ad merita cauſæ oppo-
nuntur.

Quia

16 Quia probatio quidem plenaria requiritur ex parte
Agentis, ſed ex parte excipientis cauſa non deſinit eſſe
ſummaria, quia cum poſſint tales exceptiones alio com-
modiori tempore diſcuti, & grauamen, quod plenarium
non eſt, reparari, differtur exceptionis probatio, ſed non
differtur Actoris intentio, ſic reſpondent Bart. *in d. verb.
ſummariè n.* 11. *in fin.* & Natt. *in d. clem. ſæpè §. quæ omnia,
ſub n.* 18. *verſ. prædicta tamen*.

Pergunt vlteriùs dd. duo DD. Auditores, & ſubſtine-
re nituntur illam propoſitionem, quod, ex quo DD. de
Berzighellis voluntati Auiæ contrauenerint in non im-
putando in eorum legitimam dotem maternam, & do-
nationem matri factam, etiam ſi hoc iuſtè facere potuiſ-
ſent, dictam legitimam eis relictam in ſumma ſcuto-
rum 26000. petere non valeant, ſed illam tantùm, quæ
detracto ære alieno, & fideicommiſſis ad illos ſpectan-
tibus, ſibi de iure competeret, habito reſpectu ad ſta-
17 tum hæreditarium, qui liquidandus eſſet cum ſeparatio-
nem bonorum reſtituendorum, cum legitima ſit quota
bonorum non hæreditatis, & eo magis cùm agatur de
ſupplemento ipſius legitimæ debito tantùm condictione
ex lege, & pro eo non competat hypothecaria, & in his
latè ſe diffundunt allegantes etiam Giouagn. *conſ.* 1. *nu.*
3. *&* 4. *lib.* 2. Rot *deciſ.* 316. *num.* 12. *& ſeq. par.* 13.
recent. & D. de Luca *de legit. diſc.* 19. *num.* 7. *& diſc.* 26.
num. 10.

Sed in hoc video, DD. meos extra cauſam propoſi-
tam nimis incedere, non enim negatur, ſicut nec nega-
ri poteſt, legitimam eſſe quotam bonorum, ſed dicitur
18 ad æris alieni, & fideicommiſſorum detractionem eſſe
deueniendum, quando legitima ex diſpoſitione legis
tantùm peteretur, vel à Patre, vti quota, & per nomen
iuris eſſet legata, quia tunc, vt dignoſcatur ad quam
quantitatem legitima aſcendat, filius debet probare ſta-
tum hæreditarium Patris, quod & locum habet, ſi pete-
retur ſupplementum non integræ legitimæ relictæ, & ſic
rectè dicimus, legitimam eſſe quotam bonorum reſpe-
ctu portionis demonſtrandæ, non ratione quotæ exigen-
dæ, vt benè per Rip. *in l. in quartam num.* 153. *verſ.
confirmatur, & num.* 354. *ff. ad leg. falcid.* At quando
19 legitima in ſumma certa taxatur, & relinquitur à Teſta-
tore, tunc filio opus non eſt probare ſtatum hæreditarium
pro ea obtinenda, ſed poteſt illam quantitatem, vel ſpe-
ciem relictam ipſo iure in legitimam compenſandam ab hæ-
rede petere, ni probetur error, & hæc eſt concluſio certa,
& indubitata, cùm pro hac adſint Textus aperti in §. *cæte-
rum Auth. vt cum de appell. l. quoniam in prioribus, & l. ſi
quando, cum alijs concordantibus C. de inoff. Teſtam.* Franc.
optimè *deciſ.* 575. *n.* 4.

Nec replicetur, concluſionem prædictam locum
20 habere, ſi filius legitimam petat ſub ea forma, ſub qua
fuit à Teſtatore relicta, ſecundùm Giouagn. *d. conſil.*
2. *num.* 3. *&* 4. & Rot. *d. deciſ.* 316. *num.* 12. & de
Luca *ſupra citatum*.

Quia talis concluſio, & interpretatio non ſubſiſtit ſic
ſimpliciter ſumpta, nam vera eſſe poſſet, ſi conditio-
nes, & onera, ſub quibus fuit legitima relicta, de iure
21 antiquo fuiſſent iuſta, & in legitima apponibilia, itaut
eius quantitatem non diminuerent, quæ nec à *l. quoniam
in prioribus*, iuxta veriorem opinionem ſunt reiecta ex
iuribus in Rotæ Florentinæ *deciſ. allegatis*, ſecus ſi for-
ma, & conditiones prædictæ eſſent iniuſtæ, vti quæ ten-
derent ad legitimæ diminutionem, ex quibus de iure
antiquo Patris Teſtamentum potuiſſet querelari, prout
ſunt illæ, quas dictus Auus appoſuit, vt per dictam
Rotam in prima ſententia declaratum fuit, nam tunc,
cum talia onera ipſo iure à lege pro non ſcriptis habean-
tur, ac ſi addita non fuiſſent, forma à Teſtatore appoſi-
ta poteſt impunè ſperni, & filius legitimam ſibi legatam
ex Teſtamento petere poteſt iuxta diſpoſitionem dictæ
*l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus §. cum autem C. de inoff.
Teſtam.* quòd & optimè probauit *Imp. in d. l. quoniam in
prioribus in fin.* vbi, reiectis conditionibus, & oneribus
à legitima, ſubiungit, *& ita res procedat, quaſi nihil eo-
rum teſtamento additum ſit*. Ponamus in teſtamento ſo-
lum legitimam purè in certa quantitate taxatam, vel in
certa ſpecie fuiſſe relictam, nemo ſani capitis dubitabit,
quin filius poſſit eam obtinere in dicta quantitate, vel
ſpecie relicta, & pro ea illi competat etiam actio perſo-
nalis ex Teſtamento contra hæredem, rei vendicatio,
vel hypothecaria, cùm legitima ſit legata. Modo pona-
mus, eam fuiſſe in dicta quantitate, vel ſpecie relictam
cum onere, quod ex ipſa legis diſpoſitione habeatur pro
non addito, ſi filius non poſſet petere legitimam in dicta
quantitate, vel ſpecie, nec ſibi competerent dictæ actio-
nes, vt dd. DD. duo Auditores dicunt, nullo modo poſ-
ſent verificari illa verba, *& ita res procedat, quaſi nihil
eorum Teſtamento additum ſit*, imò totum contrarium,
nam ſi filius non poſſet dictam legitimam petere, nec ſibi
competerent dictæ actiones, res non procederet ita, ac
ſi nihil additum eſſet, ſed alio modo res ſe haberet, nam
illa adiectio oneris, quæ vti non addita nil operari poteſt
aliquid operaretur, nam faceret, vt filius non poſſet præ-
tendere illam legitimam relictam, nec ſibi competerent
dictæ actiones, quæ ſibi alias competijſſent, ſi nihil addi-
tum eſſet, quod repugnat verbis literalibus dicti Tex-
tus ſupra relatis, & hoc inconuincibile ferè argumentum
affert Eman. à Coſt. *in l. cum tale §. ſi arbitratu ampliat.*
1. *num.* 2. 3. *ff. de cond. & demonſtr.* Et diſpoſitionem
dictæ *l. quoniam in prioribus* propriè locum habere, quan-
do legitima filio fuit particulariter relicta, alio hærede
inſtituto, vt in præſenti caſu firmant Cucc. *de legit. verſ.
ſed non erit fol. mihi* 280. Bero. *quæſt.* 87. *num.* 10. *&*
11. Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 3. *num.*
45. Et quod tandem legitima relicta, reiecto onere iniu-
ſto ex *dicto l. quoniam in prioribus*, ex iudicio paterno
debita dicatur, vltra alios allegatos in ſecunda deciſio-
ne dictæ Rotæ tradunt Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 5. *diffin.*
3. Maynard. *deciſ.* 74. *verſ. Curia lib.* 3. Gaſp. Theſ. *in
addit. ad dec. Patr.* 170. *verſ. cæterum*, Fontan. *de pact.
nupt. Clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 4. *num.* 30. *&* 31. & durum qui-
dem eſt, vt ſuper tali concluſione dubitetur, ne dicam, vt
illi tam ſeriè contradicatur.

Et licet ſolus Giouagnon. quem viderim, *dicto conſ.* 2. 22
num. 3. *&* 4. quem ſimpliciter refert Rot. *d. deciſ.* 316. *d.
num.* 12. contra hanc approbatiſſimam concluſionem di-
xiſſet, filijs hypothecariam non competere, ſi alio mo-
do, & forma, quàm diſpoſuerit Teſtator, etiam condi-
tiones illicitas reijciendo, vt in ſuo caſu, prætenderet
legitimam, fundans rationem huius propoſitionis in illa
exagitatiſſima aſſertione, quod ſupplementum legitimæ
debitum dicatur contra voluntatem Teſtatoris, & con-
dictione ex lege, & proinde pro eo hypothecaria in ſuo
caſu intentata non competat, cùm fuerit hypotheca tan-
tùm conceſſa pro pleniori adimplemento voluntatis de-
functi ex *l.* 1. *C. com. de leg.* nam egregiè fallitur Giouа-
gnon. & cum eo falluntur doctiſſimi duo Auditores, niſi
fallor ego, nam vltra quod, hæc concluſio nil commu-
ne habet cum dicta propoſitione, & minus cum caſu no-
ſtro, in quo quantitatis nullum ſupplementum petitur,
vt infra dicemus, ſed ipſa tantùm legitima, onere tamen 23
reiecto, adhuc non valet argumentum ab hoc ſupplemen-
to à Teſtatore non relicto, quod filius petit, ad *ipſam*
legitimam à Teſtatore legatam, licet cum onere, vt Ro-
ta prædicta in duabus ſuis deciſionibus probauit, & licet
concluſio prædicta hypothecariam denegans poſſet habere
locum in ſupplemento à Teſtatore non relicto, vti con-
tra eius voluntatem debito, cum pro eo ſecundum Rotæ
Romæ & aliorum ſententiam non competat, niſi condictio
ex lege, & propterea etiam nullam hypotheca detur, ſi-
cuti ex veriori non competit pro legitima non legata, 24
Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 1. *à num.* 2. *& de pi-
gnor. & hypoth. lib.* 3. *quæſt.* 97. *num.* 1. Attamen pro illo
ſupplemento, quando à Teſtatore legatur, vt quando vl-
tra legitimam non integram filio aliquod legatum, vel
fideicommiſſum particulare, etiam cum onere, relinqui- 25
tur, quod ipſo iure onere pro non ſcripto habito impu-
tatur in legitimæ ſupplementum ex Text *in d. l. omnimo-
do in princ. §. & hæc quidem, & §. imputari, & in d. l. ſci-
mus §. repletionem C. eod. tit. de inoff. teſt.* hypothecaria
abſque dubio competit, vt ex Dec. Neguſ. Petr. & alijs
pro abſolutio tradidit Pacif. de Salu. *inſp.* 2. *cap.* 2. *nu.* 311.
tunc etenim tale ſupplementum, licet onus ex legis bene-
ficio contra voluntatem Teſtatoris remoueatur, dicitur ta-
men deberi ex eius Iudicio, & voluntate, & propterea
imputatur in legitimam, cum aliàs non imputaretur, ſic
in puncto Bart. *conſ.* 34. *num.* 4. *lib.* 1. *& in l. in quar-
tam num.* 10. *&* 14. *ff. ad l. falc.* quem ſequuntur Alex.
conſ. 179. *num.* 4. *lib.* 5. Peregrin. *de fideicomm. art.* 36.
num. 118. *&* 119. Bellon. *de iur. accreſc. cap.* 9. *quæſt.* 48.
num.

Digitized by Google

num. 59. & ſeq. & conſ. 85. num. 47. 49. cum in legitimam
imputabilia non ſint, niſi ea, quæ ex iudicio defuncti à fi-
lio capiuntur, d. l. omnimodo, & d. l. ſcimus §. repletionem,
Bart. in d. l. in quartam n. 10. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q.
1. num. 6. & 21.

Quare potius ex dictis per Giouagn. arguitur, & in-
ſtius ad fauorem dd. DD. de Berzighellis, quod ſicu-
ti ſupplementum legitimæ à teſtatore, etiam cum one-
re relictum, reiecto onere, capitur ex iudicio, & vo-
luntate Teſtatoris, vt per Bart. & alios ſupra relatos,
27 ſic & legitima, vt in caſu noſtro, cùm onere relicta
capi dici debet ex iudicio, & voluntate ipſius, onere
à lege habito pro non ſcripto, itant vtile legatum legi-
timæ non remaneat ex inutili oneris adiectione vitia-
tum, vt per Gloſ. in d. l. quoniam in prioribus in fin. &
Merlin. d. tract. lib. 3. tit. 2. quæſt. 1. num. 1. Fab. in C.
lib. 3. tit. 19. num. 2. & propterea, ſicuti pro tali ſup-
28 plemento competit hypothecaria, ſic & pro huiuſmodi le-
gitima, vt ſcripſerunt Buratt. Peuting. Maſtrill. & alij in 2.
decıſ. Rot. Flor. allegati.

29 Nec afficit Rot. d. deciſ. 316. num. 12. & 13. par. 13.
recent. referens Giouagn. d. conſ. 2. num. 4. Nam caſu
à Rota deciſus fuit ſuper ſupplemento à Teſtatore non
legato, & firmat pro tali ſupplemento, vti ſecundum
eius opinionem condictione ex lege contra voluntatem
Teſtatoris debito, non dari hypothecam, ſicuti non
datur pro legitima non legata, iuxta ſuperiùs deducta,
& ſi videantur Doctores, & iura à Rota allegata, aliam
propoſitionem non firmant, ext. pro ſolo Giouagnon. d.
conſ. 2. num. 4. cuius verba Rota ibi tranſcribit extra
propoſitum, de quo agebatur, & ſic perfunctoriè, &
incidenter, quæ propterea obicem facere non poſſunt,
cùm fuerint fortè inconſideratè relata, & illa atteſtatio,
quam facit eadem Rot. num. 13. de communi opinione,
refertur, non ad propoſitionem firmatam à Giouagn.
quæ eſt ipſius tantùm ſingularis, ſed ad illam, quam
ipſamet Rot. attulit in caſu propoſito ibi tractato, nem-
pè, pro legitima non legata, & pro ſupplemento peti-
to condictione ex lege, ex communi opinione non dari
hypothecam, & ſic dicunt, & non aliud, omnes Docto-
res ab ea ibi relati.

Niſi ſaluando Rotæ authoritatem ſecundum mate-
teriam, de qua agit, & iura, quæ allegat, dicamus ſa-
tis eo modo, & forma expreſſa à Teſtatore non peti le-
gitimam à filio, quando à Patre relictam dicit non eſſe
illam integram ſibi debitam, ſed repletione opus eſſe,
nam hæc repletio, quæ integram conſtituit legitimam,
& ipſa quoque legitima eſt, ex traditis à Crauet. conſ.
312. ſub num. 4. ab eo non petitur iuxta formam à Te-
ſtatore expreſſam, qui minorem eſſe iudicauit, nec ex
Teſtamento Patris tamquam ſibi legatam, ſed contra
eius voluntatem, & hoc, & non plus dicunt iura ab
ipſa Rota in ſua materia allegata, non autem vt &
legitima primordialis legata non debeatur ex voluntate
Teſtatoris, nam eſſet contra approbatiſſimas iuris con-
cluſiones, & difficiliter Rot. dictam propoſitionem ad
caſus ſuppoſiti deciſionem non influentem, allegans ſi
eſſet intelligenda ſecundum quod eam intelligunt dd.
DD. Auditores, à ſuperfluitate non ſatis laudata ſaluari
poſſet.

30 D. verò de Luca non dicit id, pro quo citatur, nam in
tract. de legit. diſcurſ. 19. num. 7. quærit, an pro lega-
to legitimæ detur via executiua, & concludit non dari,
quando à filio legitima, impugnando iudicium Teſtato-
ris, officio Iudicis, vel condictione ex lege peteretur,
quod intelligit, quando impugnaretur ipſa legati ſubſtan-
tia, vti ſi filius nollet legitimam in pecunia, vel in ali-
quo fundo non fructifero à Patre relictam, quod in eius
eſt arbitrio, Rot. deciſ. 696. num. 3. par. 1. recent. nam
tunc quia illam non petit ex legato Paterno ſibi facto,
ſed eo modo, quo de iure ſibi debetur, meritò nullam
viam executiuam intentare poteſt, & melius ſe declarat
in diſc. 19. de feud. ad quem ſe refert, quamuis & is
permaximè de hac opinione dubitet, vt ibi in verſ.
quamuis. In diſcurſ. verò 26. agit de ſimili materia, nem-
pè de legitima à Patre relicta in pecunia cum onere di-
lationis percipienda ex fructibus prædiorum ab hærede
ſine dilatione oblata, quam filius acceptare nolebat, ſed
31 illam legitimam petebat, quæ ex iuris diſpoſitione of-
ficio Iudicis, vel condictione ex lege ſibi debebatur, vt
conſtat ex d. diſcurſ. num. 1. & 10. & concludit non dari
hypothecariam, nec beneficium, l. fin. C. de edict. diu.
Adrian. cui addo Fab. in C. lib. 3. tit. 19. diffin. 9. in
princ. quæ nil commune habent cum caſu noſtro, in quo
petitur ipſa legitima relicta, ſed reiecto onere iniuſto ex
beneficio legis, pro qua non ſolùm hypothecariam, ſed
& actionem perſonalem, & rei vendicationem dari con-
firmant iura, & DD. à Rota prædicta in ſecunda deciſione
allegari.

Nec ſub prætextu concluſionis illius receptiſſimæ, quod
ſi filius ſupplementum legitimæ non integræ in quantitate
relictæ petat, debeat ipſe ſtatum hæreditarium probare, &
iuſtificare, quæ & qualia bona ſint in hæreditate, cùm
alias habeat præſumptionem contra ſe, quod legitima re-
licta integra præſumatur, exiſtimare debent dd. Doctiſſi-
mi DD. duo Auditores nos verſari in iudicio ſupplementi
legitimæ; Nam hoc in facto verum non eſſe conuincitur
ex verbis ipſius Teſtatoris, qui nepotes in legitima in quan-
titate ſcutorum 26000. taxata inſtituit, cum onere impu-
tationum, & ex petitione dd. DD. de Berzighellis, & ex
toto proceſſu, in quo ijdem nil aliud petierunt, niſi di-
ctam legitimam in dicta ſumma ſcutorum 26000. reiecto
onere imputationum, & ſibi reſeruarunt ius petendi ſup-
plementum, quatenus dicta ſumma non eſſet congrua, ve
fecit D. Lucretia altera filia, & licet Teſtator poſt man-
datas imputationes, dixiſſet, nepotibus pro legitima, vt
ſupra conſecuta in dote materna, & donatione aliud non
deberi, niſi quod remaneret pro complemento dd. ſcuto-
rum 26000. non tamen hinc inferendum eſt, ſummas an-
tecedentes imputationi mandatæ ſuppoſitas poſſe pro ſup-
plemento deſeruire, cùm potius ſint portio primordialis
legitimæ relictæ eo modo, quo eſſent, ſi onus imputatio-
nis adiectum non fuiſſet, cum ſupplementum nil aliud ſit,
quam additamentum quoddam legitimæ non integræ reli- 32
ctæ ipſo iure à lege factum, Textus ſunt clari in d. l. omni-
modo, & l. ſcimus C. de inoff. Teſtam. §. Cæterum Auth. vt
cum de appell. Crauett. conſ. 312. ſub num. 4. Vaſq. de ſuc-
ceſſ. progreſ. d. § & generaliter num. 10. Merlin. de legit. lib.
5. tit. 4. q. 70. n. 7. & 8. & Intrigliol. dec. 9. num. 10. in fin.
quod & dilucidè expreſſit Teſtator, tum ex ipſa inſtitutio-
ne facta in legitima, quam ad ſummam ſcutorum 26000.
aſcendere declarauit, tum ex mandatis imputationibus in
illam ſic relictam, ex quibus clarè faſſus fuit, ſe totius in-
tegræ legitimæ in præfata ſumma eſſe debitorem, imputa-
tiones verò mandaſſe, vt cedere deberent in dictæ ſummæ
ſolutionem, non factam ante legatum, ſed faciendam poſt,
vt elegaoter tradidit Fab. de error. prag. nat. decad. 14. error. 33
10. num. 4. verſ. qui verò & poſt eum Cancer. var. reſol.
par. 1. cap. 3. num. 5. & mandante illo, qui legitimam
præſtare debet, non illo, cui ſit præſtanda, vt per Fab.
ibi verſ. ſit enim, & Cancer. d. num. 5. in fin. licet impu-
tatio fiat de re iam habita, argumento Text. in l. 1. & 2. 34
ff. de compenſat.

Et ex præmiſſis congrua reſolutio datur opinioni DD. 35
prædictorum Auditorum circa allegatum ſupplementum,
niſi prætendere valeant, vt fortè interuenientes pro locis
Pijs aſſerunt, quod ex quo nepotes pro concurrenti quan-
titate imputationes facere noluerunt, illa portio legitimæ,
quantam capiunt mandatæ imputationes, habeatur pro non
legata, cùm voluntas, & eo magis conditionalis ſit indi-
uiſibilis, ſed tantùm remaneant inſtituti in illa quantitate,
quæ excedit dictas imputationes, nam hoc eſſet contra
Textus irrefragabiles in ſæpè allegatis, l. omnimodo, l. quo-
niam in prioribus, l. ſcimus §. cum autem, cum alijs con-
cordantibus, & contra receptiſſimam omnium Docto-
rum, & Tribunalium opinionem, ex quibus onus tantum,
vel conditio quæcumque, aut dilatio legitimam minuens 36
habetur pro non appoſita, ſed tamen relictum validum re-
manet, & debetur, cum in hoc admittatur diuiſio volun-
tatis, vt per Gloſſ. in d. l. quoniam in prioribus in fin. Fab.
d. tit. 19. diffin. 9. num. 2. Merlin. d. lib. 3. tit. 2. quæſt. 2.
in princ. & indiuiſibilis eſſet voluntas Teſtatoris, quando
legatum fieret ſub conditione iuſta, & poſſibili, quæ non
adimpleretur, nam tunc legatum haberetur pro non facto,
l. 1. & 3. ff. de cond. & demonſtr. l. ſi quis ita ff. de cond. inſt.
cum ſimul.

Dicimus tamen & nos, ſupplementum à DD. Berzighel-
lis fuiſſe petitum, ſed alio iure, & forma, quam quod
aduerſo exiſtimatur, quando ſcilicet ijdem Berzighelli in-
ſteterunt dictam legitimam in ſumma ſcutorum 26000. ſibi
dari

Digitized by Google

dari ſine onere imputationum à Teſtatore præceptorum,
37 nam ſi legitima fuerit in minori quantitate relictã,
ſuppletur per adiectionem quantitatis ex *d. l. omnimodo*, *l.
ſcimus*, *& §. cæterum allegatis*, ſic ſi fuerit relicta cum
38 onere filijs præiudiciali, quod legitimam ipſam minuere
faciat, ſuppletur per ſubductionem oneris ex *l. quoniam
in prioribus*, *& l. ſcimus §. cum autem*, quæ oneris remo-
tio, & ipſa quoque ſupplementum appellatur, vt in *d. l.
quoniam in prioribus*, ex illis verbis: *Eorum iura imminu-
ta eſſe videantur*, & clariùs in *l. ſcimus §. ſancimus*, ibi,
*aliquod grauamen imponat, vel in quantitate, vel in tem-
pore, hoc modis omnibus repleri*, *& in §. cum autem*, ibi,
39 *& ſic filius habebat ſuam portionem integram*, ex condi-
tionis nempè ſubductione, Caſtr. *in d. l. quoniam in prio-
ribus num. 1. verſ. item videtur*, & ibi Gloſ. *ſub num. 1.*
& Suar. *ampliat. 1. ſub num. 2. & ampliat. 10. ſub num.*
29. ſed hoc caſu, cum tale ſupplementum factum fuerit
ipſo iure ad fauorem neptum per reiectionem dictarum
40 imputationum, vt declaratum fuit in ſententiam die 2.
Septembris 1678. abſurdum penitus eſt quærere, an te-
neantur nepotes pro tali ſupplemento ſtatum hæredita-
rium Patris liquidare, quæ liquidatio pro ſupplemento
non habet locum, niſi quando ageretur de ſupplenda legi-
tima in quantitate, vt cognoſcatur ſumma, ad quam inte-
gra legitima aſcendere debeat ex *conſ.* Bart. 17. *lib.* 1. & Mer-
lin. *de legit. lib. 3. tit. 3. q. 2. n. 13.*

In materia huius ſupplementi inſiſtentes DD. Auditores
prædictis ſatis laborant in oppugnando illam concluſio-
nem in prima deciſione Rot. Flor. *alleg.* quod ſupplemen-
tum legitimę ex veriori iuxta Teſtatoris mentem deberi di-
catur, & dicunt ex communi, imò deberi contra eius vo-
luntatem condictione ex lege iuxta tamen diſtinctionem
allatam à Merlin. *de pignor. lib. 3. q. 14. n. 134. & ſeq.* quam
ipſi laudant.

41 Sed fruſtra eoſdem DD. inſudaſſe cognoſcimus, nam
hæc materia extra noſtræ cauſæ meritum eſſe videtur,
nam ſiue ſupplementum legitimæ debeatur ſola condi-
ctione ex lege, ſiue iuxta, ſiue contra teſtatoris volun-
tatem actione ex Teſtamento, ſiue cum diſtinctione
prædicta, in hac concluſione, quod debeatur ex Teſta-
mento, licet veriſſima, præcipuum à Rot. in prima de-
ciſione fundamentum factum non fuit, niſi pro conua-
lidanda illa propoſitione, vltra alia argumenta deducta,
quod legitima à Patre cum onere relicta, ipſo reiecto,
deberetur ex Patris Teſtamento, ad hoc, vt in illam non
imputaretur legatum conditionale, vt prætendebant loca
Pia, & dicebatur, quod ſicuti ſupplementum ex veriori
opinione ex iuribus deductis debitum dicitur ex Teſtato-
ris diſpoſitione, ſic & ex eadem diſpoſitione onus appo-
ſitum reiectum dici debet arguendo ab vno ſupplemento
ad aliud, & conſequenter inferebatur, quod tantò magis
legitima purificata ex diſpoſitione Teſtatoris debita dici
debebat, quod & alijs inconuincibilibus medijs, tam in
prima, quàm in ſecunda deciſione probatum video. Sed
in quærendo, quo iure ſupplementum debeatur, cau-
ſæ noſtræ clauis non reſidet, ſed in probando, quod,
reiecto onere indebitarum imputationum, legitima re-
licta debeatur ex Teſtatoris diſpoſitione, & pro ea com-
petat etiam actio perſonalis ex Teſtamento, rei vendi-
catio, & hypothecaria, prout competeret, ſi ſine onere
fuiſſet relicta, pro corroborando ſupradicto fundamen-
to, quod legitima debita ex Teſtatoris diſpoſitione non
admittat imputationem aliorum legatorum, & licet ipſi
acerrimè ſuſtinere conentur pro ſupplemento, vti de-
bito condictione ex lege, non dari hypothecariam, iuxta
opinionem, quam ſequuntur Rot. Rom. & alij, & proin-
de etiam poſſit ex hoc inferri, reiectionem oneris fieri con-
dictione ex lege, non indè rectè aſſeuerari poteſt, legiti-
mam, reiecto onere prædicto, peti non poſſe in quantita-
te, vel ſpecie relicta à Teſtatore, & pro eadem actiones præ-
dictas non dari, quinimò in eadem quantitate, & ſpecie pe-
ti poſſe, qui eſt articulus noſter, & pro eadem præfatas
actiones, quæ pro legatis tributæ ſunt, competere, latè Rot.
Florentina *in 1. & 2. dec.* probauit ex iuribus, & rationibus,
quas hic repetere opus non eſt, cum concloſio ſit ſatis ſu-
perque recepta, & notoria.

Supponentes tandem præfati DD. Auditores in eorum
motiuis, legitimæ cauſam eſſe ſummariam, & legitimam
prædictam ex Teſtamento D. Claudij debitam eſſe, adhuc
dicunt, non potuiſſe prædictam executionem relaxari, ni-
ſi prius diſcuſſis exceptionibus propoſitis à locis Pijs ex eo,
quia cum proceſſus iam abſolutus fuiſſet, & nihil aliud re-
manſiſſet, niſi Iudicis ſententia, non erant tales exceptio-
nes reſeruabiles, quia in eis nulla facti, ſed iuris tantum 42
quæſtio verſabatur, quæ eum nullo modo altam require-
rei indaginem, cum ius certum ſit, ſuper ea ſtatim pro-
nunciandum erat, ex Poſt. Angel. Rot. Andreol. & alij ab eis
allegatis.

Sed hæc eorum propoſitio in primis implicationem cum
exceptionibus prædictis continere videtur, nam ſi ipſi ſup-
ponunt dictam legitimam ex Teſtamento D. Claudij de-
beri, cum eam ipſe legaſſet in ſumm. ſcut. 26000. fruſtra-
torium per ſeparationem bonorum erat perquirere quanti-
tatem Patrimonij eiuſdem, vt ſciretur quanta eſſe deberet
dicta legitima nepotum, dum ipſemet Teſtator, habito
reſpectu ad eius bona libera, in dicta ſumma eam declara-
uerat, & ipſe D. Prior Franciſcus, & loca Pia eſſent eiuſ-
dem vniuerſales hæredes ſine beneficio inuentarij, qui pro- 43
pterea, nec de mendacio, nec de errore eiuſdem D. Claudij
aſſertionem arguere poterant ex his, quę tradit Grat. *diſcept.
for. cap. 570. n. 22.* & poſt eum Hodier. ad Surd. *dec. 130. n. 1.
& 2.* vndè ſuperuacuum eſt, tempus conterere in diſputan-
do; an exceptiones propoſitæ ſtatim debuiſſent decidi, vel
reſeruari.

Secundò poſito, quod ad hanc diſcuſſionem deueniri po-
tuiſſent, attamen illam aſſertionem, quod proceſſus ſuper
his exceptionibus foret abſolutus, in facto verificari non
poſſe apparebat, quia Teſtes ad inſtantiam q. d. Prioris
Franciſci examinati, quibus vtuntur loca Pia, fuerunt ad-
miſſi ſaluis exceptionibus partium, & poſiti ad partes, vn-
de prius quàm loca Pia ijs vti potuiſſent, debebant inſtare,
vt ponerentur in actis, quod citata, & audita parte & per
Iudicis decretum agendum erat, de qua praxi omnibus no- 44
ta teſtantur Veſtr. *in prax. lib. 6. cap. 2. num. 24.* Scacc.
de Iudic. lib. 1. cap. 97. num. 202. & Cyriac. *contr. 89.
num. 18. & 19.* quibus in actis poſitis, DD. de Berzi-
ghellis audiri debebant ſuper eorum exceptionibus, eoſ- 45
que per contrarias probationes ſaltem indirectè, vel per In-
ſtrumenta publica, aut alias ſcripturas reprobare poterant,
vt docet communis practica, Menoch. *de arb. q. 31. n. 1. & 6.
per tot.* Farinac. *de teſtib. q. 62. nu. 201. lim. 9. per tot.* quæ
cum hic facta non appareant, proceſſus abſolutus dici ne-
quaquam poteſt.

Tertiò dato, quod Proceſſus eſſet abſolutus, attamen
quod indè reſultat, vt ſit Iuris ſolus articulus, non benè
concedimus. Articuli etenim iuris in hac cauſa multiplices
emergunt, qui inter partes diſcutiuntur, An ſi Pater filio
legitimam in certa quantitate declaret, poſſit hæres huic
declarationi contrauenire, & denegare legitimam in quan-
titate declaratam, & ſolum illam dare, quæ ex ſtatu bono-
rum hæreditariorum Patris poſſit apparere, An pro liqui-
dando ſtatu, ſint connumeranda in bonis Patris ea, quæ
reſtituere poſt mortem eſt grauatus, An ſtante ſtatuto fę-
minarum ad inteſtato excluſiuo ſimpliciter propter maſcu-
los agnatos intra certum gradum, legitima, fœminis ex-
cluſis, in bonis ſtatuto ſuppoſitis debeatur, & alij iuxta 46
exempla, quæ nobis ſuppeditat, *Gloſ. in cap. ſæpe in verb.
Iuris*, & ibi Card. Alex. *num. 9. de appell.* & Maſtrill.
deciſ. 217. num. 18. qui articuli, in quantum reſpiciunt
ius, cum ſint facilis digeſtionis breui tempore per librorum
aperitionem ſtudendo fortè poſſent reſolui, ſed in quantum
reſpiciunt factum ſuper quo ius oritur, maxima diſcuſſio-
ne indigent, & de hoc facto debet conſtare plenè, & con-
cludenter, ita vt de eo ambigi nequeat, quia ſuper facto
certo ius oritur, non ſuper incerto, optimè Barboſ. *in l.
eum qui temerè §. fin. num. 10. & ſeq. ff. de Iudic.* Maſtrill. 47
d. deciſ. 217. num. 18. Vnde cum d. D. Prior pro probando
mendacio, vel errore D. Claudij, vel quod foret grauatus
à q. D. Franciſco q. Fuluij bona ipſius reſtituere, produ-
xiſſet quandam ſcripturam, in qua dicebat eſſe contentum
Teſtamentum eiuſdem D. Franciſci, necnon ſuper eiuſ-
dem ſcripturæ identitate, & ſuper quadam promiſſione,
quam dicebat factam à D. Claudio, de ſeruando contenta
in d. ſcriptura, multos Teſtes examinandos curaſſet, &
loca Pia Collis ad probandum D. Priorem Franciſcum eſſe
intra gradum fœminarum excluſiuum, & etiam ſtatum
hæreditarium D. Claudij, & q. Franciſci, & bona eſſe in
territorio Collis, nonnullas ſcripturas partim publicas,
partim priuatas produxiſſent, An ex his ſcripturis, & te-
ſtibus examinatis, propter Dominorum de Berzighellis
exce-

Digitized by Google

exceptiones, & contradictiones oppoſitas, reſultet pro-
batio facti euidens, & certa, quod D. Claudius in alle-
gando ſe dictam legitimam taxaſſe in ſcutis 5600. habito
reſpectu ad eius bona libera, erraſſet, vel quod à D. Fran-
ciſco fuiſſet grauatus ad reſtituendam eius bona, & an D.
48 Prior Franciſcus fuerit intra quartum gradum Canoni-
cum agnatus D. Claudio, & an ex ſcripturis prædictis
conſtet apertè, & concludenter de identitate, & exiſten-
tia omnium bonorum, tam mobilium, quàm immobi-
lium, ac iurium D. Franciſci, & D. Claudij, & de bo-
nis in territorio Collenſi ſitis, non eſt quæſtio iuris,
ſed facti, qui ſuper his, an ſint plenè, & concluden-
ter probatum, nil ius diſponit, itaut per aperitionem
librorum eorum reſolutio poſſit deſumi, ſed totum de-
pendet ab opinione Iudicis, cui probationes omnes ſunt
arbitrariæ, qui ponderatis teſtium dictis, an ſint con-
cordes, conteſtes, vel varij, aut ſingulares, an veriſi-
milia deponant, & quas exceptiones patiantur, & an
iura producta ſint in forma probanti, vel an falſitatis ſuſ-
picionem admittant, & ſimilibus, & his cum partium
Aduocatis diſcuſſis, rectè iudicabit, an factum ſit cer-
tum, & indubitatum, vt ius ex eo oriri poſſit, & quod
tales quæſtiones orientes ſuper facto, an ſit plenè, &
concludenter probatum necne, dicantur non iuris, ſed
49 facti conſtat ex his, quæ tradunt Angel. *in d. l. eum qui te-
merè* §. 1. *ff. de Iudic.* Sim. de Præt. *de interpr. vlt. vol.
lib.* 1. *int.* 1. *dub.* 2. *reſol.* 5. *ſub num.* 5. optimè Barboſ.
in d. §. *fin. num.* 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 11.
num. 6. 7. *&* 12. Maſtrill. *deciſ.* 8. *per tot. & num.* 20. *&
d. deciſ.* 217. *num.* 58. quinimò, etiam ſi in his diſpu-
50 randis aliquis iuris articulus emergeret, adhuc diceren-
tur facti quæſtiones, vel mixtæ, quæ facti quæſtionibus
æquiparantur, vt per Franc. *in d. cap. ſæpe num.* 11. & ibi
Card. *d. num.* 9.

Et Doctores exaduerſo allegati Poſt. Ridolph. Rot. poſt
Zacch. & Andreol. ſupponunt, quod nos dicimus, nem-
pè, ex actis, & Proceſſu reſultare factum certum, & indu-
bitatam probationem, ex qua nil aliud videndum remaneat,
niſi ſolus iuris articulus, ſecus ſi de facto dubitari poſſet,
quæ dubitatio ſufficiens eſſet, ſi deduceretur, etiam ex ne-
51 gatione partis aduerſæ, ſecundum diſtinctionem, quam
probat Surd. *conſ.* 4. *n.* 28. *& ſeq.*

Similiter, & quoad bona fideicommiſſi conditionalis an-
ni 1598. an in hæreditate D. Claudij eſſent, & an libera,
vel fideicommiſſo prædicto obnoxia, tamquam non ca-
ducato, vt ſuper eo lis pendet, erat quæſtio facti, non
iuris, quia reſolutio pendebat à voluntate contrahentium
indaganda ex coniecturis potius, quam ex verbis ſatis
52 ambiguis contractus, quæ indagatio propterea non ad iu-
ris, ſed ad facti quæſtionem attinebat, *l. Herennius ff.
de verb. ſignific. l. ex verbis vbi gloſ. C. de donat. inter
vir. & vxor.* Alciat. *de præſ. in princ. par.* 3. *num.* 6. Mantic.
de coniect. lib. 1. *tit.* 1. *num.* 12. Argel. *de legit. contrad. q.*
2. *n.* 205. & hæc alio elegantiori nomine voluntatis quæſtio
53 appellatur, diuerſa à iuris quæſtione, vt docet *gloſ. in d. l. ex
verbis*, vt dicit, quod, cognita voluntate, ſcietur quid iu-
ris, *l. Manius in princ. ff. de leg.* 2. *l. illud* §. *tractare ff. de
Iur. codic. l. voluntatis C. de fideicom. cum concord.* Menoch.
d. lib. 1. *de præſ. q.* 10. *n.* 1.

Et licet vnus ex duobus DD. prædictis dicat, ſuper
54 dicto fideicommiſſo conuentionali, ita rem ex verbis
contrahentium, quæ ipſe refert, eſſe claram, vt adapta-
ri poſſit diſpoſitio vulgatæ, *l. ille, aut ille* §. *cum in ver-
bis ff. de leg.* 3. adhuc talis aſſertio vim non facit, *Text.
enim in d.* §. *cum in verbis* diſponit, quæſtionem volun-
tatis non eſſe admittendam, cum in verbis nulla eſt am-
biguitas, probandum itaque primò erat, verba non eſſe
in prædicto fideicommiſſo ambigua, & deinde aſſeren-
dum rem eſſe claram; Et quomodo verba contrahen-
tium non dicentur ambigua, ſi ſubſtitutio filiorum D.
Alexandri, quibus loca Pia pariter ſuccedere debebant, non
legitur facta Claudio alteri ex contrahentibus, ſed vltimo
decedenti ex deſcendentibus contrahentium? Si nulla eſt
ambiguitas, eſt pro non vocatione filiorum D. Alexandri,
ac d. D. Prioris Franciſci, & ſucceſſiuè locorum Piorum,
quæ prætendunt ſuccedere poſt D. Claudium, quamuis ex
verbis expreſſis non ſint ſubſtituta, cum conditio eorum
vocationis adimpleta non fuerit.
55 Nec verbum illud *mancaſſero* adeò clarum eſt pro ſub-
ſtitutione filiorum D. Alexandri, vt ipſe D. dicit, nam de
ſui proprietate oſtendit priuationem, quæ habitu ſuppo-
nit, nempè exiſtentiam deſcendentium Maſculorum, &
mortem ipſorum, ex Text. *cum Gloſ. in* §. *hinc nobis
Auth. de hered. & falcid. l. fin. C. de verb. ſignif.* Ca-
gnol. *in l.* 84. *num.* 1. *&* 3. *de reg. iur.* Peregr. *de fideic.
art.* 18. *num.* 16. *& art.* 19. *num.* 15. Fuſar. *conſil.* 69.
num. 45. *& conſ.* 195. *num.* 50. & ex Rot. Barboſ. *dict.* 83.
num. 2. *in addit.* qui cum nunquam ex D. Claudio exti-
tiſſent, nec poſt eum aliquis de deſcendentia maſculina
contrahentium ſuperuixiſſet, cùm D. Claudius fuerit vl-
timus ex DD. de Vſimbardis, qui ſuperſtitit, meritò con-
ditio ſubſtitutionis defeciſſe dici poterat, quæ conditio
erat verè in forma ſpecifica, & propria adimplenda ex
vulgata regula *l. Mevius, & l. qui hered. ff. de condit.
& demonſtr.* & ſi verbum *deficere* accipitur aliquando etiam
pro non exiſtere, hoc procedit ex lata ſignificatione, quæ
tantum in teſtamentis admittitur, in quibus benigna fit in-
terpretatio, non in contractibus, in quibus verba ſtrictiſſi- 56
mè ſunt intelligenda, & ſi vt minus obligent ex *l. quicquid
adſtringenda, vbi ſcribentes omnes ff. de verb. oblig.* &
præcipuè in donationibus, quæ ſemper in fauorem donan-
tium ſunt interpretandæ, Cancer. *var. reſol. par.* 1. *cap.* 8. 57
num. 145. *& ſeq.* & hoc idem pluribus rationibus confir-
mat Ger. Spin. *conſ.* 12. *per tot.*

Præterea d. D. Auditor non debebat ponderare dictum 58
nudum verbum, *mancaſſero*, ſed alia quoque ſubſequen-
tia, ſcilicet, *di ſorte che veniſſe aſſolutamente eſtinta la li-
nea, e deſcendenza loro maſculina*, item dictiones, *al-
lora, & in tal caſo, e non altrimenti*, necnon alia, *al-
l'vltimo decedente ſucceda il maggior nato maſchio, che
allora ſi trouerà de' deſcendenti di M. Aleſſandro, che ſa-
rà più proſſimo all'vltimo decedente di ſopra nominati*,
item animaduertere debebat, nos verſari in contractu,
non in Teſtamento, ex quibus omnibus ſimul iunctis
non poterat reſultare talis claritas verborum, vt d. D. Au-
ditor exiſtimare poſſet, vt haberet locum diſpoſitio *dictæ
l. ille, aut ille* §. *cum in verbis ff. de legat.* 3. Imò ver-
ba d. conuentionis ita ambigua ſunt, ne dicamus clara pro
libertate bonorum in D. Claudio, vt veriti non fuerint
celeberrimi Aduocati, & inter alios ſumma legali ſcien-
tia, pietate, & omnium virtutum genere conſpicuus
integerrimus ille Senator D. Io. Federigus, cuius me-
moria erit in æternum, pro dicti fideicommiſſi caduca-
tione doctiſſimè ſcribere, quorum allegationes prius à
D. Auditore relegendæ erant, cum impreſſæ, vt vidi, cir-
cumferantur.

Et licet dici ſoleat, an fideicommiſſum extet, nec- 59
ne, eſſe iuris quæſtionem, hoc tamen intelligi debet,
ſuppoſitis verbis claris, vel coniecturis mentis Teſta-
toris, ex quibus poſſit reſultare, quia tunc dicitur po-
tius iuris, & facti quæſtio, quæ facti tantum quæ-
ſtioni æquiparatur, vt ſupra dixi, quam iuris tantum,
cum coniecturæ omnes facti eſſe dicantur ex *l. Heren-
nius ff. de verbor. ſignif.* & Mantic. *de coniect. lib.* 1. *tit.*
1. *num.* 12.

Sed quando etiam dictæ exceptiones præfati fideicom-
miſſi conuentionalis, & aliæ ſupra expreſſæ, & à locis
Pijs oppoſitæ, vt ex actis reſultant, in quæſtionibus iu-
ris conſiſterent, adhuc tamen cùm eſſent ſuper iure ſa- 60
tis dubio, & inuoluto, cum pro eis nulla legis diffini-
tio, aut Doctorum communis opinio allegetur, ſed ex
varijs rationibus hoc ius ſit explicandum, non poterant
tales exceptiones dictam exequutionem retardare, ſed
omninò ad commodius tempus diſcutiendæ reſeruari de-
bebant, vt latè per Pacific. de Salu. *cap.* 2. *inſp.* 2. *nu-
mer.* 89. Cyriac. *contr.* 185. *num.* 13. *& ſeq.* Poſt. *de
manut. obſeru.* 42. *num.* 32. *& alios allegatos à Rot. Flor.
in ſecunda deciſione.*

Et licet Carleual. *de Iudic. tit.* 2. *diſp.* 5. *num.* 17. *tom.* 61
2. & Laderch. *conſ.* 123. *ſub num.* 4. *&* 5. ex Menoch.
quem allegant, quæſtiones etiam iuris dubij non eſſe
reſeruandas, ſed ſtatim eſſe decidendas, maximè in ſu-
premis Tribunalibus, afferant, & arguant Iudices eas
reſeruantes, hoc dicunt, quando breui tempore ex li-
brorum apertione de certo Iure poteſt cognoſci, vt in
caſibus, exempli gratia, allegatis à *Gloſ. in d. cap. ſæpè
in verb. Iuris*, & Maſtrill. *dicta deciſ.* 217. *num.* 18. &
certè reprehenſione digni ſunt illi Iudices, qui ſuper ta-
libus caſibus dubitant, in quibus dubitationes non ſunt
probabiles, at quando agitur de aliqua Textus interpre- 62
tatio-

Digitized by Google

tatione, in qua multiplex ſit expoſitio, qui, vt dicunt Doctores, non meretur ad deciſionem cauſarum allegari, vel de alia iuris propoſitione probabiliter obſcura, & inuoluta, in qua vel opinionum adſit conflictus, itaut non poſſit cognoſci, quæ ſit communis, vel in iure deciſa non reperitur, ſed hinc inde ex rationibus pro vtraque parte militantibus eius veritas eſt perquirenda, quæ an talis ſit, prudentis Iudicis arbitrio remittitur, ex Poſt. *de manut. obſeruat.* 42. *num.* 72. qui alios allegat, tunc talis quæſtio apud omnes Doctores, dicant quidquid velint Laderch. Carleual. & Menoch. & apud ſuprema etiam Tribunalia habetur pro quæſtione facti, nec iudicium ſummarium, tamquam altam indaginem requirens retardari ſolet, vt per Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 2. *num.* 154. *&* 155. *& de legit. contrad. quæſt.* 10. *num.* 181. Raden. *conſ.* 18. *num.* 25. 26. *& ſeqq.* Pacific. de Saluian. *cap.* 2. *inſpect.* 2. *num.* 89. Rot. poſt eum *dec.* 64. *num.* 7. *deciſ.* 103. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.* & apud Bich. *dec.* 297. *n.* 29. quæ deciſiones in ſpecie de exceptione fideicommiſſi agunt, necnon idem Bich. *dec.* 390. *n.* 14. *& dec.* 435. *n.* 11. Maſtrill. *d. dec.* 217. *n.* 18. *in fin.* & alios multos, qui poſſent allegari, qui apud ſupradictos videri poſſunt.

Quæ verò in dd. Motiuis dd. DD. Auditores dicunt de citatione non neceſſaria DD. de Bardis, & conſortum, ac D. Magalotti ad hanc cauſam, vel in ea admiſſorum, eò quia ex ſententia lædi non potuiſſent, non ſubſiſtunt, quia licet DD. de Bardis interueniſſent, tam loca Pia, quàm Berzighellos excluſuri, & ſine retardatione proceſſus inter loca Pia, & eoſdem de Berzighellis fuiſſent admiſſi, cùm tamen prædicta loca Pia contra Berzighellos poſteà vſa fuiſſent ijſdem rationibus, & iuribus, quibus vtebantur Bardi, nempè, & quod D. Franciſcus teſtatus deceſſiſſet, quod D. Claudius fuiſſet grauatus ad reſtituendum, & bona eſſent fideicommiſſo ſuppoſita, non poterat ad horum deciſionem deueniri inter
63 loca Pia, & Berzighellos, niſi Bardis citatis, tum quia ad cauſam cum ijſdem rationibus admiſſi fuerant, tum etiam, quia ſententia ſuper his ferenda tamquam ſuper ſtatu, etiam illos, licet non citatos, afficere poterat, Menoc. *conſ.* 421. *num.* 62. Peregrin. *conſ.* 52. *nu.* 13. *lib.* 3. Gaiet. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 354. Anel Amat. *conſ.* 76. *per tot.* Salgad. *in labyr. credit. par.* 1. *cap.* 23. *num.* 31. idem Peregr. *de fideicomm. art.* 53. *n.* 39. vbi Cenſal.

Et licet DD. de Bardis fuiſſent admiſſi in cauſa ſine retardatione Proceſſus, & expeditionis cauſæ inter Berzighell. & loca Pia, hoc accidit, quia in dicto Proceſſu tunc agebatur de materia ſatis diuerſa, nempè de imputationibus in legitimam debitam præfatis DD. Ber-
64 zighellis, in qua dicti de Bardis nullum intereſſe habebant, quare meritò hanc expeditionem retardare non poterant, cum eorum non intereſſet, *l.* 1. *ff. quorum appell. l. ille §. ſi de teſtamento ff. ad Trebell.*

D. verò Magalottus cum interueniſſet, non pro excludendis locis Pijs, nec Berzigellis, ſed pro eis coadiuuandis ſuper puncto, quod D. Franciſcus inteſtatus deceſſiſſet, & propterea, quod eius bona ad liberam
diſpoſitionem D. Claudij remanſiſſent, ſuper hoc ſine 65
dubio, & idem audiri debebat ex eiſdem cauſis, quia admiſſus, & quia ſententia eum lædere poterat, *l. de vno quoque ff. de re iud. l. nam ita ff. de adopt. cum concord.*

Præterquamquod cum hæc cauſa inter loca Pia, & Berzighellos ſuper dictis articulis, cum magnis laboribus, defatigationibus, & impendijs eſſet tractanda, æquum non
erat, nec conueniens, quod ea inter ipſos terminata, rur- 66
ſus cum altero eorum à dictis DD. de Bardis cum vtriuſque partis nouis expenſis, & defatigationibus inchoaretur contra rationem *text. in l. licet §. fin. ff. naut. caup. & l. cui §. iiſdem ff. de accuſ.*

Illud verò, quod aſſeritur in dd. motiuis, non poſſe DD. Berzighellos legitimam detrahere in bonis dicto fideicommiſſo conuentionali ſuppoſitis, gratis obijcitur, quia poſito, quod dictum fideicommiſſum adhuc ſubſiſteret, non video, quod DD. Berzighelli in dd. bonis
prætendant detrahere legitimam, ſed tantùm, attenta 67
maximè voluntate contrahentium, connumerare in ſubſtantiam Auitam portionem bonorum donatorum à D. Claudio, vt impinguetur eorum legitima, ſoluenda deindè in alijs bonis, præterquam in donatis, niſi donatio eſſet inofficioſa, & hi termini ſatis inter ſe differunt, vt per Curel. *de don. cont. matr. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpec.* 2. *à n.* 44. Andreol. *controu.* 392. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 21. & Rot. poſt eum *deciſ.* 86. *num.* 4. *& ſeq.* & in puncto caſus diſtinguens eadem Rot. *dec.* 488. *à n.* 5. *& per tot. par.* 1. *diuerſ.*

Et ex præmiſſis, ſicut iuſtè confutata ſunt motiua dictorum DD. Auditorum, qui ab alijs quatuor diſſenſerunt, adducta pro confirmatione eorum opinionis, ſic & conſequenter corroborata remanet deciſio dd. DD. quatuor Auditorum, qui pro executione, reſeruata cognitione oppoſitarum exceptionum alio tempore decidendarum, quamuis & iuſtius non reſeruandæ, ſed omninò fuiſſent reijciendæ, vti ſuper leuiſſimo fundamento poſi-
tæ, ſenſerunt, iuxta non tam iuſtè decantatas, quàm & 68
meritò laudatas Fabr. *diffin.* 24. *l.* 3. *C. tit.* 19. *& lib.* 6. *tit.* 11. *diffin.* 1. ab alijs Iuribus, & rationibus ſupra relatis ſuffultas. Et ita &c. ſaluo &c.

Ego Aloyſius Manſi I.V. D. Aduoc. Patritiuſque Lucenſis.

Cap. V.

A R G V M E N T V M.

SOlutum à Patre, vel Auo pro debito filiorum, vel Nepotum, an & quando in eorum legitimam debeat imputari. Dos data ab Auo Materno Neptibus, quas earum fratres tenebantur dotare, an imputetur in legitimam ipſorum debitam in bonis eiuſdem Aui.

Fructus legitimæ quando, & à quo tempore debeantur, & ad quam ſummam taxentur.

S V M M A R I V M.

1 *IVdex in ſententiando debet ſequi partium voluntatem.*

2 *Imputatur in legitimam filij quidquid pro eo à Patre ſolutum fuit, & ab eodem Patre imputari mandatur.*

3 *Sola Parentis voluntas, quod filij ſint eidem debitores, ſufficit pro imputatione.*

4 *Præſertim ſtante declaratione à Patre facta, etiam ex interuallo, pro imputatione.*

5 *Dos data nepti ab Auo Materno, an imputetur in legitimam Nepotis, atque reſpectiuè dotata fratris, qui vti Patris hæres tenebatur dotare, & quid ſi ſit inops.*

6 *Dos quando dicatur ab Auo Neptibus data earum intuitu, vel potius Nepotum ipſarum fratrum, & num.* 7.

7 *Ex poſteà geſtis, qualis animus præcedens fuerit, rectè dignoſcitur.*

8 *Dos ſoluta ab Auo Neptibus, quando cenſeatur donata, vel potius imputetur in legitimam nepotum.*

9 *Fructus legitimæ, ſi hæreditas conſiſtat in bonis ſtabilibus, liquidantur ad rationem quinque pro ſingulo centenario, & anno. Et fructuum intereſſe legitimæ an & quando debeatur, & n.* 10.

11 *Locorum montium fructus ad quam ſummam liquidentur.*

12 *Fructus legitimæ debentur à die mortis parentum, quod verum eſt, non ſolum in filijs primi gradus, ſed etiam in nepotibus, & alijs deſcendentibus, quibus legitima debetur, & n.* 13.

14 *Fru-*

14 *Fructus ex corporibus hæreditatis non fructiferis, uti mobilibus, creditis, & pecunia, an debeantur, & quando.*
15 *Fructus legitimæ debentur proportionabiliter habito reſpectu ad bona fructifera, & non fructifera & num. 16.*
17 *Quando legitima ſoluitur in bonis ſtabilibus, non in pecunia, fructus debentur.*
18 *Filij in legitima, & eius fructibus magis priuilegiati ſunt, quam loca Pia, quæ tenentur erga filios ad fructuum legitimæ reſtitutionem.*
19 *Etiam ſi fructus ipſi bona fide fuiſſent percepti, & conſumpti.*
20 *Fructus legitimæ debentur ab illo, qui eos percepit.*
21 *Fructus percepti in legitimam non imputantur, ſed compenſandi ſunt non cum ſorte legitimæ, ſed cum fructibus ipſius.*
22 *Fructus fructuum legitimæ, an debeantur & n. 23.*
24 *Donatio ſicuti non poteſt retractari à donante, ita nec ab eius hæredibus.*
25 *Actore non probante Reus abſoluitur.*
26 *Imputatio debiti, quod filius habet cum patre, in legitimam non admittitur, ſi pater inter alias imputationes hoc non expreſſit.*
27 *Non acquieſcens voluntati Teſtatoris, quando Teſtamenti beneficio non priuetur.*
28 *Onus à legitima prætendens filius reijcere, non dicitur contrauenire voluntati Teſtatoris, etiam ſi in Iudicio ſuccumberet, & indignus, non debet reputari, ad hoc, vt legitima, & legatis ſit priuandus, ibidem num. 29.*
30 *Teſtamenti approbatione, quando filius non ſibi præiudicet in legitima.*
31 *Partes ob mutuam Victoriam ab expenſis abſolui debent.*

FLORENTINA LEGITIMÆ.

Die 28. Iunij 1680.

PRoſequentes diſcuſſionem aliorum articulorum in cauſa Florentina legitimæ inter DD. Claudium, & Conſortes de Berzighellis, ex vna, & RR. Capitulum Cathedralis, & alia loca Pia Collis, ex altera, in noſtra relatione à ſupremo Magiſtratu ſub die 2. Septembris 1678. approbata, reſeruatorum, & rurſus nobis commiſſorum; Quoad imputationem ſummæ ſcutorum 868. pro negotio Riparbellæ, & pro alia ſumma ſcutorum 136. 3. 10. quas ſummas Teſtator computari mandauerat, cum DD. de Berzighellis imputationi conſentirent, ſequentes partium voluntatem, declarauimus eaſdem eſſe in legitimam dd. DD. de Berzighellis imputandas, ad *text. leg. ſi conuenerit, ff. de re. Iudic.* Cabal. *caſ. 83. per tot. lib. 2.* Magon. *deciſ. Flor. 78. num. 11.* quo verò ad aliam ſummam ſcutorum 2000. à d. Dom. Claudio Teſtatore ſolutam pro monacandis ſororibus eorumdem DD. de Berzighellis, vt in Teſtamento, ſuper qua acerrimè fuit hinc inde actum, pariter de iure eſſe pro dicta cauſa ſummam 1805. 3. 14. in præfatam legitimam imputandam, dicto ſupremo Magiſtratu reſpondimus.

Moti, quia cùm ex libris d. Dom. Claudij Teſtatoris, & Monaſterij S. Verdianæ huius Vrbis, ac alijs iuſtificationibus ex actis apparentibus conſtitiſſet, d. Dom. Teſtatorem pro monacandis dictis eius Nepotibus, & ſororibus dictorum DD. de Berzighellis reſpectiuè pro dotibus earumdem, & alijs acconcijs, ornatibus, & alijs pro hoc neceſſarijs, expendiſſe dictam ſummam ſcutorum 1805. 3. 14. ideò pro dicta ſumma expenſa, iudicauimus dd. DD. Berzighellos, ad quos vti Patris hæredes onus dotandi ſorores à ſucceſſione excluſas pertinebat, eiuſdem Dom. Claudij Aui debitores remanſiſſe, cum vtile pro eis hoc
1 negotium geſſiſſet, & proindè eumdem D. Teſtatorem iuſtè mandaſſe, vt dicta ſumma ſcutorum 1805. 3. 14. in eorum legitimam imputaretur, & hæc verior eſt opinio, quam tenuerunt Fab. de Gioch. *in auth. nouiſſima num. 106. C. de inoffic. teſtam.* Ripa *in l. in quartam num. 185. verſ. ſed verius, & num. 184. ff. ad l. falcid.* Craſſ. *in §. legitima q. 30. num. 1.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 25. ſub num. 2. & 3.*

latè Rota poſt eum *deciſ. 158. à num. 2. & plur. ſeq.* eò magis, quia, cum dictus Auus pro dicta ſumma eoſdem DD. de Berzighellis in ſuis libris debitores conſtituiſſet, omnis donationis coniectura, ſuper qua fundatur contraria opinio, excluditur, cum ſola Parentis voluntas, quod 2
filij ſint ſibi debitores, pro imputatione ſufficiat Ripa in *dicta l. in quartam, num. 175.* Caſtr. *conſ. 242. num. 2. lib. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 18. num. 16.* Merlin. *deciſ. 273. num. 13.* & Rota *dict. deciſ. 158. num. 16.* vndè, coniuncta 3
declaratione poſteà in teſtamento ab eodem Auo facta, vt dictæ Dotes, & aliæ expenſæ eſſent in Nepotum legitimam imputandæ, ceſſabat omnis difficultas, vt ex Bald. Surd. Merlin. & alij, dixit eadem Rota *dict. deciſ. 158. num. 17.*

Nec obſtabant, quæ pro hac imputatione excludenda à dd. DD. de Berzighellis dicebantur. Primò, quod cum eſſemus in caſu ſubſidij, & impotentes ipſi fuiſſent in dotando vti Patris hæredes, ac Mater non ſupereſſet, ad d. Dom. 4
Claudium, vti Auum Maternum, hoc onus dotandi ſpectaſſet, & proinde, ſi ipſe eorum ſorores dotauit, propriam adimpleſſet obligationem.

Nam hunc caſum ſubſidij nulla ex parte adeſſe à dd. DD. de Berzighellis probatum fuit, cùm tamen, vt ipſi à dotando ſorores eſſent vt Patris hæredes immunes, omninò probandum erat ex Altograd. *conſ. 59. num. 6. lib. 1.* immò tantum aberat, quod in caſum ſubſidij verſaremur, cum ex Cataſtro, & decima paterna in actis producta appareret, dd. DD. de Berzighellis magnam bonorum quantitatem poſſidere, & locupletes eſſe, ex quibus eorum impotentia in ſorores dotando excludebatur.

Secundò, dicebant dotem prædictam fuiſſe ab Auo datam contemplatione ipſarum ſororum, quas magno amore
proſequebatur, vt ex quibuſdam Epiſtolis productis con- 5
ſtabat, & proinde cum prædictis fœminis fuiſſent dictæ Dotes conſtitutæ earum contemplatione, æquum non erat, vt in eorum legitimam eſſent imputandæ.

Sed hæc obiectio pariter afficere viſa non fuit, cum potius ex præfatis Epiſtolis conſtaret, hanc dotationem ab Auo factam fuiſſe dictorum Nepotum intuitu, & vt eos ſubleuaret ab hoc onere dotandi, vtile negotium pro eis gerendo, & hoc parebat, Primò, ex epiſtola diei 10. Septembris 1637. ibi, *ſe piacerà à voi, e voſtro fratello, mi contenterò impiegare in recapitale ſcudi due mila, cioè 500. per ciaſcuna* (cùm eſſent quatuor ſorores) *e voi penſarete al reſto*, ibi, *ſe piacerà à voi*, ergo intuitu ipſorum dotare promiſit, nam ſi alias, ad quid conſenſum, & placitum eorum perquirere? Secundò, ex alia Epiſtola diei 13. d. menſis, ibi, *doverete ſupplire alli ſcudi due mila deſtinati da me con il ritratto delle voſtre graſcie, ſe vorrete, che quelle ſi monichino*, & ex his verbis corroborat d. D. Claudius eius intentionem dotandi ſorores nepotum intuitu, dum id ſub voluntate eorum reponit. Tertiò ex alia Epiſtola diei 25. Nouembris 1637. ibi, *richieſto dal Decano loro fratello mi ſono laſciato perſuadere, che il ſuſſidio deſtinato da me, per quattro nepoti, s'impieghi tutte in accommodamento di queſte due*. Quartò, & clarius ex Epiſtola diei 25. Nouembris prædicti vbi D. Claudius dicit, *In quanto al monacare le due voſtre ſorelle maggiori vi replico, che quando le veſtirete in altro monaſterio, che in quello di S. Giuſeppe, io vi ſomminiſtrerò il denaro promeſſovi, altrimenti da me non aſpettate ſuſſidio alcuno*, ponderando verba, *Io vi ſomminiſtrarò il denaro promeſſovi*, promiſſio ergo facta erat dictorum Nepotum maſculorum intuitu, & contemplatione, in eis pecunias, pro dictis dotibus conſtituendis, ſubminiſtrando. Quintò, ex alia Epiſtola diei 3. Iulij 1638. ibi, *tratto ſempre de' voſtri Commodi, e non ſono ſtimati*, & ſic innuere videtur dotes dediſſe pro commodo Nepotum, non fœminarum intuitu.

Accedit, quod, ut ſupra diximus, idem Dom. Claudius in eius libris inſcripſit pro dictis dotibus debitores præfatos eius nepotes, & poſt paucos dies, eas in eorum legitimam imputari iuſſit, ex quo inſurgit vehemens argumentum, quod hanc expenſam eorum contemplatione feciſſet, cùm alias fuiſſet nimis iniuſtum, Nepotes facere ſuos debitores, ſi neptibus dotem donare voluiſſet, & ex poſt geſtis, qualis animus præcedens fuerit, rectè dignoſcitur, vt per D. de Luca *de dote diſc. 154. num. 72. verſ. atque.*

Et licet ſatis controuertant DD. in conſtituendo regu-
lam, cujus intuitu dos ab Auo, vel alio data cenſeatur, an
7 neptum, vel nepotum, alij enim pro nepotibus, alij pro
neptibus eam conſtituerunt, alij etiam diſtinxerunt inter
Auum Paternum dotantem, & Auum Maternum, de
quibus latè per Bartol. *in leg. fin. C. de dot. prom. & in l. dotem*
dedit, ff. de collat. Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 17. nu. 2. &*
ſeq. & num. 17. Peregrin. *de fideicomm. ff. art. 37. num. 3.*
& ſeq. Caruat. *de vn. & alt. quarta part. 4. cap. 1. num. 62.*
& ſeq. Manz. *conſ. 15. per tot. vol.* 1. Altograd. *dict. conſ. 59.*
lib. 1. Actol. *reſol. 93.* D. de Luca *de dot. diſc. 154. à nu. 71.*
Roſa *conſ. 45. num. 22. & ſeqq.* Boſſ. *de dot. cap. 3. à num. 91.*
quidquid ſit de his opinionibus, verumtamen; & rece-
ptum eſt, quoquomodo conſtituatur regula, ab ea tamen
ſemper ex conjecturis recedendum eſſe, vt per DD. ſupra-
dictos, quarum multæ, & fortiſſimæ militabant in ca-
ſu noſtro, ex quibus cognoſcebatur, quod hæc dos, Ne-
potum maſculorum intuitu, fuerit dictis fœminis ab
Auo Materno data, quas ſupra ex dictis Epiſtolis ex præ-
fato libro, & d. Teſtatoris declaratione in teſtam. facta
congeſſimus, ex quibus animum noſtrum libenter acquie-
uimus.

Tertiò, dicebant præfati DD. de Berzighellis; vt etiam
poſito quod eorum contemplatione fuiſſet hæc dos eorum
ſororibus ab Auo data, non tamen fuerit à principio eo
animo, vt ab eis præfatus auus voluerit illam repetere, ſed
potius animo liberè, & irreuocabiliter donandi, quæ pro-
pterea in eorum legitimam non eſſet computanda, & hoc
ex dictis Epiſtolis productis eliciebant.

Sed pariter hæc objectio remouebatur, quia dictus
D. Claudius in dd. Epiſtolis numquam expreſſit, ſe velle
8 nepotibus donare, & ideò donatio non præſumebatur, *leg.*
cum indebito, ff. de ſolut. & eò magis cum ipſe legitimæ
nepotum eſſet debitor, vndè potius, vel animo anticipa-
tè ſoluendi legitimam, Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 20.*
num. 25. verſ. quando, & lib. 5. tit. 2. quæſt. 1. num. 1. & in
addit. & quæſt. 7. num. 14. 15. & Rota *dict. deciſ. 158. num. 13.*
Redenaſc. *conſ. 75. num. 6.* cum alijs allegatis in prima
huius cauſæ *deciſ. num.* 151. vel animo repetendi, dum
dd. Nepotes pro ſumma expreſſa in eius libris debitores
conſtituerat, & in eorum legitimam eaſdem dotes impu-
tari mandauerat, feciſſe viſum fuit, *leg. Neſſennius*, vbi
Bart. & Scrib. *ff. de negot. geſt.* Gomez *ad l. Tauri 29.*
num. 16. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 5.*
num. 9. 10. & 11. cum alijs allegatis ab Franc. *de proteſt.*
conſ. 27. à num. 5. & ſeq. & num. 8. & ſic vtroque caſu
dictam ſummam expreſſam in eorum legitimam compu-
tare poterat, prout ſic & nos iudicauimus.

Quo vero ad aliud caput liquidationis fructuum præ-
fatæ legitimæ, cùm d. D. Claudij Teſtatoris patrimonium
ex multiplici bonorum ſpecie eſſet conflatum, vt ex no-
tula, per dict. Dom. Priorem Franciſcum hæredem inſtitu-
tum data pro ſolutione Gabellæ, conſtabat, ideò diſtin-
ximus.

Nam quoad prædia, iunctis animalibus ſuper eis exiſten-
tibus, & alia ſtabilia vniuerſaliter fructifera, exceptis lo-
9 cis montium infraſcriptis, eoſdem fructus liquidauimus
ad rationem quinque pro ſingulo centenario, & anno,
cùm hæc ſit iuſta, & legitima taxatio in ſimilibus caſi-
bus adhiberi ſolita, *ex gloſs. communiter recepta in au-*
thent. præterea, in verb. iuſtam C. de Sacroſ. Eccleſ. Buratt.
deciſ. 65. num. 1. Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1.*
num. 5. 6. Andreol. *controuerſ. 315. num. 4.* Fontanel. *deciſ.*
92. num. 17. Fab. *in C. lib. 3. tit. 19. diff. 11. in fin.* Barry. *de*
Succeſſ. lib. 16. tit. 12. num. 15. Cenſal. ad Peregrin. *art. 36.*
decl. 3. fol. 381. accedente etiam temporis diuturnitate, &
magna quantitate fructuum debitorum, & impendijs
10 paſſis, ex quo potuiſſet etiam concedi intereſſe dictorum
fructuum, Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 291. num.* 56. vbi ſic
deciſum refert.

Quod ad loca montium, cum eadem non ſemper vni-
formiter, ſed variè, ob eorum reductionem ex lege, &
11 facto Principis, fructus reddidiſſent, ideò eorumdem
fructus liquidauimus in eam quantitatem, ad quam quo-
libet anno, tam ante reductionem, quàm poſt reddide-
runt, Rota apud Otthobon. *deciſ. 12. num. 7. 8. deciſ. 38.*
num. 4. 5. deciſ. 81. num. 2. 3. & ſeq. quos fructus, tam
prædiorum, & ſtabilium, quàm dictorum locorum
montium deberi ad dicta ratam declarauimus à die obi-
tus Teſtatoris, uſque ad actualem dictæ legitimæ ſatisfa-
ctionem, nam cum legitima ſit ius vniuerſale, ex fru-
ctibus, ſaltem ante petitionem, augmentum recipit,
immò ipſius legitimæ partes ſunt, & propterea cum le-
gitima a die mortis pars debeatur, ſic & debentur à
dicta die fructus illius, de quibus iudicatur, quod de 12
legitimæ, Anel. Amat. *conſ. 38. à num. 2. & plur. ſeq. &*
conſ. 39. per tot. Surd. *conſ. 128. num. 4.* Menoch. *conſ. 412.*
num. 111. Valaſc. *de part. cap. 18. nu.* 43. Franch. *deciſ. 575.*
num. 2. latè Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. num. 3.*
Giurb. *ad conſuet. Meſſan. c. 4. Gloſs. 4. num.* 13. quod ne 13
dum in filijs primi gradus, ſed etiam in nepotibus, &
vlterioribus deſcendentibus, quibus legitima debita eſt,
procedit, Bort. *conſ. 11. num.* 15. Giurb. *d. Gloſs. 4. num. 13.*
in fin. & eſt concluſio indubitata.

Et quoad pecunias, & alia bona mobilia, & credita di-
ctæ hæreditatis Dom. Claudij, quæ naturaliter fructifera
non ſunt, reſeruauimus facultatem eiſdem Dominis
de Berzighellis probandi, & liquidandi eorum intereſſe
paſſum tam lucri ceſſantis, quàm damni emergentis à die
tantum moræ litis vſque ad dictæ legitimæ ſatisfactio-
nem, nam, quidquid nonnulli dixerint, verius, &
receptius eſt, fructus ſeu intereſſe legitimæ quoad bona
mobilia, pecunias, & credita non fructifera, non deberi 14
à die mortis Teſtatoris, ſed à die, quo hæres, vel alius
legitimæ debitor in mora per interpellationem fuerit
conſtitutus, & ratione tantum damni emergentis, vel
lucri ceſſantis, quod probaretur, cum legitima non ſit
ita priuilegiata, vt etiam ex corporibus ſui natura non
fructiferis, ſine mora, & probatione, intereſſe, cum
fructibus poſſit deberi, Angel. *conſ. 101. ſub num.* 1.
Tiraquell. *in leg. ſi vmquam in verbo reuertatur, num. 270.*
C. de reuoc. donat. Giurb. *dict. gloſs. 4. num.* 15. & poſt Paci-
fic. de Saluian. *deciſ. 149. num.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 143.
num. 3. Rota apud Otthob. *deciſ. 81. num. 11. & ſeq.* Fon-
tanell. *deciſ. 92. num.* 12.

Et ita ſecundum bonorum diuerſas ſpecies legitimæ fru-
ctus proportionabiliter ad ratam prædictorum bonorum,
vt ſupra diſtinctorum, deberi diximus, prout ſic de iure
debitos eſſe, tradunt eadem Rota *dict. deciſ. 12. num. 3.* 15
& ſeq. Criuell. *deciſ. 98. vol. 2. &* 3. Fontanell. *dict. de-*
ciſ. 92. num. 12. & ſeq. non obſtante, quod dicta legi-
tima relicta fuiſſet, expreſſa quantitate ſcutorum viginti
ſex millium, quia nihilominus etiam ſi in pecunia reli-
cta eſſet, adhuc cum in patrimonio defuncti reperirentur
tempore eius mortis bona fructifera, quoad hæc fructus
debebantur ad inſtar fructuum recompenſatiuorum,
ex leg. curabit, C. de act. empt. cum in hoc conſideretur im- 16
plicitus quidam contractus emptionis, & venditionis, ne
pretio, & re fruatur hæres non ſoluens legitimam, ſic
Alex. *conſ. 69. num. 4. vol.* 1. Criuel. *d. deciſ. 98. num. 3.*
Franch. *d. deciſ. 565. num. 3.* Fontanell. *d. deciſ. 2. num. 15.*
Pinel. *in l. 2. part. 2. num. 28. C. de reſc. vend.* & D. de Luca 17
de legit. diſc. 26. num. 14. 15. & ſine dubio, quando legiti-
ma ſolueretur non in pecunia, ſed in rebus ſtabilibus, fru-
ctiferis, vt per Fontanell. *d. deciſ. 92. num. 17. in fin.* & Pere-
grin. *de fideicommiſs. art. 36. num. 69.*

Quos intereſſe, & fructus reſpectiuè debitos eſſe dixi-
mus, non obſtante, quod legitimæ debitores eſſent dicta
loca Pia, quia filij in legitima, & ejus fructibus magis
priuilegiati ſint, quàm ſit Pia Cauſa, quæ ſub hoc præ-
textu ab eorum reſtitutione ſe excuſare non poteſt, Rota 18
apud Pacif. *deciſ. 186. num.* 485. etiamſi ipſi fructus fuiſ-
ſent bona fide percepti, & conſumpti, Rot. ibidem, Fab.
in C. lib. 3. tit. 19. diff. 11. verſ. denique & num. 79. Barry. *de*
ſucceſſ. lib. 18. tit. 12. num. 3. Ferent. ad Buratt. *d. deciſ. 165.*
num. 12. Merlin. Pignat. *contr. 10. num. 23. lib. 2.* Merlin. *de*
legit. d. quæſt. 1. num. 11. 30. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 36.*
num. 69.

Diximus autem dictum intereſſe, & fructus eſſe ſol- 19
uendos hoc modo, nam decurſos à die mortis Dom.
Claudij, quæ accidit die 9. Decembris 1638. & moræ
litis reſpectiuè, vſque ad obitum Dom. Prioris Franci-
ſci declarauimus, eſſe ſoluendos à RR. Monaſterio ſancti
Petri Collis, vti hærede cum beneficio inuentarij dict. q.
Dom. Prioris Franciſci, qui eos perceperat, Rota poſt Mer-
lin. *de legitim. deciſ. 80. in princip. & num. 5.* & poſt Torre
de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 102. num. 6. reliquos verò omni-
bus pro rata.

Ve-

Verùm quia, pendente lite, præfati DD. de Berzighellis
receperant à d.D.Priore ex Decreto ſupremi Magiſtratus diei
5. Decembris 1645. ſcutos 950. compenſandos prout de
iure, ideò declarauimus dictos ſcutos 950. eſſe ad fauorem
Monaſterii S.Petri compenſandos primo in fructus dictæ
legitimæ, quando illos habuerunt illuc vſque decurſos, &
21 ſi quid fortè ſuperfuiſſet; quod non ſupererat, cum fructus
tunc decurſi in maiori quantitate eſſent, in capitale eiuſ-
dem legitimæ eſſe ponendum, *l. 1. ff. de ſolut. l. ſi non ſortem,
ff. de condit. indebit.* Rota apud Mel. *de aliment. deciſ.* 100.
num. 10.

Ab intereſſe tamen fructuum à dd. DD. de Berzighellis
petito dicta loca Pia abſoluimus, nam licet nonnulli exiſti-
22 mauerint, dictum intereſſe deberi, cum fructus legitimæ
quibile contineret, quia cum dicti DD. de Berzighellis, in
eius libello producto, non ſolum contra D. Franciſcum
Vſimbardum hæredem inſtitutum, ſed etiam reproducto
contra loca Pia poſt d. hæredis obitum narraſſent ſibi ab
Auo fuiſſe relicta legitima in quantitate ſcutorum 26. mi-
la, & petijſſent declarari dictam legitimam eiſdem deberi
in dicta quantitate, & ſic dictum D. hæredem, ac loca Pia
condemnari ad eam in dicta quantitate ſibi præſtandam
abſque imputationibus, ſeu compenſationibus, & inſtru-
cto Proceſſu cum productione Teſtamenti, & alijs actita-
tis, lata fuiſſet ſententia diffinitiua declarans in legitimam
DD. Berzighellis debitam non eſſe faciendas prætenſas im-
putationes, non obſtante ordinatione D. Claudij de dictis
ſummis imputandis, ſed præfatam legitimam eiſdem DD.
de Berzighellis debitam fuiſſe, & deberi liberam, & im-
20 munem à dictis imputationibus; Ex hoc dicebantur con-
demnata loca Pia ad præfatam legitimam præſtandam ſine
præfatis imputationibus, & talem ſententiam fore exequi-
bilem, dixit Bart. *in l. finita* §. *degantur num.* 6. *ff. de damno*
infecto, quem ſequitur Soccin. *conſ.* 134. *num.* 3. *verſ. ſi ergo*
lib. 1. Caſtrenſ. *conſ.* 275. *in princ. lib.* 2. Magon. *deciſ. Flor.* 133.
num. 13. Scain. *deciſ. Bonon.* 23. *num.* 18. *& ſeqq.* & in d. In-
formatione.
Et licet Rota non adiecerit in quantitate legitima eſſet
præſtanda, hoc tamen intrat in ipſa ſententia, cum à DD.
Berzighellis fuerit, tam contra hæredem, quam contra lo-
ca Pia petita in ſumma ſcutor. 26. m. iuxta diſpoſitionem
Teſtatoris ſine imputationibus ab eo mandatis, & ſuper
tali ſumma lis conteſtata fuerit, & proceſſus inſtructus, &
certam eſſe in praxi ſententiam à petitione interpretatio-
21 nem recipere, Simon. de Præt. *de interpret. vltim. vol. lib.* 5.
interpr. 3. *dub.* 1. *num.* 92. Oſaſc. *deciſ.* 64. *num.* 3. Ruin.
conſ. 135. *num.* 2. *lib.* 4. Crauett. *conſ.* 188. *num.* 1. *& alij*
paſſim.
Et quod talis etiam fuerit mens DD. Auditorum relato- 22
rum quæ maximè attendenda eſt, Craueta *conſ.* 45. *num.* 5.
Scain. *d. deciſ.* 23. *num.* 17. *Patet.*
Primò, quia ipſi dixerunt in legitimam DD. de Berzi- 23
ghellis debitam non eſſe faciendas imputationes ſcutor. 7.
m. & ſcutorum 12500. non obſtante quod Teſtator man-
daſſet illas imputari in legitimam ab eo taxatam in ſumma
ſcutor. 26. m. & ſi hæc legitima in ſententia expreſſa non
eſſet illa quæ à Teſtatore fuit relicta, & à DD. Berzighellis
petita, incongruum fuiſſet dicere fieri non debere imputa-
tiones, non obſtante ordinatione eiuſdem D. Claudij in di-
cto Teſtamento de dictis ſummis imputandis, non enim
Teſtator mandauit fieri imputationem in legitimam vti
quotam bonorum, & Nepotibus iuxta liquidationem ſta-
tus hæreditarij debitam, ſed in legitima prout ab eo fuerat
relicta in quantitate ſcutorum 26. m. quod quamuis in
ſententia non fuiſſet expreſſum, attamen ſatis in ſententia
prædicta actum fuiſſe de hac legitima ſcutorum 26. m. ſen-
tiendum eſt, cùm virtualiter in ſententia hoc fuerit conten-
tum, vt poſt Angel. Curt. & alios tradidere Scain. *d. Bonon.* 24
deciſ. 23. *num.* 20. Grattian. *forenſ. diſcept. cap.* 183. *num.* 39.
40. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 33. *num.* 19. *in fin. qui alios*
allegant.
Secundò, ex motiuis pro d. ſententia à DD. Sex editis ad
num. 181. *&* 217. *& ſeqq.* nam in eis indubitanter ſupponi-
tur actum in ſententia fuiſſe de legitima à Teſtatore legata,
& ex hoc elicìebatur ſolidiſſimum fundamentum pro reij-
cienda imputatione legati Marignolle ſub conditione ab
eodem Teſtatore relicti cum duplex legatum fuiſſet fa-
ctum, vt in dictis motiuis n. 181. 182. 183. 184. & certum 25
eſt maximè hic Florentiæ motiua deſeruire pro ſententiæ
interpretatione cum eius pars ſint, vt per Magon. *d. de-*
ciſ. 133. *num.* 16.
Tertiò, quod talis fuerit mens DD. Auditorum patet ex 26
alia ſententia lata ſub die 28. Iunij 1680. in qua ſuper reli-
quis imputationibus reſeruatis, & ad fauorem locorum
Piorum conceſſis fuit omnium ſex DD. Auditorum con-
ſenſu declaratum, legatum legitimæ ſcutor. 26. m. remanere
pro reſiduo in ſcutis 23189.6.16. & in hoc omnes DD. Re-
latores, vt diximus, fuerunt concordes, cum diſcordia tan-
tum fuiſſet an pro dicta ſumma ſcutorum 23189.6.16. eſſet
relaxandum mandatum executiuum, abſque eo quod prius
ſuper alijs exceptionibus à locis Pijs propoſitis cognoſcere-
tur, vt ex ipſis ſententijs apparet, & in ſpecie in voto DD.
duorum Auditorum qui dixerunt, *ſe diſcordes eſſe in ſolo*
puncto immiſſionis, in reliquis concordare cum alijs quatuor
DD. Auditoribus.
Et vt certum reddatur in proceſſu de alia legitima, etiam 27
à locis Pijs actum non fuiſſe, niſi de legitima ſcutorum 26.
m. à Teſtatore relicta, videantur exceptiones ab ijs propo-
ſitæ in actis ſub die 24. Nouembris 1664. à 114. in quibus
cùm prius dixiſſent legitimam non deberi DD. Berzighel-
lis, non quia de Iure non deberetur, quia cùm eſsent Ne- 28
potes ex filia prædefuncta, ſatuitas fuiſset, ſed quia eiſdem
fuiſsent ex imputationibus, & ex alijs prætenſis creditis, vt
dicebant compenſanda, tandem dixerunt DD. Berzighellos
teneri imputare ea, quæ dixerat Teſtator, & modo in Te-
ſtamento contento, & ſic in legatum ſcutorum 26. m. Quod 29
Teſtamentum obſeruandum, nec ab eo vlla in parte rece-
dendum eſse enixè fuerunt proteſtata.
Ex quibus euidenter patet legitimam DD. Berzighellis 30
debitam de qua in d. ſententia non aliam eſse niſi illam
ſcutor. 26. m. à Teſtatore relictam, eamdemque ſine impu-
tationibus deberi.
Nec dicatur executionem dictæ primæ ſententiæ diei 31
2. Septembris 1678. male fuiſse à Supremo Magiſtratu con-
ceſsam, cùm ea ſententia nil certi contineret, cum per ſub-
ordinationem aliarum imputationum eſse certificanda, vt
in dicta ſententia fuerat reſeruatum.
Quia vltrà quod vt diximus dicta ſententia certum con-
tinebat nempè ſummam ſcutor. 26. m. quæ virtualiter in-
erat in eadem ſententia, pro qua executio poterat legitimè
concedi, cùm etiam pro virtualiter contentis ſententia poſ-
ſit exequi, Gratian. *d. cap.* 183. *num.* 40. Eſcob. *d. cap.* 33. *n.* 19. 32
in fin. Parlador. *reſol.* 1. *cap. fin. part.* 1. §. 11. *ampl.* 4. *num.* 19. *&*
in d. Informatione.
Adhuc reſpondetur, quod cùm poſt rem iudicatam, nil 33
aliud quærendum ſit, niſi eius executio, *l. poſt rem iudica-*
tam

tam ff. de re iudic. ideò an ſententia ſit illiquida, & poſſit exequi videndum eſt.

34 Diſtinguendi ſunt plures caſus, quorum vnus eſt quando ſententia eſt liquida pro parte Actoris, & illiquida pro parte Rei allegantis ſolutionum pro parte. Tunc Actori executio ſummæ non impugnatæ ab inde ſupra Iudex concedit executionem, pro parte verò impugnata, mediante aſſerta ſolutione Iudex pro ſuo arbitrio, ſi non concedit executionem præfigit Reo breue tempus ad illam probandam, quo lapſo relaxat executionem, Munoz. *de ratiocin. lib. 1. c. 21. late cum concord.*

35 Vndè in hoc caſu executio relaxata poſt latam ſententiam per Magiſtratum die 2. Sept. 1678. verificatur ex iam dictis in ſcutis 26. m. vel ad plus ſuſpendebantur reliquæ imputationes importantes ſummam circiter 3. m. ſcutor. & remanebat executio in ſcut. 23183.6.16. Quandoquidem reus iuxta Teſtamentum non aliam ſummam, quam ſcutor. 3. m. circiter compenſare poterat, & vltra illam retardare executionem non valebat.

36 Meritò executio conceſſa à Magiſtratu conſumari poterat in ſcutor. 23183. 6. 16. Et ita apertè declarauit ſecunda ſententia anni 1680. iuxtà plenum votum DD. Sex Auditor. qui vnanimes bonificatis Reo Teſtamentarijs imputationibus declarauerunt creditorum originale ſcut. 26. m. fore redigendum ad ſcut. 23183. 6. 16.

Ecce, quod ſententia prima continebat executionem pro tali ſumma.

37 Nec tandem dicatur nec in ſententia diei 28. Iunij 1680. potuiſſe relaxari d. mandatum, cùm adhuc illa non fuiſſet liquida, ex quo in illa extitit reſeruata cognitio ſuper cæteris exceptionibus, & prætenſionibus à locis Pijs deductis, vt actum fuerat in antecedenti ſententia anni 1678. 2. Septembris.

Animaduertendum enim eſt, quod ſi in prima ſententia anni 1678. 2. Septembris non fuit relaxatum mandatum executiuum, id accidit, quia cum dictæ imputationes Teſtamentariæ fuiſſent deductæ ex ventre ipſius Teſtamenti, ex quo ad legitimam legatam agebatur, & illarum aliæ erant liquidæ, & ipſemet actor legitimarius in libello inſtabat ſuper eis declarari, neceſſe erat ſuſpendere executionem crediti Actoris, donec declararetur ſuper talibus imputationibus concernentibus ſolutionem, vt de ſe patet. 38 39

At in cæteris exceptionibus in ſecunda ſententia reſeruatis, hoc locum non habebat, quia huiuſmodi prætenſiones, & locorum Piorum exceptiones, nedum erant extrà Teſtamentum, immò erant contra Teſtamentum, & contra Teſtatoris intentionem, & contra ipſius Teſtamenti expreſſam diſpoſitionem, quo declaratum fuit legaſſe legitimam in ſumma ſcutor. 26. m. & tantam fuiſſe debitam ad ratam ſuarum facultatum liberarum; Vndè loca Pia infringere non poſſunt hanc diſpoſitionem, cùm ſint Teſtatoris ſubſtituti vniuerſales, & ſine inuentario, vt in primo motiuo declaratur à *num. 4. cum ſeqq.* 40

Et propterea, cùm illiquidæ, & incertæ ſint dictæ prætenſiones reſeruatæ, nequeunt impedire exactionem legitimæ liquidatæ in d. ſumma ſcut. 23183.6.16. Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaſt. 2. num. 239. & 243. & ſeq.* 41

Et ſic ex præmiſſis credimus reſolutas doctas dubitationes excitatas. Sal. &c.

Cap. VIII.

FLORENTINA LEGITIMÆ.

Da mihi Domine ſermonem rectum.

S V M M A R I V M.

1 *SEntentia diei 28. Iunij continet quid exequibile.*
2 *Sententia refertur ad libellum.*
3 *Et ad acta.*
4 *Sententia declaratur à motiuis.*
5 *Motiua ſunt pars ſententiæ.*
6 *Ex diſpoſitione Iuris, quod ſequitur cenſetur in ſententiam comprehenſum.*
7 *Legitima relicta cum onere peti poteſt etiam quod onus reijciatur actione ex Teſtam.*
8 *Et peti poteſt quantitas relicta.*
9 *De hoc amplius non poteſt dubitari ob primam ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum.*
10 *Fabri, & Giouagnoni opinio tanquam contra communem reijcitur.*
11 *Caſus noſtræ legitimæ differt à caſu per Fabrum, & Giouagnonum propoſitum, & quare. 12.*
13 *Confeſſio Teſtatoris reddit liquidam ſummam in fauorem legitimarij.*
14 *Confeſſio Teſtatoris circa ſummam legitimæ non poteſt impugnari ab hæredibus, qui rationem præciſam non reddunt in quo conſiſtat error.*
15 *Imputationis qualitas à legitima reijci poteſt.*
16 *Qualitas imputationis, & ſolutionis eſt idem, quia vtraque ſupponit debitum.*
17 *Confeſſio debiti facta in oratione ſeparata ab exceptione ſolutionis poteſt acceptari reiecta tali exceptione.*
18 *Et hoc quoq; procedit in confeſſione emiſſa in Teſtamente.*
19 *Stante iniuſtitia imputationis à Teſtatore ordinata, poteſt ſcindi eius confeſſio etiam alias indiuidua.*
20 *Qualitas imputationis vti conſiſtens in iure ſemper reijci poteſt.*
21 *Ceſſante ſuppoſito ceſſat diſpoſitum.*
22 *Quando Teſtator minus reliquit, quia ſic putauit deberi, ſupplementum debetur ex teſtamento ſecundum præſumptam voluntatem Teſtatoris.*
23 *In teſtamento non continentur verba prohibentia plus non peti.*
24 *Tacitum quod continetur in expreſſo corruit corruente expreſſo.*
25 *Confeſſio circa quantitatem legitimæ non poteſt dici erronea, quia Teſtator poſuerunt in Calculo Patrimonij reiectas imputationes, & quare. 26. 27.*
28 *Qui ſe fundat in errore concludenter non præſumptiuè probare debet.*
29 *Fideicommiſſi exceptio in Bonis D. Franciſci Vſimbardi non obſtat.*
30 *Hæres non poteſt impugnare aſſertionem Teſtatoris.*
31 *Etiam quod repugnaret depoſitionibus Teſtium.*
32 *Probatur quod in facto Bona D. Franciſci remanſerunt ad liberam diſpoſitionem D. Claudij. 33.*
34 *Teſtes in Teſtamento ſunt de forma ſubſtantiali.*
35 *Tam quoad legata, quam quoad fideicommiſſa.*
36 *Solemnitas Teſtium à Iure requiſita non ſuppletur per confeſſionem hæredis, quod fideicommiſſum fuerit relictum.*
37 *Promiſſio D. Claudij circa Teſtamentum D. Franciſci Vſimbardi vti continens pactum ſucceſſorium fuit inualida.*
38 *Neque potuit nocere legitimæ, neque voluit. 39.*
40 *Verba Teſtamenti D. Claudij*, beni rimaſti a ſua libera diſpoſizione, *verificantur quoad legitimam, tam in toto aſſe hæreditatis D. Franciſci Vſimbardi, quam in detractionibus ipſi vti hæredi grauato competentibus.*
41 *Exceptio fideicommiſſi D. Franciſci quoad loca Pia eſt exceptio de Iure Tertij, & non admittenda.*
42 *Abſonum eſt tueri, quod contra alios defendere quis debet.*
43 *Depoſitiones Teſtium circa fideicommiſſum D. Franciſci non ſunt de actis.*
44 *Intentio DD. de Berzighellis retardari non poterat vti plene fundata.*
45 *Suppoſita certitudine ſummæ legitimæ verba concernentia liquidationem referuntur ad fructus, non ad ſortem.*
46 *Sententia ante excuſſionem reſeruatorum poteſt exequi.*
47 *Legitimario, etiam via ordinaria agenti, quando probauit ſuam intentionem aſſignatur legitima non obſtante omnibus exceptionibus turbidis Hæredis.*
48 *Legitima exigenda eſt ſine mora.*
49 *Legitimæ cauſa licet ordinaria ſummariè tractatur.*
50 *Certificatio ſummæ legitimæ executiuè, & ſummariè, non ordinariè eſt facienda.*

51 *Ex-*

51 *Exceptiones locorum Piorum non ſunt attendendæ, & quare. 54. 58.*
52 *Exceſſus non dicitur probatus data poſſibilitate in contrarium.*
53 *Hæres liber habet contra ſe præſumptionem exiſtentiæ aliorum bonorum.*
55 *Ciues Florentinus non ligatur Statutis Ciuitatum ſubiectarum.*
56 *Auus inſtituendo filias in Bonis à Statuto excluſas, eas reſtituit ad ſuitatem.*
57 *Reintegratio non operatur, quod Pater poſſit apponere onus filiæ in legitima reintegrata.*
58 *Exceptiones vti turbidæ erant reijciendæ.*
59 *Tres vltimæ exceptiones non proueniunt ex ventre Teſtamenti.*
60 *Quando Actor non habet intentionem fundatam non poteſt deueniri ad executionem.*
61 *Intentio DD. de Berzighellis eſt clara, & clarè probata ideo non admittit exceptiones turbidas.*
62 *Retentio datur DD. de Berzighellis ſine vitio poſſidentibus, etiam in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*
63 *In Bonis ſitis in Territorio Collis vti libera Teſtatoris pro ex relictis ab eo poteſt fieri exequutio.*
64 *Præſertim pro debito ipſius hæredis, vt ſunt legitimæ fructus.*
65 *Legitima petita in certa quantitate à Teſtatore relicta non eget alia liquidatione, neque diſtinctione an ſit quota Bonorum, vel hæreditatis.*
66 *Reſeruatio facta in ſententia non reddit illiquidam ſummam, neque ſententiam inexequibilem. 67.*
68 *Reſeruatio aliorum hinc inde deductorum facta non retardat executionem ſententiæ iam latæ, etiam quando ex reſeruatis exceptionibus minui poſſet ſumma in ſententia contenta.*
69 *Exceptiones reſeruatæ referendæ ſunt ad Iudicium ſupplementi, ad quod impediendum fuerunt oppoſitæ.*
70 *Explicita ſummæ condemnatio non requiritur in ſententia, ſed ſatis eſt declaratio de debito.*
71 *Summa certa legitimæ habetur in motiuis primæ ſententiæ, & ſecundæ. 65.*
72 *Sententia incerta certificatur ex actis, & executioni demandatur.*
73 *Etiam ſi Iudex ſe ad acta non referat.*
74 *Declaratio de ſumma certa facta in motiuis DD. quatuor Auditor. in ſecunda ſententia, vti pars primæ ſententiæ non vt noua pronuntiatio eſt habenda.*
75 *In tali declaratione ſummæ omnes fuerunt concordes.*
76 *Diſcrepantia fuit ſuper articulo tantum immiſſionis.*
77 *Exceptio firmat regulam in caſu non excepto.*

ILLVSTRISSIMI DD.

1 SEntentia lata ad fauorem DD. de Berzighellis de anno
1678. qua pronuntiatur legitimam *ijs debitam fuiſſe,*
2 *& deberi liberam, & immunem*, continet quid certum,
& exequibile, ſiue referatur ad petitionem, quæ com-
prehendit certam ſummam ſcutorum viginti ſex millium,
ſecundum quam ſententiam declarari debet, Caſtrenſ.
conſ.376.num.1. verſ. Nam alias diſcreparet à petitione. p.1.
Oſaſch. *deciſ.64. num.3. circa fin. verſ. Sed ſi diceremus;*
Rota *deciſ.349. num.10. p.12. recent.*
3 Siue declaretur ex actis, in quibus legitur Teſtamen-
tum taxans legitimam, Seraphin. *de priuileg. Iuram. pri-
uileg.77. num.46.*
4 Siue ex eius motiuis vnanimi voce DD. Sex latè exami-
natis, vt videre eſt *num.181. & ſeqq. præſertim num.182. &*
5 *187. num.203.205. & ſeqq.* quæ motiua ſunt pars ſenten-
tiæ, Amat. *reſolut.85. num.10.* Fontanell. *deciſ.287. num.18.*
Caball. *conſ.125. num.1. lib.1.* Magon. *deciſ. Flor.54. num.1.
& 2. & deciſ.133. num.16.*
6 Siue demum referatur ad diſpoſitionem iuris, ex qua id
quod ſequitur cenſetur in ſententia comprehenſum, Ma-
gon. *deciſ. Flor.3. nu.19. & 20.* Rota *in Flor. executionis ſen-
tentiæ lib. motiu. 125. à §. contra partitas in fine.*
7 Certum eſt enim ipſammet quantitatem legitimæ nomi-
ne in teſtamento relictam adiecto certo onere peti poſſe per
Legitimarium onere reiecto, & quidem peti poſſe vigore
teſtamenti, perinde ac ſi purè in ea quis fuiſſet honoratus,
vt tradunt in terminis Merlin. *de pign. lib.3. q.14. num.152. &
ſeqq.* Gratian. *diſcept.739. num.5. & ſeqq. & n.11.* Maſtrill. *de-
ciſ.78. num.8.* Rota *deciſ.115. num.2.3.5.6. & 12. verſ. Tan-
to magis,* quia pro ea coram Buratt. *& deciſ.359. num.3.4.5.
& 15. p.19. recent.* Et in puncto legitimæ grauatæ onere
imputationis Rota *deciſ.502. num.6. & 7. coram Peutinger.* 8
quæ eſt deciſ.105. num.4. & 6. poſt obſer. Melij. Et quidem
non modo ſi legitima petatur, tamquam quota hæredita-
tis, ſed etiam ſi petatur certa quantitas, aut res legitimæ no-
mine relicta, Rota *deciſ.359. num.3.4.5. & 15. p.19. recent.* & 9
hoc tamquam certum fuit deductum in concreto noſtri ca-
ſus in motiuis primæ ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum,
vt videre eſt *nu.204. & 205.* adeò vt mirum ſit de hoc dein-
ceps fuiſſe diſputatum.
Et licet contrariam opinionem ſequuti fuiſſent Gioua- 10
gnon. & Faber. attamen eam eſſe contra communem prag-
maticarum ſententiam apparet ex ſupradictis, & teſtatur
ipſemet Faber. *de error. pragmat. decad.15. err.1.* Et vlterius
ea funditus conuellitur ex ijs, quæ latè, ac ſolidè deducun-
tur in doctiſſimis motiuis DD. quat. Audit. à num. 15. vſque
ad 59. ità vt nihil addi poſſe videatur.
Sed nos verſamur in tuto, & extra propoſitum illius diſ- 11
putationis, neque enim agitur de legato certæ quantitatis
relictæ pro legitima, cui fuit adiectum onus, dilatio, aut
conditio, ità vt vnitas diſpoſitionis, & correſpectiuitas
oneris reddat diſpoſitionem indiuiduam, quos terminos
clarè reſpiciunt Doctores, & rationes, quæ in contrarium
afferuntur, & afferri poſſunt; ſed agitur de duplici diſpoſi-
tione ſeparata, in quarum altera fatetur, & aſſerit Teſta-
tor calculis factis legitimam deberi in ſumma ſcutor.26. m.
ibi: *La qual ſomma dichiara d. Signor Teſtatore importare
detta legitima a d. Sig. Lucrezia reſpettiuamente*, in altera
verò, cum ſuppoſito, quod partem legitimæ DD. de Berzi-
ghellis in certis ſummis fuerint conſequuti, vt euidenter
oſtendunt illa verba: *E però dichiaro d. Sig. Teſtatore per
detta legitima, come ſopra conſeguita, non douerſi loro altro,
che quello reſtaſſi al complemento di ducati 26. m.* Et ſic cum
ſuppoſito, vt ipſe D. Claudius eſſet creditor DD. de Berzi-
ghellis de dd. ſummis, & conſequenter quod prædictæ ſum- 12
mæ eſſent de iure imputandæ, (alias enim non poſſint dici
partem legitimæ conſequuti) iubet demandatas imputa-
tiones fieri; Quamobrem aſſertio Teſtatoris, & confeſ- 13
ſio de debito legitimæ in dicta ſumma fundat intentionem
DD. de Berzighellis, quorum fauore, ſaltem in d. ſumma
legitima cenſeri debet abundè liquidata, Franc. *dec.575. nu.5.*
Neque poſſunt hæredes, qui de Inuentario non docent, 14
& rationem non reddunt huiuſmodi aſſertionem, & con-
feſſionem Teſtatoris impugnare, vt optimè in his præciſis
terminis Gratian. *diſcept.570. num.21. & 22.* Hodiern. ad
Surd. *deciſ.130. num.1. & 2.*
Et quamquam prædictæ aſſertioni, ſeù confeſſioni fue- 15
rit adiecta qualitas imputationis, ea tamen etiam indepen-
denter à quocumque priuilegio legitimæ reijci poteſt, cum
enim qualitas imputationis ſit eadem cum qualitate ſolu- 16
tionis, & ſupponat exiſtentiam debiti, Cancer. *lib.1. var. c.3.
n.5. poſt medium verſ. Nam qui allegat imputationem.* Quem-
admodum ſolutionis, ità & imputationis qualitas reijci po-
teſt acceptando confeſſionem debiti, cum agatur de ſepara- 17
tis orationibus, *leg. ſiquidem, C. de tranſaction.* Pamphil. *de-
ciſ.147. num.4.* Angel. *de confeſſ. lib.3. cap.11. n.9.* Amat. *deciſ.
Marchiæ 82. num.8. Rota Iamenſ. deciſ.114. num.3.* Rota *de-
ciſ.113. num.6.* poſt Cenc. *de cenſib. & deciſ.147. num.4. coram
Pamphil.* & de confeſſione omiſſa in teſtamento Rota *de-* 18
ciſ.168. num.14. part.18. tom.1. recent.
Et ſine dubio quoniam in caſu noſtro manifeſtè probatur 19
falſa qualitas adiecta faciendæ imputationis, dum onus im-
putandi tamquam iniuſtum fuit reiectum per ſententiam
in iudicatum tranſactam, quo caſu certum eſt acceptari
poſſe confeſſionem, reiecta qualitate, etiam ſi alias agere-
tur de confeſſione indiuidua, Grat. *reſponſ.127. num.9. p.1.*
Pacian. *de probat. lib.1. cap.25. n.27.* Mareſcot. *lib.2. variar.
cap.45. num.19.* Angel. *de confeſſion. lib.3. quæſt.11. num.91.*
Criuell. *deciſ.12. num.27.*
Et quod reijci ſemper poſſit qualitas conſiſtens in iure, 20
qualis eſt qualitas imputationis faciendæ, eſt *Text. in l. or-
namentorum* 39. & ibi *gloſſ. ff. de aur. & arg. leg* Gratian. *di-
ſcept.339. num.24.*
Imò cum legato legitimæ in ſumma ſcut.26. m. ideò Te-
ſtator adiecerit onus imputationis, quia tale onus ſuppo-
ſuit Legi conforme, vt ſupra fuit demonſtratum; Ceſſante
ſuppoſito, quod onus de iure ſubſiſtat, ceſſare etiam debet 21
diſpoſitum circa adiectionem huiuſce oneris, Surd. *conſ.179
n.39.*

num.39.vol.2.Certus *deciſ.69. num.5.* Rota *deciſ.240.num.8. par.16. rec.* Et ſic cum onus, non reijciatur contra voluntatem Teſtatoris, qui ideò adiecit, quia putauit ſibi licere, quæ non ſupereſt ratio dubitandi, an poſſit Legitimarius ſe fundare in legato, & petere quantitatem ſibi relictam, dum habet diſpoſitionem perfectam pro ſe, & nulla reſiſtit contraria voluntas Teſtatoris de onere adijciendo? Et tamen videmus, quod etiam, quando deeſſe videtur ſubſtantia legati (quæ manifeſta eſt in caſu noſtro, dum non petimus maiorem quantitatem ea, quæ legata eſt) quia fortè
22 Teſtator minus legitima reliquit, ſi ſuſpicari liceat, non ſcienter, ſed ignoranter minus fuiſſe relictum ſupplementum petitur ex Teſtamento, iuxta præſumptam voluntatem Teſtatoris, Cancer. *par.1. var. cap.3. num.16.17. & 18.* Merlin. *de pignorib. lib.3. tit.1. quæſt.14. num.135.* Mangil. *de imputat. quæſt.90. num.18.* Bellon. *de iur. accreſc. cap.9. quæſt. 45. num.55. verſ. Planè, & 56. & ſeq.* & admittunt DD. duo diſcordantes in ſuis motiuis num. 40.

23 Atque ita corruit obiectum, quod ex aduerſo fundabatur in illis verbis: *E però dichiarò per detta legitima, come ſopra conſeguita, non douerſi loro altro, che quello reſtaſſi al complemento di duc.26. m.* Quaſi per hæc verba fuerit inductum præceptum de plus non petendo, cùm enim ea verba ſint aſſertiua, & declaratiua, non autem inductiua nouæ diſpoſitionis, ſi declaratio, & aſſertio detegatur falſa corruet profectò tacita, & implicita diſpoſitio de amplius non petendo, quæ contineri prætenditur in idipſa declaratione,
24 nam tacitum quod continetur in expreſſo ceſſat, & corruit corruente expreſſo, *l. 3. §. final. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Barboſ. *axiomat.* 218. *num.* 8.

Non obſtat, quòd ſupradicta aſſertio de quantitate legitimæ aſſeratur erronea, tum quia Teſtator ſuppoſuit imputationes faciendas, & ſic poſuit in calculo totius Patrimonij ſummas imputandas, quod conſtituit maiorum quantitatem legitimæ; Tum etiam quia profeſſus eſt in calculanda legitima ſe rationem habuiſſe bonorum ſpectantium ad hæreditatem D. Franciſci eius Nepoti, quæ non erant ponenda in calculo tamquam ſubiecta fideicommiſſo per eundem D. Franciſcum inſtituto, & per D. Claudium Teſtatorem ratificato.

25 Quod enim pertinet ad primum; Si agatur de donatione ſcutorum 12500. quam contulit Teſtator in D. Virginiam, nulla circa eam potuit contingere variatio, propter opinionem Teſtatoris circa eius imputationem, ſiue enim eſſet imputanda, ſiue non eſſet, ponenda ſemper fuiſſet in Calculo Patrimonij, cum certum ſit donationes omnes, tam ipſi Legitimarijs factas, quàm extraneis, ponendas eſſe in calculo Patrimonij, ad effectum extimandi legitimam *ad text. in auth. vnde ſi Parens C. de inoffic. teſtam. l. 1. & tot. tit. C. de inoffic. donat.* Mangil. *de imputat. quæſt.10. num. 2. & 3. & ſeqq.* Card. de Luc. *de legit. & detract. diſcurſ. 9. num.4.* Merlin. *de legit. lib.2. tit.1. quæſt. 18. num.1. & quæſt. 21. num. 1.* etiam ſi agatur de donationibus non inofficio-
26 ſis, Rot. *deciſ.86. num.4. & 5.* poſt Merlin. *de legit.* Si verò agatur de dote ſcutorum 6818. tradita eidem D. Virginiæ circa eam quoque nulla poſſe videbatur contingere variatio; quoniam licet dos reſpectu Mariti dicatur continere cauſam onerosam, reſpectu filiæ tamen, cui Pater dotem reddi ſtipulatus eſt, quemamodum contingit in caſu noſtro, continet titulum lucratiuum, & meram donationem, *l. Pomponius ff. famil. erciſcun.* Mangil. *de imputat. quæſt.18. num.26. poſt medium verſ. tamen eſt ſpeciale*, & in hac cauſa fuit dictum per DD. Sex, die 2. Septembris 1678. *vt in motiuis impreſſis num.46.*

27 Et conſequenter erat omnino ponenda in calculo, cùm omnes diſpoſitiones lucratiuæ in calculo ponantur, etiam ſi ſint collatæ in Liberis, vt habetur in *d. auth. vnde ſi Parens C. de inoffic. teſtamen.* Rot. *deciſ.* 86. *num.* 3. poſt Merlin. *de legit.*

28 Quamquam etiam ſi de iure ponenda in calculo non fuiſſet, cum non exprimat Teſtator ſe eam in calculo ponere, qui dicit eum in hoc erraſſe, ac proinde ampliorem Nepotibus legitimam conſtituiſſe, vtique probare debet, & quidem concludenter, & euidentiſſimis probationibus, non autem præſumptiuè, *l. cum de indebito 25. in fine ff. de probat.* Royas *deciſ. 266. num.3.* Ottobon. *deciſ.64. num. 2.* Bichius *deciſ.243. num.12.* Rot. *deciſ.261. num.25. par.7. & deciſ.194. num.11. par.18. tom.1. rec.*

29 Quod verò ſpectat ad fideicommiſſum, quod prætenditur in bonis D. Franciſci de Vſimbardis, cum ipſemet D. Claudius Teſtator aſſirmet bona eiuſdem D. Franciſci remanſiſ-
ſe *à ſua libera diſpoſizione*, non poteſt hæres huiuſmodi aſ- 30
ſertionem Teſtatoris impugnare, Ottobon. *deciſ. 64. n. 14.* & Bichius *deciſ. 243. num. 1.* Pamphil. *deciſ. 361. num. 11.*
Rota *deciſ. 185. num. 16. par. 10. recent.* etiam ſi ex depo- 31
ſitionibus Teſtium talis confeſſio detegeretur falſa, quia cùm agatur de facto ipſiuſmet D. Claudij, cuius ipſemet meminit in fine ſui Teſtamenti, & circa quod errare non poterat, non poſſit dici confeſſio facta per errorem, & proinde non poſſet impugnari, *ad Text. in l. 1. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. l. qui vxor. 18. in princ. ff. de aur. & arg. leg.* Angel. *de confeſſ. lib.2. quæſt.4. num.14. verſ. dummodo conſtet*, Venturin. *conſ.28. num.78.*

Quamquam nimis clarum eſt, etiam ſuppoſita veritate 32
eorum omnium, de quibus Teſtes deponunt Patrimonium D. Franciſci remanſiſſe ad liberam diſpoſitionem D. Claudij. Neque enim D. Franciſcus vllum fideicommiſſi vinculum ſuis bonis iniecit, neque cuiquam ſi reſtiturum eius bona Teſtator promiſit, ſed tantum deſiderante D. Franciſco ſua bona deuenire ad comprehenſos in minuta D. Claudius promiſit ſe in Teſtamentum ordinaturum, quantum fieri poſſet, iuxtà mentem, & voluntatem eiuſdem D. Franciſci, & quod iuxtà hunc ſenſum ſint recipiendæ depoſitiones Teſtium manifeſtiſſimum eſt, tum ex Teſtamento D. Claudij, *qui in §. appreſſo il d. Teſtatore expreſſe declarauit auer fatto le predette diſpoſizioni per conformarſi più che ha poſſuto, e gli è ſtato di ragione permeſſo con la volontà dell' Illuſtriſſ. Sig. Franceſco Vſimbardi ſuo Nipote, in conformità della parola datali in articulo mortis nell' atto, quando gli conſegnò vna minuta del ſuo Teſtamento abbozzato, e non finito, per auuenimento dell' allora inaſpettata morte, che ſucceſſe mezz' ora doppo d. conſegna di minuta*, tum etiam ex depoſitione Ioannis Baptiſtæ de Paſeis in 33. Interrogatorio, ibi, *E che però eſſo Sig. Claudio l'aueua dato parola, e promeſſo a d. Monſig. Franceſco con ſuo giuramento auanti il Criſto, che aueua a capo al letto d. Monſig. Franceſco di conformarſi, & accoſtarſi quanto era poſſibile alla diſpoſizione di d. Monſig. Franceſco in conformità di d. bozza.*

Quibus poſitis vrget contra hæredes ineuitabile dilem- 33
ma; Aut enim ſe fundant in voluntate D. Franciſci, aut in promiſſione D. Claudij, ſi in voluntate D. Franciſci ea non fuit perfecta, neque ipſe voluit diſponere, ſed tantum, vt ipſemet D. Claudius diſponeret iuxtà normam ſuæ minutæ, adeò vt minuta mandanda eſſet exequtioni, non tamquam diſpoſitio D. Franciſci vtpotè in formis, & inualida, ſed tamquam diſpoſitio D. Claudij; Et licet voluiſſet diſponere, non potuiſſet abſque interuentu Teſtium, ſaltem duorum, ſi ageretur de teſtamento priuilegiato, de quo non agitur, qui reſpectu Extraneorum quales erant comprehenſi in minuta, ſunt de ſolemnitate ſubſtantiali, &
de forma, ad *Text. in l. hanc conſultiſſima 21. §. ex imper-* 34
fecto C. de teſtam. Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 159.* & poſt eum Rota *deciſ. 18. num. 5. & deciſ. 734.*
num.8. par. 1. diu. non modo ſi agatur de legatis, ſed etiam 35
de fideicommiſſis vniuerſalibus, Peregrin. *conſ.61. num. 9. & 13. lib.1.* Gratian. *cap.235. num.80. & 81.* Rota *deciſ.840.*
num.7. coram Seraph. Neque enim ſufficit fideicommiſſum 36
eſſe relictum, & quod hæres confiteatur relictum, niſi adſit ſolemnitas à iure requiſita, *l. ſi veritas 23. C. de fideicomm.* Peregrin. *d. conſ.61. num.21. lib.1.*

Si verò ſe fundant in promiſſione D. Claudij, cùm ex ſu- 37
pradictis illa contineat pactum ſucceſſorium ipſa quoque fuit inualida, non obſtante iuramento, Torr. *de pact. fut. ſucceſſ. lib. 1. cap. 5. num.49.* Giouagnon. *reſponſ. 34. num.4. in fine*, Bellon. Iun. *conſ.22. num.5.* Seraph. *de priuil. Iuram. priuil. 20. num.2.* Cyriac. *controu.88. num.15. & 16.* Rota *deciſ.33.*
num. 5. par. 6. Et ſine dubio, non potuit nocere legitimæ 38
Nepotum, vt benè per Rot. *deciſ. 390. num. 21. par. 9. recent.* cui ſanè D. Claudius, non ſolum non potuit, ſed ne-
que voluit, etiam reſpectu bonorum D. Franciſci promit- 39
tendo præiudicare, vt eſt manifeſtum, tum ex tenore ipſius teſtamenti, in quo legitimam reliquit, habita ratione illorum quoque bonorum, tum ex ipſamet promiſſione qualificata, & reſtricta ob illa verba, *quanto è poſſibile*, quæ verba non ſunt rigidè accipienda, & non modo abſolutam impoſſibilitatem excludunt, ſed etiam id, quod non commodè, & conuenienter fieri poteſt, Seraph. *de priuil. Iuram. priuil.144. num.5.* Ruin. *obſeruat. 7. num.22.* Barboſ. *axiomat.* 184. *num. 7.*

Ac

Digitized by Google

40 Ac tandem ceſſat difficultas, quoniam, vel habuit D.
Claudius facultatem liberam diſponendi (prout aſſerit)
de bonis in minuta comprehenſis, & planum eſt de ijs,
tamquam exiſtentibus in Aui Patrimonio, legitimam fuiſ-
ſe detrahendam; ſi verò non habuit, & tunc quoniam
ipſemet affirmauit ſe in calculanda legitima rationem ha-
buiſſe bonorum *rimaſti a ſua libera diſpoſizione nell' eredi-
tà*, quod ſupponit aliqua ſaltem bona in dicta hæredita-
te remanſiſſe ad eius liberam diſpoſitionem, aut dicen-
dum erit aliam fuiſſe minutam, de cuius executione roga-
tus fuit D. Claudius, quæ fortè, non comprehenderet
omnia bona, vel detractionem Trebellianicæ non prohi-
beret de identitate enim dictæ minutæ, non bene depo-
nunt Teſtes, & pluralitas facto ſupradicto ſuppoſito reſul-
taret ex aſſertione Teſtatoris, qui dicit ſaltem aliqua ad
ſuam liberam diſpoſitionem pertinere (aut omninò erit af-
firmandum ad ſaluandam aſſertionem Teſtatoris) quod
dicta libera diſponendi facultas in aliqua parte bonorum,
quod ſufficeret fuit commiſſa fiduciæ Patris Alberti de
Leonibus, cui nonnulla per D. Franciſcum exequenda vl-
tra minutam commiſſam fuiſſe deponit Marius de Caſellis
ſuper 6. Capitulo Teſtis exaduerſo inductus; Et ſola poſſi-
bilitas nobis ſufficit ad ſaluandam Teſtatoris aſſertionem,
cum error plenè per hæredem ſit probandus, Angel. *de con-
feſſ. lib. 2. quæſt. 4. num.* 14.

41 Et in omnem caſum omninò reicienda eſt huiuſmodi
exceptio, tum quia eſt de iure Tertij, tum etiam quia de-
ſtruit Ius ipſorum hæredum, quos abſonum eſt impugnare
42 factum, quod ipſi contra alios tueri, ac defendere debuiſſent,
l. frater a fratre ff. de condict. indebit. l. altius Edes 15. *ff. de*
43 *ſeruit. vind. l. vindicantem ff. de euiction.* Tum denique quia
fundatur in depoſitionibus Teſtium, quæ poſitæ fuerunt ad
partes, in quibus proinde nullum fieri potuit fundamen-
tum, perinde ac ſi Teſtes non fuiſſent examinati, Cyriac.
contrau. 88. *num.* 18. Surd. *conſ.* 311. *num.* 74. Veſtr. *in prax.
lib. 6. cap. 2. num.* 24. Rota *deciſ.* 325. *num. 3. in fin. verſ. Et ta-
les Teſtes par. 1. recent.* Ac proinde circumſcriptis his Teſti-
bus, qui pro non examinatis haberi debent nihil erat, quod
44 remorari deberet petitionem DD. de Berzighellis in confeſ-
ſione, & diſpoſitione Teſtatoris pleniſſimè fundatam, Franc.
deciſ. 575. *num.* 5. Gratian. *diſcept.* 570. *num.* 21. *&* 22. Ho-
diern. ad Surd. *deciſ.* 130. *num.* 1. *&* 2.

45 Suppoſito autem, quod certa ſumma eſſet iure legitimæ
debita, ſatis à diſpoſitione Iuris iuncta præſertim petitione
Actoris, & actis, & motiuis primæ ſententiæ determinatur,
& certificatur ſententia indefinitè prolata, vt ab initio fuit
demonſtratum, non obſtantibus illis verbis, *iuxta taxatio-
nem, & liquidationem faciendam*, quæ non ſunt referenda
ad ſortem legitimæ iam latis à Teſtatore liquidatam, & ex
teſtamento ſine dubio debitam, vt fuit demonſtratum, &
firmatur in motiuis primæ ſententiæ num. 204. & 205. ſed
ad eiuſdem legitimæ fructus, qui erant taxandi, & liqui-
dandi, tam reſpectu temporis, quam quantitatis, vt eui-
denter oſtenditur, tum ex verbis ſubſequentibus, *& ſu-
per liquidatione, & taxatione dictorum fructuum*, tum
etiam ex mentione fructuum immediatè antea, ac proxi-
mè facta, ad quos proinde relatio erat facienda, Merlin.
deciſ. 420. *num.* 16. *in fine*, Rota *deciſ.* 478. *num.* 7. *par.* 18.
tom. 2. recent.

46 Non obſtat, quod in origine cauſa fuerit ordinaria iu-
bente Illuſtriſs. Magiſtratu pro commodiori diſcuſſione
in inſpectiones diuiſa, ac proinde, quod non potuerit
contra naturam ordinarij iudicij cum damno hæredum fir-
mari ſumma, non excuſſis exceptionibus; ſiquidem non
eſt nouum, quod ſententia lata in aliqua parte ante di-
ſcuſſionem Iurium reſeruatorum executioni demandetur,
Sanz. *de regim. Regn. Valent. cap.* 13. §. 1. *num.* 104. Giurba
deciſ. 60. *num.* 21.

47 Neque præiudicium vllum hæredibus irrogabatur, quia
etiam in iudicio ordinario legitimæ cum Legitimarijs ple-
nè probauit ſuam intentionem, aduerſus quam hæres pro-
ponit exceptiones turbidas aſſignanda eſt legitima, antè
diſcuſſionem exceptionum, vt in puncto Faber. *in Cod.
lib.* 3. *tit.* 19. *definit.* 24. Barry *de ſucceſſ. lib.* 16. *tit.* 13.
num. 9. *in fin.*

48 Et ratio eſt euidens, quia legitima, ſine mora exigenda
eſt ad *Text. in l. omnimodo C. de inoffic. Teſtament.* quod
49 quicquid ſit an reddat cauſam ſemper executiuam, vt non-
nulli voluerunt, certum tamen eſt, quod eam reddit ſum-
mariam, & breuis expeditionis, adeo vt licet cauſa ſit or-
dinaria, quatenus opponitur executiuè, non ſit tamen ple-
nariè, ſed ſummariè tractanda, *l. præſens*, & ibi Bald. *C. loca-
ti*, Fenzon. *ad ſtatut. Vrb. cap.* 121. *num.* 10. *& ſeq.* Rot. *deciſ.*
126. *num.* 23. *&* 24. *coram Bichio*.

Eoque magis, quoniam negari, non poteſt ſententiam 50
latam fuiſſe ſuper ſubſtantia actionis cum fuit dictum *legi-
timam debitam fuiſſe, & deberi liberam*. Adeò vt, tantum
quæſtio de quantitate legitimæ oriri poſſit, ſi ſententia ali-
unde non certificaretur (ſicuti ad euidentiam certificatur)
quo caſu certificatio ſummæ fieri debet in ipſa executione
ſententiæ, & quidem executiuè, & ſummariè, non autem
ordinariè iuxta doctrinam Bartol. *in l. quamquam* 2. *num.* 5.
& 6. *C. de ſentent. quæ ſine certa quantit.* Scaccia *de appellat.
lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 9. num.* 24. *&* 28. Ab Eccleſ. *obſeruat.*
24. Gratian. *cap.* 183. *num.* 44. *&* 48. & eſt regulare, quod
in executione fieri debet liquidatio, Rot. *deciſ.* 224. *num.* 3.
& 4. *cor. Lud.*

Atque ex his patet, non eſſe attendendas tres exceptiones 51
propoſitas; Quod enim pertinet ad primam, quæ reſpicit
hæreditatem D. Franciſci de Vſimbardis, ſatis demonſtrata
eſt eius irreleuantia, & quod non pertineat ad præſens iu-
dicium, dum Teſtium examen fuit commiſſum, non retar-
data exequtione cauſæ quo ad DD. de Berzighellis, vt in
proc. & ipſi Teſtes examinati fuerunt poſiti ad partes, quod
reddit impoſſibilem huius exceptionis cognitionem. Reli-
quæ verò duæ ſunt omnino reiciendæ, neque vllo modo co-
gnoſcendæ ſiue de executiuo, ſiue de ordinario iudicio aga-
tur, cum euidentiſſima ſit earum irreleuantia, & omnimo-
da impertinentia reſpectu præſentis iudicij, quicquid ſit in
ordine ad alterum iudicium, quod pendet circa ſupplemen-
tum cum D. Lucretia altera Filia, & Legitimaria; Eſto enim
millies, quod ex patrimonio D. Claudij detraenda ſint bo-
na ſita in Territorio Collenſi, & bona ſuppoſita fideicomm.
conuentionali DD. fratrum de Vſimbardis, Adhuc non
concluditur eſſe legitimam minorem ſumma per Teſtato-
rem legata, propter incertitudinem ſtatus hæreditarij; Et
ſic viget ſemper liquidatio legitimæ in ſumma per Teſtato-
rem aſſignata, dum poſitiuè per hæredes, non probatur
exceſſus, qui non concluditur data poſſibilitate in contra- 52
rium, vt patet ad ſenſum, & tradit in puncto Rot. *deciſ.*
198. *num.* 20. *&* 21. *part.* 7. *rec.* Vnde non potuit D. 53
Franciſcus, quique eum repræſentant impugnare, cùm
aduerſus eum, tamquam hæredem liberum vigeat præ-
ſumptio exiſtentiæ aliorum bonorum, Carena *reſolut.* 124.
num. 5. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 130. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 67.
num. 3. *& deciſ.* 163. *num.* 4. *par.* 5. *rec. & deciſ.* 115. *num.* 5.
coram Buratto.

Quamquam & ſi de ſtatu hæreditatis conſtaret exceptio- 54
nes prædictæ eſſent irreleuantes; Fideicommiſſum enim
conuentionale penitus conuelitur ex allegationibus cele-
berrimorum Iuris Conſultorum, quæ dantur, Bona ve-
rò Collis, non eſſe ponenda in calculo minimè concludit
Statutum illius Ciuitatis; Vel quia Domini de Berzighel-
lis Ciues Florentini eo non ligantur, vt in terminis firma- 55
uit pluries Rota noſtra in Mot. quæ offeruntur, & dan-
tur, vel quia vrget ineuitabile dilemma, quod aut D.
Claudius, non poſuit in Calculo dicta Bona, & ex facto 56
ceſſat obiectum, aut ea poſuit, & hoc caſu, cùm etiam
in dictis bonis voluerit Nepotibus præſtari legitimam cen-
ſetur eos reſtituiſſe ſtatuti, quo caſu Statutum non ope-
ratur, de Luca *de legit. & detract. diſcurſ.* 3. *num.* 16.
Cyriac. *contrau.* 71. *num.* 14. 15. *&* 16. Merlin. *de legit.
lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 53. Rota *deciſ.* 266. *num.* 3. *&*
4. *par.* 1. *diuerſor. & deciſ.* 110. *num.* 8. 9. *par.* 7. *deciſ.* 112.
num. 6. 7. *par.* 17. *recent.* quæ reintegratio ſuum effectum 57
operaretur, etiam ſi (quod ceſſat in caſu noſtro) adiectum
eſſet onus de plus non petendo, quoniam hoc onere reie-
cto reintegratio ſuum effectum operatur, quiu ad integram
legitimam, Rota *deciſ.* 112. *à num.* 7. *vſque ad* 11. *par.* 17. *re-
centiorum legenda*.

Et in omnem caſum huiuſmodi exceptiones ſunt turbi- 58
dæ, adeoque ineptæ ad retardandam executionem, vt latè
ac ſolidè diſputatur in Motiuis DD. quatuor à *num.* 75. *ad*
98. vbi reſpondetur omnibus obiectis.

Neque ſubſiſtit in facto, quod eæ reſultent ex ipſomet 59
Teſtamento, & propterea ſint ante executionem cogno-
ſcendæ, nam licet in Teſtamento mentio fiat Fideicommiſſi
conuentionalis, & minutè relictæ per D. Franciſcum, hoc
tamen factum non fuit per viam conditionis, aut imple-
menti diſpoſitioni adiecti, quod eſt neceſſarium ad hunc
effe-

60 effectum, quia tunc, cum non habet Actor diſpoſitionem puram, & perfectam, neque fundare poſſit intentionem ſuam in inſtrumento, aut Teſtamento propter qualitatem, & conditionem appoſitam, & ab Actore purificandam, mirum non eſt, ſi non poteſt deueniri ad executionem, non excuſſa exceptione, vt optimè declarat Argel. *de acquirend. poſſ. quæſt. 2. art. 7. num. 243. 244. & ſeqq. & per tot.*
61 In caſu autem noſtro nihil Dominis de Berzighellis Actoribus ſupereſt probandum, quia habent diſpoſitionem Teſtatoris, qui fatetur inſpectis inſpiciendis legitimam deberi in ſumma ſcutorum 26. m. quos in tali ſumma inſtituit. Vnde ſi ex parte Hæredum proponuntur exceptiones diſputabiles, & turbidè, non propterea obſcuratur intentio Actorum clara, & certa, de Luca *de iudic. diſcurſ. 44. num. 52. verſ. ſed quod Actoris intentione &c.*

62 Minus facit, quod ſaltem dictæ exceptiones, licet ſint ineptæ ad minuendam legitimam, ſatis tamen operentur impediendo executionem in Bonis, quæ ad eas pertinent; Omiſſa enim turbiditate exceptionum, quæ non poteſt retardare, quod pertinet ad Bona ſubiecta Fideicommiſſo conuentionali, cum ea vt exaduerſo aſſeritur pro magna parte à Dominis de Berzighellis poſſideantur, qui ſunt in poſſeſſione ſine vitio, non indigent executione, ſed ſufficit ipſis retentio pro credito fructuum legitimæ, quæ non poteſt eis denegari, de Luca *de Fideicommiſſo diſcurſ. 73. num. 11.* Royas *deciſ. 367. num. 13.* & in puncto rei poſſeſſæ per Filium pendente liquidatione legitimæ, Rota *deciſ. 115. num. 11. coram Buratto*, etiam ſi tale creditum, non eſſet (ſicuti eſt) totaliter liquidum, de Luca *dicto di-*
63 *ſcurſ. 73. num. 12.* Bona verò ſita in Territorio Collis, etiam ſi (quod perpetuo negatur) propter Statutum excluſiuum, non eſſent ponenda in calculo, non propterea dici deberent immunia ab executione, cum ſint Bona libera defuncti, & proinde pro omnibus legatis ab eo relictis affecta, *l. 1. C. communia de legat.* Merlin. *de pignorib. lib. 3. tit. 1. quæſt. 14. num. 1. 2. & 12.* Gratian. *cap. 733. num. 11.* Rota *deciſ. 131. num. 3.* poſt Pacific. de Saluian.
64 *interd. & deciſ. 541. num. 3. par. 5. recent.* Tantò magis pro debito ipſius hæredis nempè pro fructibus legitimæ perceptis per D. Priorem Franciſcum, & poſteà per loca Pia.

65 Denique, non refragatur, quod manifeſtum videatur Sententiam, non continere ſummam certam, quia legitima fuit petita, tanquam quota Bonorum, quæ proinde exigit liquidationem, & quia expreſsè in Sententia reſeruantur iura, circa nonnullas imputationes, & circa alia hinc inde deducta, quod excludit ſummæ certitudinem; Siquidem re vera, neque fuit petita legitima, tanquam quota hæreditatis, neque tanquam quota Bonorum, ſed fuit petita certa ſumma à Teſtatore legata, quam ſummam ipſemet Teſtator faſſus eſt deberi titulo legitimæ, quo caſu alia liquidatio neceſſaria non eſt, ſed ſatis ex ipſo legato, & Teſtatoris aſſertione dicitur legitima liquidata, vt probat Franc. *d. deciſ. 575. n. 5. cum alijs ſupra relatis.*

66 Reſeruatio verò, quæ continetur in Sententia, non impedit ſummæ debitæ ſcutorum 26. m. certitudinem, ſed refertur ad id quod ſpectat ad reſeruationem aliorum ſolutionum, ſeu imputationum, quæ deinde fuerunt Aduerſarijs bonificatæ, & quæ, & non poterant reddere illiquidam reliquam ſummam crediti, quæ ſuperat deductis illis imputationibus, illis autem detractis ſumma redigebatur in ſcutis 23189. 6. 16. quæ per ſummam dubiam reſeruatam, non poterat reddi incerta, & illiquida, nec facere
Sententiam non exequibilem, vt in puncto Matt. Sanz. *de* 67
Regim. Regn. Valent. cap. 13. §. 1. num. 105. verſ. quinta quaſi eadem, Giurba *deciſ. 60. num. 20.* &c.

Quod verò pertinet ad reſeruationem aliorum hinc inde 68
deductorum ea non debet comprehendere, quod eſt deciſum in Sententia, ſiue expreſsè, ſiue tacitè, & proinde non retardatur executio ſummæ comprehenſæ in Sententia, etiam ſi ea veniat moderanda, vel modificanda, vel etiam reſoluenda per reſeruatas exceptiones, vt egregiè in puncto Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *cap. 183. num. 11.* Matt. Sanz. *de Regim. Reg. Valen. cap. 13. §. 1. num. 104.* Giurba *deciſ. 60. num. 21. ex gratia legendi &c.*

Quamquam huiuſmodi reſeruationes referendæ ſunt ad 69
alias controuerſias, quæ vigent inter partes, circa ſupplementum, ad quod impediendum fuerunt originaliter deductæ controuerſæ exceptiones, quæ ſine dubio non debent cenſeri reſeruatæ ad retardandam executionem ſummæ comprehenſæ in Teſtamento, ad quem effectum probatum fuit eas eſſe irreleuantiſſimas, etiam ſi alias ſubſiſterent, ſed ad effectum ſupplementi, cuius reſpectu data earum ſubſiſtentiam ſunt releuantes, & neque litteraliter, neque virtualiter in ſententia comprehenduntur.

Neque replicetur, quod ſententia neque condemnatio- 70
nem continet, neque facit mentionem ſummæ certæ, nam condemnatio explicita neceſſaria non eſt, ſed ſufficit declaratio de debito, Magon. *deciſ. Flor. 3. num. 23.* Summa verò 71
certa, licet non legatur in ſententia, legitur tamen expreſsè in motiuis, in petitione, & in actis, vt ab initio fuit demonſtratum, quod poſtremum eſſet ſatis, quoniam ſententia in- 72
certa certificatur ex actis, & executioni demandatur, Seraph. *de priuileg. iuram. priuil. 17. num. 46.* etiam ſi Iudex
ad acta ſe non referat, Scacc. *de ſent. & re iudic.* Gloſſ. 14. 73
quæſt. 18. num. 16.

Denique addimus conſiderandum, quod vltra declara- 74
tionem reſultantem ex motiuis primæ ſententiæ vnanimi voto factis d. n. 181. 182. 187. 203. 205. & ſeqq. iterùm quatuor ex DD. Iudicibus in alijs motiuis ſecundæ ſententiæ declarauerunt, ſe comprehendiſſe ſummam certam in prima ſententia, quorum ſecunda ſententia, licet in eo, quod circa examen exceptionum ante, vel poſt executionem faciendam pronunciat ſublata fuerit, mediante reuiſione, magnifacienda eſt tamen in eo, quod pertinet ad declarationem primæ ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, quia talis declaratio eſt pars primæ ſententiæ, non autem noua pronunciatio, Scac. *de ſent. & re iud. gloſſ. 14. quæſt. 17. num. 30. & 31.*

Maximè, cùm reliqui duo DD. diſcordantes, non dixe- 75
rint ſe diſcordare ab illa parte ſententiæ, quæ dicit factis imputationibus remanere ſummam ſcutorum 23189. 6. & 16.
ſed diſcordes declarauerint, *ſuper articulo tantum petitæ im-* 76
miſſionis, ſiue executionis, quatenus voluerunt, non eſſe conſumandam executionem, ante diſcuſſionem propoſitarum exceptionum, quod firmat regula in alijs non exceptis, *l.*
quæſitum §. denique ff. de fund. inſtit. leg. cum alijs apud 77
Barboſ. *axiom. 85. num. 4.*

Quare, &c. Saluo &c.

Obſequentiſſ.

Antonius Rillius.

I. M. I.

TERTIA SENTENTIA

Supremi Magiſtratus inter DD. de Berzighellis, & Tria loca Pia Collis.

De die 13. Septembris 1686.

SERENISSIMVS Magnus Dux Etruriæ, & pro S. C. S. Illuſtriſs. DD. Locum Tenens, & Conſiliarij in Republica Florentina.

In cauſa coram eorum Supremo Magiſtratu vertente inter loca Pia, ſcilicet Hoſpitale Sancti Laurentij, Monaſterium Sancti Petri, & RR. Canonicos Cathedralis Ciuitatis Collenſis ex vna, & DD. Cammillum, & Fratres de Berzighellis ex altera parte, ad referendum commiſſa Excell. DD. Auditoribus Eneæ de Caualcantis, Antonio de Michalotis, Cammillo de Finettis, & Sebaſtiano de Marinis Almæ Rotæ Auditoribus, & Marco Antonio de Sabellis, & Iulio de Caballis Duobus ex Rotæ Criminalis Auditoribus, &c.

Viſa relatione facta per dd. DD. Auditores, ad quam, &c.

Audito D. Terentio de Fantonis Procuratore dd. DD. de Berzighellis, qui petebat dictæ Relationis approbationem.

Viſa

Viſa Relatione Citationis ad ſententiam factæ D. Antonio de Zagris Procuratore dd. Locorum Piorum, ad quam, &c. tenoris, &c.

Deliberauerunt, & deliberando dictam Relationem vti ſupra factam per dd. DD. Auditores in dicta cauſa approbauerunt, & confirmauerunt, & pro approbata, & confirmata haberi voluerunt in omnibus,& per omnia, eiuſdemque partibus prædictis inuiolabilem obſeruantiam mandauerunt, ſub eorum indignationis, & arbitrij pœna, &c. Mandantes, &c.

Cuius Relationis tenor eſt ſequens, videlicet, &c.

ILLVSTRISSIMI DD.

IN cauſa, ſeu cauſis vertente, ſeu vertentibus in hoc Supremo Tribunali DD. VV. Illuſtriſs. inter

Loca Pia, nempe Hoſpitalem S. Laurentij, Monaſterium S. Petri, & RR. Canonicos Cathedralis in Ciuitate Collis parte ex vna, & D. Camillum, & D. Ioannem Nicolaum fratres, reſpectiuè filios q. D. Claudij Berzighelli parte ex altera, &c. vt in actis, ad quæ, &c. Nobis infraſcriptis Auditoribus commiſſa, vel commiſſis ad referendum, &c.

Viſa Commiſſione nobis facta poſtremo loco ex Decreto lato die 23. Auguſti 1686. &c.

Viſa Comparitione in Actis exhibita die prima Iulij 1680. ſub nominibus eorumdem Locorum Piorum, vna cum eorum Precibus pro reuiſione per dd. loca Pia petita, ac Reſcripto S. C. S. emanato die 4. Iulij 1683. tenoris, ſeu tenorum, vt in eis, ad quæ, &c.

Viſa Contradictione eorumdem DD. de Berzighellis exibita die 6. Auguſti 1686. tenoris, vt in ea, &c.

Viſis Actis actitatis in d. Iudicio reuiſionis in actis, &c.

Viſa ſententia lata per eorum Magiſtratum ſub die 28. Iulij 1680. ac alia lata ſub die 2. Septembris 1678. & vtriuſque ſententiæ, motiuis legalibus.

Viſis Iuris allegationibus hinc inde nobis allatis, &c.

Auditis Partibus mediantibus eorum Cauſidicis, & Aduocatis oretenus pluries, atque pluries, &c.

81 *Falſitas debet conſtare per teſtes, vt in delictis facti permanentis, & num. 87.*
82 *Teſtes deponere debent de certa ſcientia, vt quia fuerint præſentes, & num. 87.*
83 *Præſumptiones, & ſi plures cumulatæ, ac vehementes non ſufficiunt ad pœnam extraordinariam, ſed prætenſus reus debet in totum abſolui.*
84 *Prædicta forſan poſſent admitti ad excuſandum delinquentem à pœna ordinaria falſi, non autem à tortura, vel pœna extraordinaria.*
85 *Hæc eſt magis communis, & practicata opinio.*
86 *Corpus delicti in falſitate conſtat per exiſtentiam ſcripturæ falſæ in actis.*
87 *Veh mercatoribus, & alijs ſi teſtes deberent eſſe præſentes dum efficiuntur ſcripturæ falſæ.*
88 *Fama bona prodeſt ad excluſionem falſitatis.*
89 *Fama bona tollit tantum iudicium malæ famæ, non autem alias præſumptiones, & indicia.*
90 *Fama mala negantis litteram cambij ex leuibus deducitur, ſed ex operibus notorijs, & permanentibus optima demonſtratur.*
91 *Signum probitatis magnum eſt, ab optimo Principe pro tali reputari.*
92 *Actus attribuendus eſt fini, pro quo apparet factus.*
93 *Subſcriptio litteræ cambij quatenus vera eſſet, fuit ad alium finem facta.*
94 *Falſitas litteræ, ex quibus fuerit detecta, & redduntur ſuſpecti nonnulli teſtes.*
95 *Deciſio Rotæ Criminalis Ianuenſis in ſimili caſu.*
96 *Hæredes, & bona delinquentis defuncti ante ſententiam, ad quid teneantur.*
97 *Deciſio prædicta approbata per Rotam Ciuilem Florentiæ cum Adiunctis.*
98 *Idem per non reſolutum in præſenti cauſa.*
99 *Non habentes iuſtam cauſam litigandi condemnantur in expenſis.*
100 *Præuentio inducitur ex captura.*
101 *Ordo naturalis iudiciorum poſtulat, vt prius expediatur cauſa criminalis, quàm ciuilis.*
Cauſa criminalis vti præiudicialis, & ob præeminentiam ſuſpendit ciuilem, num. 106.
102 *Præiudicialitatis materia confuſa, & intricata.*
103 *Cauſa ciuilis quandoque prius terminanda, quam criminalis.*
104 *Cautione præſtita de reſtituendo, vel de ſoluendo, ſedatur controuerſia cauſarum præiudicialium.*
105 *Oppoſitum idem opperatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*
106 *Præiudicialitas cauſarum in quo conſiſtat.*
Cauſa criminalis quomodo ſit præiudicialis ciuili.
107 *Cauſa criminalis per mortem Inquiſiti remanet extincta.*
108 *Cauſa criminalis, & ciuilis poſſunt ſimul terminari.*
109 *Victus in cauſa præſumitur non habuiſſe iuſtam litigandi cauſam, & ſuccumbit expenſis.*
110 *Victus victori in expenſis condemnatur ſine dubio, ſtante ſtatuto ita diſponente.*
111 *Hæredes delinquentis defuncti debent citari pro omni eorum intereſſe, & poſſunt de illius innocentia docere.*
112 *Reſeruantur iura, non conſtito ſufficienter de meritis alicuius puncti.*
113 *Tempus inutiliter non conterendum in non controuerſis.*

Liburnenſis falſitatis litteræ Cambij.

Florentiæ die Sabbati 1. Decembris 1691.

DOminus Gregorius Ghitach Mirman Mercator Armenus de Spaan Liburni commorans ex cauſa
Mercaturæ per ipſum in diuerſis Mundi partibus mediantibus Miniſtris exercitæ, ſub die 20. Februarij 1681.
fuit factus debitor in forma litteræ Cambij (licet potiùs eſſet recognitio debiti, quæ inter præſentes aliter
fieri ſolet) peciarum 4900. de octo realibus ad fauorem 1
D. Aurelij Faſſioli Piamontenſis, vel natione Galli, pariter Liburni degentis ex cauſa fabricæ calcettarum in telarijs contextarum, & aliquarum expeditionum diuerſarum mercium, in ſtriſcia folij latitudinis circa trium digitorum, vt fieri ſolet inter mercatores abſentes, dum ſimili modo ſibi inuicem committunt ſolutiones faciendæ alicui tertio, à quo tantundem receperunt, vel aliter ſibi cauerunt ſequentis tenoris, videlicet.

Adi 20. Febraro 1681. ab Incarnatione, Liuorno per P. 4900. da 8. reali.

Per li 20. di Maggio proſſimo auenire pagarò per queſta 2
ſola di Cambio al Signor Aurelio Faſſiole, o ſuo ordine S. P. pezze 4900. da otto reali per valuta riceuuta contanti da detto Faſſiole, prometto io Gregorio di Ghirach Mirman hò ſottoſcritto in Armeno mano propria.

Sequitur ſubſcriptio in charactere Armeno, quæ traducta per interpretem, & per ipſum D. Gregorium recognita pro eadem, quæ ſibi fuit oſtenſa, ſic dicit.

Seruo di Dio

Gregorio di Ghirach Mirmano.

Interrogatus autem idem D. Gregorius medio inter- 3
prete in proceſſu à 27. t. reſpondit: *La firma in carattere Armeno, che è in piè di queſta lettera di cambio è ſi-*

mile al mio carattere, e ben vero, che queſta lettera di
Cambio io non l'ho fatta per le ragioni, che vi ho detto
di ſopra, e non conoſco il carattere Italiano del corpo del-
la Lettera, mà quello che è à tergo della detta lettera mi
par ſimile al carattere di Aurelio Faſſiole; prout verum
eſt, & falſus fuit idem Aurelius dictam Cambij litte-
ram a tergo giraſſe ſub die 6. Martij ſubſequentis pro
eadem integra ſumma peciarum 4900. ad fauorem 18.
illius creditorum, vt in ea euidenter apparet, quorum
aliqui ſunt non parum de falſitatis complicitate,
4 vel ſaltem ſcientia ſuſpecti, vel quia nullatenus do-
cuerunt de illorum creditis, & alij minus legitimè, vel
quia ſunt Procuratores, quorum conſilio, & ope-
ra vtebatur, & vnus Ioannes Arnaud dictam Cam-
bij litteram penes ſe retinebat, dum Aurelius fugam
arripuit, licet dicat habuiſſe à quodam Religioſo Regu-
lari, & ob id fuit carceratus, & poſteà ſub fideiuſſore
dimiſſus.

Facta igitur dicta girata litteræ ad fauorem aſſerto-
rum ſuorum creditorum, & illa depoſitata, vel relicta
5 in manibus vel dicti Religioſi Regularis, vel Ioannis
Arnaud, vt adueniente tempore ſolutionis manifeſta-
retur, ipſe Aurelius ad Eccleſiam confugit, vt aliqui di-
cunt, vel quod certiſſimum eſt (data voce ſe in Galliam
profecturum) Ianuam ſe contulit, ibique ſaluumcon-
ductum procurauit, & obtinuit, vt ſtans à longè, &
in tuto videret finem, & exitum exactionis litteræ per
creditores eius giratarios procurandæ; licet poſteà ami-
corum ſuaſionibus ductus, vt litteræ veritatem deſen-
6 derent reuerſus fuerit Liburnum animo, vt valdè veri-
ſimile eſt ſe recipiendi in Eccleſiam: ſed à Curia præ-
uentus dum è naui deſcenderet fuit carceratus ſub die
5. Iunij 1682.

Dum autem dictus Io. Arnaud, & Laurentius Stien,
duo ex creditoribus giratarijs magis ſuſpecti, nomine
aliorum etiam giratariorum, qui tamen aliter partem
non fecerant, dictam litteram in iudicio ad effectum
7 exigendi exhibuiſſent, D. Gregorius Girach recurſum
habuit ad Illuſtriſſimum D. Generalem Liburni Guber-
natorem exclamando de falſitate dictæ litteræ ex cau-
ſis, & rationibus, de quibus infrà, & idem Illuſtriſſi-
mus D. Gubernator accerſito notario, dictam litteram
ſibi conſignare fecit, illamque Florentiæ tranſmiſit cum
rationibus falſitatis adductis, quibus conſideratis per
Illuſtriſſimos DD. Auditores Emilium Lucium Fiſca-
lem, & Valentinum Farinolam, fuit ordinatum, vt
criminaliter procederetur ad inſtantiam d. D. Gregorij,
8 ac etiam ex officio, prout ad querelas duplicatas Lo-
cumtenentis Baroncelli Liburni fuit proceſſum, dum
D. Gregorius ageret pro ſuo intereſſe Ciuili tantum, ſci-
licet ne cogeretur ſoluere ſummam in ea contentam, &
in Palatio Liburni arreſtatus vigore d. litteræ, licet do-
mos, & alia ſtabilia maioris valoris ibidem poſſideret,
9 pro illo ſtatim, & ſpontè ſub die 10. Iunij 1682. interceſ-
ſit, & fideiuſſor de ſoluendo quatenus teneretur extitit
D. Georgius Abro Celibi mercator pariter magnæ exi-
ſtimationis Armenus, & ſic pendente querela crimina-
li falſitatis, & ſequuta iam captura Aurelij Faſſioli, qui
tandem remanſit Inquiſitus ad dictas querelas, & ca-
pturam eiuſdem executam per dictum Locumtenen-
tem, quòd ſub die 20. Februarij 1681. ab Incarnatione
10 falsè ſuum debitorem conſtituerint d. D. Gregorium
Ghirach Mirmano Armenum de Spaan peciarum 4900.
de octo realibus cum falſa littera Cambij ipſi Inquiſito
ſolubili ad eodem D. Gregorio per totam diem 20. Maij
ſubſequentis.

Item quia idem Aurelius Inquiſitus nocte 27. Iulij
1682. fracta volta carceris ſecretæ, in qua pro dicta fal-
11 ſitatis cauſa detinebatur, fugam tentauit, quæ plenum
effectum non habuit, ob ruptam faſciam cum qua ex
tecto in viam deſcendit, & ſic ex caſu grauiter percuſſus,
& vulneratus fuit ad carcerem reductus.

Verùm quia dictus Aurelius poſt reſponſionem di-
ctæ Inquiſitionis negatiuè quoad falſitatem facta, fa-
tendo tentatam fugam ex deſperatione, & poſt factas
12 nonnullas defenſiones obijt in carceribus, & quia for-
ſan penes etiam ipſos creditores giratarios cauſa non
benè olebat, per plures annos dormiuit, & creditores
non amplius pro exactione inſteterunt; ſed D. Grego-
rius, qui prætendebatur debitor, & eo defuncto D. Abru-
maga, & alij eius hæredes vt poſſent recuperare Iocale
Adamantium valoris magni, quod relaxauerat mani-
bus d. D. Georg. d'Abro Celibi pro cautione fideiuſſio-
nis pro eo in dicta cauſa præſtitæ, donec ab illa liberare-
tur inſteterunt pro eius expeditione, & à Sereniſs. Ma- 13
gno Duce ſibi auocata, quia iam fuerat alijs Auditori-
bus hodiè defunctis delegata, & Illuſtriſſimo D. Audi-
tori Petro Matteo Maggio, & mihi commiſſa, & recom-
miſſa per reſcripta de die 2. Februarij 1690. & 12. No-
uembris 1691.

Fabricatoque coram nobis nouo proceſſu pro reuoca-
tione executionis iam factæ, & ſuſpenſæ ob dictam
fideiuſſionem D. Georgij, citatiſque pluries hæredibus
dicti Aurelij, & creditoribus giratarij pro illorum om-
nium intereſſe, & ipſis omnibus iudicium adhuc ſub-
terfugientibus, quia de eorum iuribus fortè diffidebant 14
iuxtà *cap. nullus* 11. *quæſt.* 1. *de præſumpt.* cum ſimilibus
adductis, Roman. *conſ.* 269. *in princip.* Afflict. *deciſ.* 13.
num. 22. cum Vrſil. *num.* 3. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135.
num. 20.

Vnanimiter ad formam noſtræ delegationis definiti-
uè pronunciauimus; ſtante morte dicti Aurelij in 15
carceribus poſt conteſtatum ſibi delictum, & factas de-
fenſiones, fuiſſe, & eſſe quoad eius perſonam circum-
dandum proceſſum prout circundauimus. Succeſſiuè
autem declarauimus, prætenſam litteram Cambij de
die 20. Februarij 1681. ab Incarnatione per quam D. Gre-
gorius Girach Armenus apparebat conſtitutus debitor
dicti Aurelij Faſſioli peciarum 4900. de octo realibus ei-
dem ſoluendarum per totam diem 20. Maij ſubſequen-
tis fuiſſe, & eſſe non ſolum de falſo ſuſpectam, ſed ſu-
ſpectiſſimam, & quaſi euidenter falſam, ac proindè
nulla meruiſſe, nec mereri fidem, nec executionem, &
quamcumque executionem, & acta omnia eius vigore
factam, & factam in Curia D. Gubernatoris Liburni,
vel alibi ad inſtantiam DD. Laurentij Stien, & Io. Ar-
naud giratariorum à tergo eiuſdem litteræ, vel quo-
rumcumque aliorum fuiſſe, & eſſe omninò reuocandam,
& reuocanda, pout eam, & ea reuocauimus, & prorſus
annullauimus, ac conſequenter etiam annullauimus, &
caſſauimus fideiuſſionem per D. Georgium Abro Celi-
bi præſtitam pro d. D. Gregorio Ghirach Mirman ad ef-
fectum illum liberandi ab executione prædicta, & ipſum
D. Georgium Abro Celibi condemnauimus ad prom-
ptè deponendum, ſiue depoſitandum apud Camera-
rium Montis Pietatis huius Ciuitatis Florentiæ Iocale
Adamantium, quod pro cautione dictæ fideiuſſionis
præſtitæ retinet, vt in capſa depoſitorum dicti montis
ſeruetur, donec per aliud noſtrum decretum fuerit or-
dinatum cui, vel quibus ſit reſtituendum. Et prædictos
DD. Laurentium Stien, & Io. Arnaud, & alios Girata-
rios inſtante, de quibus in actis in omnibus *cauſæ* ex-
penſis in ſolidum condemnauimus; filios autem, & hæ-
redes Aurelij Faſciole, & D. Petrum Antonium Mutti
modis, & nominibus, prout in actis in expenſis tantum
coram nobis, & poſt noſtram delegationem factis con-
demnauimus; Reſeruauimuſque iura talia qualia DD.
hæredibus Ghirach Mirman pro damnis, & intereſſe
contra hæredes, & bona d. Aurelij, ac contrà quoſcum-
que alios de iure obligatos, ſalua quoad omnes, & omnia
taxatione per nos facienda, & ita &c. patrocinante
D. Antonio Ciangherotto pro dictis DD. hæredibus Ghi-
rach Mirman.

Moti fuimus ad ita iudicandum in primo capite,
quia morte delinquentis antè ſententiam regulariter
extinguitur delictum, & pœna per text. *l. in Senatus* 16
15. *§. ſi propter ff. ad Turpil. l. ex iudiciorum ff. de accuſat.*
l. 3. *l. defuncto ff. de pub. iud. l.* 1. *l.* 2. *l. defuncto C. ſi reus, vel*
accuſat. mort. fuer. Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ.* 4. 25.
lib. 2. Leotard. *de vſur q.* 94. *n.* 7. *cum multis ſeqq.* Cald. Pe-
reyr. *in relect. ad l. vnic. C. de delict. defunct. fol. mihi* 161.
&c. Griuet. *deciſ.* 6. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 298. *per*
tot. Antunez. Portug. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 39. *&*
ſeqq. ad 75. cum alijs pluribus relatis in mea Summa
§. Heres num. 55. *& §. Mors num.* 3. *cum Addit.* In re-
liquis autem circa falſitatem litteræ, quia licet conue-
niant omnes falſitatem non præſumi, ſed ab allegan-
te probandam eſſe, tamen pariter conueniunt illam
ex præ-

ex præſumptionibus, & coniecturis probari, quam
17 multas colligunt Farinac. q. 13. *part.* 9. *per tot.* Menoch.
lib. 5. *præſumpt.* 20. *nu.* 7. *& ſeqq. ad* 45. Maſcard. *de probat.*
concl. 740. *per tot.* & plenius Aluarez Pegas *reſol.* 19. *vbi*
65. falſitatis coniecturas cumolat.

Et in ciuilibus ſola falſitatis ſuſpicio habetur pro falſi-
18 tate, Maſcard. *de probat. concluſ.* 739. *n.* 5. Rot. *part.* 13. *re-*
cent. deciſ. 23. *n.* 3. *part.* 11. *deciſ.* 272. *num.* 19. *& part.* 13.
deciſ. 180. *n.* 2. *& ſeqq.* maximè ſi talis ſuſpicio reſultet ex
coniecturis legis, vel etiam hominis vbi adeſt vitium
viſibili, vt in præſenti caſu ex ſequentibus demonſtra-
bitur, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 32. *nu.* 7. *& ſeqq.* & egre-
giè Creſp. de Valdaur. videndus *obſeruat.* 23. *nu.* 1. *& ſeqq.*
ad 32. vbi in fortioribus terminis latè ex multis probat,
quòd cùm falſi crimen occultiſſimè patrari ſoleat, acer-
rima in eo debet fieri indagatio (& quidquid ſit quoad
pœnam ordinariam imponendam) quando ciuiliter agi-
tur ad tollendam fidem inſtrumento, præſumptiones
ſufficiunt, & fides illi non eſt adhibenda, vbicumque
19 vacillat, quia autenticum dici non poteſt, quod eſt ſu-
ſpectum, ita vt quoties falſitas in ciuili cauſa inſtrumen-
to obijcitur, debeat is, qui illud produxit eius fidem
probare, quod ſi verum ſit, valdè eſt notabile, & ad id
comprobandum Auctor ipſe inducit *text. in l. vlt. & l.*
iubemus 24. *auth. apud eloquentiſſimum, C. ad l. Cornel. de*
falſ. ſed videri poſſunt DD. per me citati *in Sum.* §. *In-*
ſtrumentum n. 1. *&* 5. & licet ad probandam falſitatem
coniecturæ non debeant eſſe leues, ſed graues, vt ſunt
20 illæ, quæ iuſtè animum ſapientis inducunt ad ſic cre-
dendum, vel quæ perfectè rem non demonſtrant, ſed
aliquid iudici ſupplendum relinquunt; ſecundum ali-
quos duas ſufficere coniecturas, ſed verius id totum iu-
dicis arbitrio remitti, illaſque non ſeparatim, & per ſe
21 conſiderandas, ſed ſimul iunctas, & ad plures in vnum
collectæ in vnam conſonantiam tendant, quia tunc in-
dubitabilem veritatem indicant; atque detectis, reie-
ctiſque Aduocatorum erroribus, hæc omnia procedere
etiam in ciuilibus cauſis grauibus, & arduis, & licet
22 pars inſtrumenti tantum, & non totum argueretur de
falſo, ac tandem n. 28. & 29. reſpondet regulæ brocar-
dicæ in caſu ſuo, ac noſtro ſæpiùs ab aduocatis repetitæ,
Data poſſibili veritate ſcripturæ, nullam ſequi neceſſariò
23 *falſitatem*, veram eſſe non ſequi concludenter falſitatem,
vt in criminali ad pœnam ordinariam ſufficiat, ſed benè
per coniecturas, quæ ſufficiunt, vt in ciuili fides inſtru-
mento hac coniecturali ſuſpicione laboranti non adhi-
beatur, quamuis poſſibilitatis amplitudo contrariam
admittere poſſit, nam falſum verè dicitur inſtrumen-
24 tum quando concludenter probatur rem aliter ſe habe-
re, ſuſpectum verò de falſo, cùm nulla adeſt conclu-
dens probatio, ſed tantùm veriſimiles ſuſpiciones, quæ
poſſibilem veritatem relinquunt, & tamen in ciuilibus
falſitatem probant, vt etiam ex gloſ. & Bart. *in l.* 1. §. *ſi*
quis negat ff. quemad. teſt. aper. & alij notant Maſcard.
de probat. concl. 740. *n.* 1. *& ſeqq.* Farinac. *qu.* 152. *nu.* 1. *&*
ſeqq. per tot. vbi per plures diſtinctiones, & concluſio-
nes prædicta omnia optimè comprobat, & nouiſſimè D.
Raynald. *obſeru. crim. lib.* 2. *Rub. de falſar. cap.* 18. *n.* 26. *&*
ſeqq. per tot.

His igitur præmiſſis in iure veriſſimis, quòd ſcilicet
ad puniendum delinquentem in crimine falſi pœna or-
25 dinaria requirantur plenæ probationes, & ſufficiant co-
niecturæ legales ad procedendum ad capturam, inqui-
ſitionem ſpecialem, & ad torturam, vel pœnam extraor-
dinariam, etiam triremium ad tempus iuxtà facti, &
perſonarum qualitatem; ad tollendam autem fidem in-
ſtrumento, vel alteri ſcripturæ ſufficiunt ſuſpiciones, vt
colligitur ex D. Raynaldo, & alijs præcitatis.

Accedendo ad caſum noſtrum, multæ extant conie-
cturæ, præſumptiones, indicia, & ſuſpiciones, quæ
nedum tollunt omnem fidem dictæ litteræ cambij, ſed
eius veritatem quaſi impoſſibilem reddunt, ita vt niſi
reus in carceribus obijſſet, ſufficerent nedum ad inqui-
ſitionem ſpecialem, prout fuit inquiſitus, ſed etiam
ad grauem torturam, vel ea relicta ad pœnam extraor-
26 dinariam cum declaratione ſuſpicionis falſitatis, & ob
id ei nullam fidem adhibendam, vt fatius eſſe in re tam
præiudiciali ex Farinac. *conſ.* 108. *num.* 117. *& conſ.* 109.

num. 27. & alibi aduertit Raynald. *loc. ſup. cit. nu.* 117. 118.
& 119.

Prima dictæ litteræ cambij falſitatis coniectura dedu-
citur ex inſolita forma, & modo ſubſcribendi, nam
litteræ cambij ſimpliciter ſubſcribuntur inter mercato- 27
res cum ſolo nomine abſque alio additamento comple-
menti, vel ceremoniæ, & aliter ſubſcriptæ non atten-
duntur, ac viſa, & conſiderata forma litteræ, de qua
agitur, eſſe ſuſpectam ob firmam, cui adiecta ſunt il-
la verba, *Seruo di Dio* ad vſum litterarum miſſiuarum,
& credibile eſſe (prout dubitabat D. Gregorius factus
debitor) dictam ſtriſciam folij fuiſſe ſublatam ex aliqua
littera miſſibili, in qua eſſet illud ſpacium vacuum,
ſiue in Albo, & à d. Aurelio ad ſui commodum reple-
tam, ſiue repletum, teſtantur Illuſtriſſimi DD. Fran-
ciſcus Tempius, Donatus del Corno, & alij ſexdecim
practici, & principales negotiantes Florentini, quo-
rum atteſtationibus per notarium recognitis omnino
ſtandum eſſe quoad ſtylum, & obſeruantiam mercato-
rum, licet formiter in iudicio non fuerint examinati 28
conſtat ex traditis per Altograd. *conſ.* 45. *numer.* 63. *lib.* 2.
Duran. *deciſ.* 416. *nu.* 8. *& deciſ.* 368. *nu.* 12. Rot. *part.* 13.
recent. deciſ. 121. *nu.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 123. *n.* 3. & in ſpecie
de atteſtationibus, & peritia mercatorum Florentino- 29
rum magnifaciendis, Gregor. *deciſ.* 126. *n.* 1. Merlin. *dec.*
754. *n.* 9. *verſ. nec contemnenda.*

Ac ita etiam ſeruari inter Armenos deponit in pro-
ceſſu à 309. Vatan Gregorij Armenus teſtis inductus, &
examinatus ad inſtantiam Aurelij Inquiſiti ſuper quin- 30
to Interrogatorio partis, & idem demonſtrant plures
ſubſcriptiones diuerſarum obligationum in proceſſu ex-
hibitarum nedum D. Gregorij Ghirach, ſed ipſius Aure-
lij Inquiſiti.

Huiuſmodi autem falſitatis ſuſpicio reſultans ex for-
ma non ſolita, vel ex ſolemnitate ſolita non adhibita,
ac ex inueriſimili tenore, vel modo ſcripturæ habetur
pro vitio patenti, & viſibili, ac ſufficit non ſolum ad
annullandam ſcripturam, & ei fidem omninò tollen- 31
dam, ſed etiam aliquando ad criminaliter proceden-
dum, & condemnandum, ſaltem in pœnam arbitra-
riam, vt optimè diſtinguendo probat idem D. Raynald.
d. cap. 18. *num.* 35. 39. 60. *cum pluribus ſequentibus vbi*
num. 62. ex Odd. *conſ.* 78. Ceuall. *de cognit. per viam*
violent. quæſt. 12. *num.* 22. *& ſeqq.* & alijs notat quòd
præſumptio falſitatis eſt quando mutatur ſtylus conſue-
tus, & arguitur ex his, quæ accidunt contra ſolitum, & 32
inducunt ſuſpicionem iuris, & de iure ad effectum pro-
cedendi vt ſupra.

Augebatur ſuſpicio, quia dum fieret proceſſus cri-
minalis non potuit haberi notitia characteris corporis
ipſius litteræ, licet fuerit ſuſpicatum de quodam
Laurentio Stien, quia pluries citatus poſt carceratio-
nem Aurelij Inquiſiti, fugam arripuit, & ſemper fuit
contumax, cum quo etiam dictus Aurelius ſumpſit
confidentiam aſſerendi habuiſſe vngheros 1300. ad
conſtituendum dictum cambium, vt inferiùs dice-
tur; ſed poſtea in noſtro nouo proceſſu ciuili, & qua-
ſi in calculo ferendæ ſententiæ, adhibitis quinque
peritis fuit ab ipſis indubitanter ſeruatis ſeruandis in
iudicio aſſertum, corpus dictæ litteræ ex pluribus
obſeruationibus factis eſſe characteris eiuſdem, licet 33
artificioſi, & vt dicitur *ſtentato*, de quo facta
fuit currenti manu, & atramento ſimili eiuſdem
litteræ à tergo girata ad fauorem creditorum, quam
manu propria feciſſe faſſus eſt idem Aurelius, &
ſi mediante comparatione characteris indubitati, cùm
dubitato viſum fuit conſtare de falſitate, quæ com-
paratio, ſi non plenam, vel magnam ſaltem aliquam 34
facit probationem, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 52. *per tot.*
lib. 2. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1020. *& ſeqq.*
vbi quòd in criminalibus facit ſemiplenam probatio-
nem, & indicium ad torturam ſaltem contra perſo-
nam malæ famæ, Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 27.
per tot. Anton. Gob. *conſult.* 35. *&* 36. Cabal. *reſolut.*
crim. caſ. 251. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 7. An-
ſald. *conſ.* 125. *num.* 44. Matthæu Sanz *de re crimin.* 28.
num. 67. *&* 68. vbi quòd concurrentibus alijs admi-
niculis, ac ipſius iudicis inſpectione (prout &

nos obſeruauimus) ſi pro eiuſdem ſcriptoris ſcriptu-
ræ habeantur facit plenam probationem , vel ſaltem
arbitrio iudicis per doctrinam Gramat. *deciſ.34.num.*
15. *&* 16. & aliorum , ac ita fuiſſe iudicatum teſta-
tur.

Creſcebat ratio ex declaratione, ſiue minis factis ab
eodem Aurelio Inquiſito damnificandi d. D. Gregorium
35 Ghirach ſcriptum debitorem, & in ſpecie , quòd ſi ad
eius manus perueniſſet aliqua ſcriptura illius manu fir-
mata, (vt præciſis vtamur verbis) *li farebbe la pera* , vt
teſtatur Salamon de Lione in fide per ipſum coram teſti-
bus facta, & à Notario per ipſum , & teſtes recognita in
proceſſu à 194.t.&c in quaoi etiam dicit non eſſe verum,
quod dictus Aurelius ſibi oſtenderit ſubſcriptionem lit-
36 teræ cambij, vt aſſeruit in eius conſtitutis,ex qua declara-
tione,& mendacio, licet non ſufficienter probatis poteſt
valdè ſuſpicari de malo animo ipſius Aurelij.

Secunda coniectura, & quidem vrgens reſultat ex la-
titatione,& fuga dicti Inquiſiti,ne dum ante quærelam ,
& inquiſitionem,ſed antequam dictus D.Gregorius præ-
tenſus debitor aliquam notitiam haberet dictæ litteræ,vt
diximus *ſupra in §.facta igitur dicta girata &c. ſub n.5.*

Fuga enim licet regulariter non probet delictum , ta-
37 men quando ſequitur ante accuſationem,vel Inquiſitio-
nem facit indicium ad torturam , Duen. *reg.*389. Viul.
*comm.opin.*242.*&* 343 Menoch.*lib.1.de præſumpt.q.89.n.*
36.*& ſeqq.*Ricc.*Collect.*110. *part.*4. Ant. de Ballis *tract.*
*var.lib.*1.*q.*15. Conciol.*reſol.crim.verb.fuga reſol.*1. Fari-
nac.*q.*48.cum alijs citatis in mea Summa §.*fuga nu.*1.*&c.*

Nec poteſt attribui alteri cauſæ,ſcilicet æris alieni,quo
38 dictus Aurelius erat grauatus,quia ſi verum fuiſſet,quòd
haberet dictum capitale peciarum 4900. exigendum à
d.D. Gregorio mercatore diuite , atque ab omnibus pro
tali habito,& reputato,ac etiam bona immobilia in terri-
torio Liburni pro maiori ſumma poſſidente , & feciſſet
giratam litteræ,& obligationis veræ D.Gregorij ad fauo-
rem creditorum ſuorum , non habuiſſet cauſam latitan-
di , & aufugiendi , quia potuiſſet cum illa omnibus eius
creditoribus commodè ſatisfacere, vt eidem conſuluiſſe ,
& curam in ſe illos concordandi aſſumpſiſſe teſtatur Io.
Arnaud. illius amicus confidentialis , in cuius manibus
ad hunc effectum ipſamet littera fuit conſignata , nec
etiam poteſt excuſari ex reditu ipſius Aurelij ad Ciuita-
tem Liburni, vbi fuit captus , quia curia non erat certa ,
nec probabiliter credere poterat,quod fuerit reuerſus, vt
39 ſpontè compareret, nec etiam iſto caſu ſtantibus circum-
ſtantijs, ac alijs dictis,& infradicendis,ſpontanea compa-
ritio illum potuiſſet penitus ab hoc indicio releuare,cùm
non ſemper ſpontanea comparitio ſufficiat ex his , quæ
ego plures admaduerti, & notaui *in Addit. dictæ Sum-*
*mæ §.fuga num.*13.

Tertia, & non minus vrgens ſubſequitur coniectura
ex fractura carceris, & fuga extra , licet vt diximus exo-
ptatum non habuerit finem , non eius pœnitentia , ſed
40 ex impedimento Curiæ,quæ illum ad carcerem reduxit ,
aufugiens enim de carcere poſtquam carcerationis ſuæ
cauſam veriſimiliter ſcire potuit , vel certò ſciuit, vt in
caſu noſtro , quo dictus Aurelius iam per quatuor Con-
ſtituta fuerat plenè examinatus, eique omnia indicia
fuerant conteſtata cum redargutione plurium menda-
ciorum,& variationum, quibus congruentes non potuit
adducere excuſationes , ſed falſus fuit neſcire responde-
re, & huiuſmodi ſuſpectiſſimas reſponſiones fecit, vt in-
ferius etiam dicetur, habetur ſecundum multos pro con-
feſſo, & conuicto de delicto , pro quo detinebatur , & de
quo fuerat iam in ſpecie interrogatus , vel ſecundum
alios pro valdè indiciato ad grauem torturam , etiamſi
ad carcerem ſpontè ex ſe poſteà rediuiſſet, *l. in eos ff. de*
cuſtod. & exhibit. reor. Auth. vt nulli iudicum liceat §. ſi
quis vero accuſatus tollat.q.cap.nullus dubitat, Clar.§.*fin.*
*q.*25.*n.*25. Menoch.*de arbitr. caſ.*301.*n.* 5. *& ſeqq.* Con-
ciol.*reſol.crim. verb. Carcer. reſol.*1. & cum Romaguer.
*in Addit.ad ſtat.Eugub.lib.*4. *Rub.*60. Philip.de Bictis *qu.*
79.*n.*29.55.*&c.* Cabal.*reſol.crim.caſ.*8.*n.*30.Farinac.*q.*30.
per tot. Marsha *cent.* 138. Franciſ. de Angel. *tract.de con-*
*feſſ.lib.*2.*q.*2.*quæſt.& ſeqq.* D.Raynald. *obſeru.crim.lib.*1.*c.*
3.§.1.*n.*18.*& ſeqq.*cæteriſque relatis in mea Summa §.*Car-*
*ceratus n.*23. *cum Addit.*

Quarta coniectura falſitatis deducitur ex impoſſibili-
tate, quòd dictus Aurelius habuerit capitale peciarum
4900. de quibus in dicta littera ad effectum illas traden- 41
di D.Gregorio prætenſo ſcriptori, cùm ipſemet Aurelius
Inquiſitus fateatur incepiſſe negociari cum capitali ſo-
lum peciarum mille, ſemper illud diminuiſſe, & ex capi-
taſſe, & Io.Arnaud. eius Amicus confidentialis , & iam
ſocius in negocio calcettarum, ac proinde de illius ſtatu,
& effectibus informatiſſimos deponat , viſa dicta littera
cambij ſuiſſe admiratum, non credens quòd Inquiſitus
potuerit habere tantum capitale ad ſibi conſtituendum
vnum ſolum debitorem pro tali ſumma ; quod autem
impoſſibile eſt , omninò falſum reputatur , cùm argu- 42
mentum ab impoſſibili ſit fortiſſimum , frequens, &
vtile, vt per text. *in l. ſi deceſſeris ff. qui ſatiſd. cog. cum*
ſimilibus , probat Euctard. *in topic. legal. loc. ab impoſſibi-*
li per tot. imò quod ſufficiat probatio per inueriſimile ,
non per impoſſibile ad arguendam falſitatem pluribus ci- 43
tatis Farinac. *quæſt.*153. *num.* 176. *&* 177.cum alijs infe-
riùs citandis.

Et impoſſibile dicitur etiam id, quod eſſe poſſet , ſed
cum magna difficultate, quia magna difficultas æquipa- 44
ratur impoſſibilitati , ſicut etiam impoſſibile reputatur
quod à voluntate dependebat aliorum, quos prætendi-
tur mutuaſſe d. Aurelio varias pecuniarum ſummas ad
conſtituendum dictum cambium , vel ſaltem valdè dif-
ficile reperire mutuantes, vel etiam alio titulo traden-
tes pecunias ſuas viro oberato , vt ad ſui fauorem cum
alio cambium conſtituat, & poſteà illud met cambium
giret ad fauorem mutuantium , vt dicitur feciſſe dictus
Aurelius, qui aliundè habuiſſe pecunias non docuit ,
quàm ab illis, in quorum faciem dictam litteram gira-
uit, ſi enim habuiſſet pecunias faciliùs potuiſſet , ac de-
buiſſet cum illis ſuis ſatisfacere creditoribus , quàm da-
re ad cambium , & quaſi ſtatim ad illorum fauorem lit-
teram girare, quod enim inueriſimile eſt, ac difficilè , &
commodè fieri non poteſt , æquiparatur impoſſibili , 45
ac impoſſibile reputatur , vt ex Barbol. *de Axiomat. iur.*
Axiom 118. Tuſch. *litt. I.concl.*54. Magon.*deciſ. Luc.*25.
*nu.*83 & Menoch.*de Arbitr.caſ.*237.*n.*24. notaui in mea
Summa §.*Impoſſibilitas nu.*1.

Quinta coniectura, eſt inueriſimilitudo , quòd Au-
relius Inquiſitus ea ſe ipſo ſecretè , & confidenter por-
tauerit pecias 4900. in quatuor vicibus , fuiſſet enim 46
qualibet vice 1225. peciæ tanti ponderis , vt non po-
tuerit illas ferre ſub pallio , vt aſſeruit in ſuo primo exa-
mine , licet in ſecundo , ne melius perpenſa voluerit
ſe corrigere , aſſerendo quòd non fuerint omnes peciæ
effectiuæ, ſed inter eas fuiſſe vngheros 1300. de qui-
bus non fecerat mentionem , quia Liburni omnes mo-
netæ reducuntur , & tranſeunt ſub nomine pecia-
rum.

Iſta excuſatio non ſatisfacit , nec tollit contradictio-
nem , & variationem , quia interrogatus in qua mone-
ta præcisè conſiſteret ſumma, quam tradidiſſe D. Gre-
gorio aſſerebat , dixit quòd tota conſiſtebat in pecijs de
octo realibus , vndè debet intelligi de qualitate explici-
ta, & effectiua monetæ ſpecificæ , & non deficticia , 47
& ſubintellecta ; & tantò minus ſatisfacit , cum ſua
correctio non potuerit verificari , vt infra in vndecima
coniectura.

Sexta ſumitur ex alio inueriſimili , quòd Aurelius
quando vt ipſe dicit tradebat monetam D. Gregorio re-
ciperet viglietum in caractere Armeno, quem non in- 48
telligebat, nec ſibi legere ab aliquo dictæ linguæ , vel
caracteris ſciente faciebat, & diſcordat ab Epiſtola de
carceribus Doctori Torſio ſcripta, & recognita , in
qua narrauit , quòd D. Gregorius totum ſuum retine-
bat abſque receputa excepta vna partita peciarum 2900.
de qua receputam habebat , ſed ſine nomine in formam
recordij , & ſi erat ignarus caracteris Armeni non vi-
detur quòd poſſet dicere continere dictam ſummam ,
& eſſe in formam recordij, & licet dicat illam cogno-
uiſſe , quia duo tantum verba continebat , non eſt ve-
riſimile , quod exburſaſſet huiuſmodi ſummam cum
receputa duorum tantum verborum , quæ nec etiam
intelligebat, nec continebat totam ſummam conſigna-
tam.

Septi-

Septima ex inueriſimili, quòd dictus Aurelius poſuiſ-
ſet in manibus D. Gregorij tàm ingentem ſummam pe-
49 ciarum 4900. cum viglictis non lectis, nec cognitis, ac
receputis ſine nomine, ſi verum eſſet prout ipſe dixit,
quòd dictus D. Gregorius eſſet in ſtatu decoctionis, vel
ſaltem de hoc dubitabat, & quòd non erat benè ſoluens,
ac decipi timebat, vt etiam ſcripſit d. Doctori Torſio.
Octaua ab inueriſimili, quòd idem Aurelius recepiſſet
à D. Gregorio dictam litteram cambij abſque eo, quod
ſciret quid contineret ſubſcriptio, vel ſaltem ab alijs in-
50 telligere non procuraſſet, & præcipuè à Salomone Leo-
nis, cui illam oſtendiſſe aſſerit, dum ipſe Salomon non
eſſe verum teſtatur.
Nona, & fortiſſima ex inueriſimili, quòd ſi Aurelius
fuiſſet creditor D. Gregorij peciarum 4900. quas per
duos menſes ante obtentam aſſertam litteram cambij de
die 20. Februarij dicit ſoluiſſe eidem D. Gregorio, non
ſe conſtituiſſet illius debitorem cum intereſſe ſatis rigo-
roſo 14. vel 15. pro centenario ſub die 12. eiuſdem menſis
Februarij peciarum 500. & aliarum partitarum, & tan-
to minus opus habuiſſet pro cautione dare merces in ob-
51 ligatione notatas in Proceſſu a 10. qui enim eſt creditor
regulariter non ſe conſtituit debitorem ſui debitoris, ſed
compenſat, vel ſaltem ſui crediti reſeruationem, ſiue
aliam opportunam declarationem facit, & nunquam dat
pignora; tantò magis quia iam euanuerant negocia, quæ
dicit Aurelius agere tractauerat cum D. Gregorio, &
pluries eum requiſierat ad reſtituendam ſibi ſuam pecu-
niam, & nunquam illam recuperare potuerat, vt in pri-
mo ſuo conſtituto, & probatur in tute hæc coniectura per
52 Doctrinam Crauett. *conſ.* 129. *num.* 9. Maſcard. *de probat.
concl.* 1318. *n.* 29. Matt. Medic. *deciſ.* 84. *n.* 5. Maur. *tract.
de ſolut. cap.* 4. *n.* 17. & licèt poſſit ſimul ſtare quòd quis ſit
53 debitor ex vna cauſa, & creditor ex alia, & noluerit, vel
non potuerit vti compenſatione, tamen ſecus eſt concur-
rentibus alijs præſumptionibus, & veriſimilitudine, vt in
præſenti caſu arbitrio iudicis æſtimandis, benè Crauett.
loc. cit. & ego adnotaui in Summa §. *Solutio n.* 17.
Decima deducitur ex pluribus vigliettis ex carcere
ſecreto ſcriptis diuerſis amicis, quæ abſconditè tranſmit-
54 tere procurauit, ſed fuerunt per Curiam intercepta, in
quibus valdè timere demonſtrat de exitu ſuæ carceratio-
nis, & ſuper eiſdem diligenter interrogatus, cum tanta
animi paſſione reſpondit, vt de læſa conſcientia reddatur
ſuſpectus.
Vndecima, quia non potuit verificari illius obſcura
aſſertio, quòd habuerit 1300. vngheros à Laurentio
Stien, de quibus ſupra in quinta coniectura, nam iſte
Stien citatus pro informatione Curiæ, ſtatim ad Eccle-
55 ſiam confugit, & comparere noluit, nec aliter haberi po-
tuit, & ſi Inquiſitus verè dictos vngheros ab eo recepiſ-
ſet, & pecia 1600. eidem ad eorum computum dediſſet,
vt ſuppoſuit, non opus habuiſſet, nec procuraſſet illi oc-
cultè vigliettum tranſmittere, inſtruendo eundem quo-
modo ſe continere debebat in examine ad euitandas con-
tradictiones inter ipſos, & ne inquiſitus fortè mendax
appareret, nec ipſe Stien ſe examini exponere recuſaſſet,
ſi res obſcura ſaltem non fuiſſet.
Duodecima ex non repertione ſcripturarum, & li-
brorum in domo Inquiſiti quas, & quos reliquiſſe ipſe
56 dicit dum de Liburno deceſſit, ex illis enim faciliter reco-
gnoſci potuiſſet eius ſtatus, & in quo præcisè conſiſterent
illius effectus, bona, debita, ac credita, cum magna, & val-
dè probabili ſuſpicione, quòd ſtudioſè, & fraudolenter
fuerint omnia occultata, ne falſitas magis detegeretur,
cùm enim nec Aurelius pro ſui defenſione dum viue-
bat, nec hodie illius filij, & hæredes citati, & legitimè per
Curatorem comparentes, & in iudicio partem facientes,
nunquam dictos libros, nec ſcripturas exhibuerint, val-
dè augetur ſuſpicio, quia non producentes, nec vtentes
probationibus non ſuſpectis, ex quibus faciliter releuare
ſe poſſent, & innocentiam (ſi adeſſet) demonſtrare, ſed ad
extraneas, & dubias probationes, ac parum ad cauſam
facientes confugiant, præſumitur quòd pro illis non fa-
57 ciant, ſed contra, ac ideò occultent, præcipuè autem quia
dictus Aurelius in tertio eius conſtituto interrogatus à
401. t. *Se frà le ſcritture, che dice laſciò in caſa ſua ſopra
vn tauolino doue ſcriueua, vi foſſe il conto di Gregorio di
Ghirach, & in ſpecie il conto ſpettante alla lettera di Cam-
bio; Riſpoſe nel quadernuccio vi era il conto ſpettante alla
lettera di Cambio, non già nel libro maeſtro, e le partite
erano diſtinte ne' ſuoi tempi, mà tutte però in vn conto an-
dante, cioè tutte in vna partita.*
Decimatertia coniectura reſultat ex multis variatio-
nibus, & contradictionibus ipſius Inquiſiti in eius qua-
tuor conſtitutis, & in longa Epiſtola de carceribus ſcri- 58
pta Doctori Torſio à Curia intercepta, & ab eo pro ſua
recognita, quæ patent ex lectura, & tædioſum eſſet hic
referre.
Decimaquarta deducitur ex quodam viglietto de
carceribus ſcripto, & ab ipſo Inquiſito recognito, & tra-
ducto ex idiomate Gallo in Italum, in quo videtur im-
plicitè, & quodammodo fateri delictum, vel ſaltem ſe ſu-
ſpectiſſimum reddit per hæc præciſa verba a 397. t. *In* 59
*tanto mi fanno torto, in non laſciarmi dire le mie ragioni;
lui per ſoſtenere le mie falſità dice quello, che li pare, & io
non poſſo ben dire la verità per non rendermi colpeuole,
però biſogna difendermi, perche ho da far con vn mal huo-
mo, che ha de' danari da ſpendere, e che S. A. S. lo crede
huomo da bene*; a 398. t. *Io ſono il più afflitto del mondo
per hauer voluto pagare li miei creditori, Dio mi faccia la
gratia di vſcire con honore, per queſto ſon venuto, Dio hab-
bia pietà de miei figlioli*: & a 399. *Interrogato perche cauſa
non poſſa dir le ſue ragioni nella cauſa Criminale. Riſpon-
de, perche li diſcorſi trà me, e Gregorio di Girach erano di
pigliar molte robbe a credenza, e di fallire; Replicatoli che
la riſpoſta non hà che fare con l'interrogatorio, e però &c.
Sentito ciò gettò vn ſoſpiro, e diſſe ò Dio non poſſo dire più
di quello ho detto &c.*
Ex tot igitur inueriſimilitudinibus, & alijs ſuſpicioni-
bus, ac coniecturis ſupra relatis, non poteſt dubitari, de-
tectam eſſe ſuperabundanter falſitatem prætenſæ litteræ
Cambij, vel ſaltem eſſe ſuſpectiſſimam de falſo, ad effe-
ctum vt nulla fides ſit adhibenda, & nullam mereatur
executionem, & factam fuiſſe omninò reuocandam;
nam ſicut veriſimilitudo eſt multum amica naturæ, & 60
ex ea tanquàm lege omnes lites dirimuntur, vt ex Tira-
quel. *in l. ſi vnquam in præfat. nu.* 38. *C. de reuoc. donat.* &
Montan. *de tut. cap.* 10. *n.* 26. dixi in meis *Reſolut. cap.* 14.
nu. 11. & multa de veriſimilitudine, & eius effectu Gra-
tian. *diſcept.* 878. *n.* 15. 884. *n.* 32. 972. *n.* 56. & 980. *nu.* 12.
Magon. *deciſ. Flor.* 17. *nu.* 10. &c. Ita è contrario inueriſi-
militudo habet falſitatis imaginem, & ex ea præſumptio 61
ſumitur falſitatis, atque ad eam probandam maximè at-
tenditur, Crauett. *conſ.* 28. *n.* 1. & *ſeqq.* Natt. *conſ.* 33. *n.* 13.
& *ſeqq. lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 20. *n.*
12. & *ſeqq.* & *de arbitr. caſ.* 81. *per tot.* Maſcard. *de probat.
concl.* 740. *num.* 35. & 36. Vermigliol. *conſ.* 171. *num.* 25.
Farinac. *quæſt.* 153. *nu.* 176. & 177. & nouiſſimè D. Ray-
nald. *obſer. crim. lib.* 3. *cap.* 35. §. 4. *num.* 21. *verſ. ſecundum
quod reſultat fol.* 231. & latiùs *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 35. 62. &
ſeqq. vbi etiam quòd habetur pro vitio viſibili, vt dictum 62
eſt ſuprà in prima coniectura, §. *Huiuſmodi autem* &c.
Et hoc verum eſt ſaltem oculo intellectus, & diſcurſus,
probatio enim, quæ per diſcurſum intellectus colligitur,
non eſt inferior ea, quæ ſenſibus percipitur, quia homo 63
eruditus non quærit æqualem certitudinem in omni ma-
teria, & caſu, ſed eam tantùm, quæ proportionatur rei de
qua agitur, vt ex Ariſt. *lib.* 1. *Ethic. cap.* 1. *in princip.* & *c.* 7.
circa finem, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 2. Souſa *in quæſt.
vnic. de teſt. poſt Aphoriſm. Inquiſit. num.* 6. *fol. mihi* 583. &
Mattheu. Sanz. *de re crim. contr.* 61. *nu.* 33. notaui in mea
Summa §. *Probatio num.* 1.
Variationes etiam, mendacia, titubationes, vacillatio-
nes, timores, ſuſpiria, & ſimilia ſigna ex ipſius Aurelij
conſtitutis reſultantia, & in Proceſſu obſeruata, & adno-
tata, maximè quando arguebatur circa ſubſtantialia de- 64
licti, & iunctis alijs adminiculis faciunt regulariter indi-
cium ad torturam, ſaltem arbitrio iudicis, quia vultus
eſt ſermo quidam tacitus mentis, & difficile eſt crimen
non prodere vultu, vt multis citatis benè probat Farin.
quæſt. 53. *nu.* 1. & *ſeqq. ad* 30. Clar. §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 39.
verſ. Mendacium &c.
Et prædicta omnia ſi per ſe ſeparatim conſiderata non
ſufficerent ad demonſtrandam falſitatem dictæ litteræ
Cambij, ſimul iuncta ad idem tendentia indubitabilem 65

veritatem oſtendunt, ſicuti ad rem ex Baldo *in l. fin. numer. 6. C. de probat.* aduertit Creſp. de Valdaur. *obſer. 23. num.* 8.

Quamuis autem regula ſupra firmata, quòd in Ciuilibus ſola ſuſpicio falſitatis habeatur pro falſitate videatur intelligenda dummodo talis ſuſpicio probetur ex co-
66 niecturis legis, & non hominis, aliàs non attendatur vbi non adeſt vitium viſibile ex Rot. *part. 16. recent. dec. 31. num. 7. & ſeqq.* & ceſſet quando ſuſpicio falſitatis oritur ex leuibus coniecturis, nec etiam ſufficiat vna magna ſuſpicio, ſi vitium non ſit viſibile, Ricc. *Collect.* 3149. Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 546. num.* 17. ceſſetque pariter regula quando (prout in præſenti caſu) aliæ adfe-
67 runtur in contrarium coniecturæ pro corroboratione veritatis ſchedulæ, ex eo, quia in materia etiam falſitatis procedat alia regula, quòd vna præſumptio, vel coniectura tollit aliam, & præſumptiones remoueantur præſumptionibus contrarijs, Thomat. *deciſ. 50. num.* 52. Aluarez Pegas *reſol. 19. num. 104. & ſeqq.* Ità vt in dubio, vel paritate præſumptionum, ſemper præferantur illæ,
68 quæ falſitatem, vel aliud delictum excludunt, Rimin. iun. *conſ. 359. num. 30. lib. 4.* Guaz. *defenſ. 29. cap. 2. n. 6.* Giurb. *conſ. crim. 64. in fine*, Vermigliol. *conſ. 198. num. 8. conſ. 430. num.* 8. Cabal. *reſol. crim. caſ. 199. num.* 38. Et ad ex-
69 cludendam falſitatem ſumenda ſit omnis poſſibilis interpretatio, facienda ſubtilis diſtinctio locorum, temporum, rerum, & perſonarum, etiam multiplicando actus, vel perſonas, Maſcard. *de probat. concl.* 745. Farinac. *quæſt. 153. part.* 10. Ludouiſ. *deciſ. 194. nu.* 4. Conciol. *reſol. crim. verb. falſum reſol. 9. per tot.*

Coniecturæ verò plures, (licèt parum releuantes) falſitatem excludentes in præſenti caſu ad defenſam Inqui-
70 ſiti, & pro creditoribus iam per ſuos Aduocatos adductæ leguntur in eorum prolixis Conſultationibus, & legales habentur apud Farinac. *d. quæſt. 153. part.* 10. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 20. nu. 45. & ſeqq.* Thomat. *deciſ. 635. & 641.* Cyriac. *contr.* 637. & alios.

Quibus addi poſſe mihi videbatur alia à communiter contingentibus, & ab his, quæ frequentius eueniunt ducta, nempè vt experientia Tribunalium ſæpè docuit, multò plures fuiſſe ſemper & eſſe, qui ad euitandam ſolutionem proponunt exceptiones falſitatis obligationis,
71 & huiuſmodi (vt ego multoties expertus ſum) quàm qui falſitates ipſas tam deteſtabiles aſtruant, & componant, validum quidem eſſe, & vrgens argumentum ductum vt ſupra à communiter accidentibus, & ab his, quæ ſæpiùs eueniunt nos docet Euerard. *loc. à commun. accident. & loc. ab vſitatis, ſiue a ſolitis &c.*

Prætereà non ciuiliter actum fuiſſe in hac cauſa, ſed criminaliter, ac ideò terminandam eſſe ſecundum regulas criminales, & non ciuiles, at criminaliter agendo
72 fuiſſe per querelantem probandum dolum, ſine quo falſitas non committitur, & de non dolo conſtare videbatur, vbi qui querelam propoſuit dolum ipſum non probauit ad Menoch. *d. præſumpt. 20. num.* 52. ac ideò procedere omnia, quæ ad excludendam falſitatem in criminalibus à Doctoribus, vt ſupra proponuntur.

Si enim intentio agendi ciuiliter tantum fuiſſet, ſufficiebat per viam exceptionis, vel etiam actionis ciuiliter intentatæ, ſe defendere: vel nunc ſaltem extinctio crimine per mortem Inquiſiti in carceribus, noua actio ciuilis contra illius hæredes, & creditores giratarios videbatur pro ſui, & fideiuſſoris liberatione, ac conſequenter pro pignoris fideiuſſori dati recuperatione per hæredes D. Gregorij proponenda, & intentanda, cui poſſet ſententia conformari; quod factum non apparebat ex primo proceſſu criminali Liburni compilato nobis exhibito, ac ideò non ſubſiſtere iudicium, nec ſententia ferri
73 poſſe deficientibus actore, & reo, quia in criminalibus inſtantia non tranſit in hæredes actiuè, nec paſſiuè contra hæredes defuncti delinquentes, ſed ſoluitur iudicium, vt colligitur *ex tit. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer.* Caldas Pereyr. *in relect. ad l. vnic. C. ex delict. defunct.* Giurel. *dec.* 6. & Annnez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 20. nu. 38. & ſeqq. ad* 75. & præcipuè *n. 62. &c.*

Sed hæc omnia obiecta facili negocio tolluntur ex facto, nam poſt mortem Inquiſiti, viſis dubijs per me datis, motum fuit nouum Iudicium ciuile contra hæredes, ac contra creditores giratarios; & vt dictum eſt in præſenti caſu habemus multas non leues falſitatis coniecturas legis, & hominis, etiam vitia viſibilia continentes, quæ fortiores ſunt, & longè præualent contrarijs leuibus adductis, cùm ſimplices ſuſpiciones orientes ex vitio viſibili in ciuilibus habeantur pro probatione, & ſemper validiores, & potentiores attendantur, & quoad capiendam 74
omnem poſſibilem interpretationem pro euitanda falſitate procedit quoad pœnam criminalem, ac fortè etiam in ciuilibus, quando eſſemus in dubio, vel dara paritate probationum, ſed nos verſamur in claris ex iam dictis, quibus addi poſſunt Conciol. *verb. Probatio reſol.* 1. & quę notauimus in Sum. §. *Probatio nu 8. &* 19.

Dicebat inter alia Excellentiſſimus D. meus Raphael Serrathius Aduocatus Florentinus, & Profeſſor Piſarum Magnæ eruditionis vir, ſcribendo ad defenſam dicti Aurelij, & me ſæpiſſimè citando, quòd cùm agatur de prætenſo delicto falſitatis ſcripturæ debebat per Fiſcum 75
concludentiſſimè, & euidenter probari Inquiſitum ſcripſiſſe, & feciſſe litteram falſam, ac ea vſum fuiſſe ad Menoch. *de arbitr. caſ. 319. num. 1. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ. 739. nu.* 16. Barard. ad Clar. §. *Falſum num.* 6. Vermigliol. *conſ. 197. num. 1. & conſ. 243. num.* 1. nec pro
huiuſmodi probatione admitti coniecturas, vel præſum- 76
ptiones, etiam plures cumulatas ex communi opinione per Gabriel. *tit. de malefic. concl. 6 nu.* 12. Natt. *conſ.* 633. Aymon. *conſ. 56. num.* 20. Ciaz. *diſcep. 24. nu.* 108. Et licèt admitteret eſſe locum cumulationi coniecturarum, &
præſumptionum ad effectum tollendi fidem ſcripturæ in 77
Iudicio ciuili, ex Vermigliol. *conſ. 410. num. 1. & ſeqq.* & nos probauimos *ſupra* § *Et in ciuilibus circa medium*, & §. *prædicta omnia*. Contendebat tamen concluſionem
non procedere, quando ſingillatim fuit cuique præſum- 78
ptioni, & coniecturæ reſponſum, & ſatisfactum, & quando non ſunt in ſuo genere perfectæ, vt tunc non ſit locus illarum coniunctioni, & combinationi ad effectum
probandi, prout nec quando adſunt aliæ præſumptiones, 79
& coniecturæ in contrarium falſitatem excludentes ex Doctrina Surd. *conſ. 151. nu. 15. verſ. Poſtremum pariter, & ſeqq. per tot.* Honded. *conſ. 102. num. 82. lib.* 1. Farinac. *conſ. 58. nu. 3. & ſeqq. conſ. 70. nu. 47. & conſ. 108. num.* 44. Cabal. *reſol. 200. num.* 31. Peguer. *deciſ. 17. num.* 41 relat. à Vermigliol. *conſ. 13. nu.* 12. & nos etiam admittimus ex alijs citatis in Summa §. *Probatio n.* 3. ſed caſui noſtro non applicari cenſuimus ex infra dicendis.

Vlterius affirmabat nec debuiſſe procedi ad Inquiſi-
tionem, quia cum per concludentiſſimas probationes 80
euidenter non conſtaret de falſitate, non poterat dici conſtare de corpore delicti ad Farinac. *quæſt. 2. num.* 21. Ciaz. *diſcept. 25. num. 106. & ſeqq.* Caputaq. *deciſ. 3. par.* 2. Vermigliol. *conſ. 250. num. 2. conſ. 256. num. 1. & 2. conſ. 244. num.* 1. Nec poſſe dici conſtare de falſitate, de qua
prætendatur ocularis, & viſibilis inſpectio, ſi de ea non 81
conſtet per teſtes cum ſolemnitatibus conſuetis in ſimilibus delictis facti permanentis per Doctrinam Farinac. *d. quæſt. 2. num. 1. & ſeqq.* Cabal. *caſ. 253. n.* 1. Vermigliol. *conſ. 220. num. 3. & 4. conſ. 230. nu. 2 & 3.* Conciol. *de falſit. reſol. 1. num.* 5. Guazzin. *defenſ. 4. cap. 9. nu.* 3. & teſtes debere eſſe tales, qui deponant de certa ſcientia, quia
fuerint præſentes, dum fuit ſcripta littera, quæ præten- 82
ditur falſa, vt dicitur concludere Vermigliol. *conſ. 234. num. 4. &* 5. Ità vt firment communiter DD. præſumptiones, etſi cumulatas, & vehementes non ſufficere ad
pœnam extraordinariam, ſed prætenſus reus debeat in 83
totum abſolui, vt reiectis contrarijs probant Honded. *conſ. 109. num. 28. & ſeqq. & num. 54. lib.* 1. Farinac. *quæſt. 150. num.* 288. Conciol. *de falſit. reſol. 2. nu.* 3. Ciaz. *diſcep. 24. nu.* 143. Corn. *conſ. 152. num. 6. lib.* 4. Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Alleg. 51. num.* 27. & Vermigliol. *d. conſ. 244. nu. 4. &* 5.

Ingenioſè igitur idem D. Aduocatus tentabat euertere præſumptiones, & coniecturas falſitatis, vt ſupra cumulatas, inferendo proinde, ſicut etiam præmiſerat, D. Gregorium teneri de calumnia, atq; ad expenſas, & damna; ſed fruſtra, cùm nimis ſint vrgentes, imò concludentes, ac in iure fundatæ, ſaltem ad effectum tollendi omnem fidem litteræ, de qua agitur, vt ex illarum lectura, & ponderatione patet, ne inutiliter repetamus quicquid forſan eſſet 84

ad

ad effectum puniendi delinquentem pœna ordinaria falſi, in quibus terminis prout ipſe ſcripſit ad defenſam carcerati, poſſent procedere ſuæ allegationes, licèt cum difficultate non modica quoad capturam, inquiſitionem, torturam, vel pœnam extraordinariam, vt ex magis communi, & practicata opinione nos firmauimus
85 *ſupra in §. Moti fuimus, & ſeqq.* & docet Conciol. *verb. falſum reſolut.* 5. *per tot.* Et ſic omninò ceſſant illationes de calumnia, expenſis, & damnis contra D. Gregorium, qui etiam tantùm conqueſtus fuit, & verbaliter exclamauit coram Illuſtriſs. D. Generali Gubernatore Liburni pro ſuo intereſſe, & in reliquis Curia proceſſit ad querelam, & capturam Locumtenentis Baroncelli, vt conſtat ex facie, & tenore Inquiſitionis, imò nec fuit interrogatus, vt fieri ſolet, an vellet quòd Curia procederet ad eius inſtantiam.

86 Nec poterat dubitari de corpore delicti, cùm ipſamet littera falſa appareat in proceſſu, vt dictum eſt ſupra, quod tollit omnem dubitationem, vt docet Conciol. *in verb. Falſum reſol.* 1. *nu.* 5. cum alijs per me citatis *in §. Falſitas n.* 1. *verſ. quod in crimine falſi.*

Et veh, ac iterum veh mercatoribus, cæteriſque
87 omnibus, & præcipuè diuitibus, ſi verum eſſet in iure, & admittendum in praxi, quòd teſtes deberent eſſe præſentes dum ſcribuntur litteræ, vel aliæ ſcripturæ falſæ.

Satagebat inſuper D. Aduocatus multas cumulare præſumptiones, & coniecturas, quas euidentiſſima appellabat ad demonſtrandam veritatem, ac validitatem prætenſæ litteræ Cambij; Et nos breuiter aliquas tangemus, & faciliter euitabimus, prætermiſſis alijs in ſimplicibus argumentis conſiſtentibus, & parùm, aut nihil concludentibus ad effectum, de quo nunc agitur, quicquid eſſet ad euitandam pœnam ordinariam falſi.

Prima deducebatur ex bona fama Aurelij Inquiſiti, quæ
88 prodeſt ad excluſionem falſitatis ex Boſſ. *tit. de Inquiſit. num.* 34. Farinac. *quæſt.* 153. *num.* 147. *& conſ.* 161. *nu.* 10. Roland. *conſ.* 3. *num.* 58. *lib.* 1. Vermigliol. *conſ.* 35. *num.* 29. *& alijs.*

Sed admiſſa etiam iſta bona fama, de qua valdè poſſet
89 dubitari; tolleret tantùm iudicium malæ famæ, quæ fuiſſet per Fiſcum in genere probata, non autem alia indicia, neque etiam malam famam, quæ in ſpecie contra eum militaret de delicto, quam nec Fiſcus curauit, cùm haberet tot alias falſitatis coniecturas ſupra enumeratas, quæ per bonam famam non tolluntur ex traditis per eundem Boſſ. *loc. ſup. cit.* Clar. §. *fin. quæſt.* 60. *verſ. Frequens etiam in fine*, quem cum pluribus alijs ſequitur, & in praxi ſeruari teſtatur Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 187. *& ſeqq.* Anſald. *conſ.* 125. *num.* 32. Donadeo *tract. de renunciat. quæſt.* 42. *num.* 137. *& ſeqq.*

90 Secunda, & tertia ex mala fama D. Gregorij, eò quia aliàs negauerit quandam ſua ſubſcriptionem, & huiuſmodi contradictiones in iudicio cum alijs fecerit, & fuerit repulſus à ſacro fonte &c.

Si autem ex ſimilibus actis oriatur mala fama, nullus, qui vnquam lites egerit ab ea erit immunis; ſed omiſſis alijs, quæ de integritate, probitate, vita, & moribus eiuſdem D. Gregorij dici poſſent, & patent Venetijs, Liburni, ac alibi ex operibus Chriſtianis, & pijſſimis palam geſtis, & quorum inſignia aliqua remanent veſtigia, ſufficiat pro reſponſione, quòd de illo ex vi veritatis, etſi inuitus faſſus fuit ſuus Aduerſarius Aurelius Inquiſitus, nempe
91 à 397. t. *che S. A. S. lo crede huomo da bene*; magnum enim probitatis ſignum pro tali à tam Magno, ac optimo Principe reputari, vltra bonam famam ex abundanti in proceſſu probatam, quæ tolleret malam, ſi extitiſſet ex ſupra allegatis; & ad quid conterere tempus circa bonam, vel malam famam, ſi ipſe de aliquo crimine non eſt inquiſitus, nec imputatus.

Quarta ex ſubſcriptione litteræ, de qua agitur, vt præſumatur facta pro eiuſdem validitate, & confirmatione,
92 ex regula quòd actus ſit attribuendus fini, pro quo apparet factus, Caputaq. *deciſ.* 226. *nu.* 2. *part.* 2. Surd. *deciſ.* 170. *nu.* 13 *&c.* Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 460. *num.* 3. Vermigliol. *conſ.* 256. *nu.* 4.

Negatur abſolutè, quòd ſubſcriptio fuerit facta ad effectum firmandi litteram Cambij, quatenus eſſet characteris D. Gregorij, quod nullatenus extitit probatum, ſaltem ad dictum finem, ſed ex veriſimili ſubtractione 93
litteræ ad alium finem ſcriptæ alicui ſuo factori, vel famulo, dum idem Aurelius illi inſeruiebat pro ſcribendis litteris in idiomate Italo, quod admittunt etiam DD. Mercatores Florentini ex rationibus in prima coniectura falſitatis adductis, ac ideò prorſus ceſſant doctrinæ allegatæ.

Et cùm falſitas fuerit non ſolum ex latitudine, & fuga antè querelam, fuga de carceribus poſt conteſtata indicia, ex impoſſibili, vel ſaltem valdè difficili, ex multis inueriſimilitudinibus, ſed etiam tandem per peritos 94
detecta, redduntur valde ſuſpecti de falſo nonnulli teſtes mulierculæ affectate nimis, & inueriſimiliter deponentes ad defenſam Aurelij, vidiſſe monetas aureas, & argenteas, quas dicit portaſſe ad domum D. Gregorij Ghirach, & illi pro dicta littera per menſes antè ſoluiſſe, & alter ex illis, factor, vel famulus Aurelij illum aſſociaſſe, & videtur ad præſens ſuperfluum laborare in relectione aliorum leuium argumentorum pro Aurelio Inquiſito adductorum, ad effectum forſan illum releuandi à pœna falſi, vel à tortura graui, prout videbatur potior intentio D. Conſultoris, & quibus etiam plenè in facto, & in iure ſatisfecit Excellentiſs. olim D. Aduocatus Io: Baptiſta Vulpinus per orbem cognitus ob Succum Farinacci ab eo diù impreſſum, in vltimis allegationibus, ſiuè replicationibus iuris, & facti in hac cauſa pro dicto D. Gregorio Liburni impreſſis vſque de anno 1684.

Prætermiſſa itaque ob mortem Inquiſiti criminalitate per Fiſcum intentata, actum fuit de intereſſe ciuili tantùm per hæredes D. Gregorij, (cùm & ipſe deceſſerit,) per nouam petitionem contra hæredes Aurelij, & 95
creditores giratarios, adducendo in terminis deciſionem Rotæ Criminalis Ianuenſis, in qua ſub die Iouis 15. Martij 1646. attenta morte cuiuſdam D. Io: Stephani Boccalandri ſequuta in carceribus poſt formatum proceſſum, & concluſum in cauſa, & deinde datione curatoris in perſona D. Octauij de Caſſinis, declarauit pro omnibus contentis in proceſſu dictum D. q. Io: Stephanum non potuiſſe, nec debuiſſe vti inſtrumento, quod dicebatur rogatum per q. Marcum Aurelium Mutium ſub die 15. Auguſti 1629. ſcutorum quatuor mille ducentum argenteorum, ac aliorum in ipſo contentorum contra D. Annam Mariam filiam, & hæredem q. D. Io: Baptiſtæ de Boccalandris in Ciuitate Liburni, & Florentiæ, cuius vigore d. q. D. Io: Stephanus obtinuit tenutam, & poſſeſſionem bonorum, de quibus in actis in d. Ciuitate Liburni, & ſucceſſiuè d. inſtrumento, vti de falſo ſuſpecto, nullam fuiſſe, nec eiſe adhibendam fidem, illudque dicta de cauſa annullandum fore, & eſſe, prout annullauit, & nullum declarauit, & ad prædicta dictum D. Octauium de Caſſinis, Curatorem, & eius miniſterio hæreditatem, & bona dicti D. Io: Stephani teneri, & obligatum fuiſſe, & eſſe declarauit, & pronunciauit, omni &c. vt docet etiam 96
Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 298. *num.* 37. *&c.* & alij per me relat. in Summa §. *Hæres num.* 55. *& §. Mors num.* 3. *cum Addit.*

Cuius Proceſſus, & Sententiæ Rotæ Ianuenſis vigore comparent dicta D. Anna Maria coram Illuſtriſſimo Magiſtratu Ciuitatis Florentiæ ſub die 12. Septembris 1647. petijt omnia bona, quæ fuerunt Io: Baptiſtæ patris vna cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à die occupationis vſque ad relaxationem, & ideò ream conuentam condemnari ad dimittendum, atque reſtituendum, & cauſæ à d. Magiſtratu Rotæ Florentinæ cum alijs Adiunctis ad referendum commiſſa, & diù multumque agitata in facto, & in iure, tandem fuit concordi voto reſoluta ad fauorem D. Actricis, non obſtante dicto prætenſo inſtrumento à Marco Aurelio Mutio fabricato, & moti fuerunt DD. Auditores ad ita referendum ex pluribus, & vehementibus falſitatis ſuſpicionibus, quas fidem prædicto inſtrumento crediderunt auferre, vt conſtat ex libro Motiuorum 121. a 97
136. in Florentino, ſiue Sauonenſis falſitatis die Lunæ 15. Aprilis 1652. Inter D. Annam Boccalandram de Ganottis ex parte vna, & D. Annam Bocealandram de Vitis ex altera.

Ità & nos idem credidimus, ac iudicauimus in præ-

ſenti cauſa Liburnenſis falſitatis litteræ Cambij, nobis vt
98 ſupra delegata inter hæredes q. D. Gregorij Ghirath Mir-
man ex vna, & hæredes, ſiue hæreditatem, & eius Cura-
torem quondam D. Aurelij Faſſioli, ac illius creditores
eiuſdem litteræ giratarios partibus ex altera, ex coniectu-
ris, & alijs ſupra relatis.
Condemnauimus etiam dictos Laurentium Srien, &
Io: Arnaud, ac alios giratarios Inſtantes, de quibus in
actis in omnibus Cauſæ expenſis inſolidum, quia vltrà
ſuſpicionem complicitatis, quoad eoſdem Srien, &
Arnaud, qui nominatim inſteterunt pro executione
præſentæ litteræ, nomine etiam aliorum giratariorum,
de quorum tamen ordine, & mandato hucuſque non
99 docuerunt, nullam habuerunt iuſtam litigandi, & in-
ſtandi pro executione cauſam ſub die 10. Iunij 1682.
imò malam fidem ob pendentiam querelæ, & pro-
ceſſus criminalis ſuper falſitate eiuſdem litteræ, ac ſe-
quutam iam capturam Aurelij ſub die 5. eiuſdem Men-
100 ſis, quæ omnimodò præuentionem induxit, & ſic agen-
do contra naturalem ordinem iudiciorum, qui poſtu-
labat, vt priùs expediretur cauſa criminalis, tanquam
præiudicialis ciuili, & quæ ob præeminentiam ſuſpen-
101 debat ciuilem, atque illam quieſcere faciebat, donec ſu-
per criminalitate fuerit iudicatum (ceſſante maximè
omni calumnia, & calumniæ ſuſpicione) cùm euentus
cauſæ criminalis eſſet daturus ciuili principium, vel fi-
nem, vt ſunt *textus aperti in cap. ſi fortè de elect. in 6. & in l. quoniam ciuilis vlt. C. de ord. iudic. cum ſimilibus*, An-
gel. *in l. qui prior ff. de iud.* Mattha *vot. Poſ.* 52. *numer.* 12.
& per tot. Card. Tuſchus *litter. C. concluſ.* 1087. Ricc. *Col-
lect.* 409. 3033. 3450. ac alibi. Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 2.
diſput. 6. *nu.* 4. *& ſeqq. per tot.* Farinac. *quæſt.* 100. *nu.* 68. *cum
multis ſeqq. & conſ.* 21. *cum Addit. per tot.* Zuff. *de legit.
proceſſ. lib.* 1. *quæſt.* 59. benè Coſta *de re integr. diſtinct.* 100.
per tot. Michael. Ferro Manrique *quæſt. Vicar. part.* 2. *quæſt.*
15. *per tot.*
Et licèt hæc materia præiudicialitatis cauſarum ſit ad-
modum intricata, brocardica, & confuſa, ità vt inter-
dum etiam videatur prius terminanda cauſa ciuilis, quan-
102 do eſſet præiudicialis criminalis, vt conſtat non ſolum
ex præcitatis, ſed etiam ex pluribus alijs, & præcipuè
Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 206. *part.* 9. *recent. deciſ.* 274.
per tot. & part. 19. *deciſ.* 370. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
531. *num.* 54. *&* 78. Afflict. *deciſ.* 229. Nouar. Pragmat.
Regn. Neapol. Collect. 90. Marcell. Marcian. *Oper. legal.
tractat. de præiudic. per tot.* & alijs relatis in Summa §. *Cau-
ſa nu.* 9. *& §. Vſura num.* 4. *verſ. Et an cauſa vſuraria*, ta-
103 men vt plurimum hoc procedit quando prius fuit intenta-
ta cauſa ciuilis, vel vigore Reſcripti Apoſtolici, vel Prag-
maticarum, vt in citatis deciſionibus, vel parum curan-
dum de altercationibus Doctorum, vbi habemus tex. ex-
preſſos ſupra relatos in terminis noſtris, vt concludit Car-
leual. *d. diſput.* 6. *in fine.*
Atque iuſtiſſimè proceſſum fuit ſuper criminalitate
in præſenti caſu, & ſuſpenſa cauſa ciuilis executionis
104 intentatæ, ſtante fideiuſſione præſtita per D. Gregorium
in dicta cauſa ciuili, ac ceſſante omni calumniæ ſuſpi-
cione, vt optimè pro contemperamento opinionum ad-
uertit Coſta *d. tractat. de re integr. diſtinct.* 100. *nu.* 5. *arg.
l.* 1. *ff. de petit. hæred. & l. ſi à quo ff. de rei vendic.* Farinac.
conſ. 21. *num.* 2. facit benè Sanfelic. *deciſ.* 312. *numer.* 5. *&
ſeqq.* & licet loquatur de cautione præſtanda per crimina-
105 liter querelatum de reſtituendo ad effectum ne ſuſpen-
datur cauſa ciuilis, cùm iſta non fuerit per Aurelium
oblata, nec ſtante grauitate cauſæ fuiſſet admittenda,
ſaltem pro eo à carceribus liberando, idem procedere
debet è contra ob eandem rationem, & quia idem ope-
rari debet oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in
propoſito, *l. fin. ff. ad legat.* 3. *cum ſimilibus*; præiudiciali-
tas autem, in qua potior prædictorum conſiſtit ratio, 106
patens erat, quia cauſa criminalis procedens ex eodem
facto abſorbebat omninò ciuilem, & illa ſubſiſtente non
poterat alter obtinere in Ciuili, ſed erat excluſiua iuris
ciuiliter agentis, & inuicem non ſe compatiebantur, vt
exitus etiam comprobauit.
Neque obijciatur fuiſſe etiam per nos terminanda
priùs cauſa criminalis, antequam cognoſceretur de
cauſa, & intereſſe ciuili inter dictas partes, vt inſtabatur
in ſpecie ex parte hæredum Aurelij, & aliorum, ità vt
ſecundam aliquos non poſſent ſimul, & eodem tempo-
re expediri, quia in caſu noſtro cauſa criminalis erat 107
iam per ſe extincta, & terminata ex diſpoſitione Iuris
per mortem Aurelij Inquiſiti ante ſententiam, & per nos
tantùm pronunciatum quoad criminalitatem circun-
dandum proceſſum, & ſucceſſiuè pro intereſſe ciuili
declaratum vt ſupra, ac etiam potuiſſent ſimul termi-
nari quoad criminalitatem principaliter, & acceſſoriè
quoad intereſſe partium, vt dictum eſt *ſupra num.* 26. &
decidit *text. in l.* 3. *C. de ord. iud.* per hæc verba: *Cum ci- 108
uili diſceptationi principaliter mota, quæſtio criminis inci-
dit, vel crimini prius inſtituto, ciuilis cauſa adiungitur, po-
teſt iudex eodem tempore vtramque diſceptationem ſua ſen-
tentia dirimere.*
Nullam itaque iuſtam agendi cauſam habebant pen-
dente iudicio criminali, quæ poſſet illos ab expenſis excu-
ſare, & victi in dubio non præſumuntur habuiſſe iuſtam 109
cauſam, ac ideò debent etiam expenſis ſuccumbere, Me-
noch. *lib.* 2. *præſumpt.* 87. Galganet. *ad Statut. Vrb. lib.* 1.
cap. 196. *col.* 7. *num.* 50. vbi etiam Fenzon. *num.* 56. Ridol-
phin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 612. quod omni caret
ſcrupulo, ſtante ſtatuto, quod victus victori in expenſis 110
condemnetur, vt dixi in meis *Reſol. cap.* 16. *nu.* 20. *& ſeqq.
& cap.* 6. *nu.* 9. *& per tot.* cum diſtinctione ibidem pro con-
ciliandis opinionibus adducta, & alios citaui in Summa §.
Statutum circa generalia nu. 42.
Eiſdem rationibus condemnauimus etiam filios, &
hæredes Aurelij, ac D. Petrum Antonium Mutti, mo-
dis, & nominibus prout in actis, in expenſis tantùm co-
ram nobis factis, quia non conſtitit partem feciſſe in pro-
ceſſu, & actis Liburni, ſed tantùm apud nos extati, vt
opus erat pro omni eorum iure, & intereſſe inſteterunt
mediante Curatore illis deputato, & d. D. Petro Anto-
nio Mutti eiuſdem Curatoris, & aliorum procuratore,
ac etiam mediante Aduocato, pro recuperanda patris fa-
ma, ſed nihil prorſus de illius innocentia docuerunt, vt 111
opus erat, & de iure permiſſum ad tradita per Cabal. *re-
ſol. crim. caſ.* 137. *num.* 9. *&* 10. *& caſ.* 298. *nu.* 29. *& ſeqq.*
imò magis læſa remanſit ex nouiter deductis, & probatis,
vt ſupra.
Reſeruauimus tandem DD. hæredibus Ghirach Mir-
man iura talia qualia pro damnis, & intereſſe contra
hæredes, & bona dicti Aurelij, ac contrà alios quoſcum- 112
que de iure obligatos, quia ad præſens ſufficienter de
his meritis non liquebat, vt poſſent hac ſententia ter-
minari.
Reliqua tangentia perſonam D. Georgij Abro Celebi
quoad reſtitutionem localis Adamantium, non patiun- 113
tur pro nunc aliqua iuris difficultatem, & ideò omiſſa fa-
cimus, ne in vulgatiſſimis concluſionibus inutiliter tem-
pus conteramus. Saluo &c.

Petrus Mattheus Maggius Auditor Delegatus.
*Marcus Antonius Sabellus Auditor Delegatus
Relator, & voti Compilator.*

CAP.

Cap. XIII.

ARGVMENTVM.

ALlegationes Excellentiſſimi I.C. Bernardini Renzolij in cauſa Cluſentinæ ſuper prætenſa nullitate Proceſſus manu Iudicis ſcripti, & alijs de quibus compendioſè ſcripſit de more Auctor Summæ in §. Acta in Additione.

De delictis atrociſſimis. De teſtibus, & eorum repetitione, & alijs ad rem, vide ibidem.

I. M. I.

FAcile eſt iuſto Iudici ſuadere, quod ex Proceſſu non apparet informantes vllo modo eſſe indiciatos, non ſolum ad immaniſſimum Capræ tormentum, verùm etiam, nec ad aliud tormentum. Quod attinet ad primum tormenti genus, nec delicti qualitas, nec indicia illud admittunt, quandoquidem non vigilantur rei, niſi duo copulatiuè concurrant, videlicet primò, quod deli-
1 ctum ſit atrociſſimum, ſecundò, quod indicia ſint vrgentiſſima, & plura, ac plenius probata, Farinac. q. 38. *num.* 71. Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. *&* 17. Locatel. *de quaſt. inſpect.* 1. *nu.* 44. Cartar. *in prax. interrog. reor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 8. *fol.* 250.

Quod autem delictum non ſit atrociſſimum, pla-
2 num ex eo fit, quod agitur de Homicidio, & Doctores exemplificant atrociſſima delicta, in aſſaſſinio, hæreſi, falſa moneta, & alijs, vt videre eſt per Fab. à Mont. Leon. *in Prax. Arbitr. fol.* 405. *num.* 17. relat. à Farinac. *quaſt.* 18. *num.* 91. Nec releuat, quod homicidium, ictu ſcopittæ fuerit commiſſum, & pro eo imponatur pœna furcarum, & ideò ex qualitate pœnæ atrociſſimum ſit reputandum. Nam facilis occurrit reſponſio. Non enim diſtinguitur
3 qualitas atrociſſimi, ex qualitate pœnæ mortis, cum capitis obtruncatione, vel cum laqueo, ad Farinac. *dict. quaſt.* 18. *num.* 84. *&* *num.* 85. ſed ex exacerbatione mortis, qualificatæ, vt quando lex iubet reum igne comburendum, in fruſtra ſecandum, & ſimilia, vt videre eſt penes Odd. *de reſtitut. in integr. part.* 2. *quaſt.* 80. *num.* 5. *&* *num.* 8. *fol.* 227. ſed quia Farinac. *in d. quaſt.* 18. *num.* 92. ſcriptis mandauit, quod Iudicis arbitrio relinquatur quænam ſint
4 atrociſſima delicta, qui iudicare debet ſecundum loci conſuetudinem, ideò cùm verſemur in conſuetudine Ciuitatis Florentiæ, vbi homicidium ictu Archibuſij commiſſum, non reputatur atrociſſimum delictum, nec pro eo qualificata morte plectitur Reus (vt notum eſt) concludendum erit nos verſari extra caſum atrociſſimi delicti, & ſucceſſiuè non eſſe locum tormento capræ, quod numquam in ſimilibus delictis fuit in praxi ſeruatum in Ciuitate Florentiæ, vt licet inter defenſores reorum minimus, teſtari poſſum.

Tranſeamus nunc ad indicia, quæ æqua lance perpenſa nullius ſunt ponderis, & à durioribus incipiendo, videamus de aſſaſſinij prabattone delicti, quæ per Fiſcum completa, octo teſtibus de viſu, affirmatur, & reuera ſi huiuſmodi probatio adeſſet, actum eſſet de reo, ſed quia dicta aſſaſſinij probatio funditus euaneſcit, ideò ex ea nec quidem indicium proficiſcet dici poteſt.

Certum enim eſt, quod in Curia D. Prætoris Anglarienſis, ſtatim ſecuto homicidio fuerunt per Fiſcum factæ ſolitæ diligentiæ, & ſex teſtes ad facti veritatem perquirendam examinati, qui omnes conſtantiſſimè, etiam in rigoroſo examine, per quartam horæ partem, & amplius, profeſſi ſunt non cognouiſſe homicidam, optimam rationem adſtruentes, & ſic fuerunt dimiſſi, & Proceſſus ad Rotam Criminalem tranſmiſſus ex decreto dicti D. Prætoris de die 10. Nouembris 1683.

Tribus elapſis annis, videlicet de anno 1686. fuit porrecta querela coram Domino Vicario Cluſentini Iudice delegato, in qua inſtatur procedi contra informantem ſuper prætenſo homicidio, de quo informationes receptæ fuerant in Curia Anglarienſi, & fuerunt examinati plures teſtes, & præcipuè ijdem qui in Proceſſu Anglarij depoſuerunt, ex quibus quatuor reuocantes dictum primi proceſſus, depoſuerunt, ſe benè vidiſse, & cognouiſſe informantem quando ictu Archibuſij interfecit Bartholomæum Bartolini. Exceptiones, & improprietates horum teſtium, de delicto nocturno deponentium, fuerunt iam alibi congeſtæ, ſed vnum tantum notandum, quod teſtis nocturnus 3
de colore deponens nihil probat, Anton. de Ball. *tract. var. lib. primo, quaſt.* 10. *num.* 23. *fol. mihi* 14.

Sed ad funditus fidem horum teſtium ſubuertendam ſufficiat dicere, quod in primo Proceſſu, & in tormentis profeſſi ſunt non cognouiſſe delinquentem, & triennio tranſacto, contrarium affirmant, vnde primo dicto ſtandum eſt, & pro reo, non pro Fiſco ſunt numerandi, nam quando teſtis habuit commodi- 6
tatem alloquendi cum parte, tunc primum, & non ſecundum dictum eſſe attendendum communiter probant Doctores, aſſignantes rationem præſumptæ ſubornationis, Bertazzol. *conſil.* 156. *num.* 12. *&* *num.* 13. Siluanus *conſil.* 87. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1347. *num.* 8. Farinac. *ex gratia vidend, conſil.* 171. *num.* 18. *&* *ſeq.* *&* *quaſt.* 66. *num.* 130. *&* *num.* 171. Guazzin. *reor. defenſ.* 19. *cap.* 2. *num.* 15. *&* *cap.* 16. *n.* 5. Porz. *faſcicul. rer. criminal. fol.* 420. *verſ. primo*, Cæſar. Locatel. *de quaſt. Inſpect.* 5. *num.* 271.

Quòd multò magis procedere debet in præſenti caſu in quo primum dictum eſſe attendendum affirmamus, ex eo etiam quia iſti Teſtes fuerunt torti 7
in Curia Anglarienſi per quartam horæ partem, & amplius, & in Curia Puppienſi per vnum miſetere, & ſic multò acrius in primo, quam in ſecundo Proceſſu, in puncto Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 173. *&* 174. *fol. mihi* 291. Guazzin. *reor. defenſ.* 19. *cap.* 16. *num.* 7. *&* 8. *fol. mihi* 346.

Accedat vlterius, quod in ſecundo Proceſſu ſunt periurij circumſcripta etiam depoſitione facta in primo Proceſſu, quandoquidem omnes in primo conſtituto præſentis Proceſſus negant cognouiſſe delinquentem, & ſic ipſis teſtibus, vel obſtat exceptio periurij ex ſolo ſecundo Proceſſu, vel eſt attendendum primum dictum, quia cum acri tortura emanatum, & pluries 8
geminatum, Menoch. *de Arbitr. Iudic. lib.* 2. *caſ.* 108. *num.* 18. *fol.* 292. Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 141. Guazz. *defenſ. reor.* 19. *cap.* 16. *num.* 23.

Videndum remanet de fide adhibenda teſtibus examinatis in ſecundo Proceſſu, & coram D. Delegato tantum de cognitione delinquentis deponentibus, & niſi mea me fallit opinio eorum primo dicto, vel nec primo, nec ſecundo adhærendum eſſe, ex animo cen- 9
ſeo, pro primo dicto eſt text. *in cap. ſicut nobis de teſt.* Couarru. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. Minſinger. *cent.* 2. *obſeruat.* 86. Menoch. *de arbitr. Iud. conſil.* 108. *num.* 10. Gabriel. *com. concluſ. lib.* 7. *tit. de malefic. concluſ.* 29. latè Farinac. *quaſt.* 66. *part.* 4. *num.* 124. *&* *ſeqq.* Quod autem nec primo, nec ſecundo dicto ſit fi- 10
des adhibenda, Antnn. de Butrio *in cap. cum in tua de Teſt.* Bald. *in l. geſta Cod. de re Iudic.* Minſinger. *obſeruat.* 86. *centur.* 2. *num.* 4. *&* *per tot. fol. mihi* 333. & eſt Text. *in l. Eos ff. ad leg. Corn. de falſ.* *&* *in cap. Praterea de teſt cogend.* *&* *gratia vidend.*

Et licet non ignorem, quod ex regula generali text. *in l.* 3. §. *tu magis ff. de Teſt.* ceſſante ſubornationis timore relinquatur Iudicis Arbitrio, cui dicto ſit

fides adhibenda. Attamen in præſenti caſu, primò di-
cto fides præſtari debet, non ſolum quia timor ſub-
ornationis adeſt, vt deducitur ex depoſitione primi
Teſtis ibi, *Interrogato ſe ſappia, ò s'immagini
per qual cauſa ſia ſtato accompagnato in Corte*. Re-
ſpondit: *Signor nò, che non lo ſò, ma à vn dipreſ-
ſo me l'immagino per quanto hò compreſo dal Capo-
rale per la ſtrada*, vnde patet, quod inter Birroa-
rium, & teſtem fuit habitus ſermo de negotio ſu-
per quo Teſtis deponere debebat, & ſicut hunc
teſtem inſtruxit, ità & alios ſubornaſſe credi po-
teſt, iuxtà illud, *& tu crimine ab vno diſce om-
nes*, quod augetur ex falſitate primæ accuſationis,
per eumdem ſatellitem, contra informantem por-
rectæ, ſuper aſſerta conuerſatione cum Bannitis ex
eo quia funditus falſa fuit probata, cùm de tempo-
re conuerſationis, Banniti prædicti eſſent vita fun-
cti, & alij detinerentur in Pontificijs Triremibus,
& multò magis ex eo quia ſub eorum cuſtodia (vt
mihi ſupponitur) teſtes in Curia Puppienſi detine-
bantur. Sed præcipuè quia iſti teſtes ſunt varij,
ac periurij. Quod ſint varij controuerti non poteſt,
cùm varius dicatur teſtis, quia in primo examine
12 dicat nihil ſcire, & in ſecundo deponat de facto,
Clar. *quæſt*. 53. *num*. 14. *fol. mihi* 230. Ricc. *deciſ*. 148.
per tot. Quod ſiot periurij, pariter negari nequit, quan-
doquidem Teſtis varians in ſuis conſtitutis periurius
13 dicitur, Cyriac. *controu*. 150. *num*. 78. Farinac. *conſ*. 79.
num. 4. *& quæſt*. 43. *num*. 185.

Hinc ſequitur, quod cùm non fuerint torti ad vi-
dendum in quo dicto perſiſtant, vt de iure requireban-
tur, Farinac. *quæſt*. 39. *num*. 148. *& ſeqq. quæſt*. 66. *num*.
88. *& ſeqq. & quæſt*. 79. *num*. 6. *& num*. 10. Federigh. *re-
ſolut. crimin*. 21. *per tot*. inter conſ. Farinac. *lib*. 2. *fol.
mihi* 15. Boſſ. *in tit. de tortur. teſt. num*. 20. *fol. mihi*
120. Guazzin. *reor. defenſ*. 24. *cap*. 9. *num*. 29. *fol. mi-
hi* 20. Cæſar. Locatell. *de quæſt. Inſpect*. 3. *num*. 31. *&
num*. 42. *& inſpect*. 5. *num*. 167. *& num*. 168. *fol. mi-
hi* 183. vbi inqnit, *quod talis contrarietas minime pur-
gatur, niſi medicina tortura*, Scial. *in prax. torquend.
reos cap*. 14. *num*. 25. Clar. *quæſt*. 53. *verſic. in hoc
tamen ducatu, fol. mihi* 230. nulla fides eis ſit adhiben-
da, Farinac. *quæſt*. 66. *num*. 13. nec ex eorum dictis
formare poteſt ſpecialis inquiſitio, Farinac. *conſil*. 20.
num. 2. Tabor. *definit. criminal. racemat*. 5. *num*. 44.
in fin. fol. mihi 190. Zach. *de mendac. lib*. 3. *cap*. 20.
num. 12. *fol. mihi* 488. Sed in totum ſunt à teſtimo-
14 nio repellendi, nec ipſorum dictum ſuppleatur ad-
miniculis, Farinac. *conſil*. 99. *num*. 64. *& num*. 65.
& quæſt. 56. *num*. 191. *&* 192. etiam ſi torti fuiſ-
15 ſent, quoniam periurium non purgatur per tor-
turam, Farinac. *conſil*. 20. *num*. 3. & præcipuè quia
aſſeruerunt de facto interfuiſse, & prius negant,
poſtea factum fatentur, & ſic nihil probant, in puncto
Farinac. *quæſt*. 66. *num*. 364. *fol. mihi* 307.

Et reuera ignoro, cur ſit ſtandum ſecundo dicto, & non
primo, quaodo vtrumque abſque tortura emanauit,
cùm nulla differentiæ ratio aſſignari poteſt, vt in ter-
minis conſiderat Gob. *conſult*. 146. *num*. 36. *fol. mi-
hi* 547.

Nec vllius ponderis eſt aſſignata ratio pehorreſcen-
tiæ, ob aſſertam potentiam informantis, quando-
quidem eadem ratio militabat, tam in primo, quàm
in ſecundo examine, & tamen in primo omnes ne-
gauerunt, & in vlterioribus conſtitutis ipſom pro
reo nominauerunt, vnde periurios eſse, & nihil pe-
nitus probare concludendum eſt, Gob. *dict. conſultat*.
146. *num*. 35. *&* 36. Maioran. *in opoprax. cap*. 6. *num*. 75.
fol. mihi 180.

Quæ omnia multò magis ſunt admittenda in
preſenti caſu, in quo teſtes examinati infinitis ex-
ceptionibus laborant, tam in dictis, quàm in perſo-
na, vnde ſequitur, quod nulla fides talibus teſtibus ſit
adhibenda, quandoquidem ex depoſitione teſtis pa-
rientis exceptiones in dictis, & perſona, nulla oritur
16 probatio, nec indicium, nec præſumptio, Farinac. *con-
ſil*. 216. *num*. 29. *& quæſt*. 62. *num*. 81. *& ſeqq*.

Accedat vlterius, quod aliqui ex ijſdem teſtibus vo-
cati ad ſe repetendum, ſuper interrogatorijs à reo exhi-
bitis fugam arripuerunt, nec ſui copiam fecerunt, vn- 17
de ſuſpecti de falſo ſunt, & nihil probant, & in alios
teſtes falſitatis ſuſpicionem inducunt, Guazzin. *reor.
defenſ*. 24. *cap*. 4. *num*. 10. *& defenſ*. 25. *cap*. 1. *num*. 20.
Caball. *reſolut. crim. caſ*. 55. Baiard. ad Clar. *quæſt*.
45. *num*. 40. Maioran. *in opoprax. cap*. 6. *n*. 91. *fol. mi-
hi* 189.

Nec releuat declaratio facta per reum habendi teſtes
pro informatione curiæ receptos pro ritè receptis, ex 18
qua ius quæritur fiſco.

Nam reſpondetur, quod in noſtra facti ſpecie fuit
reſeruata facultas repetendi teſtes, quæ licet reſeruata
non fuiſset, adhuc teſtes repetendi erant, Guazzin.
reor. defenſ. 24. *cap*. 8. *num*. 5. *fol. mihi* 14. *& defenſ*.
25. *cap*. 1. *num*. 13. Farinac. *quæſt*. 72. *num*. 144. Et
ratio eſt, quia hæc repetitio non fit ad effectum con-
ualidandi teſtium depoſitiones, ſed ne rei defenſio 19
pereat, vt punctualiter dicit Honded. *conſil*. 101. *num*.
26. *& num*. 36. *lib*. 1. *fol. mihi* 615. Guazzin. *reor. de-
fenſ*. 24. *cap*. 8. *num*. 5. *& defenſ*. 25. *cap*. 1. *num*. 13. Si-
manc. *Catholicar. inſtit. tit*. 64. *de teſt. num*. 25. Cal-
uin. *de æquitat. lib*. 2. *cap*. 179. Poſſent. *ſingular. crim*.
395. *per tot*. Conciol. *reſol. crimin. teſt. Miſcellan. re-
ſolut*. 6. *num*. 18. *& num*. 19. Farinac. *quæſt*. 72. *num*. 108.
& num. 136. Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt.
quæſt*. 49. *num*. 13. Cabal. *reſol. crim. caſ*. 269. *num*. 20.
& num. 21. & admitti debet huiuſmodi repetitio in-
ſtante reo, nedum poſt examen ad defenſam, ſed poſt
concluſum in cauſa, ac etiam poſt ſententiam, & in
gradu appellationis, Muſcatell. *in prax. delictor. tit. de
iniur. & famoſ. libell. à num*. 36. *& num*. 37. *vſque ad fin.
fol. mihi* 148. Zuff. *de proceſſ. legitimat. quæſt*. 113. *num*.
18. *fol. mihi* 172. *vbi refert quod Sacra Conſulta man-
dauit repeti teſtes die* 13. *Iunij* 1664. *in Aſculana homi-
cidij de Cinarnellis, & hanc ſententiam, quando reus
negauit delictum*, apertiſſimè probat Cabal. *dict. caſ*.
269. *num*. 16. Illuſtriſſimus Dominus meus Sabell. *in
ſua Prax. in præfat. num*. 72. *& in* §. *Teſtimonia num*. 3.
in ſumma in verb. Repetitio §. 15. *num*. 1. & ſic dluci-
de patet, quod repetitio inſtante reo, & ſuper rei in- 20
terrogatorijs non poteſt denegari, & præcipuè quan-
do reus eſt carceratus, Farinac. *quæſt*. 72. *num*. 108. *&
num*. 136. Cabal. *dict. caſ. num*. 20. 21. *& num*. 24. quia
eſt maxima defenſio, Guazzin. *reor. defenſ*. 24. *cap*. 9.
num. 1. *& defenſ*. 25. *cap*. 1. *num*. 20. *ad fin*. aliàs tolle-
rentur reo per indirectum defenſiones, & aperiretur
via adſtruendi falſitates, quod quantum à ſemitis Iuſti-
tiæ abhorreat perſpicuum eſt.

Quod multò magis eſt admittendum ſtante conſue-
tudine, & ſtylo repetendi teſtes ſuper interrogatorijs
rei, vt per innumera Proceſsuum acta videri poteſt,
& ſignanter in cauſa Nauiculariorum de anno 1683.
coram Illuſtriſſimo, ac Doctiſſimo, integerrimoque
Viro Domino meo Auditore Fiſcali, & per Eximiam
Rotam Criminalem ſub die 4. Maij 1682. in cauſa
Petri Aloyſi, & Nicolai de Facis, qui ſtylus ſeruan-
dus eſt, vt inquit Armendar. *in recopillat. ad ll. Na-
uar. & ibi in addit. cap*. 17. *num*. 31. *lib*. 3. Nouar. *de-
ciſ*. 50. *per totam*, *& deciſ*. 114. *num*. 3. & fauore 21
Carceratorum admittitur ſtylus, & ſeruatur Ma-
ſcard. *de probat. concluſ*. 1338. Comitol. *deciſ. Bonon*. 4.
per tot.

Nec vllum ius fuit fiſco quæſitum quoad Repe-
titionem faciendam ſuper interrogatorijs Rei, &
pro eius defenſione, ſed ſolum fuit quæſitum ius
fiſco pro illa repetitione, quam facere tenetur,
pro legitimatione Proceſsus, cùm notum ſit omni-
bus, quod fiſcus tenetur citare partem ad viden-
dum iurare teſtes, alios nihil probant, *l. ſi quando* 22
C. de teſt. Cabal. *reſol. crimin. caſ*. 55. *per totum*, *&
caſ*. 269. *num*. 2. Guazzin. *reor. defenſ*. 25. *cap*. 1. *num*. 1.
Farinac. *conſil*. 192. *num*. 33. *& quæſt*. 72. *num*. 87.
Honded. *conſil*. 101. *lib*. 1. Cyriac. *controuer*. 143. *num*.
6. *& controuer*. 150. *num*. 83. *& ſeqq*. Prat. *reſponſ. cri-
minal. fiſcal*. 18. *per tot. & num*. 11. Mattheu. & Sanz.
de re crimin. controuerſ. 18. *num*. 47. Hector. Felic.
allegat. iur. cap. 93. *num*. 9. Surd. *conſ*. 328. *num*. 3.

Ver-

Vernigliol. *conſil.* 20. *num.* 5. & 6. Peregr. *in Prax. Vi-
carior. part.* 4. *ſect.* 2. *num.* 64. & *ſect.* 11. *per tot.* Scacc.
de Iudic. lib. 1. *cap.* 98. *num.* 7. Cartar. *in Prax. inter.
reor. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 64. Ambroſ. *Proc informat. lib.*
2. *cap.* 9. *num.* 4. Zuff. *de legitimat. Proceſſ. quaſt.* 50.
num. 11. & *quaſt.* 98. *num.* 4. Conciol. *reſolut. criminal.
verb. Teſtes quoad examen. reſol.* 6. *per tot. in addit.*
Poſſent. *ſingular. criminal.* 395. *per tot.* Nouar. *deciſ.* 62.
per tot. & *deciſ.* 73. *num.* 3. Altimar. *de nullitat. rubr.* 13.
quaſt. 9. *nu.* 41. *tom.* 2. *fol. mihi* 633.

Quæ autem ex Conciol. teſt. Miſcellan. *reſolut.* 1.
num. 12. & *reſolut.* 2. *num.* 1. adducuntur non obſtant,
nam Conciol. ibid. numquam dixit quod teſtes non
ſint repetendi ſuper interrogatorijs rei, ſed ſolum di-
xit, quod plures cauſæ excuſant teſtem, qui ad ſe
examinandum citatus, non comparet, at quando agit
de repetitione, vt *in dicta reſolut.* 2. *num.* 1. conclu-
dit, quod teſtis citatus ad ſe repetendum ſi non compa-
reat, eius depoſitio præſumitur falſa, & num. 3. in-
23 quit, quod eius depoſitio corruit, & nihil valet in ad-
dit. verò ait, quod teſtis poteſt inquiri de falſo, niſi re-
petitionem recuſet ob timorem conſanguineorum; ſed
cùm in præſenti caſu nullus fuerit allegatus, nec pro-
batus timor conſanguineorum, ſed ſolum conſtet de
contumacia, ideò remanet firma concluſio, quod te-
ſtis citatus ad ſe repetendum ſi non compareat, eius
prima depoſitio præſumitur falſa, vt ſopra fuit dictum,
& firmat Conciol. in ex aduerſo allegata *reſolut.* 2. *n.* 1.
& *per tot.* & Scial. citat. in addit. Conciol. *in Prax.
torquend. reos cap.* 14. *num.* 64. poſtquam in vnum
cum alijs DD. conuenit videlicet, quod præſumitur vt
24 falſum depoſuerit teſtis, qui citatus ad ſe repetendum
non comparuit, ſubdit hæc verba *num.* 64. *fol. mihi* 96.
ibi, *niſi teſtis ipſe ſe abſentet ob potentiam conſangui-
neorum, vel ſociorum inquiſiti, vel ſi ipſe teſtis ſit
interfectus ab aliquo conſanguineo, vel ſocio inquiſi-
ti, ad finem, vt repeti non poſſit, nam hoc probato,
puto iſtum teſtem haberi pro repetito*: at cùm in no-
ſtro caſu nihil fuerit probatum non habet locum
doctrina Scial. quæ probationem requirit.

Ex eo maximè quia Maria Teri 24. Teſtis non ſo-
lum non comparuit ad ſe repetendum, ſed etiam
25 confrontationem cum informante recuſauit, & ſic de
falſo ſuſpecta eſt, Pegn. *ad director. Inquiſitor. lib.* 3.
comment. 23. *litt. E. fol. mihi* 436. Cartar. *in prax. inter-
rog. reos lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 94.

Adſunt etiam plures teſtes inimici, qui nihil pro-
26 bant, & præcipuè Angelus Cæſaris Baggi, qui eſt
frater Presbyteri Horatij Baggi aperti perſequutoris
Informantis, de quorum inimicitia liquidò con-
ſtat, non ſolum ob Paſcua de quibus deponunt te-
ſtes, verum etiam, quia noſter principalis cura-
bat, vt Presbyter prædictus remoueretur ex bene-
ficio, vnde maximè oritur inimicitiæ cauſa, quæ
ſola ſufficit ad teſtem repellendum, nam licet inimici-
tia non appareat, dicitur conſtare de inimicitia, dum
conſtat de cauſa, & teſtis repellitur, Farinac. *quaſt.* 53.
num. 21. & *num.* 26. Honded. *conſil.* 100. *num.* 27. &
num. 28. *lib.* 1. *fol. mihi* 611. & de hac inimicitiæ cauſa
deponunt teſtes ibi, *cercauano li Fini di mandar via
Prete Oratio Baggi*.

At quia in omni delicto, in primis, & ante
omnia, à bonis Iudicibus cauſa delinquendi inqui-
27 renda eſt, quoniam nullum maleficium ſine cauſa
procedit, vt ex Caſon. & alijs inquiſ. Felic. *allegat.* 36.
num. 4. Mattheu. & Sanz. *de re crim. controuerſ.* 11. *n.* 38.
& *controuerſ.* 18. *num.* 95. Guazzin. *defenſ.* 28. *cap.* 1.
num. 6. Dond. *conſultat.* 86. *num.* 11. de Roſ. *in Prax.
crim. cap.* 1. *num.* 40. *fol. mihi* 20. & ceſſante cauſa de-
28 linquendi non præſumitur delictum, Farinac. *conſil.*
192. *num.* 1. Vermigliol. *conſil.* 35. *num.* 15. & *conſil.* 46.
num. 6. ideò videndum eſt an conſtet, informantem
cauſam tam acri delicto proportionatam habuiſſe.
Et licet non ignorem, quod fiſcus cauſam adeſſe con-
tendat videlicet, riualitatem Angelæ à Poggiorſona,
quæ tam occiſi, quam informantis Amaſiam fuiſſe
ſatagit, ex qua riualitate indicium ad torturam profi-
29 ciſcitur, cùm ex ea inimicitia implacabilis oritur, vt in-
quit Mattheu. & Sanz. *de re crim. controuerſ.* 23. *nu.* 30.
attamen aduertendum eſt, quod fiſcus deficit in proba-
tione huius riualitatis, & quod caput eſt, quando pro-
bata fuiſſet, non tamen ex ea oritur indicium ad tor-
turam, niſi tria copulatiuè concurrant. Primum,
quod vterque riualis captus amore illius fœminæ repe- 30
riatur. Secundò, quod inquiſitus, ſiue ſuſpectus de
homicidio, alium reamata potiri percipiat. Tertium,
quod ægrè ferat, & zelotypiæ affectu laboret, vt in
puncto firmat Mattheu. & Sanz. *de re crimin. controu.*
23. *num.* 32. & *ſeq.* & prius dixerat Farinac. *conſil.* 193.
num. 46. *tom.* 2. *fol. mihi* 319. *ſcribens in cauſa Florenti-
na*, qui omninò videndi ſunt, nam optimè ad rem con-
ducunt, & ne tranſcribant.

Sed cur nodus in ſcirpo quæritur, aſtruendo inimici-
tiam inter occiſum, & informantem, quæ reuera non
adeſt nec vllo modo eam probant teſtes, qui ſunt in-
ter duo iuramenta, & ideò periurij, per ea quæ dicta
iam ſunt nec ſtudio breuitatis repetenda cum certa, &
indubitata capitalis inimicitia, & ex grauiſſima cor-
reſpondentique cauſa fuerit, inter defunctum, &
N. N. ex exploſione Archibuſij, de qua adeſt Proceſſus
in hac cauſa, cùm ad omne periurius, certum ſit, quod 31
inimicitia nullum facit indicium, quando occiſus plu-
res inimicos habebat, Farinac. *quaſt.* 49. *num.* 114. &
ſeqq. Cyriac. *contrau.* 150. *num.* 3.

Imò inter informantem, & Bartolinum fuit proba-
ta amicitia, per teſtes ad defenſam, ideò intrat præ-
ſumptio excluſiua delicti.

Alia indicia præſentis Proceſſus, omnia ſunt re-
mota, & ideò duobus teſtibus conteſtibus, & omni
exceptione maioribus probanda, Trentacinq. *con-
ſil.* 25. *num.* 1. Dondeus *conſultat.* 86. *num.* 13. Fari-
nac. *conſil.* 130. *num.* 3. *conſil.* 147. *num.* 35. *lib*... &
quaſt. 37. *num.* 18. & *num.* 29. ſed hic omnes teſtes
ſunt periurij, contrarij, viles, ac varij, ideò ex 32
eorum dictis non prodit indicium ad torturam, Cla-
ſen. *ad conſtitut. criminal. Carolin. art.* 23. *in fin. fol.
mihi* 129. Eugen. *conſil.* 27. *num.* 52. *lib.* 1. *fol. mihi* 81.
Roland. *conſil.* 16. *num.* 9. & *num.* 13. *verſ. quod iſti au-
tem lib.* 1. *fol. mihi* 121. Farinac. *quaſt.* 66. *num.* 86. *fol.
mihi* 293. cumque omnium teſtium exceptiones fue-
runt ſigillatim, alias deductæ ideò non repetuntur,
ne ex ſcriptis ſcripta conficiamus, ſupplicantes Illu-
ſtriſſimos Dominos Auditores, ad videndum Infor-
matione de partibus, vbi pluſquam ad ſatietatem, &
enumerantur, & probantur exceptiones.

Animaduertendum etiam eſt, quod teſtes repetiti,
poſtquam fuerunt ſuper interrogatorijs rei exami-
nati, ſtatim fuerunt dimiſſi, abſque eo quod pri-
mam eorum depoſitionem confirmauerint, nec illis
fuit lecta dicta depoſitio; vt de iure requireba-
tur, & ſic nulliter fuit proceſſum, cùm teſtibus in 33
repetitione ſit legendum primum examen illudque
confirmare debeant, Petr. Foller. *in Prax. criminal.*
2. *part.* 2. *Part. rubr.* & *demum reputantur teſtes num.*
4. 13. & *num.* 14. *fol. mihi* 267. Ambroſin. *Proceſſ. in-
format. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. *verſic.* & *lecto fol. mi-
hi* 238. Zuff. *de legitimat. Proceſſ. quaſt.* 131. *num.* 7.
Scial. *in Prax. torquend. reos cap.* 6. *num.* 47. *fol. mi-
hi* 38. Baiard. ad Clar. *quaſt.* 45. *num.* 39. *fol. mihi*
207. Farinac. *conſil.* 226. *num.* 20. & *num.* 22.
Honded. *conſil.* 101. *num.* 30. & *num.* 32. *lib.* 1. *fol.
mihi* 615. latè Guazzin. *reor. defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.*
11. *in* 4. *requiſit.* & *num.* 15. vbi ex Baiard. *firmat de-
poſitionem legendam*, & *num.* 19. *verſic. contrarium
opinionem*, & *num.* 20. *verſic. idemque erit ad fin.
fol. mihi* 24. & 25. *part.* 2. & ita fuit reſcriptum
Florentiæ per Illuſtriſſimam Conſultam in cauſa
D. Matthæi de Gallis de anno 1677. me patroci-
nante.

Euidentiſſima alia emergit nullitas Proceſſus, ex
eo quia teſtes, nec in Proceſſu offenſiuo, nec in defen-
ſiuo fuerunt examinati coram Dominis delegatis, nec
coram ipſis iurauerunt, vt de iure requiritur, & licet 34
non ignorem, quod ſaltem de conſuetudine Iudex poteſt
committere Notario, vtriuſq; Proceſſus teſtium examen
& iuramento, vt docet Farinac. *qu.* 77. *cap.* 4. *num.* 180.
fol.

fol. mihi 493. Guazzin. *reor. defenſ.* 1. *cap.* 6. *num.* 2.
fol. mihi 17. Scio etiam quod de tali commiſſione facta
per Iudicem, conſtare debet ſaltem in libro actorum,
& cum præcedenti citatione partis, vt punctualiter fir-
mat Farinac. *dict. quæſt.* 77. *num.* 191. *fol. mihi* 494. vel
vt Notario credatur debet apponere clauſulam illam vi-
delicet, *de mandato Iudicis*, Guazzin. *reor. defenſ.* 1.
cap. 6. *n.* 3. *fol. mihi* 18.

Nec obſtat, quod in Proceſſu defenſiuo aliqui ex
teſtibus comparuerint coram Excellentiſſimo D. meo
Sanſoni, vno ex Iudicibus delegatis, vt tertius teſtis, 4.
7. 13. & 14. nam adhuc nulliter fuit proceſſum, quan-
doquidem cauſa de qua agitur non fuit delegata D. San-
ſoni ſolo, ſed fuit delegata duobus Iudicibus, vt patet ex
delegatione, quæ ſic ſe habet.

Hauendo gl'eſecutori del Vicariato di Poppi con il
placet di S. A. S. catturato nella Giuriſditione d'An-
ghiari Santi Fini da Opini, come proteſo Reo di graui
misfatti, & in ſpecie dell'Omicidio con Archibugiata in
perſona di Bartolomeo di Piero Bartolini del Cam-
paccio, per degni riſpetti, e particolarmente per il buon
gouerno, e quiete publica del Coſentino, S. A. auocata à
ſe la detta cauſa, & ogni altra moſſa, & da mouerſi,
tanto contro il medemo Santi Fini, quanto ogni altro com-
pagno, o complice nell'iſteſſi delitti commeſſi da detto Fi-
ni, & le delega con tutti gl'anneſſi, & conneſſi al ſudetto
Vicario di Poppi, & ſuo Giudice con facultà di eleggere
vno, ò più Attuarij per tal Proceſſura, acciò procedino in
eſſe, & le terminino ſino alle ſentenze incluſiue con par-
tecipazione però ſolita nell'altre cauſe ordinarie di quella
Corte di Poppi &c. non oſtante &c.

Perſpicuum enim fit ex hac delegatione, quod cauſæ
fuerint duobus Iudicibus delegatæ, ibi, *delega al ſudet-*
to Vicario di Poppi, & ſuo Giudice, & infra, ibi, *acciò*
procedino in eſſe, & le terminino, vnde omnes interue-
nire debebant in cauſa, & non alter tantùm, quia plu-
res delegati non habent Iuriſdictionem in ſolidum, vt
35 punctualiter dicit Guazzin. *reor. defenſ.* 1. *cap.* 1.
num. 5. *fol. mihi* 12. ad eo quod ſi vnus ſine alio proce-
36 dat, Proceſſus ſit notoriè nullus, Guazzin. *reor. defenſ.*
13. *cap.* 3. *num.* 1. *fol. mihi* 293. quod etiam procedit in
confeſſione facta per reum coram duobus ex tribus Iu-
37 dicibus delegatis, Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 62. *fol. mihi* 9.
quod autem (in aliqua parte tantum) fuerit proceſ-
ſum per D. Sanſonium, patet ex reuolutione Proceſ-
ſus, & ex voto ab vno tantum ex Dominis Delegatis
ſubſcripto, cùm de cætero totus Proceſſus offenſiuus,
& defenſiuus fuerit fabricatus per Notarium abſque
interuentu vllius ex delegatis, & abſque vllo electio-
nis in Actuarium Decreto.

Vidimus doctiſſimas annotationes factas per Excel-
lentiſſimum D. Sanſonium, in defenſione Inquiſiti, quæ
pro maiori commoditate Illuſtriſſimæ Rotæ factæ fue-
runt, vt ipſe inquit, ſed nouitas hæc, & modus inſoli-
tus multum turbant, & reus cum Poeta exclamat:

Timeo Danaos, & dona ferentes,

& præcipuè quia in hac cauſa exceſſiuo cum rigore
fuit proceſſum, & ideò multa mendacia à teſtibus fue-
runt prolata, nam vt inquit D. Ambroſius *in epiſt. re-*
lat. à Diaz. in prax. crim. canon. cap. 127. *fol. mihi* 267.
38 *Nimia ſeueritas, extorquet plerumque crudelitate men-*
dacium.

Sed quia ſolidiſſimis rationibus, aliàs deductis non
obſtant, ideò vnum tantum attingam, nempè, quod
ſocius criminis, licet confrontatus cum reo eſt repe-
tendus ſuper interrogatorijs ipſius rei, & licet in
39 annotationibus præfatis num. 124. contrarium ſuſti-
neatur ex doctrina Zuff. *quæſt.* 108. *nu.* 13. *& quæſt.* 211.
num. 3. & per ea quæ dicit Illuſtriſſimus D. meus Sa-
bellus Vir non minus doctrina, quam integritate reful-
gens *in Summ. verbo Socius num.* 57. §. *Contrarium verſ.*
Ego recordor.

Attamen veriſſima eſt concluſio, nec allegata in
contrarium obſtant. Nam Zuff. *in quæſt.* 108. *ſub n.* 14.
& 15. vbi loquitur ſecundum Iuris præſcriptum, pro
repetitione ſtat, ſolum tenuit contra repetitionem *dicta*
quæſt. num. 13. quia aderat reſcriptum Sacræ Con-
ſultæ.

Nos autem tale reſcriptum non habemus, ſed con-
trarium reſcriptum, vt fuit oſtenſum in §. . . . . . & inſu-
per ſtylus repetendi adeſt, & fuit repetitus ſocius crimi-
nis licet confrontatus per Illuſtriſs. D. meum Audito-
rem Fiſcalem de anno 1683. vt fuit dictum, idem autem
Zuff. *in quæſt.* 211. examinato planè articulo, & omni-
bus contrarijs reſolutis, firmat ſocium criminis eſſe re-
petendum ſuper interrogatorijs rei, licet fuerit confron- 40
tatus, vt videre eſt in *d. quæſt. per tot. & num.* 4. *& ſeqq.*
fol. mihi 313. & idem firmat Conciol. *verb. Socius reſ.* 4.
Nec D. Sabell. contrarium tenet, niſi in cauſa timoris
ſubornationis, cùmque dictus timor abſit in hac cau-
ſa, tum quia teſtes in carceribus detinebantur, tum
etiam quia miſerabilis reus carceratus, hoc peragere
nequibat erat admittenda repetitio, & non admiſſa,
nullum ius competit Fiſco ex depoſitione huius aſſaſ-
ſin. ſocij, quia etiam prius negauit aſſaſſinij deli- 41
ctum, & poſtea de eo depoſuit Farinac. *conſil.* 79. *n.* 4.
Cyriac. *controuerſ.* 150. *num.* 104. Viu. *deciſ.* 216.
num. 6.

Tandem animaduertendum eſt, quod probationes
rei præponderant probationibus fiſci, vt benè deducitur
in facto, & ſignanter quia depoſitiones teſtium rece-
ptorum in Curia Anglarienſi, ſunt pro reo numeran-
dæ, non ſolum ex iam dictis, ſed etiam ex eo, quia
per fiſcum fuerunt productæ, abſque vlla proteſtatione,
& ideò approbatæ, & contra fiſcum plenè probant 42
Cyriac. *controuerſ.* 284. *num.* 79. Gratian. *diſcept. fo-*
renſ. cap. 279. *num.* 22. Surd. *conſil.* 28. *num.* 49. *&* 50.
Ludouiſ. *deciſ.* 238. *num.* 4. Seraphin. *deciſ.* 295. *n.* 7.

Euidentiſſimæ nullitatis ſuperuenit notitia, qua
totus corruit proceſſus. Certum enim eſt, quod teſtium
depoſitiones, tam in Proceſſu Fiſci, quàm in Proceſſu
defenſiuo, fuerunt receptæ ſcriptæ per Excellentiſſimum
D. meum Sanſoni abſque interuentu Notarij Actuarij,
& ideò omnia acta ſunt nulla, quandoquidem Iudex
debet adhibere Notarium, nec ipſe Iudex debet ſcribe- 43
re acta, ſed per Notarium ſunt ſcribenda, *cap. quoniam*
contra de probat. vbi Canoniſt. & præcipuè Felin. *nu.* 1.
Guazzin. *reor. defenſ.* 20. *cap.* 14. *num.* 3. *fol. mihi* 368.
Mel. ad Gizzarel. *deciſ.* 24. *num.* 89. *fol. mihi* 89. Giurb.
conſil. 89. *num.* 7. *fol.* 453. vbi concordantes Vinius *vi-*
dend. deciſ. 48. *per tot. fol.* 98. Guid. Pap. *deciſ.* 564. *per*
tot. fol. 777. Altimar. *de nullitat. rubr.* 13. *quæſt.* 8. *num.*
10. *fol.* 627.

Iudicium enim abſque Notario conſiſtere non poteſt,
quandoquidem Notarius eſt pars iſtius corporis Miſti- 44
ci, vt inquit Giurb. *d. conſil.* 89. *num.* 7. vel (ad ſenſum
Altimar. *de nullitat. d. rub.* 13. *quæſt.* 8. *num.* 10.) eſt pars
quidditatiua Iudicij, & Iudices ſine ipſis eſſe non poſ- 45
ſunt, & ideò electio examinatoris eſt de eſſentia iudi-
cij, Altimar. *de nullitat. rub.* 13. *quæſt.* 2. *n.* 170. *fol.* 604.
nam ſi Notarius non ſcribat in Actis, Iudici non cre-
ditur, Cattar. *in prax. interrogand. reor. lib.* 4. *cap.* 1.
num. 149. *fol.* 222.

Quod procedit, licet Iudex eſſet Notarius, nam ne- 47
mo poteſt duplici fungi officio, Altimat. *de nullitat. d.*
rubr. 13. *quæſt.* 8. *num.* 12.

Quæ omnia ſicut abſolutè procedunt iure communi
inſpecto, eo fortius in dubium verti non poſſunt in
præſenti caſu triplici fundamento, & primò quia in
ipſo delegationis reſcripto datur facultas eligendi
Actuarium, ibi, *con facultà d'eleggere vno, o più Attua-*
rij, vnde elicitur voluntas Sereniſſimi Delegantis, vt
cauſa habeant Actuarium, aliàs eſſent ſuperflua dicta 48
verba, quod admittendum non eſt, *l. ſi quando* 109.
ff. de legat. 1. *cap. ſi Papa in fin. de priuileg. in* 6. & ni-
hil operarentur, quod pariter abſurdum eſt, & præci-
puè in reſcriptis, Roland. *conſ.* 61. *num.* 17. *lib.* 2. Tuſch.
lit. S. concl. 895. *num.* 15. *& lit. V. concl.* 85. *num* 18.

Ad ſecundum fundamentum adſtruendum, ex quo
neceſſitas Actuarij, ſeu Notarij deſumitur, præſtò eſt
ſtatutum Florentinum *rubr.* 2. *lib.* 3. quo expreſsè caue-
tur, quod teſtium depoſitiones, & acta non per Iudicem,
ſed per Notarium ſcribantur, ibi, *& Notarij eorum pro-*
pria manu ſcribant omnia, & ſingula, quæ ad dictum offi-
cium pertinent, & quod contra factum fuerit, non valeat
ipſo iure.

Hoc

Hoc mediante ſtatuto, ita Iudex ad Actuarij electionem compellitur, vt nec etiam de partium conſenſu poſ-
49 ſint Acta per alium ſcribi ea ratione, quia legi, vel ſtatuto renunciari nequit, quando lex ipſa, vel ſtatutum annullat actum ipſo Iure, in puncto Altimar. *de nullitat. rubr.* 13. *quæſt.8. num.*10. *ad med. fol. mihi* 627. Vrui. *dict. deciſ.* 48. *num.*3. tantò magis (vt inquit ibidem Altimar.) quia hæc omnia ſunt inducta in fauorem publicum, quæ mutari nullatenus poſſunt, nec eis aliter renunciari poteſt, &
50 Iudices debent Tabelliones habere, *l. Vniuerſos C. de Decurion. lib.* 10. cum alijs per Altimar. *d. n.* 10. *in fin. citat.*
51 Tertium fundamentum deſumitur ex conſuetudine, quæ vim legis habet, & venit appellatione iuris, Barboſ. *Axiom.* 56. *num.* 5. Adeſt enim conſuetudo inconcuſſa in Ciuitate Florentiæ, vt in omnibus cauſis Criminalibus, à Sereniſſimo ac Clementiſſimo D. Noſtro Magno Duce, delegatis, adſit Actuarius, vt notorium eſt, & videri poteſt per Acta Delegationum.
52 Nec obſtare poteſt, quod in paruis terris, vbi non eſt copia Notariorum poſſint etiam Iudices ſcribere Acta, quandoquidem hoc ſuppoſitum non verificatur in nobili Puppienſi Caſtro, vbi non ſolum adſunt Notarij forenſes, ſed etiam originarij, ibique degentes, & numero .. quorum alter aitgendus erat in Actuarium, & vt reſcripto obtemperarent Domini Delegati, & vt effugerent ea quę ex Lel. de Zanchis *notat. Vru. d. deciſ.* 48. *num.* 1. *fol. mihi* 98. & Altimar. *d. Rubr.* 13. *quæſt.*8. *num.* 10. *fol. mihi* 627. & multa alia erant facienda, de quibus *d. deciſ. num.* 6. *& num.*7.

Quæ omnia locum fortè habere poterant in cauſa ordinaria, non autem in cauſa delegata, & vbi adeſt ſtatutum expreſsè mandans, vt Acta per Notarium ſcribantur, & ideò Proceſſus corruit, &c. Et ita &c. ſaluo &c.

Ad Laudem Dei, B. Mariæ ſemper Virginis, & S. Ioſeph &c.

Addictiſſimus

Bernardinus Renzolius I. C.

CAP. XIV.

ARGVMENTVM.

1 Mandatum ad occidendum ex quibus probetur: Corpus delicti quomodo conſtare debeat in mandato: Quæ indicia requirantur ad ſpecialem Inquiſitionem tranſmittendam: De dicto ſocij criminis quando, & qualem probationem faciat, & alijs.

I. M. I.

1 TRitum eſt in Iure Axioma, facta non præſumi niſi probentur, *l. in Bello §. facta ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l.* 1. *C. de probat. cap. licet de Conſtit. in* 6. cum alijs per Barbol. *Axiom.*93. *n.*27. quod multò magis procedit in delictis, quæ regulariter non præſumuntur, *l. Merito*, & ibi Gloſ. *ff. pro ſoc.* Maſcard. *de probat. concl.* 496. *in princ.* Farinac. *q.*85. *n.* 1. *& conſ.*60. *n.*12. Cyriac. *contr.*356. *n.*31. & de mandato ad occidendum tamquam ad actum illicitum, quod non præſumatur, nec datum cenſetur, *l. ſi Procurator*, vbi Doctores *ff. de condict. indebit.* Giurb. *conſ.*85. *n.*6. *& conſ.*91. *n.*17. Honded. *conſ.* 87. *n.* 27. *& conſ.* 100. *n.*60. Eugen. *conſ.*60. *n.*43. Anton. de Ball. *tract. var. lib.* 1. *q.*20. *n.*6. Maſcard. *de probat. concl.* 1013. *num.* 2. Decian. *tract. crimin. lib.*9. *cap.*34. *n.* 1. Farinac. *q.*134. *à nu.* 67. *ad n.*72. Ciarlin. *contr.* 178. *n.* 1. Conciol. *poſt tract. de herede conſ.*5. *n.*2. *vb. concordantes*, *& conſ.* 7. *n.* 9. Illuſtriſſimus Dominus meus Sabell. *in Summ. §. Mandatum n.* 21. Et
2 licet mandatum indicijs, & coniecturis vehementiſſimis probetur, ex Farinac. *q.*134. *n.*11. illudque præſumi voluerint Doctores ex inimicitia capitali, allocutione ſequuta ad aures, & delicto incontinenti ſequuto, dummodò hæc tria copulatiuè concurrant, Giurb. *conſ.*91. *n.*29. Farinac. *conſ.*37. *n.*2. Vermigl. *conſ.* 119. *num.* 24. Eugen. *conſ.* 27. *num.* 38. Honded. *conſ.* 87. *num.* 141. Farinac. *quæſt.* 134. *num.*50. *& ſeqq.* Zuff. *de legitimat. Proceſſ. quæſt.*66. *n.* 58. *& ſeqq.* Ciarlin. *contr.* 178. *n.*23. Dominus Sabell. *§. Mandatum n.*22. & poſt alios D. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*7. *§.* 1. *n.*8. 9. *&* 10. *fol. mihi* 437. vbi quod ita indirectè probatur mandatum.

3 Aduertendum tamen eſt, quod inimicitia debet eſſe capitalis, ac tam acri delicto correſpondens, & requiritur, vt ortum habuerit ex atrociſſima cauſa, ſeu iniuria correſpondente homicidio per viam mandati exequuto, ita declarant Vermigl. *conſ.*83. *nu.* 10. Farinac. *conſ.* 147. *n.*32. *& quæſt.*49. *num.*1. Et inſuper hoc inimicitiæ indicium probandum eſt per idoneos teſtes, nec ad illud proban-
4 dum admittuntur præſumptiones, nec probatio per teſtes inhabiles, Eugen. *conſ.*27. *num.*64. Guazzin. *Reor. Defenſ.* 4. *cap.* 14. *num.*5. Et teſtes debent reddere rationem ſui dicti licèt non fuerint interrogati, alias inimicitiam non probant, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.*25. *n.* 32. Farinac. *quæſt.*49. *num.*127.

Requiritur etiam quod inimicitia adminiculetur præ- 5
ſumptionibus tendentibus ad tractatum, aliàs non facit indicium tractatus, aut mandati, Eugen. *conſ.* 76. *nu.* 41. *& ſeqq. & num.* 8. Zuff. *de legitimat. Proceſſ. quæſt.*66. *n.*57. Cyriac. *contr.* 106. *num.* 37.

Secreta ad aures allocutio debet eſſe facta ſecretò, non 6
autem in loco publico, vt de Platea exemplificat Eugen. *conſ.*27. *num.*38. Honded. *conſ.*87. *num.*14. Boſſ. *tit. de Indic. num.* 155. Farinac. *conſ.*221. *num.*24. Vermigl. *conſ.*83. *num.* 11. Et tamquam Iudicium remotum probari debet per duos teſtes idoneos, Vermigl. *conſ.*3. *num.* 28. *cum citat.* Gob. *conſult.* 125. *num.*30. 31. *&* 32.

Imò quod talis allocutio præſumatur facta potiùs ad bonum, quàm ad malum finem, firmat Vermigl. *conſ.* 83. *num.* 9. *cum citat.*

Tamdem indicium allocutionis nullius eſt momenti,
niſi delictum incontinenti ſequatur, & ideò allocutio per 7
plures pluresque dies ante delictum, ſequuta, non poteſt haberi in conſideratione, quandoquidem de eſſentia talis indicij eſt, vt præcedat inimicitia capitalis, & delictum incontinenti poſt allocutionem ſequatur, Eugen. *conſ.*63. *num.* 65. Farinac. *conſ.* 147. *num.* 7. Vermigl. *conſ.* 45. *num.* 17.

Similiter allocutio cum mandatario poſt delictum in- 8
fert ad mandatum, nam allocutio debet præcedere delictum, alias fiſco non opitulatur, Auguſtin. ad Angel. *de Malefic. in verbo & Sempronium mandatorem in prin. addit.* Decian. *tract. crim. lib.*9. *cap.* 34. *num.* 25. nam quod geritur poſt delictum, non poteſt ſe habere ad præcedens mandatum, quia deducitur à cauſa, quæ non fuit contemporanea cum actu commiſſi delicti, & in Iure vnum 9
tempus non confunditur cum alio, Gob. *dicta conſult.* 125. *num.* 36.

De corpore delicti ante omnia conſtare debet ex text. vulg. *in l.* 1. *§. Item illud ff. ad Sen. Conſ. Syllanian.* & in hoc caſu duplex eſt delicti corpus, vnum reſpiciens principale delictum, alterum arguens mandatum, vt docet 10
Muſcatell. *in Prax. delictor. tit. de mand. & aſſaſſin.* Hoc ſecundum delicti corpus conſiſtit in tractatu inito inter mandantem, & mandatarium, & niſi de hoc tractatu conſtet, non dicitur conſtare de corpore delicti, ita punctualiter plures allegans firmat Vermigl. *conſ.* 31. *num.*2. *& conſ.*61. *num.* 11. Farinac. *quæſt.* 96. *num.* 77. Eminentiſſimus Cardinalis Gualter. penes Zuff. *de legitimat. Proceſ. quæſt.*66. *nu.*33. *&* 40. *& per tot. quæſt.* vbi doctiſſimè materiam declarat.

Quæ omnia procedunt etiam ſi quæratur de mandato per præſumptiones, & indicia, quia iſta ſemper requiruntur, quod ſpecialiter faciant præſumere tractatum inter inquiſitos. Adeò vt neque etiam contra contumacem 11
mandantem poſſet procedi, niſi adſint indicia de mandato, Zuff. *d. quæſt.* 66. *num.*40. *&* 41. ex punctuali doctrina Farinac. *quæſt.*3. *num.*5. *ſub §. non obſtat verſ. nam non dico.*

Et ad hoc vt conſtet de mandato ad occidendum, tria ſunt probanda, videlicet primò colloquium præcedens, ſecundò tractatus illud committendi, tertiò modus, & deliberatio, quibus non probatis, non dicitur conſtare de corpore delicti, & probatio debet eſſe liquida, non præſumptiua, alias non poſſe procedi ad inquiſitionem, nec capturam, firmat Illuſtriſſimus Dominus meus Sabellus *in ſumm. §. mandatum num. 22. verſ. quod ad hoc, fol. mihi 149. tom. 3.* Vermigliol. *conſ. 79. num. 8.* vbi concordantes.

Hinc operæ pretium eſt dignoſcere, quæ requirantur ad inquiſitionis ſpecialis validitatem, & omiſſis alijs
13 requiſitis, de quibus per Farinac. *quæſt. 1. num.* . . . vnum tantùm attingam, videlicet, quod legitima indicia præcedere debent, aliàs ſpecialis inquiſitio formari nequit, Angel. *de Maleſic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio num. 30.* Marſil. *in Prax. §. conſtante num. 33.* Clar. *in §. fin. quæſt. 20. verſ. ad formandam,* Boſſ. *in tit. de inquiſit. num. 21. & in tit. de Examinat. Reor. num. 6.* Foller. *in Prax. Crim. part. 3. tertiæ partis verbo & ſi confitebuntur num. 9.* Cartar. *de execut. Sentent. Cap. Bann. cap. final. num. 59. & in Prax. Interrogand. Re. lib. 1. cap. 2. num. 5.* Guazzin. *Reor. defenſ. 9. cap. 1. num. 2.* Farinac. *quæſt. 1. num. 40.* Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 84. num. 37.* Fachin. *Controuerſ. Iur. lib. 9. cap. 15.* Zuff. *de Crimin. Proceſſ. legitimat. quæſt. 58. num. 3.*

Quænam autem eſſe debeant indicia ad ſpecialem inquiſitionem tranſmittendam, vel examinandum Reum, vti Reum, hoc opus, hic labor eſt, nam
14 quod leuia ſufficiant indicia, ſentit Salycet. *in l. & quidem Cod. de accuſat.* quem ſequuntur Angel. *de Maleſic. in verbo hæc eſt quædam inquiſitio num. 30.* Boſſ. *tit. de inquiſit. num. 8. & num. 61.* Clar. *autem in §. fin. quæſt. 20. in princ. iuncto verſ. ad formandam,* & Farinac. *quæſt. 43. num. 135. verſ. & ad inquirendum, & quæſt. 81. nu. 15.* apertè contra dictam Salycet. opinionem requirunt indicia grauia, & legitima, Gob. *conſultat. 125. num. 20. & 21.* loquens in terminis mandati requiri indicia grauia, & vrgentia, non qualia requiruntur ad torquendum, ſed paululum inferiora, cùm agatur de grauiſſimo præiudicio, ita tamen vt grauiora ſint ijs, quibus tranſmittitur inquiſitio, *vt dicta Conſultat. 125. num. 21. & 22. cum citat. fol. mihi 642.*

15 Tandem quod requirantur indicia ſufficientia ad torturam, ad hoc, vt ſpecialiter quis poſſit inquiri, & nomen ipſius inter Reos teneri Natt. *conſ. 594. num. 14. lib. 3.* Recc. *conſ. 11. num. 7.* Add. ad Pract. Pappienſ. *in form. inquiſit. in gloſſ. 1. in verbo contumax,* & alij relati à Guazzin. *Reor. Defenſ. 9. cap. 2. num. 2.* & hanc opinionem ſequitur Illuſtriſſimus D. Ortiz Primarius Romanæ Curiæ Criminaliſta acertimè, ac doctiſſimè examinato Articulo, & validiſſimis, ac euidentiſſimis rationibus expreſſis *in Obſeruat. prim. ad Reſolut. Campan. à num. 7. ad num. 31. fol. mihi 3. & ſeqq.* ex gratia videndus, & præcipuè *num. 13. verſ. erit inquam mea opinio fol. 5. num. 17. eodem fol. 5.* vbi vrgentiſſimam rationem aſſignat ex Farinac. *in quæſt. 37. in fin.* videlicet.

16 Et quia inquiſitio quandoque poteſt eſſe magis præiudicialis, quam tortura, in caſu ſcilicet in quo Reus abſens permittit ſe in contumaciam condemnari. Imò expreſsè declarat, quod ſit maioris præiudicij, Farinac. *quæſt. 43. num. 135. verſ. & ad inquirendum in fin. fol. mihi 266.* ibi: *Nec aliter teneas, quia hodie formare, & tranſmittere inquiſitionem eſt maioris præiudicij, quam torquere; cùm ex illis formatis, & tranſmiſſis Rei non comparentur, condemnentur capitaliter, & capti decapitentur, abſque alia tortura,* idem D. Ortiz *in Obſeruat. ad Reſp. 11. num. 2. in fin. fol. mihi 82.* Et quando contumax
17 vigore ſtatuti habetur pro confeſſo, requiri indicia ad torturam tenet de Roſ. *in Prax. cap. 9. num. 10. verſ. veritas tamen eſt fol. mihi 135.*

In hac enim cauſa, in qua pro contumace verba facimus, non poteſt cenſeri impedita via audientiæ extraiu-
18 dicialis ad effectum deducendi ea, quæ de iure ſpecialis inquiſitionis tranſmiſſionem impedire poſſunt, vt in noſtris terminis firmat Vermigl. *conſ. 79. num. 2.*

Et cùm fuerit ſuppoſitum quod tota intentio Fiſci fundetur in depoſitione N. aſſerti mandatarij, & qui ſe facit
19 ſocium criminis, ideò præmittitur, quod confeſſio mandatarij nullam probationem facit contra mandantem, Bart. *in l. ſi is, qui rem la 2. §. ſi tu Titium in fin. ff. de furt.* & melius Alex. in addit. ad Bart. *in dicta l. diſt. C.* Salycet. *in l. fin. C. de Accuſat.* Honded. *conſ. 106. num. 26. lib. 1. & conſ. 93. num. 79. lib. 2.* Ciaz. *diſceptat. 1. num. 290.* Et quia ſe facit ſocium criminis, non facit indicium, niſi concurrant requiſita illa ſeptem, de quibus facit mentionem Menoch. *de Arbitrar. Iudic. caſ. 474. à num. 49. ad nu. 61.* Et quod attinet ad torturam ex dicto ſocij Criminis non reſultare indicium, niſi in caſibus, in quibus de conſocijs potuerit interrogari, latè firmat Farinac. *quæſt. 43. num. 2. & per tot.* & concurrente cum dicto ſocij criminis aliqua alia præſumptione, vel adminiculis, vt patet ex dicta *quæſt. 43.* Farinac. *per tot. & num. 147. & ſeqq.* Conciol. *verb. Socius Criminis Reſ. 2. num. 1. & num. 13.* Et ſic ad ſenſum Farinac. requiritur vt Reus potuerit de ſocijs interrogari, & quod concurrat aliqua alia præſumptio cum 20 dicto ſocij criminis. Vnde cùm in homicidio non poſſit Iudex de ſocijs interrogare de ſe confeſſum, Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante torturam num. 144.* Maſcard. *de probat. concl. 1311. num. 7.* Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 474. num. 21.* Gramat. *conſ. 21. in princ. & conſ. 70. num. 6.* Farinac. *quæſt. 43. num. 105.* & nullam aliam credamus adeſſe præſumptionem, quæ reſpiciat tractatum, affirmandum eſſe, deficere illa indicia, quæ ad torturam requiruntur.

Deficiunt etiam indicia ad formandam, & tranſmittendam ſpecialem Inquiſitionem, quia dictum aſſerti ſocij criminis, niſi aliqua præſumptione, vel adminiculis 21 roboratum, non ſufficit, præſertim in delictis non exceptis, ita examinato Articulo firmat Farinac. *quæſt. 43. à num. 125. ad num. 130. & num. 133. & conſ. 221. num. 20.* & prius dixerat *quæſt. 1. num. 46.* Guazzin. *Reor. Defenſ. 9. cap. 2. num. 5.* Conciol. *Reſ. Crim. 2. num. 4. verbo ſocius criminis,* apud quos concordantes, & Farinac. multas rationes affert, & præcipuè, quod hodie formare, & tranſmittere inquiſitiones eſt maioris præiudicij, quam torquere, vt dicto *num. 135. verſ. Nec aliter teneas fol. mihi 266.*

Quæ omnia ſicut de plano procedunt, eo fortius ſunt admittenda, quando aſſertus Mandatarius, non ad Iudicis interrogationem, ſed ſua ſponte, & vltroneus de- 22 ponit, nam tali caſu nihil penitus probat, & loco accuſatoris habetur, Petr. Foller. *in prax. crim. verb. & ſi confitebuntur num. 103.* Marſ. *conſ. 20. num. 38.* Guazzin. *Defenſ. reor. 19. cap. 6. per tot.* Farinac. *quæſt. 43. num. 9. & quæſt. 80. num. 8. & num. 18.* Maioran. *in opoprax. cap. 2. num. 5.* Altimar. *de nullitat. rubr. 12. quæſt. 21. num. 63.*

Accedat vlterius quod iſte aſſertus mandatarius depoſuit ſub ſpe impunitatis, & cum ipſa impunitate, & ideò nulla vis in eius depoſitione fieri poteſt, nec vllum ex 23 ea prodit iudicium, quia dicitur corruptus promiſſione impunitatis, ita punctualiter decidit Farinac. *quæſt. 43. num. 192. per text. in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* Boſſ. *in tit. de oppoſit. contra teſt. num. 21.* Vermigl. *conſ. 3. num. 14. conſ. 15. num. 20. & conſ. 273. num. 1.* Giurb. *conſ. 22. num. 19. verſ. ſi tamen,* Spad. *conſ. 114. num. 11.* Farinac. *conſ. 161. num. 9. & conſ. 182. num. 26.* Conciol. *poſt tractat. de hæred. benefic. conſ. 3. num. 8. & reſ. 2. num. 18. verb. ſocius crimin.* Cyriac. *controu. 488. num. 67.* & alij relati per Dominum meum Sabell. *in Prax. §. Compagni num. 6.* Oſaſch. *deciſ. 79. num. 55.* Abano *in prax. crimin. §. Procurator num. 47. ad finem, fol. mihi 82.*

Supponitur etiam quod iſte aſſertus mandatarius ſit varius in ſua depoſitione, & ſic nihil probaret, vndè cum contumaci Proceſſum habere non permittatur, ſup- 24 plicatur Illuſtriſſimus, ac rectiſſimus Iudex ad perpendendum an re vera ſit varius, quandoquidem teſtis varius nihil probat, Farinac. *quæſt. 66. num. 13.*

Item quod ſit Bannitus à ſuo Territorio, & ſit infamis, 25 Farinac. *quæſt. 56. num. 301. & 311.*

Item quod ſit pauper, & vilis, & ideò à Teſtimonio omnino repellendus, ſi iſtæ duo exceptiones 26 inſimul concurrunt, Iuliu. Cartar. *deciſ. crimin. 88. num. 62.*

Item quod ſit Luſor Alearum, & propterea à Te- 27 ſtimonio repellitur, Farinac. *quæſt. 56. num. 427. & num. 431.*

Item

28 Item quod ſit concubinarius, ex quo à teſtimonio repellitur, Farinac. *quæſt.56. num.52. & num.285.*

Tandem ſupponitur quod in primis in pluribus diſcordet cum duobus ex teſtibus ab ipſo in conteſtes datis, ex quo de falſo ſuſpectus redditur, Farinac. *conſ.37. n.24. conſ.147. num.3. conſ.181. num.23. & quæſt.65. num.274.*

Si exceptiones, vel defectus oppoſiti veritati nituntur, nullum penitus indicium progreditur ex dicto impunis, quandoquidem aſſertus ſocius criminis, non ſolum non facit indicium ad inquirendum, ſed nec etiam admitti-
29 tur in teſtem etiam quod veritas aliunde haberi non poſſit, quandu plures patitur defectus, vel exceptiones, Giouagnon. *reſponſ.44. num.19.* Grammatic. *conſ.35. n.34. & conſ.45. num.23.* Port. Imolenſ. *conſ.95. num.25.* Vermigl. *conſ.32. num.2. & conſ.433. num.22.* Surd. *conſ.132. num.27. lib.1.* Farinac. *conſ.230. num.22. quæſt.43. num.178. & quæſt.62. num.80. & num.381.* Poſſent. *ſingular. 202. num.5.* Guazzin. *reor. defenſ.4. cap.7. num.10. & defenſ.29 cap.3. num.9. & defenſ.32. cap.2. verſ. quæ contraria opinio,* Bonden. *collect.3. num.59. lib.2.* Andreol. *contr.172. num.9.* & quod duo ſufficiant defectus, tenent Prat. *reſponſ. crim. fiſcal.23. num.29.* Farinac. *conſ.216. num.2. & 8.* Guazzin. *reor. defenſ.4. cap.7. num.10.*

30 Nec releuat tortura, ex qua ſuppleri defectus, licet plures ſint, autumat Baiard. ad Clar. *quæſt.24. num.128. in fin.* nam hæc Baiard. opinio non ſubſtinetur, & reprobatur nominatim ab infraſcriptis, nempè Farinac. *conſ.99. num.69. conſ.130. num.24. conſ.192. num.8. & num.30. & quæſt.43. num.178. in fin.* Vermigl. *conſil.32. num.2. & conſ.33. num.11.* Scacc. *de iudic. lib.1. cap.81. num.7.*

Nec obſtat contumacia, ex qua vigore ſtatuti contu-
31 max habetur pro confeſſo, & ideò poteſt in pœnam delicti condemnari, nam reſpondetur, quod dictum ſtatutum, & condemnatio locum habent, quando de delicto adſunt probationes, quia ſola contumacia non ſuccedit loco probationum, Cartar. *de execut. ſentent. capt. bann. cap. fin. num.24. & 39.* nec ex contumacia probatur delictum, etiam ſtante dicto ſtatuto, Roſ. penes Seraphin. *deciſ.354. num.14.* & quando non conſtat de corpore delicti, prout hic ex iam dictis, nullum operatur effectum contumacia, nec Reus damnari poteſt, non ſolum, ſed nec etiam citari, Maur. Burg. *de mod. proc. ex abrupt. quæſt.22. num.6. & ſeqq.* Clar. *q.4. in princ.* Turreblanc. *de Mag. lib.3. cap.16. num.17.* cum infinitis, qui allegari poſſunt.

Nec dici poteſt contumax, qui ſe obtulit paratum comparere coram alijs iudicibus, & ſupplices libellos de-
32 dit, imò etiam humillimas litteras reuerenter tranſmiſit, quibus, vt copia iudicum fieret deprecabatur. Ti-
33 mor enim à contumacia excuſat, vt inquit Menoch. *de Arbitrar. iudic. caſ.153. num.6.* & in criminalibus, quælibet leuis cauſa ſuſpicionis excuſat, nec eius expreſſio requiritur, Tuſch. *concl.908. num.11.* Guazzin. *reor. defenſ.11. cap.21. num.4. & 5.* & non ſolum principalis iudex, ſed etiam eius aſſeſſor excluditur, Guazzin. *dicto cap. num.16. & num.34.* Felic. *allegat.160. num.6.* latè Farinac. *quæſt.11. à num.50. ad num.61. & præcipuè num.57.*

Quæ autem cauſæ recuſationis adſint, non aperuit cliens, ſed notas eſſe aſſeruit Sereniſſimo ac Clementiſſimo Domino noſtro, eiuſque Illuſtriſſimis primatijs miniſtris, qui eorum recta conſcientia dignoſcere poterunt an ſint legales.

Supplicatur inſuper ad animaduertendum an confeſſio aſſerti mandatarij ſit in omnibus ſuis partibus verificata, vt requiritur generaliter in omni confeſſione, quæ
34 debet eſſe certa, clara, & vndequaque inuulnerabilis, Cyriac. *contr.150. num.107.* Boſſ. *in tit. de confeſſ. num.25. & per tot.* Bettazzol. *conſ.29. num.17.* Conciol. *verbo confeſſio reſ.16. num.1.* cum citatis, & de eius verificatione facienda loquitur Farinac. *quæſt.81. num.30.* Guazzin. *defen.32. cap.2. num.2. verſ. nec non,* Conciol. *dicto verbo confeſſio reſ.15. num.1. & num.2.* vbi affirmat: *Vt ſi reus confeſſus ſit, vulneraſse cum aliquo ferro, debet illum iudex interrogare, vnde illud habuerit, & vbi illud poſuit, vt poſſit mittere pro illo, & verificare, an vulnera cum illo facta fuerint:* quæ punctualis doctrina Conciol. multum noſtro caſus adaptatur, nam ſupponitur, quod qualitas armorum, cum quibus aſſertus mandatarius dicit, ſe commiſiſſe homicidium, non correſpondeat qualitati vulneris, in viſu, & reperto deſcripti, quandoquidem vulnus appareat deſcriptum, tamquam ſactum cum qualitate enſis, ex omni parte æqualis, aſſertus mandatarius confitetur ſe feriſſe cum cultro, non æquali, ſed ex vna parte coſtam, ex alia aciem habente, & amplius, quod interrogatus de cultro inuerisimilia deponat, quæ omnia religioni inalterabili Illuſtriſſimi Domini mei Auditoris Maggi Supremi in hac cauſa Iudicis, verificanda relinquuntur, ne indebitè Innocens vexetur. Et quod tales confeſſiones aſſertorum mandatariorum verificari debeant, firmat Dominus meus Sabell. *in ſua Prax. §. Sicarij nu.15. & in Summa §. mandatum nu.23. verſ. tria alia fol. mihi 150. tom.3.* Nam re vera durum videtur, quod ſimplici confeſſioni aſſerti mandatarij, nullo alio, nec minimo adminiculo roboratæ, ſit præſtanda fides, & ſic ſit in facultate cuiuslibet ſceleſti hominis Innocentem vexare, quoniam ſicut ſententia contra contumacem mandatarium non officit mandanti,
Giurb. *conſ.92. num.7.* Cabal. *reſ. crim. caſ.56. num.102.* 35
Vermigl. *conſ.61. num.5.* ita nec ipſius nuda confeſſio debet tertio præiudicare, Vermigl. *conſ.61. num.8. cum citat.* quod videtur ſentire Bald. *conſ.259. num.6. lib.1.* vbi firmat, quod niſi teſtes probent homicidium, non poſſunt probare eius acceſſorium puta opem, auxilium, vel mandatum. Vnde ſi mandatarij dictum admitteretur contra mandantem; quando nulla minima probatio, vel adminiculum adeſt, quod mandatarius delictum commiſerit, eſſet ipſe vtique accuſator, & teſtis, vel in cauſa propria teſtimonium diceret, quod omnino eſt admittendum, *l. Diuus ff. de accuſat. cap. forus. §. in omni de verbor. notificat. l. omnibus C. de teſt.*

Vltimo conſiderandum eſt, quod nulla adeſt diffama-
tio, vel ſaltem fama, contra noſtrum contumacem, quæ 36
in inquiſitionibus tranſmittendis requiritur, vt in terminis præſumpti mandati, ex Peguer. *deciſ.17. num.8.* Eugen. *conſ.76. num.34. & 115.* Zuff. *quæſt.66. num.38. & ſeqq.* fuit ſeruatum per Dominos Octo in cauſa Ioannis Caualli de Anno 1675. vt in Giornale 643. fol. 158.
& quod mandatum non præſumitur, quando mandata- 37
rius eſt æqualis, vel melioris conditionis mandantis, Anton. de Ball. *tract. var. lib.1. quæſt.20. num.16.* & aliæ præſumptiones excluſiuæ mandati poſſent ex Proceſſu deſumi, ſi videri poſſet, quod facturum eſſe, pro certo habemus integerrimum iudicem ad eruendam rei innocentiam, ex monit. Farinac. *quæſt.11. num.10.* Vermigl. *conſ.79. num.4.* ad hoc, vt à condemnatione rei, eius cognita innocentia, abſtineat, Vermigl. *conſ.38. num.3.*

Ex quibus &c. ſaluo &c.

Ad Laudem Dei, B. Mariæ ſemper Virginis, & S. Ioſeph &c.

Addictiſſimus

Bernardinus Renzolius I. C.

Digitized by Google

CAP. XV.

ARGVMENTVM.

Corpus delicti quomodo probetur in crimine Pæderaſtiæ: Dictum ſtuprati quale indicium faciat, & alia ad rem exponit Excellentiſſimus D. Bernardinus Renzolius.

I. M. I.

DE nefando præpoſteræ libidinis vitio notatus N.
fuit ad carceres ductus, & de more interroga-
tus, & poſtea ſpecialiter inquiſitus, ſemper negatiuus
permanſit, & cum nec legitimè conuictus, nec etiam
ad torturam inditiatus reperiatur, abſoluendum ex infrà
dicendis, exiſtimo.

1 Omnibus notum eſt, quod corpus delicti eſt fun-
damentum cuiuslibet criminalis proceſſus, & de eo,
iudici antequam agat, conſtare debet, ad Text. *in
l. prima §. item illud ff. de Syllanian.* Clar. §. *final.
quæſt. 4. in princip.* ſed huiuſmodi eſſentiale requiſitum
in præſenti caſu deficit, ideò vlterius procedendum
non eſt, Marſil. *conſ.* 18. *num.* 4. Guazzin. *defenſ.* 4. *cap.*
1. *num.* 5.

Ad probandum enim corpus delicti in crimine
pæderaſtiæ ſunt adhibendi periti Chirurgi, qui vi-
2 deant pudenda, & in actis referant præuio iura-
mento, ita Petr. Foller. *in Prax. part.* 2. *verbo ca-
piat informationem num.* 13. Muſcatell. *in Prax. de-
lictorum titul. de Adulter. &c. num.* 8. Guazzin. *de-
fenſ. Reor.* 4. *cap.* 6. *num.* 12. Farinac. *quæſt.* 2. *nu.* 24.
verſ. benè verum eſt, *& quæſt.* 148. *num.* 74. & licet
Dominus Giouagniolus fiſci Chirurgus, retulerit,
quamdam excreſcentiam circa pudenda pueri, or-
tum habuiſſe ab incluſione membri, attamen eius
dictum paruipendendum eſſe liquet, tum quia
3 nullam rationem reddit, nec ab Iudice fuit inter-
rogatus, Sanchez *de Matrimon. lib.* 7. *diſputat.* 113.
num. 12. *fol. mihi* 357. tum quia alij duo Chirurgi
à fiſco inducti, nempè Dominus Bartholomæus
Marmochi, & Dominus Ioſeph Galletti depoſue-
runt excreſcentiam prædictam ab alia cauſa ortum
habuiſſe, nempè, a materia acri &c. ideò iſtis
magis credendum eſt, quia à fiſco inducti, &
quia pro reo, & ad delicti excluſionem deponunt,
4 Guazzin. *defenſ.* 29. *cap.* 3. *num.* 2. Tum denique
quia ad defenſam depoſuerunt alij duo expertiſſimi
Chirurgi videlicet, Dominus Georgios Algbiſi, &
Dominus Ioſeph Mangini, qui pro excluſione deli-
cti, optimis mixti rationibus eorum depoſitiones
ediderunt, & ideò iſtis magis credendum eſt, Fa-
rinac. *quæſt.* 70. *num.* 19. Rot. *deciſ.* 223. *num.* 1. *part.*
2. *& deciſ.* 105. *num.* 2. *part.* 5. *recent.* Buratt. *deciſ.*
903. *num.* 4. Celſ. *deciſ.* 275. *num.* 4. *verſ. cum dicti Te-
ſtes*, vel ſaltem quia probatio redulitur æquiuoca,
cùm habeat ſe ad eſſe, & non eſſe per varias cau-
5 ſas, & ideò ex ea non poteſt deſumi validum pro-
bationis argumentum, maximè in probando corpore
delicti, quia probatio debet concludere perneceſſe,
S. Antonin. Archiepiſcop. Florentin. *in Summ. tit.* 9.
de proceſs. inquiſit. part. 3. Honded. *conſ.* 96. *num.* 32.
& æquiuoca probatio non releuat, Vermigliol. *conſ.* 466.
num. 96.

Et quamuis non lateat, quòd corpus delicti in
hoc crimine, quia difficilis probationis, & facti
6 tranſeuntis reputatur, probetur coniecturis, & præ-
ſumptionibus, Foller. *in Prax. part.* 2. *verbo capiat
informationem num.* 13. *&* 14. Muſcatell. *in Prax. de-
lictorum tit. de Adulter. &c. num.* 9. Farinac. *quæſt.* 2.
num. 24. *& quæſt.* 148. *num.* 66. *& ſeqq.* vbi octo præ-
ſumptiones enumerantur, quarum nulla præſenti ca-
ſu congruit Boſs. *in tit. de ſtupr. deteſtab. in Maſcul.
in fin. & in tit. de delict. num.* 19. Plat. *inter conſ. crim.
diuerſor. volum. primo*, *conſ.* 132. *num.* 22. attamen
hæc concluſio intelligitur cum grano ſalis videli-
cet, quando adſunt præſumptiones legis, non præ-
ſumptiones hominis, nam quando corpus delicti pro- 7
batur præſumptionibus ſtante difficultate probationis,
tunc, legis, non hominis præſumptiones requiruntur,
Vermigliol. *conſ.* 59. *num.* 5. *&c.*

Limitatur etiam prædicta concluſio, vt procedat,
quando inquiſitio tranſmittitur pro ſimplici delicto
ſodumiæ, non autem quando in inquiſitione (pro-
ut in noſtra) adeſt qualitas fracturæ, nam tunc
corpus delicti non probatur præſumptionibus, &
coniecturis; Sed de ipſa fractura conſtare debet per
Peritorum depoſitionem, Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 24.
verſ. & ad id, Scacc. *de Iudic. cap.* 83. *num.* 3. *verſ.
Item ſi in Ano*, Guazzin. *defenſ.* 4. *cap.* 6. *num.* 12. *&
num.* 13. Thom. Trinſ. *deciſ. crim.* 13. *num.* 4. *& ſeqq.*
quæ fractura (dum adeſt) de facili deprehenditur in
puero teneræ ætatis, quidquid ſecus ſequi poſset in
iuuene adultæ ætatis, vt conſiderat ad materiam
corporis delicti abſque fractura, Seraphin. Maſſin.
de confiſcat. quæſt. 9. *num.* 17. cùm etenim in præſenti
caſo nullam adeſse fracturam fiſcus docuerit, ſed
contrarium probatum per teſtes peritos fuerit,
non eſt ambigendum de inſubſiſtentia inquiſitionis,
& præcipuè quia, etiamſi fractura adeſset, non poſ-
ſet imputari noſtro carcerato, cui non adeſſet arma
ad fracturam apta; ſed puſilliſſimum membrum, ex
quo nulla fractura reſoltaret poterat, concludentiſſimè
fuit probatum per teſtes Chirurgos, vt docent Thom.
Trioiſ. *deciſ.* 13. *num.* 4. 11. *&* 26. Guazz. *reor. de-
fenſ.* 4. *cap.* 6. *num.* 12. *&* 13. Scacc. *de iudic. cap.*
83. *num.* 3. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 24. *verſic. & ad
id &c.*

Nec obſtat dictum ſtuprati ex quo aliqui DD. af- 8
firmant oriri indicium ad torturam, vt videre eſt
penes Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 89. & Caball. *reſol.
crimin. caſ.* 84. Nam contraria opinio verior, & com-
munis reputatur, quam profitentur omnes relata
per Farinac. *dicta quæſt.* 43. *num.* 93. *& ſeqq. & num.* 99.
vbi inquit, *quod dictum ſtuprati, ſiue maris, ſiue
fœmina, & ſiue maioris, ſiue minoris, & ſiue ſpon-
te, ſiue per vim, facit indicium ad torturam con-
tra ſtuprantem, & è contra, cum adminiculis ſe-
cus*, & Farinac. ſequatur Muſcatell. *in Prax. deli-
ctorum titul. de Adulter. &c. de Priuileg. dict. crimin.
num.* 25. *&* 26. *fol. mihi* 129. vbi hæc multum pon-
deranda ſubnectit verba videlicet, *quod ſimiliter ego
ſeruandum putarem in crimine ſodomia ad tollendum
aliquam forte ſuggeſtionem in ſolo dicto ipſius Pue-
ri, & raro credo euenire poſſe, quod ſolum in di-
cto pueri in hoc crimine ſit fundata inquiſitio, abſque
alijs adminiculis*, Ricc. *deciſ.* 145. *num.* 16. Sperell.
deciſ. 38. *num.* 7. latiſſimè Iulio Cartar. *deciſ. crimin.*
88. *per tot. & num.* 12. *& ſeqq.* ex gratia videndus, Con-
ciol. *reſ. crimin. verbo ſodomia reſol.* 1. *num.* 5. cum ci-
tatis &c.

Quæ omnia, & facilius admittenda ſunt in præ- 9
ſenti caſu ſtante qualitate iſtius pueri, qui eſt vilis
conditionis, eſt paoper, mendax in pluribus ſub-
ſtantialibus, & inuerisimilia deponit, adeo vt de
falſo ſit valde ſuſpectus, vt demonſtrabitur infrà,
qoando recenſentur adminicula, & præſumptiones
delicti, & ideò cùm tot, tantoſque defectus patia-
tur, eius dictum nihil faciendum eſt, ſaltem ad ef-
fectum torturæ, vt in punctu firmat Marſil. *in ſuo ce-
lebri conſil.* 28. *per totum*, Iulium Cartar. *deciſ crimin.*
88. *per totam*, *& num.* 24. *& ſequentib.* Nec releuat
tortura Sybillorum, quoniam per eam vnum non plu-
res defectus purgari, contra Baiard. firmant Farinac.
conſ. 192. *num.* 8. *& quæſt.* 43. *num.* 178. Guazzin. *reor. de-
fenſ.* 19. *cap.* 18. *num.* 7. *& defenſ.* 30. *cap.* 4. *num.* 13. Ver-
migliol. *conſ.* 32. *num.* 3. *& conſ.* 33. *num.* 11. Scacc. *de Iu-
dic. lib.* 1. *cap.* 82. [illegible]

Nec

Nec me terret auctoritas, alias doctiſſimi Petr.
10 Caball. in ſupra enonciata *reſolut. criminal.* 84. *num.* 5. *&* *num.* 7. vbi ea Iacobo de Beluis Gand. & Guido de Suzzar affirmat, quod dictum ſtuprad abſque alijs adminiculis facit indicium ad torturam, nam Iacob de Beluis, Gandin. & Guid. de Suzzar quorum auctoritate nititur Caball. loquitur quando nominatus à ſocio criminis, & malæ conditionis, & famæ, vt de Gandin. animaduertit Fulgoſ. *in conſil.* 173. *num.* 2., & de eodem Gandin. & Guid. de Suzzar animaduertit Farinac. *in dicta quæſt.* 43. *poſt num.* 153. & ſic non ſimplex nominatio ſocij criminis ex conſuetudine facit indicium ad torturam, ſed ſi ſit iuncta cum adminiculo malæ conditionis, & famæ ipſius nominati, ita declarat Iuliu. Cartar. *dicta deciſ.* 98. *num.* 18. *& num.* 19. & in ijs terminis videlicet, concurrente mala fama nominati, vel alio adminiculo, eſt intelligendus Caball. vt patet ex eiuſdem dictis præcipuè *num.* 9. vbi reuocat in dubium aſſertam conſuetudinem, & *num.* 10. vbi affirmat, quod aderant, in ſuo caſu alij teſtes deponentes de actibus inhoneſtis, & demum *num.* 14. vbi affirmat, quod in caſu illius Presbyteri, fama vehemens aderat, & ideò non mirum, quod pro tortura votauerit. Animaduertendum inſuper eſt, quod in caſu Caball. conſtabat de corpore delicti, nam alias non vo-
11 taſſet pro tortura, quæ inferri nequit niſi conſtet de delicto in genere, ad Textum *in leg. prima §. item illud ad Syllanian.* loquens in torturam Vermigliol. *conſil.* 45. *num.* 1. Altimat. *de nullitat. rubr.* 14. *quæſt.* 50. *num.* 1. & ita in terminis declarans Caball. aſſertum tenet Guazzin. *defenſ.* 4. *cap.* 6. *num.* 17. *ad fin.* Tandem ſi doctrina Caballi intelligenda eſſet de ſimplici dicto ſtuprati multiplicarentur ſpecialia contra expreſſas iuris regulas, *leg. Ius ſingulare ff. de legibus*, Farinac. *quæſt.* 33. *num.* 35. Maur. Burg. *de modo proced. ex abrupt. quæſt.* 43. *num.* 4. quandoquidem ex dicto ſtuprati plures defectus patientis firmaretur delictum in genere, & deſumeretur indicium ad torturam abſque alijs adminiculis, Farinac. *conſil.* 156. *num.* 49.

Et quia ad adminicula noſter procedit ſermo, videamus, an in hac facti ſpecie adſint præſumptiones, vel adminicula fiſco opitulantia, vel potius contra fiſcum validiſſimæ præſumptiones, tam ex informatiuo, quam ex defenſionibus eliciantur, quæ per Sapientiſſimos Dominos meos Auditores, iuſtis ponderibus examinatæ pro reo ſententiam ferendam, ob oculos ponantur, quod attinet ad fiſci fauorem, duo tantùm adminicula repetio adeſſe, quæ nullius momenti ſunt &c.

Primum profluit ex allocutione facta per informantem cum puero, &c.

Secundum ex aſſerta fama, quam deſumere fiſcus nititur ex dictis trium teſtium.

Neutrum ad adminiculum, imò nec ad argumentum, vel leuiſſimum trahi poſſe exiſtimo,
12 nam quod attinet ad allocutionem non poteſt ex ipſa vllum elici argumentum, vel adminiculum inferens ad hoc crimen, vt in puncto conſiderat Iuliu. Cartar. *deciſ. crimin.* 88. *num.* 42. 43. *& num.* 44.

Aſſerta fama penitus corruit, non ſolum quia teſtes non deponunt de fama, vt videre eſt, nec
13 ad eam probandum ſufficerent, quoniam abſque requiſitis deponerent, de quibus per Clar. *§. final. quæſt.* 6. *verſ. ſciendum eſt, & ſeqq.* Marſ. *d. quæſt. §. plurimum quoque num.* 47. *ad fin.* Surd. *conſil.* 151. *num.* 76. *&* 77. *& conſil.* 135. *num.* 89. Farinac. *conſ.* 24. *per tot.*

Sed quod caput eſt, ipſa fama ſi adeſſet, nullius eſſet momenti, quia ad effectum, vt fama intentioni fiſci deſeruiant, requiritur, vt capturam præcedat, Anchar. *conſil.* [illegible] *num.* 2. & in præſenti caſu originem habuit poſt capturam, quo caſu 14
parui pendenda eſt, Vermigliol. *conſil.* 53. *num.* 15. *conſil.* 119. *num.* 12. *& conſil.* 228. *num.* 7. & præcipuè, quia puer de quo agitur in ſuis examinibus, ac etiam eius pater in ſuis depoſitionibus dixerunt, delictum fuiſſe commiſſum ab informante, quo caſu, fama, originem à ſuſpectis habuiſſe dicitur in terminis Eugen. *conſ.* 27. *num.* 44. Cyriac. *controuerſ.* 550. *num.* 46. Vermigliol. *conſ.* 13. *num.* 13. *&c.*

Accedamus ad perpendendas præſumptiones delicti excluſiuas, & exceptiones, imò apertiſſimas probationes, ac validiſſimam falſitatis præſumptionem, pueri fidem omnino proſternentem, & claro clarius liquebit, præſenti rei innocentia.

Quod attinet ad puerum, ipſum pluribus exceptionibus grauatum repetio, nam certum eſt, quod
ſe facit ſocium criminis, eſt ætatis annorum unde- 15
cim, pauper, & vilis, vt probant teſtes, eſt pluribus mendacijs notatus, nam primo deponit ſe nihil de actu ſodomitico vlli viro dixiſſe, & eius pater affirmat, ſibi à puero fuiſſe dictum. Item affirmat, quòd inquiſitus portam apothecæ clauſit, & violentiam adhibuit, & in vlteriori examine dicit, quod ipſe inſpexit ſi aliquis aſpiceretur; demum inquit, quod ipſe tulit pictam telam inquiſito de tempore carnis priuij, & Melettus eius magiſter affirmat, quod puer ipſe ornamentum picturæ deſeruientem portauit, & in tempore non conueniunt, nam puer aſſerit hoc factum fuiſſe de tempore baccanalium, & Melettus inſtat idem eueniſſe die 7. Martij, & ſic viginti dies poſt baccanalia, vnde perſpicuum fit, quod ex dicto ſocij criminis, tot tantoſque defectus patientis, nullum indicium, ſaltem ad torturam oriri, Honded. *conſil.* 100. *n.* 22. *&* 23. Farinac. *quæſt.* 93. *num.* 178. vbi concordantes benè Iuliu. Cartar. *deciſ.* 88. *num.* 25. 35. *&* 35.

Inuериſimilia adeò deponit, vt non ſolum ſpeciem falſitatis præſeferat, Abb *in cap. quia veriſimile de præſumpt.* Bald. *in l. fin. C. de ſeru. fugit.* Boſs. *tit. de oppoſit. contr. teſt. num.* 94. Blanc. *de Indic. n.* 32. Simon. de Præt. *conſil.* 15. *num.* 34. Felic. *Allegat.* 46. *num.* 48. Farinac. *conſil.* 54. *num.* 11. *& conſil.* 147. *num.* 48. Sed etiam (vt mea fert opinio) apertiſſima falſitas, ex hoc inueriſimile depromitur &c.

Inquit enim, quòd primus concubitus conſumatus fuit in apotheca Meletti, hora meridiana, puero ipſo reluctante, ac inſuper vociferante, quid ineptius, quid abſurdius, quid inueriſimilius dici poterat? Iſta apotheca diſtat ab ianua principali Palatij Baroncelli, per viginti, ſeu triginta paſſus, vbi diſcubiæ à Birruarijs fiunt, & nunquam ferè ſine ſatellitibus, qui in limine portæ ſiſtunt relinquitur: quis enim ſani capitis, vnquam credet, tam deteſtandum ſcelus per vim, & puero acclamante in loco tam executoribus propinquo, ianua aperta patratum eſſe? Sapientiſſimos Dominos meos Auditores, ad hoc credendum, neutiquam inducendos confido.

Tranſeamus nunc ad probationes ex defenſionibus reſultantes, quæ ni longè fallor inquiſiti innocentiam in claro ponunt.

Primò namque optima vox, & fama, non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie depromitur ex depoſitione trium teſtium ſuper Articulis deponentium, ex qua non ſolum confunderetur mala fama, ſi per fiſcum probata eſſet, prout non eſt, Guazzin. *Defenſ.* 58. *cap.* 1. *num.* 18. Viu. *deciſ.* 467. *num.* 57. ſed etiam tollerentur inditia ſi adeſſent, Simon de Pręt. *conſ.* 13. *num.* 49. Viu. *d. deciſ.* 467. *num.* 58. *&* 29.

Secundò fuit probata fama negatiua per dictos tres teſtes ex qua diluuntur omnes ſuſpiciones, vt firmat Farinac. *conſ.* 79. *num.* 24.

Tertiò fuit probata frequentia Sanctiſſimorum Sacramentorum, & conuerſatio cum pijs, ac Religioſis viris, ex quibus probitatis argumentum deſumitur, nam ſocietas, cum qua quis verſatur, indicat

homi-

16 hominem, vt inquit Text. *in cap. innotuit de elect. & Sacra pagina in Prouerb. Salomon. cap. 13. & in Pſalm. 17. cum Sancto ſanctus eris &c.*

Quartò fuit probata impotentia accidentalis coeundi, ſtante virilis membri ægritudine, qua à die 24. Decembris 1683. vſque ad 14. Martij eiuſdem anni,
17 & amplius laborauit, vt optimè deponit peritus Chirurgus, qui licet vnicus cùm deponat de facto proprio, & ad defenſam, plenè probat Surd. *conſ. 173. n. 65.* Felic. *Allegat. 15. num. 63. & Allegat. 142. num. 2.* Farinac. *conſ. 216. num. 14.*

Tandem ineluctabili fundamento, quod pro omnibus ſat eſt, patet inquiſitionem procedere non poſſe, cùm die, ac menſe careat, & licet reus carceribus
18 mancipatus præuio calumniæ iuramento diei, & menſis appoſitionem, ne ſibi defenſiones adimerentur petierit, attamen fiſcus diem, nec menſem appoſuit, vnde perſpicuum fit inquiſitionem non ſubſiſteri, Pater Martin. del Rio *Diſquiſit. Magic. lib. 5. ſect. 2. litt. E. fol. 697.* Ludouic. Peguer. *in Prax. cap. 12. num. 6. & num. 10.* Farinac. *quæſt. 1. num. 20.* & in terminis adulterijs Maſcard. *de probat. concl. 58. num. 6. lib. 1.* & ita fuit iudicatum Florentiæ die 4. Aprelis 1675. in cauſa Bariſelli Bambini iuxta votum Illuſtriſſ. D. Auditoris fiſcalis Luci &c.

Ex quibus &c. ſaluo &c.

Ad Laudem Dei, B. Mariæ ſemper Virginis, & S. Ioſeph &c.

Addictiſſimus

Bernardinus Renzolius I. C.

L A V S D E O.

...tized by Goog...